BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
164
C
37
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

SECVNDA SECVNDAE PARTIS
Summæ Theologiæ
S. THOMAE DE AQVINO
DOCTORIS ANGELICI,
ORDINIS PRAEDICATORVM.

De eruditiſſima explicatione propria, & particulari, ad ſcientiam moralem ſpectante, hoc eſt de Virtutibus, & Vitijs, non ſolum ſacrarum literarum ſtudioſis, ſed omnibus etiam vitæ ſanctimoniæ cultoribus vtiliſſima.

CVM COMMENTARIIS R. D. D. THOMÆ DE VIO CAIETANI, CARDINALIS S. XISTI.

Quæ verò tùm in textu, cùm in Commentarijs Quæſtionum, & Articulorum continentur, Tres ſequentes INDICES aptiſſimè dilucidant.

Theologorum autem diſputantium citationes, ſicut in frontiſpicio totius Summæ apparet, ad maiorem ſtudioſorum commoditatem, nunc diligentiſſimè

IN LVCEM EDITÆ.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVIII.

Cum licentia Superiorum, ac Priuilegijs.

Biblioteca Nazionale V. Emanuele III Na

Digitized by Google

IN PRIMA SECVNDÆ HABENTVR.

Commentaria Reuerendiſſimi Cardinalis S. Siſti D. Tho. doctrinam explicantia,

Et Quæſtio S. D. De Præſcientia, & Prædeſtinatione.

Digitized by Google

AD LEONEM DECIMVM PONT. MAX.

THOMÆ DE VIO CAIETANI CARDINALIS S. SIXTI, In Secundæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis Commentarios.

PRAEFATIO.

OMNES homines qui ex iniuncto ſibi munere in Republica gerenda uerſantur (cuiuſcumque ordinis illi ſint) non priuatis ſolum, ſed publicis etiam pro beneficijs, ad referendam gratiam reddi obnoxios, nemo vnquam ſapiens dubitauit. Tanto ſiquidem fœdere commune bonum particulari bono inſertum eſt, ut illud vnuſquiſque proprio anteferendum putet, nemoque quod ſuum eſt bonum, uel ſe conſequi, uel tueri poſſe confidat, niſi publicum inde bonum augeatur, & conſeruetur. Ego itaque (quod ad me attinet) tua Leo decime Pontifex maxime, & in rempublicam Chriſtianam, & in meipſum maxima beneficia mecum animo deputans, hæc tibi mea commentaria offerenda nunc cenſui, non qui hoc pacto parem me tibi gratiam referre nunc arbitrer, ſed qui potius grati animi uoluntatem tibi ſignificem, nec ſine veneratione debita recolam immenſam, cunctiſque communem beneficientiæ tuæ vim. Tu quidem beatiſſime pater, ſtatim ut pontifex factus es, pernicioſum illud uniuerſalis Eccleſiæ ſciſma, quod ſub Iulio ſecundo eruperat, tua bonitate ac prouidentia ita funditus excidiſti, ut hoc immortali beneficio chriſtianos omnes facile tibi deuinxeris. Neque uero tuæ ſatis fuit magnanimitati, peſtilens hoc malum, quod tempeſtate noſtra eccleſiæ incubuerat, ſummouiſſe, niſi etiam futuris ſæculis e ſublimi iſta ſedis Apoſtolicæ ſpecula longe proſpiciens, radicem quoque gignendis in poſterum ſcimatibus ac fomenta etiam quibus alerentur ac viuerent, aboleres. Nam cum præteritarum rerum experientia ſatis nos doceret, graues ac pericoloſas eccleſiæ diſſenſiones inde ortas quidem fuiße, quòd quidem nimis impie arroganterque auſi authoritatem ſynodi ſupra maieſtatem pontificis efferebant, alimenta uero ac fomenta quo diutius perdurarent, ab ea quam pragmaticam uocant, ſanctione ſumpſiſſe, quamque ueluti perpetuum quoddam ſciſma Eccleſiæ aduerſam, ſedique Apoſtolicæ ſemper emulam, multi quondam alioqui clari magnanimique Pontifices ardenti ſtudio abolère, ſed incaſſum conati ſunt, tu tamen vtrumque malum, Beatiſſime pater, de medio facile ſuſtuliſti. dum Lateranenſi approbante Concilio, ipſe Sanctorum patrum dogma ſectatus, omni iam diſceptatione de ſynodi, ac Ponteficis imparitate ſublata, ſedis Apoſtolicæ authoritatem ſupra ſynodum ſtatuendam eße tanta firmitate ſanxiſti, ut Lateranenſis ipſa ſynodus ueterum Conciliorum ueſtigia imitari, ac ſe Pontificię authoritati ſubditam eſſe confiteri non erubuerit, dumque in eodem Concilio, pragmatica ſanctione extincta, integrum ſedi Apoſtolicæ ius ſuum reſtituiſti. Quibus honeſtis magnanimiſque inceptis ad optatum finem perductis, uere Leo fortiſſimus, Eccleſiæ ſanctæ filijs, tuisq; a Deo catulis, ſolidam tranquillitatem, quantumcunque in te fuit, pacem etiam venturis ſæculis ſtabiliſti.

Quantum uero cuncti profeſſores eorum ordinum qui religioſi uocantur, bonitati tuæ charitatique debeamus, iam ipſe teſtis facundiſſimus eſſe poſſum. Etenim cum illorum ordinum priuilegia, quibus decus & immunitas continetur, quidam uel peſſumdare, uel ſaltem labefactare anniteretur, tu tamen ſolus ingenua bonitate, atq; authoritatis robore obluctãdo, patrē te nobis omnibus, patronũ, protectoremq. benigniſſimum præbuiſti. Quid enim dicam, ꝙ ea liberalitate, ac munificentia literatos omnes doctosq; homines protegendos ſuſceperis, ut diſciplinarum omnium profeßores ac ſtudioſos viros, tum collatis muneribus iam ornaueris, tũ ad beneſperandum de benignitate tua erexeris? Mihi autem, ut omiſſis alijs me inſpiciam, tametſi uel eccleſiaſticæ militiæ ſacramento, uel ſacri ordinis profeſſione ac magiſterio, uel aſſiduo literarum ſtudio, nullum tuorum tot beneficiorum a me alienum eſſe cognoſcerem, ſed ea potius hubertim me accepiße ſentirem, proxime cumulus hic tuæ benignitatis maximus

Digitized by Google

ſplendidiſſimuſq; acceßit, quòd me nullius interuentus fauore, nullis intermedijs præcibus, nullis denique beneficijs prouocatus, ſed ipſe ingenua tui animi bonitate adductus, in ſacrum cardinalium ordinem cooptaſti, rem ſane admiratione magna digniſſimam, totoque orbe terrarum memorabilem, tempeſtate noſtra aggreſſus, ut quam optimates viri dignitatem, quam principes ac reges prouinciarum ſummo ſtudio & contentione uel ſibi uel ſuis aßequi ſuppliciter elaborant, tu mihi eam nec petenti quidem nec ſperanti, vixque adeo cogitanti, ſponte tua contuleris. Ne itaque in tuum domini mei conſpectum omni ueneratione digniſſimum vacuis manibus, ut a ſymbolus ingratuſque venirem, quæ proximis annis, in ſecundam ſecundæ Diui Thomæ Aquinatis partem commentaria elucubraui, tibi nunc dedicanda, tuique numinis præſidio publicanda conſtitui. Quæ ſi uel nulla in me tua ſeorſum beneficia tanta extarent, tibi tamen iure optimo debebantur, quia cum tu & ſummi regis & ſacerdotis maximi dignitate ſungaris, doctrinæ moralis commentaria pro tua bonitate, ac ſapientia nequaquam a tua ditione aliena ducturus fueras. Moralis enim doctrinæ inſtrumento Eccleſiæ ſanctæ regnum efflorescere ac decorari oportet, ſub eo præſertim Pontifice, qui temere non debet, ne cum alijs prædicauerit ipſe reprobus habeatur, cum ea quæ in Ethicis præceptionibus tradita, ſuis auſpicijs publicantur, ipſe uitæ ſuæ exemplo ſancire & comprobare uideatur. Neque enim latere quemquam exiſtimo, te inde ab adoleſcente ætate, cum aliarum uirtutum, tum præcipue liberalitatis & continentiæ normam cunctis propoſitum claruiſſe. Iam uero quam altis radicibus fides, ſpes, charitas pectori tuo inſitæ ſemper fuerint, quæque ad eas tuendas conſeruandasque virtutes maxime neceſſaria eſt ingenua fortitudo, plane tunc omnibus oſtendiſti, cum periculoſis Reipublicæ Chriſtianæ temporibus, Eccleſiæ Romanę Legatus ampliſſimus, contra telorum turbines bellicaque tormenta, pulſis prope omnibus, ipſe imperterritus perſtitiſti. Moxque ad maiorem (vt puto) uirtutis tuæ probationem, inclinatis rebus alienæ poteſtatis iam factus, nullis tamen expugnari machinis, nullis abduci terroribus ab integro eccleſiæ corpore, ad diuulſas partes potuiſti. Quæ cum animo reputamus, Dei prouidentia factum cognoſcimus, ut tu Pontifex Eccleſiæ ſanctæ præficereris, qui (ut Apoſtoli verbis vtar) per omnia tentatus, compati laborantibus ſcires, & quas antea meditatus virtutes fueras, authoritate potentiaque ſuffultus, multo nunc vberius, multoque felicius propagares, id quod inaudita & ineffabilis illa clementia, qua capiti tuo inſidiato homines conſeruaſti plane teſtata eſt. Tibi profecto tuæque ſanctiſſimæ poteſtati ualde conueniens, ut ſicut Dei maximi uices inter nos geris, ita cæteris mortalibus ea præſtes uirtute, qua homines quantum mortalibus licet, Deo maximo optimo ſimiles fiunt. Cæterum tuæ laudes longioris ſubſellij tempus expoſcunt. Quod uero ad inſtitutam rem pertinet, non modo Pontificiæ maieſtatis nomine, cuius eſt officium ſummouere ſcelera, ac uirtutes inſerere, ſed tuo ipſius etiam nomine qui uirtutes colis ſemperque coluiſti, decenter tibi noſtra hæc commentaria dedicantur, in quibus de vitijs ac uirtutibus diſputationes pulcherrimæ proponuntur. Quæ tamen hac mente omnes a me tibi nunc dedicari intelligant, ut quæcumque hic uel vſquam alibi a me ſcripta ſint, Apoſtolatus tui iudicio (cui ſunt iure ſubdita) ſubſternantur. Accipe igitur Beatiſſime pater de manu tibi deditiſſime creaturæ munuſculum, grati animi alacritate conditum, atque in eo accipiendo Dei maximi (cuius tu uicem inter nos geris) benignitatem quæſo in animum tuum reuoca: hic enim cum pingues tauros ac arietes immolari ante ſe cerneret, duo tamen minuta de manu pauperis muliercula in gazophylacium templi miſſa non reſpuit. Aeternum uale pater beatiſſime.

Digitized by Google

PRAEFATIO VENERABILIS PATRIS FRATRIS BARTHOLOMÆI DE SPINA PISANI, ordinis Prædicatorum, in commendationem ſequentium operum & authorum.

NVnquam deſtitit Summus ille Opifex rerum ac naturæ conditor, labenti ſua ſponte ſæculo, manum dare, ac humano generi bonitatis ſapientiæque fuga de generi duces prę ordinare, qui iuſtitiæ normam verbo doceant, factis præmonſtrent, ſapientię quoque illuſtratione ſubductis tenebris cuncta perfundant. Sic affatim manifeſtatur diuinæ ſapientiæ, potentiæ, clementię, iuſtitiæ, ac cęterum, quę numero pondereque infinitę ſunt perfectionum magnificentia, dum decentiſsimo ordine infima per media, & horū quæ infimioris naturæ ſunt, per ea quæ ſummo proprius hærent, in ſuos quæque diriguntur fines. Et non ſolum vt ſint plurima, uerum ut & cauſæ ſint eis primus ille actus clementer indulſit, atque unicuique quæ ſua ſunt, iuxta propriæ cuiuſque celſitudinem, perquàm ſuauiter ac potenter diſtribuit. Sic ſane & ſupernorum illorum ſpirituum dignitas ac præſtantia, noſtris his in partibus, licet non omnino da ſimilitudine clareſcit. Quòd enim ſuperiores ac qui Deo optimo maximo viciniores ſunt ſpiritus, ſicut natura ſic & gratia cæteris præſtantiores, inferioris purgant, illuminant, & ut diuinam circa nos voluntatem adimpleant, de altioribus inſtruunt & informant, hoc ipſum inquam (quod factu digniſſimum eſt, cogitatuque admirabile) infirma quadam ſpecie repreſentat, inferioris huius uitæ hominum ſtatus. Vbi nonnulli ſingulis temporum uiciſſitudinibus a Deo conſtituti ſunt principes ac rectores, qui cæteros quoſque nedum gratia ſapientiaque præcellant, ſed etiam Dei zelo acti, præpotenti quadā uirtute ad diuinas una ſecum participationes attollant. Hinc namque patrum patres, ac humani generis Patriarchę, primo illo tempore quo naturali tantummodo præeunte lumine homines ferebantur in Deum, fulſerunt. Loco quorum ſcripta lege, ſurrexerunt uidentes ac ſacri ſtamines, qui diuina eloquia rudi populo pāderent, ſimulque ad cœleſtium præceptorum obſeruationem inducerent. Subinde gratiarum ac donorum largitatis temporibus, a Duce noſtro Chriſto IESV, omnium bonorum ac totius beatitudinis authore, electi ſunt diuini uerbi præcones Apoſtoli quaſi ſemidei, qui poſt ſui principis in cœlum conſcenſum, diuinorum eloquiorum ſignorumque potentia, vniuerſum orbem, ſanctiſſimæ fidei ſubegerunt iugo. Nec defuerunt, qui ſucceſſu temporis, horum a Deo dati ſint etiam ſucceſſores, doctores (inquam) atque paſtores Eccleſiæ ſanctæ, quales Dionyſius, Athanaſius, Hylarius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius ac innumera huiuſcemodi luminaria fulgentiſſima, qui ſanctitatis eximiæ potentiſſimum exemplar populo facti, micantiſſimo etiam quo reſplendebant ſapientiæ lumine, beatitudinis tramite innumeris ſcripturarum ſuarum uoluminibus reſerato, filijs Dei ſalutis æternę miniſtri operoſiſſimi effecti ſunt. Ad demum quo maior vitiorum illuuies frigeſcente charitate, maior itidem ignorantiæ rubigo mundum inuaſerat, eo maiore (ut ita dixerim) ſe ſummus omnium parens accinxit robore, vt virtutum oīum ſpecimen uiuaciſſimum, lumenq; copioſius mundo oſtenderet, dum ueluti Sol Thomas Aquinas emicuit, charitatis feruore, ſapientiæque ſplendore maximo Eccleſiam Dei fouens & illuſtrans. Cur enim non ille doctorum oīum ſanctiſſimus cenſeatur, qui innocentiſſimam ac mundiſſimā ſic vitam duxit, ut uirginali lilio inſignitus, cuiuſcumq; ēt mortalis criminis immunis ſemper extiterit, ac in ſchola uirtutum indefeſſe exercitatus, ſummū conſcenderit perfectionis apicem? Cur non (inquā) ille ſanctiſſimus oīum ore celebretur, cuius ſic mens Deo firmiter adhærebat, vt a ſenſibus inter orandum pſepe, ſpiritum ad alta tendentem, ſequeretur, immo ab codē ſpiritu, perfecto dn̄io potentiq; virtute traheretur & corpus? Cuius præcelſæ ſanctitudinis gratia nutu Dei factū eſt, vt inter omnes Eccleſiæ doctores, Sancti denominatione, ab his etiam qui doctrinæ eius in aliquibus (ex hoc imperiti) aduerſantur, antonomaſice uocitetur, dum inter diſputandum legēdumve doctores dicere cō ſueuerunt. Hæc eſt ſancti Doctoris ſententia, vel ſic tenuit ſanctus doctor. His enim ſimilibusque notis, quiſque ſtatim D. Thomam cognominari cognoſcit. Sapientiam quoque illius, qui non admiratur aut extollit, non niſi ſapientia ieiunis eſt, uel certe inuidens ac malignus. Sole namque iſto ſuborto omnes errorum ac hereſum umbræ, a ſanctæ matris Eccleſiæ facie protinus effugatæ ſunt. Quicquid dubietatis, quicquid ſcrupuli ſatore diabolo pullulat in Eccleſia, Thoma iudice conſtituto, confeſtim diſſoluitur ac uaneſcit. Omne per Thomam Eccleſiaſticum dogma firmatur, roborataque ſanctiores perſiſtunt. Quis æuo noſtro, immo quis poſt Solis huius ortum optimus Logicus, Philoſophus, Theologus euaſit, qui non D. Thomæ firmiſſimæ ſapientiæ auxilium implorauerit? Quiſnam doctus aut facundus concionator ambonem aſcendit, qui non a Thoma mutuet, quæ populum erudiant ac inflamment? Quis cathedram venerandus doctor inſedit, cui non Thomas (ſi tamen vera doceat) ſapientiæ certitudinem ſubminiſtret? Quis denique ſcolaſticum certamen adoritur, qui non ſe prius Thomæ armis accinxerit? Nec immerito quidem. Cuius namque ſapientiam Chriſtus per ſe approbat, beatiſſima Virgo collaudat, Petrus & Paulus edocent & commendant, vniuerſitas pariſina miris effert præconijs ſummus antiſtes Vrbanus ſectandam propponit, & ampliandam præcipit, quis non veneretur, amplexetur, extollat? Pijs loquor auribus, quibus ſupernaturalia, uocataque miracula, veridicis nihilominus aſtructa textibus & ab Eccleſia celebrata, nedum non deſipiunt, ſed oblectamento ſunt, Roburque afferunt veritati. Oranti, ſupplicique

cicerque

eiterque deprecanti Thomæ ante crucifixi imaginem, vt de ſuæ doctrinæ ſoliditate certior fieri mereretur, voce patenti per os imaginis nonnullis fratribus, qui Diuum doctorem orantem obſeruare conſueuerant audientibus, reſpondit Chriſtus. BENE SCRIPSISTI DE ME TOMA. Hoc ipſum alias beatiſſima Virgo per os itidem ſuæ imaginis, qua coram Sanctus orabat apertiſſime proteſtata eſt Beatiſſimi. item, ſenatus Apoſtolici principes Petrus & Paulus de paſſu dubio prophetæ, eundem plenius perſonaliter inſtruxerunt. Et per ſeipſum aliàs Paulus (vt fratri in ſpiritu rapto uidere audireque conceſſum eſt) eidem D. Thomæ percunctanti, ſi in Epiſtolis ſuis clarum habuerit intellectum reſpondit. Quantum queat humanus capere intuitus. Pluribuſque alijs diuinis reuelationibus dum adhuc in humanis ageret, quod noſſe cupierat de doctrinæ ſuæ firmitate, quam & in ſcriptis redegerat, aſſecutus eſt. Sed denique poſt eius fœlicem ad ſuperos tranſitum, ab vniuerſitate Pariſina, dum lucidiſſimis ſyderibus eſſet coronata, tam celſæ laudis eſt cumulis ob ſanctitatem atque ſapientiam eximiam glorificatus, vt omne pene genus modumque commendationis excedat, ſimul ac per patentes literas explodens articulorum quorumlibet Sancti Thomæ doctrinæ vel in modico aduerſantium aſſertionem. Innocentius quoque S. R. Eccleſiæ præſul, Diuum hunc doctorem in eo ſermone quē in ipſius præconijs edidit, in ſapientia Salomoni prætulit, ac eius doctrinam præcunctis poſt canonicam commendabilem approbauit. Vrbanus denique & is Summus antiſtes, doctorem hunc angelicum miris effert laudibus, eiuſdem ſapientiam ac doctrinam nedum approbans & confirmans vti de cælo lapſam, verum & vniuerſitati Tholoſanæ præcipiens, vt eandem ſectentur, & ſtudeant pro viribus ampliare. Vnde factum eſt, vt tot laudum titulis ſublimatus Doctor hic ſanctiſſimus, meritiſſime lumen Eccleſiæ peculiariter appelletur, & is idem etiam præcunctis doctoribus haud iniuria nominetur doctor Angelicus. Angelus quippe fuit hic in terra innocentiſſima vita, ingenij ac intellectus altitudine, vt hiſipſis excellentiæ gradibus quoſque tranſcenderet poſitus in ſublimi. Lumen item Eccleſiæ fulgentiſſimum extitit, ad cuius præſentiam pulſo nunc ab ea hæreſum omnium cæco nubilo, fœciliter eidem liceat domino deſeruire. Nec tamen mirum, ſi ſplendori huic, tenebræ ſe opponant, ac eundem impugnare contendant. Humana quippe conditio, infœlicitati non modicum eſt obnoxia ex prima corruptione peccati. Quo ſane factum eſt, vt ſemper veritas & itidem bonitas paucos habuerint poſſeſſores. Neque tamen ſanctiſſimi huius doctoris aliquid ſuæ gloriæ deperit in hoc etiam noſtræ peregrinationis tempore ob quorumlibet, etſi aduerſantium infeſtationem. Quinimmo veluti per ignem probatum aurum, ſapientia illius ab inſipientibus ex hoc impugnata, præualens, eminus fulget, eiuſdemque doctoris ſanctiſſimi omnifariam cumulata celebritas, dum a multis validiſſime defenſatur, creuit in immenſum. Sed & oppugnationis huius ratio in oppugnati gloriam cedit. Apud clariſſimos ſiquidem viros innotuit hoc ipſum ex ſapientiæ illius eminentia ſumpſiſſe originem. Tam celſam quippe doctrinæ illius ſedem obtinuit, vt non niſi ab eleuatiſſimis ingenijs, acutiſſimiſque luminibus valeat penetrari. Quo fit vt hi qui vel ſe ſibi credunt tantummodo, vel interioris proſpectus viuacitate priuantur, dum excelſum hoc ſydus fit eis inacceſſibile, in ipſum quaſi canes in lunam ad veſaniæ ſuæ manifeſtationem, ineptos latratus emittant. Quos tamen diuina bonitas iuxta ſapientiæ ſuæ ordinem prouidens ad viam veritatis reuocare, duces delegit alios, qui Thomæ ſpiritu quaſi ſubſiſtant, & aduerſantium oppugnationes, inanes, ac a doctiſſimorum conſpectu merito expellendas eſſe patenter oſtendant.

Quorum Thomas Caietanus, poſtremus quidem tempore, ſapientia vero ac vitæ ſplendore, his diebus nulli forte ſecundus, a domino quaſi viuens Aquinatis imago ſuſcitatus eſt. Viri huius ſingulariſſimi, præconia proſequi, eius compellunt merita, inducit monumentum perpetuum quo ad imitandum trahantur poſteri, excuſat iniunctæ correctionis occaſio, non accuſat vel minimæ adulationis nota, apud illos præcipue qui caſtigatiſſimam eius mentem norint. Suæ quippe vulgatæ laudis prolocutores, graues ſibi potius ac moleſtos reputat, quàm uel in modico eis arrideat ſereno vultu. Et hoc ipſum commendatione digniſſimum eſt, & ab elegantiſſimi animi eius innata bonitate procedit. Namque animam bonam illum a domino ſortitum eſſe (ſi naturalia iungamus actibus ex quibus virtutum habitus innoteſcunt) ingenij eius perſpicacitas, cui & ab ipſis pene cunabulis indefeſſe vigilantiſſimo ſtudio fœcundauit, cunctis ſæculis patefecit. Sed nec ei quam indidit elegantiæ, nec deſiderio ac auiditati diſcendi, defuit altiſſimus, omnia inquam ad ſapientiæ ſtudium extrinſecus conferentia ſubminiſtrans. Sacræ nempe prędicatorum religionis, non niſi ſapientiam toto orbe reſonantis inſtituto, iuuenis admodum, Deo initiatus, dum haud quaquàm ſegniter virtutum actibus indipiſcendiſque literis ſe totum impenderet, præceptorem eiuſdem profeſsionis æuo illo Philoſophorum ac Theologorum ſapientiſsimum, Valentinum Peruſia oriundum eidem dominus præparauit, ſub cuius magiſterio breui dierum ſpatio ſic harum ſcientiarum aſſecutus eſt apicem ac culmen conſcendit, ut id adoleſcens adipiſceretur honoris quod non niſi veterani milites vix reportant. Nempe cui Metaphyſices publica lectura in florentiſsimo Patauino gymnaſio, ſic demandata eſt, ut cum illo concurreret, Trombetta inquam viro tempeſtate illa non vulgari, qui plus temporis lecturam hanc proſequendo conſumpſerat quàm hic ætatis. Quantæ autem tum fuerit non dico expectationis, ſed veluti is a quo nil eminentius expectari queat admirationis apud ſapientum inibi demorantium corona, eorum qui adhuc ſuperſtites ſunt prædicant uoces, dum crebras referunt in ſcholaſtica paleſtra illius uictorias, ita ut in proxima patria Venetiarumque Ciuitatum omnium elegantiſſima, quaſi de cœlo lapſi numinis eius gloria reſonaret. Proteſtatur idipſum ſapientia eius in de Ente & Eſſentia diui Thomæ opuſculum eo tempore ſcriptis commendata. In quo etiam hoc ipſum admirari licet, quod in doctoris Angelici laudes ingeminatur, uniformitas dico, tum ſenſus tum dictaminis, iuuenis admodum, dum & ille eſſet cum in ſententias ſcripſit, & eiuſdem immatura dictantis ætate. In ſtilo ſiquidem, in ordine ac rara quadam docendi viuacitate, ſubtilitate etiã ac altitudine ſenſus, etiã uiri huius celebratiſsimi ſcripta quæ adoleſcēs

edidit,

Digitized by Google

edidit, alijs in prouectiori ab eo diſcuſſis ætate ſi conferantur, eadem eſſe putabuntur. Sed haud quaquàm vana opinio. Neque enim annorum defectus prohibuit, quin fauum ſapientiæ puriſſimum ſuggereret puriſſimum, & cunctis effunderet abundanter. Demum eo temporum decurſu ad vniuerſalē prædicatorum ſynodum, præfati ordinis Summo capite ei demandante prouinciam, vt veritatis defenſorem pro more ſe cunctis offerret, Ferrariam conceſſit. Die igitur conſtituta in campum procedens, cum celebratiſſimo illo ſcientiarum omnium velut armario capaciſſimo, Ioanne Pico Mirandula congreſſus eſt. Quàm fœlici fato dies illa donata eſt, vt iuuenes duo robuſtiſſimi ſeſe pro veritate impeterent, qui cum ætate tum animi elegantia, interiorisque luminis ac ſapientiæ plenitudine, moribus etiam haud diſſimiles erant: ſed nec profeſſione demum. Picus enim (tametſi morti occurrens) ſacrum & ipſe Prædicatorum ordinem eſt profeſſus. Viriliter igitur die illo dum vtrinque decertaretur, tantum gloriæ Thomas (abſque tamen concertantis iniuria) conſecutus eſt, vt coram Illuſtriſſimo Ferrariæ Duce Hercule ac toto ſapientum Senatu, & innumera populi circunſtantis ac ſtupentis frequentia, ab ſui ordinis Generali moderatore Ioachino Turriano Veneto, viro præſtantiſſimo conſedente, mox coram accitus, proprium quo caput tegebat biretum, magiſterij infulam, capiti Thomæ impoſuerit, cunctisque applaudentibus, ſed & eodem quoque Mirandulæ comite plurimum collaudante, ſacræ illum Theologiæ magiſtrum creauerit. inde poſt crebras in ſcholaſtica paleſtra victorias, quas cum a patribus congregationis Lombardiæ, cum quibus vitam ducebat virtutibus claram, vocatus eſſet ad generales eorum conuentus, aſſecutus eſt, Veronæ inquàm, Bergomi, Brixiæ, Mantuæ, Mediolani, Papiæ (quo & loco ſolenni lectura libri de Cælo ab Ludouico Mediolan. olim Duce honoratus eſt) in Italia eſt eius gloria ſic diffuſa, ut abiret per ora omnium rariſſima laude. Edidit nihilominus his temporibus quæ monumentum ſapientiæ ſuæ præſtent vniuerſis in æuum, commentaria dico in Secundi Perihermenias partem, quam D. Thomas intactam reliquit morte præuentus. Commentaria quoque in Iſagogas Porphyrij, in Prædicamenta, ac Analytica Stagyritæ: opus de analogia nominum. Quæſtiones tum de infinitate primi motoris, tum de ſubiecto Phyſicæ, aliaq; nonnulla notatu digniſſima. Subinde Romæ poſt celeberrimam diſputationem in qua ipſe coram pluribus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus miraculo fuit, a Reuerendiſſimo præfati ordinis Generali præſule Magiſtro Vincentio Bandello, viro morum præſtantia ſapientiæq; plenitudine famigeratiſſimo, de conſenſu eiuſdem ordinis ſenatus, tempore illo Romæ congregati, vniuerſalis Procurator noſtræ totius religionis in Romana curia cōſtitutus eſt. In qua quidem curia totaq; vrbe ſic celebris ſuis virtutibus expoſcentibus apud omnes euaſit, ut mox primus inter doctiſſimos facile cenſeretur. Literarijs quippe concertationibus, publico legendi munere, æditionibus etiam tum in primam Summæ D. Thomæ partem, tum in librum de Anima, nonnullis etiam doctiſſimis Opuſculis ipſo interim eminentiſſimam ſapiētiam mundo diffundente, ipſa Romana curia quaſi nouæ lucis iubare radiabat, Eidem quoque plurimum decoris & claritatis attulit ſanctitatis fama, non vanitati ſed veritati ſubnixa. Cum enim ſemper fuerit ab omni nota criminis alienus, tum Romæ ſpeciali munere uirtutum omnium ſe ſpecimen præmonſtrauit. Sicq; actū eſt, vt iuuenis adhuc (neque enim quadrageſimum exceſſerat ætatis annum) Generalis totius ordinis Magiſter in alia ſynodo, mortuo Bandello, Romæ congregata, electus ſit. Qua conſcenſa ſede, ad reformationem eiuſdem ordinis aſpirans, ac in breui pro parte uoti compos effectus, quem continuatis ſpeculationibus conſpeximus ſemper intentum, in regiminis quoque prudentia officioſiſſimum ſe oſtendit. Neque enim curæ paſtorali ſpeculatio ipſa, neque ſpeculationi, gregis cuſtodia, etſi grauiſſima, fuit impedimento. Quod diuinum equidem munus extitit quam rariſſimum. Interim nanque, & commentaria in duas medias edidit Summæ S. Thomæ partes (primam dico, ac ſecundam ſecundæ) quatenus & in practicis, ac moralibus ſcientijs, poſtquam ſpeculatiua diſcuſſerat, ſapientiæ ac bene viuendi lumen cæteris eſſet efficaciſſimum. Opuſcula item alia quā plurima ex hoc ſapientiæ fonte ſub his temporibus emanarunt, ſed præ alijs duo illa de poteſtate Papæ ac Cōcilij impetuoſiſſima virtute ſic effluxerunt, ut per hæc ipſa diſſidium quod in eccleſia, inuidia Diaboli, eo pernitioſius quo ſpiritualius exortum fuerat, uires amiſerit. In quibus etiam libellis id plurimum admirari fas eſt, quòd eum quem Philoſophum ac Theologum excellentiſſimum omnes venerabantur, nunc legum etiam aduertant peritiſſimum, immo tantæ celebritatis, vt hi qui in orbe primi vtriuſque iuris principes habebātur eius ſapientiæ cedere ſint coacti. Sicque potiſſima cauſa fuit diſſolutionis, extremæque annullationis iniqui illius conciliabuli quod defœdauit etiamnum patriam noſtram infœliciſſimam, de Sancta Eccleſia in hoc etiā benemeritam quòd nō diu ſuſtinuerunt iniquitatem Piſani ciues, ſed armis a ſuis finibus pepulerunt ſciſmatis authores, quos inuiti ad tempus tulerant. Celeberrimum hunc igitur virum, cardineo cetu ex his clariſſimis actibus & virtutibus digniſſimum, tum Summi Pontificis Iulij iuſto deſiderio, quinimmo firma determinatione mentis, tum etiam totius populi, cui & Pontificis propoſitum innotuerat voce, ex multo fuit tempore conclamatum. Nec abſtulit bellorum tumultus, morſque Pontificis inſperata, quin tandem donaretur honoris culmine, quod ex multis annis ſua merita depoſcebant. Cui & ipſe gloriam pileo cumulauit, dum nouo ſydere ſacratum fulget collegium. In cuius etiam ſolij conſcenſu, id potiſſimum ſuæ gloriæ præſtat incrementum, quòd non fauore ſecularium principum ex cognatione vel quacumque neceſsitudine conquiſito, nō miſero ac infœlici obſequio Prælatorum (vt toti curiæ notum erat) non denique auri vendicatione thronum hunc aſcendit, ſed Domini ſabaoth electione ſola, qui fulgentiſſimam noluit diu lucernam ſub modio latitare, ſed ſupereminentiſſimæ ſedis candelabrum ut totum mundum illuminet, exaltauit. Quis enim (ut de ſimoniaco conſenſu paululum immoratus loquar) quis inquam audeat viro tantæ frugalitatis, notam hanc inurere? qui ex nulla literarum gratiarumue conceſsione, ex quo totius noſtri ordinis habenas moderatus eſt, uel minimum obolum requiſiuit, vel etiam acceptauit, ſed neque paſſus itidem unquam eſt ſuorum familiarium quemquam cuiuſuis ſcripturæ occaſione, muneris quicquam ſuſcipere? Quinimmo cartam, ceram, capſulas quam ſuis patentibus literis appendendas, ſuis & ſcriptoribus conſtituta ſtipendia, ex antiquitus ab ordine

Gene-

Generalibus Magiſtris contributione ſtatuta,qua contentus erat,in humilitate(vt decet virum religioſum) integerrimam vitam ducens prudenter prouidebat. Quo & contigit cum ipſum cum primo Cardinalis creatus eſt,apud ſe habere,non niſi 35. aureos ſuæ præfatæ prouiſionis,quæ quælibet Prouincia ordinis,annis ſingulis quotam pecuniarum quæ in ſumma ad aureos 300. non aſcendit, ad eiuſdem Reuerendiſſimi Generalis ſuorumque in officio ſociorum ſuſtentationem conferre tenetur. Hoc ipſum eam ob cauſam ſerio libuit recenſere,vt malignorum veritate hac obtundantur ora,qui nec credere ſe poſſe dicunt, in plurimorum & hunc viam non eſſe dilapſum. Et ut ex his etiam omnibus innoteſcat, quanta ſit laude dignus, qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris,qui ſimilem ſapiens ſe inuenire poſſe quaſi diffidit,ſummaque prædicat efferendum laude. Nullo igitur ſiniſtro in pulſu motus Leo ſummus antiſtes,uirum hunc digniſſimum in fratrem aſſumpſit,ſed ſanctæ matris Eccleſiæ ſibi diuinitus delegatæ conſulens gloriæ,conſulens & ſaluti. Cui mox ob eximias ac inſignes animi ſui dotes, maximam & quæ totius Chriſtiani populi ſalutem concernat prouinciam delegauit, dum eundem de ſuo latere ad ſereniſſimum Chriſtianæ Reipu. Imperatorem ob componendam inter Chriſticolarum Reges ac principes pacem,eoſdemque animandos in fidei ſanctæ cruentiſſimos hoſtes ſummus antiſtes deſtinauit legatum. Vtroſq; eidem Sanctæ matri Eccleſiæ diu ſuperſtites eſſe faciat author vitæ,ac perhennis fœlicitatis obiectum, ut magis Iudæis appareat glorioſus, dum a ſe inſpiratam doctrinam per D. Thomam mundo effuſam,alter hic Tho. fulgidiorem reddit explanationibus ſuis. Quod quidem cum in alijs pluribus tum maxime in hoc Secundæ Secundæ celeberrimo Libro,omnibus exploratiſſimum eſſe poteſt. Auſim pace omnium,auſim profecto id in hunc Librum laudis afferre, quòd nec plene ab vllo viuente laudari queat. Neque enim poſt Sacras literas liber alius huic præſtat vtilitate vel gratia,immo qui cæteros in alijs ſuis operibus ſuperauerat ſeipſum, in hoc vicit Angelicus doctor. Patefacta nanque cæli via eſt,via inquam virtutum,quas indulgentiſſimus omnium pater, animis quos ad ſe pertrahit, gratis infundit,gratius & conſeruat. Latæ quoque mortiferæ illius,ad interitumque ducentis ſemitæ, grauis aſperitas, patentes abyſſi, horrenda pręcipitia,crudeles hoſtium implacabilium occurſus, ſic omnium obtutibus clariſſime ſub uno conſpicienda pręcauendaque proponuntur intuitu, vt hi tantummodo illuc iter dirigant, qui ab hoc lumine ſe ſubducunt. Omnibus item inuiolabilis regula bene beatęque viuendi iuxta cuiuſque conditionem & ſtatum, ſic per huius Libri ſapientiam eſt pręfixa, ut non niſi qui ſplendore iſto non perfunduntur oſtendant,& eo pręcipue nunc interprete, tantique theſauri de cęlo demiſsi veluti diſpenſatore,per ſua hęc præclariſsima commentaria Thoma altero conſtituto,qui Libri huius latiſsimum intellectum aperiens,quęſtiones inſuper non minus neceſſarias & utiles quam peregrinas, ſubtiliſsime formans atque diſſoluens,errores item ſuboortos præpotenter elidens, luculentiſsimam veritatem ſic pandit omnibus gratioſe, ut merito quiſque in vtriuſque princ:pis laudem prorumpens decantare poſsit. Quaſi ſtella matutina in medio nebulę, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucent, & quaſi Sol refulgens, ſic hi effulgent in templo Dei.

SECVNDAE SECVNDAE
DIVI THOMAE AQVINATIS
QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM
INDEX.

QVAESTIO PRIMA.

De uirtutibus & uitijs in ſpeciali
Et primo de uirtutibus theologicis
Et primo de fide quantum ad eius obiectum

1 *Vtrum obiectum fidei ſit ueritas prima*
2 *Vtrum obiectum fidei ſit aliquid complexum uel incomplexum, id eſt res aut enuntiabile*
3 *Vtrum fidei poſſit ſubeſſe falſum*
4 *Vtrum obiectum fidei poſſit eſſe aliquid uiſum*
5 *Vtrum poſſit eſſe aliquid ſci um*
6 *Vtrum credibilia dĕant diſtingui ꝑ certos articulos*
7 *Vtrũ ijdẽ articuli ſubſint fidei ſecundum oẽ tempus*
8 *De numero articulorum*
9 *De modo tradendi articulos in ſymbolo*
10 *Ad quem perteneat conſtituere ſymbolum fidei*

QVAESTIO II.

De fide quantum ad actum eius interiorem qui eſt credere.

1 *Quid ſit credere, quod eſt actus interior fidei*
2 *Quot modis dicatur*
3 *Vtrum credere aliquid ſupra rationem naturalem ſit neceſſarium ad ſalutem*
4 *Vtrum credere ea ad quæ ratio naturalis peruenire poteſt ſit neceſſarium*
5 *Vtrum ſit neceſſarium ad ſalutem credere aliqua explicite*
6 *Vtrum ad credẽdũ explicite oẽs teneãtur æqualiter*
7 *Vtrum habere fidem explicitam de Chriſto ſemper ſit neceſſarium ad ſalutem*
8 *Vtrũ credere Trinitatem explicite ſit de neceſſitate ſalutis*
9 *Vtrum actus fidei ſit meritorius*
10 *Vtrum ratio humana diminuat meritum fidei*

QVAESTIO III.

De fide quãtũ ad actum eius exteriorẽ qui eſt confiteri.

1 *Vtrum confeſſio ſit actus fidei*
2 *Vtrum confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem*

QVAESTIO IIII.

De fide quantum ad ipſum habitum fidei, & quantum ad ipſam fidem.

1 *Quid ſit fides*
2 *In qua ui animæ ſit ſicut in ſubiecto*
3 *Vtrum forma eius ſit charitas*
4 *Vtrum eadẽ numero ſit fides & formata & informis*
5 *Vtrum fides ſit uirtus*
6 *Vtrum ſit una uirtus*
7 *De ordine eius ad alias uirtutes*
8 *De comparatione certitudinis eius ad certitudinem uirtutum intellectualium*

QVAESTIO V.

De habitu fidei quantum ad habentes ipſam

1 *Vtrum angelus aut homo in ſui prima conditione habuerit fidem*
2 *Vtrum Dæmones habeant fidem*
3 *Vtrum hæretici errantes in uno articulo fidei habeãt fidem de alijs articulis*
4 *Vtrum fidẽ habentiũ unus alio hẽat maiorem fidem*

QVAESTIO VI.

De habitu fidei quantum ad eius cauſam.

1 *Vtrum fides ſit homini infuſa a Deo*
2 *Vtrum fides informis ſit donum*

QVAESTIO VII.

De ipſa fide quantum ad ſuos effectus.

1 *Vtrum timor ſit effectus fidei*
2 *Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei*

QVAESTIO VIII.

De correſpondentibus uirtuti fidei. Et primo de dono intellectus.

1 *Vtrum intellectus ſit donum ſpiritusſancti*
2 *Vtrum poſſit ſimul eſſe in eodem cum fide*
3 *Vtrum intellectus qui eſt donum ſit ſpeculatiuus tantum uel etiam practicus*
4 *Vtrum oẽs q ſunt in gratia hẽat donum intellectus*
5 *Vtrum hoc donum inueniaĩ in alqbus abſque gratia*
6 *Quomodo ſe habeat donum intellectus ad alia dona*
7 *Quæ beatitudinem reſpondeat dono intellectus*
8 *Vtrum in fructibus fides reſpondeat dono intellectus*

QVAESTIO IX.

De correſpõdẽtibus uirtuti fidei quãtũ ad donũ ſcientiæ.

1 *Vtrum ſcientia ſit donum*
2 *Vtrum ſit circa diuina*
3 *Vtrum ſit ſpeculatiua uel practica*
4 *Quæ beatitudinum ei reſpondeat*

QVAESTIO X.

De fide quãtũ ad uitia oppoſita. Et prĩo d ĩfidelitate ĩ cõi

1 *Vtrum infidelitas ſit peccatum*
2 *Vtrum infidelitas ſit in intellectu ſicut in ſubiecto*
3 *Vtrum ſit maximum peccatorum*
4 *Vtrum omnis actio infidelium ſit peccatum*
5 *De ſpeciebus infidelitatis*
6 *De comparatione earum adinuicem*
7 *Vtrum cum infidelibus ſit diſputandum de fide*
8 *Vtrum ſint cogendi ad fidem*
9 *Vtrum ſit eius communicandum*
10 *Vtrum poſſint Chriſtianis fidelibus præeſſe*
11 *Vtrum ritus infidelium ſint tolerandi*
12 *Vtrũ pueri infideliũ ſint inuitis parẽtibus baptizãdi*

QVAESTIO XI.

De uitijs oppoſitis fidei quantum ad hæreſim.

1 *Vtrum hæreſis ſit infidelitatis ſpecies*
2 *Vtrum hæreſis ſit proprie circa ea quæ ſunt fidei*
3 *Vtrum hæretici ſint tolerandi*
4 *Vtrum reuertentes ad fidem ſint recipiendi*

QVAESTIO XII.

De uitijs oppoſitis fidei quantum ad apoſtaſiam.

1 *Vtrum apoſtaſia ad infidelitatem pertineat*
2 *Vtrum propter apoſtaſiam a fide, ſubditi abſoluãtur a domino præſidentium apoſtatarum*

QVAESTIO XIII.

De uitijs oppoſitis confeſſioni fidei. Et primo de blaſphemia in generali.

1 *Vtrum blaſphemia opponatur confeſſioni fidei*
2 *Vtrum blaſphemia ſemper ſit peccatum mortale*

3 Vtrum blaſphemia ſit maximum peccatorum
4 Vtrum blaſphemia ſit in damnatis

QVAESTIO XIIII.

De blaſphemia in ſpeciali qua eſt peccatum in ſpiritumſanctum.

1 Vtrum blaſphemia uel peccatum in ſpiritumſanctum ſit idem quod peccatum ex certa malitia
2 De ſpeciebus huius peccati
3 Vtrum ſit irremiſſibile
4 Vtrum aliquis poſſit peccare in ſpiritumſanctũ a principio, antequam alia peccata committat.

QVAESTIO XV.

De uitijs oppoſitis dono intellectus. ſ. de cœcitate mentis & hebetudine ſenſus

1 Vtrum cœcitas mentis ſit peccatum
2 Vtrum hebetudo ſenſus ſit aliud peccatum a cæcitate mentis
3 Vtrum hæc uitia a peccatis carnalibus oriantur.

QVAESTIO XVI.

De præceptis pertinentibus ad prædicta ſ. ad fidem, & dona ſcientiæ & intellectus

1 Vtrũ in ueteri lege dare debuerint præcepta credẽdi
2 Vtrum conuenienter in ueteri lege tradantur præcepta pertinentia ad ſcientiam & intelle..um

QVAESTIO XVII.

De ſpe quantum ad ipſam ſpem.

1 Vtrum ſpes ſit uirtus
2 Vtrum obiectum eius ſit beatitudo æterna
3 Vtrum unus homo poſſit ſperare beatitudinem alterius per uirtutem ſpei
4 Vtrum homo licite poſſit ſperare in homine
5 Vtrum ſpes ſit uir.us theologica
6 De diſtinctione eius ab alijs uirtutibus theologicis
7 Vtrum ſpes præce at fidem
8 Vtrum ſit poſterior charitate

QVAESTIO XVIII.

De ſp quantum ad ſubiectum eius.

1 Vtrum ſpes ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto
2 Vtrum ſpes ſit in beatis
3 Vtrum ſpes ſit in damnatis
4 Vtrum ſpes in uiatoribus habeat certitudinem

QVAESTIO XIX.

De dono timoris quod reſpondet ſpei.

1 Vtrum Deus debeat timeri
2 Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem, initialem, ſ ruilem, & mundanum
3 Vtrum timor mundanus ſemper ſit malus
4 Vtrum timor ſeruilis ſemper ſit bonus
5 Vtrum ſit idem in ſubſtantia cum filiali
6 Vtrum adueniente charitate excludat timor ſeruilis
7 Vtrum timor ſit initium ſapientiæ
8 Vtrũ timor initialis ſit idẽ in ſubã cũ timore filiali
9 Vtrum timor ſit donum Spiritusſancti
10 Vtrum creſcat creſcente charitate
11 Vtrum timor maneat in patria
12 Quid reſpondeat ei in beatitudinibus & fructibus

QVAESTIO XX.

De ſpe quãtũ ad uitia oppoſita. Et primo de deſperatione.

1 Vtrum deſperatio ſit peccatum
2 Vtrum deſperatio oſſit eſſe ſine infidelitate
3 Vtrum ſit maximum peccatorum
4 Vtrum oriatur ex accidia

QVAESTIO XXI.

De præſumptione

1 Cui obiecto innitatur præſumptio
2 Vtrum præſumptio ſit peccatum
3 Vtrum præſumptio opponatur ſpei
4 Vtrum cauſetur ex inani gloria

QVAESTIO XXII.

De pceptis pertinentibus ad ſpẽ, & ad donum timoris.

1 Vtrũ fuerit dandũ aliquod præceptũ pertinẽs ad ſpẽ
2 Vtrũ fuerit dãdũ aliud præceptũ ptinẽs ad timorem

QVAESTIO XXIII.

De ipſa charitate ſecundum ſe.

1 Vtrum charitas ſit amicitia
2 Vtrum ſit aliquid creatum in anima
3 Vtrum ſit uirtus
4 Vtr m ſit uirtus ſpecialis
5 Vtrum ſit una uirtus
6 Vtrum ſit maxima uirtutum
7 Vtrum ſine ea poſſit eſſe aliqua uera uirtus
8 Vtrum ſit forma uirtutum

QVAESTIO XXIIII.

De charitate in comparatione ad ſubiectum.

1 Vtrum charitas ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto
2 Vtrum charitas cauſetur in homine ex actibus præcedentibus uel ex infuſione
3 Vtrum infundatur ſecũdum capacitatẽ naturalium
4 Vtrum augeatur in habente ipſam
5 Vtrum augeatur per additionem
6 Vtrum quolibet actu augeatur
7 Vtrum augeatur in infinitum
8 Vtrum charitas uiæ poſſit eſſe perfecta
9 Vtrum conuenienter diſtinguantur tres gradus charitatis. ſcilicet incipiens, proficiens, & perfecta
10 Vtrum charitas poſſit diminui
11 Vtrum charitas ſemel habita poſſit amitti
12 Vtrum amittatur per unum actum peccati mortali

QVAESTIO XXV.

De charitate quantum ad eius obiectum, quæ ſcilicet ſint ex charitate diligenda.

1 Vtrum ſolus Deus ſit ex charitate diligendus, uel etiam proximus
2 Vtrum charitas ſit ex charitate diligenda
3 Vtrũ creaturæ irrationales ſint ex charitate diligẽdæ
4 Vtrum aliquis ex charitate poſſit ſeipſum diligere
5 Vtrum poſſit ex charitate diligere corpus proprium
6 Vtrum peccatores ſint ex charitate diligendi
7 Vtrum peccatores ſeipſos diligant
8 Vtrum inimici ſint ex charitate diligendi
9 Vtrum ſint eis ſigna amicitiæ exhibenda
10 Vtrum angeli ſint ex charitate diligendi
11 Vtrum Dæmones
12 Vtrum conuenienter enumerentur quatuor ex charitate diligenda. ſcilicet Deus, proximus, corpus proprium, & noſipſi

QVAESTIO XXVI.

De charitate quantum ad ordinem diligendorum.

1 Vtrum aliquis ordo ſit in charitate
2 Vtrũ homo debeat Deum plus diligere q̃ proximum
3 Vtrum plus quàm ſeipſum
4 Vtrum, ſe plus quàm proximum
5 Vtrum debeat homo plus diligere proximum quàm corpus proprium
6 Vtrum plus unum proximum quàm alium
7 Vtrũ plus proximũ meliorem q̃ magis ſibi coniunctũ
8 Vtrum magis coniunctum ſibi ſecundum carnis affinitatem, uel ſecundum alias neceſſitudines
9 Vtrum magis filium quàm patrem
10 Vtrum magis patrem quàm matrem

11 Vtrum

11 Vtrum uxorem plus quàm patrem vel matrem
12 Vtrum magis benefactorem quàm beneficiatum
13 Vtrum ordo charitatis maneat in patria

QVAESTIO XXVII.

De charitate quantum ad eius actum principalem qui eſt dilectio.

1 Vtrum amare ſit magis proprium charitatis quàm amari
2 Vtrum amare prout eſt actus charitatis ſit idem quod beniuolentia
3 Vtrum Deus ſit propter ſeipſum amandus
4 Vtrum poſſit in hac uita immediate amari
5 Vtrum poſſit amari totaliter
6 Vtrum eius dilectio habeat modum
7 Vtrum diligere amicũ ſit melius quàm diligere inimicũ
8 Vtrum diligere Deum ſit melius quàm diligere proximũ

QVAESTIO XXVIII.

De interioribus effectibus charitatis. Et primo de gaudio quod eſt interior effectus conſequens principalem actum charitatis qui eſt dilectio.

1 Vtrum gaudium ſit effectus charitatis
2 Vtrum huiuſmodi gaudium compatiatur ſecũ triſtitiam
3 Vtrum iſtud gaudium poſſit eſſe plenum
4 Vtrum huiuſmodi gaudium ſit virtus

QVAESTIO XXIX.

De effectibus charitatis quantum ad pacem quæ eſt interior effectus conſequens dilectionem.

1 Vtrum pax ſit idem quod concordia
2 Vtrum omnia appetant pacem
3 Vtrum pax ſit effectus charitatis
4 Vtrum pax ſit uirtus

QVAESTIO XXX.

De effectibus charitatis quantum ad miſericordiam quæ eſt interior charitatis effectus.

1 Vtrum malum ſit cauſa miſericordiæ ex parte eius cui miſeremur.
2 Quorum ſit miſereri
3 Vtrum miſericordia ſit uirtus
4 Vtrum ſit maxima uirtutum

QVÆSTIO XXXI.

De effectibus exterioribus charitatis. Et primo de beneficentia.

1 Vtrum beneficentia ſit actus charitatis
2 Vtrum ſit omnibus benefaciendum
3 Vtrum magis coniunctis ſit magis benefaciendum
4 Vtrum beneficentia ſit uirtus ſpecialis

QVAESTIO XXXII.

De exterioribus effectibus charitatis quantũ ad eleæmoſinã.

1 Vtrum eleæmoſinæ largitio ſit actus charitatis
2 Vtrum conuenienter diſtinguantur eleæmoſinarum genera, ponendo ſeptem eleæmoſinas ſpirituales, & ſeptẽ corporales
3 Vtrum eleæmoſinæ ſpirituales ſint potiores eleæmoſinis corporalibus
4 Vtrum eleæmoſinæ corporales habeant effectũ ſpiritualẽ
5 Vtrum dare eleæmoſynam ſit in præcepto
6 Vtrum corporalis eleæmoſyna ſit danda de neceſſario
7 Vtrum ſit danda de iniuſte acquiſito
8 Quorum ſit dare eleæmoſynam
9 Quibus ſit eleæmoſina danda
10 Quis ſit modus eleæmoſinæ fiendæ

QVÆSTIO XXXIII.

De exterioribus effectibus charitatis quantum ad correctionem fraternam.

1 Vtrum fraterna correctio ſit actus charitatis
2 Vtrum fraterna correctio ſit ſub præcepto
3 Vtrum hoc præceptum extendat ſe ad omnes, uel ſolum ad prælatos
4 Vtrum ſubditi teneantur ex hoc præcepto prælatos corrigere
5 Vtrum peccator poſſit corrigere
6 Vtrum aliquis debeat corrigere qui ex correctione fit deterior
7 Vtrum ſecreta correctio debeat præcedere denunciationẽ
8 Vtrum teſtiũ inductio debeat præcedere denunciationem

QVAESTIO XXXIIII.

De vitijs oppoſitis charitati. Et primo de odio quod opponitur ipſi dilectioni.

1 Vtrum Deus poſſit odio haberi
2 Vtrum odium Dei ſit maximum peccatorum
3 Vtrum odium proximi ſemper ſit peccatum
4 Vtrum ſit maximum inter peccata quæ ſunt in proximũ
5 Vtrum ſit uitium capitale
6 Ex quo capitali uitio oriatur

QVAESTIO XXXV.

De vitijs oppoſitis charitati quantum ad accidiam quæ opponitur gaudio charitatis, quod eſt de bono diuino.

1 Vtrum accidia ſit peccatum
2 Vtrum accidia ſit ſpeciale vitium
3 Vtrum ſit peccatum mortale
4 Vtrum ſit uitium capitale

QVAESTIO XXXVI.

De vitijs oppoſitis charitati quantum ad inuidiam quæ opponitur gaudio de bono proximi.

1 Vtrum inuidia ſit triſtitia de bonis alienis
2 Vtrum inuidia ſit peccatum
3 Vtrum inuidia ſit peccatum mortale
4 Vtrum inuidia ſit uitium capitale, & de filiabus eius

QVAESTIO XXXVII.

De diſcordia quæ opponitur effectui charitatis qui eſt pax.

1 Vtrum diſcordia ſit peccatum
2 Vtrum ſit filia inanis gloriæ

QVAESTIO XXXVIII.

De contentione quę opponitur paci quantum ad os.

1 Vtrum contentio ſit peccatum mortale
2 Vtrum ſit filia inanis gloriæ

QVAESTIO XXXIX.

De ſciſmate quod opponitur paci quantum ad opus.

1 Vtrum ſciſma ſit ſpeciale peccatum
2 Vtrum ſit grauius infidelitate
3 Vtrum ſciſmatici habeant aliquam poteſtatem
4 Quę ſit conueniens pœna ſciſmaticorum

QVAESTIO XL.

De bello quod opponitur paci quantum ad opus

1 Vtrum aliquod bellum ſit licitum
2 Vtrum clericis ſit licitum bellare
3 Vtrum liceat bellantibus uti inſidijs
4 Vtrum liceat in diebus feſtis bellare

QVÆSTIO XLI.

De rixa quę opponitur paci quantum ad opus.

1 Vtrum rixa ſit peccatum
2 Vtrum rixa ſit filia irę

QVAESTIO XLII.

De ſeditione quę opponitur paci quantum ad opus.

1 Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccatum
2 Vtrum ſit peccatum mortale

QVÆSTIO XLIII.

De ſcandalo quod opponitur charitati quantum ad beneficentiam.

1 Quid ſit ſcandalum

2 *Vtrum ſcandalum ſit peccatum*
3 Vtrum ſit ſpeciale peccatum
4 *Vtrum ſit peccatum mortale*
5 Vtrum perfectorum ſit ſcandalizari
6 Vtrum eorum ſit ſcandalizare
7 *Vtrum ſpiritualia bona ſint dimittenda propter ſcandalū*
8 *Vtrum temporalia ſint propter ſcandalum dimittenda*

QVAESTIO XLIIII.
De præceptis charitatis.
1 Vtrum de charitate ſint danda præcepta
2 Vtrum unum tantum uel duo
3 Vtrum duo ſufficiant
4 Vtrum conuenienter præcipiatur, ut Deus ex toto corde diligatur
5 Vtrum conuenienter addatur ex tota mente
6 Vtrum hoc præceptum poſſit in uia impleri
7 De hoc præcepto, Diliges proximum tuum ſicut teipſum
8 *Vtrum ordo charitatis cadat ſub præcepto*

QVAESTIO XLV.
De dono ſapientiæ quod reſpondet charitati.
1 Vtrū ſapiētia debeat numerari inter dona Spiritusſancti
2 *Vtrum ſit in intellectu ſicut in ſubiecto*
3 *Vtrum ſapientia ſit ſpeculatiua tantum uel etiā practica*
4 Vtrum ſapientia quæ eſt donum poſſit eſſe cum peccato mortali
5 Vtrum ſit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem
6 Vtrum reſpondeat ei ſeptima beatitudo quæ eſt. Beati pacifici

QVÆSTIO XLVI.
De ſtultitia quæ opponitur ſapientiæ.
1 Vtrum ſtultitia opponatur ſapientiæ
2 Vtrum ſtultitia ſit peccatum
3 *Vtrum ſtultitia ſit filia luxuriæ*

QVÆSTIO XLVII.
De prudentia ſecundum ſe.
1 Vtrum prudentia ſit in uoluntate, uel in ratione
2 *Vtrum ſi eſt in ratione, ſit in practica tantum uel etiam in ſpeculatiua*
3 Vtrum ſit cognoſcitiua ſingularium
4 Vtrum ſit uirtus
5 *Vtrum ſit uirtus ſpecialis*
6 Vtrum præſtituat finem uirtutibus moralibus
7 *Vtrum conſtituat medium in eis*
8 *Vtrum præcipere ſit proprius actus eius*
9 Vtrum ſolicitudo uel uigilantia pertineat ad prudētiam
10 Vtrum prudentia ſe extendat ad regimen multitudinis
11 Vtrum prudentia quæ eſt reſpectu proprij boni ſit eadem ſpecie cum ea quæ ſe extendit ad bonum commune
12 *Vtrum prudentia ſit in ſubditis an ſolum in principibus*
13 *Vtrum inueniatur in malis*
14 *Vtrum inueniatur in omnibus bonis*
15 Vtrum inſit nobis a natura
16 *Vtrum perdatur per obliuionem*

QVÆSTIO XLVIII.
De prudentia quantum ad partes ſuas in generali.
1 *Quæ ſint partes prudentiæ.*

QVAESTIO XLIX.
De ſingulis prudentiæ partibus quaſi integralibus.
1 De memoria, utrum ſit pars prudentiæ
2 De intellectu uel intelligentia, utrum ſit pars prudentiæ
3 De docilitate, utrum ſit pars prudentiæ
4 De ſolertia, utrum ſit pars prudentiæ
5 *Vtrum ratio ſit pars prudentiæ*
6 Vtrum prouidentia ſit pars prudentiæ
7 Vtrum circumſpectio ſit pars prudentiæ
8 *Vtrum cautio ſit pars prudentiæ*

QVAESTIO L.
De ſpeciebus prudentiæ quæ ſunt ad multitudinem.
1 Vtrum legis poſitiua debeat poni ſpes prudentiæ
2 *Vtrum politica ſit pars prudentiæ*
3 *Vtrum iconomica*
4 *Vtrum militaris*

QVAESTIO LI.
De prudentia quantum ad uirtutes ei adiunctas quæ ſunt partes quaſi potentiales
1 Vtrum eubulia ſit uirtus
2 *Vtrum ſit ſpecialis uirtus a prudentia diſtincta*
3 *Vtrum ſyneſis ſit ſpecialis uirtus*
4 Vtrum gnomin ſit ſpecialis uirtus

QVÆSTIO LII.
De dono conſilij quod reſpondet prudentiæ.
1 Vtrum conſilium debeat poni inter ſeptem dona Spiritusſancti
2 Vtrum donum conſilij reſpondeat uirtuti prudentiæ
3 *Vtrum donum conſilij maneat in patria*
4 Vtrum quinta beatitudo quæ eſt, Beati miſericordes, reſpondeat dono conſilij

QVAESTIO LIII.
De uitijs oppoſitis prudentiæ. Et primo de imprudentia.
1 Vtrum imprudentia ſit peccatum
2 *Vtrum ſit ſpeciale peccatum*
3 Vtrum præcipitatio, ſeu temeritas ſit peccatum ſub imprudentia contentum
4 Vtrum inconſideratio ſit ſpeciale peccatum ſub imprudētia contentum
5 *Vtrum inconſtantia ſit uitium ſub imprudentia cōtētū*
6 *Vtrum huiuſmodi uitia oriantur ex luxuria*

QVAESTIO LIIII
De negligentia.
1 Vtrum negligentia ſit peccatum ſpeciale
2 Vtrum negligentia opponatur prudentiæ
3 Vtrum negligentia ſit peccatum mortale

QVAESTIO LV.
De uitijs oppoſitis prudentiæ quæ habent ſimilitudinem cum prudentia.
1 Vtrum prudentia carnis ſit peccatum
2 *Vtrum ſit peccatum mortale*
3 Vtrum aſtutia ſit peccatum ſpeciale
4 *Vtrum dolus ſit peccatum ad aſtutiam pertinens*
5 *Vtrum fraus ad aſtutiam pertineat*
6 Vtrum ſolicitudo temporalium rerum ſit licita
7 *Vtrum ſit licitum quòd aliquis ſit ſolicitus in futurum*
8 *Vtrum prędicta uitia oriantur ex auaritia*

QVÆSTIO LVI.
De pręceptis pertinentibus ad prudentiam
1 *Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod pręceptum inter pręcepta decalogi*
2 *Vtrum in ueteri lege fuerint conuenienter poſita pręcepta prohibitiua de uitijs oppoſitis prudentię*

QVÆSTIO LVII.
De iuſtitia. Et primo de iure.
1 *Vtrum ius ſit obiectum iuſtitię*
2 Vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale & poſitiuum
3 Vtrum ius gentium ſit idem quod ius naturale
4 Vtrū ius dominatiuū & ius paternū debeant diſtinguī

QVÆSTIO LVIII.
De iuſtitia.
1 *Quid ſit iuſtitia*

2 Vtrum

2 *Vtrum iuſtitia ſemper ſit ad alterum*
3 *Vtrum iuſtitia ſemper ſit uirtus*
4 *Vtrum ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto*
5 *Vtrum ſit uirtus generalis*
6 *Vtrum ſecundum quòd eſt uirtus generalis, ſit idem in eſſentia cum omni uirtute*
7 *Vtrum ſit aliqua iuſtitia particularis*
8 *Vtrũ iuſtitia particularis habeat propriam materiã*
Augurium eſt diuinatio a garritu auium ſumpta, ſed auſpiciũ a motu auium. q.95.ar.7.
Augurium eſt illicitum in his quæ non cauſantur a cœlis, uel quæ non pertinent ad naturam eorum. q.95.ar.7.
Auaritia eſt immoderatus amor habendi. q.8.ar.1.
Auaritia proprie ſemper eſt peccatum. q.118.ar.1.
Auaritia eſt peccatum ſpeciale. q.118.ar.6.
Auaritia ſecundum qđ opponitur iuſtitiæ hoc modo ex genere ſuo peccatum mortale, contingit tñ in hoc genere auaritiæ eſſe peccatum ueniale propter perfectionem actus. q.118.ar.4
Auaritia eſt contra Deũ contra ſe, & cõtra proximũ. q.118.ar.1.
Auaritia dupliciter importat immoderantiam exteriorum, ſ. in affectu, & in re. q.118.ar.2 ad 2.
Auaritia ſumitur dupliciter, ſ. large pro omni cupiditate inordinata habendi quodcunq; bonũ creatum, & proprie ut eſt ſpeciale peccatum circa poſſeſſiones exteriores, q.118.ar.3.
Auaritiæ ſpecies ſunt ſeptem, ſ. parcitas, tenacitas, criminalitas, turpe lucrum, uſura, latrocinium, & alia, q.118.ar.4.

Auaritia

Auaritia eſt uitiū capitale, cuius filię ſunt ſeptē, ſ. proditio fraus fallacia, piuriū, inqetudo, violētia & obduratio, q. 118. arti. 8

Auaritia libido & cupiditas, dicunt̄ tripliciter, ſ. paſſio habitualis conſequens peccatum originale, ſ. fomes inordinatus appetitus cuiuſcunque rei uel tantum diuitiarum. prima eſt radix omnis peccati: ſecunda eſt genus omnis peccati: tertia eſt uitium capitale, q. 119. ar. 2. 1.

Auaritia ut eſt inordinatus appetitus diuitiarum, radix eſt omnium peccatorum, q. 119. ar. 2. ad 1.

Auaritia eſt maximum peccatorum ſcdm qd, i. ex parte cōuerſionis. & ē minimū ſimpliciter ex parte auerſionis, q. 118. a. 5

Auaritia eſt grauius peccatum prodigalitate, quia magis repugnat liberalitati, q. 119. ar. 3.

Auaritia ſuperabundat in amando, acquirēdo, & retinēdo, ſed deficit in dando: prodigalitas autem econuerſo, q. 119. art. 3.

Auaritia vt eſt inordinatus affectus opponitur liberalitati: ſed ut eſt extra in re opponitur iuſtitiæ, q. 118. ar. 3.

Auaritia ut opponitur liberalitati habet uitium oppoſitum, ſ. prodigalitatem: non autem ut opponitur iuſtitię. q. 119. ar. 1.

Audacia eſt peccatum contrarium fortitudini q. 127. art. 1.

Audacia contrariatur timori ſecundum acceſſum & receſſum circa idem obiectum, ſpes autem ſecundum contrarietatem obiectorum. q. 129. ar. 9. ad 2.

Audacia ſequitur ſpem, nec eſt pars eius: ſed effectus, ſicut deſperatio ex parte timoris, q. 129. ar. 7.

Autoritas Apoſtoli dicentis, Qui Epiſcopatum deſiderat, bonū opus deſiderat, quomodo eſt intelligenda. q. 185. arti. 1. ad 1.

B

BEatitudo datur ſecundū diuerſos gradus charitatis. q. 26. 3.

Beati uoluntate conſequente uolunt maius bonū alteri meliori quàm ſibi: ſed intenſius ſibi, antecedente uero uoluntate etiam maius bonum uolunt ſibi. q. 26. ar. 3.

Beneficia non ſunt ſubtrahenda ab amicis peccātib⁹ quouſq; ē ſpes de ſanitate recuperanda, ſed cū inſanabiles redduntur, tunc non eſt familiaritas amicitiæ exhibēdæ. q. 25. ar. 6. ad 2.

Benefactor plus diligit, quàm beneficiatus. q. 23. ar. 6. ad 2.

Beneficiati amor ad benefactorem eſt magis debitus, & ideo cōtrarium habet magis rationem peccati. q. 26. arti. 12. ad 2.

Beneficentia eſt facere bonum, & eſt actus amicitiæ vel charitatis ſecundum actionem communem. q. 31. art. 1.

Beneficij recompēſatio pertinet ad triplices uirtutes diuerſimode, ſ. ad iuſtitiam ubi eſt debitum legale, ut in mutuo & alijs huiuſmodi, ad amicitiam vero & gratiam, vbi eſt debitū morale. q. 31. ar. 1.

Beneficentia ad omnes ſe extendit ſecundum præparationem animi loco tamen debito & tempore. q. 31. ar. 2.

Beneficium aliquod ex quo poſſumus & tenemur benefacere omnibus ſaltem in generali, ſcilicet orare pro omnibus fidelibus & infidelibus. q. 31. ar. 2.

Beneficium nullum eſt tantum ſicut parentum, ideo in recōpenſatione ſunt cęteris præferendi: niſi neceſſitas, uel utilitas vel alia cauſa præponderet. q. 31. ar. 3.

Beneficentia non eſt uirtus ſpecialis, ſed eſt actus exterior amicitię, ſicut beneuolentia eſt actus interior eius. q. 31. ar. 4

Beneficia omnia ſecundum communem rationem reducūtur ad amorem, & omnia nocumenta ad odium: ſed ſecundum ſpeciales rationes ad diuerſas uirtutes uel uitia. q. 31. ar. 4.

Beneficium quodlibet impenſum proximo pertinet ad quartū præceptum, ſ. de honore parentum. q. 32. ar. 5. 4.

Beneficium recompenſandum eſt ſtatim ſecundum affectū ſed expectanda eſt opportunitas effectus. q. 106. ar. 4.

Beneficij recompenſatio debet eſſe maior accepto. q. 106. art. 6.

Beneficium & recompenſatio magis in affectu conſiſtit, quàm in effectu. q. 106. ar. 3. ad 5.

Beneficium ſine cura licitum eſt petere pro ſe digno & indigenti, non autem cum cura q. 100. arti. 3. ad 3.

Beneficiū dās nō meliori, ſed ſufficientiori, nō peccat. q. 63. ar. 2

Beneficia eccleſiaſtica magis debent dari plus idoneis ad regimen Eccleſiæ, quàm magis conſanguineis, ſed de patrimonio & de eius lucris eſt econuerſo. q. 63. ar. 1.

Beneficium dans ſpirituale conſanguineo minus digno, peccat per acceptionem perſonarum, non autem ſi ſit æque dignus. q. 63. ar. 1. ad 1.

Beneficium dans ratione conſanguinitatis grauiter peccat & eſt ſimonia per hoc intendit aliquod bonum proprium. quę. 63. artic. 1.

Benedictio uel maledictio proprie conuenit tantū ei cui poteſt bene uel male contingere, ſ. naturæ rationali, vel alijs in ordine ad naturam rationalem: auxiliando, ſicut Deus maledixit terram & Dauid montes, uel ſignificando, ſicut Chriſtus maledixit ficū, uel continendo, ſicut Iob maledixit diē, & Dauid montes, uel in ordine ad Deum, & ſic eſt blaſphemia, uel ſecundum ſe, & ſic eſt quid vanum. q. 76. ar. 3. ad 4 & 5

Bellantes qui quærunt diſſentiones deſiderant pacem quam ſe habere non exiſtimant. q. 29. ar. 2. ad 2.

Bellum ad hoc quod non ſit peccatum tria requirit, authoritate principis, iuſtam cauſam, & intentionem rectā. q. 40, art. 1.

Bellum gerere in die feſto non licet, niſi imminente neceſſitate pro tuenda Republica. q. 40. ar. 4.

Blaſphemia eſt attribuere Deo quod ei non conuenit, uel detrahere ab eo quod ei conuenit. q. 13. ar. 1.

Blaſphemia pertinet ad genus infidelitatis aggrauās eā. q. 13. 3.

Blaſphemia quæ fit in ſanctos, in Deum reddūdat. q. 13 ar. 1. 2.

Blaſphemia ſemper eſt peccatum mortale, quando eſt cum deliberato conſenſu. q. 13. ar. 2.

Blaſphemia quæ eſt ex lapſu linguæ, eſt peccatū ueniale, ſi hoc non intendebat q. 13. ar. 2. ad 3.

Blaſphemia eſt grauiſſimum omnium peccatorum. q. 13. art. 3.

Blaſphemia ſimpliciter eſt grauior homicidio & piurio, ſed ſecūdū quid eſt ecōuerſo, ſ. ratione nocumenti, q. 13. ar. 2. ad 1.

Blaſphemia eſt contra primum & ſecundum præceptum decalogi, q. 13. ar. 2. ad 2.

Blaſphemia in ſpiritum ſanctum dr̄ dupliciter, ſ. dicere contra deitatē, finalis impœnitentia, & peccatū ex malitia. q. 1. arti. 1.

Blaſphemia in ſpiritum ſanctum poteſt fieri tripliciter, ſcilicet corde, & ore & opere. q. 14. ar. 1. ad 1.

Blaſphemia tertio modo accepta, ſcilicet per malitiam diſtinguitur contra blaſphemiam in filium. q. 14. ar. 1. ad 2.

Blaſphemia in ſpiritum ſanctum dr̄ dupliciter, & contra perſonam ſpiritus ſancti, & contra ius attributum. q. 14. art. 1.

Blaſphemiæ in ſpiritum ſanctum ſecundum quod eſt ex certa malitia ſex ſunt ſpecies ſcilicet deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio ueritatis agnitæ, & inuidentia fraternę charitatis. q. 14. ar. 2.

Bonitas Dei ſecundum quod nunc intelligitur ex effectibus, poteſt intelligi ſine trinitate perſonarum, non autem vt intelligitur a beatis. q. 2. ar. 8. ad 3.

Bonum commune ſemper eſt magis amabile quàm bonū proprium. q. 2. ar. 4. ad 3.

Bonum morale præcipuè conſiſtit in cōuerſione ad Deum, malum autem morale in auerſione a Deo. q. 19. ar. 2. ad 2.

Bonum plus facit ad rationem meriti & uirtutis, quàm difficile. q. 27. ar. 8. ad 2.

Bona tēporalia quæ hominibus diuinitus dantur, ſunt eius tantum quo ad proprietatem, non autē quantum ad vſum: ſed etiam aliorum qui ex eis ſuſtentari poſſunt. q. 33. art. 5. ad 2.

Bona ſpiritualia neceſſaria non debēt dimitti pp ſcandalū, alia vero debēt occultari uel differri ſi ſit ex ignorantia donec doceantur, niſi ſit periculū: non aūt poſt, nec ſi ex malitia. q. 43. 7.

Bona temporalia proprie debēt dimitti propter ſcandalum ex ignorantia, uel ex infirmitate, uel ſcandalum ſedari, non autem ſi ſit ex malitia, nec aliena nobis commiſſa. q. 43. ar. 8.

Bonum neceſſarium ad ſalutem nō debet dimitti propter obedientiam, ſed quodlibet aliud. q. 104. ar. 3. ad 3.

Bonum quodlibet debet præſupponi niſi appareat contrarium nec ſit in periculum alterius. q. 70. ar. 3. ad 2.

C

CHaritas diligit proximum propter Deum. q. 1. art. 1. 3.

Charitas eſt forma fidei & omnium uirtutum. q. 4. art. 5.

Charitas non eſt forma intrinſeca, ſed informatiua actus eius. q. 4. ar. 3 ad 2.

Charitas eſt uirtus. q. 23. ar. 1.

Charitas eſt amicitia. q. 23. arti. 1.

Charitas eſt habitus creatus in anima. q. 23. ar. 2.

Charitas qua nos diligimus, eſt charitas diuina participata. q. 23. ar. 2 ad 1.

Charitas eſt uita animæ, ſicut anima corporis. q. 23. artic. 2.

Charitas eſt finita, facit tamē effectum infinitum. q. 23. art. 2. 3.

Charitas eſt accidens, q. 23. ar. 3. ad 3.

Charitas eſt uirtus ſpecialis. q. 23. ar. 4.

Charitas eſt una uirtus. q. 23. ar. 5.

Charitas eſt dignior anima in qua habitat. q. 23. ar. 3. ad 3.

Charitas eſt excellentiſſima uirtutum, fide etiam & ſpe, qu. 23. artic. 6.

Charitas eſt forma omnium uirtutum, non quidem exemplariter aut eſſentialiter, ſed effectiue. q. 23 ar. 8.

Charitas eſt radix omnium uirtutum. q. 23. art. 8. ad 2.

Charitas eſt finis omnium aliarum virtutum, id eſt, quia aliæ uirtutes ordinantur ad ſuum finem. q. 23. art. 8. ad 3.

Charitas ſubiectum eſt uoluntatis. q. 24. ar. 1.

Charitas eſt in uoluntate, & non aliena a ratione, q. 24. art. 1. ad 1 & 2.

Charitas non eſt in uoluntate ſecundum rationem liberi arbitrij, cuius actus eſt eligere, q. 24. ar. 1. ad 3.

Charitas non eſt in nobis naturaliter, nec cauſatur ex actibus noſtris, ſed infunditur a deo. q. 24. ar. 2.
Charitas non datur ſecundum capacitatem naturæ in quam recipitur. q. 24. ar. 3.
Charitas augetur eſſentialiter. q 24. ar. 2.
Charitas eſt in ſummo ex parte obiecti, non tamen quantũ ad eius intenſionem. q 24 ar. 4. 2.
Charitatem augeri eſſentialiter eſt ipſam habere efficaciam ad producendũ actum feruentioris dilectionis. q. 24. arti. 4. ad 3.
Charitas augetur non per additionem, ſed per intenſionem ſecundum acceſſum ad terminum. quæſ. 24. ar. 5.
Charitatis augmentatio importat mutationem ſecundum magis & minus. q. 24. ar. 5. 2.
Charitatis actus quilibet meretur vitam æternã, ſed nõ ſtatim, ſed tempore debito, ſicut quilibet actus charitatis meret᷑ charitatis augmentũ, non tamen ſtatim augetur. q. 24. ar. 6. ad 1.
Charitas poteſt augeri in infinitum. q. 24. ar. 7.
Charitatis quilibet actus diſponit ad augmentũ charitatis reddendo hominẽ promptiorem ad iterũ agendũ & habilitate creſcẽte donec conet᷑ ad ꝑfectũ & tunc actu auget᷑. q. 24. ar. 6.
Charitas unico actu augetur ſi ſiat cum toto conatu, non autẽ aliter. q. 24. ar. 6.
Charitas in uia põt eſſe perfecta ex parte diligẽtis, non ex parte obiecti, ut cor ſuũ totũ actualiter ferat᷑ in deũ vt ſtudiũ ſuum deo deputet & habitualiter totũ cor ſuũ ponat in deo. q. 24. 8
Charitatis gradus eſt triplex, incipientium, proficientiũ & perfectorum q. 24. ar. 9.
Charitas non poteſt minui. q. 24. ar. 10.
Charitas non poteſt amitti per peccatum veniale. q. 24. ar. 10.
Charitas uiæ põt amitti, non autem charitas patriæ. q. 24 ar. 11.
Charitas quolibet peccato mortali amittitur. q. 24. ar. 12.
Charitas habet impeccabilitatẽ ex uirtute ſpiritusſancti, qui infallibiliter operatur quodcũq; uoluerit & ẽt ſecũdũ propriã rõnẽ charitatis non aũt ex parte ſui obiecti. q. 24. ar. 11.
Charitas de per ſe præſeruat à peccato, ſed habens eam peccat ex mutabilitate liberi arbitrij. q. 24. ar. 11.
Charitas nõ ſolũ ſe extẽdit ad dilectionẽ dei, ſed ꝓximi, q. 25. a. 1
Charitas amatur per charitatem, ſicut bonum quod uolumus ad amicum & non ſicut id quod amatur. q. 25. ar. 2.
Charitate proprie non diligimus creaturas irrationales, ſed eas diligimus ad honorem dei & utilitatẽ hominum. q. 25. ar. 3.
Charitate actus carentis eſt duplex carens charitate. 1. faciens id ꝑ quod charet charitate, uel non ſecundum quod caret charitate, ſed ſecundum q̃ habet fidem, ſpem. &c. q. 23. ar. 7. 1.
Charitate diligimus corpus noſtrum, vt exhibendũ in ſeruitiũ dei, nõ aũt ut ex infectiõe culpę & corruptiõis ẽ infectũ. q. 25. a. 5.
Charitate angeli ſunt amandi. q. 25. ar. 10.
Charitate, quatuor ſunt diligenda, deus, proximus, corpus noſtrum, & noſipſi. q. 25. ar. 12.
Charitas habet ordinem q. 26. ar. 1.
Charitate magis homo debet diligere deum, qui eſt bonum cõmune quàm ſeipſum. q. 26. ar. 3.
Charitas facit nos cõformari deo ſcdm ꝓportionẽ, ut ita hõ ſe hẽat ad id qđ ſuũ ẽ, ſicut deus ad id qđ ſuũ eſt. q. 26. ar. 7. ad 2.
Charitate poſſumus uelle aliqua nobis cõuenientia, quæ tñ Deus non vult, quia non conuenit ei ut ea uelit. q. 26. ar. 7. ad 2,
Charitas non ſolum elicit actum dilectionis, ſcdm rationẽ obiecti, ſed etiam ſecundum rationem diligentis. q. 26. ar. 7. 3.
Charitas eſt quę diligendo animam unit immediate deo vinculo ſpiritualis unionis. q. 27. ar. 4. ad 3.
Charitas pręeminet alijs uirtutibus, quia eſt menſura aliarũ. q. 27. ar. 6. ad 1.
Charitas intantũ facit condolere proximo inquantum participatio diuini luminis in eo impeditur. q. 28. ar. 2 1.
Charitas inclinat ad rectum iudicium, de omni re per regulas diuinas, ex quibus profertur per donum ſapiẽtiæ, ſed iuſtitia inclinat per prudentiam ſecundũ regulas iuris. q. 60 ar. 1. 2.
Charitas ſine obedientia eſſe non poteſt. q. 104. ar. 3.
¶Cã quare plura ſimbola fuerũt edita, ut diligentius inſtruerentur populi de ptinẽtibus ad fidẽ ꝓꝑ diuerſos errores. q. 1. 9. 2.
Cauſa diſpẽſandi in uoto ſi ſit apparens, uel dubia põt ſtari iudicio prelati diſpenſantis uel commutantis uotũ, non aũt iudicio proprio, quia ipſe uouens non gerit uicem dei, niſi forte in caſu, in quo id quod uouit eſt manifeſte illicitũ, uel nõ poſſet opportune ad ſuperiorem recurrere. q. 88 art. 12. 2
Cã idolatriæ diſpoſitiue fuit triplex ex parte hominis. ſ. inordinatus affectus, repreſentatio delectabilis, & ignorãtia dei, ſed cauſa conſummatiua eius fuerunt dæmones. q. 94. ar. 4.
¶Caro non agit in partem intellectiuam, ipſam delectando, ſed bene impediendo operationem ſuam. q. 15. ar. 3. ad 2.
¶Cautio ſiue cautela, cuius eſt uitare impedimenta bonæ operationis eſt pars integralis prudentiæ. q. 49. ar. 8.
¶Cautela eſt ad mala, quæ vt in pluribus accidũt, quæ ratione pñt cõprehẽdi, quæ vel euitent totaliter, vel ut minus noceãt, non aũt ad caſualia uel fortuita, quæ cũ ſint infinita, nõ pñt rõne comprehẽdi & per cõſequẽs nec euitari. q. 49. ar. 8. ad 3.
¶Cauere oppoſita mala & proſequi bona eiuſdem eſt rõnis, ſed euitare impedimẽta extrinſeca, alteri⁹ eſt rõnis. q. 49. art. 8. 2.
¶Cautio non eſt neceſſaria in moralibus actibus, ſed reſpectu illorum, per quæ actus uirtutũ poſſunt impediri. q. 49. art. 8. 1.
¶Carentia prudentię, & cuiuſlibet virtutis includitur in carẽtia iuſtitiæ originalis, quæ totam aĩam perficiebat. q. 53. art. 1. 2.
¶ Canonicus iurans ſeruare ſtatuta collegij tenetur ad ſtatuta futura, ex ui eorum, non autem ex iuramento niſi hoc intenderit. q. 98. ar. 2 4.
¶Cãtus & laus vocalis erit ĩ beatis poſt reſurrectionẽ. q. 13. art. 4.
Cantus & laus dei vocalis fit ſalubriter in eccleſia ad deuotionẽ excitandam. q. 91 ar. 2.
¶Cãtus theatricus, vel aliqđ aliud artificiale organum in eccleſia ad delectationẽ, uel oſtẽtationẽ improbatur. q. 91. art. 2. 2.
¶Caſtitas eſt uirtus dicta a caſtigatione concupiſcentiæ tanquã pueri. q. 151. ar. 1.
Caſtitas proprie eſt uirtus ſpecialis circa uenerea, ſed large eſt virtus generalis. q. 151. ar. 2.
Caſtitas vt delectans eſt fructus, ſed ut eſt ſecundum rationem eſt virtus. q. 151. ar. 1. 4.
Caſtitas coniugalis non eſt uirtus ſpecialis ſupra caſtitatem, qa non habet laudẽ niſi abſtinentiæ ab illicitis delectationibus, nec caſtitas uidualis, quia non eſt perfecta. q. 152. arti. 3. 5.
Caſtitas eſt circa uenerea abſtinentia, eſt circa cibos, ideo differunt. q. 151. art. 1. 4.
Caſtitati authonomaſice attribuitur decor, ideo uirginitati attribuitur excellentiſſima pulchritudo. q. 152. ar. 5.
Caſtitas eſt ſubiectiue in anima q. 151. ar. 1. 1.
¶Cæcitas quę eſt priuatio luminis gratiæ quædam pœna ponitur. q. 15. ar. 1.
Cæcitas quæ excuſat᷑ peccatum contingit ex naturali defectu, non potentis videre. q. 15. ar. 1. 2
Cæcitas dupliciter capit᷑ & utroq; modo eſt peccatũ. q. 15. art. 1.
Cæcitas & hæbetudo ſenſus opponunt᷑ dono intellectus. q. 15. 2.
Cęcitas mẽtis orit᷑ ex luxuria, hębetudo aũt ab ipſa gula. q. 15. 3.
Ciuis nouus obligat᷑ ſeruare iuramẽta ciuitatis ex fidelitate, nõ autem ex iuramento, quia eſt actio perſonalis. q. 99. ar. 2. 4.
¶Circũſpectio attẽdit circũſtãtias in negotio morali. q. 49. ar. 7.
¶ Circunſtantianda ſunt infinita, circunſtãtiata tamen in actu ſunt pauca. q. 49. ar. 7. 1.
¶ Clericis non licet occidere peccatores, licet hoc liceret ſacerdotibus legis. q. 64. ar. 4.
¶Clericus non põt iuſte cogi, vt ſit teſtis in cã ſanguinis, qa non conuenit ei cooperari ad occaſionem hominis. q. 70. ar. 1 3.
Clericis nõ licet bellare in ꝓpria perſona, ſed pñt bene intereſſe bello, de licẽtia tñ ſui ſuperioris & exhortari pugnãtes. q. 40. a. 2
Clerici tenentur oẽs dare decimas papæ ſi petat. q. 87. ar. 4. 3.
¶ Clementia eſt uirtus humana, ideo directe ei opponitur crudelitas, non aũt feritas uel ſęuitas ſub beſtialitate, ſed uirtuti heroicæ uel dono pietatis. q. 159. ar. 2. 1.
Clementia & manſuetudo ſunt uirtutes, nec opponuntur ſæueritati. q. 157. ar. 2.
Clementia eſt lænitas ſuperioris ad inferiorem, ſed manſuetudo eſt cuiuſlibet ad quemlibet. q. 151. ar. 1.
Clementia eſt moderatiua pœnarum, ſed manſuetudo eſt moderatiua iræ. q. 157. ar. 1.
Clementia & manſuetudo conueniunt cum tempetãtia in modo, non autem in materia. q. 157. ar. 3. 2.
Clementia moderat affectum in pœnis infligendis, ſecundum legem communem ex dulcedine affectus, ſed epiKiia ordinat intentionem legis. q. 157. ar. 2. 2.
Clementia & manſuetudo, non ſunt maximæ uirtutes, niſi ſecundum quid. q. 157 ar. 2. 2.
Clementia & manſuetudo reddunt hominem deo acceptum & hominibus, ut concurrunt in effectum charitatis remouendo mala proximis. q. 157. ar. 4. 2.
Clementia, manſuetudo, miſericordia, pietas concurrunt in eodem effectu ſecundum diuerſa motiua. q. 157. ar. 4. 3.
Clementia comparatur ad ſæueritatem, ſicut epiKiia ad iuſtitiam legalem, cuius pars eſt ſæueritas. q. 157. ar. 2 2.
Cognitio perſonarum eſt una, quo ad unitatem eſſentiæ, quæ ad primum articulum ſpectat. q. 1 ar. 8. 3
Cogitare di͠r tripliciter, ꝑ qualecũq; actualẽ cõſiderationẽ intellect⁹ ꝑ actu intellect⁹ deliberãtis, & ꝑ actu uirtutis cogitatiuæ. q. 2. 1
Cogitationes non poſſunt poni obices aliis, ut diſponãt ad ruinam, ideirco nõ poſſunt habere rationẽ ſcandali. q. 43. ar. 1. 2
Cogẽs iurare quẽ ſcit periurare, peccat mortaliter, niſi ſit perſona publica, ut iudex, qui requiſitus tenetur ad hoc. q. 98. ar. 4.

¶Confeſſio

Confeſſio fidei traditur in Simbolo quaſi ex perſona totius eccleſiæ, quæ fidem formatam habet.q.1.ar.6.

Confeſſio eſt actus fidei exterior ad fidem ut ad proprium habitum.q.3.ar.1.

Cõfeſſio eſt triplex, eorum quæ ſunt fidei gratiarum, actiones, ſiue laudis & peccatorum.q.3.ar.1.1.

Confeſſio fidei cauſat omnes actus omnium uirtutum, ſine alia uirtute media.q.3.ar.1.3.

Confeſſio fidei eſt de neceſſitate ſalutis, quãdo periclitatur honor Dei, uel utilitas proximi.q.3.ar.2.

Confeſſio & doctrina fidei præſupponit ſubiectionem hominis ad Deum per fidem, & ideo in ueteri lege potuerunt dari præcepta magis pertinentia ad confeſſionem & doctrinam fidei, quàm ad ipſam fidem.q.16.ar.1.4.

Confeſſio cuiuſcunque alterius ueritatis q̃ fidei non eſt cauſa ſufficiens ad martyrium ratione materiæ, ſed tantum ratione finis referendo in Chriſtum.q.124 ar.5.

¶Conuenientia fidei, non ſemper diminuũt promptitudinem uoluntatis ad credendum, & per conſequens non diminuũt meritum fidei.q.2.ar.10.3.

¶Contemplatio quam habuerunt angeli ante confirmationẽ, & homo ante peccatum non tollebat neceſſitatem fidei, ſed altior erat noſtra contemplatione.q.1.ar.1.1.

¶Communicatio prohibetur duplici de cauſa.ſ. propter periculum ſicut cum infidelibus, uel in pœnam, ſicut cũ excommunicatis, hæreticis, ſciſmaticis & apoſtatis.q.10.ar.9.

¶Concupiſcibilis eſt pars ſenſitiua, & ideo amor eius eſt boni ſenſitiui.q.24.ar.1.1.

¶Communicamus angelis mente, licet imperfecte & communicamus cum eis in beatitudine æterna, quod non eſt a nobis, ſecundum partem ſenſitiuam in qua communicamus cum brutis.q.25.ar.10.2.3.

¶Conſanguinei debent plus amari.q.26.ar.8.

¶Corpus noſtrũ quantũ ad conſtitutionẽ propriæ naturæ eſt propinquius aiæ noſtræ, ſed quãtũ ad participationẽ beatitudinis aia proximi, eſt magis ꝓpinqua nobis.q.26.ar.5.2.

¶Conuiuium magis extraneis eſt faciendum, q̃ conſanguineis & hoc in caſu.ſ.ratione indigentiæ.q.31.ar.3.1.

¶Correctio duplex.ſ. coactiua & oſtenſiua tñ, prima pertinet ad prælatos tantum, ſecunda uero ad omnes.q.33.ar.1.

Correctio fraterna eſt actus charitatis, coactiua uero eſt actus iuſtitiæ.q.33.ar.1.2.

Correctio utraque eſt in præcepto, ſed ſecunda ſolum quando delinquens occurrit cum commoditate corripiendi & ſpe emendationis & ſuperior deeſt.q.33.ar.2.

In correctione fraterna admonitio eſt principaliter actus charitatis quaſi imperantis, prudentiæ uero ſecundario quaſi exequentis & dirigentis.q.33.ar.1.2.

Correctionem dimittens, quia non ſpectat correctionem, ſed timet ſequi peius non peccat.q.33.ar.6.

Correctio eſt utilis ad emendationem, ad quam tamẽ nõ ſufficit ſine auxilio Dei.q.33.ar.2.1.

¶Corripiendus eſt prælatus a ſubditis, ſed in ſecreto tantũ & reuerẽter niſi propter periculum fidei fiat publice ſicut Paulus publice corripuit Petrum.q.33.ar.4.

Correctionis fraternæ ordo ſeruandus eſt in peccatis occultis tantum.q.33.ar.7.

Correctione fraterna, primo debet frater admoneri ſecrete, ſecundo debet dici prælato ſecrete, tertio teſtes adhiberi, quarto publicari.q.33.ar.8.1.

¶Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.q.37.ar.2.3.

Contentio quadruplex.ſ.color rethoricus, impugnatio ueritatis ſcitæ, uel falſitatis ſine modo, & moderate, prima & quarta eſt bona, ſecunda eſt peccatum mortale, tertia eſt peccatũ ueniale niſi ſit cum ſcandalo.q.38.ar.1.

Contentio importat cõtrarietatem in loquutione, ſicut diſcordia contrarietatem in uoluntate, quo ad intentionem, uel quo ad modum.q.38.ar.1.

Contentio eſt filia inanis gloriæ.q.38.ar.2.

Contẽtio & diſcordia oritur ex inuidia rõne termini a quo ſed ex inani gloria ratione termini ad quem.q.38.ar.2.2.

¶Conſuetudo multũ operatur ad bñ memorandũ.q.49.a.1.2.

¶Corrigens ſi eſt in peccato mortali poteſt ex officio & dẽt [illegible] humilitate & timore redarguere & iudicare cõſimiles vel ẽt exiſtentes in minori peccato nõ aũt ſi ſit publicũ.q.33 art.5.

¶Conſilium conuenienter ponitur unum de ſeptem donis ſpiritusſancti.q.52.ar.1.

Conſiliũ qđ eſt donũ ſpũſſancti: facit certitudinẽ a ſpũſancto de his quibus eubulia inquirit & coniecturat q.52.ar.1.1.

Conſilium quod eſt donum correſpondet prudentiæ & eubuliæ, ut adiuuans & perficiens eas.q.52.ar.1.1.

Conſiliũ qđ eſt donũ & ſciã manet in beatis, inquantũ retinẽt cognitionẽ ſcitorum & illuminantur de ignotis.q.52.ar.3.

Conſilij dono correſpondet quinta beatitudo, quæ eſt de miſericordia.q.52.ar.4.

Conſilij qđ eſt donũ dirigit nos in oĩbus ordinatis ad finẽ vitæ æternæ, ſiue neceſſariis p̃ceptis ſiue nõ.i.cõſiliis.q.52.4.2.

Conſilij rectitudo pertinet ad donum conſilij & ad prudentiam.q.53.ar.3.1.

¶Conſtantia & inconſtantia ſunt in ratione.q.53.ar.5.3.

¶Contrapaſſum idem eſt quod iuſtum commutatiuum tantum.q.61.ar.4.

Contrapaſſum primo inuenitur in paſſionibus iniurioſis, ſecũdo in ablatione rerum per uim, tertio in commutationibus uoluntariis.q.61 ar.4.

¶Contumelia eſt dicere id quod eſt contra honorem alicuius in notitiam eius, & aliorum, quod fit principaliter per uerba, ſecundo per alia.q.72.ar.1.

¶Contumelia eſt tantum de culpa, conuitium etiam de pœna, ſed improperium eſt de indigentia, quandoque tamen unũ ponitur pro alio.q.72.ar.1.3.

Contumelia eſt contra honorem & palàm detractio eſt contra famam & occulta: ſuſurratio uero contra amicitiam, deriſio autem erubeſcere facit q.73.ar.1.

Contumelia & conuitium ex intentione dehonorandi notabiliter ſunt peccata mortalia, ſi autem ad correctionem ſeruato debito modo non ſunt peccata.q.72.ar.2.

Contumeliæ & detractiones debent reprimi ad correctionem audacium & ad uitandum ſcandala.q.72.ar.3.

Contumelia principaliter oritur ex ira, ſecundo ex ſtultitia, q̃ conuenit cum ira, non autem ex ſuperbia directe, niſi diſpoſitiue.q.72.ar.4.

Conditio quæ dicitur intereſſe ſiue damni recompenſatio & non ſpes lucri poteſt excuſare a uitio uſuræ.q.78.art.2.1.

Conditio quæ ſumitur tantum ex ſpontanea oblatione excuſat a uitio uſuræ.ſ quando tam ex parte dantis, quàm accipientis gratis aliquid offertur.q.78.ar.2.

¶Cor & corpus ſunt applicanda cultui diuino.q.93.ar.2.

Conſiderare effectus contingentes in ſeipſis antequam fiãt nõ eſt alicuius diuini, ſed Dei proprium eſt q̃ ſolus in ſua æternitate uidet ea quæ futura ſunt quaſi præſentia.q.95.ar.1.

¶Comeſtio carnium ſoluit ieiunium, non autẽ æſus piſcium, uel leguminum uel potus uini.q.147.ar.8.

Comedens ſcienter nociua, uel nimis, ſecundum graue nocumentum corporis ex gula peccat mortaliter.q.148.ar.6.

¶Corruptio triplex.ſ.corporalis tantum.i.fractio ſignaculi virginalis uel reſolutio ſeminis quocunque modo, & corruptio mentis tantum.i.conſenſus in rem ueneream ſiue opere, & utraque ſimul: in tertia amittitur uirginitas irreparabiliter, in ſecunda reparabiliter, in prima nullo modo.q.152.ar.1.

Coniugatus poteſt eſſe melior uirgine dupliciter.ſ.ſi hẽat animum magis paratum ad uirginitatem, ſi oporteret, licet eã non habeat in opere, ſed in ſolo habitu, & propter aliquam aliam excellentiorem uirtutem.q.152.ar.4.1.

Continentia ut eſt abſtinentia ab omni delectatione uenerea eſt uirtus, non autem quæ eſt cum prauis concupiſcentiis, quibus reſiſtit.q.155.ar.1.

Continens proprie eſt, qui perſiſtit in ratione recta a prauis cõcupiſcentiis abſtinens, non autem qui perſiſtit in ratione ꝑuerſa abſtinens a bonis, ſed eſt obſtinatus.q.155.ar.1.2.

Continens dicitur poſt experientiam delectationis ueneree, caſtus autem ante eam.q.151.ar 2.

Continentia & incontinentia proprie ſunt circa delectationes, quæ poſſunt eſſe naturales homini, nõ autem circa eas, quę ſunt contra naturam.q.155.ar.2.5.

Continentia & incontinentia proprius ſunt circa delectationes ueneréas, quàm ciborum.q 155.ar.2.

Continẽtia ꝓprie eſt tñ circa cõcupiſcẽtias tactus.q.156.ar.2.

Continentia ſecunda, eſt potior quam temperantia, prima vero econuerſo.q.55.ar.4.

¶Conſtantia in arduis & terribilibus eſt pars fortitudinis, quæ autem eſt circa delectabilia eſt pars continentię, quæ eſt pars temperantiæ q.153.ar.5.2.

Continentia & perſeuerantia ſunt partes conſtantiæ firmiter perſiſtentes, prima eſt contra concupiſcentias ſecunda uero contra triſtitias.q 53.ar.5.3.

Continentia eſt tantum in uoluntate ſubiectiue.q.155.ar.3.

Cõtinẽtia pt attribui rõni, ſicut pr͂io mouẽti & ſcđo inẽria cõcupiſciẽ, licet utraq; ſit in uolũtate, ut i ꝓprio ſubo.q.155.a.2.

Cõtinẽtiã efficaciꝰ opatur maceratio carnis ꝑ abſtinẽtiã cibi & potus q̃ ꝑ ſubtractionẽ ueſtiũ, uel ꝑ laborẽ corporalẽ q.188.a.6.

Cõueniẽs fuit q̃ Deus permitteret hoiem tẽtari a Dæmone in ſtatu innocẽtiæ & iuuari faceret ab angelis bonis.q.165.a.1.

¶Conſilium vel magna deliberatio non requirit ad ingreſſum religionis ſecundum ſe, nec quo ad uires, ſed quo ad impedimenta uel modos religionis per doctrinam maiorum ab his qui ſperantur prodeſſe, ut de ingreſſu religionis frequenter contingit ex ignito ſermone prædicationis, uel ex uirtuoſa operatione & excellenti uita doctoris q.189.ar.10.

¶Cornelius non erat infidelis, quia opera eius nõ fuiſſent Deo accepta.q.10.ar.4 3.

¶Colebant antiquitus quidam falſos deos cum imaginib. quidam uero ſine eis.q.122.ar.2.2.

¶Credibilia aliqua ſunt, de quibus eſt per ſe fides aliqua uero non niſi in ordine ad alia.q.1.ar.6.

¶Credere eſt cum aſſenſu cogitare.q.2.ar.1.

Credere Deo, Deum uel in Deum non ſunt tres actus, ſed unus & idẽ habẽs diuerſas relationes ad obiectũ fidei.q.2.ar.2.1.

Credere Deum non conuenit infidelibus ea ratione qua ponitur actus fidei.q.2.2.

Credere tenetur explicite quilibet articulos fidei, cætera autẽ quæ continentur in ſacra ſcriptura implicite.q.2.ar.5.

Credenda non æqualiter creduntur, ſed maiores plura tenent explicite credere.q.2.ar.6.1.

Credere explicite miniſterium incarnationis Chriſti eſt de neceſſitate ſalutis.q.2.ar.7.

Credere explicite miniſterium Trinitatis eſt de neceſſitate ſalutis.q.2.ar.8.

Credere de Deo quia eſt & quia remunerator eſt fuit neceſſarium quo ad omnes, & ſemper, ſed non ſufficit, quo ad omnes & omni tempore.q.2 ar.8.1.

Credere eſt actus fidei meritorius.q.2.ar.9.

Credẽs inducitur ad credẽdũ authoritate diuina.q.2.ar.9.3.

Credens implicite, habet habitum fidei diſcredens autem minime.q.5.ar.4.1.

Creaturæ irrõnali, ſcdm ſe nõ debet ab hoĩe aliqua ſubiectio, uel honor, ſed ẽ homini naturaliter ſubiecta.q6.103.ar.4.3.

¶Cultus ſpũalis & honor, q græce dr theoſebia, uel euſebia debetur Deo, ut omnium primo principio.q.81.ar.1.4.

Cultus diuini finis eſt, ut homo det gloriam Deo & ei ſubiaceat mente & corpore.q.93.ar.2.

Cultus Dei primo ordinatur ad reuerentiam Dei, ſecundo ad inſtructionem hominis a Deo, tertio ad directionem actuũ humanorum ſecundum inſtituta Dei.q.92.ar.2.

Cultus Dei duplex interior in coniunctione ad Deum p intellectum & affectum.i.in deuotione mentis, & exterior in ſacrificijs oblationibus & huiuſmodi.q.84.ar.2.

Cultus Dei exterior pcipit in tertio pcepto decalogi.q.122.ar.4

Cultui Dei pt eẽ aliqd pniciosum.i.falſitas dupliciter.ſ. ex parte rei ſignatæ, uel ex pte colẽtiũ cõtra morẽ eccleſiæ.q.93.a.2

Cultui Dei poteſt eſſe aliquid ſuperfluum, non ſecundũ quãtitatẽ abſolutam, ſed quia non proportionatur fini.q.93.ar.2

¶Cupiditas fallendi pertinet ad perfectionem mendacij nõ autem ſpecies eius.q.110.ar.1.

¶Crudelitas, ſæuitia & feritas opponuntur clementiæ & manſuetudini.q.157.ar.1.3.

Crudelitas eſt uitium humanum excedens modum puniendi culpas, ſed feritas ſiue ſæuitia eſt beſtialis.q.159.ar.2.

Curioſitas eſt uitium circa cognitionem intellectus & ſenſuũ ad peccandum, & circa inſpectionem ludorum & mulierũ ad concupiſcendum, & ſpectaculorum.q.167.ar.2.

Curioſitas oritur ex accidia.q.35.ar.4.3.

D

Dare aliqd aduerſarijs ne impediãt in bñficio eccleſiaſtico iã acquiſitum ius eſt ſimonia non aũt poſt.q.100.art.2.5.

¶Dans uinum prono ad ebrietatẽ ſciẽter peccat.q.150.ar.1.3.

¶Dauid habuit prophetiam quo ad intuitum mentis ſine imaginaria uiſione.q.174.ar.4.1.

¶Dãs pecuniã uſurario, ut uſuras exerceat uel ut copioſi exerceat peccat, nõ aũt ſi dat pecuniã ut tutius ſeruet q.78.ar.4.3.

Dare pecuniam alicui artifici uel mercatori per modum ſocietatis cum pacto, uel ſpe lucri, ita q cum periculo ipſius committentis mercator de ea negociatur, uel artifex operatur, licitum eſt, non autem in mutuo.q 78.ar.2.2.

¶Damnati blaſphemant Deum mente & uoce.q.13.ar.4.

Damnati non pœnitent de malis culpæ, quæ fecerunt, ſed rõne pœnæ.q.13 ar.4.

¶Deũ ſi incarnari fuit poſſibile ſcdm ſe poſt Abrahã, ſʒ ut cadit ſub ſcia diuina hẽt quãdã neceſſitatẽ ĩfallibilitatis.q.1.a.3.2

¶Deus timetur, non quidem ut malum, ſed quia infligit malũ pœnæ.q.19.ar.1.

Deus eſt obiectum timoris ratione iuſtitiæ, ſpei uero ratione miſericordiæ.q.19.ar.1.2.

Deus per charitatis amorem dicitur & fit pater noſter & ſponſus noſter.q.19.ar.2.3.

Deus eſt obiectum primum charitatis, proximus autem ſecundarium obiectum.q.23.ar.5.1.

Deus eſt ſumme & maxime diligibilis charitate, pximus aũt ſicut beatitudinẽ ab eo ſimul nobiſcum participans.q.26.2.2.

Deus magis amamus amore amicitiæ quam amore concupiſcentiæ.q.26.ar.3.3.

Deus plus amat nos, q̃ ametur a nobis.q.26.ar.12.3.

Deus diligitur propter aliud non formaliter, nec effectiue, nec vt finis, ſed diſpoſitiue uel materialiter.27.ar.3.

Deus antequam cognoſcatur per alia cognoſcitur, ſed ipſo cognito per ſeipſum cognoſcitur.q.27.ar.3.2.

Deus põt immediate amari a nobis in hac uita.q.27.ar.4.

Deus poteſt a creatura diligi totaliter ex parte Dei & ex parte ſui, non autem ex parte actus.q.27.ar.5.

Deus diligitur toto corde.i. diligitur quantumcunque poteſt.q.27.ar.6.2.

Deus non miſeretur niſi propter amorem inquantum amat nos tanquàm aliquid ſui.q.30.ar.2.1.

Deum colimus per exteriora ſacrificia non propter ipſum, ſed propter nos.q.30.ar.4.1.

Deus nõ põt odiri ſcdm ſe, ſed odit a dãnatis & malis ſcdm effectus eius, q interdũ eorũ uolũtati contrariantur.q.34.ar.1.

Deus dupliciter eſt teſtis in iurio.ſ.manifeſtãdo ueritatẽ in mẽte uel in publico, & puniendo mendacem.q.89.ar.1.3.

Deus ſcdm eſſentiã eſt maior oĩ laude: ideo debetur ei reuerentia, & honor latriæ, laus aũt effectibus eius.q.91.ar.1.1.

Deus quærit gloriã ſuã, non pp ſe, ſed pp nos q.132.ar.1.1.

Deus pmitit ruere ĩ luxuriã, ut liberet a ſupbia.q.162.art 6.3.

Deus ſolus poteſt per ſe facere miracula uera.q.178.ar.1.1.

De deſcenſu ad inferos nullus fuit error, & ideo articulus iſte non replicatur in Simbolo ſanctorum patrum q.1.ar.9.4.

¶Dæmones poſſunt diuinare uerum tripliciter.ſ. ſubtilitate naturæ, reuelatione & experientia.q.172.ar.5.2.

Dæmonibus diſplicet, q ſigna fidei ſunt adeo euidentia, ut per ea credere compellantur.q.5.ar.2.3.

Dæmones ſunt pro inimicis habendi magis quàm honorãdi.q.103.ar.2.2.

Deformitas non ſolum importat priuationem formæ debitæ, ſed etiam contrariam diſpoſitionem.q.6.ar.2.2.

Deſperatio eſt peccatum in appetitu.q.20 ar.1.

Deſperatio oritur occaſionaliter ex timore Dei & horrore peccatorum, non autem directe q.20.ar.1.2.

Deſperatio in damnatis non eſt culpa, ſed pars damnationis, ſicut nec in uiatore de re non nata haberi.q.20.ar.1.3.

Deſperatio poteſt eſſe ſine infidelitate.q.20.ar.2.

Deſperatio eſt minus graue peccatum infidelitate & odio Dei, ſed periculoſius.q.20.ar.3.

Deſperatio principaliter cauſatur ex accidia, ſeu triſtitia & negligentia, ſecundo ex luxuria.q.20.ar.4.

Dæmones non ſunt ex charitate diligendi, q.25.ar.11.

Defectus eſt ratio miſerendi ſemper propter vnionem amoris, uel propter poſſibilitatem patiendi ſimilia.q.30.ar.1.

Detractio q̃ eſt occulta maledictio ad denigrationẽ famæ per impoſitionẽ falſi per adauctionẽ mali per reuelationẽ mali occulti & per deprauationẽ intentionis de ſe eſt pctm̃ mortale, ex leuitate uero eſt ueniale niſi ſit de graui, ſed pp bonũ cũ debitis circunſtantijs nullũ eſt peccatum.q.73.art.1.

Detractio non eſt filia iræ, ſed inuidiæ.q.73.ar.3.

Detractio, contumelia, ſuſurratio & deriſio ſunt de malo culpæ & nocent enunciando, ideo ſunt ſecundum ſe grauiora maledictione, quæ eſt de malo pœnæ optando.q.76.ar 4.

¶Deriſiõ a finis ẽ diſtinct9 a finib9 cõuiti, ſuſurrationis & detractionis, iõ eſt ſpãle pctm̃ ab alijs diſtinctum.q.75.ar.1.

Deriſio de re notabili eſt peccatum mortale & eſt grauius q̃ cõtumelia, ſed grauiſſimum eſt deriſio Dei, ſecundo parẽtum tertio iuſtorum.q.75.ar.2.

Deriſio ſecundũ ſuam rõnẽ eſt minus graue pctm̃ detractione & contumelia, licet quandoq; ſit econuerſo.q.75.ar.2.3.

¶Denarijs utimur diſtrahendo & frumento conſumendo, & ideo ſi uſum uendis, bis uendis.q.78.ar.1.

¶Declinare a malo & facere bonũ ſunt ptes iuſtitiæ.q.79.ar.1.

¶Declinare a malo nõ ĩportat negationẽ purã.ſ.n facere malũ, ſed ĩportat motũ uolũtatis repudiãtis malum.q 79.art.1.2.

¶Declinant plus in minus quàm in maius, non quidem negando uerum, ſed affirmando, q.109.ar.4.

¶Deuotio eſt principalis actus uirtutis religionis.q.82 ar.20.

Deuotio eſt pinguedo animæ cauſata a charitate & conſeruãs eam.q.82.ar.2.2.

¶Deuotionis cauſa eſt duplex.ſ.extrinſeca & principalis, id eſt Deus, & intrinſeca, duplex.ſ. contemplatio bonitatis Dei & beneficiorum eius & conſideratio propriorum defectuum excludens præſumptionem.q.82.ar.3.

Deuotionem cauſat conſideratio eorum quæ ſunt apta excitare dilectionem Dei, ſed cõſideratio diſtrahentium mentem a diuinis impedit eam. q. 82. 3. 2.

Deuotionem maxime excitant ea quæ pertinent ad humanitatem Chriſti (manuducendo) licet deuotio ſit circa ea quæ ſunt diuinitatis vel etiam vtrumq; q. 82. ar. 3. 2.

Deuotio primo & per ſe cauſat delectationem & lætitiam, ſecundario autem & per accidens cauſat triſtitiam. q. 82. ar. 4.

Deuotio remanet per plures dies in eo qui ſemel orat deuote. q. 83. ar. 14. 4.

Deuotio ad ſanctos non terminatur ad eos, ſed tranſit in Deũ deuotio vero ad dominos eſt alterius rationis. q. 82. ar. 2. 3.

Deuotio abundat in ſimplicibus mulieribus propter humilitatem comprimendo elationem, ſed ſcientia & quælibet perfectio ſubiecta Deo auget deuotionem. q. 82. ar. 3. 3.

¶ Decimæ non ſoluebantur ex præcepto ante legem, quia non erant determinati miniſtri q. 87. ar. 1. 1.

Decimæ non erant oblationes nec ſacrificia, quia non offerebantur Deo immediate, ſed miniſtris eius. q. 85. ar. 3. 3.

Decimæ poſſunt dari in feudum. q. 87. ar. 3. 3.

Decimas non ſoluens vbi non eſt conſuetudo non peccat ſi eſt paratus ſoluere ad mandatum eccleſiæ. q. 87. ar. 1. 5.

Decimæ debent dari his quibus ſolent dari ſecundum conſuetudinem, licet perſonales magis cõueniat eccleſiæ parochiali prædiales vero eccleſiæ ubi eſt ager. q. 87. ar. 3. 2.

Decimæ dẽnt in vſus pauperũ p clericos diſpẽſari. q. 87. ar. 1. 4.

Decimæ dẽnt dari de oĩ re poſſeſſa ſcdm cõſuetudinẽ. ſ. de omni lucro prediali uel pſonali & de meretricio & hiſtrionatu, & hmõi, ſed eccleſia nõ dẽt recipe quãdiu ſunt i pctõ. q. 87. ar. 2

Decimæ non debent dari de rapina furto uel uſura, nec de alijs obnoxijs reſtitutioni, ſed de fructibus rei emptę ex uſuris. q. 87. ar. 2. 2

Decimæ non debent dari de re ſibi ablata furto uel rapina, niſi ob culpam ſcilicet negligentiæ. q. 87. ar. 2. 4.

Decimæ de herbis & alijs minimis dant de cõſilio, ñ aũt de pcepto ſicut nec i ueteri lege, niſi d cõſuetudine patriç. q. 87. a. 2. 3

Decimæ debent dari non deductis expenſis nec tributis nec mercede operariorum. q. 87. ar. 2. 4.

Defectus iuſtitiantis duplex, augens & minuens. q. 47. ar. 4.

¶ Delectatio uenerea tria ecludit. ſ. uiolationẽ ſignaculi uirginalis, reſolutionẽ ſeminis delectationẽ cãns & ppoſitũ pueniẽdi ad talẽ delectationẽ remotio primi ſe hẽt ad uirginitatẽ, p accidẽs, remotio ſecũdi, ſe hẽt ad eam materialiter, remotio tertij ſe hẽt ad eam formaliter & completiue. q. 152. ar. uc. 1.

¶ Diabolus nos tentat, non per modum appetibilis, ſed per modum ſuggerentis. q. 55. ar. 1. 3.

Diuinitatis nomen importat prouiſionem quandã. q. 1. ar. 8. 2.

¶ Dilectio poteſt eſſe uiſorum & non uiſorum præſentium & abſentium. q. 4. ar. 1. 3.

Diſputatio cum infideli intentione confutandi errores, uel cã exercitij, eſt laudabilis, ſed abſint rudes niſi ab infidelibus [illegible] tentur. q. 10. ar. 7.

¶ Diligendus eſt inimicus, non ſecundum quòd inimicus, ſed quantum ad naturam. q. 25. ar. 8.

¶ Dilectio inimicorum poteſt tripliciter conſiderari: ut inimice, ut naturæ humanæ, & in ſpeciali. q. 25. ar. 8.

¶ Diligere inimicum ut ſic eſt uituperabile. q. 25. ar. 8. 3.

¶ Dilectio interiori ad inimicũ i cõi eſt de neceſſitate pcepti abſolute, in ſpãli aũt eſt ſecundũ pparationem animi. q. 25. ar. 9.

Dilectionis ſigna exteriora in communi ſunt inimicis exhibẽda de neceſſitate præcepti in ſpeciali autem non niſi ſecundum præparationem animi. q. 25. ar. 9.

Dilectionis cã aliqd ẽ dupliciter, primo ſicut id qđ ẽ rõ diligẽdi, alio mõ, ut uia ad acquirendum dilectionẽ. q. 26. art. 2. 1.

Dilectio charitatis, non ſolum habet quãtitatem ex parte obiecti quod eſt Deus, ſed ex parte diligentis qui eſt ipſe homo habens charitatem. q. 26. ar. 4. 1.

Dilectio ẽ inæqualis dupliciter uno mõ ex parte boni qđ amico optamus alio mõ ex intẽſione actus dilectionis. q. 26. ar. 6. 1.

Dilectio eſt inæqualis ex eo q. quidã diliguntur & aliquẽ diligunt, uel ex eo q. quidam plus alijs diliguntur. q. 26. ar. 6. 1.

Dilectionis ordo nullus erit in patria, niſi ſecundum propinquitatem ad Deum. q. 26. ar. 13.

Dilectio Dei eſt maius aliquid quàm eius cognitio, maxime ſecundum ſtatum uiæ. q. 27. ar. 4. 2.

¶ Diuinæ dilectionis nõ ẽ aliqs mod⁹ determinatus q. 27. art. 6.

Dilectio Dei eſt finis omnis actionis hominis & ſumma perfectionis eius. q. 27. ar. 6.

Dilectio inimicorum eſt perfectior & magis meritoria, quàm dilectio amicorum. q. 27. ar. 7.

Dilectio amici eſt minus meritoria, qa amicus diligit pp ſeipſum, ſimile autẽ non poteſt eſſe de dilectione Dei. q. 27. ar. 8.

¶ Diſſenſio in minimis non eſt corruptiua concordiæ & pacis. q. 29. ar. 3. 2.

¶ Diſcordia importat diſgregationem quandam uoluntatum in diuerſa. q. 37. ar. 1.

Diſcordia per ſe. i. ex intentione deliberata diſſentiẽdi a bono Dei vel proximi eſt peccatum mortale non autem ſi per accidens. q. 37. ar. 1.

Diſcordia quæ fuit inter Paulum & Barnabã fuit per accidens, & non per ſe. q. 37 ar. 1. 3.

Diſcordia principaliter oritur ex inani gloria, ſecundario autem ex inuidia. q. 37. ar. 2.

Diſcordia non eſt idem cum rixa. q. 37. ar. 2. 1.

¶ Dilectio proximi & ſiue quibus ipſa non ſeruatur cadũt ſub præcepto. q. 32. ar. 5.

Dilectio proximi ex præcepto debet eſſe uera ſancta & efficax. q. 44. ar. 7.

¶ Diſpenſatio uoti eſt cum abſolute determinatur, non eſſe ſeruãdum, commutatio autem uoti cum pro eo aliquid aliud imponitur faciendum. q. 88. ar. 10.

¶ Diaconi, & prælati non debent cantibus inſiſtere, ſed prædicationi doctrinæ & elemoſinis. q. 91. ar. 2. 3.

¶ Diuinatio nõ dr̃ ſiquis prænunciet ea quæ ex neceſſitate eueniunt uel ut in pluribus, q̃ humana rõne prænoſci poſſunt ex cauſis, neq; ẽt ſiquis futura aliqua contingentia Deo reuelante cognoſcit, tunc. n. non ipſe diuinat. i. quod diuinũ eſt facit, ſed magis quod diuinum eſt ſuſcipit. q. 95. ar. 1.

Diuini. n. aliqui ex hoc dicuntur quia vſurpant ſibi, quod Dei eſt prænunciando. ſ. futura contingentia, aut præcognoſcendo ipſa quocunque modo niſi Deo reuelante. q. 95. ar. 1.

Diuini. n. dicti ſunt ſecundum Iſidorum quaſi Deo pleni, diuinitate. n. plenos ſe eſſe ſimulant & aſtutia quadam fraudulentiæ hominibus futura coniectant. q. 95. ar. 1.

Diuinatio non dicitur ab ordinata participatione alicuius diuini, ſed ab indebita uſurpatione eius quod Dei eſt. q. 95. a. 1.

Diuinatio hmõi ſi cauſet ex reuelatione dæmonũ, cũ quibus pacta habent uel expreſſa, qa ad hoc inuocantur, uel tacita, quia hmõi diuinatio extenditur ad id ad quod non põt ſe extendere, erit diuinatio illicita & ſuperſtitioſa. q. 95. ar. 6.

Diuinatio eſt indebita uſurpatio prænunciandi futuros euentus. q. 95. ar. 1.

Diuinatio ſemper eſt peccatum, quia ſemper in malam partẽ accipitur ſecundum Hieronimum. q. 95. ar. 1.

Diuinatio omnis prouenit ex operatione dæmonum, ideo eſt ſpecies ſuperſtitionis. q. 95. ar. 2. 2.

Diuinatio eſt ſpecies curioſitatis ratione finis, ſed quo ad modum operis eſt ſpecies ſuperſtitionis. q. 95. ar. 2. 1.

Diuinationis genus triplex. ſ. nicromãtia, auguriũ, & ſortilegiũ quorum quodlibet multas habet ſpecies q. 93. ar. 3.

Diuinatio facta p inuocationẽ dæmonũ, p aſtra, ſomnia, auguria, uel ſortẽ, nõ eſt licita, ſed ſuperſtitioſa. q. 95. art. 5. 6. & 7.

¶ Donũ potius nominat intellectus, q̃ uolũtas, quia intellectus dicit excellentiam, non autem uoluntas. q. 8. ar. 1. 3.

Dona ſunt perfectiora uirtutibus moralibus & intellectualibus non autem uirtutibus theologicis. q. 9 ar. 1. 3.

¶ Dolere de peccatis præteritis eſt, quia diuidunt nos a Deo. q. 28. ar. 2. 1.

¶ Donum ſapientiæ non eſt cauſa charitatis, ſed effectus eius. q. 45. ar. 6. 2.

Donũ ſapientiæ & ſcientiæ nihil aliud ſunt q̃ quædã pfectiones mẽtis humanæ ſcdm quas diſponit ad ſequendũ inſtinctus. ſ. in cognitione diuinorum & humanorum q. 8. ar. 5.

Donum & uirtus ſapientiæ principaliter eſt de diuinis, ſecundario autem de alijs iudicãdo per regulas diuinas. q. 9. ar. 2.

¶ Documẽta quatuor ad bene memorãdũ. ſ. ſimilitudines rerũ aſſumere conuenientes, nec in omnino conſuetas, ordinate eas diſponere, ſolicitudinem circa eas apponere & affectum adhibere, & eas frequenter meditari. q. 49. ar. 1. 2.

¶ Docilitas eſt utilis ad quamlibet uirtutem intellectualem præcipue tamen ad prudentiam. q. 49 ar. 3. 1.

¶ Docilitas ſicut & alia q̃ ptinẽt ad prudẽtiã ſcdm aptitudinem eſt a natura, ſed ſcdm conſumationẽ plurimum ualet ſtudiũ humanum non negligens documenta maiorum pp ignorãtiam, nec contemnens propter ſuperbiam. q. 49. ar. 3. 2.

¶ Dolus proprie accipitur tantum in malo, ſed abuſiue in bono q 55. ar. 4. 1.

Dolus principaliter eſt in uerbis. q. 55. ar. 4. 2.

Dolus fit tripliciter ſcilicet corde, ore, & opere, ſed fraus eſt tantum in factis. q. 55 ar. 4. 2.

¶ Donum linguarum eſt gratia gratis data & neceſſaria dupliciter ratione. q. 176. ar. 1.

Donũ ſermonis eſt gratia gratis data ad efficaciter loquẽdum ſicut donũ linguarũ ad poſſe intelligi a diuerſis. q. 177. ar. 1.

Bonum ſermonis dupliciter ſubtrahitur.ſ.vel propter culpam auditoris vel prædicatoris:& bona opera vtriuſq; non mereꝰ tur eam niſi remouendo impedimenta eius,q.177.ar.1.3.

¶Dubia de perſonis debent in meliorem partem interpretari, determinando:de rebus autem inter partem ueriorem ſupponendo,q.60.ar.4

¶Dulia eſt honor & ſeruitꝰ debita creaturę,ſed latria eſt honor & ſeruitus debita ſoli Deo:ideo differunt ſpecie, q.103.ar 3

Dulia ſumitur dupliciter.ſ.cõiter vt exhibet reuerentiam omni homini ratione cuiuſcunq; excellentiæ,uel propter.ſ.tantum ſerui domino, prima habet diuerſas ſpecies ſecundum diuerſitatẽ excellentiæ, ut pietatem obſeruantiam & huiuſmodi:non autem ſecunda. ſed eſt ſpecies obſeruantiæ quæ eſt ad omnes dignitates excellentes,q.103.ar.3.4

Ebrietas di dupliciter.ſ.defectus mẽſuris ex nimio potu vini & cauſans eam,ſecũda eſt pctũ, non aũt prima.q.150 ar.1

Ebrietas neſcientis potentiam vini non eſt peccatum : ſcientis autem ſed non credentis inebriari eſt peccatum ueniale: aliter uero eſt peccatum mortale,q.150 ar 2

Ebrietas eſt ſpecies gulæ,diuiſa cõtra cõmeſſationẽs q.150.ar.1

Ebrietas non eſt grauiſſimum peccatorum, q.150.ar.3

Ebrietas ſine peccato tollit totam culpam actus ſequentis ſicut forte accidit de Loth & Noe.q.150.ar.4

Ebrietas cum peccato diminuit culpam actus ſequentis,inquãtum diminuit voluntarium,q 150.ar.4

Ebrius homicida meretur duplices maledictiones propter duplex peccatum,vel ſecundum leges Pithaci,q.150.ar.4.1

Eccleſia poteſt determinare aliam partem ad ſoluendũ quàm decimam,q.87.ar.1

Eccleſia abſtinet a decimis exigendis in terris, in quibus nõ eſt conſuetudo ſoluere decimas,q.43.ar.8 5

Eccleſia poteſt petere decimas ab emente rem non decimatam & etiam a uendente,q.87,ar.2.4

Eccleſia obediuit Iuliano apoſtatæ in his quæ non ſunt contra fidem ut maius periculum vitaretur,q.12 ar.2.1

¶Elemoſina eſt opus in quo datur aliquid indigenti ex compaſſione propter Deum,q.32.ar.1

Elemoſina eſt proprie actus miſericordiæ, ſed eſt actus charitatis ex cõſequẽti & mediate,latria uero imperatiue,q.32.ar.1

Elemoſina poteſt materialiter dari ſine charitate,non aũt formaliter,q.32.ar.1.1

Elemoſina quæ eſt de conſilio eſt pars ſatisfactionis, non aũt illa quæ eſt de præcepto,ſed eſt præambulũ eius, q.32.art.1.2

Elemoſina eſt actus liberalitatis inquãtũ aufert impedimentũ eius ſcilicet ſuperfluum amorem diuitiarum, q.32.ar.1.4

Elemoſinæ corporales ſufficienter numerantur ſeptem, & ſpiritales ſeptem,q.32.ar.2

Elemoſinã qlibet põt ſibijpſi facere,nõ quidẽ dãdo ſibi aliqd, ſed exercẽdo in ſe actũ corporalem uel ſpũalem,q.30.ar.1.2

Elemoſinæ ſpirituales ſunt ſimpliciter meliores quàm corporales ſcilicet ratione dati , finis & actus , ſed reſpectu alicuius eſt econuerſo,q.31.ar 3

Elemoſina cæteris paribus debet dari magis indigentibus,melioribus,propinquioribus,benefactoribus,& dantibus ſpiritualia,q.32 ar 3.1

Elemoſina corporalis ſecundum ſuam ſubſtantiam, habet effectus corporales, ratione cauſæ ſcilicet charitatis & orationis habet effectus ſpirituales,q.32.ar.4

Elemoſina põt fieri de turpi lucro,ut d meretricio,leonicino ac hiſtrionatu,non autẽ de obnoxijs reſtitutioni,q. 32. art.7.2

Elemoſina minima,habet maiorem effectum quantum ad effectum maioris charitatis,q.32. ar.4 3

Elemoſinam dare de ſuperfluo uel in extrema neceſſitate, eſt de præcepto in alijs autem eſt de conſilio,q.32 ar.5

Nõ eſt expectãda extrema neceſſitas in danda elemoſina , nec oportet prætendere futuram præter probabile, q.32.ar.5.3

Elemoſina non eſt facienda ex præcepto de neceſſarijs ſibi & familiæ,& ſtatui , niſi uelit mutare ſtatum uel neceſſitas aliqua præponderet ſcilicet extrema alicuius perſonæ , eccleſiæ vel repeblicæ,q.33.ar.6

Elemoſinam dare tenetur quicquid quis acquirit per ſimoniam,q.32.ar.7

Elemoſinam poteſt facere quilibet exiſtenti in extrema neceſſitate etiam non habens dominium rei,q.32 ar 7.6

Elemoſinæ efficacia penſatᷣ principaliter ex affectu ex parte dãtis reſpectu premij eſſentialis, ſed reſpectu præmij accidentalis & ex parte recipientis magis penſatur ex magnitudine dati niſi affectus eius multum excedat, q.32.ar.9.2

Elemoſina debet fieri abundanter ſecundum facultatẽ dantis, ſed multis indigentibus nequis ſuperflue habeat,q.32.ar.10

¶Electio poteſt attribui prudentiæ conuenienter inquantũ cã dirigit per conſilium, quod magis proprie pertinet ad prudentiam,q.47 ar.1.2

¶Electuaria vel aliæ medicinæ ſoluunt ieiunium naturæ , non autem ieiunium eccleſiæ niſi fiat in fraudem, q.147.art.6.3

¶Emptores ſpiritualium imitantur Simonem Magũ actu,uenditores autẽ tñ intentione, quia uoluit emere. & uenderet: Giezi vero tantum uendidit,ĩõ ſecũdi poſſunt dici ſimoniaci,& Giezitæ primi uero ſimoniaci tantum,q. 100.ar.1.1

¶Emens aliquid ſimoniace punitur priuatione cuiuslibet rei talis,dantes aũt uel mediãtes puniuntur infamia & depoſitione ſi ſunt clerici,ſi laici excommunicatione, q. 100.ar.6

Entia quæ ſunt infra animam nobiliori modo ſunt in anima quàm in ſeipſis,ſed ea quæ ſunt ſupra animã nobiliori modo ſunt in ſeipſis,quàm in anima,q.23.ar.6.1

Epicheia.i. bona animoſitas eſt idem quod ſecuritas , ideo eſt pars potentialis fortitudinis,q.128.ar.1 6

Epicheia eſt uirtus ſpiritualis & pars potentialis iuſtitiæ,q.120. artic.1.2

Epicheia eſt pars ſubiectiua iuſtitiæ communiter dictę, quæ per prius prædicatur de ea quàm de iuſtitia legali , quæ dirigitur ſecundum epicheiam quæ eſt ſuperior regula humanorum actuum,q.120.ar.2.1

Epicheia eſt potior pars legalis iuſtitiæ obtemperantia legi quo ad uerba & quo ad intentionẽ legiſlatoris, ſed diuiditur contra eam ut attendit tantum uerba,q.120 ar.2.2

Epicheia ſeruat intentionem legis in his ad quæ forma legis ſe extendit,q.120.ar.1

Epiches non deſerit iuſtum ſimiliter,ſed iuſtum lege determinatum . nec opponitur ſæueritati quæ ſequitur ueritatẽ legis in quibus oportet , quia in quibus non oportet eſt uitiolum,q.120.ar.1.1

Epiſcopatus nomen operis eſt & non honoris,q.185.ar. 1.1

Epiſcopatus nomine intelligendum eſt bonum opus. i. actio plebi utilis,q.185.ar.1.2

Epiſcopi & presbiteri olim non differebant ſecundum nomina,q.184.ar.6.1

Epiſcopus ſolus eſt proprie prælatus eccleſiæ & quaſi ſponſus eius accipit anulum & ſolus habet plenam poteſtatem & iuriſdictionem,q.108 ar.4.2

Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum,q.184.ar.6.1

Epiſcopatus eſt ordo ſuper ſacerdotium reſpectu miſtici corporis Chriſti,non reſpectu ueri,q.184.ar.6.1

Epiſcopus poteſt iudicare eos ſolum qui ſunt de ſua diocęſi, q. 60.art.2

Epiſcopus poteſt condemnare eos qui ſunt de aliena diocęſi, q.67 ar.1.3

Epiſcopus in cuius diocęſi aliquis delinquit in re non exẽta fit ei ſuperior rõne delicti,etiam ſi ſit exemptus, niſi forte delinquat in re aliqua exẽpta puta in adminiſtratione honorum alicuius monaſterij exempti , ſed ſi aliquis exemptus committat furtum uel homicidium uel aliquid huiuſmodi poteſt per ordinarium condemnari,q.67 ar.1.3

Epiſcopus tenetur ingredi religionẽ quam uouit,q.180. ar.3.1

Epiſcopus tenetur omnia bona exponere pro honore Dei & ſalute gregis ſui cum opus fuerit,q.184. ar.7.1

Epiſcopo non licet religionem ingredi, niſi propter impedimẽtum ſalutis ex parte ſui uel aliorum , de licentia tamen Papæ,q.185.ar.4

Epiſcopus depoſitus intrans religionem poteſt reuocari ad epiſcopum niſi ſit ibi detruſus per pœnitentiã pro culpa eius, q.185.ar.4 2

Epiſcopo licet ante collationem beneficij ſubtrahere de fructibus eius ad pios vius,ſed requirere ab eo cui confert eſt ſimonia,q.100.ar 4 3

Epiſcopo non licet deſerere gregem ſuum corporaliter propter perſecutionem,niſi poſſet multũ ſufficienter ſibi prouidere,q.185.ar.5

Epiſcopo licet habere proprium & illud hæredibus teſtari , q. 185.ar.6

¶Error Arrij fuit cauſa ponẽdi articulum diſtinctum de perſona filij,q.1.ar.8.3

Error Macedonij fuit cauſa ponendi articulum tertium de perſona ſpiritusſancti,q. 1.ar.8.3

¶Eubulia eſt uirtus ſpiritualis bene conſiliatiua,q.51.ar.1

Eubulia non poteſt inueniri in peccatore inquãtum huiuſmodi,q.51.ar.1.3

Eubulia eſt uirtus diſtincta a prudentia,quia aliud eſt bene cõſiliari & aliud eſt bene eſſe præceptiuum,q.51.ar 2

¶Expectatio q̃ ponitur in diffinitione ſpei,non importat dilationem,ſed importat reſpectum ad auxilium Dei q 17.ar.5.1

Expectatio ponitur in Simbolo fidei nõ quia ſit actus fidei, ſed in quantum actus ſpei præſupponit fidem,q.17.ar.6.2

¶Expet.men-

¶Experimentum prudentiæ non acquiritur ex ſola memoria, ſed exercitio recte præcipiendi.q.47.ar.16.2.
¶Exceſſus in pœnis quo ad illud quod exterius agitur pertinet ad iniuſtitiam, ſed quo ad auſteritatem animi qua prompte hoc fit, pertinet ad crudelitatem.q.159.ar.1.3.
¶Exiſtens in peccato mortali etiã occulto, ex officio corrigens uel iudicans alios peccat, non autem hoc agens ut frater niſi propter ſcandalum.q.33.ar.5.
¶Exigere aliquid pro abſolutione ab excõmunicatione quaſi precium abſolutionis, eſt ſimonia, non autem quaſi pœnam pro culpa.q.100.ar.2.3.
Exigere aliquid pro conſecratione, benedictione, ordinib. criſmate, oleo ſancto, uel alio ſpirituali eſt ſimonia, niſi accipiãtur ut ſtipendia.q.100.ar.2.4.
¶Exhibere honorẽ pſonis in dignitate conſtitutis cõtingit dupliciter, ſ. uel ratione propriæ perſonæ uel reſpectu boni cõmunis, primum pertinet ad obſeruantiam. Secundum vero ad pietatem, ideo pietas eſt dignior obſeruantia.q.102.ar.3.
¶Exceſſus cibi ſcienter ex concupiſcentia pertinet ad uitiũ gulæ, non autem ſi contingat ex ignorantia q.148.ar.1.2.
¶Excuſatio peccati pertinet ad tertiam ſpeciem ſuperbiæ: præſumptio uero ad 4.q.162.ar.4.3.
¶Extaſis dicit ſimpliciter exceſſum mẽtis, ſed raptus addit violentiam.q.175.ar.2.1.

F

FAcilius conuertuntur ad religionem peccatores quam præſumentes de ſua innocentia.q.189.ar.1.1.
¶Faciens iniuſtum ex electione eſt iniuſtus, non autẽ ſi præter intentionem, ſ. per ignorantiam uel ex paſſione. quæſt. 59. articu.2.
¶Facere iniuſtum formaliter eſt peccatum mortale niſi in minimis.q.59.ar.4.
Facere bonum eſt actus completiuus iuſtitiæ, declinare a malo eſt actus imperfectior & ſecundaria pars eius.q.79.ar.1.3.
¶Fides pro ſua ratione formali habet primam ueritatem pro obiecto materiali non ſolum Deum ſed multa alia, quæ ſub aſſenſu fidei non cadunt niſi in ordine ad Deum.q.1.ar.1.
Fide non apprehendimus primam ueritatem ſicut eſt ut in viſione patriæ & ideo ibi per modum ſimplicis intelligẽtiæ cognoſcitur.q.1.ar.2.3.
Fidei non poteſt ſubeſſe aliquod falſum cum eius rationi formali repugnet.q.1.ar.3.
Fides credentis eſt credere quandoque Chriſtum naſci.qõ.1.articu.3.3.
Fidelis poteſt decipi ex aliqua cõiectura & falſum æſtimare nõ tamen ex fide poteſt exiſtimare aliquod falſum.q.1.art.3.3.
Fides credentis nõ refertur ad has ſpecies panis & uini, ſed ad hoc q uerũ corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis quando fuerit recte conſecratum.q.1.ar.3.4.
Fides importat aſſenſum intellectus ad id qđ creditur.q.1.ar.4
Fides nec opinio poteſt eſſe de uiſis ſecundũ ſe per ſenſum uel intellectum.q.1.ar.4.
Fidei contenta dupliciter poſſunt conſiderari in generali & in ſpeciali.q.1.ar.4.2.
Fides & ſcientia non poſſunt eſſe de eodem ſecundum idem.q.1.ar.5.3.
Fides eſt de his quæ demonſtratiue probari poſſunt non autẽ quaſi numerata inter credenda, ſed ut præexiguntur ad ea quæ ſunt fidei.q.1.ar.5.3.
Fide multa tenemus de Deo quæ naturali ratione non pñt inueſtigari ut de prouidentia & omnipotentia &c.q.1.ar.8.1.
Fides ex doctrina Chriſti & Apoſtolorum eſt ſufficienter explicata.q.1.ar.10.1.
Fides non habet inquiſitionem naturalis rõnis demonſtrantis id quod creditur, habet tamen inquiſitionem quandã eorũ per quæ inducitur homo ad credendum.q.2.ar.1.1.
Fides trinitatis erat occulta in fide maiorum añ aduẽtũ Chriſti manifeſtata tamen per Chriſtũ & Apoſtolos.q.2.art.8.2.
Fides comparatur ad charitatem ſicut diſpoſitio ad formam. q.2.ar.9.1.
Fides aſſenſus & conſideratio eius utrunque a uoluntate procedit.q.2.ar.9.2.
Fides interior cauſat omnes alios actus omnium uirtutũ mediantibus alijs uirtutibus.q.3.ar.1.3.
Fidei finis eſt charitas ſicut & aliarum uirtutum.q.3. ar.2.1.
Fides eſt tempore neceſſitatis ab omnibus propalanda, non autem extra caſum neceſſitatis.q.3.ar.2.3.
Fides non eſt infidelibus turbatis manifeſtãda abſque eius utilitate uel fidelium q.3.ar.2.3.
Fidei diffinitiones liq ſunt ad illã Apoſtoli reducunt q.4.ar.1.
Fides pertinet ad intellectum ſecundum q imperatur a uoluntate.q.4.ar.2.2.
Fides eſt in intellectu ſubiectiue.q.4.ar.2.
Fides non eſt in intellectu ſpeculatiuo niſi ſecundum q ſubditur imperio uoluntatis.q.4.ar.2.3.
Fides formata & informis non ſunt diſtincti habitus.q.4.ar.4.
Fides formata eſt uera uirtus non autem informis.q.4.art.5.
Fides ordinat ad bonũ intellectus quod eſt uerũ & ad bonum quod eſt uoluntatis obiectum per charitatẽ. q.4.art.5.ad 1.
Fides q innititur ueritati ex humana rõne nõ eſt uirtus, ſed illa q innititur infallibili ueritati diuinæ eſt uirtus.q.4.ar.5.1.
Fides ponitur donum Dei pro excellentia fidei: ſed pro cõſtãtia eius ponitur fructus prout in actu eius eſt delectatio ꝓpter certitudinem.q.4.ar.5.4.
Fides eſt una reſpectu obiecti plurificatur penes ſubiecta.qõ.4.articu.4.
Fides eſt per ſe prima omnium uirtutum per accidens autem aliqua uirtus poteſt præcedere fidem.q.4.ar.7.
Fides formata eſt fundamentum ſpiritualis ædificij non autẽ informis.q.4.ar.3.4.
Fides eſt ſimpliciter certior omnibus alijs uirtutibus ſed ſecundum quid eſt alijs uirtutibus incertior.q.4.ar.8.
Fides eſt in Dæmonibus coacta non laudabilis nec donũ gratiæ.q.5.ar.2.
Fides eſt maior in uno q̃ in alio quo ad certitudinem, deuotionem, confidentiam & explicationem, non autem quantũ ad eius rationem obiecti.q.5.ar.4.
Fides non eſt æqualiter in omnibus quia donum gratiæ quod fides conſequitur non eſt æqualiter in omnibus.q.5.ar.4.3.
Fides quo ad proponenda credibilia neceſſario eſt a Deo immediate quibuſdam autem alijs per angelos & prædicatores, ſed quo ad aſſenſum intrinſece eſt a ſolo Deo, extrinſece autem & inſufficienter, ideſt, proponendo & perſuadẽdo eſt etiam ab alijs.q.6.ar.1.
Fides gignitur ſcientia & nutritur per modum exterioris perſuaſionis.q.6.ar.1.1.
Fides informis & ſi non habeat perfectam rationem uirtutis habet tamen perfectam rationem fidei.q.6.ar.2.1.
Fidem recipiens abſque charitate ſanatur ſecundum quid nõ ſimpliciter ab infidelitate.q.6.ar.2.3.
Fides eſt cã ſpei & timoris ſecundum ĩñ diuerſa.q.7.art.1.2.
Fides informis excludit impuritatem, ſcilicet erroris quæſt.7.artic.2.2.
Fides poteſt eſſe ſimul cum dono intellectus reſpectu eorum q ſecundario ſunt fidei, non autem reſpectu principaliũ niſi imperfecte.q.8.ar.2.
Fides & ſi ſit de rebus diuinis & æternis, tamen eſt quoddam tẽporale in animo credentis.q.9.ar.2.1.
Fidẽ habere in natura humana eſt ut mens hominis non repugnet interiori inſtinctui, & exteriori pdicationi.q.10.ar.1.1.
Fidem accipere eſt uoluntatis ſed tenere acceptam eſt neceſſitatis ſicut uouere voluntarium eſt, reddere eſt neceſſarium.quæſt.105.ar.8.3.
Firmi in fide poſſunt conſeruari inter hæreticos ut eos conuertant non tamen in diuinis.q.10.ar.10.2.
Fides præſupponitur ad dationem legis & ſuſceptionẽ tanq̃ principium neceſſarium ſpiritualis uitæ.q.16.ar.1.1.
Fides formata & informis nõ differunt penes obiectũ ſed ſolũ per aliquod extrinſecum, ſ. per charitatem.q.19.ar.5.1.
Fides non operatur per charitatem ſicut per inſtrumentum ut dominus per ſeruum ſed per ipſam tanquàm per propriam formam.q.23.ar.6.2.
Fides aſſentit ueritati ſecundũ ſeipſam diuinæ donũ ſapiẽtiæ iudicat ſecũdum eam, ideo præſupponit fidem.q.45.ar.1.2.
Fides eſt initium ſapientiæ ſecundum eſſentiam, timor autem ſeruilis ut eſt diſpoſitio eius, timor filialis ut primus effectus eius.q.19.ar.7.
Finalis impœnitentia eſt ſpecies diſtincta peccati in ſpũm ſanctum & eſt circunſtantia cuiuſcunque peccati.q.14.ar.4.3.
Filij fontis debent plus animari in ſpiritualibus quàm filij carnis, non autem in alijs.q.26.ar.8.2.
Filius patri tenetur prouidere in articulo neceſſitatis. q.26.articu.9.3.
Filij familias & ſerui non poſſunt dare eleemoſynas ſine conſenſu dominorum niſi de patuis uel ſuis.q.32.ar.8.3.
Filius poſt annos pubertatis non poteſt aliquid uouere quo ad res domeſticas ſine conſenſu patris.q.88.ar.8.2.
Filius poteſt parentibus maius beneficium recompẽſare quàm accepit ſecundum affectum, non autem ſecundum effectũ. q.106.ar.6.1.
Filijs non licet ingredi religionem ſi parentes ſine eis commode uiuere non poſſent.q.189.ar.6.
¶Finis debitus appetendi gloriã uel manifeſtandi aliquod bonum in hac uita eſt tantũ triplex, ſcilicet gloria [illegible]

proximi & vtilitas propriæ.q.132.art.1.3.
¶Fortitudo diſponit ad vindictam remouendo prohibẽs zelus autem importat primam radicẽ eius, quia actus cuiuslibet virtutis procedit ex ratione charitatis.q.108.ar.2.2.
Fortitudo eſt cauſa per accidens confeſſionis fidei.q.3.ar.1.2.
Fortitudo eſt virtus ſpecialis, ſecundũ q; eſt circa pericula, ſed eſt conditio omnis virtutis, ſecundum q; dicit firmitatẽ animi abſolute.q.123.art.2.
Fortitudo eſt uirtus tollẽs impedimenta q̃ repellunt voluntatẽ ab eo quod eſt ſecundũ rationem ꝓp difficile q.123.ar.1.
Fortitudo non habet partes ſubſtãtiuas nec diuiditur in multas ſpecies, quia eſt circa materiam valde ſpiritualem.q.128.
Fortitudo eſt immediate circa timores & audacias, mediate vero circa obiecta horum, ſ. circa pericula & labores.q.123.artic.3.2.
Fortitudo eſt principaliter circa timores ſecundario autem circa audacias.q.123.ar.3.
Fortitudo non eſt circa ſpem, niſi ſecundum q; ſpes connectitur audaciæ.q.123.ar.3.3.
Fortitudo eſt præcipue circa timores mortis.q.123.ar.4.
Fortitudo principaliter eſt circa moleſtias mortis, ſecundario autem circa quaſcunque alias moleſtias.q.123 ar.4.1.
Fortitudo eſt maxime circa repentina, quo ad manifeſtationẽ habitus, non autem quo ad electionem.q.123.ar.9.
Fortitudo eſt maxime circa timores mortis in bello communi vel particulari.q.123.ar.5.
Fortitudo eſt circa difficiliora non autem circa meliora quàm iuſtitia quæ in bello & in pace utilis eſt non autem fortitudo, ſed tantum in bello.q.58.ar.12.
Fortitudo eſt utilis in pace.q.123.ar.12.1.
Fortitudo eſt principaliter circa timores, ſecundario autẽ circa triſtitias patientia vero econuerſo.q.136.ar.4.2.
Fortitudo eſt principalior magnanimitate.q.129.ar.5.
Fortitudo firmat contra mala, ſed magnanimitas in proſecutione bonorum.q.129.ar.5.1.
Fortitudinis partes potentiales ſunt ſex, magnanimitas, fiducia, ſecuritas, magnificentia, conſtantia, tolerantia, id eſt patientia, & firmitas, id eſt perſeuerantia.q.128.
Fortitudinis partes integrales circa materiam ſunt fiducia, magnificentia, patientia & perſeuerantia, ſed ſunt partes potentiales, & uirtutes per ſe diſtinctæ a fortitudine, ſecundum q; ſunt circa alias materias.q.128.
Fortitudini vitium audaciæ opponitur ſecundum exceſſum audaciæ, impauiditas autem ſecundum defectum timoris, quia in vtraque ponit medium.q.126.ar.2.3.
Fortitudo martyrum præcipue commendatur, quia ſuſtinent propter Deum impugnationes perſonales, & mortem in bello particulari.q.123.ar.5.1.
¶Fortis intendit exprimere ſimilitudinem ſui habitus in actũ, vt proximum finem.q.123 ar.7.
Fortis delectatur de ſuo actu & fine, ſed non percipit, niſi ex ſuperabundanti gratia Dei propter dolorem corporis, & animæ pro amiſſione vitæ.q.123.ar.8.
Fortitudine carens operatur fortia quintupliciter. ſ. propter ignorantiam, artem, experientiam, paſſionem & lucrum.q.123.art.1.2.
Fortitudinis actus principalis eſt ſuſtinere, ſecundarius eſt aggredi.q.123 ar.3.
Fortitudinis actus primus duo requirit, ſ. præparationẽ animi & executionem operis, ſecundus autem infrangibilitatẽ & infatigabilitatem.q.128.
Fortitudo aſſumit iram moderatam ad actum ſecundum non autem ad primum.q.123.ar.10.
Fortitudinis actus ſecundus per ſe impeditur a triſtitia & concupiſcentia quamuis per accidens poſſint adiuuare.q.123.ar.10.3.
Fortitudini donum in patria habet actum perfruendi plena ſecuritate a laboribus & malis q.139.ar.1.2.
Fortitudinis virtus firmat animum ſecundum modũ cõnaturalem hominis, donum autem ſupernaturaliter. q.139.art.1.
Fortitudinis donum dat fiduciam euadendi quæcunq; pericula, & perueniendi ad finem cuiuslibet operis.i.ad beatitudinem non autem virtus fortitudinis, ſed pertinet ad ſuſtinendum quæcunque pericula.q.139.ar.1.
Fortitudinis donum reſpicit virtutem fortitudinis in quãtum ſuſtinet pericula & facit quodcunque opus arduum, ideo dirigitur a dono conſilij, q.139.ar.1.3.
¶Fornicatio dicitur omne peccatum large.q.151 ar.2.
Fornicatio eſt maius peccatum his, quæ ſunt contra bona exteriora & minus his quæ ſunt contra Deum vel contra perſonam proximi.q.154.ar.3.
Fornicatio prohibetur ſpecialiter ſimul cũ ceremonijs ab Apoſtolis, quia Gentiles non reputabant eam eſſe peccatum.q.154.artic.2.1.
¶Furtum eſt occulta acceptio rei alienæ.q.66.ar.3.
Furtum & rapina opponuntur iuſtitiæ.q.66.ar.4.5.
Furtum eſt iniuſtum quia eſt inuoluntarium per ignorãtiam, ſed rapina per vim, ideo differunt ſpecie q.66 ar.4.
Furtum accipiens rẽ ſuam iniuſte detentam peccat contra cõmunẽ iuſtitiam vſurpando ſibi iudiciũ, ſed non tenetur reſtituere, ſed ſatisfacere Deo, & ſedare ſcandalũ q.66.art.5.3.
Furtum ſemper eſt peccatum ratione iniuſtitiæ & fraudis vel doli & eſt mortale niſi modicum intendatur.q.66.ar.5.
¶Fractio uoti eſt quædam ſpecies infidelitatis & ad infidelitatẽ pertinet non ſeruare promiſſa.q.88.ar.3.
Fractio ſignaculi virginalis quocunque modo ſine ꝓpoſito delectationis non magis præiudicat uirginitati quàm fractio manus vel pedis.q.152.ar.1.3.

GAudium eſt magis effectus charitatis quàm triſtitia.q.28.artic.1.
Gaudium de Deo in ſe, eſt effectus charitatis ſed ut Deus participatur a nobis eſt effectus ſpei.q.28.ar.1.3.
Gaudium cauſatum ex charitate non compatitur ſecum triſtitiam ſicut quod cauſatur ex ſpe.q.28.ar.2.
Gaudium ex parte obiecti non poteſt plene haberi quàmuis ex parte gaudentis poſſit haberi.q.28.ar.3.
Gaudium non eſt virtus, ſed eſt actus charitatis poſterior dilectione.q.28 ar.4.
¶Gentiles habuerunt reuelationẽ miſterij incarnationis Chriſti vt Iob, & de ſepultura eius q.2.ar.3.
Gloria non eſt honor, ſed eſt effectus honoris & laudis. q.103.artic.1.3.
Gloria eſt clara notitia cum laude ut Ambroſius dicit. q.132.articu.1.
Gloriam ſuam debet homo laudabiliter appetere ad utilitatẽ ſuam uel aliorum.q.132.ar.1.1.
Gloria dicitur vana tripliciter & eſt peccatum, primo quando eſt de non ente uel de tranſitorijs uel de peccato, ſecundo quando quæritur ab hominibus & non a Deo, tertio quando non ordinatur ad debitum finem.q.132.ar.1.
Gloria inanis eſt periculoſa non propter grauitatem ſui, ſed diſponendo ad grauia, faciendo præſumptuoſum & nimis de ſe confidentem & diſponendo paulatim ad priuationem interiorum bonorum.q.132.ar.3.3.
Gloria vana uituperatur præcipue circa eleemoſynam propter defectum charitatis præferendo vanam gloriam utilitati ꝓximi dum facit hoc propter illud.q.132.ar.5.3.
Gloria uana non eſt ſemper peccatum mortale ſed tantũ quãdo in ea ponitur ultimus finis, uel quando eſt contra Deum q.132.ar.3.
Gloria uana eſt uitium capitale cuius ſunt filiæ ſeptem, ſ. inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, diſcordia, præſumptio nouitatum, & pertinacia.q.132.ar.4.5
Gloria uana mediante ira cauſat diſcordiam & contentionẽ. q.132.ar.5.2.
Gloria uana directe contrariatur magnanimitati ſecundũ rei veritatem, ut deficiens, ſed ſecundum opinionem vt excedens.q.132.ar.2.
¶Gnome eſt uirtus bene iudicatiua de agibilibus ſecundum altiora principia quàm ſint leges communes ſecundum quas iudicat ſyneſis: & ideo altior eſt quàm ſit ſyneſis. q.51.ar.4.
Gratia Dei datur homini præparanti ad credendum ut credat ſicut ad diligendum & miſericorditer, cui autem non datur ex iuſtitia non datur in pœnam præcedentis peccati ſaltem originalis.q.2 ar.5.1.
Gratia ſemper idem facit adueniendo fideli uel infideli.q.4.artic.4.ad 3.
Gratia & gloria ſunt idem gloriæ.q.24.ar.3.2.
Gratiarum actio reſpicit gratiam dantis ideo ubi eſt maior gratia dantis ibi debet eſſe maior gratiarum actio rec. pientis.q.106 art.2.
Gratiarum actio non debetur tantum danti ſed promittenti. q.88.ar.5.2.
Grauius peccat occidens iniuſte hominem corporaliter quàm occidens eum ſpiritualiter, quia primus intendit & cauſat ſufficienter non autem cauſat ſufficienter ſecundus, quod tamen eſt peius.q.73.3.
Grauius peccat cæteris paribus inferens homini iniurias, ſ. mutilare, uerberare, uel incarcerare perſonæ coniunctæ q̃ abſolute, per accidens tamen poteſt eſſe econuerſo q.65.ar.4.
Gratitudo ſeu gratia eſt uirtus ſpecialis reddens gratiam benefactori.q.106.ar.1.
Gratitudo, ingratitudo, datio beneficij, clemẽtia, miſericordia nõ

ſunt proprie ad ſeipſum.q.106.ar.3.2.
Ad gratitudiné tria requiruntur, primo quòd homo recognoſcat beneficium acceptum, & quòd laudet & gratias agat, tertio quòd retribuat loco & tempore ſecundum ſuam facultatem.q.107.ar.2.
Gratitudini vitium opponitur duplex, ſcilicet per exceſſum ut recompenſando quibus non debet, vel citius quàm debet & per defectum, ſcilicet ingratitudo quæ magis opponitur ei.q.107.ar.2.
Gratificatio, id eſt gratiarũ actio facta Deo eſt actus religionis.q.106.art.1.1.
¶Gradum ſummum in religionibus tenent qui ordinantur ad docendum & prædicandum, ſecundum vero qui ad contẽplandum, tertium autem qui ad opus extrinſecũ & in ſingulis præminent qui ſunt ad altiorem actum in eodem genere vel ad plura vel qui habent ſtatuta conuenientiora ad ſuum finem conſequendum nõ autem quæ eſt arctior.q.188.a.6.
¶Gula eſt inordinatus appetitus cibi & potus ideo ſemper eſt peccatum.q.148.ar.1.
Gula eſt uitium capitale cuius filiæ ſunt quinque.ſ. inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, ſtultiloquium & hæbetudo mẽtis.q.148.ar.6.
Gula eſt peccatum mortale tantum ſi in hoc ponatur ultimus finis. ſcilicet quòd animus ſit paratus agere contra legem Dei.q.148.ar.2.
Gula eſt peccatum contra tertium præceptum decalogi.q.148.art.2.1.
Gulæ ſpecies ſunt quinque contentæ in hoc verſu præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe.q.148.ar.4.
Gula eſt leuius peccatum alijs ratione materię & peccantis ꝓpter neceſſitatem & difficultaté, ſed grauatur ex effectibus.q.148.ar.3.
Gula aufert omnes virtutes non ratione ſui, ſed ratione uitiorum quæ oriuntur ex ea.q.148.ar.2.4.
¶Gutta ultima in multis guttis cauantibus lapidem agit in uirtute præcedentium.q.24.ar.6.2.

HAbentes gratiam gratum facientem poſſunt hæbetudiné pati circa aliqua. quæ ſunt præter neceſſitatem ſalutis non autem circa neceſſaria ad ſalutem.q.8.ar.4.1.
Habentes fidem ſed non plene non intelligunt ea quæ proponuntur credenda, intelligunt tamen ea eſſe credenda.q.8.ar.4.ad 3.
¶Habens rem alienam tenetur reſtituere ratione rei, qui uero eam abſtulit tenetur reſtituere ratione actionis iniurioſæ q.26.ar.6.1.
¶Habitus virtutis tenens medium in ira eſt innominatus, ideo dicitur mãſuetudo quæ ſignificat diminutionem iræ.q.157.art.2.2.
¶Habere aliquid ut proprium repugnat perfectioni religionis non autem habere aliquid in communi, ſed aliqualiter impedit ſi ſuperabundat.q.188.ar.7.
Habens uotum uel iuramentum minoris religionis licite inducitur ad maiorem non autem econuerſo, niſi diſpẽſetur.q.189.ar.9.3.
¶Hæreticus diſcredens vnum articulum fidei, non habet fidé neque formatam neque informem, & per conſequens non habet fidem de alijs articulis, ſed opinionem.q.5.ar.3.
Hæreticus eſt, qui non credit articulum fidei pertinaciter.q.5.articu.3.
Hæretici non ſunt occidendi: quomodo intelligitur. quæſt.10.art.8.1.
¶Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis.q.11.ar.1.
Hæreſis non cõputatur inter uitia capitalia nec inter filias eorum, ſed extra eorum numerum & reducitur ad ſuperbiam vel cupiditatem.q.11.ar.1.2.3.
Hæreſis ratio duo continet, electionem priuatæ diſciplinæ & pertinaciam.q.11.ar.2.3.
Hęreſis principaliter eſt circa articulos fidei, ſecundario autem circa ea quæ ſequuntur ex eis.q.11.ar.2.
Hæreſis principaliter conſiſtit in corde: ſecundario auté in ore ſicut & fides.q.11.ar.2.
Hæreſis & ſecta ſunt idem, & ſunt opera carnis nõ ratione ſui actus vel finis ꝓximi, ſed ratione ſuæ cauſæ.ſ. appetitus debiti finis uel phantaſticæ illuſionis.q.11.ar.1.3.
¶Hæreticus eſt exponens ſacram ſcripturam in contrarium ei quod per Spiritumſanctum fuerit reuelatum.q.11.ar.2.2.
Hæreſim incurrit quicumque reſiſtit auctoritati Romanæ Eccleſiæ.q.11.ar.2.3.
Hæreſis incurritur ex uerbis inordinate prolatis ſecundũ beatum Hieronymum.q.11.ar.6.2.
¶Hæretici non debent tolerari, niſi primo uelint reſipiſcere.q.11.articu.3.
Hæretici poſſunt iuſte occidi in iudicio ſæculari & rebus ſuis priuari, etiam ſi alios non corrumpant magisquàm rei crimine læſæ maieſtatis, uel quàm cudentes falſam monetam.q.11.art.30.
Hæreſis eſt neceſſaria & utilis Eccleſiæ, per accidens tamẽ, ſcilicet ratione probationis & ratione exercitij.q.11.ar.3.2.
Hæretici ſi poſt abiurationem erroris depræhenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari iudicio ſunt relinquẽdi ſecundum decretales q.11.ar.3.
Hæretici relapſi ſemper recipiuntur ad pœnitentiam non autem ad dignitates ſicut primo.q.11.ar.4.
Hæreticos Eccleſia poſt primam uel ſecundam correctioné tradit iudicio ſæculari, in iudicio auté Dei ſemper recipiuntur redeuntes, quia Deus ſcrutator eſt cordium & uere redeũtes cognoſcit, ſed hoc Eccleſia imitari non põt: præſumit autem eos non uere reuerti, qui cũ recepti fuiſſent iterum ſunt relapſi, & ideo eis etiam ſalutis non denegat, ſed a periculo mortis eos non tuetur.q.11.ar.4.1.
¶Hæbetudo circa ſpecialibilia maxime procedit ex gula, ſed hębetudo circa eligibilia eſt in omni peccato.q.148.ar.6.1.
¶Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ ideo ſemper eſt peccatum, & eſt uitium iactantiæ.q.111.ar.2.
Hypocriſis non eſt ſemper peccatum mortale, niſi ſit in nocumentum fidei, uel perſonæ, uel Eccleſiæ.q.111.ar.4.
Hypocritæ finis remotus eſt lucrum uel gloria, ſed finis proximus eſt oſtendere ſe alium quàm ſit.q.111.ar.2.3.
¶Homines peruerſi peruertunt doctrinam Apoſtolorum & ſacratum ſcripturarum ad ſuipſorum perditionem.q.1.art.10.1.
¶Homo non poteſt ad Dei uiſionem ſupernaturalem pertingere, niſi per modum addiſcentis a Deo doctore, huius autem doctrinæ homo fit ſucceſſiue particeps per modum ſuæ naturæ.q.2.ar.3.
¶Hominis natura requirit perfectam cognitionem ſupernaturalem non tantum naturalem.q.2.ar.3.1.
Sicut homo aſſentit primis principijs per lumen naturale ſic uirtuoſus per habitum fidei habet rectum iudicium de conuenientibus illi uirtuti.q.2.ar.3.2.
Homo tenetur ad determinate diligendũ ea quæ ſunt proprie, & per ſe charitatis obiecta, ut Deus & proximus.q.2.ar.5.1.
Homo in ſtatu innocentiæ non habebat auditum ab homine exterius loquente. habebat tamen a Deo interius inſpirante.q.5.ar.1.3.
Homo poteſt primo ante alia peccata habere peccatum in Spiritum ſanctum, licet raro contingat.q.14.ar.4.
Homines reuerenter propter uirtutem, gratiam uel imaginem Dei in illo & ſi bonum eſt: aliquando autem reuerent quia ſunt contra Deum & malefaciunt qui reuerẽtur tales.q.19.art.3.1.
Homo propter mala corporis, & rei temporalis non debet recedere a iuſtitia.q.19.ar.3.3.
Homo ex charitate diligit ſeipſum, in ordine tamen ad Deũ.q.25.ar.4.
Homo ſecundum naturam ſpiritualem poſt Deũ debet ſe primo diligere & magisquàm quemcumque alium.q.26.ar.4.
Homines omnes ſunt æqualiter amandi reſpectu obiecti non autem reſpectu actus.q.26.ar.6.1.
Homo debet ſuſtinere detrimenta corporalia propter amicũ & in hoc ipſo ſeipſum magis diligit ſecundum ſpiritualem mentem.q.26.ar.4.2.
Homini cuilibet imminet cura de ſalute proximi in caſu, non autem ſimpliciter.q.26.ar.5.3.
Homo diligit incognita propter cognita diſpoſitiue.q.27.articu.3.1.
Homo non indiget teſtibus ad emendationem ſui peccati quod tamen poteſt eſſe neceſſarium ad emendationẽ peccati fratris.q.33.ar.8.2.
Homo debet maxime erudiri in his quæ pertinent ad prudentiam præcipue a ſenibus prudentibus.q.49.ar.3.
Hominis ad Deum, ſerui ad dominum, patris ad filium non eſt iuſtitia, niſi ſecundum ſimilitudinem.q.58.ar.7.3.
Homo in iudicio debet pauperi ſubuenire quantum poteſt ſine læſione iuſtitiæ.q.63.ar.4.3.
Homo poteſt eſſe iudex ſui, quando iniuria ſua eſt iniuria cõmunitatis.q.67.ar.4.
Homo tripliciter exhibet corpus ſuum ſacrificium & hoſtiam Deo, ſcilicet per martyrium, per auſteritatem. & per opera iuſtitiæ, & diuini cultus.q.85.ar.3.2.
Homo eſt ſic liber, quòd poteſt aliqua uouere & facere etiam contra præceptum Papæ.q.88.ar.12.2.
Homo habet naturalé inclinationem ad cognoſcendũ futura

ſecundum modum humanum, nõ autem ſecundum indebitum diuinationis modum.q.95.ar.1.3.
Homini eſt naturalius appetere uindictam iniuriarum illatarum quàm ab hoc deficere, quia uix alicui nimis paruæ uidentur iniuriæ ſibi illatæ.q.115.ar.2.2.
Homo incurrit quintuplex damnũ ex luxuria, ſcilicet depreſſionem mentis, exhæredationem, periculum pſonæ, periculum rerum & impedimẽtum bonorum operum. q.46. ar.3.
Homo fit extra ſe ſecundum appetitum dupliciter.quæſt.175. art.2.2.
¶Honor eſt cuiuslibet virtutis præmium.q.129.ar.4.
Honor eſt teſtimonium excellẽtiæ, quæ eſt in homine, ſed maxime ſecundum uirtutem.q.103.ar.1.
Honor non eſt ſufficiens præmium uirtutis, ſed ut eſt poſſibile homini.q.103.ar.1.2.
Honor eſt maximum bonum inter bona exteriora.quæſt.103. art.1.2.
Honor quo ad Deum poteſt eſſe in ſolo corde, ſed quo ad hominem eſt in ſignis exterioribus.q.103.ar.1.
Honor laudabiliter contemnitur nihil male agendo propter ipſum, & bene appetitur nihil male agendo contra ipſum.q. 129.ar.1.3.
Honorem appetere eſt peccatum tripliciter q.131.ar.1.
Honor reſpicit proprium bonũ honorati, ideo diuerſificatur ſpecie ſecundum diuerſa bona ſingulorum non aũt amor; quia reſpicit bonum in communi.q. 25.ar.1.1.
Honor eſt propter ſe & in ſe, ſed laus ordinatur ad aliud, ideo honor eſt excellentior laude q.103.ar.1.3.
Honor eſt in omni ſigno exteriori & eſt reſpectu finis, ſed laus eſt tantum in uerbis & eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finẽ. q.108.ar.1.3.
Honor vituperio ſeu exprobrationi opponitur. quæſtio. 148. articu.4.
Honor debetur alicui ratione excellentiæ & honor diuerſus ſecundum diuerſitatem excellentiæ.q.81.ar.4.
Honor debetur proprie ſoli uirtuti excellentiæ autem bonorũ exteriorum debetur ſecũdum exiſtimationem vulgi. q. 103. art.2.3.
¶Honoratorum præter uirtutem aliqua ſunt ſupra eam, ſicut Deus & beatitudo, aliqua infra eam inquantum adiuuant ad opera uirtutum, vt nobilitas potentia & diuitiæ. q.145. art.1.2.
Honorandus eſt ſolus bonus ſecundum ueritatem bonus autem eſt aliquis ſecundum uirtutem.q.145.ar.1.2.
Honor debetur ſubſiſtenti ſoli toti, ſed ratio & cauſa honoris poteſt eſſe aliquid eius non ſubſiſtens.ſ.pars uel accidens.q. 103 ar.4.3.
Honor maior debetur iuſtitiæ & fortitudini propter excellentiam maioris boni, temperãtiæ uero propter cohibitionem turpiorum.q.145.ar.4.3.
Honor debetur alicui dupliciter, ſcilicet ratione ſui uel rõne alterius primum conuenit tantum agenti per electionem, ſcilicet perſonæ ſecundum uero conuenit omni quod eſt aliquid eius, ſcilicet parti naturæ, & accidenti.q.103.ar. 4.3.
Honorantur aliqui quadrupliciter uel propter uirtutem propriam ut uirtuoſi, uel propter uirtutem alterius, ſcilicet Dei uel communitatis ut ſuperiores, uel propter ſignum uirtutis ut ſenes, uel propter participationem diuinæ bonitatis, ut domini & parentes q.146.ar 1.2.
Honor debetur ſuperioribus ratione excellentiæ cultus autem conſiſtens in obſequio obedientiæ & beneficij debetur rõne gubernationis.q.102.ar.2.
Honor & cultus debetur omnibus prælatis ſuis ex debito legali aliis autẽ in dignitate conſtitutis ex debito morali.q. 101. art.2.2.
Honor debetur malis prælatis inquãtum gerunt uices Dei uel communitatis.q.103.ar.1.2.
Honor debetur conſtitutis in dignitate ratione excellentiæ timor autem ratione poteſtatis obedientia uero & tributũ ratione gubernationis.q.102.ar.2.3.
Honor debetur parentibus inquantum huiuſmodi.ſubſidium autem & alia debentur eis ratione indigentiæ, quæ tamen omnia intelliguntur in quarto præcepto.q.101.ar.2.
Honorandi non ſunt diuites ſolo intuitu diuitiarum, ſed ratione maioris loci in ciuitate.q. 63.ar.3.
¶Honeſtas eſt radicaliter in interiori electione, ſed figuratiue eſt in exteriori conuerſatione.q.145.ar.1.3.
Honeſtum idẽ eſt quod ſpiritualis decor & pulcritudo. q.145. articu.2.
Honeſtum idem eſt quod honore dignum & eſt idem quod uirtus.q.145.ar.1.
Honeſti nomen transfertur ad proſperitatem exteriorum diuitiarum quia ſecundum vulgum faciunt hominem honore dignum.q.145.ar.1.2.
Honeſtum omne eſt utile & delectabile & non econuerſo, & omne utile eſt delectabile & non econuerſo.q.145.ar.3.
Nihil repugnãs honeſto eſt ſimpliciter & uere utile, ſed ſecundum quid.q.145.ar.3.3.
Honeſtum appetitur propter ſe appetitu rationali delectabile autem appetitu ſenſitiuo.q.145.ar.3.1.
¶Humanitas Chriſti ſacramẽta creaturæ & ſacra ſcriptura cõtinentur ſub fide quatenus per hæc ordinantur ad Deũ.q.1. art.1.1.
¶Humilitas eſt uirtus qua refrenatur animus ne immoderate tendat ad alta.q.161.ar.1.
Humilitas uidetur præcipue importare ſubiectionem hominis ad Deum.q.161.ar.2.3.
Humilitatem non cognouit Ariſ.q.161.ar.1.5.
Humilitas hẽt conſiderare proprios defectus ne ſe extollat nõ autẽ contemnere dona Dei in ſe, ſed potius ingratitudo ex quo ſequitur accidia.q.35.ar.1.3.
Humilitatis gradus ſunt duodecim ſecundum beatum Benedictum, ſed ſecundum Anſelmum ſunt ſeptem, ſecundũ uero Gloſam ſunt tres.q.161.ar.6.
Humilitas triplex, ſcilicet penoſa ab extrinſeco, ſtulta ex ignorantia propriæ dignitatis & uirtus ex cognitione ſui. q. 161. art.1.1.
Humilitatis virtus eſt principaliter circa interiorem motum, quæ autem eſt ſecundum exteriora ſigna per fictionem eſt magna ſuperbia.q.161.ar.1.2.
Humilitati contrariatur tendere in magna ſupra ſe ex confidẽtia propriarum uirium non autem ſi ex confidentia Dei. q. 161.ar.2.2.
Humilitas eſt eſſentialiter in appetitu.ſ. ſubiectiue, ſed cognitio proprij defectus eſt regula eius.q.161.ar.2.
Humilitas eſt in iraſcibili ſubiectiue.q.161 ar. 4.2.
Humilis uere putat ſe deteriorem alijs non quidẽ quo ad actũ exteriorem ſed timens ne per ſuperbiam grauius peccet in his, quæ bene agere uidetur.q.161.ar.6.1.
Humilitas conuenit omni homini etiam Chriſto ſecundũ humanitatem, non autem ſecundum diuinitatem. quæſt.161. art.1.4.
Humilitas poſt virtutes Theologales & intellectuales & poſt iuſtitiam præcipue legalem eſt potior cæteris.q.161.ar.5.
Humilitati magis opponitur ſuperabũdantia quàm defectus. q. 161.ar.2.3.
Humilitas & magnanimitas conueniunt in materia & differunt in modo.q.161.ar. 4.3.
Humilitas refrenat præſumptionem ex reuerẽtia Dei, ſed magnanimitas firmat animum cõtra deſperationẽ ex adeptione proprij boni.q.161.ar.2. 3.
Humilitas reprimens ad infima & magnanimitas impellens animum ad magna, non opponuntur quia vtrumq; fit recta ratione.q.161.ar.1.
Humilitas reprimit ſpem, ideſt ſpiritum ad alta tendentem.q. 161.ar.4.

I

IActãtia eſt p quam quis ſe extollit ſupra id quod in ſe eſt ſecundario aũt ſupra id quod de eo alij opinant̃. q.112.art.1.
Iactantia quo ad actum exteriorem eſt ſpecies mendacij, ſed quo ad arrogantiam interiorem eſt ſpecies ſuperbiæ. quæſt. 112.ar.1.2.
Iactantia eſt peccatum mortale tripliciter. ſ. quando eſt cõtra gloriam Dei, uel contra honorem proximi, uel ex inani gloria uel ex fine q.112.ar.1.2.
Iactantia eſt ex ſuperbia tanquàm ex cauſa motiua & aliquando ex uanitate ex inani gloria autem ut ex fine. quæſt. 112. art.1.2.
Iactantia & ſuperbia cauſantur, ex diuitijs dupliciter occaſionaliter & per modum finis.q.112 ar.1 3.
Iactantia propriè opponitur ſecundum ſpeciẽ actus ueritati nõ autem ſecundario.q.112.ar.1 3.
¶Idolatria eſt exhibere latriam, ideſt cultum Dei creaturæ.q. 94.art.1.
Idolatria præſupponit infidelitatem & addit exterius indebitũ cultum, mẽdacium pernitioſum, magnam Dei blaſphemiã & impugnationem fidei.q.94.ar. 3.1.
Idolatria opponitur latriæ.q.94. ar.1.
Idolatria quadruplex.ſ.ciuilis, ideſt imaginum habentiũ deitatem, fabularis, ideſt hominum deificatorum, Phyſica, ideſt animæ totius mundi & animarum cæleſtium, dæmonum, & animarum hominum.q.94.ar.1.
Idolatria omnis eſt peccatum nec excuſat mos vulgi contra Senecam, nec perſecutio contra Hæreticos.q. 94.ar.2.

Idololatria eſt grauiſſimum omnium peccatorum. q.9.ar.3.
Idolatria eſt grauiſſimũ peccatorũ ſecũdũ ſe, ſed ex parte peccati hæreſis,& aliqua alia peccata põt eſſe grauiora.q.9.ar.3.
Ex idololatria omnia alia peccata oriebantur. q 94.ar.4 1.
Ieiunium duplex,ſpirituale a peccatis, & corporale ab eſcis. q. 147.ar.2.1.
Ieiunium a cibis duplex,naturæ & eccleſiæ.q.147.ar.1.3.
Ieiuniũ eccleſiæ duplex, luctus.ſ.cum amaritudine peccatorũ, & præſentis uitæ & exultationis. q.147.ar.4.5.
Ieiunium eſt actus uirtutis abſtinentiæ,ſ.& temperantiæ elicitiue,ſed aliarum uirtutum imperatiue. q.147.ar.1.
Ieiunium eccleſiæ eſt parſimonia uictus, abſtinentiaq; ciborũ ſecundum Iſidorum.q.147.ar.2.1.
Ieiunans nimis uel uigilans peccat.q.147.ar.1.2.
Ieiuniũ pulchre cõmendatur per multos eius effectus. q. 157. 1.
Ieiunium non eſt contra libertatem fidelium, ſed contra ſeruitutem peccati.q.147.ar.3.
Ieiunium ſumitur principaliter propter tria,ſ.propter comprimendas concupiſcentias carnis,propter ſubleuationem mẽtis & propter ſatisfactionem.q.147.ar.1.
Ieiunium eſt ſatisfactorium; quia ſubtrahit delectationem addens afflictionem & impedit peccata futura,debilitando concupiſcentiam.q.147.ar.5.
Ieiunium fit quadraginta diebus ſicut a Chriſto, Moyſe, & Helia. q.147.ar.5.
Ieiunium quadrageſimale arctius obſeruatur, quàm alio tempore,quia per illud imitamur Chriſtum.q.147.art.5.2.
Ieiunabant Iudæi menſe quarto,quinto,ſeptimo,& decimo ꝓpter aliquas tribulationes tunc habitas. q.147.ar.5.2.
Ieiunabant Iudæi vſq; ad ueſperã,ideſt, uſq; ad noctẽ,quia noct. cõparatur ſtatus ueteris teſtamenti,quia poſt mortẽ ibant ad Limbum propter peccatum Adæ. q.147.ar.7.1.
Ieiunium non eſt neceſſarium abſolute, ſed ex præcepto eccleſiæ, quia ſecundum ſe eſt pœnale, ideo non eſt eligibile, niſi inquantum eſt utile ad aliquem finem. q.147.ar.3.1.
Ieiunium eſt de præcepto legis naturæ ſecundum quod eſt neceſſarium ad ſalutem, ſed determinatio temporis eius & modi eſt de præcepto eccleſiæ.q.147.ar.3.
Ieiunia eccleſiæ ſunt ab omnibus ſeruanda, niſi ſint legitimo impedimento detenti. q.146.ar.4.
Ieiunia eccleſiæ & alia præcepta ſunt a iuſtis obſeruanda ſicut & ab aliis.q.147.ar.3.
Ieiunare debent itinerantes & operarii diminuendo laborem, niſi ſit neceſſitas q.147.ar.3.
Ieiunia quatuor temporum ſunt quaſi primitiæ & expiatio totius animi.q.147.ar.6.
Ieiunium exultationis non eſt in præcepto eccleſiæ. q.147.ar.5.
Ieiunium de ſe nullo tempore eſt prohibitum, tñ ieiunans in dominica contra conſuetudinem eccleſiæ,uel ex ſuperſtitione ut neceſſarium,ſicut Manichæi,peccat. q.147.ar.5.
Ieiunium ſit in uigiliis Sanctorum cauſa præparationis ad deuotionem, & cauſa ſignificationis, ꝙ ſancti per afflictiones peruenerunt ad gloriam. q.147.ar.5.
Ieiunii tẽpore cõueniens hora prandii eſt hora nona, ſed hora ſexta alio tẽpore ſecundũ communem curſum. q.147.ar.7.
Ieiunii hora prãdii determinatur ſecundũ groſſam extimationem,licet ſit modicum ante uel poſt nonam. q.147.ar.7.2.
Imprudentia ſumitur tripliciter,ſ.negatiue,priuatiue,& cõtrarie,prima non eſt peccatum, ſecunda eſt peccatũ rõne uanæ gloriæ, tertia uero ſecundum ſe eſt peccatum mortale ſi ſit contra præceptum Dei,aliter eſt ueniale. q.52.ar.1.
Imprudentia eſt peccatũ generale participatiue non aũt eſſentialiter cuius ſunt triplices partes ſubiectiuæ,ſ.monaſtica, politica & œconomica, potentiales uero ſunt præcipitatio ſiue temeritas, inconſideratio, inconſtantia, negligentia, & integrales quæ reducuntur ad potentiales. q.53.ar.2.3.4 5.
Imprudentia per eſſentiam eſt peccatum ſpeciale cum ſit circa actus ſpeciales,ſcilicet rationis.q.53.ar.2.
Imprudentia cum ſuis uitiis oritur ex luxuria. q 53.ar.6.
Intellectus aſſentit alicui dupliciter, uel quia mouetur ab obiecto per ſe cognito, uel per aliud uel per quãdam electionem uoluntariam. q.1.ar.4.
Intellectus credentis determinatur ad unum non per rationẽ, ſed per uoluntatem.q.2.ar.1.3.
Intellectus & ſcientia quantũ ad maiorẽ manifeſtationẽ excedunt fidem,non aũt quantũ ad certiorẽ inhæſionẽ.q 4.8. 3.
Intellectus angeli ante confirmationẽ & hoïs ante peccatũ, etſi non erat obtenebratus culpa uel pœna,obſcurus erat tñ in cõparatione ad immenſitatem diuini luminis. q.5.ar.1 2.
Intellectus ut dicit lumen ſupernaturale ad cognitionem, eſt unum de ſeptem donis Spiritusſancti.q.18.ar.1.
Intellectus donũ eſt principaliter ſpeculatiuum,ſecundario autem practicum.q.8.ar.3.
Intellectus donũ non ſolũ ſe extendit ad intelligibilia æterna & neceſſaria,ſed etiã ad regulas humanorũ actuũ.q.8.ar.3.2.
Intellectus donũ eſt ſemper in oïbus exiſtentibus in gratia, nec umquàm ſe ſubtrahit circa neceſſaria,ſed in aliis. q.8 ar.4.
Intellectus donum non eſt,niſi in exiſtente in gratia.q.8 ar.5.
Intellectus non attingens ad rationem doni poteſt eſſe in non habente gratiam.q.8.ar.5.1.
Intelligentia prophetica & donum intellectus differunt inter ſe.q.8.ar.5.2.
Intellectus importat quandam perceptionem ueritatis,fides autem aſſenſum ad ueritatem. q.8 ar.5.
Intellectus dono homo habet rectam extimationem de ultimo fine quod conuenit omni & ſoli habenti gratiam gratũ facientem. q. 8.ar.5.
Intellectus donum eſt ad capiendum diuina quorũ iudicium eſt doni ſapientiæ ſicut doni ſcientiæ reſpectu creaturarũ, & conſilium eſt reſpectu ſingularium operum. q.8.ar.7.
Intellectus donum & fides ſunt circa principia cognitionis naturalis & gratuitæ, ſecundum aſſentiendo,primũ penetrando uel capiendo. q.8. ar.6.2.
Intellectus donum pertinet ad utramq; cognitionem ſpeculatiuam & practicam,non quantum ad iudicium,ſed quantum ad apprehenſionem.q.8.ar.6.
Intellectus donum correſpondet ſextæ beatitudini. q.8.ar.7.
Intelligere ueritatem cuiuslibet rei eſt ſecundũ ſe amabile, per accidens tamen poteſt eſſe alicui odibile.q.15.ar.1 3.
Intellectus & ſcientia fideliũ cõſiſtunt in præceptis legis,& ideo præcepta antecedunt intellectum & ſcientiam eorũ. q. 16.3.
Intellectus & ſcientia fideliũ cõſiſtunt in præceptis legis,& ideo nõ danť de eis ꝓcepta in Decalogo,ſed in ſequẽtibus. q. 16.1.
Intellectus qui eſt donũ Spiritusſancti eſt qdã acuta perfectio diuinorũ,qui ut ſic non eſt pars prudentiæ. q.49.ar.2.2.
Intellectus nomẽ ſumitur ab intima penetratione ueritatis,rationis uero nomẽ ab inquiſitione & diſcurſu.q.49.ar.5.3.
Inuiſibilia Dei altiori modo quantum ad plura percipit fides, quam ratio naturalis ex creaturis.q.2.ar.3.3.
Inueſtigatio naturalis rationis non ſufficit humano generi ad cognitionem diuinorum,neq; ad cognitionem eorum quæ naturaliter cognoſcuntur q.2.ar.4.
Infideles habent ignorantiã eorum quæ ſunt fidei. q. 1.ar.5.1.
Infidelitas ſumitur dupliciter,negatiue & contrarie, ideſt,repugnando,uel contemnendo,& eſt peccatum,primo autẽ modo eſt pœna.q.10.ar.1.
Infidelitatis ratio perficitur in cõtemptum,ideo eſt in uoluntate ut in cauſa,in intellectu autem ut in ſubiecto.q. 10.ar.2.
Infidelitas eſt grauiſſimum omnium peccatorum circa mores, non autem circa uirtutes theologicas. q .10.ar.3.
Infidelitas eſt in intellectu ſubiectiue,in uoluntate autem imperatiue,ideo actus eius eſt demeritorius.q.10.ar.2.
Infidelis pro peccato infidelitatis grauius punitur q̃ pro quocumq; alio peccato alius peccator,conſiderato peccato in genere,ſed pro quocumq; alio peccato cæteris paribus,grauius peccat fidelis quàm infidelis.q.10.ar.3.ad 3.
Infidelitas habet ignorantiã adiunctã, & habet aſſenſum ad ea quæ ſunt fidei,& ideo eſt grauiſſimũ peccatorũ. q.10.ar.3.2.
Infidelium actiones non oẽs ſunt peccata, ſed aliqui actus eorũ ſunt boni ex eſſentiali obiecto uel circunſtantia, & placent Deo,nullus tamen eorum eſt meritorius.q. 10.ar.4.
Infidelium uita eſt peccatum,quõ intelligatur.q.10.ar.4.1.
Infidelitatis ſpecies ſunt triplices.Paganorum,Iudæorum & hæreſis.q.10.ar.1.
Infidelitas poteſt eſſe una ſicut fides, ex eo ꝙ omnia in quibus errat,ordinantur ad unum. q. 10.ar.5.3.
Infidelitas,hæreſis eſt peior quàm Iudæorum,& hæc quàm Paganorum.q.10.ar.6.
Infideles qui aliquando dimiſerunt fidem, ſ. hæretici, cogendi ſunt ad fidem,non autem alii Pagani,ſ.Iudæi.q 10. ar. 8.
Iudæi ſi nullo modo acceperũt fidẽ non ſunt cogendi ad fidẽ, ſecus autem ſi aliquando fidem acceperunt. q. 10.ar.8.2.
Infideles qui numquàm fuerunt de fide eccleſiæ,ſ. Iudæi & Pagani non reputantur hæretici licet peruerſam habeat fidem, ſunt tamen compellendi a fidelibus ſi adſit facultas ut fidem impediãt uel blaſphemiis uel malis perſuaſionibus, uel & apertis perſecutionibus.q. 10.ar.8.
Infidelis non debet permitti habere dominium nouum ſuper fideles, ſed tantum antiquum quo etiam priuari poteſt, ſed eccleſia permittit, ꝙ infideles accipiant a fidelibus miniſterium in aliquo artificio.q.10.ar. 10.3.
Infideles contemnunt fidem, ſi fidelium defectus cognoſcant. q.10.ar.10.
In infidelibus illis qui tẽporaliter eccleſiæ uel eius membris nõ ſubiacent

ſubiacent ius auferendi res eorũ Eccleſia nõ ſtatuit, licet poſſet ſtatuere & de iure, & hoc facit ad ſcandalum vitandũ ne nomen dñi & doctrina Chriſti blaſphemetur. q. 10. ar. 10.

Infidelium res, ſi ipſi delinquant licet auferre per vim authoritate publica, non autem priuata. q. 10. ar. 10.

Infideles qui nunquam fidem acceperunt conuerſi ad fidem nondum oſtendunt aliquod ſignum inconſtantiæ circa fidẽ ſicut hæretici relapſi: & ideo non eſt ſimilis ratio recipiendi de utriſque. q. 11. ar. 4. 3.

Infidelis eſt ſi quis exiſtimat miſericordiam Dei non eſſe infinitam in uniuerſali. q. 20. ar. 2. 2.

Infidelitas habet rationem peccati ex odio Dei. q. 34. ar. 2. 2.

Infidelitas ſecundum ſe eſt grauius peccatũ ſchiſmate, ſed p accidẽs eſt econuerſo, ſed in lege ueteri ſchiſma fuit grauius punitum pp grauitatem & ignorantiam iudæorum. q. 39. ar. 2.

Increpationes quæ fiunt in ſacra ſcriptura tripliciter ſunt intelligendæ, per modum prænunciationis, per modum operationis iuſtitiæ punientis per modum deſiderii remotionis culpæ. q. 25. art. 6. 3.

In naturalibus quilibet tenetur magis amare cõſanguineos, & in ciuilibus conciues, & in militaribus cõmilitones. q. 26. ar. 8.

Inuidia eſt triſtitia de bono alterius inquantum æſtimatur imminuere gloriam propriam. q. 36. art. 1.

Inuidia præcipue eſt in bonis in quibus eſt gloria & honor. q. 36. ar. 1.

Inuidia non eſt inter multum inæquales, ſed ad illos tantũ quibus poteſt quis ſe æquare uel præferre. q. 36. ar. 1. 2.

Inuidia quælibet eſt peccatum nõ autẽ omnis zelus qui proprie eſt triſtitia de eo quod deeſt nobis non aliis. q. 36. ar. 2.

Inuidia ſecundum genus ſuum eſt peccatum mortale: tamen primi motus ſunt peccata uenialia, & ſunt etiam in viris perfectis. q. 36. ar. 3.

Inuidia contrariatur duabus virtutibus quia habet duo obiecta, ſ. principale, ideſt bonum, & proximum. primo contrariatur miſericordiæ, ſecundo autem nemeſi. q. 36. art. 3.

Inuidia eſt uitium capitale cuius ſunt quinq; filiæ, odium, ſuſurratio detractio, exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis. q. 36. ar. 4.

Inuidia ad proximum eſt mater odii, primo ad proximum, cõſequenter ad Deum. q. 34. ar. 6. 2.

Inuidia ut plurimum naſcitur ex ſuperbia. q. 36. ar. 4. 1.

Inclinatio in finem rectum eſt electio & actus uirtutum moralium ſed diſcretio eorum quibus hoc bonum rationis conſequi poſſumus in operationibus & paſſionibus eſt actus prudentiæ. q. 47. ar. 1. 2.

Incõſideratio maxime opponitur rectitudini iudicii. q. 53. 4. 3.

Inconſideratio eſt ſpeciale peccatum imprudentiæ, & opponitur rectitudini iudicii in moralibus. q. 53. art. 4.

Inconſtantia eſt ſpeciale peccatũ imprudentiæ deficiens a præcipiendo bonum propoſitum cuius principium eſt in appetitu, finis autem in intellectu. q. 53. ar. 5.

Inconſtantia circa abſtinentiam a delectabilibus eſt filia luxuriæ, licet etiam quæ eſt in terribilibus oriatur ex luxuria. q. 53. 5. 2.

Inconſtantiam faciunt inuidia & ira, quæ eſt in principium cõtentionis ex parte appetitus. q. 53. art. 5. 1.

In lege Dei dantur præcepta contra uitia prudentiæ inquantũ ſunt contra iuſtitiam, ſcilicet aſtutia, fraus & dolus. quæſtio. 56. ar. 2.

In pertinentibus ad iuſtitiam omne ſuperfluum dicitur lucrũ, & omne minus dicitur damnum, quia iuſtitia prius fuit exercita, & communis exercetur in uoluntariis, commutationibus in quibus hæc proprie dicuntur. q. 58. ar. 2. 3.

Iniuſtitia duplex, ſ. illegalis quæ eſt oppoſita iuſtitiæ legali, alia ſecundum inæqualitatem ad alterum: prima eſt generalis intentione & ſpecialis obiecto, ſecunda uero eſt ſpecialis utroq; modo. q. 59. ar. 1.

Iniuſtitia ſemper eſt ad alterum. q. 59. ar. 3. 2.

Iniuſtitia eſt circa operationes exteriores. quæſtio. 60. articulo 3. ad 3.

Impediens aliquem iniuſte ne acquirat præbendam, tenetur ad reſtitutionem ad arbitrium boni uiri, non autem ſi iuſte impedit. q. 62. ar. 2. 4.

Inueniens aliquid quod de propinquo fuit alicuius non habentis illud pro derelicto, tenetur ad reſtitutionem, non autem ſi nunquàm fuerit alicuius, vt gemmæ in littore, vel tantum antiquitus vt theſauri, ſed conceduntur occupanti, tamen ſecundum leges ciuiles medietas debetur domino agri. q. 66. art. 5. ad 2.

Incarcerare hominem, uel ligare, uel qualitercumq; detinere, eſt illicitum niſi fiat ſecundum ordinem iuſtitiæ uel in pœnam, uel ad cautelam alicuius mali uitandi. q. 65. ar. 3.

In notoriis non requiritur accuſator, quia infamia tenet locũ accuſationis. q. 67. ar. 2. 3.

In domo ſunt duo, ſ. ſubſtantia & uſus, ſed aliud eſt habere domum, & aliud eſt uti domo, unde ſeparatim poſſum uſum uendere ſine domus uenditione, & ita in omnibus aliis huiuſmodi, unde ſi aliqua ſunt quæ conſiſtant ipſo uſu tantũ, & uſus eorum eſt diſtractio, non poteſt fieri id quod de domo. q. 78. ar. 1.

In illis eſt peccatum, quæ bis uenduntur. quæſtione 78. articulo 1.

Inobedientia eſt duplex generalis, ideſt, quicumque receſſus a præcepto, & ſpecialis, ideſt, contemptus eius quæſtione 104. artic. 2. ad 1.

Inobedientia omnis formaliter, ideſt ex contemptu eſt peccatum mortale. q. 105. art. 1.

Inobedientia non eſt peccatum in Spiritumſanctum, niſi ſit ei annexa obſtinatio. q. 105. art. 2.

Inobedientia eſt tanto grauior quanto præcipiens eſt maior, & quanto præceptum eſt magis intentum. quæſtione 105. articulo 2.

Ingratitudo quælibet eſt peccatum, quia tollit debitum gratitudinis quod eſt debitum honeſtatis. q. 107. art. 1.

Ingratitudo pertinet ad primam & ſecundam ſpeciem ſuperbiæ. q. 162. art. 4. 3

Ingratitudo eſt ſpeciale peccatum ratione contemptus beneficii, ſed eſt circunſtantia reſpectu aliorum peccatorum. q. 107. artic. 2.

Ingratitudo eſt peccatum mortale, & aliquando veniale. q. 107. artic. 3.

Ingratitudo proueniens ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, ſed proueniens ex ueniali habet imperfectam. q. 107. ar. 3. 1.

Ingratitudo non eſt reſpectu adiuuantis peccare, quia non confert beneficium, ideo non debetur ei gratiarum actio. q. 107. artic. 3.

Ingratitudo dicitur dupliciter, ſcilicet per ſolam omiſſionem actus gratitudinis & per actum contrarium gratitudini. q. 107. art. 3.

Ingratitudinis gradus triplex, ſ. non retribuere, diſſimulare & peſſimus ex negligentia obliuiſci, ſed reddere mala pro bonis reducitur ad primum, uituperare beneficium reducitur ad ſecundum, ſed id reputare maleficium. quęſtione 107. articulo 2. ad 3.

Ingratus meretur priuari beneficio, tamen dans beneficium nõ debet ſubtrahere ne fiat peior. q. 107. art. 4. 3.

Ingratitudo ſecundum quam peccata redire dicuntur incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatũ eſt contra Deũ, ideo talis ingratitudo non eſt ſpeciale peccatum. quæſtione. 107. art. 2. ad 1.

In ſacra ſcriptura aliqui laudantur dupliciter, ut exempla perfectæ uirtutis ut Abraham & Iacob, & propter indolem uirtutis ut Iudith & obſtetrices, primi excuſantur a mẽdacio, quia figuraliter & prophetice locuti ſunt, non autem ſecundi, licet uerum dixerint myſtice. quæſtione. 110. articulo. 3. ad 3.

Intimiditas eſt peccatum, quia cauſatur ex defectu amoris, uel rationis, uel ex ſuperbia. q. 126. art. 1.

Impauiditas opponitur fortitudini ſecundum defectum timoris timiditas autem ſecundum exceſſum eius. quęſtione. 126. articulo 2.

Integritas, tranquillitas animi, decor & honeſtas maxime conueniunt temperantiæ inter cæteras uirtutes. quæſtione. 141. artic. 1. 2.

Inſenſibilitas eſt uitium quo prætermittuntur neceſſaria uitæ contra rationem, ideo eſt peccatum. q. 142. art. 1.

Inſenſibilitas non multum contingit, ideo ipſa & omnes eius ſpecies oppoſitæ diuerſis ſpeciebus temperantiæ ſunt innominatæ, & contrariantur temperantię & intemperantiæ. q. 150. artic. 1. ad 1.

Intemperantia eſt maxime uituperabilis. q. 142. art. 4.

Intemperantiæ maximum remedium adhibetur non immorari circa conſiderationem ſingularium. quæſtione. 142. articulo. 3.

Intemperantia dicitur puerile peccatum propter tria. quæſtio. 142. art. 2.

Incontinentia proprie eſt circa concupiſcentias tactus, ſecundũ quid autem eſt circa honores, diuitias & huiuſmodi, improprie uero eſt circa uirtutes, prima eſt peccatum dupliciter, ſ. recedendo a ratione & immergendo ſe turpibus, ſecunda tñ primo modo. tertio uero non eſt peccatum, ſed eſt perfectio uirtutum. q. 166. ar. 2.

Incontinentiæ ſpecies ſunt duę, ſ. præuolatio conſilii, & debilitas

bilitas in præconſiliatis.q.156.ar.1.
Incontinentia pertinet ad corpus occaſionaliter, ſed per ſe cauſatur ab anima non reſiſtente paſſionibus.quæſtione 156.articulo 1.
Incontinens uincitur a paſſionibus non quidem cogentibus, ſed uehementer impellentibus & propter negligentiam.q6.156.ar.1.ad 5.
Incontinens ante conſilium eſt ex impetu paſſionis propter uelocitatem ut in colericis, uel propter uehementiam, ut in melancolicis, qui propter terreſtrem complexionem uehementiſſime inflammantur, ſed poſt conſilium, eſt propter mollitiem complexionis, ut in flegmaticis.q.156.ar.1.ad 2.
Incontinens peccat ex paſſione errans circa particulare ut nunc, ideo ſanabilior eſt & minus malus intemperato, quia intemperans peccat ex habitu, errans circa ultimum finem.q.156.articulo 3.
Incontinens iræ audit rationem ſed imperfecte, incontinens autem concupiſcentiæ totaliter, eam non audit.quæſt.156.articulo 4.
Incontinentia iræ eſt peior ratione mali accidentis, quàm incontinentia concupiſcentiæ, ſed ratione paſſionis eſt econuerſo.q.156.ar.4.
In reliquijs ſanctorum non eſt aliqua uirtus uel forma qua fiūt miracula ſed fiunt a Deo, utente eis inſtrumentaliter.q6.78.art.1.
In ſtatu perfectionis ſunt ſoli, profeſſi ſolenniter religionem & Epiſcopi.q.184.ar.4.
Interioris actus uirtutum nō cadunt ſub uoto religionis, ſed religio ad eos ordinatur ut ad finem.q.186.art.7.ad 1.
In ingreſſu religionis recipitur tanta gratia quanta recipitur in baptiſmo, & remittitur omnis pœna.quæſtio.139.articulo 3.ad 3.
Inducens alios ad religionem non peccat ſi fiat ſine uiolentia, ſimonia & mendacio, ſed magnum præmium meretur.qu.189.ar.9.
Inſidiæ non proprie ſunt fraudes, nec opponuntur iuſtitiæ nec ordinatæ uoluntati: ideo licet eis uti in bello iuſto, ut patet in libro ſtratagematum Francorum.q.40.art.3.
Ioannes Baptiſta fuit maior propheta Moyſe & cæteris prophetis ueteris teſtamenti.q.174.ar.4.ad 3.
Ioannes non ignorauit myſterium incarnationis quādo dixit, tu es qui uenturus es, an alium expectamus? quæſt.2.artic.7.ad 2.
Hypocrita, non uidetur ſimoniacus, quia non dat ſpirituale pro temporali, ſed demonſtrat ſanctitatem & furatur laudem.q.100.ar.5.ad 2.
Ironia eſt uitium quo quis aſſerit minora de ſe quā credit, ideo ſemper eſt peccatum, tamen leuius ut plurimum quam iactātia.q.113.ar.2.
Ironia & iactantia circa idem, ſcilicet circa conditionem perſonæ mentiuntur verbis uel quibuſcumque ſignis. q.113.articulo 2.
Ira dicitur tripliciter, ſcilicet habitus uel actus vitij oppoſiti manſuetudini, ſecundo voluntas vindictæ, tertio paſſio.q.158.articulo 8.
Ira duplex.ſ.per zelum, i.ſecundum rationem & ira per uitiū, i.contra rationem.q.158.ar.1.
Ira eſt inordinata dupliciter, ſ. ratione appetibilis, & ratione modi.q.158.ar.4.
Iræ gradus triplex, ſ.in corde, ore, & opere, quæſ.158.articulo 5.ad 3.
Ira ſecundum rationem rectam eſt paſſio laudabilis, quæ autem eſt contra rationem in plus vel minus, eſt peccatum.q.53.ar.6.ad 1.
Ira eſt ianua omnium uitiorum, per accidens, ſ.impediendo rationem, per ſe reſpectu aliquorum vitiorum. q.158.articu.6.ad 5.
Ira contra rationem ex parte obiecti ſemper eſt peccatum mortale, niſi deſit conſenſus, vel niſi de re parua, non autem ratione modi, niſi ſit contra charitatem.quæſtione 158.articulo 3.
Ira eſt uitium capitale, non autem odium.quæſtione 158.articulo 6.
Iræ ſpecies ſunt tres, ſcilicet fel, id eſt acuta mania, id eſt, manes, & furor.q.158.ar.3.
Iræ filiæ ſunt ſex, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia q.158.ar.7.
Ira eſt ſubiectiue in iraſcibili.q.162.ar.3.
Iræ defectus in uoluntate uel in appetitu ſenſitiuo cōtra rationem ſemper eſt peccatum.q.158.ar.8.
Ira ſequitur magis complexionem corporis, quàm cōcupiſcētia propter uelocitatem cholerae ad iram: ideo promptius inſurgit irā quam concupiſcentia.q.156.ar.4.
Ira cauſatur ex accidente extrinſeco, ſ.ex læſione, ſed concupiſcentia delectabilium cauſatur ex cauſa naturali: ideo concupiſcentia diuturnior eſt & communior & requirens principaliorem virtutem licet ira maiorem impetum habeat.quę.161.ar.7.ad 2.
Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra deriuetur.quęſtione 46.articulo 3.ad 3.
Iræ effectus & ſigna ſunt quinque, ſcilicet palpitatio cordis, tremor corporis, inflammatio faciei, exaſperatio oculorum & clamor irrationalis.q.158.ar.4.
Ira inter cæteras paſſiones magis impedit uſum & iudicium rationis.q.157.ar.4.
Ira & inuidia cauſant inconſtantiam pertrahēdo rationem ad aliud, ſed luxuria totaliter extinguendo lumē rationis. q.53.ar.6.
Ira eſt leuior quàm inuidia ratione appetibilis, & hæc quā odiū ſed econuerſo ratione modi.q.158.art.4.
Ira operatur cum triſtitia, cōcupiſcentia uero delectabiliter, ſed ira eſt minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione.qu.156.artic.4.
Iræ reſiſtere & pugnare contra iram eſt difficilius ad horā, propter impetum eius quam contra delectationem & concupiſcentiam: ſed econuerſo propter maiorem continuitatem.q.156.ar.1.
Iræ contrariatur aliquod uitium, ſcilicet inordinata remiſſio iræ, ſed non apparet, quia eſt innominata.quæſtione.158. articulo 8.
Ira non opponitur manſuetudini, niſi ſecundum quòd ira eſt inordinata.q.157.ar.1.ad 3.
Iræ magis opponitur manſuetudo quàm defectui eius: ideo uitium oppoſitum manſuetudini nominatur ira ad quam refrenandam principaliter manſuetudo ordinatur. quæſ.157.ar.2.ad 1.
Ira appetit malum alicuius ſub ratione iuſtæ uindictę odium ſub ratione mali, inuidia ſub ratione propriæ gloriæ.q.34.artic 6.ad 3.
Ira appetit nocere propter læſionem tantum cum mēſura, & ut ſentiatur, odium uero propter contrariam diſpoſitionem infinite non tantum ut ſciatur.q.41.ar.2.
Ira reſpicit bonum iuſtitiæ, concupiſcentia uero bonū delectabile uel utile.q.158 ar.8.
Iracundia eſt exceſſus iræ: ideo eſt uitium oppoſitum manſuetudini.q.157.ar.1.ad 3.
Iraſcibilis actus intantum eſt naturalis homini inquantum eſt ſecundum rationem, ſed inquantum eſt pręter ordinem rationis eſt contra naturam hominis.quęſtione 158.articulo 2.ad 1.
Iraſcibilis potius denominatur ab ira quàm ab alijs paſſionibus, quia eſt notior, ſcilicet quia eſt effectus & terminus earū.q 46 ar.1.ad 1.
Iraſcibilis dupliciter ſumitur, ſcilicet proprie, id eſt appetitus ſenſitiuus, & improprie, id eſt uoluntas.q.162.ar.3.
Ius proprie eſt obiectum iuſtitiæ, lex autem eſt eius ratio ſcripta.q.57.ar.1.
Ius primo impoſitum eſt ad ſignificandum rem iuſtam, ſecundario autem artem qua cognoſcitur, tertio locum, quarto id quod redditur a iudice.q.57.ar.1.ad 1.
Ius uel iuſtum eſt opus adæquatum alteri ſecundum aliquem æqualitatis modum.q.57.ar.1.
Ius diuinum eſt quod diuinitus promulgatur, & eſt duplex, ſ.naturale & poſitiuum.q.57.ar.2.
Ius naturale dicitur dupliciter, ſ.quod ex natura ſua abſolute eſt alteri adæquatum & ut ex eo aliquid conſequitur, primo conuenit omni animali, ſecundum autem ſoli homini, & eſt ius gentium.q.57 ar.3.
Ius dicitur duplex, ſ.ſimpliciter, id eſt æqualium & ſecundum quid id eſt inæqualium & hoc eſt triplex, ſ.dominatiuum, paternum & œconomicum.q.57.ar.4.
Ius poſitiuum permittit uſuras, non quidem ut iuſtas ne communitas patiatur multas incommoditates.qu.78.articulo 1.ad 2.
Ius percipiendi decimas poteſt uendi Eccleſiæ non autem laici, licet fructus quandoque eis concedantur. q.87.ar.3.
Iudæi dabant decimas prædiales, non autem perſonales. q.87.art.2.ad 1.
Iudæi dabant tres decimas ex præcepto Dei, primas miniſtris ſicut & nunc, ſecundas in ſacrificia quæ ceſſarunt, tertias pauperibus quæ nunc plus debentur.q.87.ar.1.ad 4.

Iudæis fuit conceſſum ut ab extraneis acciperent vſuram, non quaſi licitum ſed permiſſum ad maius malum uitandum. quæſt. 77. artic. 1. ad 2.

Iuſtitia & temperantia important, id vnde uirtus laudatur, ſcilicet æqualitatem & concupiſcentiarum refrenationem: & ideo numquam poſſunt ſumi in malo. q. 55. ar. 1. ad 1.

Iuſtitia eſt habitus ſecūdum quem aliquis conſtāti & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit. quæſtione 58. articulo 1.

Iuſtitia non eſt rectitudo eſſentialiter ſed cauſaliter tantum. q. 58. articulo 1. ad 2.

Iuſtitia in quadam æqualitate conſiſtit. q. 58. art. 1.

Iuſtitia eſt æterna ex parte obiecti, non autem ex parte actus. q. 58. ar. 1. ad 3.

Iuſtitia proprie ſemper eſt ad alterum, ſed metaphorice eſt ad ſe, ſecundum diuerſas partes. q. 58. ar. 2.

Iuſtitia dicitur dupliciter, ſcilicet proprie, id eſt virtus quæ eſt rectitudo actus, & metaphorice, id eſt rectitudo ordinis i partibus hominis. q. 58. ar. 2.

Iuſtitia eſt uirtus. q. 58. ar. 3.

Iuſtitia eſt in uoluntate ſubiectiue. q. 58. ar. 4.

Iuſtitia quandoque uocatur ueritas, quia eſt rectitudo impreſſa uoluntati rectitudine rationis, quæ dicitur ueritas. q. 58. art. 4. ad 1.

Iuſtitia duplex, ſcilicet generalis ordinans ad bonum cōe, & particularis ad perſonas particulares. q. 58. ar. 5.

Iuſtitia dicitur generalis dupliciter, cauſaliter & per prædicationem: prima eſt legalis differens realiter a qualibet alia uirtute, ſecūda eſt uirtus in communi, ut imperata a iuſtitia legali differens ab aliis uirtutibus ſecundum rationem tantum. q. 58. ar. 6.

Iuſtitia legalis inquantum reſpicit bonum commune ut proprium obiectum, eſt uirtus ſpecialis ſecundum eſſentiam, & ſic eſt in principe architectonice, & eſt ſecundario in ſubditis quaſi adminiſtratiue, ſed eſt generalis cauſaliter, & ſecūdum virtutem ſuam inquantum ordinat actus omnium virtutū ad bonum commune. q. 58. ar. 6.

Iuſtitiæ particularis materia eſt duplex, ſcilicet materia proxima ut paſſiones ac operationes, & materia remota, ſ. res exteriores. q. 58. ar. 8.

Iuſtitia particularis habet māteriam ſpecialem, ſ. operationes exteriores quæ ſunt ad alterum. q. 58. ar. 8.

Iuſtitia particularis non eſt circa paſſiones animę, ſed iuſtitia legalis eſt circa eas, licet principalius ſit circa operationes exteriores. q. 58. ar. 9.

Iuſtitia per redundantiam eſt in qualibet potentia animæ imperando, non autem eſſentialiter. q. 58. ar. 8.

Iuſtitia poſt prudentiam nobilior eſt omni alia uirtute morali, deinde fortitudo & poſt has temperantia. q. 58. ar. 12.

Iuſtitia eſt circa operationes ad alterum ſub ratione debiti legalis, amicitia uero ſub ratione debiti moralis uel beneficij gratuiti. q. 18. ar. 12.

Iudicium eſt actus iudicis inquantum iudex, id eſt inquantum eſt iuſdicens, ideo eſt actus iuſtitiæ, id eſt executio iuſtitiæ. q. 60. ar. 1.

Iudicium ſecundum primam impoſitionem ſignificat rectam determinationem iuſtorum, ſed poſt ampliatum eſt nomen eius ad ſignificandam omnem rectam determinationem ſiue practicam ſiue ſpeculatiuam. q. 60. ar. 1. ad 1.

Iudicium quodlibet duo requirit, ſ. uirtutem proferētem, & diſpoſitionem eius: ratione primi eſt actus rationis prudentiæ & ſyneſis, ſed ratione ſecundi, eſt actus iuſtitiæ. quæſ. 60. ar. 1. ad 1.

Ad iudicium iuſtum tria requiruntur, ſcilicet iuſtitia, authoritas & prudentia: ſi primum deſit eſt iudicium peruerſum, ſi ſecundum eſt iudicium uſurpatum, ſi tertium, eſt iudicium ſuſpitioſum uel temerarium. q. 60. ar. 3.

Iudicare nemo poteſt, niſi ſubditum ordinarie, vel ex commiſſione ſuperioris uel propria ſponte, uel delinquentem in re non exempta. q. 60. ar. 2.

Iudicare debet iudex ſecundum leges ſcriptas. quæſtio. 60. articulo 5.

Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata etiam contra ueritatem quam nouit, ut perſona priuata. quæſtione 67. artic. 2.

Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum in iudicijs manifeſtis, non autem in occultis, quia eorum rationes homo non poteſt comprehendere. q. 108. artic. 4. ad 2.

Iudex nullam probationem debet admittere contra leges diuinas uel humanas. q. 67. ar. 2.

Iudex neminem debet condemnare, niſi accuſatum. quæſt. 67. articulo 3.

Iudex bonus eſt diminutiuus pœnarum quæ ſuo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quę determinantur a lege diuina uel humana. q. 67. ar. 41.

Iudex non poteſt dimittere pœnam pro alterius iniuria, niſi læſus velit, nec pœnam pro iniuria communitatis, niſi ſupremus iudex ſi expediat. q. 68. ar. 4.

Iudex perpendens accuſatorem falſo accuſaſſe, non quidē malitioſe, ſed temere, id eſt ex leuitate credendo, uel ex iuſto errore non imponat ei pœnam talionis. q. 68. ar. 3.

Iuramentum eſt actus religionis, ſeu latriæ, quia honorabiliſſimum eſt. q. 89. ar. 4.

Iuramentum ſeu iurare eſt Deum in teſtem inuocare propter defectum locutionis & cognitionis humanæ, ideo non fit in neceſſarijs q. 89. ar. 1.

Iurare eſt implorare teſtimonium Dei ad exhibendum, ſed allegare ſacram ſcripturam eſt uti teſtimonio Dei iam dato. qu. 89. ar. 1. ad 1.

Iuramentum Dei & iuramentum angeli in ſacra ſcriptura inducitur ad oſtendendum infallibilitatem diſpoſitionis diuinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti ſui. q. 89. ar. 10. ad 4.

Iuramentum ſecundum ſe licitum eſt & honeſtum, ſ. ratione originis & finis, ſed cedit in malum alicui ex eo quod male utitur eo, id eſt ſine neceſſitate & cautela debita vel quia iminet periculum periuris, quia homo in uerbo de facili delinquit. q. 89. ar. 2.

Iuramentum quæritur ad ſubueniendum alicui defectui, quo ſcilicet unus homo alteri diſcredit, ideo iuramentum nō eſt per ſe appetendum, ſed tantum in neceſſitate, ut medicina utendum eſt eo. q. 89. ar. 3.

Iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet ueritatem, iudicium & iuſtitiam. q. 89. ar. 3.

Iurare per creaturas non licet, niſi ſecundum quod in eis veritas diuina uel effectus teſtificationis eius oſtenditur: ſicut iurauit Ioſeph per ſalutem Pharaonis ſcilicet, per modum execrationis, quaſi ſalutem Pharaonis obligauerit Deo, uel per modum conteſtationis, quaſi conteſtando ueritatem diuinæ iuſtitiæ, ad cuius executionem principes terræ conſtituuntur q. 89. ar. 6.

Iuramentum fit per aliquas creaturas, non quidem ſecundum ſe, ſed inquantum in eis diuina ueritas manifeſtatur, ſicut iuramus per euangelium, id eſt per Deum, cuius ueritas in euangelio manifeſtatur, & per ſanctos qui hanc veritatem crediderunt & obſeruauerunt. q. 89. ar. 6.

Iurare ſolet homō per caput ſuum, aut per filium ſuum, aut p aliquam aliam rem quam diligit, ſicut Apoſtolus iurauit per animam ſuam. q. 89. ar. 6.

Iurans clericus per creaturam punitur per canones, quod ad blaſphemiam infidelitatis pertinet, eo quòd dominus prohibuit iurare per creaturas: ita, ſ. q. eis adhibeatur diuina reuerentia. q. 89. ar. 61.

Iuramentum duplex, ſcilicet aſſertorium de præſenti uel pręterito, & promiſſorium, id eſt de futuro q. 89. ar. 1.

Iuramentum duplex, ſcilicet per ſimplicem conteſtationē Dei, & per execrationem, ſcilicet obligando ſe uel aliquid ſui ad pœnam. q. 89. ar. 1. ad 3.

Iurare per Deum ſecundum ſe, eſt maius quàm iurare per euāgelia, ſed ratione maioris ſolennitatis & maioris deliberationis eſt econuerſo. q. 89.

Iuramentum obligat ſecundum intentionem iurantis ſine dolo, aliàs obligat ſecundum ſecundarium intellectum eius cui iuratur. q. 89. ar. 7. ad 4.

In iuramento promiſſorio eſt duplex obligatio, ſcilicet ad peccatum ſi deſit veritas, & obligatio ad faciendum illud quod promiſit, ſed in iuramento aſſertorio eſt tātum prima obligatio, q. 89. ar. 7. ad 3.

Iuramentum coactum obligat in conſcientia, non autem in foro contentioſo, tamen poteſt repetere uel denuntiare ſuperiori etiam ſi oppoſitum iuraſſet. q. 89. ar. 7.

Cum iurat quiſpiam facere voluntatem alterius uel promittit, intelligenda eſt debita conditio, ſi ſcilicet id quod mādatur licitum eſt & honeſtum & portabile ſiue moderatum. q. 89. art. 23.

Iuramentum & uotum cum uergūt in deteriorem exitum, uel cum ſit illicitum, non debet ſeruari q. 89. ar. 7.

Iurans aliquid illicitum facere, uel iurans abſtinere à bono ut a religione, non obligatur ſeruare illud, ſed eſt periurus ipſo facto. q. 89. ar. 1. ad 1.

Ille cui iuratur poteſt liberare a iuramēto promiſſorio quo ad utilitatē eius, non autem quo ad utilitatem aliorum, nec quo ad ho-

ad honorem Dei. q.89.ar.9.2.

Iuramentum ſui ſubditi quilibet põt irritare circa ea quæ ſubduntur ſuæ poteſtati, ut pater uel maritus. q.89.ar.9.3.8

In iuramento aſſertorio non põt diſpenſari nec in promiſſorio ſecundùm ſe, ſed tantum ratione materiæ indebitæ, q.89.ar.9

Iurans debet eſſe ieiunus niſi in neceſſitate, q.89.ar.10

Iurare non licet in feſto pro temporali, niſi forte ex magna neceſſitate, ſed iurare pro re ſpirituali licet, q.89.ar.10

Iuſim recipere per falſos deos a diſpoſito ſic iurare licet ſecũdũ beatum Aug. non autem licet inducere, q.98.ar.4.4

L

LAVS prudentię non conſiſtit in ſola conſideratione, ſed in applicatione ad opus, q.47.ar.1.1

¶ Laudandus eſt Deus ore, non ut ei aliquid manifeſtetur ſicut aliis, ſed ut nos excitemus & alios in Deum, & ut retrahamur ab eius offenſis, q.91. ar.1

¶ Labor manualis eſt in præcepto cõitatis non aũt ſingulis, niſi quando quis ſine eo non poteſt licite uiuere, q.187.ar.3

¶ Lex uetus continet præcepta cerimonialia. i. quæ ſpecialiter pertinent ad cultum Dei, q.122.ar.1.2

¶ Legiſlator non põt aliquod præceptum ponere, quod nõ oporteat in aliquo caſu prætermitti, q.147.ar.3.2

Lex diuina iubet reſtitutioné uſurarũ fieri ſicut & rapinarũ, & uoco legem diuinam quæ in Canone ſacræ ſcripturæ & in decretis ſanctorũ patrũ & conciliis continetur, quia ius diuinum eſt quod diuinitus promulgatur, q.57.ar.2.3

¶ Liberum arbitrium remanet ſemper in hac uita uertibile, tñ quandoque abiicit a ſe id per quod uertu poteſt ad bonum quantum in ipſo eſt, q.14.ar.3.3

¶ Litigiũ proprie eſt contradictio in uerbis non ex defectu amoris alios unientis, ſed ex hoc q. quis non ueretur cõtriſtare perſonã, eſt primũ cõténio & pertinet ad diſcordiã & contrariatur charitati, ſecũdũ contrariatur amicitiæ vel affabilitati nõ aũt manſuetudini uel tẽperantiæ, licet aliquando oriatur ex ira uel concupiſcentia generali & ex multis aliis, q.166.ar.1

¶ Liberalitas eſt uirtus bene diſpenſandi diuitias in uſus bonos ſibi, ſuiſque & aliis, q.177.ar.1

Ad liberalem non pertinet eſſe promptum ad recipiendũ & minus ad petendum, ſed ſolicite procurat fructus ſuarum poſſeſſionum ad liberaliter dandum, q.117.ar.4.3

Liberalitatis materia ppr a mediata eſt pecunia. i. res poſſeſſa, ſed materia immediata eſt paſſio circa pecuniam, q.117.ar.2

Liberalitas moderatur amoré pecuniarum & timorem de amiſſione earum, q.123.ar.4.2

Liberalitatis actus proprius eſt duplex. ſ. bene uti pecunia in ſe & in alios, ſecundarius autem eſt præparare & conſeruare eas ad bonum, q.117.ar.3

Liberalitatis proprius & principalior actus eſt dare q̃ accipere uel acquirere uel conſeruare, uel uti pro ſe, q.117.ar.4

Liberalis triſtatur q. aliquid detur non conuenienter, ſed magis quando ipſe dat non cõuenienter, quia plus opponitur actui eius proprio, q.117.ar.4.2

Liberalitati derogat dare aliquid cum concupiſcentia retinendi non autem amicitiæ uel charitati, ſed magis oſtéditur perfectio eius, q.31.ar.1.2

Liberalitas eſt ſubiectiue in concupiſcibili, q.134.ar.4.1

Liberalis eſt dare oĩa pro Chriſto, non prodigi, q.119.ar.2.3

Liberalitas eſt ignobilior omni uirtute theologica & cardinali ſecundùm propriam naturam, quæ tamen habet quandam excellentiam inquantum eſt utilis ad multa, q.117.ar.6

Liberalitas nõ ſe extendit ad oẽs ſicut iuſtitia, q.123. ar.12.5

Liberalitate iuſtitia eſt ſimpliciter maior, q. eſt cõior, & fundamẽtũ eius eſt & põt eſſe ſine ea nõ aũt e cõuerſo: ſed ſecũdùm quid alter ſuet ſo. ſ. ut eſt ornamentũ iuſtitiæ, q.123 ar.12.5

Liberalitas conuenit cũ iuſtitia, q. utraq; eſt ad alterũ principaliter & circa exteriora, ſed prima attendit exteriora, ut propria 2. uero ut ſunt alterius & rõne debiti, iõ liberalitas non eſt ſpecies iuſtitiæ, ſed eſt pars ſibi annexa, q.117.ar.5.2

Liberalitas eſt ad ſe in ſumptibus non autem in dationibus, ſed iuſtitia nullo modo eſt ad ſe, q.117.ar.3.3

Libido concupiſcibilis eſt maior in incontinente q̃ in intemperato, ſed e conuerſo de libidine uoluntatis, q.156.ar.3.3

¶ Licet dare uel accipere aliquid pro uictu in monaſterio ſi non ſit ſufficiens, non autem pro ingreſſu religionis, quia ſimonia eſt, q.100.ar.3.4

Licet nutrire pauperes ad religionem uel allicere munuſculis, licet non ſit licitum ex pacto aliquid dare uel accipere pro ingreſſu monaſterii, q.189.ar.9

¶ Longæuitas promittitur honorantibus parentes, priuatio autem uitæ inhonorantibus, q.122. ar.5.4

¶ Loth culpandus eſt ſecundum Aug. q.150.ar.4

Loth culpandus eſt, non quantũ ille inceſtus, ſed quantũ ebrietas meruit, q.150.ar.4

¶ Loqui uidentur bruta p illuſioné Simonis Magi, uel operãte dæmone ſicut & aſina Balaam per angelum, q.165.ar.2.4

¶ Lumen fidei facit uidere ea quæ creduntur, ſicut per alios habitus uidẽtur ea quæ ſunt cõuenientia aliis habitibus, q.1.4.3

¶ Lucia poterat de conſenſu ſolius matris dare eleemoſinam, q.33 ar.8.2

¶ Luxuria principaliter eſt circa uoluptates uenereas, ſecundario autem dicit exceſſum in aliis, q.153.ar.1

Luxuriæ actus omnis eſt peccatum, q.153 ar.3

Luxuriæ actus quilibet deliberatus extra limites matrimonii eſt peccatum mortale, aliter uero eſt ueniale, q.153.ar.3

Luxuria eſt uitium capitale, q.153.ar.4

Luxuriæ peccata inter uitia intemperantiæ ſunt maxime exprobrabilia, q.151.ar.4.3

Luxuriæ ſpecies ſunt ſex. ſ. fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprum raptus, & luxuria contra naturam, q.154.ar.1

Luxuriæ peccatum contra naturam non eſt humanum, ſed beſtiale, q.142.ar.4

Luxuriæ filiæ ſunt octo, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, deſperatio futuri, cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, q.153.ar.4

Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus loquutionis, ſ. turpiloquia, ſtultiloquia, ſcurrilia, & ludicra, q.153.5.4

Luxuria & gula deprimunt rationem ſupra omnem aliam paſſionem, q.53.ar.6

Luxuria uix uitari poteſt niſi uitatur principium eius, ſcilicet aſpectus mulieris pulchræ & præcipue aſpectus uirginis. q.167.ar.2

Luxuria uincitur fugiendo, ſed accidia & cætera uitia reſiſtendo, q.35.ar.1.4

¶ Ludus eſt in remedium contra fatigationem animalem dans animæ quietem. i. delectationem, q.168.ar.2

Ludus triplex. ſ. deuotus, turpis & recreatiuus, primus eſt laudabilis, ſecundus debet uitari a quolibet, tertius debet ſumi, ſed temperatius a pœnitente, q.168.ar.14.1

Ludus non debet habere tria, dicta & facta turpia & nociua, reſolutionem grauitatis, & indebitas circunſtantias, q.68 ar.2

Ludere inordinate ratione recreationis opponitur eutropeliæ, ſed pertinet ad mollitiem ratione quietis, q.68.ar.3.3

Ludi defectus eſt pctm̃, ſed minus quàm exceſſus eius, q.68.ar.4

Ludi exceſſus duplex. ſ. ratione turpitudinis uel nocumenti & ratione indebitæ circunſtantiæ: primus eſt peccatum mortale, ſecundus eſt ueniale niſi ponatur finis in hoc, q.168.ar.3

Ludi Lupercalitas pertinet ad ineptam lętitiam filiam gulæ, q.168.ar.3.3

M

MALVM culpæ nõ eſt a Deo ſicut ab auctore, ſed a nobis inquantũ recedimus a Deo, malũ autẽ pœnæ eſt a Deo auctore inquantum habet rationem boni, q.19 ar.1.3

¶ Mala ſunt etiam obiecta fidei, materialia tamen, q.7.ar.1.3

¶ Mater plus amat quàm pater, qui debet plus amari quàm mater, q.26.ar.10

Malis debemus benefacere in auxilium naturæ non culpæ, q.31.ar.2.2

¶ Magis coniunctis eſt magis benefaciendum, cæteris paribus.

¶ Materia remota iuſtitiæ commutatiuæ, eadem eſt & iuſtitiæ diſtributiuæ, non autem materia proxima, q.61.ar.3

Maledicere contingit tripliciter. ſ. enũciatiue. i. detrahẽdo, cauſaliter uel imperatiue, & optatiue, & hoc dupliciter, per ſe. i. ſub rõne mali & ſic eſt pctm̃, nõ autẽ ſi per accidẽs. i. ſub rõne boni duplicis. ſ. iuſti, ſicut iudex per ſniam, eccleſia per excõicationẽ, prophetæ conformãdo ſe Deo, uel ſub rõne boni utilis. ſ. ut aliquis melior ſiat uel ne noceat aliis, q.70.ar.1

Maledicere ſub rõne mali eſt peccatum mortale & eſt tãto grauius quanto plus perſona debet amari & uereri, tamen tripliciter eſt ueniale. ſ. ratione parui mali uel ratione affectus. ſ. ex ioco uel leui motu uel rõne ſurreptionis, q.76.ar.3

¶ Martyrium eſt actus quadruplicis uirtutis. ſ. fortitudinis ut primo elicientis, patientiæ ut elicientis ſecundario, ſed charitatis ut imperantis, & fidei ut finis, q.124.ar.1.2

Martyrium eſt actus maximæ perfectionis nõ quidẽ ſecũdùm ſe, ſed ut imperatur a charitate, ut eã oſtendit, q.124.ar.30

Martyrium habet q. ſit meritorium ex charitate ſine qua nihil ualet, q.124.ar.2.2

Mors eſt de ratione martyrii, q.124.ar.4

Martyrium Ioannis baptiſtæ celebratur, licet mortuus ſit, non quidẽ pro fide, ſed per reprætenſione adulterii, q.124.ar.5

Martyrium eſt de præcepto ſecundum præparationem animi, q.24. ar.2.3

Martyrium

Martiriū oblatū debet tolerari patienter, ſed nō debet quæri, qa non debet dari occaſio agendi in iuſte. q. 124. ar. 1. 3.

Magnanimitas importat extenſionem animi uel ad magna abſolute uel ſecundum proportionem. q. 129. ar. 1.

Magnanimitas eſt uirtus, quia tendit ad maxima ſecundum rationem rectam. q. 129. ar. 3.

Magnanimitas eſt circa honores, ſed mediate, immediate uero eſt, circa ſpem. q. 129. ar. 1.

Magnanimitas eſt circa gloriam, quia moderate utitur gloria ſicut & honore. q. 132. ar. 2.

Magnanimitas ad duo reſpicit. ſ. ad honorē ſicut ad materiam & ad opus magnum ſicut ad finem. q. 129. ar. 8.

Magnanimitas reſpectu honoris habet ſecundum exceſſum oppoſitum ambitionem, ut reſpicit opus magnum habet præſumptionem. q. 131. ar. 2. 1.

Magnanimitati opponuntur ea quæ opponuntur aliis uirtutibus ſecundū q; parua pro magnis habentur. q. 131. ar. 2. 1.

Magnanimitas eſt in iraſcibili ſubiectiue. q. 129. ar. 2. 1.

Magnanimus nō quærit honorem tāquam finē, quia hoc reputat parum ſed quærit fieri dignum honore. q. 129 ar. 1. 3.

Magnanimus bene utit magnis & paruis honoribus, qa nō extollitur nec frangitur oppoſitis, ſed contemnit. q. 129. ar. 2. 3.

Magnanimitas contemnit bona exteriora, ideo non gaudet ſi acquirat ea, nec triſtatur ſi perdat ea. q. 129. ar. 8. 2.

Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil extrinſecum ſextimat magnum. q. 129. ar. 3. 3.

Magnanimus non amat pericula nec timet ea, ſed promptiſſime ſe exponit periculis magnis. q. 129. ar. 5. 2.

Magnanimus nullo indiget, ſcilicet modo humano ſimpliciter. q. 129. ar. 6. 1.

Magnanimus habet uocem grauē, loquutionē ſtabilem, immemor eſt beneficiorū, tardus eſt & ocioſus, utitur ironia, non poteſt aliis conuiuere, poſſidet infructuoſa. q. 129. ar. 3. 5.

Magnanimo attribuuntur actus oīum aliarum uirtutum ſub ratione excellentiæ. ſ. q; eſt cōmunicatiuus, benefactiuus retributiuus pluriū, ueridicus non planctiuus, nō incertus nec fugiens commouentem. q. 129. ar. 4. 1. & 2.

Magnanimitas eſt generalis uirtus inquantū operat magna in qualibet uirtute faciēs eā maiorē, ſed eſt uirt⁹ ſpecialis inquātū ponit ſpecialē modū circa ſpecialem materiā. q. 129. ar. 4.

Magnanimitas eſt ornamentū aliarū uirtutum. q. 129. ar 4. 3.

Magnanimitas ſuperueniens iuſtitiæ auget bonitatē eius, ſed ſine iuſtitia non habet rationem uirtutis. q. 58 ar. 12. 2.

Magnanimitas & magnificentia habent connexionē cū omni uirtute ſecundū principia uirtutū, ſ. ſecundum prudentiam & gratiam, non autem ſecundum actum. q. 129. ar. 3. 2.

Magnanimitas & magnificētia tenēt extremū ſecūdū quantitatem rei, mediū aūt ſecundum regulam rationis. q. 129. ar. 3. 1.

Magnanimitati bona fortunæ conferunt quo ad materiā eius, ſcilicet quo ad honores, & etiam quo ad finem eius, ſcilicet operari magna q. 129. ar. 8.

¶ Magnificentia eſt uirtus factiua magnorū, & eſt uirtus generalis ſi ſumatur facere cōiter. ſ. pro oī ope ſi uero proprie. ſ. pro operatione exteriori eſt uirtus ſpecialis. q 134. ar. 1. 2.

Magnificētiæ materia ſunt ſumptus magni. præcipue ad cultū Dei, ſecūdo pecunia ꝑ eis, tertio amor pecuniæ. q. 134. a. 1. 3.

Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi quadam ampla & ſplendida proportione cogitatio & adminiſtratio. q. 128. ar. 15.

Magnificentia eſt in iraſcibili ſubiectiue. q. 134. ar. 4. 1.

Ad magnificentiam habere plures diuitias non oportet, ſed ſic debet diſponi q; quando oportet & decet, uelit eas optime diſpenſare & ſic fuit in Chriſto. q. 134. ar. 1. 1.

Magnificus non principaliter facit magnos ſumptus pro perſona ſua, quia non eſt quid magnum niſi quæ tantum ſemel fiunt, ut nuptiæ uel permanentia ut domus. q. 134. ar. 3.

Magnificentia facit & intendit aliquod magnū in factibili tantum, ſed magnanimitas in omni materia. q. 134. ar. 2. 2.

Magnificentia eſt in maximis donis & ſumptibus, ſed liberalitas in mediocribus. q. 134. ar. 3.

Magnanimus reputat ſe dignum magnis ex dono Dei, & contēnit alios inquātū deficiūt. humilis aūt econuerſo. q. 129. 3. 4.

Magi faciunt miracula per priuatos contractus. i. per dæmones, boni uero per publicam iuſtitiam. i. per Deum, ſed mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. i. per nomen Chriſti uel per aliqua eius ſacramenta. q. 178. ar. 2 3.

¶ Memoria bonorum ut ſunt habita cauſat delectationem, ut uero ſunt amiſſa cauſat triſtitiam, ut habita ab aliis cauſat inuidiam. q. 26. ar. 1. 4.

Medium omne uirtutis eſt medium rationis, ſed ſolius iuſtitiæ medium eſt rei & rationis. q. 58. ar. 10.

Medium iuſtitiæ diſtributiuæ ſumitur ſecundum proportionē geometricam, commutatiuæ uero medium ſumitur ſecundum proportionem arithmeticam. q. 161. ar. 2.

¶ Menſuras uenalium oportet eſſe diuerſas in diuerſis locis & eas inſtitui publica authoritate, uel cōſuetudine. q. 77. ar. 2. 2.

¶ Mendacium dicitur tripliciter. ſ. materialiter. i. dictum falſū, formaliter, ideſt uoluntas falſum enunciandi, & effectiue, ideſt uoluntas decipiendi. q. 110. ar. 1.

Mendacium omne eſt peccatum. q. 110. ar. 3.

¶ Mendacium ſecundū ſe diuiditur in duas ſpecies. iactantiā. ſ. & ironiā: ſecundū gradus ratione finis in pernicioſum, iocoſum & officioſum, uel in octo gradus eius. q. 110. ar. 4.

Mendaciū ſecūdū ſe eſt mortale tñ tripliciter, quando eſt contra charitatem Dei & proximi, ex ratione ſcandali. q. 110. a. 4.

Mendacium ſecundum ſe & directe & formaliter opponitur uirtuti quæ dicitur ueritas. q. 110. ar. 1.

Mendacium per ſe dicit, & formaliter dicens uerum credens ſe dicere falſum, non autem econuerſo niſi per accidens & materialiter. q. 110. ar 1.

Mendaciū dicit intendēs ſignificare falſum nutibus. q. 110. ar. 1.

Mendacium uerbo uel facto uel nutibus æqualiter eſt peccatū. q. 111. ar. 1. 2.

Mendacium nullus debet dicere ut ipſe uel alius euadat mortē, uel immunditiam corporalem. q. 110. ar. 3. 4.

Mendaciū nullū eſt ſi res uiſa uel audita recitatur, ſed nō eodē modo nec eiſdem uerbis, ut patet in Euangelio & in aliis ſcripturis diuinis in quibus nihil eſt falſum. q. 110. ar. 3. 1.

¶ Minores non hñt fidem implicitā in fide maiorum, niſi quatenus maiores adherent doctrinæ diuinæ. q. 2. ar. 6. 3.

Miſteriū incarnationis Chriſti fuit cognitum diuerſimode ante peccatū, poſt peccatum, & poſt ſtatum gratiæ. q. 2. ar. 7.

¶ Miſericordia eſt cōpaſſio alienæ miſeriæ in corde qua ſi poſſumus, ſubuenire compellimur. q. 30. ar. 1.

Ad miſericordiā nō eſt motiua culpa inquātū hmōi, qa eſt uoltā: ſed eſt motiua ut eſt annexa alicui cōtra uolūtatē. q. 30. 1. 1.

Miſericordia non eſt proprie ad ſe neq; ad perſonas multū cōiunctas ut ad parētes & filios, ſed ad eos eſt dolor & in his dirum eſt expulſiuum miſerationis. q. 30. ar. 1. 2.

Miſerentur maxime amici, ſenes, ſapientes, debiles & timidi: nō autem ſuperbi & audaces & contumeliæ diſpoſiti. q. 30. ar. 2.

Miſericordia ut eſt motus appetitus regulatus ratione eſt actus uirtutis moralis & uirtutis ſpecialis, non autem ut paſſio tantum. q. 30. ar. 3.

Miſericordia ut uirtus, eſt uirtus moralis circa paſſiones & reducit ad medietatē q̄ dr̄ nemeſis, ſed eas philoſophus non ponit ut uirtutes, quia ēt ut ſunt paſſiōes, laudabiles ſunt, tñ ut ſunt ab aliquo habitu electiuo, ſumūt rōnē uirtutis. q. 30. ar. 3. 4.

Miſericordia eſt maxima virtutum non quo ad habentem, niſi ille ſit maximus. q. 30. ar. 4.

Miſericordia eſt potiſſima inter omnes uirtutes quæ ad proximum ſunt ſicut etiam eſt potioris actus. q. 30. ar. 4.

Miſericordiæ motiua ſunt tria maxime, mala contra naturam, contra ſpem, & contra merita alicuius. q 30. ar. 1.

Miſericordia eſt in Deo ſecundum effectum non autem ſecundum affectum, qui eſt paſſio. q. 30. ar. 2.

¶ Miles tenet obedire duci in rebus bellicis tñ, & ſeruus dño ſuo in ſeruilibus, & filius pr̄i in rebus domeſticis & diſciplinæ, & quilibet ſuperiori ſuo ſecūdū rōnē ſuperioritatis. q. 104. ar. 5.

Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis & ciuis rectori in ciuilibus quam patri, ſed in rebus domeſticis eſt econuerſo. q. 26 ar. 8. 3.

¶ Miracula dicuntur, quia ſunt ſupra naturam, ſigna uero, quia manifeſtant aliquid ſupernaturale, prodigia autem & portē[illegible] propter excellentiam. q. 178. ar. 1. 3.

Miraculorum gratia non eſt habitualis, ſed impreſſio tranſiēs. q. 178 ar. 2. 1.

Miraculorū operatio attribuit principaliter fidei ut uirtuti diſponēti quibus cooperantur abſtinētia & cōtinēt. a. q. 178. ar. 1. 5.

Miracula Ioſue Iſaiæ & Heliæ fuerūt maiora ſecūdū ſubam q̄ miracula Moyſi, ſed ſecūdūm modū eſt econuerſo. q. 174. 2.

Miracula ad cōmendationem ſanctitatis propriæ fiunt tñ a ſanctis, ſed ad confirmationem doctrinæ fiunt etiam a malis per ueram fidem & nomen Chriſti. q. 178. ar. 2.

Miracula omnia dæmonum ſunt falſa ratione rei uel miraculi. q. 178. ar. 2.

¶ Modus charitatis ſecundūm q; eſt actus eius eſt in præcepto, nō aūt ſecundūm q; eſt modus aliarū uirtutum. q. 44. ar. 1. 2.

Modus uirtutis. ſ. operari ex charitate eſt de præcepto ſpeciali charitatis, non autem de aliis præceptis nec modus aliarum uirtutum. q. 44. ar. 2. 1.

¶ Motiuū non diuerſificatū cum diuerſitatibus circunſtantiarū non uariat diuerſitatem ſpecificam peccati, cuius oppoſitum facit motiuum diuerſificatum. q. 53. ar. 2. 3.

Mors

Mors inflicta p iudice peccatori pdeſt ei ſi cõuertat ad culpę expiationē, ſi uero nõ cõuertat prodeſt ei ad terminationē, qa p hoc tollit ei poteſtas nõ amplius peccandi. q.25.art.6.ad 2.
¶ Moiſes occidens ęgyptium non peccauit, quia vel hoc fecit ex inſpiratione Dei uel defendendo iniuriatum uel tunc peccauit. q.60.ar.6.2.
¶ Mollicies proprie reſpicit defectũ delectationũ, ſed delitię impediunt cauſam impeditiuam earum. ſ. laborem vel aliquid tale, ideo delitiæ ſunt quædam mollities. q.138.art.1.2.
Mollis dicitur qui recedit a bono propter triſtitias cauſatas ex defectu delectationum quaſi cedens debili mouenti, non autem ſi graui mouenti cedat. q.138.ar.1.
Mollicies eſt uitium oppoſitum perſeuerantiæ & cauſaē dupliciter. ſ. ex cõſuetudine & ex naturali diſpoſitione. q.138.a.1.
Molles dicuntur qui patiuntur muliebria quaſi mulieres effecti. q.138.ar.1.3.
¶ Modeſtia eſt uirt⁹ moderatiua paſſionũ, iõ adiungitur tēperantiæ ut uirtuti principali, qa eſt circa difficillima. q.160.arti.1.
Modeſtia eſt circa actiones exteriores & īteriores. q.160.ar.2.
Modeſtia moderaē exteriorē hoīs uitā in inceſſu, habitu & huiuſmodi Epikia moderatur obſeruātiā verborũ legis, poteſt tñ eſſe q̃ nomē Epikiæ apud græcos per quandā ſimilitudinem transfertur ad omnes moderationes. q.120.ar.2.3.
Modeſtiæ partes a diuerſis diuerſimode aſſignanē. q.160.arti.2.
Modeſtia continet ſub ſe omnem moderationem motuum corporalium & rerum exteriorum & ſpei. q.160.ar.2.
¶ Mors & oīs defectus corporalis & rebellio carnis ad ſpũ ſunt pœnæ peccati primorum parentum cõſequētes pœnā principalem. ſ. ſubtractionem iuſtitiæ originalis. q.164.ar.1.
Mortis cauſa & aliorum defectuum corporalium in natura humana eſt duplex. ſ. remota. i. contrarietas principiorũ & proxima, id eſt peccatum. q.164.ar.1.1.
Mors ut iuſta pœna, eſt a Deo non autem ut eſt malum naturæ humanæ. q.164.ar.1.4.
Mors & alij defectus non ſunt æqualiter in omnibus triplici ratione. ſ. propter peccata parentum, utilitatem filiorum & diuerſam complexionem. q.164 ar.1.4.
Mors uel priuatio uitæ uel terminus alterationis præcedentis eſt pœna damni, non autem eſt pœna ſenſus nec affligit niſi ratione alterationis precedentis. q.164.ar.1.7.
Mors eſt meritoria licet ſit pœna. q.164.ar.1.6.
Mors quilibet tenetur pro ſalute animæ proximi certa, aliter de conſilio. q.26.ar.5.3.
Mors illata et pro criminibus aufert totā pœnā pro criminibus debitam in alia uita uel partem pœnæ ſecūdũ quantitatē culpæ, pœnitētiæ & contritionis, nõ aūt mors naturalis. q.25.ar.6.
¶ Moyſes fuit cæteris propheris ſimpliciter maior, licet ſecundũ quid ſit minor aliquo. q.174.ar.4
¶ Monachus Eṗs tenetē ad obſeruātias regulares. ſ. ad continentiā, paupertatē, habitũ & alia niſi impediat offiũ eius, ut ſilētiũ, ſolitudo, abſtinentiæ uel uigiliæ graues in quibus põt ipſe ſecum diſpēſare ſicut & prælati in religione, q. 85.art.8.
Monachus Epiſcopus nõ põt eſſe hæres niſi pro eccleſia ſua nec põt teſtm̃ facere nec aliquid diſponere poſt mortem niſi de licentia Papæ. q.185.ar.8.3.
¶ Mutilatio mēbrorũ ē illicita niſi fiat pro ſalute tot⁹ corporis nõ aūt alr, uel niſi fiat p publicā ptātē pp bonũ cõe. q 65 a 1.
¶ Mutuans poteſt exigere recompenſationem eorum tantum quæ pecunia non menſurantur, puta beniuolentiam & amorem eius cui mutuauit uel aliquid huiuſmodi. q.78.ar.2.
Mutuans põt deducere in pactũ in recõpenſationē damni per quod ſubtrahitur ſibi id quod debet habere. q.78.ar.2.1.
Mutuans non poteſt deducere in pactũ recõpenſationem dãni qđ conſideratur in hoc ꝙ de pecunia nõ lucratur. q 78.ar.2.1
Mutuans tenetur computare in ſortem vſum uenalem pignoris. q.78.ar.2.6.
Mutuans nõ poteſt deducere in pactum ut ſibi rem utuetur, ſed poteſt recipere mutuum ſine obligatione. q.78.ar.2.4.
Mutuans poteſt accipere munera gratis oblata non autem cum pacto tacito vel expreſſo. q.78.ar.2.
Mutuans ſperans lucrum ratione mutui peccat ſecundum authoritatem euangelii. q.78.ar.1 3.
Mutuo accipere ſub vſuris ad bonum ſui uel alterius licet, non autem licet inducere ad faciendum vſuras. q.78.ar.4
¶ Mulier nõ dī continens, nec incontinens, quia raro habet finitũ iudiciũ rõnis pp debilitatē complexionis. q.156.ar 1.1.
Mulier uel uir ornans ſe ut prouocet alios ad concupiſcentiam peccat mortaliter, nõ autem ſemper ſi ornat ſe ex leuitate uel quadam vanitate uel propter iactantiam. q.169.ar.2.
Mulier poteſt ornare ſe licite ut placeat uiro ſuo, non autē mulieres quæ non habent uirum nec ſunt in ſtatu habendi. qõ. 169.ar.2

N

NATVRA inferior perfecta duplici motu mouetur proprio. ſcilicet & ſuperioris. q.2.ar.3.
Natura rõnalis inquãtũ cognoſcit uniuerſalē boni & entis rõnē, hēt īmediatũ ordinē ad vniuerſalē principiũ eſſendi. q.2.a.3.
Ad perfectionem naturæ inferioris duo concurrunt ſcilicet aliquid ſecundum motum proprium & aliquid ſecundum motum naturæ ſuperioris. q.2.ar.3.
¶ Neceſſariũ ē accipere p modũ fidei nõ ſolũ incognita naturaliter, ſed ēt cognita, & hoc tripliciter ut citius illa cognoſcamus, ut cognitio illa ſit cõior oībus & ut ſit certior. q.2.art.4.
¶ Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala, non eſt intelligendum de neceſſitate abſoluta, ſed de neceſſitate conditionata, ſcilicet finis uel conditionis humanæ. q.43.ar.2.1.
Negligētia eſt gñale pctm̃ rõne materiæ. i. boni agēdi, ſpāle vero inquantum priuat actum rõnis. ſ. ſolicitudinem. q.58.arti.1.
Negligētia directe opponitur ſolicitudini, ideo pertinet ad prudentiam. ſed opponitur timori inquantum timor excitat rationem contra negligentiam. q.54.ar.2.
Negligens ſecundũm Iſidor. dicitur nec eligens. q.54 ar.2.
Negligentia pertinet ad actum interiorem, ideo oritur ex accidia, ſed pigritia & torpor pertinent ad exequutionem. ſ. prima tardando, ſecunda remittendo. q.54.ar.2.1.
Negligentia deficit ab actu præcipiendi per defectum promptæ uoluntatis, inconſtātia vero quaſi impedita ab alio. q.54.2.2.
Negligentia importat defectum ſolicitudinis, quæ eſt ſpecialis actus rationis & actus uirtutis ſpecialis. q.54.ar.1.
Negligentia eſt peccatum mortale dupliciter tantum. ſ. vel qñ pretermittitur actus ſeu circunſtantia neceſſaria ad ſalutem uel ex contemptu. q.54.ar.3.
¶ Nec mendacium nec aliquid quod ex genere ſuo non ſit peccatum mortale, eſt perfectis peccatum mortale niſi ſit contra eorum uotum uel ratione ſcandali. q.110.ar.4.5.
Nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, quomodo exponitur. q.53.ar.4.1.
Non habentes uſum rationis, ut amentes & pueri ante annos pubertatis non poſſunt uouere. q.88.ar 9.
Nõ ſeruans promiſſũ pp ſuperuenientes impedimentũ vel re mutata excuſatur a mēdacio, ut ſanctus Paulus. qu. 110.art.3.5.
Non licet inducere aliquem ad religionem per falſam doctrinam. q.189.ar.9.
Nõ exercitati in p̄ceptis Dei debent recipi ad religionē. q.189.1.
Non moueri iniuriis, eo ꝙ homini terrena non ſapiunt nõ pertinet ad ſtultitiā mundi, ſed ad ſapientiam Dei ſi uero ex ſtupore proueniat pertinet ad ſtultitiā ſimpliciter. q.46.arti.1.4.
¶ Nullus uolens patitur iniuſtum formaliter nec aliquis agit iuſtum formaliter niſi uolens. q.59.ar.3.

O

OBIECTVM cuiuſcumque habitus cognoſcitiui habet duo, materiale & formale. q.1.ar.1.
Obiectũ fidei dupliciter cõſideraē, ex pte rei & ſic eſt incõplexũ, & ex parte credētis & ſic eſt enũtiabile & cõplexũ. q.1.ar.2.
Obiectum proprium potentię habitus uel actus eſt illud ſub cuius ratione formali omnia continentur. q.1.ar.3.
Obiectũ fidei tripliciter põt cõſiderari ex pte ītellectus materialiter & formaliter, & ex parte intellectus moti a volūtate & ſic illi tres modi uariant, Credere Deo, Deũ, & in Deũ. q.2.art.2.
Obiectũ ſpei pricipale eſt beatitudo, ſecūdario āt bõa corpis. q.1.
Obiectum idem eſt ſpei & charitatis, ſed ſub diuerſis rationib⁹. q.23.ar.6.3.
Obiectum diuinę dilectionis non menſuratur ratione, quia excedit rationem. q.27 ar.6.3.
Obſcuritas fidei non eſt culpa, ſed defectus naturalis intellectus humani. q.7.ar.2.3.
Obſequiũ impenſum pximo pp Deũ ē eleemoſyna. q.132.ar.1.
Oblatio eſt omne quod exibetur in cultum Dei, ſacrificium vero eſt ſi inde fiat aliquod ſacrum conſumendum. q.86.art.1.
Oblationes minime dici põt neque ſacrificia data pauperibus niſi improprie, inquantum dantur propter Deum. q.86 arti.1.
Oblationes ſeruare aliquis tenetur quatupliciter, ſcilicet ex conuentione præcedenti, deputatione, indigentia miniſtrorum & conſuetudine, non autem ex præcepto legis. q.86.ar.1
Oblatio debita tertio & quarto mõ, eſt uolūtaria quo ad quātitatem & ſpeciem rei & non ex neceſſitate præcepti. qõ.86.art.1.
Oblatio animalis cæci & claudi reddebatur illicita tripliciter, ſcilicet ratione Dei, contemptus & uoti. q.86. art.3 3.
Oblatio in noua lege põt fieri de qualibet re p̄ter q̃ de iniuſte acquiſitis, non autem in ueteri lege pp ſignificationem. q.86.3.
Oblatio de mercede proſtibuli prohibetur in lege veteri pp immunditiam, in noua uero lege propter ſcandalum. q.86.ar.1
Oblationes ad ſolos ſacerdotes pertinent vel pro ſe uel pauperibus uel pro cultu diuino. q.76.ar.2.

Oblatio-

Oblationes nō conſecratæ poſſunt cedere in uſum laicorū per diſpēſationē ſacerdotū, ſed oblationes cōſecratæ nō. q.86.2.3
Oblatio parua cum humili mente & pura dilectione purgat peccata uenialia & mortalia. q.50.ar.3.2.
Obligatio non cauſatur ex fidelitate ad Deum, ideo eſt maior q̄ obligatio iuramenti. q.89.ar.8.
¶Obſeruantia eſt ſub pietate ſicut pietas eſt ſub religione, & eſt uirtus ſpiritualis per quam honorantur perſonæ in dignitate conſtitutæ. q.102.ar.1.
Obſeruantia directe reſpicit pſonā excellētē, iō ſecūdùm diuerſas rōnes excellentiæ diuerſas ſpecies habet. q.104.ar.2.4.
Obedire nemo debet Epiſcopo ſimoniaco recipiendo ordines ab eo, quacunque ex cauſa. q.100.ar.6.2.
Obedientia non eſt uirtus theologica, ſed moralis. q.104.ar.2.2.
Obediētia ē mediū duorū uitiorū. ſ. inter ſupfluū & diminutū, ſed ſupfluū ei⁹ nō ē ſcdm quātū ſed ſcdm alias circunſtātias. ſ. uel cui nō debet obedire vel in q̄bus non debet. q.104.ar.2.
Obediētia eſt pars iuſtitiæ ſpecialis, ſed improprie. q.104.ar.2.2.
Obediētiæ propriū obiectū eſt pceptū tacitū uel expreſſum. i. uoluntas ſuperioris quocunque modo innoteſcat. q.105.art.2.
Obedientia eſt in uoluntate ſubiectiue. q.2.ar.5.3.
Obedientia dr̄ dupliciter. ſ. large & proprie, primo mō eſt uirtus generalis, ſecundo modo eſt uirtus ſpecialis. q.104.ar.2.
Obediētia triplex. ſ. indiſcreta. Iperfecta & pfecta. q.104.art.5.3.
Obedientia omnis eſt eadem in ſpecie, ſed cauſatur ex diuerſis ſpeciebus reuerentiæ. q.104.ar.2.4.
Obedientiæ ſubſunt omnes actus uirtutum ut ſunt in præcepto. q.104.ar.3.2.
Obedientia eſt maior omni alia uirtute morali, ſed eſt minor uirtutibus theologicis. q.104.ar.3.
Obedientia procedit ex reuerentia ſuperiorum, ideo reſpectu prælati continetur ſub obſeruantia, ſub pietate uero reſpectu parentum, ſed reſpectu Dei pertinet ad deuotionem quæ eſt principalis actus religionis. q.104.ar.3.4.
Obedientia generalis requiritur ad fidem, ſed obedientia ſpecialis ſequitur eam. q.104.ar.3.2.
Obedientia eſt mater omnium uirtutum, quia cauſantur & cōſeruantur per actum eius, charitas uero ut finis. q.104.ar.2.2
Obedientia quanto minus habet de ſuo, tanto melior eſt ſecundùm apparentiam, non autem apud Deum. q.104.ar.2.3.
Obedire tenetur præceptis Dei omnis uolūtas creata. q.104.ar.4
Hō non tenet̄ homini obedire in pertinentibus ad interiorem motum uolūtatis uel ad naturā corporis, ſed Deo. q.104.2.5.
Obediendum eſt magis maiori ptāti quàm minori quæ totaliter ſubeſt ei uel in quibus ſubeſt ei. q.104.ar.5.
Obedire non tenetur ſubditus ſuo ſuperiori dupliciter, ſcilicet propter præceptum maioris poteſtatis uel in quibus non ſubditur ei. q.104.ar.5.
Obedientia requiritur ad perfectionem religionis. q.186.arti.5.
Obliuio bñficii ex natura excuſat ab ingratitudine nō aūt obliuio ex negligētia nec impotētia recōpēſandi beneficiū, qa ad gratitudinē ſufficit bona uolūtas ubi deeſt facultas. q.104.1.5
¶Obſeruantiæ omnes religionū ordinantur ad tria principalia uota ad quæ etiam pertinet habitus ut ſignum obligationis, iō ſimul datur vel benedicitur cum profeſſione. q.186.ar.7.2
¶Obligatus debitis prius debet ſoluere quātū pōt & tunc pōt ingredi religionem, licet non poſſit oīa ſoluere. q.189.ar.6.3
¶Obligare ſe uoto ad ingreſſum religionis ſecundum ſe eſt laudabile. q.184.ar.2
¶Occidere aīalia bruta nō eſt pctm̄, niſi hoc fiat in dānū pximi, qa aīalia bruta ſunt, uiuūt & conſeruant pp hoīnē. q.64.ar.1.
Occidere peccatores ad bonū communitatis eſt licitum quando poteſt fieri ſine periculo bonorum. q.64.ar.2.
Occidere peccatores nemini licet niſi authoritate principis. q.64.ar.3.
Occidere ſeipſum quacunq; de cā ſemper eſt pctm̄ mortale niſi hoc fiat inſpiratione diuina ſicut Sanſon & quędā ſanctę mulieres quarum memoria in eccleſia celebratur. q.64.art.5.
Occidens ſeipſum facit iniuriam Deo ciuitati & communitati, ideo punitur ſecundum legem diuinam & humanā. q.64.2.5
Occidere innocētē nemini licet niſi de mādato Dei. q.64.arti.6.
Occidēs inuadentē ſe, defendendo ſe cū moderamine inculpatę tutelæ nec intendens mortem eius non peccat. q.64.arti.7.
Occidens hominem etiam defendendo ſe & quilibet participās in cauſa ſanguinis eſt irregularis. q.64.ar.7.3.
Occidēs hominē a caſu nō eſt homicida nec irregularis ſi dabat operā rei licitæ & adhibuit debitam diligentiam. q.64.arti.8.
Occidens ſiue percutiens mulierem prægnantem eſt homicida, & eſt irregularis ſi ſequatur mors eius uel mors fœtus animati anima rationali. q.64.ar.8.2.
Occidere iuſtum eſt grauius peccatū quàm occidere iniuſte peccatorem. q.64.ar.6.2.
Odire malū & diligere bonum eiuſdem eſt rationis. q.25.arti.
Odiū Dei ē grauiſſimū peccatorū & ē grauius q̄ īfidelitas. q.34.2.
Odiū Dei ē pctm̄ in ſpm̄ſctm̄, maxime ſcdm q; pctm̄ in ſpm̄ſctm̄ nominat aliqđ genus pcti ſpeciale, ſed odium Dei non numeratur inter ſpecies eius, quia eſt in oī ſpecie eius. q.34.arti.2.1.
Odio Deum habent non omnes odientes pœnas, quarum Deus eſt author. q.34.ar.2.3.
Odiū omne in proximum quo ad naturam uel gratiam eſt peccatum, non autem odiū in proximū quo ad culpā. q.34.a.3.
Odium eſt maximum peccatum contra proximum quo ad inordinationem peccantis, ſed actus exterior eſt maximū peccatum quo ad nocumentum. q.34.ar.4.
Odiū nō pōt eſſe uitiū capitale, qa amor ueri boni & odiū ueri mali ſunt primæ paſſiones, ſed apparētis ſunt ultimæ. q.34.5.
Odiū pōt eē prima paſſio ſi aūt primū pctm̄, ſđ ultimū. q.34.ar.5
ter articuli fidei enumerent. Ea E .n. q pñt ʰ rōne demōſtratiua ſciri, nō ptinēt ad fidem, ut apud hoīes ſint credibilia, ſicut ſ.* dictū eſt: ſed Deū eſſe vnū pōt eē ſcitū, p demōſtrationem. Vñ & Phūs hoc in 12. Meta. † pbat, & multi alij phūi ad hoc demōſtratiōes iduxerūt. ergo deū eē vnū nō dēt poni vnᵘ articulus fidei.

¶ 2 Prę. Sicut de neceſſitate fidei eſt, q credamᵘ Deū oipotētē: ita ēt, ꝙ credamᵘ eū oia ſciētē, G & oib. puidētē, & circa utrūq; horū aliqui errauerunt. debuit ergo inter articulos fidei fieri ʰ mētio de ſapīa, & puidētia diuina, ſicut & de oipotentia.

¶ 3 Prę. Eadē eſt notitia Patris, & Filij, ſm illud Io. 14. Qui videt me, videt & patrē. ergo ʰ vnᵘ tm̄ articulᵘ dēt eſſe de Patre, & Filio, & eadem rōne de Spūſctō.

¶ 4 Præ. Perſona Patris nō eſt minor, q̄ Filij, & Spiritus ſancti: ſed plures articuli ponunt circa perſo H nā Spūſſancti, & ſimiliter circa pſonā Filij. ʰ ergo plures articuli debēt poni circa perſonam Patris.

¶ 5 Prę. Sicuti pſonæ Patris, & pſonę Spūſancti aliqd appropriat, ita & pſonæ Filij ſm diuinitatē: ſed in articulis fidei ponit aliquod opᵘ appropriatū Patri. ſ. opus creationis, & ſil'r aliquod opus appropriatū Spūi ſctō. ſ. quod locutᵘ eſt p pphetas. ergo ēt inter articulos fidei debet aliquod opᵘ appropriari Filio ſecundum diuinitatem.

¶ 6 Prę. Sacrm̄ Euchariſtiæ hēt ſpālē difficultatem p̄ multis articulis. ergo de eo debuit poni ʰ ſpālis articulᵘ. Nō vr̄ ergo, ꝙ articuli ſufficiēter enumerēt I

Sed in contrarivm eſt authoritas Eccleſiæ ſic enumerantis.

* Di. 13. c. qui Epiſcopus. *art. 6. ad 1

Pertinētia ſe ad fides.

Respon. Dicēdū, ꝙ, ſicut dictū* eſt, illa p ſe ptinēt ad fidē, quorū uiſione in vita æterna perfruemur, & p q ducemur ad uitā ęternā. Duo aūt nobis uidēda pponunt. ſ. occultū diuinitatis, cuiᵘ uiſio nos beatos facit: & myſteriū humanitatis chr̄i p quod in gloriā filiorū Dei acceſſum habemᵘ, vt dr̄ ad Ro. 5. Vñ dr̄ Io. 17. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcāt te Deū uerū, & quē miſiſti Ieſum Chr̄m.

Conclu. m Et iō ᵐ prima diſtinctio credibiliū eſt, ꝙ q̄dā pertinēt ad maieſtatē diuinitatis: q̄dā uero pertinēt ad K myſteriū humanitatis Chr̄i, ⁿ quod eſt pietatis ſacramētū, ut dr̄ 1. ad Tim. 4. Circa maieſtatē aūt diuinitatis tria nobis credēda pponunt. Primo qdē, unitas diuinitatis: & ad hoc ptinet primus articulᵘ. Secūdo, trinitas pſonarū: & de hoc ſunt tres articuli ſm tres pſonas. Tertio uero pponunt nobis opera diuinitatis ppria, quorū primū ptinet ad eē naturæ: & ſic pponit nobis articulᵘ creationis. Secūdū uero ptinet ad eſſe grǽ: & ſic pponunt nobis ſub uno articulo oia ptinentia ad ſanctificationē humanā. Tertiū uero ptinet ad eſſe glorię: & ſic proponit nobis alius articulᵘ de reſurrectione carnis, & de uita ęterna: & ita ſunt ſeptē, articuli ad diuinitatem ptinētes. Sil'r ēt circa humanitatem Chr̄i ponunt ſeptē articuli, quorū primᵘ eſt de incarnatione, ſiue de cōceptione Chr̄i. Secūdus, de natiuitate eiᵘ ex Virgine. Tertiᵘ, de paſſione eius, & morte, & ſepultura. Quartᵘ eſt de deſcēſu ad inferos. Quintᵘ eſt de reſurrectione. Sextᵘ, de aſcenſione. Septimus, de aduētū ad iudiciū. Et ſic in uniuerſo ſunt quatuordecim. Quidā tñ diſtiguūt duodecim articulos fidei, q ſex ptinētes ad diuinitatē, & ſex ptinētes ad humanitatem. Tres. n. articulos triū pſonarū cōprehēdūt ſub uno: q a eadē eſt cognitio triū pſonarū. Articulū uero de opere glorificationis diſtinguunt in duos, ſ. reſurrectionē carnis, & gloriam animæ. Similiter articulum conceptionis, & natiuitatis coniungunt in unum.

Concl. p

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ multa p fidē tenemus de Deo, q naturali rōne inueſtigare phūi nō potuerūt, puta, circa prouidentiā eius, & omnipotentiam, & ꝙ ipſe ſolus ſit colendus, quę omnia continentur ſub articulo unitatis Dei.

In unico Deum quæ contineat.

Ad secvndvm dicēdū, ꝙ ipſum nomē diuinitatis importat puiſionē q̄dā, vt in 1. li.* dictū eſt. Potētia aūt in hn̄tib. intellectū nō operat, niſi ſm voluntatē, & cognitionē: & iō oipotētia Dei includit quodāmō oiuī ſciam, & puidentiā. Nō. n. poſſet oia, quæ uellet, in iſtis inferioribus agere, niſi ea cognoſceret, & eorum prouidentiam haberet.

* p. p. q. 13. ar. 8.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ Patris, & Filij, & Spūs ſcti eſt una cognitio q̄tū ad unitatē eſſentię, q ptinēt ad primū articulū: q̄tū uero ad diſtinctionē pſonarū, q eſt p relationes originis, quodāmō ī cognitione Patris includit cognitio Filij. Nō. n. eſſet pr̄ ſi filiū nō hr̄et, quorū nexus eſt Spūſſctūs: & q̄tū ad hoc bñ moti ſunt q poſuerunt vnū articulū triū pſonarū. Sed q a circa ſingulas pſonas ſunt aliqua attēdēda, circa q cōtingit eſſe errorē, quantū ad hoc de trib. pſonis pñt poni tres articuli. Arriᵘ. n. credidit Patrē oipotētē, & æternū: ſed nō credidit Filiū coæqualē, & cōſubſtātialē Patri: & iō neceſſariū fuit apponere articulū de pſona Filii, ad hoc determinādū. Et eadē rōne cōtra Macedoniū neceſſe fuit ponere articulū tertiū de pſona Spūs ſcti. Et ſil'r ēt cōceptio Chr̄i, & natiuitas: & etiā reſurrectio, & uita ęterna ſm unā rōnē pñt cōprehendi ſub uno articulo, inquātū ad unum ordinantur: & ſm aliam rōnē poſſunt diſtingui, inquantum ſeorſum habent ſpeciales difficultates.

Motiuū ad ponendum tres articulos de perſonis, & unum tantum, & in de qui. uſdam alijs.

Ad qvartvm dicēdū, ꝙ Filio, & Spūi ſctō cōuenit mitti ad ſanctificādā creaturā, circa qd̄ plurima credēda occurrūt: & iō circa pſonā Filij, & Spiritusſcti plures articuli multiplicant, q̄ circa perſonā Patris, q nunq̄ mittitur, ut in primo * dictū eſt.

* p. p. q. 43. ar. 4.

Ad qvintvm dicēdū, ꝙ ſanctificatio creaturæ p grām, & cōſummatio p gloriam ſit ēt p donum charitatis, quod appropriat Spūi ſctō, & per donū ſapīæ, quod appropriatur Filio: & ideo vtrūq; opus pertinet ad Filiū, & ad Spūm ſanctum per appropriationem ſecundum rationes diuerſas.

Ad sextvm dicēdū, ꝙ in ſacro Euchariſtiæ duo pñt conſiderari, Vnum. ſ. ꝙ ſacramētū eſt, & hoc

habet

Miraculū eſt tranſsubſtātiatio in eucharistia & continetur ſicut alia ſub oīpotentia Dei. Neget ergo articulis de oībus negat.

habet eandē rōnē cū alijs effectibus grē ſanctificantis. Aliud eſt, ꝙ miraculoſe ibi corpus Chrī cōtinetur, & ſic concluditur ſub oīpotentia, ſicut & oīa alia miracula, quæ omnipotētię attribuūtur.

SVPER QVÆ. I. ART. IX. ET X.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum. q. 3. d. 25. q. 1. ar. 22. Et opuſc. 3. & 6.

IN artic. 9. & 10. ſinul aduerte diligenter, ꝙ author pro eodē cōputat authoritatē vniuerſalis Eccleſiæ, gñalis ſynodi, & Papæ, vt patet in vtroque articulo ad oppoſitū. Et rōē, q̄a Papa eſt paſtor, & epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ cum pleniſſima poteſtate.

ARTICVLVS IX.

Vtrum conuenienter articuli fidei in ſymbolo ponantur.

AD NONVM ſic proceditur. Vr̄, ꝙ inconuenienter articuli fidei in ſymbolo ponant̄. Sacra.n.ſcriptura eſt rēa fidei, cui nec [b] addere, nec ſubtrahere licet. Dr̄.n. Deut. 4. Nō addetis ad verbū quod uobis loquor, neq; auferetis ab eo. ergo illicitum fuit aliud ſymbolum conſtituere, quaſi regulam fidei, poſt ſacrā ſcripturā editā.

¶ 2 Prēt. Sicut Apoſtolus dicit ad Eph. 4. Vna eſt [h] fides: ſed ſymbolum eſt profeſſio fidei. ergo inconuenienter traditur multiplex ſymbolum.

¶ 3 Prēt. Cōfeſſio fidei, q̄ in ſymbolo continet̄, ptinet ad oēs fideles: ſed non oib. fidelibus cōuenit credere in Deum, ſed ſolum illis, qui hn̄t fidem formatā. ergo inconuenienter ſymbolum fidei [h] traditur ſub hac forma verborū, Credo in unū Deū.

Art 8.

¶ 4 Præt. Deſcenſus ad inferos eſt [h] vnus de articulis fidei, ſicut ſ. * dictum eſt: ſed in ſymbolo antiquorum Patrum non fit mentio de deſcenſu ad inferos. ergo uidetur inſufficienter collectum.

Tra. 29. in Ioan. a medio tomo 9.

¶ 5 Præt. Sicut Aug. * dicit exponēs illud Io. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Petro aut Paulo credimus: ſed non dicimur credere, niſi in Deū. cū ergo Eccleſia catholica ſit pure aliquod creatum, vr̄ ꝙ [h] inconuenienter dicatur. In vnam ſanctam catholicam, & apoſtolicam Eccleſiam.

Hinc agnoſcemuniter ſimbolū nō fieri niſi ad magis quomenis errores declarādo fidē.

¶ 6 Prēt. Symbolū ad hoc tradit̄, vt ſit rēa fidei: ſed regula fidei debet oibus ꝓponi, & publice. quodlibet ergo ſymbolū deberet in Miſſa [h] cantari, ſicut ſymbolum Patrum. non uidetur ergo eſſe conueniens editio articulorum fidei in ſymbolo.

SED CONTRA eſt, ꝙ Eccl'a vl'is nō pōt errare: q̄a Spūſctō gubernatur, qui eſt ſpūs ueritatis. Hoc.n. promiſit Dn̄s diſcipulis Io. 16. dicēs. Cū uenerit ille Spūs ueritatis, docebit uos oēm ueritatem: ſed ſymbolum eſt authoritate vniuerſalis Eccleſię editum. nihil ergo inconueniens in eo continetur.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut Apl's dicit ad Hebr. 11. Accedētem ad Deum oportet credere: credere autem non pōt aliquis, niſi ei ueritas, q̄ credat, ꝓponatur. Et iō [m] neceſſariū fuit, fidei ueritatē in unū colligi, [n] vt facilius poſſet oib. ꝓponi, ne aliqs per ignorantiam fidei a ueritate deficeret: & ab hmōi ſūiarū fidei collectiōe nomē Symboli ē acceptū.

Quid nomine ſimboli.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ueritas fidei in ſacra ſcriptura diffuſe cōtinet̄, & varijs modis, & in qbuſdā obſcure, ita ꝙ ad eliciendū fidei ueritatē ex ſacra ſcriptura requirit̄ longū ſtudiū & exercitiū, ad ꝙ nō pn̄t puenire oēs illi, qb. neceſſariū eſt cognoſcere fidei ueritatē, quorū pleriq; alijs negotijs occupati, ſtudio uacare nō pn̄t: & iō fuit neceſſariū, ut ex ſnijs ſacræ ſcripturę aliqd manifeſtū ſummariè colligeret̄, ꝙ ꝓponeret̄ omnibus ad credendum, ꝙ quidem non eſt additum ſacrę ſcripturæ, ſed potius ex ſacra ſcriptura ſumptum.

Quatuor in ſymbolo implicite ſunt, quæ nō explicatur in alio.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ in oib. ſymbolis eadē fidei docet̄ veritas: ſed ibi oportet populū diligentius inſtrui de fidei ueritate, vbi errores inſurgūt, ne fides ſimpliciū p hæreticos corrumpat̄. Et hæc fuit cauſa, quare neceſſe fuit edere plura ſymbola, quæ in nullo alio differunt, niſi ꝙ in uno pleni⁹ explicant̄, quæ in alio continentur implicite, ſecūdum quod exigebat hæreticorum inſtantia.

AD TERTIVM Dicendū, ꝙ cōfeſſio fidei tradit̄ in ſymbolo, quaſi ex pſona toti⁹ Eccl'æ, q̄ p fidem vnit̄: fides aūt Eccl'æ eſt fides formata. Talis.n. fides iuenit̄ i oib. illis, q̄ ſūt numero, & merito de Eccl'a & iō cōfeſſio fidei in ſymbolo tradit̄, ſm quod cōuenit fidei formatæ, vt ēt ſi q̄ fideles fidē formatā nō habent, ad hanc formam pertingere ſtudeant.

Sic dicas de explicationem proceſſionis ſpiritus ſancti a filio: id quod poſt explicatū eſt.

AD QVARTVM dicēdum, ꝙ de deſcēſu ad inferos nullus error erat exort⁹ apud hęreticos: & iō nō fuit neceſſariū aliq̄ explicationē circa hoc fieri, & pp hoc nō reiterat̄ i ſymbolo Patrū, ſed ſupponit tanq̄ prædeterminatū in ſymbolo Apoſtolorum. Non.n. ſymbolum ſequens abolet præcedens, ſed potius illud exponit, vt dictum eſt. *

In ſolu. ad 2. huius ar.

AD QVINTVM dicēdū, ꝙ ſi dicat̄, In ſanctā Eccleſiā catholicā, hoc eſt itelligēdū ſm quod fides nr̄a referet̄ ad Spūſctm̄, qui ſanctificat Eccleſiā, vt ſit ſenſus. Credo in Spūm ſanctū ſanctificantē Eccleſiā: ſed melius eſt, & ſm cōiorem vſum, ut nō ponatur ibi, In, ſed ſimpliciter dicatur, ſanctam Eccleſiam catholicam: ſicut etiam Leo Papa dicit.

AD SEXTVM dicēdū, ꝙ q̄a ſymbolum Patrū eſt declaratiuū ſymboli Apoſtolorū, & ēt fuit cōditū fide iā manifeſtata, & Eccleſia pacē hn̄te, pp hoc pubłice i Miſſa cantat̄. Symbolū aūt Apoſtolorū, quod tpe perſecutionis editū fuit fide nondū publicata, occulte dr̄ in Prima, & i Cōpletorio, quaſi cōtra tenebras errorū præteritorū, & futurorū.

ARTICVLVS X.

Vtrum ad ſummum Pontificem pertineat fidei ſymbolum ordinare.

AD DECIMVM ſic procedit̄. Vr̄, ꝙ non pertineat ad ſummū Pōtificē fidei ſymbolū ordinare. Noua.n. editio ſymboli neceſſaria eſt pp [h] explicationē articulorū fidei, ſicut dictum eſt. * ſed in ueteri teſtō articuli fidei magis, ac magis explicabantur ſm tpum ſucceſſionē pp hoc, ꝙ veritas fidei magis manifeſtabatur ſm maiorem propinquitatem ad Chriſtum, ut ſupra * dictum eſt. Ceſſante ergo tali cā in noua lege, non dēt fieri maior ac maior explicatio articulorū fidei. ergo non vr̄ ad authoritatem ſummi Pōtificis ptinere noua editio ſymboli.

Ar. præced.

Art. 1. & 7. ad 1.

¶ 2 Præt. Illud quod eſt ſub ana-

SVPER QVÆ. I. ART. X.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum. Inf. q. 11. ar. 2. ad 3. Et poſ. q. 10. a. 4. ad 13.

IN articulo 10. dubium primo occurrit circa minorē propoſitionem, ſcilicet, Hoc autem. ſ. determinare finaliter, q̄ fidei ſunt, pertinet ad authoritatē ſummi Pontificis. Nā quidam hoc non admittunt ex eo, quòd Papa poteſt eſſe hæreticus, & propter determinationem factam in Concilio Conſtantienſi, quod ſcilicet, Papa ſubeſt concilio uniuerſali in his, quę ſunt fidei. Et quia par in parem non habet imperium, ac per hoc vnus Papa non ligat alium: & conſequenter determinatio facta per vnū

Papam

Papam in materia fidei non ligabit ſucceſſores ſuos:& ſic ſi hu iuſmodi ſucceſſores tenerent cõtra determinationẽ huiuſmo di,non eſſent hæretici: quod eſt inconueniens maximũ: quia ſic reſpectu eiuſdem determinati ab Eccleſia,non &c.vnus ſi-l⁹ eſſet hæreticus,& alius non:& determinatio,quod eſt hære ſis,non eſſet determinatio ſimpliciter,ſed reſpectu aliquorum, ſcilicet qui non ſunt Romani Pontifices.

¶Dubiũ ſcdo occurrit circa rõnem ſubiectã in litera .ſ.q̃ vnitas fidei ſeruari non poſſet in tota Eccleſia, niſi q̃ſtio exorta de fide determinetur p eũ, q toti Eccleſiæ pẽſt.i.ſummũ Pontificem. Hæc namq; ꝓpoſitio in vltima ſui parte nõ eſt vera qm̃ q̃ſtio de fide exorta põt determinari p cõmunitatem Eccleſiæ ſeu cõciliũ gñale.Cõitas.n. Eccleſiæ p̃ſidet toti Eccleſiæ,ſicut cõmunitas ciuitatis toti ciuitati,quia & princeps uices communitatis gerit:& leges,& conſuetudines ab ipſa multitudinis vnitate inſtitutionem, & deſtitutionem ſortiuntur Et ſic in litera dum a præſidente totius Eccleſiæ ad Papam deſcenditur, ſophiſma committitur: quoniam ipſa Eccleſiæ communitas,quæ in concilio generali inuenitur præſidens, ſuperior eſt, & ad eam ſpectat finalis determinatio de fide,vipote quæ errare non poteſt.

* In concil. Chalcedon actione 4. paulo ante epiſto. Cyrill. ad Neſtoriũ.

¶Ad horum breuem intelligentiam,quoniam in tractatu ſpeciali de authoritate Papæ,& concilij hæc tractauimus,ſciendũ eſt, q̃ quia Papatus in hoc differt a cæteris humanis principatibus,quòd reliqui ab ipſa multitudine originem & poteſtatẽ habent:Multitudo nanq; ceſſante violentia fraudeq; , de iure naturæ libera eſt,& cõſtituit ſibi caput cum illa poteſtate,quæ multitudini uidetur.Papatus autem non eſt ab Eccleſia, ſed a Deo immediate:ita quòd nec ab Eccleſia ortum habet,nec poteſtatem tam principaliter, quàm miniſterialiter. Ieſus Chriſtus nanque verus Deus non per Eccleſiæ,aut Apoſtolorum miniſterium medium, ſed p ſeipſum immediate Papatũ creauit & Papam,cum dixit Petro,Paſce oues meas,Ioãnis ultimo. Et ex hoc ſequitur,quòd Papa Eccleſiæ præſidet ſic ut non ſolum ſingula mẽbra,ſed ipſa cõmunitas Eccleſiæ,ſubſint Papę. Per hoc.n.ſolum communitati multitudinis ſupra principem poteſtas reſeruatur, quia ipſa multitudine principatus & princeps dependet. Hoc autem in Papatu,& Papa locum non hẽre iam patet.Solus igitur Papa præeſt toti Eccleſiæ, & non econuerſo.vt congregatio Cõſtantienſis,vnius tñ obedientię, ſine ſuo Papa dubio tempore ſchiſmatis vſurpans in ſe uniuerſalẽ Eccleſiam.quam nec ſimpliciter, nec ſecundum præſentẽ tũc Eccleſiæ ſtatum repræſentabat,decreuiſſe videtur propter quæ non eſt decretis illis curandum.In cuius ſignum quicquid etiã ab oĩbus obedientijs ſimul ſede uacante illi ſtatutum poſtmodum eſt,tanq̃ eſſent ſupra Papam,nullum habuit effectum hactenus,niſi ſchiſma iã bis inde ortũ.ſ.ſemel ſub Eugenio quarto,& iterum ſub Iulio ſcdo. Et tandem ſemper oportuit omnes ſuccumbere,& ſubijcere ſe Romano Põtifici,ipſa ueritate & Eccleſia chatholica cogente.Et nunq̃ Romanus Põtifex ſuccubuit,nunq̃ ab Eccleſia derelictus eſt,quia nunquàm illis decretis fuit ſubditus.Et de ſchiſmatis quidem primi termino tota Eccleſia teſtat in adoratione.Nicolai quinti,qui ſucceſſit immediate defuncto Eugenio. Ex eo.n.q̃ ſuperſtitem Felicem,q a Baſilienſ.concilio conſtitutus fuerat Papa, depoſito atq; cõbuſto Eugenio in ſua ſtatua, nõ recognouit Eccleſia in Papam etiam defuncto Eugenio,ſed Nicolaum Cardinalibus electum ſuperſtite(vt dictum eſt) Felice,adorauit,notorie teſtata eſt Cõcilium non eſſe ſupra Papã, concilium nihil poſſe contra Papam certum,& indubitatum,ac catholicum. In termino quoque ſecundi ſchiſmatis vniuerſalis Eccleſia item multipliciter teſtata eſt.Nam licet fuerit indictum prius cõciliabulum Piſanum contra Papam Iulium,authoritate cõcilij Conſtantien. in capitulo.Frequẽs,a multis Cardinalibus & inchoatũ, adeo vt proceſſerit vſq; ad ſuſpenſionem Iulij vidimus tñ ſub Leone decimo,qui uiuit & regnat,omnes mundi principes,prælatos,& Eccleſias concilio Lateranenſi,quod ad huc curat,adhę ſiſſe,& ipſum ſolum vnicum,ac uerum concilium profiteri,& concilio Piſano renunciare eos qui adhæſerant, tanq̃ congregato à non habentibus ptã tem congregandi illud. Vidimus etiã Cardinales,qui Piſano adhærebant concilio,profeſſos publice ſe ſchiſmaticos, & conciliabulũ illud Piſanũ damnaſſe in hæc verba ſpecialiter & expreſſe.Nos olim nube ſchiſmatis obducti, ſupnę illuſtrationis lumine & grã ſerenati,cõpertoque ſchiſmatis laqueo, quo tenebamur &c. Piſanũ cõciliabalum, eiuſq; indictionẽ, ac oĩa, & ſingula in eo geſta anathematizamus,ac ꝓnunciamus credimus.ac ſimpliciter confitemur irrita & inania, ac nullius roboris,uel momenti, & a non habentibus authoritatem & geſta & facta, quin potius temeritate præſumpta hæc illi in ſchedula ab ipſis publice lecta, in conſiſtorio die lunæ.22.die menſis Iunij:1513.coram Leone 10.Ex quibus patet, quòd nec tota Eccleſia ſimul congregata in ſuis prælatis abſq; Romano Pontifice.ut fuit in conſtitutione capituli.Frequẽs concilũ Cõſtantienſ.ut patet in 39. ſeſſione eiuſdẽ,põt aliquid ſupra Papã.Et capitulũ illud, ut pote Apoſtolica ſede uacante factũ contra iura ẽt canonica,quibus cauet, q̃ ſede uacãte nihil innouãdũ eſt,quia deeſt Epiſcopus qui poſſit ſuã iuriſdictionẽ tueri,nihil ualet aduerſus Papæ poteſtatẽ.Et cõfirmatũ eſt hoc in Lateranenſi iſto cõcilio: inter cuius decreta ſub Leone 10.hñtur hæc uerba. Cũ ẽt ſolũ Rom. Pontif. p tpe exiſtentẽ tanq̃ authoritatẽ ſupra oĩa cõcilia hñtem cõciliorum inducendorũ, tranferendorũ,ac diſſoluendorũ plenum ius & ptãtem hẽre nedum ex ſacræ ſcripturæ teſtimonio,dictis ſanctorum patrum,ac aliorum Roman.Pont ſacrorumque canonum decretis:ſed propria etiam eorundẽ cõciliorum confeſſione manifeſte conſtet.Hæc ibi.Ex quibus habes concilium ipſum fateri Papam ſupra omnia concilia habere authoritatem, & ideo poſſe indicere, transferre &c.Et qm̃ conſtat, q̃ determinatio conſtitutiua, habens uim coactiuam reſpectu totius:ad eius ſolius authoritatem ſpectat, qui præſidet toti,alioquin coactiuam vim non haberet reſpectu totius: ideo ſecundi dubij moti iam patet ſolutio Author nanq; ſupponit,quod ueriſſimum eſt ſcilicet ſolum Papam præeſſe Eccleſię vniuerſali.unde & Epiſcopus dicitur, & eſt Eccleſię catholicę,authoritatemque vniuerſalis.Eccleſię & concilij principaliter & totaliter reſidere in Papa in determinãdo ea. quę ſunt fidei.Et licet,ut in primo proponitur dubio,Papa vt ſingularis perſona poſſit errare in fide,ut Papa tñ iudicando & diffiniendo quid tenendum ab Eccleſia ſit,de fide errare nõ põt.Quòd ex eo conuincitur,quia,omnes fatemur, q̃ tota Eccleſia errare non põt,propter uerbum Chriſti,Matthæi vltimo.Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumationem ſæculi. Et Papa determinante iudicialiter & diffinitiue aliquid eſſe hæreticum,& ab Eccleſia pro hæreſi habendum,conſtat q̃ omnes tenemur acceptare,& hæreticus cenſeretur,quicunque de cætero teneret oppoſitum pertinaciter. Tota igitur Eccleſia errare poſſet,ſequẽs determinationem Papæ,ſi Papa in tali diffinitione poſſet errare.Credendum eſt igitur,q̃ promiſſionem Eccleſiæ factam à Chriſto, ſcilicet, Spiritusſanctus docebit vos omnem ueritatem Ioannis 14. ipſe, cui non eſt difficilius per vnum, quam per multitudinem adimplere,per unum caput totius Eccleſiæ adimpleat,vt lex diuinitatis ſeruetur,quæ inferiora per media,& media per ſumma gubernat.Et qua ratione dedit Eccleſiæ principatum monarchicum ſupra totius Eccleſiæ uires,eadem ratione monarchiæ illi poteſtatem diffiniendi,quæ oportuna ſunt,dedit abſque defectu. Deum enim minus quàm naturam deficere decet in neceſſarijs.

¶Ad id uero,quod in primo dubio affertur.quòd par in parem non habet imperium &cæte.dicendum eſt,quòd Papa dupliciter diffinit,ſcilicet vel ex ſola authoritate Papatus, & de his procedit argumẽtum & regula, quòd par in parem non habet imperium: vel ex authoritate Papatus,ut ſubſtat diuinæ aſſiſtentiæ diligentia in hoc certe & indubie. Et in his Papa ligat ſeipſum

themate[h] interdictũ ab vlĩ Eccleſia,non ſubeſt ptãti hoĩs alicuius: ſed noua Symboli editio interdicta eſt ſub anathemate authoritate vlĩs Ecclæ. Dr̃.n.in geſtis primæ Epheſinæ ſynodi, * q̃ perlecto Symbolo Nicenæ ſynodi, decreuit ſctã ſynodus, aliã fidẽ nulli licere ꝓferre, vel cõſcribere, uel cõponere p̃ter diffinitũ à ſctis Patrib,qui in Nicena cõgregati ſunt cũ Spiritu ſancto:& ſubditur anathematis pœna.& idem ẽt reiterat in geſtis Chalcedonẽſis ſynodi.ergo vr̃ q̃ non pertineat ad authoritatem ſummi Pontificis noua editio Symboli.

¶3 Pręt. Athanaſius * non fuit ſummus Pontifex, ſed Alexandrin⁹ Patriarcha:& tñ[h] Symbolũ cõſtituit,q̃ in Eccleſia cantatur.ergo non magis vr̃ pertinere editio Symboli ad ſummum. Pontificem, quàm ad alios.

SED CONTRA eſt,q̃ editio Symboli facta eſt in ſynodo generali:ſed hmõi ſynodus authoritate ſolius ſummi Põtificis p̃t cõgregari, vt hr̃ in Decr.di.17 ergo editio Symboli ad authoritatẽ ſummi Põtificis pertinet

* Athanaſius Symbolum illud fidei cõſtituit, quod incipit; quicunque vult ſalu eſſe.

Diſ.17.in decr.cap. Nec licuit & ca.Multis, & i tribus priorib.c eiuſdem diſt.

* In ar. [illegible] huius ar.

ſeipſum, & ſu[illegible] cet, & diſſiniet irreuo[illegible] ca[illegible]iter, eo ꝙ iſta ꝑ[illegible]tentia ſunt dona Dei, ut dr̃ ad Romanos 11. Et rõ eſt, quia in his Papa excedit ſe ipſũ: ſicut Dauid in exceſſu ſeipſum, ſe & oẽs uere iudicauit mẽdaces dicens, Ego dixi in exceſſu meo, oĩs hõ mendax. Talia aũt ſunt ea, ꝗ ſunt fidei. q. d. Papa non ex ſola papatus authoritate, ſed ex papatu, ut ſubſtat diuinę aſſiſtentiæ, ad Eccleſiæ fidẽ verã docendam diffinit iud[illegible]ſ[illegible] m[illegible]ter a fidei excedẽs ſeipſum: & ꝓpea d[e]terminat nõ reſpectu hoĩũ, ſed ſimpliciter & irreuocabiliter, ac ligat ſe, & alios.

Habetur 2. q. 6. ca. Oppreſſ.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſ.* dictũ eſt, noua editio Symboli neceſſaria eſt ad vitãdũ inſurgentes errores. Ad illi9 ergo authoritatẽ pertinet editio Symboli, ad cuius authoritatem pertinet finaliter determinare ea, ꝗ ſunt fidei, ut ab oĩb. incõcuſſa ſide teneantꝰ: hoc autẽ pertinet ad authoritatẽ ſummi Pontificis, ad quẽ maiores & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones referunť, vt dr̃ in Decr. diſt.* 43. Vnde & Dominus Luc. 22. Petro dixit, quẽ ſummum Põtificem conſtituit, Ego pro te rogaui Petre, ut nõ deficiat fides tua: & tu aliqñ cõuerſus cõfirma fratres tuos. Et huius rõ eſt: quia vna fides dẽt eſſe totius Eccleſię, ſm̃ illud 1. ad Cor. 1. Id ipſum dicatis oẽs, & non ſint in uobis ſchiſmata: quod ſeruari nõ poſſet, niſi qõ fidei de fide exorta determineť ꝑ eũ, ꝗ toti Eccleſiæ ꝑeſt, ut ſic eius ſnĩa a tota Eccl'a firmiter teneatur: & ideo ᵐ ad ſolam authoritatem ſummi Pontificis pertinet noua editio Symboli, ſicut & oĩa alia quæ pertinent ad totam Eccleſiã, ⁿ vt congregare ſynodum generalem, & alia hmõi.

Conclu. m

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ i doctrina Chr̃i, & Ap̃lorũ ueritas fidei eſt ſufficienter explicata: ſed qa ꝑuerſi hoĩes apoſtolicã doctrinam, & cæteras doctrinas, & ſcripturas ꝑuertũt ad ſui ipſorũ ꝑditionẽ, ſicut dr̃ 2. Pet. vlt. iõ neceſſaria fuit tꝑib. præcedẽtib. explicatio fidei cõtra inſurgẽtes errores.

Ad secvndvm dicẽdũ, ꝙ ꝓhibitio, & ſnĩa ſynodi ſe extẽdit ad priuatas ꝑſonas, quarũ non eſt determinare de fide. Nõ n. per hmõi ſnĩam ſynodi gñalis ablata eſt ptãs ſequẽti ſynodo nouã editionẽ Symboli facere, nõ qdẽ aliã fidẽ cõtinentem, ſed eandẽ magis expoſitã. Sic. n. quælibet ſynodus obſeruauit, ut ſequẽs ſynodus aliquid exponeret ſ. id, quod præcedens ſynodus expoſuerat ꝑꝑ neceſſitatem alicuius hæreſis inſurgentis. Vnde pertinet ad ſummum Pontificẽ, cuius authoritate ſynodus congregatur, & eius ſententia confirmať.

Prohibitio ſynodi, eſt ſententia concluſionis tangit. Symbola omnia unũ propter eãdem fidẽ, plura propter noua fidei expoſitione.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ Athanaſius nõ cõpoſuit manifeſtationẽ fidei per modũ Symboli, ſed magis ꝑ modũ cuiuſdã doctrinæ, ut ex ipſo mõ loquendi apparet: ſed qa integrã fidei ueritatẽ eius doctrina breuiter continebat, authoritate ſummi Põtificis eſt recepta, ut quaſi regula fidei habeať.

Regula fidei.

QVAESTIO II.*

De actu fidei, in decem articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de actu fidei. Et primo, de actu interiori. Secundo, de actu exteriori.

Circa primum quæruntur decem.

¶ Primo, Quid ſit credere, ꝙ eſt act9 interior fidei.

¶ Secundo, Quot modis dicatur.

¶ Tertio, Vtrum credere aliquid ſupra rationẽ naturalem, ſit neceſſarium ad ſalutem.

¶ Quarto, Vtrum credere ea, ad quæ ratio naturalis peruenire poteſt, ſit neceſſarium.

¶ Quinto, Vtrum ſit neceſſarium ad ſalutem credere aliqua explicite.

¶ Sexto, Vtrum ad credendum explicite, omnes æqualiter teneantur.

¶ Septimo, Vtrũ habere fidem explicitam de Chriſto, ſemper ſit neceſſarium ac ſalutem.

¶ Octauo, Vtrum credere Trinitatem explicite, ſit de neceſſitate ſalutis.

¶ Nono, Vtrum actus fidei ſit meritorius.

¶ Decimo, Vtrũ rõ humana diminuat meritũ fidei.

Articvlvs I.

Vtrum credere ſit cum aſſenſione cogitare.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum

Ad primvm ſic proceditť. Videtur, ꝙ credere nõ ſit cum aſſenſione cogitare. Cogitatio. n. importat quandam inquiſitionem. dicitur enim cogitare, quaſi ſimul coagitare: ſed Dam. dicit in 4. lib.* quòd fides eſt non ʰ inquiſitus cõſenſus. ergo cogitare non pertinet ad actum fidei.

3. d. 23. q. 2. ar. 2. q. 1. Et uer. q. 14. ar. 1
Li. 4. Ortho. fidei, cap. 12.

¶ 2 Præt. Fides in rõne ponitur, ut infra * dicetur: ſed ʰ cogitare eſt actus cogitatiuæ potentiæ, quę pertinet ad partem ſenſitiuam, ut in primo * dictũ eſt. ergo cogitatio ad fidem non pertinet.

q. 4. ar. 2
** p. p. q. 78. ar. 4.*
** p. 2. q. 15. ar. 1. ad 3.*

¶ Præ. Credere eſt act9 ʰ intellect9, quia eius obiectũ eſt uerũ: ſed aſſentire non vr̃ eſſe actus intellectus, ſed uolũtatis, ſicut ẽt conſentire, ut ſupra* dictũ eſt. ergo credere nõ eſt cũ aſſenſione cogitare

Sed in contrarivm eſt, ꝙ Augu. ſic diffinit credere, in li.* de Prædeſtinatione ſanctorum.

**Ca. 2. parum ante medium tom. 7.*

Respon. Dicẽdum, ꝙ cogitare tripliciter ſumi põt. Vno mõ, cõiter ꝓ qualicũq; actuali cõſideratione intellect9, ſicut Aug. dicit in 14.* de Tri. Hãc nũc dico intelligẽtiã, quã intelligim9 cogitantes. Alio mõ, dr̃ cogitare magis ꝓprie cõſideratio intellect9, ꝗ eſt cũ quadã inqſitione, anteꝗ̃ ꝑueniať ad ꝑfectionẽ intellectus ꝑ certitudinẽ viſionis: & ſm̃ hoc Aug. dicit 15.* de Tri. ꝙ Dei filius nõ cogitatio dr̃, ſed uerbũ Dei dr̃. Cogitatio quippe nr̃a ꝑueniẽs ad id, quod ſcim9, atq; inde formata, verbũ nr̃um eſt: & iõ uerbũ Dei ſine cogitatione dẽt intelligi, nõ aliqd hñs formabile, quod poſſit eſſe informe: & ſm̃ hoc cogitatio ꝓprie dr̃ mot9 animi deliberãtis, nondũ ꝑfecti per plenã viſionẽ ueritatis. Sed qa talis mot9 põt eſſe uel animi deliberãtis circa intẽtiones vl'es, quod ꝑtinet ad intellectiuã partẽ: uel circa intẽtiones particulares, qđ pertinet ad partẽ ſenſitiuã: ideo cogitare ſecundo mõ ſumiť ꝓ actu intellectus deliberãtis: tertio mõ, ꝓ actu uirtutis cogitatiuæ. Si ergo cogitare ſumať cõiter ſm̃ primũ modũ, ſic hoc ꝙ dr̃ cũ aſſenſione cogitare, nõ dicit totã rõnẽ eius, quod ẽ credere. Nã ꝑ hũc modũ ẽt ꝗ conſiderat ea ꝗ ſ[c]it, vel intelligit, cũ aſſenſione cogitat. Si ᵐ uero ſumatur Cogitare ſecũdo mõ, ſic hoc intelligiť tota rõ hui9 act9, ꝗ eſt credere.* Actuũ. n. ad intellectũ pertinentiũ, quidã hñt firmam aſſenſionem abſq; tali cogitatione, ſicut cum aliqs conſiderat ea quæ ſcit, vel intelligit: [t]alis [e]n. conſideratio iam eſt formata.

**Li. 14. c. 7. a medi. tom. 3.*
Cogitare tripliciter.
** Li. 15. c. 16. in principio. to. 3.*
Dei filius nõ eſt cogitatio, ſed verbum.
Conclu. m

mata. Quidam uero actus intellectus hñt quidem cognitionẽ informẽ abſq; firma aſſenſione, ſiue in neutra partem declinent, ſicut accidit dubitãti: ſiue ĩ vnã partẽ magis declinẽt, ſed tenent aliquo leui ſigno, ſicut accidit ſuſpicãti: ſiue vni parti ad hæreãt, tñ cũ formidine alterius, ꝙ accidit opinãti: ſed act⁹ iſte, q eſt credere hẽt firmã adhæſionẽ ad unã partẽ, in quo cõuenit credẽs cũ ſciẽte, & intelligẽte: & tñ ei⁹ cognitio nõ eſt ꝑfecta ꝑ maximam uiſionem, in quo conuenit cum dubitante, ſuſpicante, & opinante: & ſic proprium eſt credẽtis, ut cum aſſenſu cogitet. & ꝑꝑ hoc diſtinguitur [d] iſte actus, qui eſt credere, ab omnibus actibus intellectus, qui ſunt circa uerum, vel falſum.

Dubitans ſuſpicans opinans ſciens intelligens et fides media inter iſta.

D. 61.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ fides non habet inquiſitionem rõnis naturalis demonſtrantis id, ꝙ creditur: habet tamen inquiſitionem quandam eorum, per quæ inducitur hõ ad credendum, puta, quia ſunt dicta a Deo, & miraculis confirmata.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ cogitare, nõ ſumitur hic prout eſt actus cogitatiuæ virtutis, ſed prout pertinet ad intellectum, ut ● dictum eſt.

In corp. art.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ intellect⁹ credẽtis determinat ad unum non ꝑ rõnem, ſed per uoluntatem: & iõ aſſenſus hic accipitur pro actu intellectus, ſm ꝙ à uoluntate determinatur ad unum.

SVPER QVÆ. II. ART II.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum. 3. d. 23. q. primo. 2. ar. 2. qſ. 2. Et veri. q. 14. art. 7. ad 7. Et 105. 9. lec. 3. Et Roma. 4.

In ar. 2. q. 2. omiſſo primo, Durandus occurrit in 3. ſenten. d. 23. q. 4. ar. 3. reprehendens dictum hic in rñſione ad primũ ſ. ꝙ hi tres actus ſunt unus. Inquit enim quòd licet credere Deo, & credere Deũ ſint vnus actus, credere tñ in Deum ſũt duo actus: qa a duobus eſt habitibus. ſ. fide, & charitate, & ſignificat credendo, amando ire in Deum. ¶ Ad hoc facile rñdet ꝙ quia actus imperatus nõ multiplicatur ſcdm rem ad multiplicationẽ principiorum eius, ſed unus & idẽ numero actus a multis eſt ſimul virtutibus, vt ieiunare eſt actus a temperantia ſimul & obedientia, & charitate, & ſic de alijs, iõ credere in Deum, cum ſit actus fidei a charitate imperatus, vnus numero ſcdm rem eſt, quis à multis proueniat habitibus. Et qm actus elicitus ab vno, & imperatus ab altero habitu, multiplex eſt ſecundum relationem ad multos habitus & obiecti rõneſſiõ multi actus apparent, & & in multos actus re ſoluitur eius rõ. ſem. expoſitiõ. Et ꝑpea dr ꝙ credere in Deũ, eſt amando &c. Scdm rõ ueritatẽ & ꝓprietatẽ loquẽdo, dicendum eſt, ꝙ hmõi actus eſt multiplex non multiꝑ ꝙ claudit ſe vim pluriũ actuũ, & non cõſtituit ex illis unũ aggregatũ. Denominatione ſi qdẽ relatiua actus ab actu imperatus formã, ut in pr ma. Sedꝙ dictũ eſt. ¶ In rñſione ad tertiũ eiuſdẽ articuli ſedi, aduerte, ꝙ de Deo dupliciter loq poſſumus. Vno mõ ex parte ipſius Dei: & ſic cũ ſit oĩno ſimpliciſſima res, nõ põt parti vere & parti falſe cognoſci, ſed eius tot falſitatis cõſiſtit in nõ attingẽdo ipm. Qui. n. putat Deũ nõ eſſe oĩpotentẽ, & putat ipſum eſſe actum purũ, ſapientẽ &c. quicquid intelligit ꝑ has affirmationes, non eſt illa res q eſt Deus ſcdm rẽ, ſed repræſentatus illic putãti: qa in re illa nõ differt totũ, & aliquid, ac ꝑ hoc nõ totum. & nihil æquiualent: & cõiter q in aliquo illius fal it nihil illius intelligit. Alio modo ex parte noſtri. i. de Deo ſcdm ꝙ nobis repſentat. Et ſic qa ſub multis rõnibus repræſentatur contingit aliqua enũtiatione errare, & aliqua vere ſentire de Deo. ut patet. Author autẽ in litera loquit de errore circa diuina ex parte ipſi⁹ Dei abſolute. & iõ dicit, ꝙ infideles non uere credunt Deum.

Ar. præcedent. ad 3. — *q. 1. art. 1.* — *Conclu.* — *q. 1. ar. 1. 1.* — *Conclu.* — *q. 1. art. 1.* — *Conclu.*

Articvlvs II.

Vtrũ cõuenienter diſtinguantur actus fidei per hoc, quod eſt, credere Deo, credere Deum, et credere in Deum.

Ad secvndvm ſic ꝓceditur. Vr ꝙ incõuenienter diſtinguant act⁹ fidei ꝑ hoc, ꝙ ẽ, credere Deo, credere Deũ, & credere i Deũ. Vni⁹. n. habit⁹ h vn⁹ ẽ act⁹: ſed fides eſt vn⁹ habit⁹, cũ ſit una virt⁹. ergo incõuenienter ponunt plures actus fidei.

¶ 2 Præ. Id ꝙ eſt cõe oi actui fidei, nõ dẽt poni [h] ut particularis act⁹ fidei: ſed credere Deo inuenit cõiter in quolibet actu fidei, qa fides initit primæ ueritati. ergo vr ꝙ incõueniẽter diſtiguat a qbuſdã alijs actib. fidei.

¶ 3 Præt. Id [h] quod conuenit ẽt nõ fidelib. nõ põt poni inter fidei actus: ſed credere Deũ eſſe, conuenit ẽt infidelib. ergo non debet poni inter actus fidei.

¶ 4 Præt. Moueri in finẽ ꝑtinet ad uolũtatẽ, cui⁹ obiectũ ẽ bonum, & finis: ſed credere nõ eſt actus uolũtatis, ſed [h] intellect⁹. ergo nõ dẽt poni dñia una eius, quod eſt credere in Deum, qđ importat motum in finem.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. hãc diſtinctionem ponit in libro de ue: bis Domini, & ſuper Ioan.*

Tract. 29. a medio. to. 9. Et ſer. 61. de verb. domi. tom. 10.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ act⁹ cuiuſlibet potẽtiæ, uel habitus accipit ſm ordinẽ potẽtiæ, uel habit⁹ ad ſuũ obiectũ. Obiectũ ãt fidei põt tripliciter cõſiderari. Cũ enim credere ad intellectũ ꝑtineat, ꝑut eſt a volũtate motus ad aſſentiẽdũ, ut dictũ eſt,* põt obiectũ fidei accipi uel ex parte ipſius intellectus, uel ex parte volũtatis intellectũ mouẽtis. Si qdẽ ex parte intellect⁹ ſic in obiecto fidei duo pñt cõſiderari, ſicut ſ⁹ dictũ eſt, quorũ vnũ eſt materiale obiectũ fidei. Et [m] ſic ponit actus fidei credere Deo [n] qa, ſicut ſ. dictũ* eſt, nihil ꝓponit nobis ad credendũ: niſi ſm quod ad Deũ ꝑtinet. Aliud ãt eſt formalis rõ obiecti, quod eſt ſicut mediũ, propter quod tali credibili aſſentit. Et [p] ſic pro ponit actus fidei credere Deũ [q] qa ſicut ſ. ● ẽ dictũ formale obiectũ fidei eſt ueritas prima cui inhæret hõ, ut ꝑꝑ eam creditis aſſentiat. Si uero cõſidereẽ tertio mõ obiectum fidei, ſcđm ꝙ intellectus eſt motus a voluntates [s] ſic ponitur actus fidei credere in Deũ. [t] Veritas enim prima ad uoluntatem refertur ſecundum quòd hẽt rationem finis.

Ad primvm ergo dicendũ, quod per iſta tria non deſignantur diuerſi actus fidei, ſed vnus & idẽ actus hñs diuerſam relationem ad fidei obiectum. Et ꝑ hoc patet reſponſio ad ſcđm.

Ad III. dicendũ, ꝙ credere Deũ nõ cõuenit infidelibus ſub ea rõne qua ponitur actus fidei. Nõ. n. credũt Deũ eẽ ſub his cõditionibus, quas fides determinat, & ideo nec uere Deum credunt: quia, ut Philoſophus dixit 9. Metap. In ſimplicibus defectus cognitionis eſt ſolum in non attingendo totaliter.

Li. 9. tex. 22. to. 3.

Ad IIII. dicẽdũ, ꝙ ſicut ſ⁹ dictũ eſt, uolũtas mouet intellectũ & alias vires aiæ in finẽ: & ſm hoc ponit actus fidei credere i Deũ.

p. p. q. 82. & 1. 2. q. 9. art. 6

SVPER QVÆ. II. ART. III.

Bannes eodem art.

In arti. 3. eiuſdẽ q. dubium primo occurrit circa fundamẽtum aſſumptum in corpore articuli, ſcilicet, ꝙ in omnibus

Articvlvs III.

Vtrum credere aliquid ſupra rationem naturalem, ſit neceſſarium ad ſalutem.

Porrecta per totum. 3. diſt. 24. art. 3 q. 1. Et 1. con. c. 5. Et lib. 3. c. 118 & 152. Et ve ri. qu. 14. art. 10

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd credere non ſit neceſſarium ad ſalutem. Ad ſalutem enim & perfectionem cuiuſlibet [h] rei ea ſufficere vi ent, [i] cõueniunt ei ſm ſuam naturã: ſed ea q ſunt fidei excedũt naturalẽ hoĩs rõnẽ.

cum ſint non apparentia, ut ſupra * dictum eſt. ergo credere non uidetur neceſſarium eſſe ad ſalutem. [* q.1.ar.4]

¶ 2 Præt. Periculosè homo aſſentit illis, in quibus non põt [h] iudicare, utrum illud quod ei ꝓponitur, ſit uerum, uel falſum, ſecundum illud Iob. 12. Nõne auris uerba diiudicat? ſed tale iudicium homo habere non poteſt in his, quæ ſunt fidei, quia homo non poteſt ea reſoluere in principia prima, per q̃ de omnibus iudicamus. ergo periculoſum eſt talibus fidem adhibere. credere ergo non eſt neceſſarium ad ſalutem.

¶ 3 Præt. Salus hominis in [h] Deo conſiſtit, ſecundum illud Pſ. 36. Salus autem iuſtorum a Domino: ſed inuiſibilia Dei per ea, q̃ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur, ſempiterna quoque uirtus eius & diuinitas, ut dicitur Roma. 1. Quæ autem conſpiciuntur, intellectu nõ creduntur. ergo non eſt neceſſarium ad ſalutem, ut homo aliqua credat.

SED CONTRA eſt, quod dicit Heb. 10. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ in omnibus naturis ordinatis inuenitur, quòd ad perfectionem naturæ inferioris duo concurrũt. Vnũ [d] quidem, quod eſt ſm propriũ motũ. Aliud aũt qđ eſt ſm motũ ſuperioris naturæ: ſicut aqua ſecundũ motum propriũ mouetur ad centrum, ſecundũ aũt motum Lunæ mouetur circa centrũ ſecundum fluxum, & refluxum. Similiter etiã orbes planetarũ mouentur propriis motibus ab Occidẽte in Oriẽtem: motu autem primi orbis ab Oriente in Occidentem. Sola autẽ natura rationalis creata habet immediatũ ordinẽ ad Deũ: quia ceteræ creaturæ non attingũt ad aliquid uniuerſale, ſed ſolũ ad aliquid particulare, participãtes diuinã bonitatem, vel in eſſendo tantũ, ſicut inanimata, uel etiã in uiuendo, & cognoſcendo ſingularia, ſicut plãtæ, & animalia. Natura autẽ rationalis inquãtũ cognoſcit vniuerſalẽ boni, & entis rõnẽ, habet immediatum ordinem ad vniuerſale eſſendi principium. Perfectio ergo rõnalis creaturæ non ſolũ conſiſtit in eo, qđ ei competit ſecundũ ſuam naturã, ſed in eo etiam quod ei attribuitur ex quadam ſupernaturali perfectione diuinæ bonitatis. Vnde & ſupra * dictum eſt, ꝙ ultima beatitudo hominis conſiſtit in quadam ſupernaturali Dei uiſione, ad quam quidẽ uiſionẽ homo pertingere nõ poteſt, niſi per modũ addiſcẽtis a Deo doctore, ſecundum illud Io. 6. Omnis qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me. Huius aũt diſciplinæ fit homo particeps non ſtatim, ſed ſucceſſiue ſm modum ſuæ naturæ. Omnis autem talis addiſcens oportet ꝙ credat ad hoc, ꝙ ad perfectã ſcientiam perueniat, ſicut etiã Philoſophus dicit, ꝙ oportet addiſcentem credere. Vnde [m] ad hoc, ꝙ homo perueniat ad perfectam uiſionem beatitudinis, præexigitur ꝙ credat Deo, tanquã diſcipulus magr̃o docẽti. [n] [* q.3.ar.8]

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia natura hominis dependet a ſuperiori natura, ad ei⁹ ꝑ-

bus naturis ordinatis inuenitur, ꝙ ad perfectionem naturę inferioris duo concurrũt. Vnũ quod eſt ſecundũ ꝓpriũ motum: aliud quod eſt ſecundum motũ ſuperioris naturæ. Aut.n. author intendit loqui de concurſu illo, quo ſupremũ infimi attigit infimũ ſupremi, & quo ſecundũ diuinã ſapientiã fines primorũ iunguntur principiis, ſecundorũ, ꝓut homo i ſui ſupremo participat intelligere, quod eſt angelis proprium. Et ſic licet propoſitio credatur uera, nihil tamẽ probat ad propoſitũ: quia concurſus iſte duorũ motuum non eſt per additionem aliquam ſupra naturã inferiorẽ, ſed p hoc, ꝙ natura iferior eſt id, quod eſt quoad propria ſibi, totaliter: quo ad propria uero ſuperiori, participatiue tantum, & ſic, ſ. ſiſt, utrunq; tamẽ eſt ſecundum ſimplicem eſſentiã ſuam, ex qua manat motus uterque. Concurſus autem naturæ rationalis, & diuinæ per fidem, fit per aliquam rem ſupernaturalem ſuperadditam naturæ rationali. Aut author intendit de concurſu alio, quo natura ſuperior mouet p ſuã actionem inferiorẽ, ut litera ſonat: & ſic propoſitio aſſumpta eſt falſa, quoniã uniuerſalis eſt, & non ꝓbatur, niſi in aqua, & ſphæris cęleſtibus aliis a prima. Habet enim inſtantiam in terra, & in prima ſphæra cœleſti, & in miſtis, in quibus nulla apparentia uerificandi hanc propoſitionem relucet.

Duo in naturis ordinatis complures. D. 91.

¶ Dubium ſecundo eſt circa Minorem, ſcilicet, Natura rationalis inquantum cognoſcit vniuerſalem boni, & entis rationem, habet immediatum ordinem ad uniuerſale eſſendi principium. Natura ſiquidem rationalis poteſt dupliciter ſumi, ſcilicet ſecundũ eſſe, & ſecundũ operari operatione immanẽte, ſcilicet cognitione, & appetitione. Et hoc adhuc dupliciter ſumi poteſt. Primo abſolute: ſecundo ſecundũ hanc, uel illam rõnem. Et ꝙ ſecũdũ eſſe quidẽ immediate ſit a Deo per creationẽ, in primo libro oſtẽſum fatemur. Et ſimiliter, ꝙ ſecundum intellectum, & uoluntatem immediate beatificetur a Deo, ſuperius monſtratũ eſt. Sed ꝙ ſecundum hanc ſpecialem rõnem, ſeu ex hac, ſ. inquantum cognoſcit entis & boni uniuerſalem rationem, habeat immediatum ordinem ad uniuerſale eſſendi principium, non apparet: quoniam ex uniuerſali in prædicando ad uniuerſale in eſſendo ꝓcedit. [D. 628.]

¶ Dubium tertio Nouitiorum eſt circa aliam ſubſumptam in eadem rationis progreſſu propoſitionem, ſcilicet quòd ad Dei uiſionem homo pertingere non poteſt, niſi p modũ diſcẽtis a Deo doctore: hoc.n. falſum eſſe cõſtat ex eo, ꝙ pueri baptizati perueniant ad illam diſcentes abſque diſciplina. Et ipſe Ieſus Chriſtus, ſecundũ ꝙ homo, habuit illã abſque diſciplina actuali, & habituali, quia ſtatim beatus abſque fide fuit.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ propoſitio illa aſſumpta ſumitur ſecundo modo, & intelligitur de naturis, quę ſunt primo partes uniuerſi, quæ ſunt ſolæ incorruptibiles, elemẽta. ſ. corpora cęleſtia, & intellectualia, in cuius ſignum in his tantũ author quaſi inducit ut eam manifeſtaret: & ob hoc ceſſat obiectio de miſtis. De terra autem dicitur, ꝙ ad terræ perfectionem duo cõcurrunt, alterum ſecundum proprium motum, ſ. quies in centro: alterum ſecũdũ motionẽ actiuã cęleſtis corporis in eã, ſ. germinatio uegetabilium, & animalium, quæ pertinere ad pfectionem terræ ſacra ſcriptura teſtatur dicens. Igitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Ad id autem quod de primo cęlo obiicitur, aliter dicẽdum eſt theologice, & aliter phyſice. Nã ponendo cœlum empyreum totum lucidum, & plenũ angelis &c. ſatis patet perfectionẽ illius ex ornatu angelorum, & corporum glorificatorum compleri. Nõ egrediendo autem limites notorum ex lumine naturali, dicitur, ꝙ primi mobilis perfectio cõſurgit ex duobus, quorũ alterũ ex propria manat natura, ſ. motus de eodem ad idem in tot horis: alterũ ex actione ſuperioris ẽ naturæ. ſ. ſempiternitas motus per ſe primo, ut in quæſtione, quã de hoc olim fecimus oſtẽſum eſt. Et ſic manet ſolida maxima inducta i litera. [*Conclu...*]

¶ Ad ſecundũ dubiũ dicitur, ꝙ ly inquantum, in propoſito tenetur ſpecificatiue, & intendit author, quòd licet natura rationalis ordinetur a Deo non immediate, ſed mediante natura intellectuali ſuperior, quia illuminatur per angelos: inquãtum tamen natura noſtra rationalis attingit ad uerũ, & bonũ abſolute, oportet ad Deum immediate ordinari, quia uerũ & bonum abſolute in ſolo Deo eſt. ut in quæſt. 2. ſecundi l bri dictum fuit. Et ſi diligentius perſpexeris, percipies authorem in hac ſpecificatione tria ſimul feciſſe, dũ & determinat ſecundũ quam rõnem de homine loquitur, ſ. ſecũdum quòd eſt capax boni uniuerſalis. (Hanc.n. capacitatem ſonat cognoſcere uniuerſalem boni & entis rõnem. Qui.n. uniuerſalem boni rationẽ cognoſcit, naturã neceſſe eſt habeat illius capacẽ ſcdm intellectiuã, & appetitiuã ptẽ, licet remote.) Et docet maximã pa-

ſumptum de immediatis intelligi, & immediatum ordinē inter illa non eſſe exigendū, niſi ſecūdū aliqd. Sic.n. oēs inferiores ſphæras ad primū mobile aquā ad Lunā, & terrā ad cęleſte corpus, immediatū ordinē habere opinādū eſt, q̄uis multū diſtent. Et ſimiliter natura rōnalis vt capax eſt ipſius boni vniuerſalis, qđ in ſolo Deo eſt, immediatū ordinē hēt ad uniuerſale eſſendi principiū, vt ad obiectū, finem, & mouēs. Nihil.n. mouere pōt ad talē finē, & tale obiectum, niſi ipſe Deus, q eſt uniuerſale eſſendi principiū. Et in hoc, quia cōicat natura nīa rationalis cū natura intellectuali angelorū, vtranq; imediate ad Deū oportet ordinē hēe ſecūdū triplicem rationē explicatā. ſ. ut mouentem, ut finem, & obiectum.

* In corp.

Nō multipliciter iu mere.

De habitu

¶ Ad tertiū dubiū dr̄, ꝙ ſermo literæ eſt de pertingētib. ad uiſionē Dei p actus proprios. Pueri aūt, licet p diſciplinam fidei habitualis, non tñ p proprios actus, ſed Ieſu Chriſti meritū: ipſa aūt Chriſti anima ex unione perſonali ad uerbū quaſi naturali concomitantia, viſione diuina perfuſa eſt. Vnde Author attendens, ꝙ viſio Dei eſt pfectio ſuprema intellectus, & non eſt innata, vt uiſio principiorum: neque per inuentionē acquiſibilis, ut uiſio concluſionū ſcitarū pfecte ab his q pollēt ingenio, & ꝙ per actus proprios diſpoſitus ad illā cōmunicatur (cū propria diſpoſitio & uia ad uiſionem intellectualē ſit diſciplina a doctore uidente) fultus authoritate Scripturæ neceſſitatē fidei intulit, ſicut in diſcipulis.

Porrecta per totum.

14

3. diſt. 24. art. 3. q. 1. Et 1. cōtra g. 4. Et veri. q. 14. articulo. cor. Et Boet. Trin. q. 3. art. 1.

¶ In eodē art. 3. ſcito, quòd de facto tantus eſt diuinus amor erga vniuerſum, ut nō ſufficerit Deo communicare ſe per naturales participationes, creando uniuerſum ex tot eſſendi participationibus conſtitutum, quot diuina bonitas naturaliter participabilis ſecūdum ordinem ſuæ ſapientiæ erat: Sed cum uidere Deum, fruique aperte Deo, ſoli diuinæ naturæ naturale ſit, & eſſe poſſit: ac p hoc creatæ, & creabiles naturæ non poterant naturali participatione habere diuinam uiſionem, ac perfectam fruitionem, cōmunicauit per gratiam, quod incommunicabile erat per naturam, & effecit omnes intellectuales, & rationales creaturas habiles ad diuinam uiſionem & fruitionem ex hoc ipſo, quòd ordinauit eas, ut eſſent diuinæ naturæ conſortes per gratiam, & ad id, quod ſoli Deo naturale eſt. ſ. uidere Deum, & frui Deo, peruenire poſſent. Et quia peruenire ad uiſionē hmōi proprijs actibus non poſſumus, niſi conſequenter adiuti fuerimus diuino ducatu, qui fit docēdo, ut in litera dr̄: ideo oportet credere Deo docenti nos ea, quę uiſuri ſumus, quæ pparauit ſuis electis. Vbi patet primo, quomodo in natura rōnali inuenitur ultra id, quod eſt ei naturale, perfectio ſupnaturalis ſe-

F cundum motum ſuperioris, hoc eſt, diuinæ naturæ p gratiam. Patet ſecūdo, q̄ optima rō ad hoc allata fuerit ab authore in litera, arguēdo a conditionibus naturalib. creaturarum, q̄ adeo eſt probabilis, ut neceſſaria appareat. Patet tertio, q̄ iuſte exigatur a rōnabilibus creaturis, ꝙ credāt ſupernaturalia, & operentur conformia ſupnaturalibus. Par nāque eſt iuſtitię ratio, vt exigātur opera cōformia ſupernaturali naturæ, ad quā acciti ſunt per gratiā, ut exigantur opera cōformia naturę rationali, quam naturaliter habent. Nam quia naturam rōnalem habent, iuſte exigitur, ut operētur cōformiter ad illam, & uitent difformia ab illa. Et eadem rōne, quia conſortiū diuinæ naturæ habēt ex Dei munere, iuſte exigitur, ut operent̄ conformia diuino cōſortio, & uitent quæcunque contraria ſunt illi. Et quoniam credere reuelata a Deo eſt vnum iſtorū, quoniā eſt uia ad perfectionem diuini cōſortij: ideo neceſſarium eſt credere, & damnabile eſt non credere. Et ppterea in litera cōcluditur, ꝙ eſt neceſſarium ad ſalutem.

* q. ar. 4. & 5.

*Conclu. * p par. q. 1. ar. 1. cōcluſione 2.*

¶ In rñſione ad ſecūdū in eodē articulo aduerte, ꝙ fidelis dupliciter cōſiderari pt. Primo ex parte habitus fidei: ſecundo ex parte ipſius hñtis dictū lumē fidei. Si cōſideret ex parte habitus ſic tutus eſt, q2 tale lumē quātū eſt ex ſe, inclinat ad vere credibilia, & diſſentire facit a cōtrarijs: q̄uis non cum euidentia noſtra circa particulare credibile, ſicut facit habitus principiorum. Et propter hoc ſi ſumatur ex parte noſtri, contingit fluctuare uſque ad excluſionem habitus fidei.

fectionem nō ſufficit cognitio naturalis, ſed requiritur quædam ſupernaturalis, ut ſupra * dictum eſt.

Ad II dicēdū, ꝙ ſicut hō p naturale lumen intellectus aſſentit principijs: ita homo uirtuoſus per habitum fidei hēt re G ctū iudicium de his, quæ conueniunt illi uirtuti. Et hoc modo etiam per lumen fidei diuinitus infuſum homini, homo aſſentit his, quæ ſunt fidei, non autem contrarijs. Et ideo nihil periculi, uel damnationis ineſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, ab ipſo illuminati per fidem.

Ad III dicēdū, ꝙ inuiſibilia Dei altiori modo, quantum ad plura, percipit fides, quàm ratio naturalis ex creaturis in H Deum procedens. Vnde dicitur Eccle. 3. Plurima ſuper ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum credere ea, quæ ratione naturali probari poſſunt, ſit neceſſarium.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd ea, quæ ratione naturali probari poſſunt, non ſit neceſſarium credere. I In operibus enim Dei nihil ſuperfluum inuenitur, multo minus quàm in operibus naturæ: ſed ad id, quod per unum poteſt [h] fieri ſuperflue apponitur aliud. ergo ea, quæ per naturalem rationē cognoſci poſſunt, ſuperfluum eſſet per fidem accipere.

¶ 2 Præt. Ea neceſſe eſt credere, de quibus eſt fides: ſed [h] non eſt de eodem ſcientia & fides, ut ſupra * habitum eſt. Cum ergo ſcientia ſit de omnibus illis, q̄ naturali ratione cognoſci poſſunt, uidetur quòd non oporteat credere ea, quæ per naturalem rationem probantur.

¶ 3 Præt. Omnia ſcibilia uidentur eſſe [h] unius rationis ſi ergo quædam eorum proponuntur homini ut credenda, pari ratione omnia huiuſmodi neceſſe eſſet credere: hoc autem eſt falſum. non ergo ea, quæ per naturalem rationem cognoſci poſſunt, neceſſe eſt credere.

SED CONTRA eſt, quia neceſſe eſt Deum credere eſſe unū, & incorporeū, quæ naturali ratione a Philoſophis probātur.

RESPON. Dicendum, ꝙ[m] neceſſarium eſt homini accipere per modum fidei nō ſolum ea, quæ ſunt ſupra rationem, ſed etiam ea, quæ per rationem cognoſci poſſunt.[n] Et hoc ꝓpter tria. Primo quidem, ut citius homo ad ueritatis diuinæ cognitionem perueniat. Scientia.n. ad quam pertinet probare Deū eſſe, & alia huiuſmodi de Deo, ultimo hominibus addiſcenda proponitur, prę ſuppoſitis multis alijs ſcientijs. Et ſic non niſi poſt multum tempus uitæ ſuę, homo ad Dei cognitionem perueniret. Secundo, ut cognitio Dei ſit cōmunior. Multi enim in ſtudio ſcientiæ proficere non poſſunt, uel propter hebetudinem ingenij, vel propter

SVPER QV. II. ARTIC. IIII.

K *Ferr. 3. cont. c. 4.*

¶ Ad ſecundum autem dicitur falſum eſſe, quod nihil aliud à Deo eſt diligibile propter ſe. Actus enim virtutum ſpeculatiuarum ſunt diligibiles propter ſe. Et ad probationem, quòd nihil aliud à Deo eſt ſummè diligibile, reſpondetur, quod ſicut aliquid habet rationẽ ultimi finis, ita habet rationem ſummè diligibilis. Quod enim eſt finis ultimus ſimpliciter, eſt diligibile ſummè ſimpliciter: quod autem eſt finis ultimus in genere, eſt diligibile ſummè in genere. Vnde, exẽpli gratia, perfectio partis intellectiuæ, quæ propter ſeipſam appetibilis eſt, ſummè appetitur in genere tali, puta, totius aliū perfectionum: & propter ipſā reliqua eius generis appetuntur. Nec hoc eſt conſtituere ipſam finem ultimū ſimpliciter, ſed ĩ genere. Et per hoc patet reſponſio ad confirmationem de fama & honore: quia non eſt par ratio de omnibus bonis: quia quædā ſunt ultima in aliquo genere, & quædam non. Et quædam ſunt bona, quia ipſa ſunt bona: quædam ſunt ſolū bona, quia utilia: ſicut quędam ſunt agentia prima, quædam non. Et quædam ſunt agentia, & quædam inſtrumenta agentium. Honor &c. huiuſmodi, inter minima bona ſunt, & tamen in ſuo genere ſummè amare ſummum eorum, nullū malum eſt. Sed ubi decepti uidentur illi, eſt hoc, quòd non uident, quòd appetere, uerbi gratia, ſcire Philoſophiam, quia eſt perfectio intellectus, & nihil cogitando tam ante, etiam tunc, eſt appetere bonum, puta, intellectum perfectum, ſic propter ſe explicitè: quod tamẽ eſt appetere eundem propter aliud, puta, uniuerſum, & Deū implicitè: quia appetitus tendit ad rẽ illam ut eſt. Tendit enim ad illam propter ſe, & ita eſt: ſed non excludit appetitus ordinem eiuſdem ad aliud, quàmuis nec includat eundem explicitè. Nec ad hoc tenetur ſemper, quando hoc appetit: & ſimile eſt de alijs. Vnde in Gentilibus, quàmuis non fuerint ueræ uirtutes, quæ ſunt diſpoſitiones perfecti ad optimum ſimpliciter, eſſe tamen uirtuoſi, qui ſunt diſpoſitiones perfecti ad optimum in genere, idest, fœlicitatem naturalem eſſe (nihil negando de Auguſtino) potuerunt.

*1.2. q. 85 ar. 1. & 2.

Cornelii.

I ¶ In eodem 4 artic. dubium adiunctum occurrit. An uendentes infidelibus ea, quibus utuntur ad infidelis cultus ritum ſeu naturam, peccent. Et eſt ratio dubij pro parte affirmatiua. Quia ſunt digni morte non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Conſtat autem, quòd cooperãtes ad aliquid, illi conſentiunt: & cooperari autem uendentes opportuna ad illud, quando ſunt conſcij intenti uſus, patet ex eo, quòd illicitū iudicatur uẽdere baliſtas, & alia huiuſmodi tempore belli iniuſti: uendere taxillos, & alia huiuſmodi his, qui abutentur eis. Pro parte autem negatiua: quia uendens aliquid ut ſic, non communicat cum emptore in futuro uſu, ſed ſolū in contractu uẽditionis & emptionis, ac per hoc ſi uendit iuſto pretio & ſimpliciter, trāſfert dominium illius rei in illum: de uſu autem relinquit illi curam, poſtquàm erit trāſlatum dominium.

• Ad hoc dicitur, quòd uendere pertinẽtia ad ritū infidelium, contingit tripliciter. Primo, ea quorum uſus ad nihil eſt, niſi ad infidelitatẽ, ut ſunt idola, ſtolæ ſacerdotales, & huiuſmodi. Et hoc conſtat eſſe illicitum, ut inferius in q. 169. art. 2. ad quartū dicitur. Secundo, ea quorū uſus communis eſt ad bonū & malū, ut res naturales, puta, animalia, fructus, flores, & huiuſmodi: & artificiales, ut ueſtes cōmunes, & alia huiuſmodi. Et hoc contingit tripliciter, uel uendendo ad hũc effectum, ut ſcilicet habeant opportuna ad cultū ſuum: & hoc etiam conſtat eſſe illicitum, quoniam hoc eſt cooperari, inſtrumenta præbẽdo ad peccandum. Vel neſciendo quòd infideles ementes utantur iſtis in ſuis ſacris, & hoc nullum peccatum de ſe continet, cum etiam ignorantia illa ſit eorum, quæ fidelis non tenetur ſcire. Vel ſciendo quòd infideles emunt iſta pro ſuis ſacris: & in hoc caſu tota difficultas conſiſtit. Si tamen diligenter conſideretur, quòd uendendo iſta communia cum ſcientia, & ſine intentione uſus mali futuri ex parte rei uenditæ, non dat directè occaſionem peccandi, ut in primo caſu: quia res talis non eſt principaliter ad uſum malū, ſed indifferẽs: & ex parte

voluntatis

voluntatis non eſt cōſenſus ad hoc, ut iſte hēat opportuna ad ſacra ſua, ut in ſecūdo caſu accidit, ſed ſola ſciētia futuri uſus mali interuenit, apparebit ꝙ malus uſus, q ſequetur, nō eſt reſpectu ſic uendentis uoluntarius, ita vt ſibi imputetur, ac ꝑ hoc non eſt peccatū. Manifeſtatur aūt hoc ex diſtinctione uoluntarij directè, & aut indirectè. Cōſtat namq; ꝙ talis vſus non eſt uoluntarius directè cum nō ſit a uolūtate uendentis directè, ut patet. Quòd autē nō ſit indirectè uolūtarius: quia ſ. in poteſtate uoluntatis uendentis eſt, non vēdere, ex quo euitabitur malus uſus illius rei: hinc patet, ꝙ uenditor rei habēs vſum indifferentem, ꝑ ſe loquēdo, nō tenetur cauere de uſu futuro: alioquin oporteret venditores rerum ſollicitari circa hoc, qđ eſt fatuum. Per accidens aūt, puta, quia ſunt conſcij futuri mali uſus penès iſtū emptorē, non tenetur niſi ꝑ quanto pōt, & debet cauere, ne ille malus uſus fiat. Hæc enim eſt natura uoluntarij indirectè, ꝙ ſcilicet poſſit & dēat uoluntas uelle. Conſtat autem ꝙ licèt vēditor in caſu noſtro cauere poſſit, non tñ debet: quia nō tenetur impedire eos à ſacris ſuis. Apparet aūt hanc determinationem eſſe uerā: quia ex ea ſoluuntur difficultates accidētes in huiuſmodi, ſ. de uendentibus baliſtas tēpore belli iniuſti. In his enim vēditor nō ſolum poteſt, ſed tenetur, quantum in ſe eſt, impedire bellum iniuſtum, multo magis quàm particularem oppreſſionem pauperis: & ꝓpterea iſti nō excuſantur, ſicut nec uendentes uenenum conſcij de malo uſu futuro. Sicut.n. tenetur quis auferre gladium de manu furioſi, ita tenetur ad impediendum huiuſmodi: & tanto magis, quāto ſola negotiatione vēditionis hoc poſſunt. De uenditorib. aūt taxillorum & aliorum huiuſmodi in ſuo loco inferius erit ſermo.

Reſpon.

Cornelio.

Fidelis nondum baptizatus niſi inuito. D. 402.

opus operatur ex infidelitate, tunc peccant. [a] Sicut.n. habens fidem pōt aliquod peccatū cōmittere in actu, quē non refert ad fidei finē, vel uenialiter, vel ēt mortaliter peccando: ita ēt infidelis poteſt aliquē actū bonum facere, in eo ꝙ non refert ad finem infidelitatis. B

Ad primum ergo dicendū, ꝙ verbum illud eſt intelligēdum, vel quia uita infidelium nō pōt eſſe ſine peccato, cum peccata ſine fide non tollantur: vel quia quicquid agunt ex infidelitate, peccatū eſt. Vñ ibidē ſubditur, quia omnis infideliter uiuēs vel agens, vehementer peccat.

Ad II dicēdū, ꝙ fides dirigit intentionē reſpectu finis vltimi ſupernaturalis: ſed lumē ēt naturalis rationis poteſt dirigere intentionem reſpectu alicuius boni connaturalis. C

Ad III dicēdū, ꝙ per infidelitatem non corrumpitur totaliter in fidelibus ratio naturalis, quin remaneat in eis aliqua veri cognitio, per quam facere poſſunt aliquod opus de genere bonorum. De Cornelio tamen ſciendum eſt, quòd infidelis non erat: alioquin eius operatio accepta non fuiſſet Deo, cui ſine fide nullus poteſt placere. Habebat autem fidem implicitam, [d] nondum manifeſtata Euangelij veritate. Vnde, ut eū in fide plenius inſtrueret, mittitur ad eum Petrus. D

Articvlvs V.

Vtrum ſint plures infidelitatis ſpecies.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſint plures infidelitatis ſpecies. Cum.n. fides, & infidelitas ſint cōtraria, oportet quòd ſint circa idem: ſed formale obiectum fidei eſt ueritas prima, à qua habet vnitatem, licèt multa materialiter credat. ergo etiam obiectū infidelitatis eſt ueritas prima. Ea verò quæ diſcredit infidelis, materialiter ſe habent in infidelitate: ſed differentia ſecundum ſpeciem non attenditur ſecundum principia materialia, ſed ſecundum principia [h] formalia. ergo infidelitatis nō ſunt diuerſę ſpecies, ſm diuerſitatem eorum, in quibus infideles errant.

¶ 2 Præt. Infinitis modis poteſt aliquis a ueritate fidei deuiare. Si ergo ſecundùm [h] diuerſitates errorum diuerſæ ſpecies infidelitatis aſſignentur, uidetur ſeq, quòd ſint infinitæ infidelitatis ſpecies: & ita huiuſmodi ſpecies non ſunt conſiderandæ.

¶ 3 Præt. Idem non inuenitur in diuerſis [h] ſpeciebus: ſed contingit aliquē eſſe infidelem ex eo, quòd errat circa [h] diuerſa. ergo diuerſitas errorum non facit di

Porrecta per totum.

55 Infra q. 11. art. 1. cor. & q. 94. artic. 1. ad primum.

SVPER QV. X. ARTIC. V.

Ban. eodem art.

In art. 5. dubium occurrit de duplici ordine ſpecierū diuerſorum uitiorum, an in utroq; ordine ſit uera diuerſitas ſpecifica. Nam ſi diſtinguantur ſpecie uitia ſecundùm diuerſitatē requiſitorum ad virtutem, non ſufficienter determinatum eſt ſuperius de diuerſitate ſpecifica uitiorum, & uirtutum ex obiectis: nec poſſent diſcerni ſpecies peccatorum, niſi ſingulariter indiuidua cernerentur. Si autem non ſunt ueræ ſpecies, male dicitur, quòd infinita uni opponuntur &c. Conſtat enim ꝙ de pluralitate ſpecifica eſt ſermo. E

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ peccatum, ut prædictum fuit, eſt in duplici genere, ſcilicet mali ſimpliciter, & mali moralis, & propterea ſpecies eius dupliciter aſſignantur. Nam prout eſt in genere mali moralis, aſſignantur ei ſpecies determinatæ & certæ, & hæ ſunt quæ in litera dicuntur attendi penès diuerſam habitudinem ad uirtutem: prout autem ſunt in genere mali ſimpliciter aſſignantur ei ſpecies infinitæ. Et hæ ſunt quæ in litera dicūtur attendi penes corruptionem requiſitorum ad virtutem. Et qm̄ ſpecies in gn̄e mali ſimpliciter, nō ſunt ſpecies, ſed priuationes ſpecierū, ſicut malum ipſum eſt priuatio gn̄is, puta, boni moralis: iō ſpecies uitiorum ſecundū corruptionē requiſitorum, non ſunt ueræ & propriæ ſpecies uitiorū ſimpliciter, ſed ſecundum quid, i. in tali ordine. Illæ aūt, quę determinatæ ſunt, ſimpliciter ſūt ſpecies uitiorū. Et ꝓpterea ſufficiēter ſuperius determinatū eſt de ſpecifica diuerſitate, & ad diſcretionē peccatorū ſufficit illas certas ſpēs noſſe. Hanc aūt eſſe mētē authoris in litera, ex eo patet, ꝙ diſtinctionē factā in corpore articuli de duplici diuerſitate uitiorū, ad diſtinctionem factam ī reſpōſione ad primum, de duplici formali conſtat pertinere. Nam oīs diſtinctio ſpecifica penès formale attenditur, ac ꝑ hoc duplex ordo diuerſitatis ſpecificę ipſius uitij penès duplex formale ī peccato attēdi dēt. Ac ꝑ hoc certę ſpēs uitiorū ex parte obiecti, infinitę aūt ex parte receſſus, ponēdę ſūt. Et ad hoc explicādū in corpore articuli, tractādo de diuerſitate uitij infinita, duo dīr. Primò, ꝙ a rectitudine virtutis receditur. ubi oſdit, ꝙ infinitas iſta cōſiſtit in receſſu a bono, ex qua parte peccata nō habēt uerā ſpeciem: ſecundo teſtimoniū Pythagoricorum, q de malo ſimpliciter loquuntur.

¶ Et cōfirmaē hoc ex præcedēti lib. ubi diximus, ꝙ corruptio quorumcūq; requiſitorū ad virtutē, ad idem uitium ſpectat, ad quod ſpectat obiectū, ut in quæſt. 73 arti. vlt. patet. Vbi etiam in reſponſione ad primum patet, ꝙ ſpecies penès corruptionem requiſitorū, ſunt ſpecies mali ſimpliciter, & non ſpecies peccatorum.

¶ In eodem 5. art. dubium occurrit de ſpeciebus determinatis infidelitatis. Tum quia differentia aſſignata penès fidem ſuſceptam, uel non, uidetur per accidens, ſeu materialis. Recti.n. tēperantiæ, uel iuſtitiæ habitæ, uel non habitæ, eiuſdem rationis eſt, & per idem aliquis expellit a ſe ſuſceptum, per quod reſiſtit ſuſcipiendo, ut patet in naturalibus: aqua enim per frigiditatem reſiſtit primo, calido, & deinde ſuſceptum repellit: & in moralibus. Auarus enim per tenacitatem reſiſtit expenſis ſuaſis, & per eandem penitet expendiſſe. Tum quia diſtinctio ſpecifica infidelitatis debet penès obiectorum diuerſitatem aſſignari: hic autem aſſignatur penes diuerſam habitudinem ad oppoſitam uirtutem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd diuerſitas ſpecierum infidelitatis enumeratarum in litera, penès obiectum attenditur. Quod ſic patet, cum actus fidei proprius ſit aſſentire ſententiæ ueræ &c. Infidelitatis autem diſſentire contrariè, idest, ſentire contrariam ſententiam, & propterea infidelitas contrariè opponatur fidei: conſequens eſt, ut ſpecies infidelitatis omnes in contrariam ſententiam ferantur diuerſimodè. Et quia tam fides, q̄ infidelitas ſit circa intellectum motum a uoluntate: ideo non ſecundum uarietatem contrariæ ſententiæ abſolute, ſed ſecūdū quòd diuerſimodè uariatur, uoluntariè ſentire contrariā ſententiam,

uerſas ſpecies infidelitatis: ſic ergo infidelitatis non ſunt plures ſpecies.

Sed contra eſt, q̃ vnicuiq; virtuti opponuntur plures ſpecies uitiorũ. Bonum.n.contingit uno modo, malũ uero multipl'r, ut patet p Dion.4.ca.* de diui.no.& per Philoſophum in 2.† Ethicor. ſed fides eſt una virtus. ergo ei opponuntur plures infidelitatis ſpecies.

Respon. Dicẽdum, q̃ quælibet uirtus conſiſtit in hoc, q̃ attingit regulam aliquam cognitionis, vel operationis humanæ, ut ſupra * dictum eſt. Attingere autẽ regulam eſt uno modo circa unam materiam: ſed à regula deuiare contingit multipliciter. Et [m] ideo uni uirtuti multa uitia opponuntur [n] Diuerſitas autem uitiorum, quæ unicuique uirtuti opponũtur, poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum diuerſam habitudinem ad uirtutem & ſecundum hoc determinatæ G ſunt quædam ſpecies vitiorũ, quæ opponuntur uirtuti: ſicut uirtuti morali opponitur unũ vitium ſecundùm exceſſum ad virtutem, & aliud uitium ſecundùm defectum a uirtute. Alio modo poteſt conſiderari diuerſitas uitiorum oppoſitorum uni uirtuti ſecundum corruptionem diuerſorum, quę ad uirtutem requiruntur: & ſecundùm hoc uni uirtuti, puta tem- H

* Cap.4. par. 4. a medio.
† Ariſt.2. Eth. c.6.a medio, to mo 5.
* 1.2.q.19. ar.3.& 4. Et qō.64. art.1.& q.66.ar.1.& q.90.ar.1.

Concluſ. m

tentiam, ſpecies infidelitatis ſumuntur. Sunt in hmōi diſſenſu velut duo extrema, volũtariè ſentire contrariũ abſolutè: & voluntariè ſentire cõtrariũ pmiſſæ & profeſſæ ſnīæ. Et inter hæc mediat uolũtariè ſentire cõtrariũ quodãmō promiſſę & profeſſæ ſententię. Et primũ quidẽ conſtituit infidelitatẽ Paganorũ, ſecũdũ hæreticorũ, tertiũ Iudęorũ. Et hæc diſtinctio fit in litera, ut patet intuẽti rñſionem ad primũ, in qua diuerſitas ſpecierum infidelitatis dr̃ ex hoc, q̃ ad diuerſas falſas ſẽtentias conuertũtur modo expoſito, q ex ſeq. articulo auctoritatem habet.

¶Ad primã ergo obiectionẽ dr̃, quòd in æquoco laboramus. Nam argm̃ loquitur de ſuſcipere, uel non ſuſcipere abſolutè formam aliquã. Litera autẽ loquitur de ſuſceptione pfeſſiua: hæc aũt variat ſpẽm moris, ut patet.

¶Ad ſecundum autẽ dicitur, q̃ ſermones doctrinales frequenter fiunt a notiorib. & propterea author manifeſtam habitudinem ad uirtutẽ aſſignauit pro differẽtia, non falsè ab effectibus differentias aſſignans. Nam ad diuerſitatẽ ſententiarum profeſsè, vel non profeſsè, abſolutè uel quodammodo, ſequitur diuerſa illa habitudo ad uirtutẽ, ſicut ad obiectũ excedens, uel diminutũ, ſequitur diuerſa habitudo vitiorũ ad uirtutẽ. Quàmuis hæc q̃ dicũtur de uirtutib. & vitiis, poſſint obiectiuè intelligi, ſicut fides accipitur pro re credita.

IN eodẽ 5.ar. dubiũ eſt de differentiæ ſpecificæ rõne aſſignata in litera inter hæreſim, & pfidiã Iudaicam: quia hęretici renituntur fidei ſuſceptę in manifeſtatione ueritatis: Iudęi autẽ fidei ſuſceptæ in figura. Cũ.n. figura ut ſic, & figurata ueritas, ad eandẽ fidẽ ſpectent & non differãt niſi ſicut implicitum & explicitum, conſequens eſt, q̃ reniti contra figurã, & contra figuratũ manifeſtatũ, non differunt niſi ſicut reniti cõtra aliquid explicitè, uel implicitè: ſed hoc nõ uariat ſpeciẽ moris, qa eiuſdẽ rõnis eſt lædere ſemina, & ſegetes, quæ implicitè erãt in ſeminib. & cõtradicere principiis, & cõcluſionib. q̃ implicitè ſunt in eis, licèt differentia ſit ſecundum magis & minus. Non ergo eſt bona ratio diſtinctionis ſpecificę aſſignata in litera.

¶Ad euidentiam huius ſcito, q̃ differentia ſecundum explicitum, & implicitum poteſt ad diuerſa referri: Et ſi referatur ad id quod dicit explicitè, uel implicitè eſſe, certum eſt quòd non uariant eius ſpeciem, ſicut nec actus & potẽtia. Eiuſdem.n.ſpeciei eſt homo in potentia, & homo in actu: & ſimiliter ueritas una & eadem implicita, & explicita. Si uero referatur ad ipſos modos, ſeu res tales modos ſibi uendicantes, ſic uariant̃ ſpecies, ut patet de principiis, & cõcluſionib. & habitibus eorum: & in naturalibus de grani herba, & ipſo grano. Propterea licet Euãgelium manifeſtatum, & obumbratũ ſit unum & idem ſecundum ſpeciem, ipſum tamẽ ſecundum ſe, & illius figura, ſpecie differunt. Et licèt fides antiquorum, & noſtra ſit eiuſdẽ ſpeciei propter unitatem obiecti: infidelitas tamẽ oppoſita fidei explicitæ Euangelij, & fidei implicitæ eiuſdẽ, ſunt diuerſarũ rationum: quia, ut in litera dicitur in reſponſione ad primũ, aliter utitur fides, & aliter infidelitas illo uno obiecto fidei: nã fides conuertitur ad illud, infidelitas auertitur ab illo. Et ideo illa recipit merito inde unitatem, hæc non: ſed ex ipſis diuerſis ſentẽtiis contrariis figuræ, & ueritati apertæ, ad quas infidelitas cõuertitur. Iam enim oſtenſum eſt, quòd ſunt diuerſarum rationum. Et ad obiecta in oppoſitum dicitur, quòd figura ut ſic, & figuratum, ſunt eiuſdem rationis, referendo ad rem figuratã, non aũt ad modõs habẽdi, propter quos diuerſimodè ferimur in uiolationẽ utriuſq; profeſſionis, ſicut in extremum & mediũ, ut declaratũ eſt. Nec obſtat exẽplũ de ſeminibus, quia licèt herbæ, & granum ſpecie diſtinguantur, in ordine tamen ad dãnum læſi, non diſtinguuntur niſi ſecundum magis & minus & ſecundum talem ordinem conſiderantur in moralibus. Negeaũt principia, & concluſiones, falſum eſt quòd ſint eiuſdem F rationis: quoniã diſtinguunt̃ negationes penes affirmationes.

¶In eodẽ quinto articulo dubiũ occurrit, An pter has tres ſpecies infidelitatis ſint aliæ ſpecies. Et rō dubij ex litera eſt, tũ qa dr̃, q̃ in gñali pñt hæ tres ſpecies aſſignari, dicendo in gñali, à ſpeciebus ſpecialiſſimis ſe præſeruaſſe vr̃; tũ quia infidelitas Gentiliũ in litera ſequentis articuli dr̃ fidem Euangelij nullo mō ſuſcepiſſe. Ex quo arguitur, q̃ infidelitas ſectæ Mahumeti, qa Euangelij fidẽ ſuſcipere pfitetur, q̃uis illud puertat, ſub nulla harũ ſpecierũ contineatur, ac per hoc detur alia ſpẽs infidelitatis præter iſtas.

¶Ad hoc breuiter dicit̃, q̃ quia nulla apparet latitudo ex parte obiecti, niſi quę dicta eſt, & q̃ ſecũdum multiplicationẽ ſententiarum cõtrariarũ fidei fit, & utraq; in litera tangitur, & penes primã nõ plures, q̃ tres differẽtiæ formales aſſignatæ appareant, cũ in nullo appareat latitudo, niſi materialis (ſentire.n. contrariũ Euãgelij profeſſi unũ formale eſt, & ſic de aliis) penès ſecundã autẽ infinitæ ſpecies conſtituãtur, quæ non ſunt tam ſpecies, q̃ priuationes diuerſarum ſententiarum ſecundũ ſpeciem requiſitarum integritatẽ fidei: idcirco præter prædictas tres ſpecies ſimpliciter, & infinitas in genere mali, nullas alias uideo.

¶Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, q̃ ly, in generali, nõ dicitur ad præſeruandum ſe à ſpecialiſſimis, quia liber iſte de ſpecialiſſimis eſt: ſed ad denotãdum modum diuerſum in his ſpeciebus, & in aliis, quæ attenduntur penès corruptionem requiſitorum. Nam iſtæ aſſignantur penès ſententias fidem corrumpentes in ſpeciali. Alia enim ſpecies mali eſt negare, Verbum caro factum eſt, & alia, Natus ex Maria virgine, & ſic de aliis: ſicut ſpecie diſtinguuntur ipſæ ſententiæ, quæ negantur. Illæ autem ad ſententias in ſpecie non deſcendunt, ſed in generali ſententiam fidei contrariam attendentes penès profeſ- I ſum, uel non profeſſum eſſe, ut declaratum eſt, diſtinguuntur. Et hoc inſinuat ly, in generali.

¶Ad ſecundam autem obiectionem dicitur, q̃ non dicitur profeſſus Euangelium, niſi qui Euangelium ſimpliciter profitet̃, quod non fit, niſi baptiſmus in fide Eccleſiæ ſuſcipiatur. Et propterea mahumetani, qui illud tantum, quod dux eorum de Euangelio, & de lege Moyſi uoluit, ſuſcipiunt, & neutrum ſimpliciter profitentur, ſub infidelitate Paganorum comprehenduntur, nulloque modo ſupradictorum, ſ. explicitè, uel in figura, ſuſcepiſſe Euangelium dicũtur in litera. Soli enim duo modi conſtituunt diuerſitatem formalem ſuſcipiendi, qui ſoli cõſtituunt aliquam ueram profeſſionem fidei.

¶In eodem artic. 5. in reſponſione ad primum nota, quòd illa uerba, quæ dicuntur ibi de diuerſitate uitiorum oppoſitorum charitati, uni & eidem uirtuti ſecundum conuerſionem ad diuerſa bona temporalia, & iterum ſecundum diuerſas habitu- K dines inordinatas ad Deum, licèt fortè exponi poſſint multipliciter, ſecundum tamen planum literæ ſenſum, inſinuant duos modos multiplicandi illa uitia: & iuxta ſecundum modũ conſtituuntur odium Dei, & accidia: iuxta primum uerò reliqua uitia, ſ. inuidia, diſcordia, contentio, ſchiſma &c. de quibus in tractatu de charitate erit ſpecialis ſermo inferius.

¶In eodem 5. artic. nota utramque ſolutionem in reſponſione ad tertium. Nam prima deſeruit ſpeciebus determinatis infidelitatis, in quarum qualibet contingit multos eſſe errores in ordine ad unum primum obiectum, a quo infidelitas illa ſumit ſpeciem: ſicut econuerſo in fide contingit eſſe multas ueritates. Secunda autem deſeruit ſpecieb. infinitis infidelitatis, q̃uis contingat eũ eundem ſimul plurib. determinatis ſpeciebus infidelitatis irretiri, ut ſi de Chriſtiano fiat Iudæus, tũc erit hæreticus ratione fidei Euangelicæ poſt eius profeſſionem negatæ: & perfidiæ iudaicæ, ratione profeſſionis iudaicæ corrumpentis figuram Euangelij. Et ſufficiant hæc quam pro 6. artic.

perantiæ,

perantiæ, vel fortitudini opponunt infinita uitia, ſm ꝙ infinitis modis contingit diuerſas circunſtãtias virtutis corrũpi, vt à rectitudine virtutis recedat: vñ & Pythagorici* malũ poſuerũt infinitũ. Sic ergo dicẽdũ, ꝙ ſi infidelitas attẽdat circa cõparationẽ ad fidẽ, diuerſæ ſunt infidelitatis ſpecies, & numero determinatæ. Cũ.n. pctm̃ infidelitatis cõſiſtat in renitendo fidei, hoc põt cõtingere dupłr: qa aut renitit fidei nondũ ſuſceptæ, & talis infidelitas eſt Paganorũ, ſiue Gentiliũ: aut renitit fidei Chriſtianæ ſuſceptæ, vel in figura: & ſic eſt infidelitas Iudæorũ, vel i ipſa manifeſtatione veritatis, & ſic eſt infidelitas hęreticorũ. vñ iṗgñali poſſunt aſſignari tres ṗdictę ſpecies infidelitatis. Si uero diſtinguant infidelitatis ſpecies ſm errorẽ in diuerſis, q̃ ad fidẽ ptinẽt, tunc nõ ſunt determinatæ infidelitatis ſpẽs. Poſſunt.n. errores in infinitũ multiplicari, ut patet per Aug. in libro* de Hæreſibus.

Vt dr 2. eth. c. 6. a medio, to mo 5.
Aliũ quo modo infinitum.
Conclu. p
In li. de hereſibus ad quod vult Deũ. circa finem to. 6.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ formalis rõ alicuius peccati põt accipi dupłr. Vno mõ ſm intẽtionẽ peccantis: & ſm hoc id, ad quod conuertit peccans, eſt formale obiectũ peccati, & ex hoc diuerſificant eius ſpẽs. Alio mõ ſm rõnem mali: & ſic illud bonũ, à quo recedit, eſt formale obiectũ peccati: ſed ex hac parte peccatũ nõ habet ſpeciẽ, immo eſt priuatio ſpeciei. Sic ergo dicẽdũ eſt, ꝙ infidelitatis obiectũ eſt veritas prima, ſicut à qua recedit: ſed formale eius obiectũ, ſicut ad qđ cõuertitur, eſt ſentẽtia falſa, quã ſequitur. & ex hac parte eiꝰ ſpecies diuerſificant. Vnde ſicut charitas eſt vna, q̃ inhæret ſummo bono: ſunt aũt diuerſa uitia charitati oppoſita, q̃ ꝑ cõuerſionẽ ad diuerſa bona tẽporalia recedũt ab vno ſummo bono, & iterũ ſm diuerſas habitudines iordinatas ad Deũ: ſic ẽt fides eſt vna virtꝰ ex hoc, ꝙ adhæret uni primę veritati. Sed ĩfidelitatis ſpẽs ſũt multę ex hoc, ꝙ infideles diuerſas, & falſas ſententias ſequunt.

Formaliter ratio peccati duplex.

Ad ii dicẽdum, quòd obiectio illa procedit de diſtinctione ſpecierum infidelitatis ſecundum diuerſa, in quibus erratur.

Ad iii dicẽdũ, ꝙ ſicut fides eſt una, qa multa credit i ordine ad vnũ: ita infidelitas põt eſſe una, ẽt ſi in multis erret, inquantũ oĩa habẽt ordinẽ ad vnũ. Nihil tñ ꝓhibet hominẽ in diuerſis infidelitatis ſpeciebus errare: ſicut ẽt põt vnus hõ diuerſis vitijs ſubiacere, & diuerſis corporalibus morbis.

2. reſpon.

Porrecta per totum.

Articvlvs vi.

Vtrũ infidelitas Gẽtilium, ſeu Paganorũ ſit cæteris grauior.

56 Ad sextvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ infidelitas Gentilium, ſiue Paganorum ſit grauior cæteris. Sicut enim corporalis morbus tanto eſt grauior, quanto ſaluti principalioris membri magis contrariatur, ita peccatum tanto vr̃ eſſe grauius, quanto cõtrariat ei, quod eſt principalius in uirtute: ſed principalius in fide eſt fides vnitatis diuinæ, à qua deficiunt Gẽtiles multitudinẽ Deorum credentes. ergo infidelitas eorum eſt grauiſſima.

¶ 2 Præt. Inter hæreticos tanto hæreſis aliquorũ deteſtabilior eſt, quãto in pluribus, & principalioribus veritati fidei cõtradicunt: ſicut hæreſis Arrij, qui ſeparauit diuinitatem, deteſtabilior fuit, q̃ hæreſis Neſtorij, q ſeparauit humanitatem Chriſti a perſona filij Dei: ſed Gentiles in pluribus, & principalioribus recedunt à fide, quàm Iudæi & hæretici, quia omnino nihil de fide recipiunt. ergo eorum infidelitas eſt grauiſſima.

¶ 3 Præt. Oẽ bonũ eſt diminutiuũ mali: ſed aliqđ bonũ eſt in Iudæis, qa cõfitent vetus teſtamentũ eſſe à Deo. Bonũ ẽt eſt in hæreticis: quia uenerant nouum teſtamentum. ergo minus peccant quàm Gentiles, qui vtrunque teſtamentum deteſtantur.

Sed contra eſt, quod dicitur 1. Pet. 2. Melius.n. erat illis nõ cognoſcere uiã iuſtitiæ, q̃ poſt cognitionẽ retrorſum cõuerti: ſed Gẽtiles nõ cognouerũt uiã iuſtitiæ: hęretici aũt & iudęi aliqualiter cognoſcẽtes, deſeruerũt. ergo eorũ pctm̃ eſt grauiꝰ.

Respon. Dicẽdum, ꝙ in infidelitate, ſicut dictũ eſt, * duo poſſunt conſiderari, quorum unum eſt comparatio eius ad fidem, & ex hac parte aliquis grauius contra fidem peccat, qui fidei renititur ſuſceptæ, q̃ qui renititur fidei nondum ſuſceptæ: ſicut grauius peccat qui nõ implet, quod promiſit, q̃ ſi non impleat quod nunquàm promiſit. Et ſm hoc infidelitas hæreticorum, qui profitentur fidem Euangelij, & ei renituntur, eam corrumpentes, grauius peccant, q̃ Iudæi, qui fidem Euangelij nunquàm ſuſceperunt: ſed quia ſuſceperunt eius figuram in ueteri lege, quam malè interpretantes corrumpunt: ideò etiam eorum infidelitas eſt grauius peccatum, quàm infidelitas Gentiliũ, qui nullo mõ fidem Euangelij ſuſceperunt. Aliud quod in infidelitate conſideratur, eſt corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent. Et ſm hoc cum in pluribus errent Gentiles q̃ Iudæi, & Iudęi q̃ hęretici, grauior eſt infidelitas Gentilium, q̃ Iudæorum, & Iudęorum q̃ hæreticorum: niſi forte quorundam, puta, Manichæorũ, qui etiam circa credibilia plus errant, q̃ Gentiles. Harũ tamen duarum grauitatum prima ṗponderat ſecundæ, quantum ad rationem culpæ: quia infidelitas habet rationem culpę (vt ſupra* dictum eſt) magis ex hoc, ꝙ renititur fidei, quam ex hoc, ꝙ non habet ea, q̃ ſunt fidei. Hoc enim uidetur, ut dictum† eſt, magis ad rationem pœnæ pertinere. Vnde ſimpliciter loquendo infidelitas hæreticorum eſt peſſima.

Sar. præc.
Conclu. m
D. 726.
Conclu. p
Conclu. ſ
D. 703.
art. 1. huius queſt.
† art. 1. huius queſt.
Conclu. u

Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Porrecta per totum.

Articvlvs vii.

Vtrum ſit cum infidelibus publicè diſputandum.

57 Ad septimvm ſic procedit. Vr̃ ꝙ nõ ſit cũ ĩfidelibꝰ publicè diſputandũ. Dicit.n. Apoſtolus. 2 ad Tim. 2. Noli verbis cõtẽdere: ad nihil.n. utile ẽ, niſi ad ſubuerſionẽ audientium: ſed diſputatio publica cũ infidelibus fieri non poteſt ſine contẽtione uerborũ. ergo non eſt publicè diſputãdũ cũ infidelibus.

2. ad Tim. lec. 2. fin.

¶ 2 Præt. Lex Martiani* Auguſti Canones cõfirmata, ſic dicit.

In Codi ce li. 1. tit. 4. Et de S. Tri. & fi. de Catho. l. lege Nemo.

SVPER QV. X. ARTIC. VII.

Ban. eodem art.

In art. 7. eiuſdem queſtionis, duo occurrunt dubia. Alterum ex parte diſputantium: alterum ex parte audientium. Ex parte quidem diſputantium, quia præter legem allegatam in litera, quę habetur ſ lege Nemo C. De ſumma Trinita. poſt Beatum Thomam lata noua emanauit, ꝓhibẽda laicis ſub pœna excõmunicationis diſputare de hac

 tam

Iniuriā facit iudicio religioſiſſimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata, aut rectè diſpoſita reuoluere, & puplicè[h] diſputare cōtendit: ſed oīa, q̄ ad fidē ptinēt, ſūt p ſacra cōcilia determinata. ergo grauiter peccat, iniuriā ſynodo faciēs, ſi qs de eis q̄ ſunt fidei, publicè diſputarē pſumat. G

¶ 3 Præt. Diſputatio argumētis aliqbus agit: ſed argumentū eſt rō rei dubiæ[h] faciēs fidē ea aūt q̄ ſunt fidei, cū ſint certiſſima, nō ſunt in dubitationē adducēda. ergo de eis quæ ſunt fidei, non eſt publicè diſputandum.

SED CONTRA eſt, q Act. 9. dr̄, q Saul[9] inualeſcebat, & cōfundebat Iudæos, & q loqbat Gētibus, & diſputabat cū Græcis.

H RESPON. Dicēdū, q in diſputatione fidei duo ſunt cōſiderāda. Vnū qdē ex parte diſputantis: aliud aūt ex parte audiētiū. Ex parte qdē diſputātis eſt cōſiderāda intētio. Si.n. diſputet, tamq̄ de fide dubitās, & ueritatē fidei p certo nō ſupponens, ſed argumentis experiri intendēs, proculdubio peccat tamq̄ dubius in fide, & infidelis. Si aūt diſputet aliqs de fide ad cōfutādū errores, uel ēt ad exercitiū, laudabile eſt. I Ex parte verò audiētiū cōſiderādū eſt, utrū illi, qui diſputationē audiunt, ſint inſtructi & firmi in fide, aut ſimplices, & in fide titubantes. Et qdē[d] corā[m] ſapiētibus in fide firmis nullū periculum eſt diſputare de fide[a], ſed circa ſimplices eſt diſtinguēdū: qa aut ſunt ſolicitati, ſiue pulſati ab infidelibus puta, Iudęis, uel hæreticis, ſiue Paganis nitētibus corrūpere in eis fidē: aut omnino nō ſunt ſolicitati ſup hoc, ſicut in terris, in qbus nō ſunt infideles[y]. In primò caſu neceſſarium eſt publicè diſputare de fide, dummō inueniant aliq ad hoc ſufficiētes & idonei, q errores confutare poſſint[q]. Per hoc.n. ſimplices in fide cōfirmabunt, & tollet infidelibus decipiendi facultas, & ipſa taciturnitas eorū, q reſiſtere deberēt puertētibus fidei veritatē, eſſet erroris cōfirmatio. Vñ Gregori[9] in 2. Paſtoraliū. Sicut incauta locutio in errorē protrahit, ita indiſcretū ſilētiū eos, q erudiri poterāt, in errore derelinquit. In ſecūdo verò caſu periculoſum eſt publicè diſputare de fide coram ſimplicibus[a], quorū fides ex hoc eſt firmior, quia nihil diuerſum audierunt ab eo, quod credunt. Et ideò nō expedit eis, ut uerba infidelium audiant diſputantiū cōtra fidem.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q Apoſtolus nō phibet totaliter diſputationē, ſed inordinatam, q̄ magis fit contētione uerborum, q̄ firmitate ſententiarum.

AD II dicēdū, q lex illa phibet publicam diſputationem de fide, quæ procedit ex dubitatione fidei: non autem illam, quæ eſt ad fidei confirmationē.

AD III dicēdum, q nō debet diſputari de his, quæ ſunt fidei, quaſi de eis dubitando, ſed pter veritatē manifeſtādam, & errores cōſutādos. I Oportet.n. ad fidei cōfirmationē aliquādo cū infidelibus diſputare, quandoq; quidē defendendo fidem, ſm illud 1. Pet. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionē omni poſcenti vos rōnem de ea, quæ eſt in uobis ſpe, & fide: quandoque autem ad conuincendos errantes, ſecundum illud ad Tit. 1. Vt ſit potens exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. K

ARTICVL. VIII.

Vtrum infideles compellendi ſint ad fidem.

AD OCTAVVM ſic pceditur. Videtur q infideles nullo modo compellendi ſint ad fidē. Dicitur enim Matthæi. 13. q ſerui patrisfamilias, in cuius

---

publicè, q̄ priuatim, vt patet extra, de hæreticis in 6. ca. Quicunq. Et tñ ſæpe videmus doctos laicos in publicis diſputationibus reſpondere, & arguere in multis materijs fidei. Ex parte vero audientiū, quia continuè videmus religioſos diſputare in capitulis generalibus coram vulgaribus de multis materijs fidei: & hoc ſ locis, vbi ſimplices non ſunt ſolicitati ab infidelibus, & tñ in litera dr̄ hoc eē periculoſum.

Reſtringitur dubium materiam, de fide ſanctis omnis vide reſpōſum.

¶ Ad euidētiā huius materiæ ſciendū eſt, q diuerſitas ſententiarū in rōne diſputationis clauſa, pōt referri ad ipſam diſputationē, & ad pſonas diſputantes. Et q referatur ad ipſum actum diſputādi, eſt de rōne diſputationis, ſic q aliter nō eſſet diſputatio. Niſi enim propoſitiones eſſent contra concluſionē, nō eſſet diſputatio. Sed q referatur ad diſputātes perſonas, hoc non eſt de rōne oīs diſputationis, ut patet in diſputatione gratia exercitij, vbi nō eſt diuerſa opinio diſputātium. Rurſus, quia diſputare de aliqua re eſt diuerſa proferre argumēta de illa re, illud ſolum eſt formaliter diſputare de aliqua re, qd intēdit diuerſitatē rōnū de illa re. Ac p hoc, ille ſolus dr̄ pprīè & formaliter diſputare de fide, q intēdit afferre cōtrariā rōnē de fide pro, vel contra. Qñ verò aliquis affert rōnem aliquā cōtra fidem, nō pptera, ſed gratia exercitij, non diſputat de fide, niſi materialiter: ſicut q profert verba detractoria, non vt detrahat, nō detrahit niſi materialiter.

Duæ conſiderāda volenti diſputare de fide. Vide aut ſi diſputātes.

Ex his adtēdi in pposito, q qa verba formaliter intelligenda ſunt, & pœnæ nō ſunt extendēdæ, q iura nō phibēt diſputationē de fide laicæ pſonæ, niſi formaliter īntellectā.

D. 1014. Concluſio.

Hæc autem cōtingit, qñ uel defendēda fides, uel confundendus error cōtrarius, vel dubium de fide occurrit. Sic enim diſputare de fide illicitū eſt laicis, prohibēte iure. Et ratio iuris eſt, quia leges feruntur ſecundum id qd eſt in pluribus. Communiter autem laici non ſunt docti in fide, adeò ut ſunt theologi ſufficientes ad hoc. Vnde poſſet licitè contra hanc legem diſputari à laico docto, qñ caſus eſſet, ut nō ſecundū uerba, ſed intentionē legis agendum eſſet: prout in communi de huiuſmodi interpretatione legum prædictum eſt. Et per hoc patet ſolutio primi dubij. Nam huiuſmodi laici diſputant de fide materialiter tantum, & gratia exercitij, uel potius honoris. Et propterea à nullo prælato reprehenduntur, ſeruata modeſtia concluſionum, & arguendi modo in materia fidei.

Concluſio. Nota quæ ſtionis vltimam limitationem illi dummodo.

¶ Ad ſecundum autē pōt primo dici, q auctor loquit de diſputatione formaliter, uel ſaltē cū infidelibus, vbi nō eſt ſola diuerſitas in argumentis, ſed in mētibus. Et ppterea dicit, q non expedit, ut audiāt fideles uerba infideliū diſputātiū contra fidē[a]. Quia tñ hoc non ſolū pp auctoritatem literæ huius, ſed abſolute hēt difficultatē pp periculum audientiū, dū ēt fideles diſputant, rōnes infideliū afferentes: ideo dr̄, q in hac re diſcretione opus eſt, & prudētia, ut diſputantes cōſiderata qualitate vulgi, & nobiliū, ſeu principum, talia gratia honoris, & exercitij diſputēt, in qbus non ſit periculū ducendi eos in uacillationem. Et bene propterea niſi ſint philoſophia exercitati, & aduerſariorū rōnes, & auctoritates optimè diſcuſſerint, ita ut plenè audiētibus ſatisfacere ſciāt, abſtinere debēt a diſputādo de materiis pulſantibus animos, ut de immortalitate aīæ, de creatione mūdi, de nouitate ei[9], & huiōi. Contingit.n. quādoq; magis apparere, percipi, ſatiſfacere, & mouere argumēta falſa, quàm ſolutiones eorūm. In quo etiam prædicantes aliquando errāt.

[a] 2. partis capit. 4. in princi.

Concluſio.

Ob hoc doctores ſ.n ſt ſolicitati, & cæteri ſimiles magnas conanas, ſic agendo dicuntur permanerūt.

SVPER QV. X. ART. VIII.

Ban. eodem art.

IN artic. 8. eiuſdem quæſtionis dubiū occurrit ex Scoto in quarto diſt. 4. quæſtione vltima, credēte, q religioſè fieret, ſi infideles cogerentur a principibus minis, & terroribus ad fidem, tum quia in Concilio Toletano, ut habetur quadrageſimaquinta diſtinctio. capit. de Iudæis, commendat Ziziburtum principem, uocans eum religioſiſſimū in coactione ad Chriſtianitatem. Approbat ergo eum ſynodus tanquàm religioſum in hoc, tum quia dato quòd ficte conuerterentur, maius malum eſt infidelibus poſſe libere legem ſuam illicitam ſeruare, quàm non poſſe eā impunè ſeruare; ac per cogendo eos ad fidem

Porrecta per totum.

58 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. ad 6.

fidem, fiet minus malũ. Tũ quia ſaltẽ filij eorũ, ſi bñ educarentur. in 3. & 4. progenie eſſẽt uerè fideles.
¶ Ad euidentiã hui[9]. quia vř hic ſequaces, ſciẽdũ eſt, ꝙ cũ timor minuat rõnẽ uolũtarij, adeò ut ea, q̃ ex timore fiunt, licẽt ſint ſimpliciter uolũtaria ſunt quodãmodo inuoluntaria, & multa vocẽt, & ſint: & apud theologos, q̃ ex timore ſeruili fiũt, abſque charitate fiãt: & apud morales dicat̃, ꝙ uidentũr peccare mali formidine pœnæ, conſtat, uel coactio principũ minis & terrorib. ad ſuſceptionẽ fidei, non ad uolũtariã oĩno, ſed ſeruiliter volũtariã terminet̃, ac per hoc ad ſacrilegiũ. Et tenet hæc ſequela, qa ſuſcipere ſacramẽta fidei ſeruiliter, eſt cõtumel. á inferri ſacramentis. Prima aũt ſequela patet ex cõi hominum rõne. Rõnabile quippe eſt, & ut in pluribus, q. minis, & terroribus principũ, coacti ſacramenta fidei ſuſcipientes, ſeruiliter ſuſcipiant: licẽt aliquis forte de neceſſitate faceret uirtutẽ. Sed in humanis attẽdendum eſt, qd ut in plurib. inuenit̃. Religioni igit̃ aduerſatur cogere fideles oĩno extraneos ab Eccleſia ad fidẽ: qa aducit̃ uolũtario requiſito ad ſacramẽta fidei. Vltra hoc, qd aduerſat̃ ipſi actui fidei q eſt credere, de cuius rõne eſt uolũtariũ, ut i lřa dř. Quod ſic intellige, Medium dẽt eſſe cõſonũ & proportionatũ fini: ſed credere eſt de gñe uoluntarij, & cõpulſio ꝑ metum &c. eſt uia ad inuolũtariũ ergo Patet Minor, qa id q̃d metu fit, quantũ habet de metu, tñ habet de inuoluntario, in cu.[9] ſignum ſi nihil met[9] adeſſet, nihil inuolũtarij hic pateretur.
¶ Ad primũ ãt Scoti dř, ꝙ lnia ſynodi duo clauuit, l. laudẽ principis, & ꝓhibitionẽ facti. Et ex ſecundo patet, ꝙ nõ approbat factũ, ãt ꝑ hoc inſinuat, ꝙ laudat̃ princeps de intẽtiõe. multa: mala, intẽtione bona manet.

Conclu. m
Conclu. p
Conclu. r

agro erãt zizania ſeminata, q̃ſierũt ab eo: Vis imus, & colligimus ea? & ipſe rñdit, [k] Non, ne forte colligẽtes zizania, eradicetis ſimul cũ eis triticũ. Vbi dicit* Chryſ. Hæc dicit Dñs ꝓhibẽs occiſiões fieri. Nec.n. oportet interficere hæreticos: qa ſi eos occideritis, neceſſe eſt multos ſctõrũ ſimul ſubuerti. ergo uř ꝙ pari rõne nec aliqui infideles ſint ad fidem cogendi.

A

¶ 2 Prę. In Dec.† diſtinctiõe 45. ſic dř De[h] Iudæis ꝑcepit ſctã Synod[9], nemini deinceps ad credẽdũ vi iferre. ergo pari rõne nec alij ifideles ſunt ad fidẽ cogẽdi.

B

¶ 3 Præt. Aug.† dicit, ꝙ cętera põt hõ nolens, credere uerò ñ, niſi uolẽs: ſed uolũtas cogi non poteſt. ergo uidetur ꝙ infideles non ſint ad[k] fidem cogendi.

¶ 4 Prę. Ezec. 18. dř ex perſona Dei. Nolo mortem pctõrib. ſed nos debemus uoluntatẽ nrãm cõformare diuinæ, vt ſ.* dictũ eſt. ergo ẽt nos non debemus,[h] velle, ꝙ infideles occidantur.

C

Sed contra eſt, ꝙ dř Luc. 14. Exi in uias, & ſepes, & cõpelle itrare, ut impleat̃ dom[9] mea: ſed hoĩes in domũ Dei, i. in ſanctã Eccleſiã ĩtrãt ꝑ fidẽ. ergo aliqui ſunt cõpellẽdi ad fidem.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ infideliũ qdã ſunt, q nunq̃ ſuſceperunt fidẽ, ſicut Gentiles, & Iudæi: & [m] tales nullo mõ ſunt ad fidem cõpellẽdi, ut ipſi credãt, [n] quia credere uolũntatis eſt [p] ſunt tñ cõpellẽdi à fidelib. ſi adſit facultas, ut fidẽ nõ impediãt uel blaſphemijs, uel malis ꝑſuaſionib. vel ẽt apertis ꝑſecutionib. ¶ Et ꝑꝑ hoc fideles Chři frequẽter cõtra infideles bellũ mouẽt, nõ qdẽ ut eos ad credẽdũ cogant, qa ſi ẽt eos uiciſſent, & captiuos hẽrent, in eorũ libertate relinquerẽt, an credere uellẽt: ſed ꝑꝑ hoc, ut eos cõpellãt, ne fidẽ Chři impediãt. Alij uerò ſunt ifideles, qui qñq; fidẽ ſuſceperũt & eã ꝓfitent̃, ſicut hæretici, & qñq; apoſtatæ: & [r] tales ſunt ẽt corporaliter cõpellẽdi, ut impleant ꝙ promiſerũt, & teneãt quod ſemel ſuſceperunt. [t]

D

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ per illam auctoritatem quidam intellexerunt eſſe prohibitam non quidem excõicationẽ hæreticorum, ſed eorum occiſionem, ut patet per authoritatẽ Chryſ. inductã. Et Aug.* ad Vincentium de ſe dicit. Hæc primitus mea ſnĩa erat neminem ad vnitatẽ Chři eſſe cogendũ, uerbo eſſe agẽdũ, diſputatione pugnãdũ. Sed hæc opinio mea nõ contradicentiũ uerbis, ſed demonſtrantium ſuperat̃ exẽplis. Legum.n. terror ita profuit, ut multi dicant. Gratias dño, qui vĩcula nřa dirupit: Quod ergo Dñs dicit: Sinite utraque creſcere uſq; ad meſſem, qualiter ĩtelligẽdũ ſit rapparet ex hoc, ꝙ ſubdit. Ne forte colligẽtes zizania, eradicetis ſimul cũ eis & triticũ. Vbi ſatis oñdit, ſicut Augu.* dicit cõtra epiſtolã Parmeniani, Cũ metus iſte nõ ſubeſt, ideſt, qñ ita cuiuſq; crimẽ notũ eſt oĩbus, & execrabile apparet: ut nullos prorſus, uel nõ tales hẽat defenſores, per quos poſſit ſchiſma cõtingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ.

Ad secvndvm dicẽdũ, ꝙ Iudei, ſi nullo mõ acceperũt fidẽ, nullo mõ ſunt cogẽdi ad fidẽ. Si aũt acceperũt fidẽ, oportet ut fidẽ neceſſitate cogant̃ retinere, ſicut eodem capitulo * dř.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ ſicůt uouere eſt uolũtatis, reddere ãt neceſſitatis: ita accipere fidẽ, ẽ uolũtatis, ſed tenere eã acceptã eſt neceſſitatis. Et iõ hęretici ſunt cõpellẽdi, ut fidẽ teneant. Dicit.n. Aug.* ad Bonifaciũ Comitẽ. Vbi eſt quod iſti clamare cõſueuerũt liberũ eſſe credere, uel nõ credere? cui uim Chřs intulit agnoſcãt i Paulo pri[s]* cognoſcentem, & Chriſtum poſt ea docentem.

E

Ad qvartvm dicẽdũ, ꝙ ſicut i eadẽ epřa* Aug. dicit. Nullus nřm uult aliquẽ hæreticũ perire: Sed ařr nõ meruit hře pacẽ dom[9] Dauid, niſi Abſalõ filius ei[9] in bello, ꝙ cõtra patrẽ gerebat, fuiſſet extict[9]: ſic Eccřa catholica ſi ex aliquorũ perditione cæteros colligit, dolorẽ materni ſanat cordis, tãtorũ liberatiõe populorũ.

¶ Ad ſcdãm uerò dř, ꝙ maius malũ vř infideliter uiuere occultẽ poſt ſuſcepta fidei ſacramẽta, q̃ libere infideliter uiuere: qa eis infert cõtumelia ſacramẽtorũ. Et nihilominus ad hoc, & tertiũ unica rñſione dř, ꝙ ñ ſunt facienda mala, ut ueniãt bona, ut dř ad Ro. 3. & multominus, ut ueniat min[9] malũ. Vñ nõ eſt tãta inferenda contumelia ſacramẽtis, vt filij in 3. & 4. progenie ſaluentur, quis de facto timẽdũ eſſet probabiliter de oppoſito: qa patres ficti in fide, ſimiles ſibi filios nutrirent: naturale ſiquidẽ hoc eſt.

¶ In eodẽ art. 8. conſidera diligenter cãm iuſtam belli cõtra infideles, & compulſionis eorũ, ne. ſ. fidẽ Ieſu Chriſti impediant aliquo trium modorum, vel blaſphemijs puta, dicendo mala de Chriſto Ieſu, aut ſanctis eius, aut Eccleſia eius: vel perſuaſionibus inducẽdo nřos ad infidelitatem: vel perſecutionibus, ſiue in cõi, ut quotidie uidemus Turcas inuadere Chriſtiani nominis gẽtes: uel in particulari, ſi Chriſtianos, aut ꝑdicatores fidei occidãt. Et fabrica ſuper illam, qm̃ ad impedimenta fidei ſpectat, ꝙ non ſufferunt in terris ſuis prædicationẽ publicã fidei, ꝙ præmiant abnegãtes Chriſtum, & accedentes ad eorum fidem, & alia huiuſmodi. Ex hac quippe radice multæ quæſtiones ſoluuntur.

SVPER QVÆ. X. ART. IX.

Banaes eodem art.

IN art. 9. eiuſdem q. aduerte diſtinctionẽ de iudicio ſpũali, uel temporali circa infideles. Et ſcito, ꝙ non eſt ſermo de ſpirituali, uel temporali quoad culpam, ſed quoad pęnam. Nam pro culpis ſpiritualibus puniri poſſunt, vt

ARTICVLVS IX.

Vtrum cum infidelibus poßit communicari.

AD nonvm ſic procedit. Videtur ꝙ cum infidelibus poſſit communicari. Dicit enim Apo-

...47. ...tth. ...me- ...2.
Decre di. 45. De Iu... is: Su... nuur ex ...onci. 4. Tolet. Cã. c.
† Tractat. 26. in Ioã. aliquantulũ a principio, c. 9.
*1. 2. q. 19 art. 10.

*Epiſ. 48. poſt mediũ ſecun pĩ folij a principio epi. to. 2.
Aureũ cõtra hæreticos impunitatem ſibi arrogantes corp. rale.
*li. 3. c. 1. aliquantulum a medio to. 7.
*Ca. citato in arg.
*Epiſt. 50. non multum ante medium, tom. 2.
*cogentẽ.
*Epi. 50. a medio aliquãtulũ, tom. 2.
Porrectæ per totum.
59
4. d. 13. q. 2. ar. 3. co. Et d. 18. q. 2. art. 1. q. 1. Et quol. 10. art. 15. Et 1. Corin. 5.

vt in ſequenti artic. de infidelitatis punitione dr: & dictū eſt in pcedenti, q. p blaſphemias, & diſſuaſionibus, & impedimentis poſſint compelli &c. Sed pęnę ſpūales infidelibus, qui omnino foris ſūt, vtpote nec fores Eccleſię p baptiſmū ingreſſi, nō exercentur, ſed tēporales Et licet Eccleſia vt inferius dr, poſſit punire temporaliter ēt infideles, qui nō delinquunt commorando inter fideles vt patet ex dictis, q. ſ. pp impedimenta a fidei pñt infideles cōpelli debellari nō tñ excepto belli iudicio facit hoc: niſi I caſu in lra expoſito. ſ. cū delinquūt cōmorātes īter fideles. Et ppea hæc verba author dixit in corpore, & in rñſione ad ſecundū.

* Homil. 25. ad hebræos de clinando ad finem tom. 4.

ſtolus 1. ad Cor. 10. Si qs uocat vos infideliū ad cęnā, & vultis, ire, oē quod uobis apponit, mā ducate. Et Chryſ.* dicit. Ad mēſam Paganorum ſi uolueris ire, ſine h ulla prohibitione permittim?: ſed ad cęnā alicuius ire eſt ei communicare. ergo infidelibus licet communicare. F

¶2 Præt. Apl's dicit 1. ad Corin. 5. Quid mihi eſt de his, qui foris ſunt, h iudicare? foris autē ſunt infideles. cum ergo per iudiciū Eccleſiæ aliquorum cōio fidelibus inhibeatur, vr quòd non ſit inhibendum fidelibus cum infidelibus communicare. G

¶3 Præt. Dñs non pōt uti ſeruo, niſi ei cōicando ſaltē uerbo, qa dñs mouet ſeruum per imperium: ſed h Chriſtiani pñt habere ſeruos infideles, uel Iudęos, uel ēt Paganos, ſiue Saracenos. ergo pñt licitè cum eis cōicare.

SED CONTRA eſt, quod dr Deut. 7. Nō h inibis cū eis fęd?, nec miſereberis eorū, neq; h ſociabis cū eis connubia. Et ſuper illud Leuit. 15. Mulier, q̄ redeūte menſe &c.* dicit gl. Sic oportet ab idolatria abſtinere, ut nec idolatras, nec eorū diſcipulos h cōtingamus, nec cum eis cōionē habeamus. H

* Leuit. 15 ſuper illud: Mulier q ter gerit. Glo. ordinaria.

RESP. dicēdū, q cōio alicuius perſonæ interdr fidelibus dupliciter. Vno mō in pœnam illius, cui cōio fidelium ſubtrahit. Alio modo ad cautelā eorum, quibus interdr, ne alij cōicent: & utraque cā ex uerbis Apoſtoli accipi pōt 1. ad Cor. 5. Nā poſt q̄ ſniam excōicationis protulit, ſubdit pro ratione. Neſcitis, quia modicum fermentum totā maſſam corrumpit? Et poſtea rōnem ſubdit ex parte pœnæ per iudicium Eccleſiæ illatæ, cum dicit. Nōne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis? m Primo ergo modo non interdicit Eccleſia fidelibus cōmunionem infidelium, qui nullo modo fidē Chriſtianam receperunt, ſ. Paganorum, uel Iudæorum: n quia non hñt de eis iudicare ſpūali iudicio, ſed tēporali in caſu, cū inter Chriſtianos commorantes aliquam culpam committunt, & per fideles tpaliter puniunt. Sed p iſto modo, ſ. in pœnam interdicit Eccleſia fidelib. cōionem illorū infideliū, qui à fide ſuſcepta deuiant uel corrūpendo fidem, ſicut hæretici: uel ēt totaliter à fide recedēdo, ſicut apoſtatæ q. In utroſq; n. horū excōicationis ſniam pfert Eccleſia. Sed quantum ad ſm modum, uī eſſe diſtinguendum ſm diuerſas conditiones perſonarū, & negotiorū, & tpum? Si. n. aliqui fuerint firmi in fide, ita q ex cōione eorum cū infidelib9 cōuerſio infidelium magis ſperari poſſit, q̄ fidelium a fide auerſio, non ſunt prohibēdi infidelib. cōicare, qui fidem non ſuſceperunt. ſ. Paganis, vel Iudæis, & maximè ſi neceſſitas vrgeat. r Si aūt ſint u ſimplices, & infirmi in fide, de quorum ſubuerſione pbabiliter timeri poſſit, prohibēdi ſunt ab infidelium cōione: & pręcipue ne magnā familiaritatē cū eis habeant, uel abſq; neceſſitate eis communicent. x

Conclu. m

Conclu. p

Conclu. s

Conclu. u

AD PRIMVM ergo dicēdum, q Dñs illud præcipit de illis gentibus, quarum terrā ingreſſuri erāt Iudæi, qui erant proni ad idolatriam. Et iō timendum erat, ne per continuam conuerſationem cū eis alienarētur a fide: & ideò ibidem* ſubdit. Quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me.

Deeſt ſolutio prioris argumenti.

AD SECVNDVM dicēdū, q Eccleſia cōtra infideles nō hēt iudiciū quo ad pœnā ſpūalē eis infligēdā: hēt tñ iudiciū ſup aliquos infideles, quo ad tpalē pœnā infligēdā, ad quod pertinet, q Eccleſia aliqñ pp aliquas ſpeciales culpas ſubtrahit aliquibus infidelibus communionem fidelium.

Deut. 17.

AD TERTIVM dicēdū, q magis eſt pbabile, q ſeru?, q regit imperio dñi, cōuertat ad fidē dñi fidelis, q̄ ecōuerſo: & iō nō eſt prohibitū, quin fideles hēant ſeruos infideles. Si tñ dño periculū imminerct ex cōione talis ſerui, dēret eū à ſe abijcere, ſm illud mandatū Dñi, Matth. 18. Si pes tuus ſcandalizauerit te, abſcinde eum, & proijce abs te.

Hic ponatur ly ad primū ergo dicēdū & dicatur ly ad illud in contrarium obiectum dicendum.

ARTICVLVS X.

Vtrum infideles poſſint habere prælationem, ſeu dominium ſupra fideles.

Porrecta per totum. 60

AD DECIMVM ſic pcedit. Vr q infideles poſſint habere prælationē, vel dñium ſ. fideles. Dicit. n. Apl's 1. ad Tim. 6 Quicūque h ſunt ſub iugo ſerui, h dños ſuos oī honore dignos h arbitrētur. Et q loquat de infidelib. patet p hoc quod ſubdit. Qui āt fideles hñt dños, nō cōtēnant. Et 1. Pet. 2. dr. Serui ſubditi eſtote in oī timore dñis, nō tm bonis I & modeſtis, ſed ēt dyſcolis: non aūt hoc pciperet per doctrinā apoſtolicā, niſi ifideles poſſent fidelib. pēſſe. ergo vr q infideles poſſint fidelibus præeſſe.

¶2 Pr̄. Quicūq; ſunt de familia alicui? principis, ſubſunt ei: ſed fideles aliq h erāt de familia infideliū principū. uñ dr ad Phili. 4. Salutāt uos oēs ſcti, maximè āt qui de Cęſaris domo ſunt, ſ. Neronis, q infidelis erat. ergo infi- K deles poſſunt fidelibus præeſſe.

¶3 Præt. Sicut Phil's dicit * in 1. Politic. Seruus eſt inſtrm dñi in his, q ad humanā uitā pertinēt, h ſicut & miniſter artificis eſt inſtrumentum artificis in his quæ pertinent ad operationē artis: ſed in talibus pōt fidelis infideli ſubijci. pñt. n. fideles infideliū coloni eſſe. ergo ifideles pñt fidelibus præfici, ēt q̄tū ad dñiū.

* Li. 1. Polit. c. 3 ante mediū tom. 5.

SED CONTRA eſt, quod ad eum, qui præeſt pertinet habere iudicium ſuper eos, quibus præeſt: ſed

SVPER QVÆ. X. ART. X.

D. Tho. 2 ſ. d. 44. ar 5. Aeg. 2. ſ. d. 44. q. 2. a. 2 D. Bon. d. 44. ar. 3. q. 1. Ric. d. 44. q. 5. Dur. d. 44 q 3. Bannes eodem art.

¶ Ad hoc dicat̃ quòd cũ diuina uirtus dupliciter cõſideretur, ſcilicet abſolutè, & ordinatè, & hic non ſit ſermo de ea abſolutè, ſed de ea ordinate, quia eſt ſermo de iuſtitia diuina, quam præſumptio contemnit: (conſtat namque diuinam iuſtitiam ad potẽtiam Dei ordinatam pertinere, & hæc duo vitia oppoſita ſpei, ſcilicet, deſperationẽ, & præſumptionem, ita Deum reſpicere, vt illa miſericordiã, hæc iuſtitiã contemnat) quia in quã, de virtute Dei ordinata eſt ſermo, & uirtus Dei a ſua ſapiẽtia ordinata ſic eſt, ut iuſtitia mediãte gloriam ꝓ meritis, & ueniam pro pęnitẽtia faciat, cum præſumptione contemnitur iſte ordo, ac per hoc diuina iuſtitia: contemnitur quoq; diuina virtus ad opus pœnitentiæ, per quam venitur ad ueniam, & ad opus meriti, ꝑ quod venitur ad gloriam, ac per hoc minuitur diuina uirtus. Ordinata ſiquidẽ ad duo opera ordine quodam, expectatur factura unum tãtum. Minus autem eſt alterũ, quam vtrumq; facere: & rurſum ordinata ad iuſtè perducẽdum ad ueniã, vel gloriam, expectatur perductura non iuſtè ad veniam, uel gloriam. Minus autẽ eſt præſuppoſito ordinis ſtatuto, perducere nõ iuſtè, quàm iuſtè ad ueniam, uel gloriam. Diminuit igitur verè diuinam virtutem in ſuo affectu præſumptuoſus. Et hoc intẽdebat author, dum in corpore articul. hanc diminutionem explicans dixit, quòd per huiuſmodi præſumptionem tollitur, vel contemnitur adiutoriũ Spiritusſancti, per qđ homo reuocatur à peccato, illa ſcilicet mediante iuſtitia.

Conclu. m

Conclu. p

q. 20. ar. 3. & 1. 2. q. 73. a. 3.

¶Ad obiectionem in oppoſitum dicitur, q̃ licet abſolute loquendo, facere ueniam ſine pœnitentia, aut gloriam ſine meritis, in aliquo ſit maius quo ad modum faciendi, pro quanto fit finis ſine his quæ ſunt ad finem, & forma ſine diſpoſitionibus, & ad hoc tendit argumẽtum: quo ad rem tamen factã, maius eſt facere utrũq; quàm alterũ: loquendo tamen præſuppoſito ordine diuinę ſapientiæ, minus ſimpliciter eſt facere alterũ, quàm utrunque. Et quia præſumptionis uitium contra uirtutem diuinã ordinatam ſua ſapiẽtia eſt: ideò ſimpliciter diminuere diuinam uirtutem dicitur.

SVPER

Porrecta per totum. III

1. prolo. in explic. col. 1 num. 2.

SVPER Q. XXI. ART. II.

Ban. eodem art.

IN art. 2. in reſponſione ad ſecundū memēto doctrinę ſuperius habitæ, quomodo uirtus theologica ſit in medio.

¶ In reſponſione uerò ad tertium, aduerte hic vulgarē errorem punctatū, quod peccās ſub prætextu quod poſt, cōfitebitur, & faciet pœnitētiā, peius faciat. Habet. n. hinc, quod diminuit, non aggrauat peccatum. Eſt. n. uoluntatis tranſitoriæ, & nō pertinacis in malo.

¶ In reliquis eiuſdē quæſt. art. nullis nihil ſcribendū occurrit.

ARTICVLVS II.

Vtrum præſumptio ſit peccatum.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ præſumptio non ſit peccatū. Nullum. n. peccatū eſt rō, ꝙ hō exaudiat a Deo: ſed p[h] p̄ſumptionē aliq̄ exaudiūtur à Deo. Dicitur. n. Iudith 9. Exaudi me miſerā deprecātē, & de tua miſericordia pręſumentē. ergo præſumptio de diuina miſericordia non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Præſumptio importat [h] ſupexceſſum ſpei: ſed in ſpe, q̄ hr̄ de Deo, non pōt eſſe ſupexceſſus, cū eius potētia, & miſericordia ſint infinita. ergo vr̄ ꝙ præſumptio non ſit peccatum.

¶ 3 Præt. Id quod eſt peccatum, non excuſat à peccato: ſed præſumptio excuſat à peccato. dicit. n. Magiſter. 22. diſ. ſecundi libri* ſententiarum, ꝙ Adam minus peccauit, quia[h] ſub ſpe veniæ peccauit, qđ videtur ad præſumptionē pertinere. ergo præſumptio non eſt peccatum.

** Li. 2. ſē. di. 22. paragrap. c.*

SED CONTRA eſt, quòd ponitur ſpecies peccati in Spiritumſanctum.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſicut ſupra* dictū eſt, circa deſperationē, oīs motus appetitiuus, q̄ cōformiter ſe habet ad intellm̄ falſum, ſm̄ ſe malus eſt, & peccatū. Præſumptio aūt eſt motus appetitiu⁹, qa importat quādā ſpem inordinatā: hēt aūt ſe conformiter intellectui falſo, ſicut & deſperatio. Sicut. n. falſum eſt, ꝙ Deus pęnitentibus non indulgeat, vel ꝙ peccantes ad pęnitentiā nō cōuertat: ita falſum eſt, ꝙ in peccato pſeuerantib. veniā cōcedat, & a bono ceſſantibus opere gloriā largiat̄, cui exiſtimationi cōformiter ſe hēt p̄ſumptionis motus. Et ideò[m] p̄ſumptio eſt peccatum, minus tamen q̄ deſperatio: [n] qm̄ magis proprium eſt Deo miſereri & parcere, q̄ punire, propter eius infinitam bonitatem. Iſtud enim ſecundùm ſe Deo conuenit, hoc autem ſecundùm noſtra peccata.

** q. præc. art. 2.*

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ præſumere ponitur aliquando pro ſperare: quia ipſa ſpes recta, q̄ habetur de Deo, præſumptio uidetur, ſi menſuretur ſm̄ conditionem humanam: non autem eſt p̄ſumptio, ſi attendat̄ immenſitas diuinæ bonitatis.

AD II dicēdū, q̄ p̄ſumptio nō importat ſupexceſſum ſpei ex hoc, ꝙ aliq̄s min⁹ ſperat đ Deo, ſed ex hoc, ꝙ ſperat de Deo aliq̄d, qđ Deo nō cōuenit: qđ ēt eſt min⁹ ſperare đ Deo, qa hoc ē eius virtutē quodammmō diminuere, ut dictum * eſt.

** Ar. pręc. ad 1.*

AD III dicēdū, ꝙ peccare cum propoſito pſeuerandi in peccato ſub ſpe veniæ, ad præſumptionē pertinet. Et hoc non diminuit, ſed auget peccatum. Peccare autem ſub ſpe veniæ quandoq; percipiendæ cum propoſito abſtinendi à peccato, & pęnitendi de peccato, hoc non eſt præſumptionis: ſed hoc peccatum diminuit: quia per hoc videtur habere uoluntatem minus firmatam ad peccandum.

ARTICVLVS III.

Vtrum præſumptio magis opponatur timori, quàm ſpei.

Porrecta per totum. III

Ban. eodem art.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ p̄ſumptio magis opponat̄ timori, q̄ ſpei. [h] Inordinatio. n. timoris opponit̄ recto timori: ſed præſumptio vr̄ ad inordinationē timoris ptinere. dr̄. n. Sap. 17. Sp præſumit ſæua perturbata conſcientia: & ibidem dr̄, ꝙ timor eſt præſumptionis adiutorium. ergo præſumptio opponitur timori magis, q̄ ſpei.

¶ 2 Præt. Contraria ſunt, quæ [h] maximè diſtāt: ſed præſumptio magis diſtat à timore, quam a ſpe, qa præſumptio importat motum ad rem, ſicut & ſpes: timor autem motum à re. ergo pręſumptio magis contrariatur timori, quàm ſpei.

¶ 3 Præt. Præſumptio totaliter excludit timorem, nō aūt totaliter excludit ſpē, ſed ſolū certitudinē ſpei. cū ergo oppoſita ſint, q̄ ſe interimunt, videt̄ ꝙ præſumptio magis[h] opponat̄ timori, q̄ ſpei.

SED CONTRA eſt, ꝙ duo inuicē oppoſita uitia cōtrariant̄ uni uirtuti, ſicut timiditas & audacia fortitudini: ſed peccatū p̄ſumptionis cōtrariat̄ peccato deſperationis, ꝙ directè opponit̄ ſpei. ergo vr̄ ꝙ etiam pręſumptio directius ſpei opponatur.

RESP. Dicendū, ꝙ ſicut Aug. dicit* in 4. contra Iulianū. Omnib. uirtutibus non ſolū ſunt uitia, manifeſta diſcretione cōtraria, ſicut prudētiæ temeritas: verum & uitia quodammō non ueritate, ſed quādā ſpecie fallente ſilia, ſicut prudētiæ aſtutia. Et hoc ēt philoſophus dicit * in 2. Eth. Quòd virtus maiorem conuenientiam vr̄ habere cum uno oppoſitorū vitiorum, q̄ cum alio, ſicut tēperātia cū inſenſibilitate, & fortitudo cū audacia. [n] Præſumptio ergo manifeſtā oppoſitionē vr̄ hr̄e ad timorē, p̄cipue ſeruilē, qui reſpicit pœnam ex Dei iuſtitia prouenientē, cuius p̄ſumptio remiſſionē ſperat: ſed ſecundū falſam ſimilitudinē magis contrariat̄ ſpei. n. quia importat quādā ı ordinatā ſpē de Deo. Et quia directius aliqua opponunt̄, q̄ ſunt unius generis, quàm quæ ſunt generum diuerſorū (nam contraria ſunt in eodem genere) [p] ideò directius p̄ſumptio opponitur ſpei, quam timori. [q] Vtrumque. n. reſpicit idem obiectum, cui innitit̄, ſed ſpes ordinatè, præſumptio inordinatè.

** Li. 4. c. 3. paulo an medium tom. 7.*

** Libr. 2. Eth. ca. 8 tom. 5.*

Concl. n

Concl. p

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ſicut ſpes abuſiuè dicitur de malo, proprie autem de bono: ita ēt præſumptio. Et ſecundùm hunc modum inordinatio timoris præſumptio dicitur.

AD II dicēdum, ꝙ contraria ſunt, quæ maximè diſtant in eodem gn̄e. Præſumptio aūt, & ſpes important motum eiuſdem generis, qui poteſt eſſe uel ordinatus, uel inordinatus. Et ideò pręſumptio directius contrariatur ſpei, q̄ timori. Nā ſpei contrariatur ratione propriæ differentiæ, ſicut inordinatum ordinato. Timori autem contrariatur rōne differentiæ ſui generis, ſcilicet motus ſpei.

AD III dicendum, ꝙ p̄ſumptio cōtrariat̄ timori contrarietate gn̄is: virtuti aūt ſpei cōtrarietate drīæ. Iō p̄ſumptio totaliter excludit timorem ēt ſecundùm genus. Spem autem nō excludit, niſi [illegible]tione differentiæ, excludendo eius ordinationem.

Porrecta per totum. 113 Inf.q.132 ar.5.&5. Et mal.q.9.art.3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præſumptio cauſetur ex inani gloria.

Ban.eodem art.

AD QVARTVM ſic procediur. Vr̃ ꝙ præſumptio non cauſetur ex inani gloria. Præſumptio.n. maximè uidetur inniti diuinæ miſericordiæ:miſericordia aũt reſpicit miſeriam, quæ opponit gloriæ.ergo[h] præſumptio non oritur ex inani gloria.

¶2 Præt.Præſumptio opponit deſperationi:ſed deſperatio orit ex triſtitia,ut dictũ * eſt.cũ ergo oppoſitorũ oppoſitæ ſint cauſæ,vr̃ ꝙ oriatur ex[h] delectatione, & ita vr̃ qđ oriatur ex uitijs carnalib. quorum delectationes ſunt uehementiores. (* 1.2.q.37 artic.2.)

¶3 Præt.Vitiũ p̃ſumptionis cõſiſtit in hoc,ꝙ aliqs tendit in aliquod bonũ, qđ nõ eſt poſſibile, quaſi poſſibile:ſed ꝙ aliquis æſtimet poſſibile, quod eſt impoſſibile, ꝓuenit ex[h] ignorãtia.ergo p̃ſumptio magis prouenit ex ignorantia, q̃ ex inani gloria.

SED CONTRA eſt, ꝙ* Grego.dicit 31.Moralium, ꝙ præſumptio nouitatum eſt filia inanis gloriæ. (* Lib.31. Mor.c.31 a med.)

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, duplex eſt p̃ſumptio. Vna quidẽ q̃ innitit propriæ virtuti,attentans.ſ.aliquid ut ſibi poſſibile,qđ ꝓpriã virtutem excedit:&[m] talis p̃ſumptio manifeſtè ex inani gloria ꝓcedit.[n] Ex hoc.n.ꝙ aliqs multũ deſiderat gloriã,ſeqtur ꝙ attentet ad gloriam quãdã ſuper uires ſuas: & huiuſmodi p̃cipue ſunt noua, q̃ maiorem admirationẽ habent.Et iõ ſignanter.* Greg. præſumptionem nouitatum, poſuit filiam inanis gloriæ. Alia vero eſt p̃ſumptio, q̃ innititur inordinatæ diuinæ miſericordiæ, vel potentiæ, ꝑ quã ſperat ſe obtinere gloriã ſine meritis, vel veniã ſine pœnitentia. Et[p] talis præſumptio vr̃ oriri directè ex ſuperbia,[q] ac ſi ipſe tanti ſe æſtimet, ꝙ ẽt eum peccantem Deus non puniat, uel a gloria excludat.Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. (* Ar.1.huius quęſt. — Concl. m — Concl. p — * Lib.31. Mor.c.31 a med.)

QVAESTIO XXII.

De præceptis pertinentibus ad ſpem & timorem, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdum eſt de præceptis pertinentibus ad ſpem,& timorem.

ET CIRCA hoc quæruntur duo.

¶Primo,De pręceptis pertinentibus ad ſpem.

¶Secundo,De pręceptis pertinentib. ad timorẽ.

Porrecta per totum. 114 Inf.art.2. cor.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum de ſpe debeat dari aliquod præceptum.

Bannes eodem articulo.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ nullũ p̃ceptum ſit dadũ ꝑtinẽs ad virtutẽ ſpei.[h] Quod.n.ſufficiẽter põt fieri ꝑ unum, nõ oportet ꝙ ꝑ aliqđ aliud inducatur: ſed ad ſperãdũ bonũ ſufficiẽter hõ inducit ex ipſa naturali inclinatione.ergo nõ oportet,ꝙ ad hoc inducat homo per legis præceptum.

K ¶2 Præt.Cũ pręcepta dentur de actib. uirtutum, principalia pręcepta ẽt debent dari de actib.principalium uirtutum:ſed inter oẽs uirtutes principaliores ſunt tres uirtutes theologicæ,ſ. ſpes, fides, & charitas. Cum ergo principalia legis pręcepta ſint p̃cepta decalogi, ad q̃ oĩa alia reducuntur, ut ſupra habitũ* eſt,vr̃ ꝙ ſi de ſpe dareẽ aliqđ[h] præceptũ, ꝙ deberet inter præcepta decalogi contineri: non aũt ibi continetur.ergo uidetur ꝙ nullũ præceptum in lege debeat dari de actu ſpei. (* 1.2.q.100 art.3.)

F ¶3 Præt.Eiuſdem rõnis eſt pręcipere actum uirtutis,& ꝓhibere actũ uitij oppoſiti:ſed nõ inuenitur aliquod pręceptũ datum, per qđ prohibeat deſperatio,quæ eſt oppoſita ſpei.ergo uidetur,ꝙ nec de ſpe conueniat aliquod præceptum dari.

SED CONTRA eſt,ꝙ Aug.dicit * ſuper illud Ioã. 15.Hoc eſt p̃ceptũ meum,ut diligatis inuicem.De fide nobis q̃ multa mandata ſunt? quàm multa de ſpe?ergo de ſpe conuenit aliqua præcepta dari. (*Trac.83. inter mediũ & finẽ,to.9.)

RESP. Dicendũ,ꝙ p̃ceptorũ,q̃ in ſacra ſcriptu-

G ra inueniunt,quędã ſunt de ſubſtantia legis: quædã vero ſunt præambula ad legẽ.Pręambula quidem ſunt ad legẽ illa,qbus non exiſtentib.lex locũ habere non põt. Huiuſmodi aũt ſunt p̃cepta de actu fidei,& de actu ſpei: qa per actũ fidei mens hominis inclinat,ut recognoſcat actorẽ legis talẽ, cui ſe ſubdere debeat.Per ſpẽ vero præmij hõ inducitur ad obſeruãtiã p̃ceptorũ.Præcepta uero q̃ ſubſtantia legis ſunt,q̃ homini iã ſubiecto, & ad obediendũ parato imponunt, ꝑtinentia ad rectitudinẽ uitæ. Et iõ huiuſmodi præcepta ſtatim in ipſa legislatione proponunt ꝑ modũ præceptorum.[m] (Concl. m)

H Spei uero & fidei p̃cepta, non erãt ꝓponẽda per modũ p̃ceptorũ,[o] qa niſi hõ iã crederet,& ſperaret,fruſtra ei lex proponereẽ. Sed[p] ſicut p̃ceptum fidei ꝓponẽdũ fuit ꝑ modũ denũciationis, & cõmemorationis,ut ſupra dictũ * eſt:ita ẽt p̃ceptum ſpei in prima legislatione ꝓponẽdũ fuit ꝑ modũ promiſſionis.[q] Quod.n. obedientib.præmia ꝓmittit,ex hoc ipſo incitat ad ſpẽ: vñ oĩa ꝓmiſſa, q̃ in lege continenẽ,ſunt ſpei excitatiua.Sed qa lege iã impoſita, ꝑtinet ad ſapiẽtes uiros, ut non ſolum inducant hoĩes ad obſeruantiã p̃ceptorũ,ſed etiã multo magis ad conſeruandũ legis fundamentũ: (Concl. p — *q.16.artic.1.)

I iõ * poſt primã legislationem in ſacra ſcriptura multipl'r inducunẽ hoĩes ad ſperãdũ,ẽt ꝑ modũ admonitiõis,vel p̃cepti, & ñ ſolũ ꝑ modũ ꝓmiſſiõis, ſicut i lege,[r] ſicut patet ĩ Pſ.61.Sperate ĩ eo oẽs cõgregatiões populi,& i multis alijs ſcripturę locis (Concl. r)

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ natura ſufficienter inclinat ad ſperandum bonũ naturæ humanæ proportionatũ:ſed ad ſperandũ ſupernaturale bonũ oportuit hoiem induci authore legis diuinæ, partim quidẽ promiſſis, partim aũt admonitionibus,uel præceptis.Et tñ ad ea ẽt,ad q̃ naturalis rõ inclinat, ſicut ſunt actus uirtutũ moraliũ, neceſſariũ fuit præcepta legis diuinæ dari ꝑꝑ maiorẽ firmitatem: & præcipue quia naturalis ratio hominis obtenebrata erat per concupiſcẽtias peccati.

AD II dicẽdũ, ꝙ præcepta legis decalogi ꝑtinẽt ad primam legiſlationẽ.Et iõ inter præcepta decalogi nõ fuit dandũ præceptum aliqđ de ſpe, ſed ſufficit per aliquas promiſſiones poſitas inducere ad ſpẽ,ut patet in primo,& quarto p̃cepto.

AD III dicẽdũ, ꝙ in illis,ad quorum obſeruantiã homo tenetur ex rõne debiti,ſufficit p̃ceptum affirmatiuũ dari de eo,qđ faciẽdũ eſt,in quib.ꝓhibitiones eorum, quæ ſunt uitanda, intelliguntur. Sicut datur pręceptum de honoratione parentum

eum. Nõ aũt prohibeť ꝙ parẽtes dehonorent, niſi A ꝓ hoc, ꝙ de nõ honorãtib. pęna adhibeť ĩ lege. Et q̃a debitum eſt ad humanam ſalutẽ, ut ſperet homo de Deo, fuit ad hoc hõ inducẽdus aliquo prædictorum modorum quaſi affirmatiue, in quo intelligeretur prohibitio oppoſiti.

ARTICVLVS II.

Vtrum de timore fuerit dandum aliquod præceptum.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ de timore nõ fuit dãdum aliq̃d p̄ceptum in lege. Timor.n. Dei eſt de his, q̃ ſunt[b] p̄ambula ad legẽ, cũ ſit initiũ ſapientiæ: ſed ea q̃ ſunt p̄ambula ad legẽ, nõ cadũt ſub p̄ceptis legis. ergo de timore nõ eſt dandũ aliquod præceptum legis. B

¶ 2 Pręt. Poſita cã ponit effect[9]: ſed amor eſt cã timoris oĩs.n. timor ex aliquo amore ꝓcedit, ut dicit* Aug. i li. 83. q. ergo ſup poſito p̄cepto de amore,[h] ſuperfluũ fuiſſet præcipere timorẽ.

¶ 3 Pręt. Timori aliquo mõ opponiť p̄ſũptio: ſed nulla ꝓhibitio[h] inueniť ĩ lege d̃ p̄ſumptione data. ergo vr̃ ꝙ nec de timore aliq̃d præceptũ dari debuerit. C

SED CONTRA eſt, q̃d dr̃ Deut. 10. Et nũc Iſrael, quid dñs Deus tu[u] petit à te, niſi ut timeas dominum Deum tuum? ſed illud a nobis requirit, q̃d nobis p̄cipit obſeruãdũ. ergo ſub præcepto cadit, ꝙ aliquis timeat Deum.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ duplex eſt D timor. ſ. ſeruilis, & filialis. Sicut aũt aliquis inducitur ad obſeruantiam pręceptorum legis ꝑ ſpem pręmiorum: ita ẽt inducitur ad legis obſeruantiã per timorẽ pœnarũ, q eſt timor ſeruilis. Et ſicut* patet ſm̃ prędicta, in ipſa legiſlatione non fuit præceptũ dandũ de actu ſpei, ſed ad hoc fuerunt hoĩes inducendi ꝑ promiſſa[m] nec de timore, q reſpicit pœnã, fuit p̄ceptum dandũ per p̄cepti modũ, ſed ad hoc fuerunt hoĩes inducendi ꝑ cõminationẽ pœnarũ, quod fuit factũ & in ipſis p̄ceptis decalogi, E & poſtmodũ conſequenter in ſecundarijs legis pręceptis.[n] Sed[p] ſicut ſapiẽtes, & prophetæ cõſequẽter, intẽdentes hoĩes ſtabilire in obſeruãtia legis, documẽta tradiderũt de ſpe ꝑ modũ admonitionis, vel p̄cepti, ita ẽt de timore[q] ſed timor filialis, q reuerentiã exhibet Deo, eſt quaſi quoddã genus ad dilectionẽ Dei, & principiũ quoddã oĩum eorũ, quæ in Dei obſeruanť reuerentia. Et iõ[s] de timore filiali dantur pręcepta in lege, ſicut & de dilectione:[t] quia utrumq; eſt præambulũ ad exteriores actus, q pręcipiuntur in lege, ad quos pertinent pręcepta decalogi. Et iõ in authoritate legis inducta requiriť ab homine timor, & ut ambulet ĩ via Dei colẽdo ipſum, & ut diligat ipſum.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ timor filialis eſt quoddam præambulum ad legẽ, non ſicut extrinſecum aliquid, ſed ſicut principiũ legis, ſicut etiã dilectio. Et ideo de utroque dantur præcepta, q̃ ſunt quaſi quædam principia cõia totius legis.

AD II dicẽdum, ꝙ ex amore ſequitur timor filialis, ſicut etiam & alia bona opera, quæ ex charitate fiunt. Et ideo ſicut poſt præceptum charitatis dãtur pręcepta de alijs actibus uirtutum: ita ẽt ſimul danť p̄cepta de timore, & amore charitatis. Sicut ẽt in ſciẽtiis demonſtratiuis nõ ſufficit ponere principia prima, niſi ẽt ponantur concluſiones, q̃ ex his ſequuntur uel proxime, uel remote.

AD III dicẽdũ, ꝙ inductio ad timorẽ ſufficit ad excludẽdã p̄ſumptionẽ, ſicut ẽt iductio ad ſpẽ ſufficit ad excludẽdũ deſperationẽ, ut dictum* eſt.

Margin notes: Porrecta per totum. 115 — * q. 33. habetur uerbis æquipollentibus, to. 4. — * ar. prec. — Conclu. m — Conclu. p — Conclu. ſ — * ar. prec. ad 3.

SVPER QV. XXII. ARTIC. II. B in eodem art.

IN q. 22. omiſſo 1. ar. in 2. quæſtiuncula occurrit, Quomodo timor filialis ponatur quaſi genus ad dilectionem Dei, cum ſit effectus. ¶ Ad hoc dr̃, ꝙ timor filialis non dr̃ quaſi genus reſpectu dilectionis Dei abſolute, ſed reſpectu dilectionis Dei, & principij eorum, q̃ in Dei reuerẽtia obſeruãtur. Dr̃ aũt quaſi genus, inquantũ eſt uelut cõe quoddã ad utrunq;, & collectio utriuſq;. Genus n. eſt collectio ſpecierũ, complectitur ſiquidem timor filialis & amorẽ: vñ reueretur patrem, & ſubiectionẽ ad Deũ, vnde inchoat obſeruatio omnium, q̃ in Dei reuerentiã exhibentur. Et propterea non genus, ſed quaſi genus utriuſque uocari potuit.

¶ In reſponſione ad primũ in eodẽ ar. re uideto art. 7. q. 19. ut perſpicias principiũ intrinſecũ, & extrinſecũ legis ex differentia inter timorẽ ſeruilẽ, & filialẽ in hoc, ꝙ ille extra, iſte intꝰ, utpote primus in cõpoſitione diuinæ fabricæ ſecundum diuinam legem.

QVAESTIO XXIII.

De Charitate ſecundum ſe, in octo articulos diuiſa.

CONSEQVENTER conſiderãdũ eſt de charitate. Et primo, de ipſa charitate. Scd̃o d̃ dono ſapientiæ ei corrñdente.

¶ Circa primũ cõſiderãda ſunt quinq;. Primo, de ipſa charitate. Scd̃o, de obiecto charitatis. Tertio, de actib. ei[9]. Quarto, de vitijs oppoſitis. Quinto, de pręceptis ad hoc pertinentibus.

¶ Circa primũ ẽ duplex cõſideratio. Prima qdẽ d̃ ipſa charitate ſm ſe. Secũda, de charitate ꝑ comparationẽ ad ſubiectum.

CIRCA primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum charitas ſit amicitia.

¶ Secundo, Vtrum ſit aliquid creatum in anima.

¶ Tertio, Vtrum ſit virtus.

¶ Quarto, Vtrũ ſit virt[9] ſpãlis.

¶ Quinto, Vtrũ ſit una virtus.

¶ Sexto, Vtrũ ſit maxĩa uirtutũ

¶ Septimo, Vtrum ſine ea poſſit eſſe aliqua vera virtus.

¶ Octauo, Vtrũ ſit fořa uirtutũ

ARTICVLVS I.

Vtrum charitas ſit amicitia.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vĩ ꝙ charitas nõ ſit amicitia. Nihil.n. ẽ ita ꝓpriũ amicitię, ſicut [h]conuiuere amico, ut dicit* Philoſ. in 8. Eth. ſed charitas eſt hominis ad Deum, & ad angelos, quorum non eſt cum hominibus cõuerſatio, ut dr̃ Dan. 2. ergo charitas non eſt amicitia.

¶ 2 Pręt. Amicitia nõ eſt ſine redamatione, ut dr̃ in 8. Eth. ſed charitas habeť ad inimicos, ſm ill...

SVP. QV. XXIII. ARTIC. I. Capr. 3. d. 27. q. 1. ar. 2. B in eodem art.

IN 1 ar. q. 23. nota nouitie, ꝙ amicitia dupliciter ſumi poteſt, ſ. pro relatione, qua amicus amico dr̃, & ſic nõ eſt ad propoſitũ: & ꝓ fundamento huiuſ relationis, habitu. ſ. amoris talis, & ſic charitas dr̃ amicitia. Importat aũt ly talis, ut in litera patet, tres cõditiones. ſ. beneuolẽtiam, redamationẽ, & cõicationẽ: Amor enim quo alicui bonum uolumus cum mutuo amore fundatus ſup aliqua cõmunicatione, puta, ſanguinis, ut inter conſanguineos: uel militiæ, ut inter commilitones &c. habet rõnẽ amoris amicitiæ. Et ſi his adiunxeris, ꝙ amore illo uolumus bonũ alicui ꝓpter ſeipſum principaliter, ꝙ cõicatio eſt in ꝓprijs aĩæ bonis, habebitur non ſolũ rõ amicitiæ, ſed amicitię maxime honeſtę. Et adhuc ſi adiunxeris, ꝙ cõicatio iſta cõſiſtit in ſupnaturali conſortio diuinæ naturæ, habebitur ratio amicitiæ diuinæ, & uere ſic eſt. Charitas enim amicitia non quæcũq;, ſed diuina eſt, cõſequens cõicationẽ naturę diuinæ in creatura rõnali, ꝑ quam diuinæ beatitudinis participes ſumus.

Margin notes: Porrecta per totum. 116 — 2. d. 27. q. 2. art. 1. Et vir. q. 1 a. 5. ad 5. & q. 2. art. 2. ad 8 — * b. d. c. 3 [illegible]

uatur hic in ſpe, & in patria [illegible] Exprimi tur aūt huiōi cōicatio multis rōnibus ī ſcriptura, qnq; ut cō ciuiū, qſiq; vt domeſticorū iuxta illud ad Epheſ. 2. Eſtis ciues Sāctorū, & domeſtici Dei: quq; vt ſociorū, ꝗnq; vt fratrum, qnq; vt ſponſæ, ſeu vxoris, ut patet ex diuerſis locis ſacræ ſcripturę. Præcipua tñ & magis ꝓpria expreſſio [illegible] filiorū ad patrem. In hac n. & cōſortiū naturę, & reuerētia, & inæqualitas, & ꝓportio [illegible] tiæ & amoris, & excellētia, & relatio ad alios diligendos, & quare, magis exprimi vr. Cū aūt audis charitatē eſſe amicitiā honeſti, ita q; Deo bonum volumus ꝑ ſeipſum, intellige q; duplicia ſunt Dei bona, q̄dā in ipſo, q̄dā ad ipſum. Bona quæ ſunt in ipſo, i. ſua uita, ſapiētia, potentia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & [illegible] nihil aliud ſunt, q̄ ipſemet Deus, ex charitate Deo volum⁹: qa cōplacet nobis Deū ſic eſſe ſicuti eſt. Quē admodū. n. itellectu recto in Deū nūc ferimur, cū intelligimus eū eſſe ſicuti eſt: ita apetitū rectū in Deū nūc habemus, cū conformis eſt intellectui recto. Hoc aūt eſt, cū [illegible] ſignat̃ p hoc, qd̃ dicimus, q; cōplacet nobis Deum eſſe [illegible] eſt: ſicut p oppoſitū, puerſus erga Deū appetitus eſt, quo alicui diſplicet Deū eſſe ſicuti eſt, i. ſupra oia ſapiētē, ſciētē, oipotentē &c. Bona aūt q ad Deū ſunt, ut honor, regnū, & obedientia, & hi cuiter: ut oia in gloriā ſuam fiant, ex charitate ſic Deo uolumus, q; hæc nō ſolum cōplacēt, q; ſint, ſed deſideramus ut ſint, & augeant̃, procuramus [illegible] ſumus q; ſint, gaudemus cum ſunt, triſtamur cū deſint, timemus ne deſint, audemus ſtrēue impedientes &c. Et hæc principaliter vt Deo uelali qua ex pte/uiuamus, cui oīa olno debemur, quia Deus eſt,

* Libr. 8. Eth. cap. 3. to. 5.

† In principio illius, & habetur, t. 4.

* Libr. 8 Eth. c. 3. a med. t. 2.

* Libr. 8. ca. 2. 3. & 11. to. 5.

Conclu. m

Mat. 5. Diligite īimicos veſtros. ergo charitas non eſt amicitia.

¶ 3 Præt. Amicitiæ tres ſunt ſpecies, ſm Philoſophū* in 8. Eth. ſ. amicitia delectabilis, utilis, & honeſti: ſed charitas nō eſt amicitia utilis, aut delectabilis. † dicit. n. Hiero. in epiſto. ad Paulinū, q̄ ponit ī principio Biblię, Illa ē vera neceſſitudo, & Chriſti glutino copulata, quam nō utilitas rei familiaris, non ꝓſentia tm̄ corporum, non ſubdola G & palpans adulatio, ſed Dei timor, & diuinarum Scripturarū ſtudia conciliant. Similiter etiā nō eſt amicitia honeſti, qa charitate diligimus et peccatores: Amicitia uero honeſti nō ē niſi [h] ad virtuoſos, vt dr̃ * in 8. Eth. ergo charitas non eſt amicitia.

Sed contra eſt, quod Io. 15. dr̃. Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos meos: ſed hoc nō dicebatur eis, niſi ratione charita H tis. ergo charitas eſt amicitia.

Resp. Dicēdū, q; ſm Philoſophū * in 8. Eth. Nō qlibet amor hēt rōnē amicitiæ, ſed amor q eſt cū beneuolētia, qñ. ſ. ſic ama m⁹ aliquē, ut ei bonū uelim⁹. Si aūt reb. amatis ñ bonū velim⁹, ſed ipſum eorū bonū nobis velimus, ſicut dicimur amare vinū, aut equū, aut aliqd huiōi, ñ eſt amor amicitiæ, ſed cuiuſdā cōcupiſcētiæ. Ridiculū. n. eſt dicere, q; aliqs hēt amicitiā ad vinū, vel ad equū. Sed nec bñuolētia ſufficit ad rōnē amicitiæ, ſed reqrit̃ q̄dā mutua amatio: quia amicus eſt amico amicus. Talis aūt mutua bñuolētia fundat̃ ſup aliquā cōicationē. Cū ergo ſit aliqua cōicatio hominis ad Deū, ſecūdū q; nobis ſuā beatitudinē cōicat, ſup hāc cō municationē oportet aliquam amicitiā fundari. De qua qdem K cōicatione dr̃. 1. ad Cor. 1. Fidelis Deus, p quē uocati eſtis ī ſocietatē filij eius. Amor aūt ſup hāc cōicationem fundatus, eſt charitas. Vnde manifeſtum eſt, quòd [m] charitas amicitia quædam eſt hominis ad Deum. [n]

Ad primum ergo dicendū, q; duplex eſt hominis uita. Vna quidē exterior ſecundum naturam ſenſibilem & corporalem: & ſecundum hanc uitā non eſt no- F bis cōicatio, vel conuerſatio cū Deo, & angelis. Alia aūt eſt uita hoīs ſpiritualis ſecundū mētem: & ſecundum hanc uitā eſt nobis cōuerſatio & cū Deo, & angelis, in pręſenti quidem ſtatu imperfecte. Vnde dicitur Phil. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Sed iſta conuerſatio perficietur in pr̄ia, qū ſerui eius ſeruient Deo, & uidebunt faciem eius, ut dicitur Apoc. vlt. Et ideo hic eſt charitas imperfecta, ſed perficietur in patria.

Ad II dicēdū, q; amicitia ſe extēdit ad aliquē dupl̄r. Vno mō reſpectu ſui ipſius: & ſic amicitia nūquam eſt, niſi ad amicū. Alio mō ſe extēdit ad aliquē reſpectu alterius pſonę: ſicut ſi aliqs hēt amicitiā ad aliquē hoīem, rōne cuius diligit oēs ad illū hominē pertinentes, ſiue filios, ſiue ſeruos, ſiue qualitercunq; ei attinentes, & tanta pōt eſſe dilectio amici, q; ꝓp amicum amētur hi, qui ad ipſum ptinent, ēt ſi nos offendant, uel odiant. Et hoc modo amicitia charitatis ſe extendit etiam ad inimicos, quos diligimus ex charitate ī ordine ad Deū, ad quē principaliter habetur amicitia charitatis

Ad III dicēdū, q; amicitia honeſti non hr̃ niſi. ad uirtuoſū, ſicut ad pricipalē pſonā: ſed ei⁹ ītuitu diligunt̃ ad eū attinētes, ēt ſi ñ ſit uirtuoſi. Et hoc mō charitas, q̄ maxie ē amicitia honeſti, ſe extēdit ad petōres, quos ex charitate diligim⁹ ꝓp Deū

Articvlvs II.

Vtrum charitas ſit aliquid creatum in anima.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur q; charitas nō ſit aliquid creatū in anima. Dicit. n. Aug. * in 8. de Trinit. Qui proximum diligit, conſequens eſt, ut ipſam dilectionē diligat. [h] Deus autē dilectio eſt: conſequēs eſt ergo ut pręcipuè Deū diligat. Et in 15. † de Trini. dicit. Ita dictū eſt, Deus charitas eſt: ſicut dictum eſt, Deus ſpiritus eſt. ergo charitas non eſt aliqd creatū in aīa, ſed eſt ipſe Deus.

¶ 2 Præt. Deus eſt ſpiritualiter vita animæ, [h] ſicut anima uita corporis, ſecundùm illud Deut. 30. Ipſe eſt uita tua: ſed anima uiuificat corp⁹ per ſeipſam. ergo Deus uiuificat animam per ſeipſum. Viuificat autem eam p charitatem, ſecundum illud. 1. Ioan. 3. Nos ſcimus, qm̄ traslati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. ergo Deus eſt ipſa charitas.

¶ 3 Præt. Nihil creatū eſt [h] infinitæ uirtutis, ſed magis oīs creatura ē uanitas: charitas aūt ñ ē vanitas, ſed magis uanitati repugnat, & eſt infinitæ uirtutis: qa aīam hoīs ad bonum infinitum perducit. ergo charitas nō

Svp. Qv. XXIII. Artic. II.

Cap. 1. d. 17. q. 1. cō. 1. Bon. eodem art. Scot p. [illegible] 17 q. 1. D Bon. a. 17. q. 1. ar. 1. Ri. d. 17. q. 4. Franc. de Mayronis d. 17. q. 1.

In art. 2. eiuſdē q. [illegible], omiſſa q [illegible] de intentione Magiſtri ſentētiarū, quia nō eſt meū uidere [illegible], quibus author ꝓbat neceſſitatē habitualis charitatis in anima noſtra, & merēto, q; quia in pcedenti libro dterminauit [illegible] ex gratia ꝓuenire, & apud authorē charitas realiter diſtinguit̃ à gratia, [illegible] aīæ: nō non ex parte actus meritorij, ſed [illegible] probat neceſſitatē habitus charitatis. ꝓp quod nullus miretur ſi de neceſſitate charitatis, ratione [illegible] meritorij, nō eſt ſermo hic. Affert igit̃ author vnā rōnē principalem, & duas acceſſorias, quare charitatis habitus ſit neceſſarius. Et licet oēs iſtæ rōnes ſumantur ex modo operandi. ſ. perfectè, faciliter, & delectabiliter: [illegible] tamen, ſcilicet, ex perfectio-

ne,

Perrecta per tot. ar.

117

1. d. 17. q. 1. art. 1. & art. 2. q. 4. cor. Et 3. d. 27. q. 2. ar. 4. q. 4. co. Et vir. q. 1. ar. 11. & q. 2. ar. 1. & 12.

* lib. 8. ca. 8. a med. tom. 3.

† lib. 15. c. 17. paulo a prin. t. 3.

est aliquid creatum in anima.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit* in 3. de doctrina Christiana. Charitatem voco motũ aĩ ad fruendum Deo ꝓpter ipsum sed motus aĩ est aliquid creatũ in anima ergo & charitas est aliquid creatum in anima.

*Li. 3. ca. 10. in medio to. 3.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ Magister perscrutatur hanc quæstionẽ* in 17. di. primi lib sent. & ponit ꝙ charitas nõ est aliquid creatum in aĩa, sed est ipse Spũsſctũs mentem inhabitãs. Nec est sua intentio, ꝙ iste motus dilectionis, quo Deum diligimus, sit ipse Spũsſctũs: sed ꝙ iste motus dilectionis est a Spũsſctõ non mediãte aliquo habitu, sicut a Spũsſctõ sunt alij actus virtuosi mediantibus habitib. aliarũ virtutũ, puta, fidei, aut spei, alicuius alterius uirtutis. Et hoc dicebat ꝑp excellentiã charitatis: sed si qs recte cõsideret hoc magis redundat in charitatis detrimẽtũ. Nõ. n. motus charitatis ita ꝓcedit a Spũsſctõ mouẽte humanã mẽtẽ, ꝙ humana mẽs sit mota tñ, & nullo mõ sit principium huius motus: sicut cũ aliqđ corpus mouet ab aliquo exteriori mouente. Hoc. n. est cõtra rõnẽ voluntarij, cuius oportet principium in ipso esse, sicut s̃. dictũ *est. Vñ sequeret, ꝙ diligere nõ esset uolũtariũ, qđ implicat cõtradictionẽ cum amor de sui rõne importet, ꝙ sit actus volũtatis. Sĩr ẽt non põt dici ꝙ sic moueat Spũsſctũs voluntatem ad actũ diligendi, sicut mouet instrumentũ, quod etsi sit principium actus nõ tñ est in ipso agere uel nõ agere. Sic n. tolleretur rõ uolũtarij, & excluderet rõ meriti, cum tñ s̃. habitum sit ꝙ dilectio charitatis est radix merendi. sed oportet ꝙ sic volũtas moueatur à Spũsctõ ad diligendum, ꝙ etiam ipsa sit efficiens hũc actum. Nullus autem actus ꝑfecte producitur ab aliqua potẽtia activa, nisi sit ei cõnaturalis per aliquã formã quę sit principiũ actionis. Vñ Deus, qui oĩa mouet ad debitos fines singulis rebus indidit formas, ꝑ quas inclinantur ad fines sibi ꝓstitutos a Deo, & ſm hoc disponit oĩa suauiter, vt dr̃ Sapien. 8. Manifestum est at ꝙ actus charitatis excedit natura potentiæ voluntatis. Nisi ergo aliqua forma superadderetur naturali potentiæ, per quam inclinaretur ad dilectionis actum esset actus iste imperfectior actib⁹ naturalibus, & actibus aliarũ uirtutũ, nec esset facilis, & delectabilis. Quod patet esse falsum: qa nulla virtus hẽt tantã inclinationẽ ad suum actum sicut charitas, nec aliqua ita delectabiliter operatũ. Vñ maxime necesse ẽ ꝙ ad actũ charitatis i nobis existat aliqua habitualis forma superaddita potẽtiæ naturali, iclinãs

*Li. 1. sen d. 17. paragraph. B.

B C D E

ne, stabilitur intentum. Maior siquidem illa, Nullus actus perfecte producitur ab aliqua potentia actiua: nisi sit ei connaturalis per aliquam formã, quæ sit principium actionis, tã clare patet & in naturalibus, & in artificialibus, & in moralibus, ut nulla instantia occurrat. Minor quoq; formaliter subsumenda. s. Actus charitatis ꝑfecte ꝓducitur ab aliqua potentia, uoluntate. s. existentis in gra Deo. probatur ex eo, qa aliter nõ sufficiẽter, & suauiter prouisum fuisset de agente proximo respectu actus charitatis: sicut est prouisum de agẽte proximo respectu aliorum actuum. In omnibus enim prouisum est, ut proximum agens perfecte ꝓducat actum. Sequitur ergo conclusio, Quod actus charitatis est connaturalis, actiuæ potentiæ uoluntatis per formã, quæ est principium actus charitatis. Sed nõ est connaturalis per naturã voluntatis, quia constat quod excedit naturã voluntatis. Ergo est ei cõnaturalis per formã superadditam naturali potentiæ, per quã formam inclinatur ad charitatis actum. Hæc est rõ literæ oñsiue formata, q̃uis in lra ducat ad inconuenienẽs, qa. s. actus charitatis esset imperfectior ex suę productionis mõ q̃ sint actus naturales & actus uirtutum. Secunda ratio est, quia actus charitatis non esset facilis. Et sequela quidem patet, falsitas vero consequentis probatur: quia nulla virtus habet tantam inclinationẽ ad suum actum, sicut charitas. Tertia ratio est: quia actus charitatis non esset delectabilis Et sequela similiter clara est, & falsitas cõsequentis probatur: quia nulla virtus ita delectabiliter operatur, sicut charitas.

1. 2. q 6. artic. 1.

¶Circa has ultimas rõnes dubium occurrit, quia falsum vr, ꝙ nulla virtus habeat tantam inclinationem in suum actum, & delectationem, sicut charitas. Constat. n. ꝙ proportionaliter loquendo, q̃libet virtus æquæ inclinat ad actum proprium, cum sit proprium principium eius elicitiuum, licet subiectum sic, uel aliter dispositum, non æq̃ inclinet ad actũ alterius uirtutis, sicut illius, ut patet. Et simile est de delectatione in uirtutib. saltẽ, quibus non est admistum malũ in materia. Non. n. est iustus, q nõ gaudet iustis operibus, nec liberalis, qui non gaudet liberalibus, & sic de alijs. Quantũ n. est ex parte uirtutis ęqua est & inclinatio, & delectatio i actu, licet ex parte subiecti aliter cõtingat.

¶Ad huius euidentiam scito, ꝙ actus aliarum virtutum dupliciter sumi possunt, informes, s. & formati. Actus aũt charitatis cum non possit esse informis, uno tñ modo sumi potest. Rursus, quanto aliquid est perfectius, tanto appetitus ꝓprius illius est perfectior. Proportionata enim oportet esse, & rei ꝑfectiori inclinationem ꝓpriam perfectiorem coaptari oportet. Si igr̃ cæteras virtutes ad ꝓprios actus informes ex una, & charitatẽ ad suum actus ex altera parte referamus, manifestum est. cum actus charitatis sit melior alijs actibus, & charitas sit melior cęteris virtutibus, ꝙ inclinatio charitatis est maior ad suũ actũ, q̃ aliarum ad suos. tum quia in his, quę non mole magna sunt idem est maius q̃ melius: ac. per hoc charitatis inclinatio, cum sit melior, erit maior: tum quia videmus, ꝙ magis inclinatur appetitus superior ad suum bonũ, q̃ appetitus inferior ad suũ, ut testatur maior delectatio cõsequens satietatem appetitus superioris in suo bono Plus. n. delectatur voluntas in consecutione perfecte sui boni, q̃ appetitus sẽsitiuus in consecutione sui boni, vt in præcedenti libro author in tractatu de delectatione aperuit. Si autem referamus omnes virtutes ad actus formatos, constat etiam ꝙ charitas magis inclinat ad actum formatum ex ratione, quia quod est per se potius est eo quod est per aliud Reliquę enim uirtutes p charitatem, charitas autem per seipsam in actum formatum tẽdit. Et ex hoc patet etiam, ꝙ nulla ita delectabiliter operatur: tum quia maiorem inclinationem maior sequitur delectatio: tum quia charitas maxime libere operatur, utpote suprema virtutem & a nulla alia mota cæteras mouens. Liberum n. sui causa est, vt dicit* 1. Metaphys. Cõstat autem, quod quanto liberius, tanto delectabilius quis operatur. Potest quoque una communis causa reddi, quare charitas magis inclinat, & delectat: quia ex ꝓpria ratione habet, quòd sit habitualis amor, cui per se primo conuenit inclinatio & delectatio in opere? Omnia. n. quęcunq; in aliquid inclinantur, inquantũ amant illud, inclinãtur in illud. Ipse ergo amor magis inclinat ad amandum. Et similiter in quibuscũq; delectamur, quatenus amamus. Quãto ergo magis ipse amor in suo amãdi opere delectabit? Et propter hanc rationem, quæ est ex proprijs charitatis quia nulla virtus nisi charitas est amor, author sine ꝓbatione alias ut puto pertransiuit. Et per hanc patet solutio obiectorum in propriu: quia. s. non est ęqua comparatio inclinatorum & inclinationis Virtutes. n. cæteræ sunt sicut inclinatæ ad suos actus, charitas aũt est ipsa inclinatio in suum actũ: & ideo charitati primo, reliquis per se secundo conuenit inclinari in suos actus. Iuxta aũt antedicta patet solutio obiectorum ex hoc, ꝙ licet sit æqualitas proportionalis in omnibus uirtutibus ad suos actus, nõ tamen est æqualitas q̃ tanta, ꝑp quam inæqualitatem dictũ est, ꝙ nulla uirtus habet tantã inclinationẽ ad suũ actum.

*1. 2. qu. 34. ar. 4.

Conclu.

¶Circa easdem rationes dubium occurrit: quia si charitas ponit in aĩa hos tres modos operandi. s. perfecte, faciliter, & delectabiliter, poterit quis expertus in seipso faciliter, delectabiliter atq; vt cõnaturaliter exercere actus charitatis, scire p experientiã (q̃ est maxima certitudo) se esse in charitate, qđ est inconueniẽs.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ actus refertur ad habitum, & potentiam, à quibus est. Et licet referendo actum ad habitum conuenientia sit inter habitus acquisitos, & infusos, quia q̃libet perfectionẽ facilitatem, & delectationem ea illa habet, ut dictum est referẽ-

do

do tamen actum ad potentiam operatiuam, dĩa eſt inter act⁹ habituũ acquiſitorum, & infuſorum circa communicationẽ harum conditionum: quoniam in acquiſitis quantum habet ſubiectum de habitu, tñ habet de perfectionis, facilitatis, & delectationis modo. Et hoc, quia habitus acquiritur ex actibus, ex quibus operatiua potentia continuo perficitur, & inclinaẽ magis ad ſimiles actus. In infuſis aũt ſubiectum habet habitũ, ſine, hoc q̃ ſubiectũ participet ipſum per modũ habitus firmiter & cõformiter ad inclinationem illius ꝑp oppoſitã cauſam: quia. ſ. non ex actib⁹, ſed deforis uenit. Et ꝑpea euenit, ut in acquiſitis continua delectatio in opere ſit ſignum generati habitus. In infuſis vero habitus eſt abſque delectatione communicata ſubiecto, propter q̃ dr̃ in litera, quod nulla virtus ſic inclinat, & delectat, & non dr̃. Nullus habens virtutem tantum inclinatur, & delectatur: & quando etiam continua eſt delectatio in opere, non eſt infallibile ſignum, quàmuis plurimum ueriſimile infuſi habitus, quia poteſt ex acquiſito ſimili habitu, vel connaturali inclinatione, delectatio in opere ſimili operi habitus infuſi prouenire.

D. 284.

¶ Ad obiectionem ergo dicitur, quòd quàmuis habens habitum infuſum, & utens illo, ſit principium actus perfectum quãtum ad integritatem, antequàm firmet habitus: & quantum ad modum integritatis, poſtq̃ habitus infuſus firmatus eſt per modũ habitus: & ſimiliter inclinetur, quantum eſt ex parte habitus, & deberet inde delectari ante firmatum habitum, & poſt quaſi cõnaturalem habitum infuſum factũ ſimpliciter inclinetur, & delectet in illius habitus infuſi opere: non tñ ſequitur, q̃ experientia certa cognoſcat in ſe eſſe habitum infuſum illorum actuũ principium, q̃a actus illi poſſunt ex alio principio expertas conditiones & modos habere, ſ. ex acquiſito habitu ſimili, uel naturali inclinatione. Notanter autem dixi expertos: q̃m nos eſſe ꝑfectum principium ſecundum rem, actus ſecundum rem habitus infuſi, quàmuis in nobis ſit, non tamẽ experimur. Si. n. hoc experientia cognoſceremus, certiſſima cognitione charitatẽ, fidem, & ſpẽ infuſas in nobis eſſe ſciremus. Hoc. n. non põt ſupplere habitus acquiſitus, aut inclinatio naturalis, ut. ſ. cõſtituat principium perfectum actus ſcd̃m rem pertinentis ad habitum infuſum, ut patet. Et propterea author ex rõne perfecti principij probauit in litera neceſſitatẽ charitatis, & in ea fundauit cõcluſionem, & non ſuper promptitudine & delectatione, q̃ poſſunt ſuppleri per inclinationem acquiſiti habitus, vel naturæ.

¶ In eodem art. 2. in reſponſione ad tertium, dubium occurrit circa illam allatam propoſitionem. Charitas operatur formaliter &c. Eſt. n. potius ad oppoſitum quam ad intentum: quoniã operari formaliter, dupliciter intelligi poteſt, uel principiare opus ut formam. i. quo aliquid operatur, ut calor eſt principiũ calefaciendi: uel facere effectum formalem, ut calor facit eſſe calidum id, in quo eſt. Quocunque autem modo ſumatur, ſi forma facit effectum infinitum ex modo faciendi, non euadit quin ſit infinita immò potius infertur infinitas formæ ex effectu formali, & actu elicito, ſi ſit infinitus, quia conſtat quòd quantitas utriuſque ſequitur quantitatem formæ. Nõ n. calor ut tria, conſtituit eſſe calidum ut decem, nec elicit calefactionẽ ut decem. Male igitur ex modo operandi formaliter, retorquet infinitas in charitatis authorem, & tollitur ab ipſa charitate.

¶ Ad euidentiam huius rei ſciẽdum, q̃ cum formæ accidentales a ſubſtantialibus proficiſcantur, oportet efficaciam formarũ accidentalium in ſubſtantialiũ uirtutes reſoluere, quibus ſunt cõnaturalia accidẽtia illa ſcd̃m ſe, vel ſua principia, ut patet de calore connaturali primo ſubſtãtiæ ignis. Eius. n. efficacia vbicunque inueniat, in ignẽ reſoluitur. Propter quod in ſecundo de aĩa, augmẽtum ex eo, q̃ a calore cauſatur, ꝗ attribuebat ab Empedocle, & ex natura ignis reprobat ab Ariſtotele. Propter q̃, cũ

ipſam ad charitatis actum, & faciens eam prompte & delectabiliter operari.[n]

Ad primum ergo dicẽdũ, q̃ ipſa eſſentia diuina charitas eſt ſicut & ſapiẽtia eſt, & bonitas eſt. Vñ ſicut [d] dicimur boni bonitate, q̃ eſt De⁹, & ſapiẽtes ſapiẽtia, q̃ eſt De⁹ (q̃a bonitas qua formaliter boni ſum⁹, eſt participatio q̃dã diuinæ bonitatis: & ſapiẽtia qua formaliter ſapiẽtes ſum⁹, eſt participatio q̃dã diuinæ ſapiẽtiæ) ita etiã charitas, qua formaliter diligim⁹ ꝓximũ, eſt quædam participatio diuinæ charitatis. Hic enim modus loquendi conſuetus eſt apud Platonicos, quorũ doctrinis imbutus fuit Aug. Quod quidam nõ aduertentes, ex uerbis ei⁹ ſumpſerunt occaſionem errandi.

G

Ad ſecundum dicẽdum, q̃ Deus eſt uita effectiuè & animę per charitatem & corporis per animã. ſed formaliter charitas eſt uita animæ, ſicut & aĩa corporis. unde per hoc põt concludi, q̃ ſicut anima imediatè unitur corpori, ita charitas animę.

Ad tertium dicẽdũ, q̃ charitas operatur formaliter. Efficacia autem formæ eſt ſcd̃m uirtutem agentis, qui inducit formam. Et ideò patet quòd charitas non eſt infinita, ſed q̃ facit effectum infinitum, dũ cõiũgit aĩam Deo iuſtificando ipſam: hoc demõſtrat infinitatẽ uirtutis diuinę, q̃ eſt charitatis actor.

H

F charitas talis forma accidentalis ſit, ut nulli creaturæ factę, aut factibili connaturalis eſſe poſſit, ſed ſoli diuinæ ſubſtãtiæ non ſcd̃m accidẽtis naturã, ſed ſubſtãtialiter cõnaturalis ſit: efficacia eius in quocũq; reperiat, ſcd̃m diuinitatis naturã pẽſanda ẽ & in Deũ reſoluẽda, vt proximũ & cõnaturale eiu principiũ. Et ꝑpea author efficaciã charitatis in Deũ reducit, non ea rõne, qua olim reiũ eſt author, ſed ea ſpãli ratione, q̃ ua charitas eſt diuini ordinis ſoli deo connaturalis. Nec intendit author ponere aliq̃ infinitatẽ in effectu charitatis, q̃ non ponere intendat in ipſa charitate, ut ſuperficies literæ ꝑ ſe ferre uidetur penes quã procedit dubiũ motum. Non. n. min⁹ eſt infinita charitas, q̃ in charitate eſſe, & dilectio. Dei ex charitate: ſed intẽdit docere unde hẽt charitas hmõi infinitatẽ, quæ in ſuo effectu apparet, Et dicit, q̃ hoc habet ex uirtute dei, qui eſt propri⁹ actor charitatis non ſicut communiter eſt creator, ſed ſicut connaturalium ſibi ſoli cõmunicator. Hinc. n fit q̃ charitas, quæ diuini ordinis eſt, & formaliter faciat hoĩem ſic coniunctum Deo habitualiter, & per actum elicitum actualiter. Sic aũt eſſe coniunctum Deo, infinitum quid eſt excedens omnem efficaciam omnis agentis creati, & creabilis.

¶ Ad literæ autem uerba deſcendendo aduertere oportet, q̃ formæ participatæ in ſubiecto alterius naturæ, referuntur in duplex agens ut quod. Alterum ut quod utitur tantum illa: alterum, ut a quo proficiſcitur, & cui connaturalis eſt. Verbi gratia. Calor participatus in aĩali & refertur in animal, q̃ utitur ipſo, & refertur in ignem unde eſt. Et licet utrumque horũ dici poſſit, q̃ agit, & operatur per calorem, non ſolum tamen id ſic dr̃ prædicto modo, quia hoc ut utens, ille ut cauſa: ſed ẽt quia proprius effectus caloris ut ſic, non attribuitur, proprie loquendo, aĩali utenti, ſed igni: nec reſoluit in illud utens, ſed in ignẽ, ut
I patet in exemplo allato ex ſecundo de aĩa de augmento igneo, & augmento animalis. Sic autem eſt in propoſito. Charitas. n. eſt forma participata in uoluntate creata a Spiritu ſancto. Et ipſa quidem ſp operatur formaliter. i. ut quo, & non ut q̃: ſed cũ habeat duplex quod. ſ. hoĩem utentem ea, & Deum unde eſt, licet reſpectu aliquorum effectuum hõ poſſit dici, quod agit, & charitas quo, reſpectu tñ proprii effectus charitatis, qui [illegible] cognationis origine ſe tenet, ſolus Deus eſt ꝓprie cã agens ut quod. Talis autem effectus eſt infinitas, quæ charitate fit. Et ꝑpea efficacia charitatis in faciendo effectum infinitum, in Deũ reducitur ut cãm actiuam, ut quod uere & proprie agit; & in ipſam charitatem, ut formaliter operantem. Vnde ad obiectionẽ in oppoſitum dr̃, quòd author non intẽdit, quòd charitas operatur formaliter. i. per modum formæ, ut diſtinguitur contra operari effectiue. i. per modum agentis, ut quod eſt proprie cã efficiens. Et propterea optime, ſubtiliter, & clariſſime ſecundũ
K ſe dicit, quòd efficacia formæ eſt ſecundum uirtutem agẽtis inducentis formam. Oportet namque ubi ſolũmodo apparet aliquid operans per modum formæ, requirere aliud operans idẽ ꝑ modũ proprii actiui, ex quo ſit efficacia illius formæ. Conſtat. n. q̃ operãti ſic ꝑ modũ formæ ꝓficiſcit ſuapte natura ab operari ꝑ modũ ueri agentis. Et ſic patet, quòd neutro illorum modorum arguendo aſſumptorum, præciſe ſumit operari formaliter. Reducit tñ iſte modus ad unum illorum in cõi, ſ. operari, vt quo, ut patet ex dictis. Patet quoq; q̃ propoſitio illa. Charitas operat formaliter, infert intentũ: quia. ſ. ea tali modo operãdi habetur, quòd non oportet quòd ipſa ſit infinita ſimpliciter, ſed quòd ſit ab infinito ſimpliciter, ut cõ catore ſibi ſoli connaturalis proprietatis. Patet tertio, q̃ ex hoc conceditur, quod charitas eſt non minus infinita, quàm ſuus effectus formalis, & ſu⁹ actus elicitus, & quòd infinitatis tam in ipſa, quam in effectu cauſam quærendam eſſe in infinito ſimpliciter, author docuit ex modo operandi formaliter in charitate inſpecto.

Porrecta per totum.
118
3.d.27.q.2.ar.2. Et uir.q.1.a.5. ad 5. & q. 1 ar. 2.
* Lib.8.Ethic. c. 1. innuit in princ.to.5.
† Li.1.tex.216.to.2.

SVPER Q. XXIII. ART. III.
Cap.3.d.27.q.1.con.1.
Bannes eodem art.
Thom.ab Arg.d.27.q.1.
Dur.d.27.q.2.d.25.q.1.

IN artic. 3.aduerte duo Primo, ꝙ author in reſponſione ad primũ rõnabiliꝰ dici putat, ꝙ humana amicitia ñ eſt virtus, ſed cõſequẽs virtutẽ. Diuina ãt qualis eſt charitas, ẽ ſimpliciter virtus, q̃a ſuper cõicatiõe diuinę naturæ, non ſup virtute ꝓpriæ fundat᷑. Scd'o, ꝙ in rñnone ad tertiũ charitatem [illegible] o ẽ aĩa ſcd'm quid ponit, inquantũ.ſ. eſt aĩ uori, ordinis ſcd'm rõnem ſuę ſpei, q̃a.ſ. eſt diuini ordinis. Participatio.n. eſt cõnaturalium ſoli Deo ut dictum eſt.

ARTICVLVS III.

Vtrum charitas ſit virtus

AD TERTIVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ charitas ñ ſit uirtus Charitas.n.[b] amicitia ẽ q̃dã: ſed amicitia à Phſ̃o, nõ ponit̃ virtus vt in 8.lib. Ethico. patet. neq;.n. connumerat̃ inter uirtutes morales neq; ẽt ĩter intellectuales. ergo ẽt neq; charitas eſt virtus.

¶2 Præt. Virtus eſt[b] vltimum potentiæ, ut dr̃ in li. † de cœlo & mundo: ſed charitas nõ eſt ulti- B mum, ſed magis gaudiũ & pax. ergo vr̃ ꝙ charitas nõ ſit virtus ſed magis gaudium, & pax.

¶3 Pręt. Oĩs virtus eſt quidã habitus accidentalis: ſed charitas non eſt habitus accidentalis cũ ſit nobilior ipſa anima. Nullum aũt[h] accidens eſt nobilius ſubiecto. ergo charitas nõ eſt virtus.

* Libr. de moribus eccleſię c. 11. to. 1.

SED CONTRA eſt, quod Au.* dicit in lib. de Moribus Eccleſ. Charitas eſt virtus, quæ cum noſtra affectio eſt rectiſſima, coniungit C nos Deo, qua eum diligimus.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ humani actus bonitatẽ hñt ſm ꝙ regulant̃ debita regula, & menſura. Et iõ humana uirtus, quæ eſt principium oĩum bonorũ actuum hoĩs conſiſtit in attingendo regula humanorum actuũ: q̃ quidem eſt duplex, vt ſ̃. dictũ* eſt .ſ. humana rõ & ipſe Deus. Vñ ſicut uirtus moralis diffinit̃ per hoc, quod eſt ſm rectam rõnem, ut patet* in 2. Ethic. ita etiam attingere Deum conſtituit rationem virtutis, ſicut ẽt ſupra dictum * eſt de fide, & ſpe.[m] Vnde cum charitas attingat Deũ quia coniungit nos Deo, ut patet ꝑ authoritatem D † Au. inductã, cõſequẽs eſt charitatẽ eſſe virtutẽ.[n]

* q. 17. ar. 1.
* Li. 2. c. 6
* q. 4. ar. 5 & q. 17. a. 1.
Conclu. m
† In arg. ſed cõtra
* Lib.8.Ethi.c.1.in prin.to.5

AD PRIMVM dicendũ, ꝙ Phſ̃us * in 8. Ethic. nõ negat amicitiã eſſe virtutẽ, ſed dicit ꝙ eſt uirtus uel cum uirtute. Poſſet.n. dici, ꝙ eſt uirtus moralis circa operationes, q̃ ſunt ad aliũ, ſub alia tñ rõne q̃ iuſtitia. Nã iuſtitia eſt circa operationes q̃ ſunt ad aliũ ſub rõne debiti legalis: amicitia ãt ſub rõne beneficij cuiuſdã debiti amicabilis, & moralis vel magis ſub rõne beneficij gratuiti, vt patet per Phſ̃um* in 8. Ethic. Põt tñ dici, ꝙ nõ eſt uirtus ꝑ ſe ab alijs diſtincta. Nõ.n. hẽt rõnẽ laudabilis & honeſti niſi ex obiecto, ſm.ſ. ꝙ fundat̃ ſup honeſtatẽ virtutũ. Quod patet ex hoc ꝙ non q̃libet amicitia hẽt rõnem laudabilis, & honeſti, ſicut patet in amicitia delectabilis, & vtilis. Vñ amicitia virtuoſa, magis eſt aliq̃d cõſequẽs ad virtutẽ, q̃ ſit[d] virtꝰ Nec ẽ ſiſe de charitate, q̃ nõ fundat̃ principaliter ſup virtutẽ humanã, ſed ſuper bonitatẽ diuinam.

* Li.8.ca.13.to.5.
D.87.

AD II dicẽdũ, ꝙ eiuſdẽ virtutis eſt diligere aliquem, & gaudere de illo. Nam gaudium amorem conſuquitur, ut ſ̃.* habitum eſt, cum de paſſionibus ageretur. Et ideo magis ponitur virtus amor, q̃ gaudium, quod eſt amoris effectus. Vltimum[d] ãt quod ponitur in ratione virtutis, nõ importat ordinem effectus, ſed magis ordinem exceſſus cuiuſdam: ſicut centum libræ excedunt quadraginta.

* 1. 2. qu. 25. art. 2.
D. 1172.

AD III. dicendũ, ꝙ oẽ accidens ſm ſuũ eſſe, eſt inferius ſubſtãtia, q̃a ſubſtantia eſt ens ꝑ ſe, accidens ãt in alio. Sed ſm rõnem ſuæ ſpẽi, accidẽs q̃dẽ, quod cãtur ex principijs ſubiecti, eſt ĩdignius ſubiecto, ſicut effectus cã. Accidẽs ãt quod cãtur ex participatione alicuius ſupioris naturæ, eſt dignius ſubiecto, inquãtũ eſt ſĩitudo ſuperioris naturę ſicut lux diaphano. Et hoc mõ charitas eſt dignior aĩa, inquantũ eſt participatio q̃d ĩ Spũſſc̃ti.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum charitas ſit virtus ſpecialis.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ charitas nõ ſit uirtus ſpecialis. Dicit.n. Hier. Vt breuiter oĩum virtutum diffinitionẽ cõplectar, Virtus eſt charitas, qua diligitur Deus, & proximus. Et Aug. dicit in li. † de Moribus Eccleſię, ꝙ virtus eſt ordo amoris ſed nulla virtus ſpecialis[h] ponit̃ in diffinitione virtutis cõis: ergo charitas nõ eſt ſpãlis virtus.

¶2 Pręt. Id quod ſe[b] extendit ad C opera oĩum uirtutum, non põt eſſe ſpecialis virtꝰ: ſed charitas ſe extendit ad opera oĩum uirtutum, ſm illud prim x ad Cor. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt &c. Extẽdit etiam ſe ad oĩa opera humana, ſm illud 1. ad Cor. vlt. Omnia.n. opera ueſtra in charitate fiant, Ergo charitas non eſt ſpecialis virtus.

¶3 Præt. Præcepta legis[b] rñdent D actibus virtutum: ſed Aug. in li. * de perfectione humanę iuſtitiæ, dicit, ꝙ generalis iuſſio eſt, Diliges, & generali: prohibitio Non concupiſces. ergo charitas eſt generalis virtus.

SED CONTRA. Nullum gñale connumerat̃ ſpeciali: ſed charitas connumerat̃ ſpecialibus virtutibus.ſ. ſpei, & fidei, ſm illud 1. ad Cor. 13. Nunc ãt manent fides, ſpes, charitas, tria hæc. ergo charitas eſt ſpecialis uirtus. E

RESPON. Dicendum, ꝙ actus & habitus ſpecificantur per obiecta, vt ex ſupra dictis * patet. Proprium ãt obiectum amoris eſt bonum, vt ſupra † habitum eſt. Et ideo vbi eſt ſpecialis rõ boni, ibi eſt ſpecialis ratio amoris. Bonum ãt diuinum, inquantum eſt beatitudinis obiectum, habet ſpecialem rationem boni. Et ideo amor charitatis, qui eſt amor huius boni eſt ſpecialis amor. Vnde & [d m] charitas eſt ſpecialis virtus.[n]

D. 305.
Conclu. m

SVPER Q. XXIII. ART. IIII.
S. Bon. 3. ſ. d 27. q. 1. art. 1.
Scot. 3. ſ. d 27. q. 1.
Riccar. 3 ſ. d. 27. q. 1.
Cap. 3. d 27. q. 1. con. 2.
Bannes eodem art.

IN art. 4. ſcito ꝙ bonũ diuinũ, ut q̃ũ beatitudinis obiectũ, hẽre ſpecialem rõnẽ boni ꝑ intelligi dupliciter. Primo: ut una particularis rõ diſtinguitur contra aliam particularem. Verbi gr̃a, ut ſapiẽtia diſtinguitur a potentia: & ſic non eſt uerum, ꝙ bonum diuinũ vt obiectum beatitudinis, hẽat ſpecialẽ rõnem boni. Deus autẽ non ſcd'm aliquam rõnẽ eſt obiectũ beatitudinis ĩ patria ſed ſcd'm ſeipſum. Scriptũ eſt.n. 1. Io. q, uidebimus eum ſicuti eſt. Alio ergo modo intelligitur ut uniuerſalis rõ diſtinguit᷑ contra particulares. ſeu ut rõ abſolute diſtinguit contra rõnem ſcd'm qd. Et hoc modo verum eſt, ꝙ bonum diuinũ ut obiectũ beatitudinis hẽt ſpecialem rõnem boni Deus ſiquidem ipſe ſcd'm ſeipſũ ſicuti eſt obiectũ beatitudinis ĩ patria eſt Et quia hæc eſt ſuprema & vniuerſaliſſima rõ Dei, aliæ rõnes diuini boni diſtĩguũtur ab iſta, ut rõnes ſcd'm quid a ſimpliciter, & ut particulares ab uniuerſali, nõ in prædicãdo, ſed quaſi in eſſendo, & cauſando. Vñ Deus ut obiectum beatitudinis naturalis, diſtĩguitur a ſeipſo ut obiectũ beatitudinis ſupernaturalis, ut ſecũdum quid a ſimpliciter. Et ſimile eſt de quibuſcunq;

Porrecta per totum.
119
Inf. q. 58. art. 6. Et 3 d. 27. q. 2. ar. 4. q. 2. & 3. Et ui. q. 2. a. 12. co. & a. 5.
* refert 3. ſen. d. 27.
Et id hẽt Aug ĩ Epiſto. 29. a medio tomo 2.
† Cap. 15. tom. 1.
* In rñſio nerõcinationis. 11. tom. 7.
* 1. 2. 2. q. 18. ar. 2. & q. 54. ar. 2
† 1. 2. qu. 27. ar. 1.

quibоſcunque alijs rõnib. Et ad hũc ſenſum reducere memẽto quæcunq; de huiuſmodi ſcripta ſunt. Signum autem huius eſt, qd de beato ſcriptũ eſt, ꝙ ſup oĩa bona ſua cõſtituet eũ, & ꝙ charitas oĩa imperat. Hæc enim ex ſuprema uniuerſalitate obiecti ſunt.

*ar.7.& 8. huius quæſt. †li.2.Ethi. ca. 6.& 6. Eth.c. vlt. to:n. 5.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ charitas ponit in diffinitione oĩs virtutis, nõ qa ſit eſſentialr oĩs uirtus: ſed qa depẽdẽt ab ea aliqualiter oẽs uirtutes, ut ĩfra *dicet. Sicut ẽt prudẽtia ponit in diffinitione uirtutũ moraliũ, vt patet† in 2.& 6.Eth.eo ꝙ uirtutes morales depẽdẽt à prudẽtia.

Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ virtus, uel ars ad q̃ ꝑtinet finis vltimus, imperat uirtutibus, uel artibus, ad quas ꝑtinent alij fines ſecundarij, ſicut militaris imperat equeſtri, ut dr̃ † in 1.Eth. Et iõ quia charitas hẽt ꝓ obiecto ultimũ finem humanæ uitæ, ſ. beatitudinẽ æternam: ideò extendit ſe ad actus totius humanę vitæ per modum imperij, non quaſi immediatè eliciens omnes actus uirtutum.

†li.1. Eth. c.1. à medio to.5.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ præceptum de diligendo, dr̃ eſſe iuſſio generalis: quia ad hoc reducũtur omnia alia præcepta ſicut ad finem: ſecundùm illud 1.ad Tim.1. Finis præcepti charitas eſt.

Articvlvs v.

Vtrum charitas ſit una virtus.

Perrecta per totum.

Bannes eodem articulo.

120

Locis ſup. ar.4.induc̃tis.

Ad qvintvm ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ charitas nõ ſit una uirtus. Habitus.n. diſtinguuntur ẽm ᵇ obiecta: ſed duo ſunt obiecta charitatis, ſcilicet Deus, & proximus, quæ in infinitum abinuicem diſtant. ergo charitas non eſt una uirtus.

¶2 Præt. Diverſæ ª rõnes obiecti diuerſificãt habitũ, ẽt ſi obiectũ ſit realiter idem, ut ex ſ. *dictis patet: ſed multæ ſunt rõnes diligendi Deũ, qa ex ſingulis beneficijs eius perceptis debitores ſumᵘ dilectionis ipſius. ergo charitas non eſt una uirtus.

*q.17.a.6. & 1. 2. q. 54 ar.2.

¶3 Præ. Sub charitate includitur ᵇ amicitia ad proximum: ſed Philoſophus in *8. Ethic. ponit diuerſas ſpecies amicitiæ. ergo charitas non eſt una uirtus, ſed multiplicatur in diuerſas ſpecies.

*Li.8.Eth. capi.11.& 12 to.5.

Sed contra. Sicut obiectũ fidei eſt Deᵘ, ita & charitatis. ſed fides eſt una uirtus ꝑ unitatẽ diuinæ ueritatis, ẽm illud ad Ephe.4. Vna fides. ergo ẽt charitas eſt una uirtᵘ ꝑ unitatẽ diuinæ bonitatis.

Respon. Dicendum, ꝙ charitas, ſicut dictũ * eſt, eſt q̃dã amicitia hoĩs ad Deũ. Diverſæ aũt amicitiarũ ſpẽs accipiunt̃ qdẽ uno mõ ẽm diuerſitatẽ finis: & ẽm hoc dicunt̃ tres ſpẽs amicitię. ſ. amicitia utilis, delectabilis, & honeſti. Alio mõ ẽm diuerſitatẽ cõicationũ, in qb. amicitiæ fundant̃: ſicut alia ſpẽs amicitiæ eſt cõſanguineorũ, & alia cõciuiũ, aut peregrinãtiũ, quarũ una fundat̃ ſup cõicatiõe naturali, alia ſup cõicatione ciuili, uel peregrinationis, ut patet ꝑ Phĩum * in 8. Ethi. Neutro autẽ iſtorũ modorũ charitas põt diuidi ĩ plura. Nã charitatis finis eſt unᵘ, ſ. diuina bonitas. Eſt ẽt & una cõicatio beatitudinis æternæ, ſup q̃ hæc amicitia fundat̃. Vñ ᵈ relinquit̃, ꝙ ᵐ charitas eſt ſimpliciter vna virtus, non diſtincta in plures ſpecies. *

*Ar.1.huius quæſt.

*Li.8.Ph. c.11.& 12. tom. 5.

D 305. *Conclu. m*

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ rõ illa directè ꝓcederet, ſi Deᵘ, & ꝓximᵘ ex æquo eſſent charitatis obiecta: hoc aũt nõ eſt verũ, ſed Deᵘ eſt principale obiectum charitatis: proximus autem ex charitate diligitur propter Deum.

Ad secvndvm dicẽdũ, ꝙ charitate diligit̃ Deus ꝑ ſeipſum. Vñ una ſola rõ diligẽdi attẽdit̃ principaliter à charitate. ſ. diuina bonitas, quę eſt eiᵘ ſubſtãtia, ẽm illud Pſa.105. Confitemini Dño, qñ bonus. Aliæ autem rationes ad diligendum inducentes, vel debitum dilectionis facientes, ſunt ſecundariæ, & conſequentes ex prima.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ amicitiæ humanæ, de qua Philoſophus loquitur, eſt diuerſus finis, & diuerſa cõicatio. Quod in charitate locum nõ hẽt, vt dictum * eſt. Et ideò non eſt ſimilis ratio.

*In corp. art.

Articvlvs vi.

Vtrum charitas ſit excellentiſſima uirtutum.

Perrecta per totum.

121

1.2.q. 66. ar.6. Et infra q. 30. ar.4. Et 3. di.36. art. 4.corp. Et 4.con.ca. 55. ad 13. Et Col. 3. lect.3. principio.

Ad vi. ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ charitas ñ ſit excellẽtiſſima uirtutũ. Altioris.n. potẽtia ᵇ altior eſt uirtus, ſicut & altior operatio: ſed intellectᵘ ẽ altior uolũtate, qa dirigit ipſã. ergo fides, q̃ eſt in intellectu, eſt excellentior charitate, q̃ eſt ĩ uolũtate.

¶2 Prę. Illud ᵇ ꝑ ꝙ aliud opat̃, vr̃ eo ẽe ĩferiᵘ, ſicut miniſter ꝑquẽ dñs aliqd opat̃, eſt ĩferior dño: ſed fides ꝑ charitatẽ operat̃, vt habetur ad Gal.5. ergo fides eſt excellentior charitate.

¶3 Prę. Illud ꝙ ſe hẽt ex additiõe ad aliud, vr̃ ẽe ꝑfectiᵘ: ſed ſpes uĩ ſe hr̃e ex additione ad charitatẽ. nã charitatis obiectũ eſt bonum: ſpei autem obiectum eſt bonum arduum. ergo ſpes eſt excellentior charitate.

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ 1. ad Cor.13. Maior horũ ẽ charitas.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ cũ bonũ in humanis actib. attẽdat̃ ẽm ꝙ rr̃a tur, debita rr̃a, neceſſe ẽ, ꝙ uirtᵘ humana, q̃ ẽ pricipiũ bonorũ actuũ, cõſiſtat ĩ attingẽdo humanorũ actuũ rr̃am. Eſt aũt duplex rr̃a humanorũ actuũ, ut ſ. *dictũ ẽ. ſ. rõ humana, & Deᵘ: ſꝫ Deᵘ ẽ prima rr̃a, à qua ẽt humana rõ rr̃anda eſt. Et iõ uirtutes theologicæ, q̃ cõſiſtũt ĩ attingẽdo illã rr̃am primã, eo ꝙ earũ obiectũ ẽ Deᵘ, excellẽtiores ſũt uirtutib. moralib. uel ĩtellectualib. q̃ cõſiſtũt in attingẽdo rõnẽ humanã. Propter ꝙ oportet, ꝙ ẽt īter ipſas uirtutes theologicas illa ſit potior, q̃ magis Deũ attingit. Sꝫ ẽt id, ꝙ eſt ꝑ ſe, maiᵘ ẽ eo, ꝙ eſt ꝑ aliud. Fides aũt, & ſpes attingunt quidẽ Deũ, ẽm ꝙ ex ipſo ꝓuenit nobis uel cognitio veri, uel adeptio boni: ſed charitas attingit ipſum Deum, ut in ipſo ſiſtat, nõ ut ex eo

*Ar. 3. huius quæſt.

SVPER Q. XXIII. ART. VI.

Bannes eodem art.

Scotus 3.ſ. d. 28.q.1.

In artic. 6 omiſſo 5. aduerte, ꝙ ut iã ꝓdictũ ẽ, virtutes theologicæ reſpiciũt Deũ ut obiectum, ad qđ tẽdũt: & ei innitunt̃ ut rõni formali, qua tendunt. Et author modo hinc, mõ illinc de eis iudicat ſcdm diuerſa propoſita. In pñti ſiquidẽ qõne iudicat de eis inquãtũ innitũtur Deo, vt rõni formali. Et quia fides vt ſic, credit Deo reuęlanti, ſpes innitit̃ Deo auxilianti, charitas ãt adhæret Deo, qa bonᵘ eſt in ſe: iõ charitatem excellere cæteras uirtutes rectè concluditabſq; ulla controuerſia ad ſupradicta, vt facile patet ex diſtinctione hac, & applicatione ad ſingula.

¶ In ratione ad primum in eod. 6. art. aduerte, ꝙ qa cõparatio nes ntelliguntur ecteris paribus: ꝑpea author cũ uellet dicere, ꝙ eorũ q̃ ſunt ſupra nos, dilectio cognitioni pfertur, non dixit hoc, niſi cũ additiõe, ſ. & ꝑcipue dilectio Dei: Videbat ſiqdẽ, ꝙ dilectio Dei, & ſubſtãtiarũ immaterialiũ, qualis põt ꝑ naturalia ſola haberi, nõ pfert̃ ſimpliciter uirtuti intellectuali, q̃ eſt ſapiẽtia. Et hoc, qa nõ ẽ virtᵘ, ſed dilectio Dei, de qua eſt ſermo, q. ſ. eſt ex charitate, qa charitas eſt virtᵘ. iã cætera ſũt paria, & cõparatio ẽ īter uirtutes: iõ.

præter-

Caiet. m præfertur virtutib. oí perfiεiẽtib. ad cogno ſecũdũ Deum. Et ad hoc inſinuãdũ vr̃ author appoſuiſſe illa verba. quis ẽt ſi non appoſuiſſet, ſubintelligeret. cæteris parib. Et intellige hæc de cognitione, & itellectione uiæ, vbi dilectio ad Deũ in ſeipſo, cognitio aũt ad Deũ in nobis p ſpẽm attingit. In patria autẽ ſecus eſt, ubi tam uiſio, q̃ dilectio, Deum ſecundum ſe attingit.

SVPER Q. XXIII. ART. VII.

Bannes eodem artic.

IN ar. 7. aduerte hic diſcernere quid in re, & quid in ſermonis rõne ſentiẽdum, ne apud philoſophos, & mundi huius ſapientes riſum excites. Secundũ rem quidem, abſque charitate eſſe poſſunt in hoĩe abſolute conſiderato veræ uirtutes, & perfectæ perfectione requiſita ad uirtutẽ humanã. Sed qm̃ quilibet artifex iudicare dẽt ſecũdũ proprias ſuas cãs, medicus qdẽ ſecũdum humores, aſtrologus ſcdm aſtra &c. Ide diuerſa eſt rõ ſermonis apud theologos & alios Theolog⁹ ſiquidẽ, cui⁹ obiectũ eſt De⁹, & hoĩem bonũ conſtituit ſolũ in ordine ad finem vltimum ſimpliciter, qui eſt obiectum charitatis, diſtinguẽdo dicit, q perfectio uirtutis ẽ duplex, in gñe, & ſimpliciter, & q ſine charitate & fide ẽt ſunt virtutes perfectæ in gñe, ſed nõ ſimpliciter. Philoſophus aũt, qui hoĩem bonũ conſtituit in ordine ad vltimum finem naturalem, nec ſuperiorem nouit finem, uirtutes humanas ſine fide & charitate ueras, & pfectas uirtutes ſimpliciter dicit. Nec ppea cõtradicũt ſed impfecta notitia philoſophiæ de hoĩs bonitate in cã eſt. Quod. n. philoſophus uocat pfectũ ſimpliciter, qa nõ eſt eius altiorem finem conſiderare, theologus uocat pfectum in gñe, & impfectũ ſimpliciter, qa eius eſt altiorem finem: cõſiderare. Et ſi hæc bñ notaueris, & ſcaueris applicare, cũ reuerentia ſuſcipies dicta theologorum, & philoſophos non ſpernes.

¶ In eodẽ art. tam in rñſione ad primum, q̃ in rñſione ad ſecũdum, caue ne fallaris ex eo, q dr̃. ſ. ſine charitate deeſt debita ordinatio ad finẽ vltimũ. Si namq; debita ordinatio deficit, actus nõ ſolũ eſt impfectus, ſed malus. Priuatio ſiquidem boni dbiti, malũ cõſtituit. Caue inquã, qm̃ nõ eſt ſermo de ordinatione debita actui ad hoc, q ſit bonus moraliter, ſed ad hoc, q ſit bonus ſimpliciter. ſ. ad uitam æternã. Et ppea hmõi priuatio nõ cõſtituit actũ malũ moraliter, ſed non bonũ ſimpliciter, & p tpe, quo obligat pceptũ charitatis, cõſtituit ẽt malũ. Priuatio ſiquidẽ boni debiti qñ, ſicut &c. oportet, cõſtituit vere rõnẽ mali. Sed hoc eſt extra propoſitum, vbi abſolute, & non pro tali tempore quæſtio eſt.

*Prop. 12 & 20. inter opera Ariſt. to. 3.

*Li. 6. c. 3. et 4. to. 5.

*1. 2. q. 55 art. 4.

Porrecta per totum. 122

1. 2. q. 65. ar. 2. et 4. Et ueri. q. 14. arti. 6. Et quo. 12. ar. 15. ſi.

aliquid nobis proueniat. Et m iõ charitas eſt excellentior fide & & ſpe, & p cõñs oĩbus aliis virtutib. n Sicut ẽt prudentia, quæ attingit rõnem ẽm ſe, eſt excellentior, q̃ aliæ uirtutes morales quæ attingunt rõnem ẽm q ex ea mediũ conſtituit in operationib. uel paſſionibus humanis.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q operatio intellectus cõplet ẽm q intellectus eſt in intelligẽte: & iõ nobilitas operationis itellectualis attẽdit ẽm mẽſurã itellect⁹. Operatio aũt uolũtatis, & cuiuſlibet uirtutis appetitiuæ pficit ex inclinatione appetẽtis: ad rẽ, ſicut ad terminũ: iõ dignitas operationis appetitiuæ attẽdit ẽm rẽ, q̃ eſt obiectũ operationis. Ea aũt q̃ ſunt infra aiam, nobiliori mõ ſunt in aïa, q̃ in ſe ipſis: qa unũquodq; eſt i aliquo p modũ eius in quo eſt, ut habetur in lib.*de Cauſis. Quæ vero ſunt ſ. aiam, nobiliori mõ ſunt in ſeipſis, q̃ ſint in aïa. Et iõ eorũ q̃ ſunt infra nos, nobilior eſt cognitio, q̃ dilectio. Propter q philoſoph⁹ in 7. Eth. ptulit virtutes intellectuales moralibus: ſed eorũ quæ ſunt ſ. nos, & pcipuè dilectio Dei cognitioni pferẽ. Et iõ charitas eſt excellẽtior fide.

Ad II. dicẽdũ, q fides nõ operatur per dilectionem ſicut per inſtrm, ut dñs per ſeruum, ſed ſicut per formam propriã: & ideò ratio non ſequitur.

Ad III. dicendum, q idẽ bonũ eſt obiectũ charitatis, & ſpei ſed charitas importat vnionem ad illud bonũ, ſpes aũt diſtantiã quãdã ab eo. Et indè eſt q charitas non reſpicit illud bonũ ut arduum, ſicut ſpes. Quod. n. iam vnum eſt, non habet rationem, ardui. Et ex hoc apparet, quòd charitas eſt perfectior ſpe.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſine charitate poßit eſſe aliqua uera uirtus.

AD septimvm ſic pcedit. Vr̃ q ſine charitate poſſit eſſe aliqua vera uirt⁹. Virtutis. n. pprĩu eſt h bonũ actũ producere: ſed illi q nõ hñt charitatẽ, faciũt aliquos bonos actus, puta, dũ nudũ ueſtiũt, famelicum paſcunt, & ſiña operant ergo ſine charitate pt ẽe aliqua uera uirt⁹

A ¶ 2 Præ. Charitas nõ põt ẽe ſine fide, procedit. n. ex fide nõ ficta, vt Apoſt. dicit 1. Tim. 1. ſed in infidelibus põt eſſe b vera caſtitas, dũ concupiſcẽtias cohibẽt, & uera iuſtitia, dum rectè iudicant. ergo uera uirtus põt eſſe ſine charitate.

¶ 3 Præ. Scia, & ars, h virtutes q̃dã ſunt, ut * patet in 6. Ethi. ſed hmõi inueniuntur in hominib⁹ B peccatoribus non habentibus charitatem. ergo uera uirtus poteſt eſſe ſine charitate.

Sed contra eſt, q Apoſtolus dicit 1. ad Corin. 13. Si diſtribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeã, charitatẽ aũt non habeã, nihil mihi prodeſt: ſed virt⁹ vera multũ prodeſt, ẽm illud Sap. 8. Sobrietatẽ, & iuſtitiã docet, prudẽtiã & uirtutẽ, qb. in uita nihil ẽ utilius hoĩbus. ergo ſine charitate C vera uirtus eſſe non poteſt.

Respon. Dicendũ, q uirtus ordinat ad bonũ, ut ſ. * habitũ eſt. Bonũ aũt principaliter eſt finis. Nã ea quæ ſunt ad finẽ, non dicunt bona, niſi in ordine ad finẽ. Sicut ergo duplex eſt finis, unus ultim⁹, & ali⁹ pxim⁹: ita ẽt ẽ duplex bonũ. Vnũ quidem ultimũ & uñe, & aliud pximũ & particulare. Vltimũ quidẽ principale bonũ hoĩs, eſt Dei fruitio, ẽm illud Pſa. 72. Mihi adhærere Deo, bonũ eſt: & ad hoc ordinat hõ p charitatẽ. D Bonũ aũt ſecũdariũ, & quaſi particulare hoĩs, põt eſſe duplex. Vnũ quidẽ, q eſt uerẽ bonũ, utpote ordinabile, quantũ eſt in ſe, ad principale bonũ q eſt ultim⁹ finis: aliud aũt eſt bonũ apparẽs, & nõ uerũ, qa abducit a finali bono. Sic ergo patet, q uirtus uera ſimpliciter eſt illa, q̃ ordinat ad principale bonũ hoĩs: ſicut ẽt Philoſophus in 8. Eth.* dicit, q uirt⁹ eſt diſpoſitio pfecti ad optimũ: & m ſic nulla uera uirtus põt eſſe ſine charitate. n Sed ſi accipiat uirt⁹ ẽm q eſt in ordine ad aliquẽ finẽ particularem, p ſic põt aliqua uirtus dici ſine charitate, inquantũ ordinat ad aliqđ particulare bonũ: q ſed ſ E ſi illud particulare bonũ non ſit uerũ bonũ, ſed apparens: uirtus ẽt, quæ eſt in ordine ad hoc bonum, nõ erit uera uirtus, ſed falſa ſimilitudo uirtutis. t Sicut nõ eſt uera uirt⁹ auarorũ prudentia, quia excogitant diuerſa gña lucellorum, & auarorũ iuſtitia, qua grauium damnorum metu cõtemnũt aliena, & auarorum temperantia, qua luxuriæ, q̃ ſum ptuoſa eſt, cohibent appetitum, & auarorum fortitudo, qua ut ait Horatius, lib. 1. epiſtolarum.

Per mare pauperiẽ fugiunt, per ſaxa, per ignes, vt Aug.* dicit in 4. li. cõtra Iulianũ. x Si uerò illud bonũ particulare ſit uerũ bonũ, puta, cõſeruatio ciuitatis, vel aliqđ hmõi, erit qdẽ uera uirt⁹, ſed imperfecta,

*li. 7. Phyſi. tex. 17. et 18. tomo 2.

Conclu. m

Conclu. p

Conclu. s

Conclu. x

*Aug lib. 4. c. 3. ante medium tom. 7.

perfecta, niſi referatur ad finale, & perfectum bonum [z]. Et ſecundum hoc ſimpliciter uera virtus ſine charitate eſſe non poteſt.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ actus alicuius charitate carētis pōt ēe duplex. Vn⁹ qdē ſm hoc, ꝙ charitate caret, utpote cū facit aliqd in ordine ad id, ꝓ quod caret charitate. Et talis act⁹ ſp ē malus, ſicut Aug. [a] dicit in 4. cōtra Iulianū, ꝙ act⁹ infidelis, inquātū eſt infidelis, ſp eſt pctm̄, et ſi nudū operiat, vel qcqd aliud hmōi faciat, ordinās ad finē ſuæ infidelitatis. Alius aūt pōt eſſe act⁹ charitate carētis nō ſm id, ꝙ charitate caret, ſed ſm ꝙ hēt aliquod aliud donum Dei, uel fidē, uel ſpē, vel ēt naturæ bonū, quod nō totū ꝑ pctm̄ tollit; ut ſ. dictū * eſt. Et ſm hoc ſine charitate pōt quidē eſſe aliqs actus bon⁹ ex ſuo gn̄e, non tn̄ perfectè bonus, quia deeſt debita ordinatio ad ultimum finem. G

a Li. 4. ca. 3. tom. 7.
* q. 10. ar. 4. & 1. 2. q. 85. arti. 1. & 2.

Ad secvndvm Dicendū, ꝙ cū finis ſe hēat i agibilibus, ſicut principiū in ſpeculabilib. ſicut non pōt eſſe ſimpliciter uera ſcia, ſi deſit recta æſtimatio de primo & indemōſtrabili principio: ita non pōt eſſe ſimpl'r uera iuſtitia, aut uera caſtitas, ſi deſit ordinatio debita ad finē, q̄ eſt per charitatē, q̄tumcunque aliquis ſe rectè circa alia habeat.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ ſcia, & ars de ſui rōne i-portant ordinem ad aliquod particulare bonū, nō autem vltimum finem humanæ uitæ, ſicut uirtutes morales, q̄ ſimpliciter faciūt hoīem bonum, vt ſupra dictum * eſt: & ideò non eſt ſimilis ratio. H

* In corp. 1. & 13. q. 57. & q. 66. art. 8.

Porrecta per totum.

123

Sup. q. 4. ar. 3. Et 3. d. 23. q. 1. a. 1 q. 1. Et d. 27. q. 2. art. 4 q. 3. Et veri. q. 14. art. 4. Et vir. q. 2. ar. 3.

Articvlvs VIII.

Vtrum charitas ſit forma uirtutum.

Ad octavvm ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ charitas nō ſit forma virtutū. Forma.n. alicuius rei vel ē exemplaris, uel eſſentialis: ſed charitas nō eſt forma exēplaris aliarū uirtutū, qa ſic oporteret, ꝙ aliæ uirtutes eēnt eiuſdē ſpēi cū ipſa. ſi̇r ēt nō ē forma eſſentialis aliarū uirtutū, quia nō diſtingueretur ab alijs. ergo nullo modo eſt forma uirtutum. I

¶2 Prę. Charitas cōparat̄ ad alias uirtutes ut radix & fundamētū, ſm illud Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Radix [b] āt, uel fundamētū nō hēt rōnē formæ, ſꝺ magis rōnē materię, qa eſt prima pars i gn̄atione. ergo charitas nō eſt forma uirtutū. K

¶3 Prçt. [b] Forma, & finis, & efficiēs nō coincidūt i idē numero vt patet. in 2. [e] Phyſ. ſed charitas dr̄ finis, & mater uirtutū. ergo non dēt dici forma virtutum.

* Libr. 2. Phy. text. 70. to. 2.

Sed contra. eſt, ꝙ Amb. † dicit charitatē ēe forma uirtutē.

† Ex li. 2. in Luc. in tit. redargutio malitiæ Iudæorum ſ fine colliq. to 5. & refert 4. ſen. diſ. 24. para. C.

Respon. Dicendū, ꝙ in moralib. forma act⁹ attēdit principaliter ex parte finis: cuius rō eſt, qa principiū moraliū actuū eſt F voluntas, cuius obiectū, & quaſi forma, eſt finis. Semꝑ āt forma actus cōſequit̄ formā agētis: vn̄ oportet ꝙ in moralib. id quod dat actui ordinem ad finē, det ei & formā. Manifeſtū eſt āt ſm prædicta [v], ꝙ per charitatē ordinant̄ actus oīum aliarum virtutū ad ultimū finē. Et ſm hoc ipſa dat formā actib. oīum aliarū virtutū, & [m] pro tanto dr̄ eſſe forma uirtutū: [n] Nā & ipſæ uirtutes dicunt̄ i ordine ad act⁹ formatos.

* Ar. pce.

D. 307. Concl. m

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ charitas dr̄ eſſe forma aliarū virtutū nō quidē exēplariter, aut eſſentialiter, ſed magis effectiue, inquantū. ſ. oībus formam imponit ſecundum modum * prædictum.

* In corp. ar.

Ad secvndvm dicēdū, ꝙ [d] charitas cōparatur fundamēto & radici, inqtū ex ea ſuſtentant̄, & nutriunt̄ oēs aliæ uirtutes, & nō ſm rōnē, qua fundamentum & radix hn̄t rationem cauſæ materialis.

D. 306.

Ad tertivm dicendū, ꝙ [d] charitas dr̄ finis aliarū uirtutū, quia oēs alias uirtutes ordinat ad finē ſuū. Et quia mater eſt, quę in ſe cōcipit ex alio, ex hac rōne dr̄ mater aliarū uirtutū, qa ex appetitu finis ult. cōcipit act⁹ aliarū uirtutū, iperando ipſos

D. 617.

Svrpe Q. XXIII. Art. VIII.

D. Bon. 3. ſ. diſ. 36. q. 6. art. 1.
Dur. d. 23. q. 8.
Nic. de Nyſſ. Tract. 5. p. 3 po. 2 q. 11.
Bannes eodem art.

In artic. 8. aduerte virtutes aliæ, ut ex ſupradictis patet, dupliciter ſumi poſſe. Primo, ut uirtutes in appt.o gnē, & ſic charitas nō eſt earū forma: ſed reſpectu moraliū prudētia eſt ſicut forma, reſpectu intellectualiū nullā (ꝓprie loquendo) ſuo formam. Alio ergo mō ſumunt̄ ut ſunt virtutes ſimpliciter apud theologum. Et ſic qa hntq; ſint virtutes in ordine ad actus formatos, ut in lra dr̄, & formatio eſt ex charitate ordinante oīum virtutū actus in finē vltimū ſimpliciter: id charitas eſt forma virtutum tanq̄ conſtituēs eas in eſſe uirtutis ſimpliciter. Non ſolum ipſe charitas informat effectiue, qa imperat & ordinat, hoc.n. cōe eſt oīm imperanti & ordinanti: ſed quia participatio paſſiua imperij, & ordinationis ſuæ eſt uel ut forma cont'inens actus alios in eſſe virtuoſo ſimpliciter. Ab hac.n. participatione actus aliarum uirtutū dicunt̄ & ſunt formati. Et hoc eſt propriū charitatis. Et hoc intendebat author, & ſequitur ex antecedentibus.

Qvaestio XXIIII.

De charitatis ſubiecto, in duodecim articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de charitate in comparatione ad ſubiectum.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum charitas ſit in uoluntate tanquàm in ſubiecto.

¶ Secundò, Vtrum charitas cauſet̄ in hoīe ex actibus præcedentibus, uel ex infuſione diuina.

¶ Tertiò, Vtrum infundatur ſecundùm capacitatem naturalium.

¶ Quartò, Vtrum augeatur in habente ipſam.

¶ Quintò, Vtrum augeatur per additionem.

¶ Sextò, Vtrum quolibet actu augeatur.

¶ Septimò, Vtrum augeatur in infinitum.

¶ Octauò, Vtrum charitas uiæ poſſit eſſe perfecta.

¶ Nonò, De diuerſis gradibus charitatis.

¶ Decimò, Vtrum charitas poſſit diminui.

¶ Vndecimò, Vtrum charitas ſemel habita poſſit amitti.

¶ Duodecimò, Vtrum amittatur per unum actum peccati mortalis.

Porrecta per totum.

124

Articvlvs I.

Vtrum uoluntas ſit ſubiectum charitatis.

Ferr. 3. cont. cap. 151. *Bannes eodem art.*

3. d. 27. 2. ar. 3. & d. 30. a. 1. co. Et ueri. q. 14. a. 5. co. Et vir. q. 1. ar. 5. co. & ad 5. & 12.

Ad primvm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ uolūtas nō ſit ſubiectū charitatis. Charitas.n. [a] amor qdā ē: ſed amor ſm * Philoſophū eſt in concupiſcibili. ergo & charitas eſt in concupiſcibili, & nō in uolūtate.

* Ariſt. 2. Topic. c. 3 aū medii to. 1.

¶2 Præt. Charitas eſt principaliſſima uirtutum, ut ſupra dictum † eſt: ſed ſubiectum uirtutis eſt [h] ratio. ergo uidetur quòd charitas ſit in ratione, & non in uoluntate.

* q. pced. ar. 6.

¶3 Prçt. Charitas ſe extendit ad oēs actus humanos, ſecundùm illud 1. ad Cor. vlt. Omnia ueſtra in charitate fiant: ſed principiū humanorū [h] actuum eſt

eſt liberum arb. ergo vr̃ ꝙ charitas maxime ſit in libero arbitrio, ſicut in ſubiecto, & nõ i uolũtate.

Sed contra eſt, quòd obiectum charitatis eſt bonum, quod etiam eſt obiectum volũtatis. ergo charitas eſt in uoluntate ſicut in ſubiecto.

Respon. Dicendũ, ꝙ cum duplex ſit appetitus, ſenſitiuus. ſ. & intellectiuus, qui dr̃ voluntas vt in 1.* habitum eſt, utriuſq; obiectũ eſt bonum ſed diuerſimodè. Nã obiectũ appetitus ſenſitiui eſt bonũ per ſenſum apprehẽſum. obiectũ vero appetitus intellectiui, uel uoluntatis, eſt bonum ſub cõi rõne boni, prout eſt apprehenſibile ab intellectu. Charitatis ât obiectum non eſt aliquod bonũ ſenſibile, ſed bonum diuinũ, quod ſolo intellectu cognoſcit. Et iõ charitatis ſubiectũ nõ eſt appetitus ſenſitiuus ſed appetitus itellectiuꝰ. i. volũtas.*

(1. p. q. 81. art. 2. D 228. D. 229. & 230. — Con. In. m)

Ad primum ergo dicendũ, quòd concupiſcibilis eſt pars appetitꝰ ſenſitiui nõ autẽ appetitus intellectiui, ut in* 1. oñſum eſt: vnde amor, q eſt i cõcupiſcibili, eſt amor ſenſitiui boni. Ad bonũ ât diuinũ, quod eſt intelligibile, cõcupiſcibilis ſe extendere non poteſt, ſed ſola voluntas. Et ideo cõcupiſcibilis, ſubiectum charitatis eſſe non poteſt.

(*1. p. q. 81. ar. 2.)

Ad II. dicendũ, ꝙ voluntas ẽt ẽm Phĩum in 3.* de Aĩa, in rõne eſt: & iõ ꝑ hoc ꝙ charitas eſt in voluntate, non eſt aliena à rõne. Tñ rõ nõ eſt regula charitatis, ſicut humanarũ virtutũ, ſed regulat̃ à Dei ſapiẽtia, & excedit regulã rõnis humanæ, ẽm illud Ephe. 3. Supereminentẽ ſciæ charitatẽ Chriſti. Vñ nõ eſt in rõne ſicut in ſubiecto, ſicut prudẽtia neq; ſicut in regulãte, ſicut iuſtitia, vel tẽperãtia, ſed ſolũ ꝑ quandã affinitatẽ volũtatis ad rõnẽ.

(*Li. 3. de aĩa textu 42. 10. 2.)

Ad III. dicendũ, ꝙ liberum arbitriũ nõ eſt alia potentia a uoluntate, ut in 1. dictum* eſt, & tñ charitas non eſt in uoluntate ẽm rõnẽ lib. arbitrij, cuius actus eſt eligere. Electio. n. eſt eorũ, q̃ ſunt ad finem: voluntas ât eſt ipſius finis, ut dr̃* in 3. Ethico. Vñ charitas, cuius obiectum eſt finis vltimus, magis debet dici eſſe in uoluntate, q̃ libero arbitrio.

(*1. p. q. 83 ar. 4. — *Li. 3. Ethi. c. 2. in medio. tomo 5.)

ARTICVL. II.

Vtrum charitas cauſetur in nobis ex infuſione.

Bannes eodem articulo.

(Porrecta per totum. 125 1. d. 17. q. 2. a. 3 et 5 Et 3. contra c. 151. Et opu. 4. cap. 3. Et Ro. 8. lec. 5. *C. 4. par. 1. circa medium.)

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ charitas non cauſet̃ in nobis ex infuſiõe. Illud. n. quod eſt cõe oĩbus creaturis, naturaľr hoĩbus ieſt: ſed ſicut Dion. dicit in 4. c. de Diui. no. Oĩbus diligibile & amabile eſt bonũ diuinũ qđ eſt obiectũ charitatis ergo charitas ieſt nobis naturaľr & nõ ex ifuſiõe. ¶2 Præt. Quanto aliquid eſt magis dilligibile, tãto facilius diligi pôt: ſed Deus eſt maximè diligibilis cũ ſit ſumme bonus. ergo facilius eſt ipſum diligere, q̃ alia: ſed ad alia diligẽda nõ indigemus aliquo habitu infuſo. ergo nec etiam ad diligendũ Deũ. ¶3 Præt. Apoſtolus dicit 1. ad Tim. 1. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta: ſed hæc tria pertinent ad actus humanos. ergo charitas cauſatur in nobis ex actibus præcedentibus, & non ex infuſione.

Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit Ro. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Respon. Dicẽdum, ꝙ ſicut dictũ eſt.* Charitas eſt amicitia quædam hoĩs ad Deum, fundata ſup cõicationẽ beatitudinis æternæ. Hæc ât cõicatio non eſt ẽm bona naturalia, ſed ẽm dona gratuita: quia ut dr̃. Rom. 6. Gr̃a Dei uita æterna. vñ & ipſa charitas facultatẽ, naturæ excedit. Quod ât excedit naturæ facultatẽ, nõ pt̃ eſſe neq; naturale, neque ꝑ potentias naturales acquiſitũ: quia effectus naturalis nõ tranſcendit ſuam cãm. Vñ charitas non pôt neq; naturaliter nobis ineſſe, neq; per vires naturales eſt acſiqta, ſed ꝑ infuſionem Spũſ ſcti, q eſt amor Patris & Filij, cuius participatio in nobis eſt ipſa charitas cãta ſicut ſ.* dictũ eſt.

(*q. præce. ar. 1. — Conclu. m — D. 311. — *q præce. ar. 2.)

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ Diony loquitur de dilectione Dei, q̃ fundatur ſuper cõicationem naturalium bonorum & ideo naturaliter oĩbus in eſt: ſed charitas fundatur ſuper quadam communicatione ſupernaturali: unde non eſt ſimilis ratio.

Ad II. dicendum, ꝙ ſicut Deus, ẽm ſe, eſt maxime cognoſcibilis, non tamen à nobis ꝑꝑ defectum noſtræ cognitionis q̃ dependet à rebus ſenſibilibus: ita ẽt Deus in ſe, eſt maxime diligibilis, in quantum eſt obiectum beatitudinis. Sed hoc mõ nõ eſt maxime diligibilis à nobis, ꝑꝑ inclinationem affectus nr̃i ad uiſibilia bona. Vñ patet, ꝙ ad Deum maxime diligendum hoc modo neceſſe eſt ꝙ noſtris cordibus etiam charitas infundatur.

Ad III. dicendum, ꝙ cũ charitas dr̃ in nobis ꝓcedere ex corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta hoc referendum eſt ad actum charitatis qui ex præmiſſis excitatur. Vel ẽt hoc dicitur, qa huiuſmodi actus diſponunt hominem ad recipiendum charitatis infuſionem. Et ſimiliter etiam dicẽdum eſt de eo, quod Aug.* dicit, ꝙ timor introducit charitatem & de hoc quod dicitur in glo.† Math. 1. quòd fides generat ſpem, & charitatem.

(* Tracta. 9. Canon. Ioã. aute mediũ to mo. 9. †Gloſ. in ter linea. ibidẽ.)

ARTICVLVS III.

Vtrum charitas infundatur ſecundum capacitatem naturalium.

(Porrecta per totum. 126 1. q. 6. ar. 6 Et 1. di. 17. q. 1. ar. 3. Et 3. di. 31. q. 1. ar. 4.)

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ charitas infundatur ẽm capacitatem naturalium. Dr̃. n. Matth. 25 ꝙ dedit vnicuiq; ẽm propriam virtutem: ſed charitatem nulla uirtus præcedit in homine, niſi naturalis: quia ſine charitate nulla eſt uirtus, vt dictum eſt. ergo ſecundum quantitatem virtutis naturalis infunditur homini charitas a Deo: ¶2 Præt. Oĩum ordinatorum ad inuicem ſecundum proportionatur primo: ſicut videmus, ꝙ in rebus naturalibus forma proportionatur materiæ, & in donis gratuitis gloria ꝓportionat̃ gratiæ: ſed charitas, cum ſit perfectio naturæ, comparatur ad capacitatem naturalem, ſicut ſecundum ad primum. ergo uſ ꝙ charitas infundatur ẽm naturalium capacitatẽ.

(*q. præce. art. 7.)

SVPER Q. XXIIII. ART. III.

Bannes eodem articu.

IN art. 3. q. 2. omiſſis duobus primis dubiũ occurrit ſimpliciter & ad hoĩem. Nam author in primo ſen. d. 17. q. 1. ar. 8 menſurat charitatem ſcdm conatũ recipientium. Et iõ dictat, ꝙ cũ charitas infundat à Deo in creatura rõnali, ex parte vtriuſq; ſ. agentis, & recipientis menſuretur. Author ât in corpore articuli ſolam Dei volũtatẽ menſurã charitatis ponit. ¶Ad euidentiã huius ſcito, ꝙ dupliciter aſſignari pôteſt quantitans charitatis ſcilicet ſimpliciter, & ex ſuppoſitione. Si dr̃ tur cã ſimpliciter, ſic eſt ſola voluntas Dei diuidẽs ſingulis, put vult.

¶3 Prę. Hoíes, & angeli ẽm eandem rõnem participant beatitudinẽ q̃ a ĩ vtriſq; eſt ſilis beatitudinis rõ ut hr̃ Mat. 22. & Luc. 20. ſed in angelis charitas, & alia dona gratuita sũt data ẽm capacitatẽ naturaliũ, ut Magiſter * dicit 3. diſt. 2. li. ſentent. ergo idem vr̃ eſſe in h hominibus

G

SED CONTRA eſt, quod dr̃ Ioã. 3. Spũs vbi vult ſpirat. & 1. ad Cor. 12. Hæc oĩa operat̃ vn⁹ & idem Spũs, diuidens ſingulis prout vult, ergo charitas datur non ẽm capacitatem naturaliũ ſed ſecundum voluntatem ſpiritus ſua dona diſtribuentis.

RESPON. Dicendum, ꝙ vniuſcuiuſq; rei quantitas dependet a propria ca rei, quia vniuerſalior cã effectũ maiorem produ- H cit. Charitas ãt cum ſuperexcedat proportionẽ naturæ humanæ, vt * dictũ eſt, non dependet ex aliqua naturali uirtute, ſed ex ſola gr̃a Spũſſcti eã infundẽtis. Et iõ ᵐ quãtitas charitatis nõ depẽdet ex cõditione naturæ, vel ex capacitate naturalis virtutis ſed ſolũ ex uolũtate Spũſſcti diſtribuentis ſua dona, ꝓut vult ⁿ Vñ & Apoſ. dicit ad Ephe. 4. Vnicuiq; noſtrũ data eſt gr̃a ẽm mẽſurã donationis Chriſti.

I

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa virtus, ẽm quã ſua dona De⁹ dat vnicuiq; eſt diſpoſitio uel ꝑparatio ꝓcedẽs, ſiue conatus gr̃am accipiẽtis. Sed hãc ẽt diſpoſitionem, vel conatũ præuenit Spũſſctũs mouens mentem hominis uel plus uel minus ẽm ᵈ ſuam voluntatem. Vnde & Apoſt. dicit ad Coloſſ. 1. Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.

AD II. dicendum, ꝙ forma nõ excedit materiæ proportionẽ ſed ſunt eiuſdem gn̄is. Silr̃. etiã gr̃a, & gl̃ia ad idem genus referuntur: quia gr̃a nihil eſt aliud, G q̃ quædam inchoatio gloriæ in nobis. ſed charitas, & natura non pertinent ad idem genus. & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD III. dicẽdum, ꝙ angelus eſt intellectualis naturæ, & ẽm ſuam conditionem competit ei, vt totaliter feratur in oẽ id in quod fert̃, ut in primo habitũ * eſt. Et ideo in ſuperioribus angelis fuit maior conatus, ad H bonum in perſeuerantibus, & ad malum in cadentibus. Et iõ ſuperiorum angelorum perſiſtẽtes facti ſunt meliores, & cadẽtes facti ſunt peiores alij: ſed hõ eſt naturæ rõnalis, cui competit eſſe qñq; in potentia, & qñq; in actu, & ideo non oportet, ꝙ feratur totaliter in id, in quod fertur, ſed eius, qui habet meliora naturalia, poteſt eſſe minor conatus, & econuerſo. I & ideo non eſt ſimile.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum charitas augeri poſſit.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ charitas augeri non poſſit. Nihil enim augetur niſi quantum. Duplex autẽ eſt quantitas, ſcilicet dimenſiua & uirtualis, quarum prima charitati non conuenit, cum ſit quædam ſpiritualis perfectio. Virtualis autem quantitas attendit

vult. Si quæritur cã, ex ſuppoſitione uoluntatis diuinæ tanquã æqualiter ſe hñtis ad infuſionẽ gr̃æ, hęc cauſa quantitatis eſt conatus ſeu diſpoſitio proxima. Declaro ſingula. Quod. n. cã ſimpliciter quãtitatis charitatis ſit ſola voluntas diuina, ut probat̃ in litera ex eo, ꝙ charitas excedit totã naturæ uirtutem, & conſequẽter oẽm ei⁹ conatum & diſpoſitionem. In cuius ſignũ infimę naturæ. ſ. humanæ, & ẽt in aĩa ſecundũ naturalẽ conditionem proportionata corpori imperfecto, quale eſt fęminei ſexus, dedit Deus maiorẽ charitatẽ, q̃ ſupremo angelo. Tã. n. aĩa Chriſti, q̃ beatæ Virginis beatior eſt eſſentialiter oĩbus angelis. Amplius, Conatus ipſe, cui commenſurari ex parte recipientis dr̃ charitas, non eſt condiſtincta cã contra voluntatẽ Dei, ut eſt gr̃æ cã ſimpliciter ſed ex parte ipſi⁹ diuinę volũtatis ſe tenet, ut ĩ rñſione ad primũ author dicit & probat. Quia Spũſſctũs cauſans charitatẽ dignificat quoque receptiuum plus & minus, prout cãre intendit charitatem iuxta Apoſtoli doctrinam allatã in litera. Quod aũt ſuppoſita diuina uoluntate tãquã æqualiter ſe hñte ad infuſionẽ charitatis, ex parte diſpoſitionis proximæ ſeu conatus attendatur quãtitatis charitatis manifeſtũ eſt. Et qa altius eſt iudiciũ ſecũdũ cãm ſimpliciter q̃ ſcd̃m cãm ex ſuppoſitione, iõ author ſeipſo doctor. hoc in loco quãtificauit charitatem, ex cã ſimpliciter, quia in primo ſententiarũ quantificauerat eam ex cã ex ſuppoſitione. Nec eſt uerum, ꝙ rõ dictet, in creatione noui ordinis rerũ, quantitatem creaturam rerũ mẽſurari debere ſecũdũ receptiua, q̃uis hoc habeat locũ in actione depẽdentiũ a receptiuis, uel coaptatorum naturaliter eiſdem, ut eſt de aĩa rõnali reſpectu materiæ, & aliorum naturaliũ. Charitas ſiquidem ad nouę creaturę ordinem ſpectat. Et ideo ſimpliciter loquẽdo, tã ipſius infuſio, q̃ diſpoſitio ad eam, inquantum eſt diſpoſitio ad eam, ad unã & eandem cauſam ſpectat, q̃ eſt cã charitatis ſimpliciter, q̃ eſt diuina uoluntas. Et hæc eſt uera & formalis deciſio. Cum ãt audieris, aut uideris diſtinguentes Deũ ex una, & diſpoſitiones noſtras ex altera parte, cãs, ut Deo attribuãt id qd̃ ſolus facit, nobis ãt id quod ꝑ nos facit, nõ cõtradices: ſed memento apoſtolicæ ſententiæ. Nõ alta ſapientes: ſed humilibus cõſentiẽtes.

* Li. 2. Sẽ. d. 3. paragra. B.

* Ar. ꝑce.

Conclu. m

D. 316.

K

¶ In rñſione ad tertium in eodẽ ar. dubiũ occurrit triplex ad hominem. Primo, quõ in angelis charitas fuit ſcd̃m conatũ, cũ apud authorem, angeli fuerint creati in gr̃a, & non fuerunt conſecuti charitatẽ ꝑ aliquem conatũ, ut in nobis adultis cõtingit. Secundo, qm̃ conatus accipientis charitatem eſt à Spũſctõ, ut in rñſione ad primũ dr̃: Et ita in angelis quantitas conatus reſoluitur in in conditionem eorũ naturalẽ hic in hac rñſione. Tertio, quõ author hic docet, charitas ſcd̃m ſolã Dei uolũtatem quantificatur, et tñ in hac rñſione cõcedit, ꝙ in angelis quantificata eſt ſecundum eorum naturalia.

¶ Ad primũ horũ dr̃ ꝙ quẽadmodũ in nobis adultis, cũ de nouo infundit̃ charitas ſimul tempore eſt conatus. i. actus uoluntatis uehemẽs in Deũ & charitas ipſa infundit̃ proportionata illi actui. ita in creatione angelorũ ſimul tẽpore fuit eorũ conatus, & ipſius charitatis illũ conatũ informãtis ĩfuſio. Et ꝓpterea ſicut nobis adultis dat̃ charitas ſcd̃m conatũ ſimultaneũ, ita & in angelis. Dñia ãt eſt de conatu ſeu diſpoſitione ꝓcedente tempore in nobis & angelis: quia in eis non habet locum.

¶ Ad ſcd̃m ãt dr̃, ꝙ conatus angelorum hẽt ĩ ſe duas cõditiones una eſt qd̃ ſit totalis altera eſt, q̃ ſit in hñẽ talem. puta charitatis. Primum cõe fuit oĩbus angelis, & reſoluitur in conditionẽ naturæ. Scd̃m ꝓpriũ fuit quibuſdam, & per hoc ſecundum conatus ille erat diſpoſitio propria ad charitatem, & ſic reſoluitur in Spiritũ ſanctum, in reſpõſione ad primum: unde nulla eſt cõtrarietas.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ etiam in angelis charitas eſt quantificata ſcd̃m ſolam Dei uoluntatem, per ſe loquendo. Per accidẽs. n. eſt ꝙ connatus Proportionales angelorũ ꝓportionaliter dignificati ſint ſecundũ diſpoſitiones charitatis a Spũſctõ. Potuiſſet. n. ſi uoluiſſet Spũſſctũs ꝓportionales conatus dignificare, ut eſſent diſpoſitiones ad charitatẽ non proportionales, ſed unũ longe altius dignificare, q̃ proportionalitas requirebat: ſed quia de facto ſic credimus, & rationabile eſt Spiritumſanctum feciſſe, diſtingui poteſt inter cauſam & occaſionem, ſeu cauſam remotam, & dic. ꝙ author non recedit ab excellentia ſuæ doctrinę. q̃ uere cauſa ꝓp quã quãtificatur charitas, eſt ſola uolũtas Dei, dignificans ẽt ipſos conatus. Remota autem cauſa, ſeu occaſio quantitatis proportionalis ſecundum naturalia in angelis, eſt conditio naturalis. Ex hoc enim quòd actus angelorum ſecundum exceſſum naturalium nati ſunt obſequi Spirituſſancto, occaſionatur ut Spirituſſanctus dignificet eos proportionaliter. Et ſic oĩa cõſonãt.

* 1. p. q. 62. ar. 6.

Porrecta per totum.

127

1. 2. q. 52. ar. 1. & q. 66 ar. 1. Et 1. d 17. q. 2. ar. 1. Et uit. q. 1. a. 11. Et quolib. 9. art. 13.

SVPER QVÆS. XXIIII. ART. IIII. ET. V.

Aegid. 1. d. 17. q. 1. 2. par. p. prin. *Cap. 1. d. 17. q. 2. con. 4.*
Alb. mag. 1. d. 17. art. 10. *D. Bon 1. ſ. d. 17. q. 1. a. 1.*
Sum. 1. d. 17 q 3. *Ric. d. 17. q. 1.* *Duran. d. 17. q. 5.*
Fran. de mag. d. 18. q. 2. *Bac. d. 15. q. 1.* *Scotell d. 18. q. 1.*

IN art. 4. & 5. eiuſdem 24. q. in materia de intẽſione, & remiſſione formarum quia materia ualde ambigua inter tot opiniones

h ſecundum obiecta, ſecundùm quæ charitas non creſcit: q̄a minima charitas diligit omnia, q̄ ſunt ex charitate diligenda. ergo charitas non augetur.

¶ 2 Præt. Id quod eſt in termino, non recipit augmentū: ſed charitas eſt in termino quaſi maxima uirtutum exiſtens, & B ſummus amor optimi boni. ergo charitas augeri non poteſt.

¶ 3 Præt. Augmētū, quidam motus eſt. ergo qđ augetur, mouetur. Quod ergo augetur eſſentialiter, mouetur eſſentialr: ſed non mouet̄ h eſſentialr, niſi qđ corrūpit̄, uel gñat̄. ergo charitas nō pt augeri eſſentialr, niſi fortè de nouo generet̄, vel corrūpat̄: quod eſt inconueniens.

Sed contra eſt, quod Aug. dicit * ſuper Ioã. ꝙ charitas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici.

*Tract. 5. in Ioã. de clinando ad hæc anno 9.

ſiones hī, & mens authoris diuerſæ interpretationi ſubeſſe vi A detur, abſque multo ſermone, ne moralis philoſophiæ, terminos totaliter exiſſe videar, modū quo fit intentio & remiſſio in formis, tāgemus. Dicimus igitur, ꝙ opiniones diuerſæ ſunt. ppea ꝙ quidā putant formā habere latitudinē pfectionis: qdā vero putāt formam non habere latitudinē pfectionis. Et horū quidam dicūt formā in indiuiſibili cōſiſtere: ſed ineſſe ī .. ſius, quo ſubiecto in eſt, latitudinē perfectionis habere, & ſecundū hoc attēdi intētionē & remiſſionem formarū: ita ꝙ albedo nunq̄ eſt intēſior, ſed albū eſt intēſius, propriè loquendo. Opinantiū autē formā habere perfectionis latitudinem, alij putant in illa latitudine dari partes ſucceſſiuas, ita ꝙ albedo, q̄ intēditur, diuiditur in partes ſucceſſiuas, ſicut motus intentionis, & in termino manet albedo terminans partes pcedentes. Alij aūt putant in illa latitudine dari partes pmanentes, & diſtinctas inter ſe, ita ꝙ adueniente vna, non recedit alia. Alij aūt putant in illa latitudine dari quaſi partes, ſeu gradus permanentes, ſed nō in actu, ſed unum nī in actu, reliquos in potētia. Et inter hos eſt differentia, q̄ uerbalis tm̄ uidetur, dum quidā putāt hoc cōuenire formæ ſecundū ſe, quidā putant hoc conuenire formę in ordine ad ſubiectū. Sed quia forma accidentalis, quæ ſola in- C tenditur, & remittitur, ſecundum ſe habet ordinē ad ſubiectū, ut in litera dicitur: ideo idem dr̄ in utraque opinione. Et qm̄ hæc ultima opinio eſt rōnabilior, & omnes difficultates accidentes in re, ſoluere facile vr̄, Peripateticiſq; cōſentanea vr̄: iō eam declarare uolumus, quam indubie conſtat eſſe San. Thomæ, ni fallor. Scito igitur in primis, ꝙ quia, ut in litera dicitur, forma ſecundum ſuam eſſentiam habet ꝙ inſit, clare latitudo formæ ſecundum eſſe, aut ineſſe. & non ſecundum formæ eſſentiā, ignorantia propriæ vocis dicitur. Propter ꝙ prima opinio excluditur. Iudiciū quoq; de forma ex natura motus, quo intentio fit, fallax inuenitur: q̄a manifeſte patet lumē intēdi, & remitti abſque partibus ſucceſſiuis. Oportet autem uniuerſalē doctrinā facere de formis, quæ intēduntur, propter qđ ſecunda quoque opinio excluditur. Partes autem, aut gradus ſimul permanentes in actu, diſtinctos in una & eadem forma audire etiam erubeſcit ſchola peripatetica, quæ didicit a ſuo D præceptore, per actus & potentiæ naturam exiſtētia in aliquo diſtinguere. Et ex hoc tertia opinio refutatur. Conſonant aūt ſenſui & rationi, ut forma quæ intenditur, & remittitur, gradualē perfectionis latitudinem habeat, ita ꝙ & calor, & eſſe caloris, in eſſe eiuſdē latitudinē hmōi habet: & cum de minus calido, puta, ut duo, fit magis calidum, puta, ut quatuor, nō corrumpitur præcedens calor, ſed abiicitur ſolum actualis terminatio caloris ad gradum ut duo, & peruenitur ad actualē terminationem caloris ad gradum ut quatuor. Sic. n. Saluat̄ motus de affirmato in affirmatum abſq; formæ corruptione: ſicut in uero motu augmenti cū Sortes de tripedali fit quadrupedalis, non abiicit pcedens quātitas, ſed ſolū actualis terminatio quātitatis ad tripedalē menſuram, & peruenitur ad actualē terminationem quadripedalis menſuræ eiuſdē quantitatis, & propterea non remanet tripedalis in actu, ſed in potētia. Et ſimiliter non remanent præcedentes gradus caloris in actu, E ſed in potentia. Vnde quemadmodū in motu diminutionis, cum Sortes de quadripedali fit tripedalis, fit quantitas in actu tripedalis: ita in motu remiſſionis cū de calido ut quatuor, fit calidum ut tria, fit calor in actu tertij gradus, nec refert utrum hoc fiat per motū, ut cum aliquid magis calefit, uel per mutationē, ut cū aliquid magis illuminatur. Vtrobique. n. eſt eadem rō in intrinſecis. Ex hoc autem patet & ſolutio alterius difficultatis, An in hmōi intētione interueniat corruptio. Iā. n. patet, ꝙ ſola terminatio actualis ſecundum aliquē gradum corrūpitur, non gradus ipſe, ſicut in quātitate molis declaratum exēplariter eſt. Ex hoc ēt patet, ꝙ non fit intenſio per additionē gradus ad gradū, propriè loquendo, ut diffuſius in cōmentariis ſuper ar. 2. q. 52. in præcedenti libro manifeſtauimus: ſed per eductionem maiorem formæ de potentia ſubiecti, vel aliquid proportionale in formis infuſis ab extra, ut charitas eſt. Et ppterea in litera dr̄, ꝙ formā eſſe maiorem, eſt ipſam magis

ineſſe ſuſceptibili. Non. n. negat author latitudinē in eſſentia formæ, ſed negat aliā eſſe latitudinē ineſſe ipſi formæ reſpū ſubiecti, & aliā latitudinē, aut indiuiſibilitatē eſſentiæ formæ ſecūdū ſe: q̄a vult eādē eē rōnē de eſſentia formæ, & de eſſe, & ineſſe, q̄a ipſa eſt eſſentialiter res, cui cōuenit eſſe i ſubiecto. Et vult huiuſmodi latitudinē nō cōuenire formę ſecūdū ſe. i. ut diſtinguit̄ cōtra ſeipſam, ꝓ quanto reſpicit ſubiectū. ſicut cōuenit latitudo extēſiua quātitati molis, & latitudo obiectiua quātitati habitus ſcientifici, ſed conuenire formæ, ut eſſentialiter reſpicit ſubiectū. Ex hac nāq; pte cuilibet formæ vult authoꝛ cōuenire maiorē pfectionē intēſiue. Et ppea i calce corporis articuli dr̄, ꝙ intenſio nō fit per aductū nouæ formæ. Hoc. n. eſſet, ſi forma haberet aliquā quantitatē ex ſeipſa, nō p cōparationem ad ſubiectū. Quòd ſi adhuc de hac mēte authoris dubitas, lege inferius in tertia par. q. 7. art. 12. iuncto 9. & uidebis latitudinē intēſiuā gradualē in eſſentia formæ abſq; oī ſcrupulo. Ex hoc autem, ꝙ iuxta hanc viā nihil ſcrupuloſum occurrit, & oīa conſonāt, apparet ꝙ hæc ſola ſit uera, & ab authore intēta, uolente in hmōi motu nō eſſe oīno nouū terminū, ſed antiquū mō nouo ſe habentē ſecundū magis, & minus qđ ſignificat illas actuales terminationes formæ ſecundū hunc, uel illum gradum. Charitas quoq; eodem mō intenditur, a Deo ſc̄ effectiue, ita ꝙ non corrumpitur præcedens charitas, nec noua aduenit, ſed q̄ erat terminata ad tertiū, terminatur ad quartum, uel ſextum gradum actualiter. Et ſi ab importunis, aut Nouitiis inquiratur, quid eſt illa terminatio quæ abiicitur, quæ eſt terminus a quo, in intenſione, Dicito ꝙ nihil addit ſupra rem, puta, tantum calorē, niſi actualitatem tertij gradus. Actus. n. eſt terminare, diſtinguere, & ſeparare. Hæc. n. deperditur, dum terminatur idem calor ad quartum gradum, & non deperditur quātitas ipſa caloris. Natura ſiquidem actus, & potentiæ philoſophiam hanc aperit. In remiſſione quoque ſimiles ſunt termini, ſ. actualitates formæ ſecundum diuerſos gradus, ut ſi de calido, ut ſex, fiat calidum ut tria, terminus a quo, eſt actualitas ſexti gradus, & terminus ad quem, actualitas tertij, quæ prius erat in potentia: ſed non eſt ſimile quoad deperditionem, quia non ſolum actualitas ſexti gradus deperditur, ſed deperditur etiam quantitas a ſex vſque ad tria. Et hæc ſat ſint inter moralia.

¶ In eodem quinto articulo in reſponſione ad primum, aduerte diligenter, ꝙ non cadit author, quòd quantitas continua intendatur in his, quæ rareſiunt. Hoc enim eſſet falſum, quia aer rarior, non eſt magis quantus, ſed maius quantum: ſed mens authoris eſt, quòd in rarefactione quantitas fit maior extēſiue non per additionem quanti ad quantum, ut cōtingit in motu augmenti, ſed per maiorem extenſionem præcedentis quātitatis. Et hic modus augendi quantitatem eſt ſimilis proportionaliter modo, quo augetur quantitas uirtualis formarum. Intenduntur enim non per additionem aduenientis quantitatis virtualis, ſed per maiorem perfectionem præexiſtentis quantitatis: ita quòd ſicut in rarefactione eſt extenſio quātitatis dimēſiuæ præexiſtentis abſque nouæ quantitatis additione: ita in intentione eſt quaſi extenſio quantitatis uirtualis præexiſtentis abſque additione. Et quia quantitas continua infra latitudinē continui communicat in hoc cum formis ſuſcipientibus magis & minus (ex eadem namque radice, quā formæ intēdūtur, & remittuntur, quantitas hoc modo extendit̄, & contrahitur, ut in litera dicitur) ideo forte author in prima ſecundæ quæſt. 52. art. 1. quantitatis continuæ, ut ſic, ſpecies non excluſit a ſuſcipientibus magis & minus: in ueritate tamen extra illas ſunt. Vnde & in litera non dicitur, quòd quantitas in rarefactione intenditur, ſed ꝙ habet proprium augmentum, ſicut aliæ formæ accidētales, per modū intenſionis eius in ſubiecto. In his ſiquidem uerbis modus augmenti, quo extenditur in rarefactione quantitas, declaratur, qđ eſt per modū quo forma intenditur in ſubiecto, quia. ſ. eſt per maiorē eductionē formæ de potentia ſubiecti, quod in quantitate dimēſiua facit maius extēſiue, & in quantitate uirtuali facit maius intenſiue. Et non ſignificatur per illa uerba, quòd quantitas dimēſiua intendit̄, & remittitur, niſi proportionaliter exponēdo, ut declaratū eſt

e In eodē 5. art. ꝑ reſpōſione ad ſecūdū, & tota hac materia, vide ſcripta ſup q. 52 pr... ſecūdę, ne ca... repetam⁹. Inde n. & corp⁹ articuli &c. percipies facilius.

Resp. Dicēdū, ꝙ charitas viç F pōt augeri. Ex hoc n. dicimur eſſe uiatores, ꝙ in Deū tēdimus, q eſt ultimus finis nr̃æ beatitunis. In hac ēt via tantò magis ꝓcedimus, quanto Deo magis ꝓpinquamus, cui nō appropinquat paſſibus corporis, ſed affectibus mentis. Hac aūt ꝓpinquitatē facit charitas, q̃a per ipſam mēs Deo unitur: & ideò ᵐ de ratione charitatis uiæ eſt, vt poſſit augeri. ⁿ Si enim non poſſet augeri, iam ceſſaret uiæ proceſſus. Et ideò Apoſt. charitatem, viam nominat dicens 1. ad Corinth. 12. Adhuc ex- G cellentiorem uiam uobis demonſtro.

Concl. m

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ charitati nō cōuenit quātitas dimēſiua, ſed ſolū quātitas uirtualis, q̃ nō ſolū attēdit̄ ſm numerū obiectorū, ut ſ. plura, uel pauciora diligantur, ſed ēt ſm intēſionem actus, ut magis, uel minus aliquid diligatur: & hoc modo virtualis quantitas charitatis augetur.

Ad II dicēdū, ꝙ charitas eſt in ſummo ex parte obiecti, inquantum ſcilicet eius obiectum eſt ſummum bonum. Et ex hoc ſequitur, ꝙ ipſa ſit excellentior aliis uirtutibus: non tamen eſt charitas in ſummo quantum ad intenſionem actus.

Ad III dicēdū, ꝙ quidā dixerunt charitatē non augeri ſm ſuam eſſentiā, ſed ſolū ſm radicationē in ſubiecto, vel ſm feruorem: ſed hi propriā vocē ignorauerunt. Cū n. accidens ſit, eius eſſe, eſt ineſſe. Vn̄ nihil eſt aliud ipſam ſm eſſentiam augeri, q̃ eam magis ineſſe ſubiecto, quod eſt magis eā radicari in ſubiecto. Sir̄ ēt ipſa eſſentialiter eſt uirtus ordinata ad actum: unde idem eſt ipſam augeri ſecundū eſſentiā, & ipſam habere efficaciā ad ꝓducendū feruentioris dilectionis actū. Auget̄ ergo ᵈ eſſentialiter, non quidē ita ꝙ eſſe incipiat, vel eſſe deſinat in ſubiecto, ſicut obiectio illa ꝓcedit: ſed ita quòd magis, ac magis in ſubiecto eſſe incipiat.

D. 315. & 1051.

ſcilicet, q; ſunt diuerſarum rõnum aſſimilitatæ in litera quantitati lineæ, & ſuperficiei, ſed nõ eſt extẽdenda ſimilitudo iſta. Non ſolum autem ex his habetur, q; charitas uiæ eſt ſimpliciter minor charitate patriæ, quod ét ex lineæ, & ſuperficiei exẽplo habeatur: ſed q; charitas uiæ ſecundum nullam quantitaté poteſt adæquare charitaté cuiuſcumque beati, ſicut nec lux matutina poteſt adæquare ſecũdum aliquam intenſiuam ſui perfectionem lucem pfectã diei, nec perfectio pueritis pfectioné uirilem. Et rõ eſt, qa perfectiones ſunt non ſolum habentes ordinem originis, ſicut linea, & ſuperficies, ſed habẽtes ordinem viæ ad terminum, qui non eſt in linea, & ſuperficie. Non .n. protenſio lineæ terminabitur umquam ad ſuperficiem: ſed ſicut pueritia ad uirilitatem, & lux mane ad perfectũ diem, ita augmentum charitatis viæ ad perfectionem patriæ terminatur. Propter quod diuinus author in litera in reſponſione ad primum dicit, q; motus charitatis eſt ad terminũ non hic, ſed in patria. Et quia non ſat eſt multis manifeſtaſſe, niſi radix, unde hæc conueniant de facto charitati, oſtendatur, dicendum eſt, q; in litera ponitur propria radix tam in Prima ſecundæ, q̃ hic. Et eſt differentia inter fidei lumen, & clarum diẽ cæleſtis patriæ, cum Deus amicus uidetur facie ad faciem. Ex hac enim eſſentialiter diuerſæ rationis cognitione hic, & in patria conſequitur charitas diuerſæ rationis accidentaliter, quæ conſtituit diuerſæ rationis ſtatum in charitate, & conſequenter perfectionem, & quantitatem, ut declaratum eſt.

F

nē, aliqs trãſit, uel ad albedinē, vel ad nigredinem perueniens. Alio mõ ex parte agẽtis, cuius virtus nõ ſe extẽdit ad ulterius augendũ formam in ſubiecto. Tertio ex parte ſubiecti, qđ nõ eſt capax ulterioris pfectionis.

Nullo aũt iſtorũ modorum imponit terminus augmẽto charitatis in ſtatu uiæ. Ipſa.n. charitas ſm rõnem propriæ ſpeciei terminum augmenti non habet. Eſt enim participatio quędam infinitę charitatis, quæ eſt

G

H ¶His autem diſcuſſis, reſpondere argumentis non eſt difficile. Vnde ad primum dicitur, q; cum charitas ſit qualitas ſecundum naturam ſuam patriæ cæleſtis & ſecundum quãdam inchoationem in uia conceſſa, ex hoc ipſo patet, quod nõ eſt fictio, ſed ex natura rei ſic communicatæ conſequens, q; habeat duas quantitates ſpirituales intenſiuas diuerſarũ rõnum accidentaliter, ſicut homo habet pueritiam, & uirilitatem. Vtraq; enim habet ſuam propriam quantitaté perfectionis, & habitudinem, & ſtatũ, & accidẽtaliter conueniunt homini abſolute. Et rurſus utraq; habet quantitatem molis diuerſarum rõnũ accidentaliter, dum in puero ſemper eſt admiſta potentiæ: in viro autem pure in actu, conſiderando uirum ſecundum id quod perfectionis eſt, non prout ſeneſcere poteſt. Sic enim charitas habet ſtatus, latitudines, & quantitates diuerſarum rationum, vt patet ex dictis.

I ¶Ad ſecundum dicitur ex eadem radice, q; quia charitas eſt amicitia connaturalis patriæ, non uiæ, niſi inchoatiue, ideo pfecta & imperfecta notitia amici diuerſarum rationum, uariat quantitaté ſecundum diuerſas rationes, non autem quæcumque differentia ſecundũ perfectã, & minus perfectam notitiã. Sic autem eſſe in ꝓpoſito patet: & ſimile uidetur in ſimilibus.

¶Ad tertium iam dictum eſt, quòd remanet quãtitas prior in ſuccedente, ſublato eo quod erat imperfectionis: ſicut in uiro remanet perfectio pueritiæ, iuxta doctrinã Apoſtoli, euacuatis his quæ erant paruuli. Sic autem remanere non eſt, proprie loquendo, duas quantitates, aut perfectiones diuerſarum rõnũ remanere, ſed unam tantum ſimpliciter conſummate, retinẽtem alteram ſecundum id, quod perfectionis habebat. Et propterea non oportebat quærere cauſas, aut modum corruptionis primæ perfectionis & quantitatis, ſed imperfectionis admiſtæ, de qua non oportet ſolicitari: quia ſcriptum eſt. Cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

K ¶Ad dubium autem motũ in reſponſione ad primum mõ dicendum eſt, q; cũ termino alterius rõnis ſtat infinitas motus augmenti non ſimpliciter, ſed ſecundum quantitaté uiæ. Verbi gratia, Cum hoc quòd augmentum pueritiæ terminatur ad virilitatem, quæ eſt alterius rõnis, ſtat quòd augmentum pueritiæ creſcat in infinitum ſimpliciter: quia ſic numq̃ perueniretur ad uirilitatem, ſed infra latitudinem pueritiæ. Cõſtat.n. q; quamdiu quis eſt puer, ſemper habet quo creſcat, & quamprimum creſcere non poteſt, puer amplius nõ eſt. Et ſimiliter cum hoc, quòd lux matutina terminatur ad perfectum diem, ſtat q; augmentum lucis matutinæ ſit in infinitum, non quia in infinitum ſimpliciter creſcere poſſit, ſic enim nunquam ad perfectum diem perueniret, ſed quia infra latitudinẽ lucis matutinæ ſemper habet quo creſcat. Si enim amplius creſcere non poſſet, matutina non eſſet. Hoc ergo modo accipiendum eſt, q; charitas in ſtatu uiæ poteſt augeri in infinitum. Ly enim, in ſtatu uiæ, eſt conditio determinans augmẽtum infra latitudinem perfectionis propriæ ſtatui uiatoris. Et ꝓpterea cum hoc, q; charitatis augmẽtum eſt ad certum terminum alterius rõnis, ſ. perfectionem patriæ, ſtat q; charitatis augmentum ſit in infinitum, non ſimpliciter, ſed in ſtatu uiæ, hoc eſt, infra latitudinem pfectionis uiæ. Sẽper.n. habet quo creſcat charitas viæ. Et inter ſignatũ terminũ puta, pfectioné patriæ, & inchoatã charitatem uiæ in Paulo, ſicut non eſt motus augmenti in infinitũ ſimpliciter, ita non eſt diſtantia infinita ſimpliciter. Sed ſicut eſt mot⁹ augmenti in infinitum infra latitudinem pfectionis viæ, ita eſt diſtantia in infinitum ſecundum latitudinem perfectionis uiæ. Et ſimiliter poteſt dici, q; inter inchoatã charitatem in hoc, & terminum in patria, eſt diſtantia finita ſimpliciter, propter quod per motum augmenti tandem peruenitur ad perfectum diem cæleſtis patriæ, ſed eſt infinita ſecundum latitudinem perfectionis uiæ, propter quod cõtingit motum in uia ſemper creſcere. Ex hoc igitur quòd eſt hic ſimpliciter finitas, & ſecũdum uiæ rationem infinitas, ideo & motus hic inchoatus ibi terminatur, & dum hic eſt motus, ſemꝑ poteſt creſcere, quod ſignificatur per augmentum in infinitũ in ſtatu uiæ. Nec fallaris demum Nouitie in declarationibus, & exemplis datis, quærens omnimodam ſimilitudinem: ſufficit enim proportionalis: Tota ſiquidem uia pręſentis uitę ſiue parua, ſiue magna ſit, proportionalis pueritiæ, & mane eſt. Quælibet quoque cæleſtis patrię manſio, ſiue excelſior: ſiue minus celſa ſit, proportionalis uirilitati & perfecto diei eſt.

¶Ex quibus omnibus collatis cum doctrina authoris tam hic, & in articulo ſequenti in reſponſione ad tertium ualde ad ꝓpoſitum, quàm in quæſtione de uirtutibus, apparet q; multi in hac re diſputaſſe vña, non percipientes mentem authoris, ſed putantes apud eundẽ charitaté ſimpliciter augeri poſſe in infinitum, nec aduertiſſe, q; de charitatis perfectione non ſimpliciter, ſed in ſtatu uiæ author loquens, augmẽtum in infinitũ, & ſemper creſcere poſuit. Vnde nihil mihi uidetur cum aduerſarijs tractandum, niſi unum, quõ.ſ. cum augmento in infinitum charitatis in uia, ſaluetur proportionaliter augmentũ in patria abſq; eo, quòd etiam in patria non poſſit charitas augeri in infinitum. Videntur.n. hæc ſibi inuicem aduerſari. Nam conſtat q; quanto maior eſt charitas in uia, tanto maior proportionaliter erit ét in patria. Quantum.n. unus ſanctus exceſſit alterum ſecundum charitatem in uia, tanto proportionaliter excedit eundem in patria, etiam ſecundum charitatem. Et propterea ſi in infinitum augetur charitas in uia, ita q; quocũque ſancto dato in uia, põt in eadem dari ſanctior ipſe, uel alter in uia, alioquin non eſſet in uia, oportet cõſequẽter dicere, q; etiã in patria charitas poteſt augeri in infinitum, ita q; quocumq; ſancto dato, poteſt dari ſanctior eſſentialiter. Et confirmatur hoc in angelis: quia ſupponendo, q; quocumq; angelo creato, Deus poſſit ſuperiorem creare, & q; charitas detur eis ſecundum capacitatem naturalium, ſequitur & q; charitas uię in eis ſit augmentabilis in infinitum iuxta augmentum naturalium, & quòd charitas patriæ in eiſdem ſit augmentabilis in infinitum proportionaliter ad augmentum charitatis uiæ in eiſdem. Quanto enim crearetur angelus ſuperior, tanto maiorem charitatem uiæ haberet. Et quanto maior eſſet charitas uiæ, tanto maior eſſet charitas patriæ.

¶Sed hoc dubium cũ ſuis motiuis non aliunde ſoluendũ eſt, ut etiã ex hoc oſtendatur ſoliditas doctrinæ, expoſito q; quid eſt, reddentes rationem de omnibus. Scito igitur ex 3. Phyſicorum, quòd quia infiniti ratio non eſt ut ratio ſubſtantiæ, ſed accidẽtis, ideo cõditiones infiniti infra ſubiecti latitudinem clauduntur. v. g. Ex hoc q; ponitur linea infinita, non ſequitur q; omnia occupet, aut q; nihil extra ipſam ſit: quoniam infinitas infra lineæ rationem clauditur, & ſimile eſt in alijs. Et hinc oritur differentia inter ea, quæ conſequuntur ad augmentum in infinitum alicuius abſolute, & ea quæ cõſequuntur ad augmẽtum in infinitum eiuſdem infra talem latitudinem. Nã ad alicuius, puta, lineæ abſolute augmentũ in infinitum, ſequit̃ interminatio abſolute longitudinis, ſic q; non eſt dare lineam ita longã, quin poſſit dari longior. Ad Augmentum autem in infinitũ lineæ infra latitudinem partium decidẽdarum ab aliqua linea finita, non ſequitur longitudo interminabilis ſic, q; excedatur quæcumq; dabilis lõgitudo, ſed ſequitur longitudo interminabilis ſic, q; illa linea numq̃ erit ita longa, quin poſſit eſſe longior. Verbi gratia. Sint duæ lineæ tripedales, ſcilicet A. & B.

Spirituſſanctus. Sic ẽt cã agens charitatem eſt infinitæ uirtuti, ſ. Deus. Sic ẽt [d] ex parte ſubiecti terminus huic augmento præfigi non põt: quia ſemper charitate excreſcẽte, ſup excreſcit habilitas ad ulterius augmentum. [d] Vnde [m] relinquitur quod charitatis augmento nullus terminus præfigatur in hac uita. [n]

Ad primum ergo dicẽdum, quòd augmẽtum charitatis eſt ad aliquem finem, ſed ille finis non eſt in hac uita, ſed futura.

& B dupliciter põt .A. linea augeri in infinitum. Primo ſimpliciter, & ſic ſequitur, q excedit oẽm finitam longitudinẽ vt patet. Scdo infra latitudinem infinitarum partiũ, in quas põt diuidi linea. B. eſt. n. diuiſibilis in infinitum, & ſic. A. linea ſic põt augeri in infinitum, q nunquam erit ita longa, quin poſſit eſſe longior, eo q nuq̃ cõſumi põt eius augmentũ, ſicut nec diuiſio alterius. Et quemadmodũ hi duo modi augmẽti tñ inter ſe diſtant, ut augmẽtum ſimpliciter ducat ad quantitatem infinitam, augmentum aũt ſcdm quid, non ducat ad quantitatem infinitam: ita ſi ponamus ſingulis partibus per ſingulas augmentationes acquiſitis reſpondere ſecundum aliquam proportionem puta, deculpam duabus alijs lineis, puta. G. quæ reſpondeat ipſi. A, ſecundum augmentum in infinitum ſimpliciter & F, quæ reſpondet eidem. A. ſecundum augmentum infinitum ſecundum quid, uidebimus, q quantitas, G, eſt augmentabilis in infinitum ſimpliciter, & ducitur ad quantitatem infinitam. Quantitas autem. F, quàmuis ſemper in decuplo inueniretur maior quàm A, non eſſet tamen augmentabilis in infinitum, niſi ſecundum quid, nec duceretur ad quantitatem infinitam, ſed infra latitudinem quantitatis maioris in decuplo q̃ ſit. B. linea, cuius ſingulæ partes in decuplo exceduntur a partibus ipſius. F. ex his quæ exempli cauſa, ut dicenda percipianẽ attulimus dicendum eſt, q charitas, ut prædictum eſt, non ponitur augmentabilis in infinitũ ſimpliciter, ſed in uia, hoc eſt, infra latitudinem uiæ. Via enim inquantum uia, & terminatam quantitatem, & infinitum progreſſum in ea importat. Oportet C namque viam ad terminũ ducere, niſi fruſtra ſit. & dũ via durat ſemper protendi. Ac per hoc nec ſequitur, quòd ipſius quãtitas ducatur ad infinitatem charitatis ſimpliciter, nec ſequitur, quòd quantitas charitatis reſpondentis ei in patria, ducatur ad infinitatem ſimpliciter, ſed quòd vel ducitur ad aliquã proportionalẽ perfectionem, rñdendo ſingulis gradibus augmẽti in uia ſcdm aliq̃ proportionẽ, ut in augmento ſcdm quid lineæ declaratũ eſt, qm̃ charitatis augmentũ in uiæ nõ eſt augmentum ſimpliciter, ſed ſcdm quid, quia extra ſtatum ſuum naturalem eſt ſub obſcura cognitione luminis fidei, uel reſpõdet ſic maior maiori, ut quantitas alterius rõnis, ita ut non ſit proportio ſecundum augmentum, ſed ſolum conſumatio ſecundum quantitatem inuentam. Declaro vtramq; reſpõſionẽ Prima rñſio concedit proportionalem exceſſum in patria iuxta exceſſum in uia, ſed negat in uia dari augmentum infinitũ ſimpliciter, & propterea etiam negat illum in patria. Nec obſtat huic rñſioni, q ſimilitudo de augmẽto lineæ ſcdm quid, reprobatur in propoſito, quia charitas non augeť ſemper p partes minores. Nõ obſtat, inquam. quia ſimilitudo illa non affertur quo ad hoc, q eſt augeri per partem ſemper minorem, ſed quo ad hoc, q eſt ſemper augeri per aliquid quantum, non curando, an primo addito minus ſit ſecundum, & tertium minus ſcdo, ſed abſtrahendo ab hac comparatiua, ſucceſſiua additorum penes maius & minus. Linea enim eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia abſtrahẽdo ab huiuſmodi comparatione, ut patet. Præter hoc autem exemplum mathematicum, eſt exemplũ in naturalibus, habens augmentum infinitum, non tamen ſecundum quãtitatem infinitam, ſed certam latitudinem, ut patet de augmento perfectionis humanæ in pueritia, etiam durãte pueritia in infinitum, & terminatur tamen ad uirilem perfectionem. Conſiſtit ergo hæc prima reſponſio in hoc, quod augmentum charitatis in uia, non eſt augmentum ∗ us quantitatis ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſcilicet ſtatũ peregrinationis fidei, pueritiæ, matutinæq; lucis. Et ppea ſingulis partibus (vt ſic loqui liceat) charitatis in uia, aſſignando ſingulas in decupla proportione in patria, non ſequitur augmentũ infinitũ ſimpliciter, ſed ſecũdum quid. Iam enim manifeſtatum eſt, q ſtat ſemper aliquid alicui poſſe apponi, & nec in ſe, nec proportionabiliter ſibi reſpondente procedit ad quantitatem infinitam ſimpliciter. Secunda autem reſponſio forte magis propria eſt q. ſ. quemadmodum uirilitas hoīs eſt proportionalis pueritiæ quo ab hoc, q quanto puer perfectior, tanto uir perfectior proportionaliter, non tamen eſt ſic proportionalis, vt ſingulis augmẽtis pueritiæ ſint aſſignabilia ſingula augmenta virilitatis, ſic ſit iñ charitate patriæ, & uiæ, quæ ſe hñt apud Apoſtolũ, ut uir & puer. Ita quod conceditť quòd quanto perfectior quis eſt in uia ſecundum charitatem, tanto proportionaliter erit perfectior in patria. Quia tamen diuerſarum rationum ſunt A perfectiones iſtæ charitatis in patria, & in uia, quia ſequuntur lumina diuerſarũ rõnum; iõ non ſunt comparabiles ſcdm proportiones gradus ad gradum, ſeu partis ad partẽ. Et hæc rñſio amplectenda vĩ quia perfectio patriæ ſe hẽt ad perfectionem viæ, ut terminus ad motũ, vt patet ex inductis. Modo âtquãto perfectior eſt motus, perfectior erit terminus nõ tñ ſunt comparabiles ſcdm proportionem graduũ motus ad gradus in termino. Vnde ex vtraque reſpõſione ſumať, Primo quòd augmentum charitatis in uia, eſt augmentum eius ſecundum B quid propter prædicta, & indeq; non licet ex tali augmento in finitum inferre infinitatem termini alterius rationis, ſed excellentiam reſpondentem cuicunq; augmento. Sicut augmentũ hominis in pueritia eſt in infinitũ infra latitudinem pueritiæ: ſemper enim habet quo creſcat in ſtatu pueritiæ, & quanto aliquis perfectior fuerit in pueritia, tanto erit perfectior uir: & quanto iſte perfectior puer illo, tanto perfectior uir illo erit. Non tamen infinito proceſſu infra latitudinem pueritiẽ rñdet infinitus proceſſus ſimpliciter virilitatis, ſed aut incomparabilitas ſecundum proportionem iuxta ſecundo dicta, aut proceſſus in infinitum ſecundum quid iuxta primo dicta habebitur Ex his autem patet ſolutio obiectorum, qm̃ eadem eſt ratio de angelorum & hominum, quo ad hoc charitate. Creato. n. quocunq; ſuperiore angelo, & data charitate ſcdm naturalia, non niſi charitatis viæ augmentum in infinitum concluditur quod author probauit. Ex augmento aũt charitatis in uia in C infinitum, quomodo ſequatur vel infinitas ſecundum quid, uel incomparabilitas ſcdm pportionem, dictum eſt. Et ſi formetur ratio de angelo creato beato, q quocunque dato, poteſt dari maior: ergo charitas patriæ in infinitum ſimpliciter augeri põt, Rñdeatur, q non ſequitur niſi proceſſus in infinitum ſecundum quid in patria, ſicut ſi ex uiatoribus angelis fierent beati. Deus enim creando eos, ſemper beatus in eiuſdem rõnis gradibus locat, quales eſſent ſi media charitate uiæ ad eos peruenirent. Conſtat autem ex dictis, q quantitas charitatis patriẽ proportionaliter reſpondens augmento charitatis uiæ, nõ eſt ad infinitum ſimpliciter, ſicut in numeris. Et forte perfectio charitatis in patria ita eſt alterius rõnis excellẽter, q hẽt utrunq; ſcilicet, & q eſt terminus conſummans quicquid perfectionis inuenit in charitate uiæ, conſumans, inquam, iuxta diſpoſitionem perfectibilis quantitatis inuentæ: & q eſt ſecundum proportionem reſpondens augmento charitatis in uia. Et propterea D vtraq; reſponſione oportet uti, ut communiter credita a doctoribus ſaluemus, abſque infinitate ſimpliciter charitatis quam qui tenet, ſicut in numeris, non uideo quare erret, quãuis ab authore declinet, vt patet ex dictis. Quàmuis aũt huiuſmodi de charitate ſub metaphoris dicta, uera uideantur, ex ꝓprijs tñ oportet intellectum quieſcere, ne opponatur, q Theologia ſymbolica non eſt argumentatiua. Vñ tertius modus dicẽdi, cui multa in duabus prædictis uis tacta deſeruiunt, occurrit.

¶AD cuius euidentiam oportet primo euitare confuſionem quæſtionum. Sunt ſiquidẽ in hac re tres quæſtiones. Prima eſt, An charitas abſolute ſit augmentabilis intenſiue in infinitum. Secũda eſt, An charitas viæ ſit intẽſiue augmentabilis in infinitum. Tertia eſt, An charitas patriæ ſit augmẽtabilis in infinitũ. Inter quas quæſtiones ipſa adiunctio diuerſorum ſtatuũ ſcilicet uiæ, & patriæ, & abſtractio ab utroq; ſtatu, oſtendit differentiam eſſe, Et prima quidem quæſtio in tertia parte, ubi de cha E ritate animæ Chriſti, an ſit ſumma poſſibilis dari, dicetur, tractabitur, de qua iam dictum eſt, quod ſecundum authorẽ pars negatiua eſt uera. Secunda autem quæſtio, quæ præ manibus hť, habet partem affirmatiuã ueram, iam Eccleſiæ authoritate determinatam in concilio Viennen. a Clemente quinto, ut patet in Clement c. Ad noſtram, de hęreticis. Vbi de noua ſecta diſtenẽs & aſſerens, doctrina ſua ſacrilega & puerſa, inferius deſignatos errores. Primo uidelicet, quòd homo in uita præſenti tantum, & talis perfectionis gradum poteſt acquirere, q reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam ut dicunt, ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri, hæc ibi. Et infra. Nos ſacro approbante Cõcilio ſectam ipſam cũ pmiſſis erroribus damnamus, & reprobamus. Suppoſita ergo cum Eccleſia ueritate hac quòd charitas uiæ eſt augmentabilis in infinitum, oſtendenda tria ſunt, Primo, quę eſt pfectio charitatis uiæ, õ charitatis patriæ, Seccundo, quot ſunt perfectiones diuerſarum rationũ

D. 313.

D. 202. *Conclu.*

Tertio

Ad II. dicendum, ꝙ capacitas creaturæ rōnalis p charitatem augetur, quia p ipſam cor dilatatur, ſm̄ illud 2. ad Cor. 6. Cor noſtrum dilatatum eſt. Et ideo adhuc vlterius manet habilitas ad maius augmentum.

Ad III. dicendum, ꝙ rō illa procedit in his, q̄ hn̄t quātitatem eiuſdē rōnis, non āt in his q̄ hn̄t diuerſā rōnē quātitatis: ſicut linea quātūq; creſcat, nō attingit quantitatē ſuperficiei. Non eſt āt eadem rō quantitatis charitatis viæ q̄ ſequitur cognitionem fidei, & charitas patriæ, quæ ſequitur viſionem apertam. Vnde non ſequitur rō.

Tertio qualis eſt hm̄ōi diuerſa rō. Perfectio charitatis viæ eſt duplex altera ex parte ſubiecti: & altera ex parte obiecti, Nā charitas viæ augetur ex parte obiecti cum Deus mouet uoluntatem ut magis ac magis bonus, ut magis ac magis amicus ut magis ac magis munificus, huic beneficio ſuperaddendo illud, & illi alterū & hm̄ōi. Sic. n. accendiť uoluntas ex parte obiecti ad magis amādum ipſum Deum. Augetʳ quoq; ex parte ſubiecti. dū [illegible] rē obiectum, magis iſte conatur, magis ſtudet, magis ſe colligit, & applicat. Hæ ſunt pfectiones charitatis in uia, quæ licet ſint diuerſarū rationum inter ſe, ut ſuperius monſtratum eſt. identificantur tamen ſecūdum rem ſimplici charitatis amori ut etiam ſuperius patet. In patria quoq; charitatis perfectio utrunq; eſt. Nam ex parte obiecti quantificētur ex ipſo Deo in ſeipſo uiſo iuxta menturam non Dei abſolute. ſed Dei uiſi: quod eſt dictum. iuxta menſura uiſionis. Ex parte uero ſubiecti quantificať ex hoc ꝙ totaliter actualiter fertur in amorem Dei, implendo totaliter illud præceptum. Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota &c. Diuerſarum autem rationum eſſe perfectionem charitatis uiæ, & perfectionem charitatis patriæ, ex ſigno & rōne monſtratur. Ex ſigno quidem, quantumcunq; creſcat charitas in uia ex parte ſubiecti, nunquàm pertingere poteſt ad perfectionem charitatis in patria ex parte ſubiecti qm̄ nunquàm poteſt ad hoc peruenire ut diligat actualiter Deum H totaliter, hoc eſt, ex toto corde, ex tota mente &c. vt patet ex infra dictis ab Aug. & authore in diſcuſſione huius præcepti. Et ſimiliter quantumcunque creſcat charitas uiç ex parte obiecti, nūquàm pertinget ad perfectionem charitatis patriæ ex parte obiecti quoniam nunquam poteſt ad hoc peruenire, vt moueatur ad amandū a Deo uiſo, ſed ſemper mouetur in hac uita a Deo in ſpeculo creaturæ. Hoc. n. quod eſt quantitatem perfectionalem charitatis in uia quantuncunq; creſcat, non poſſe pertingere ad minimum quid quantitatis perfectionalis propriæ charitati patriæ, oſ̄dit quantitates has eſſe diuerſarū rationum. Rōne uero, quia ea quæ conſequuntur ad actus diuerſarum rōnum ut ſic, ſunt diuerſarum rōnum: ſed perfectio charitatis in uia, & perfectio charitatis in patria ſequuntur ad actus diuerſarum rōnum. ergo ſunt diuerſarum rōnum. Minor patet, quia ſubiectum in uia, & in patria diuerſarum eſt rōnum ſcd̄m actus uiſionis per fidem, & uiſionis faciæ ad faciem. I Et ſimiliter obiectum in uia, & in patria. inquantū eſt mouens diuerſarum eſt rationum ſecūdum actus uiſi in ſpeculo, & uiſi in ſeipſo, ut patet. Deus. n. uiſus in ſpeculo, nunc mouet ad amandum, tunc autem, Deus uiſus in ſeipſo. Et quoniam diuerſa ratio tam ſubiecti, quàm obiecti ex differentia inter cognitioné fidei, & uiſioné apertam oritur (nam differentia ex parte ſubiecti per fidem & uiſionem apertam, redundat in diuerſam rōnem obiecti, ut mouentis ad amandum, nam inde prouenit ꝙ Deus nunc mouet in ſpeculo, tunc in ſeipſo) ideo author ꝓfunde intuitus, diuerſæ rationis quantitatem in charitate uiç, & patriæ aſſignauit in hac litera ex hoc, ꝙ alterius rationis eſt quantitas charitatis conſequentis cognitionem fidei, & conſequentis uiſionem operatam. Nota uter āt dixi, obiectū ut mouens, eſſe alterius rōnis hic, in patria: quoniam obiectum charitatis poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet ut terminās amorem, & ut mouens ad amorem. Et quàmuis ut terminans ſit unius rōnis hic, & in patria. ſ. Deus ipſe prout in ſe eſt, & pro- K ptere a charitas nunqum excidit, ut mouens tn̄ eſt diuerſarum rationum: quoniam mouere uiſum in ſpeculo, & mouere ut in ſeipſo, conſtat diuerſarum eſſe rationum. Qualis autem eſt hæc diuerſitas rōnum, ex duabus conditionibus ſumi poteſt. Prima eſt, quòd quantitas perfectionis charitatis in uia, remanet cum quantitate perfectionis charitatis in patria: quoniam charitas nihil perfectionis perdit ex hoc, quòd permanet in patria. Secunda eſt, quod ſemper eſt quædam illius inchoatio & per illam perficitur. ac conſumatur, ut patet.

¶ Ex his. n. apparet primo, ꝙ nō ſunt diuerſarū rōnum, ſicut cognitio fidei & uiſio aperta, ad quas cōſequunť: qm̄ cognitiones illæ incōpoſſibiles ſunt, & eſſentialiter diuerſificanť. Perfectiones āt charitatis ſic ſunt diuerſarum rōnum, ꝙ & ſimul pmanent, & uni numero ſimplici charitati identificantur realiter.

¶ Apparet ſecundo, quòd ſunt diuerſarum rationum ſicut includens hoc & aliud, & contentū uno tantum. Et ad hoc deſeruit exēplū litteræ de ſupficie, & linea. Supficie. n. includit lōgitudiné. & addit latitudiné. Linea uero ſola lōgitudine eſt cōtēta. Et ſimiliter charitas patriæ claudit i ſe pfectioné viç, & addit pfectioné patriæ: charitas uero viæ ſola pfectiōe viæ ē cōtēta.

¶ Apparet tertio, ꝙ diuerſarū ſunt rōnum, ſicut uia pternaturalitatis ſemp hn̄s aliqd admiſtū, & terminus in ſtatu naturali ſiſtio. Charitas. n. qu eſt amicitia ad Deū cōſequēs cōſortiū diuinæ naturæ, eſt amicitia ... ſtatum ſolūmodo in patria, ubi ſimiles Deo erimus, & uidebimus ipſum ſicut ē. Nunc āt in uia, apud Apoſt. ſemp aliquid D. 310. præternaturalitatis habet admiſtum ex ut ſpitus peregrinationis. Et quicquid imperfectionis in hoc præternaturali ſtatu habet deponetur, & ad naturalē, & perfectionis undiq; ſtatum pducta erit in patria: ideo diuerſa rō perfectionis charitatis in uia, & in patria, ab Apſtolo declaratur exemplo pfectionis puerilis, & factionis uirilis. Cum eſſem paruulus &c. ſicut. n. pueritia tendit ad uirilitatem, & perficitur in illa abiecta non perfectione acquiſita in pueritia, ſed imperfectione pertinēte ad ſtatum pueritiæ: ſic charitas uiæ tendit ſemp ad charitatem patriç, & ea perficietur abiecta non perfectione quā hic habuit, ſed admiſta imperfectione, pertinente ad uiæ ſtatum &c.

¶ His autem declaratis, ſupereſt reſpondere obiectis & quæſitis

¶ Ad obiectiones ſiquidē allatas in principali dubio, ſcilicet moto in reſponſione ad tertium, de diuerſa ratione quantitatis H charitatis in uia, & in patria, iam patet reſponſio.

¶ Ad primam quidem, quòd non eſt fictionis, ſed naturæ, huiuſmodi actum animalium habere perfectiones diuerſarum rationum, & præcipue actuum habentium diuerſos ſtatus.

¶ Ad cōfirmationem iam patet, quòd ex diuerſa ratione fidei & uiſionis, conſequitur diuerſæ rationis perfectio in charitate tam ex parte ſubiecti quàm obiecti.

¶ Ad alteram confirmationem poteſt dici dupliciter. Primo ꝙ non inconuenit remanere quantam, perfectionibus diuerſarum rationū, ſicut etiam ſuperficies eſt quāta dimenſionibus diuerſarum rationum. Secundo & melius, ꝙ remanet quanta in actu, perfectione patriæ tantum. Perfectione uero uiæ remanet quanta in potentia ſicut trigonum dicitur eſſe potentia in tetragono, 2. de Anima: & ſicut in uirilitate remanet perfectio pueritiæ, non quòd ſint in uiro duæ perfectiones in actu ſcilicet acqſita in pueritia, & quæ aduenit in uirilitate: ſed una in I actu, ſ. uirilitatis claudens in ſe illam pueritiæ, ut quam perfecit. Sic namque putandum eſt in patria, quòd perfectio patriæ claudit in ſe perfectionem uiæ, ut perfectam ab ipſa perfectione patriç, & non ſeorſum diſtinctā in actu.

¶ Ad dubium uero motū in reſpōſione ad primum, & illius rōnem, iam patet reſponſio, quia motus augmenti in uia eſt ad terminum alterius rationis in patria, & ideo diſtantia eſt finita, & motus eſt infinitus in potentia ſcd̄m alterius rationis diſtantiam: quoniam prima finitas attenditur ſecundum elōgationem ſtatus patriæ a ſtatu uiæ. Infinitas autem ſcd̄o dicta attenditur ſecundum progreſſum infra ſtatum uiæ. Ratio autē procedit, ſi eſſet ad terminum eiuſdem rationis &c.

¶ Ad aliud uero dubium, Qūo cū augmento in infinitū in uia ſtat, charitaté nō poſſe augeri in infinitū in patria, di ꝙ hæc negatio. ſ. nō eſt eiuſdē rōnis quantitas charitatis patriæ & uiæ, ſufficit ad hoc, ꝙ ſint incommenſurabiles hæ quantitates: ac p K hoc charitas patriæ non rn̄det ſecundum aliquam cōmenſurationé charitati uiæ: ſicut nec quantitas ſuperficiei eſt commenſurabilis quantitati lineæ. Et cū hoc ſtat ꝙ rn̄det charitas patriæ charitati uiæ: ut terminus, ut uirilitas pueritiç. Cōſtat nāq; nō eſſe commenſurabilem huiuſmodi terminum augmento pcedenti, quia ſunt diuerſarū rōnum. Et rurſus ſtat, ꝙ augmētū charitatis in uia, eſt augmētū charitatis ſcd̄m quid, pro quāto eſt augmentū charitatis in ſtatu pternaturali hn̄te ſemp aliquid imperfectionis admiſtū. Nā hm̄ōi augementū pro quāto eſt in infinitum, conuenit charitati ſecundum quod cōſequiť imperfectā, & pternaturalem ipſius cauſam quo ad actum. ſ. cognitioné fidei. Et hoc iā habes ex ſequenti articulo in reſpōſione ad tertium, ubi dr̄ quòd perfectio uiæ non eſt perfectio ſimpliciter, & iō ſemp habet quo creſcat. Si. n. nō eſt perfectio ſimpliciter, relinquitur, ꝙ ſit perfectio ſcd̄m quid, ex quo eſt perfectio. Et quia augmentū eſt ad perfectionem, ſequitur ꝙ augmentū uiæ, nō niſi augmentū ſcd̄m quid eſt: augmēto autē

ſecūdum quid, quāuis in infinitū, nō oportet rūderet augmentū infinitū ſimpliciter. Et hæc dicta ſunt ſequēdo dicta viā, ſ. q. charitas nec abſolute, nec in patria eſt augmētabilis in infinitū ſecūdum ipſum charitatis habitum: qd ſo appono, quia poſſet dici, quod charitas patriæ, quāuis ſit finita, & in ſum mo quo ad habitum: quoad actū tñ pōt augeri in infinitum ex parte ſubiecti, hoc ē, ex parte conatus maioris & ſedula ſe, & ſecundū dignificationē à Deo, quia p hoc ſubiectum magis diſpoſitū melius utetur eodē habitu, ō ſubiectum minus diſpoſitum. & ſecūdum hoc quocunque angelo creato beato, Deus non ſolum poteſt creare meliorem in eſſe naturę, ſed ē. beatiorē, p quā to ip factus in meliorib. naturalibus, eſſet melius diſpoſitus ad utendū ſummo charitatis habitu pp maiorem conatū, & maiorē dignificationē illius conatus ab ipſo Deo ad charitatem.

Perfecta per totum. 131 Inf. q. 184. ar. 2. Et 3. di. 27. q. 3. ar. 4. Et di. 29. q. 1. ar. 8 q. 1 & 2. Et uerit. q. art. 10. & 11. Et op. 18 cap. 5. 6. & 7. *q. 36 circa princi. tom. 4.

D. 315.

*Ar. præc.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum charitas in hac uita poſſit eſſe perfecta.

Bannes eodem art.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ charitas in hac vita non poſſit ēe pfecta: maximè. n. hęc [b] perfectio in Apl̃is fuiſſet, ſed in eis nō fuit. Dicit. n. Apl̃us ad Phil. 3. Non ꝙ iam cōprehēderim, aut pfectus ſim. ergo charitas ĩ hac uita pfecta eſſe nō pōt

¶ 2 Prę. Aug. dicit li. 83. q. * ꝙ nutrimentū charitatis eſt diminutio cupiditatis: ſed vbi eſt perfectio charitatis, nulla[b] eſt cupiditas. Sed hoc nō pt ēe ĩ hac vita, ĩ qua ſine pctō uiuere nō poſſum[9], ſm illud 1. Io. 1. Si dixerim[9], qm̃ pctm̃ nō habemus, ipſi nos ſeducimus: oē aūt pctm̃ ex aliqua inordinata cupiditate procedit. ergo in hac uita charitas perfecta eſſe non poteſt. B

¶ 3 Prę. Illud quod iā pfectū ē, nō pōt ulterius creſcere: ſed charitas in hac uita ſp pōt augeri, vt dictū eſt. ergo charitas ĩ hac uita non poteſt eſſe perfecta. C

SED CONTRA eſt, quod Au. dicit ſup primā Can. Io. Charitas cū fuerit roborata, perficitur: cū aūt ad perfectionē uenerit, dicit. Cupio diſſolui, & eſſe cū Chr̃o: ſed hoc poſſibile eſt in hac uita, ſicut ĩ Paulo fuit. ergo Charitas in hac uita poteſt eſſe perfecta.

* Tract. 5. in Canon. Io. declinādo ad finē tra. to. 9.

RESPON. Dicendū, ꝙ pfectio charitatis pōt ĩtelligi dupl̃r. Vno mō, ex parte diligibilis: alio mō ex parte diligētis. Ex parte qdē diligibilis pfecta eſt charitas, vt diligat aliqd, quantū diligibile eſt: De[9] aūt tm̃ diligibilis, eſt quātū bonus eſt. Bonitas aūt ei[9] eſt infinita, vñ infinitè diligibilis eſt. Nulla aūt creatura pōt eū diligere infinitè, cū ōlibet uirtus creata ſit finita. Vñ [m] p hūc modū nulli[9] creaturæ charitas pōt eſſe pfecta, ſed ſolū charitas dei, qua ſeipſū diligit [n]. Ex parte verò diligētis tūc eſt charitas pfecta, qñ diligit tm̃, quantū pōt. Quod qdē cōtingit tripliciter. Vno mō ſic, ꝙ totum cor hoīs actualiter ſp ferat̃ in Deū. Et [p] hæc eſt pfectio charitatis patriæ, q̃ nō eſt p̃ſis in hac uita: ĩ qua impoſſibile eſt, pp humanæ uitæ infirmitatē, ſp actu cogitare de Deo, & moueri dilectione ad ipſū. Alio mō, ut hō ſtudium ſuum deputet ad vacādū Deo, & reb. diuinis, ꝑtermiſſis alijs, niſi quātū neceſſitas p̃ſētis uitæ reqrit. Et [s] iſta eſt pfectio, charitatis q̃ eſt poſſis in via, nō tñ eſt cōis oib. hñtib. charitatē. Tertio mō ita, ꝙ habitualiter aliquis totum cor ſuum ponat in Deo, ita. ſ. ꝙ nihil cogitet, vel velit, ꝙ diuinæ dilectioni ſit cōtrariū. Et [x] hæc pfectio ē communis omnib. charitatem habentibus. [z]

Concl. m *Conclu. p* *Conclu. s* *Conclu. x*

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Apo. negat de ſe pfectionē patrię. Vñ * gl. ibidē dicit, ꝙ pfect[9] erat viator, ſed nō dū ipſius itineris pfectione puẽtor.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc dicitur propter peccata uenialia, quæ non contrariantur habitui charitatis, ſed actui: & ita non repugnant pfectioni uię, ſed perfectioni patriæ.

*Gl. ordi. in ma ibidem ex Augu.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ pfectio uię nō eſt pfectio ſimpliciter: & iō ſemper habet quo creſcat.

ARTICVLVS IX.

Vtrum conuenienter diſtinguantur tres gradus charitatis, incipiens, proficiens, & perfecta.

Bannes eodem articulo.

Perfect. per totum. 132 Inf. q. 183. ar. 4. Et q. 184. art. 2. Et 3. d. 29. art. 8. q. 1. Et opu. 61. capit. 2. Et Psal. 24.

AD NONVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ incōuenienter diſtinguant̃ tres gradus charitatis, ſ. charitas incipiens, pficiẽs, & pfecta. Inter principiū. n. charitatis, & eius ultimam perfectionē ſunt [h] multi grad[9] medij. non ergo unū ſolum medium debuit poni.

¶ 2 Præt. Statim cum charitas incipit eſſe, incipit etiam [h] proficere. non ergo debet diſtingui charitas proficiens à charitate incipiente.

¶ 3 Prę. Quātūcūq; aliqs hēat in hoc mūdo charitatē pfectā, pōt ei[9] charitas augeri, ut * dictū eſt: ſed charitatē augeri ē ipſā ꝓficere. ergo charitas pfecta nō dēt diſtingui a charitate [b] ꝓficiēte. Incōuenienter ergo ꝓdicti tres grad[9] charitatis aſſignāt.

* Ar. 7. huius quæſt.

SED CONTRA eſt, ꝙ * Aug. dicit ſup primā Can. Io. Charitas cū fuerit nata, nutrit̃, qđ ꝑtinet ad incipiētes: cū fuerit nutrita, roborat̃, quod ꝑtinet ad ꝓficiētes: cū fuerit roborata, pficit̃, quod ꝑtinet ad perfectos. ergo eſt triplex gradus charitatis.

*Tract. 5. declinādo ad fin. tomo 9.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſpũale augmentum charitatis cōſiderari pōt, quātū ad aliqd, ſ. corporali hoīs augmento. Quod quidē q̃uis in plurimas partes diſtingui poſſit, hēt tñ aliquas determinatas diſtinctiones ſm determinatas actiones, vel ſtudia, ad quæ hō perducit̃ p augmētum. Sicut infantilis ętas dr̃ anteq̃ hēat uſum rōnis: poſtea aūt diſtinguit̃ ali[9] ſtatus hoīs, qñ iā incipit loq, & rōne vti: iterū terti[9] ſtat[9] eius eſt pubertas, cū iam incipit poſſe gñare, & ſic deinde quouſq; perueniat ad pfectū. ita ēt & [m] diuerſi grad[9] charitatis diſtinguūtur ſm diuerſa ſtudia, ad quæ hō perducit̃ per charitatis augmentum. [n] Nam primò quidem incūbit hoī ſtudium principale ad recedendum à pctō, & reſiſtēdū concupiſcentijs eius, quæ in cōtrarium charitatis mouēt. Et [p] hoc ꝑtinet ad incipiētes, [q] in quibus charitas eſt nutrienda, uel fouenda, ne corrumpatur. Secundum autem ſtudium ſuccedit, vt homo principaliter intendat ad hoc [s] ꝙ in bono ꝓficiat. Et [s] hoc ſtudium pertinet ad proficientes, [t] qui ad hoc principaliter intendunt, ut in eis charitas per augmentum roboretur. Tertium autem ſtudium eſt, ut homo ad hoc principaliter intendat, ut Deo inhæreat, & eo fruatur: & [x] hoc pertinet ad perfectos, [z] qui cupiūt diſſolui, & eſſe cū Chriſto. Sicut ēt videm[9] in motu corporali, ꝙ primū eſt receſſus à termino, ſm autē eſt appropinquatio ad alium terminum, tertium eſt quies in termino.

Concl. m *Conclu. p* *Conclu. s* *Conclu. x*

AD PRIMVM ergo dcēdū, ꝙ omnis illa determinata diſtinctio, quæ poteſt accipi in augmēto charitatis comprehenditur ſub iſtis tribus, quæ * dicta ſunt: ſicut ēt oīs diuiſio continuorum comprehēditur

ditur ſub tribus his, principio, medio, & fine, vt * Philoſo. dicit in 1. de cœlo,

*l.1. text. 2.10. 3.

Ad II. dicēdū, q̄ illi in q̄bus charitas incipit, q̄uis ꝓficiant, principalior tñ cura imminet, vt reſiſtāt pc̄tis, quorū ipugnatione inq̄etant. Sed poſtea hāc ipugnationē min⁹ ſentiētes, iā quaſi ſecurius intēdūt ad ꝓfectū, ex una tñ parte facientes opus, & ex alia parte hn̄tes manum ad gladium, ut dr̄ in Eſdra de ædificatoribus Hieruſalem.

G

Ad III. dicēdū, q̄ ꝑfecti ēt i charitate ꝓficiūt: ſed nō eſt ad hoc principalis eorū cura, ſed iā eorū ſtudium circa hoc maximè uerſat̄, ut Deo ih̄ereāt. Et q̄uis ēt hoc q̄rāt incipiētes, & ꝓficiētes: tñ magis ſentiūt circa alia ſuā ſolicitudinē, icipiētes q̄dē de uitatione pc̄tōrū, ꝓficiētes uerò de profectu uirtutum.

H

Articvlvs x.

Vtrum Charitas poſſit diminui.

AD decimvm ſic ꝓceditur. Vr̄ q̄ charitas poſſit diminui,[h] Contraria.n.nata ſunt fieri circa idem: ſed augmentatio, & diminutio ſunt contraria. cū ergo charitas augeatur, ut * dictum eſt ſupra, uidetur etiam quòd poſſit diminui.

*Ar. 3. huius quæſt.

¶2 Prę. Aug. 10. Confeſſ. ad deū loquens dicit. Minus te amat, q̄ tecum aliquid amat. Et in lib. 83. † q. dicit, quòd nutrimentū charitatis eſt diminutio cupiditatis. Ex quo uidetur, quòd etiā econuerſo augmentum cupiditatis ſit [h] diminutio charitatis: ſed cupiditas, qua amatur aliq̄d aliud, q̄ De⁹, pōt in hoīe creſcere. ergo charitas p̄t diminui.

†li. 10. ca. 29. a medio ts 1. q. 36. circa prin. to. 3.

¶3 Præt. Sicut * Aug. dicit 8. ſup Gen. ad lr̄am. Non ita Deus operatur hominem iuſtum iuſtificando eum, ut ſi abſceſſerit, maneat in abſente quod facit. Ex quo poteſt accipi, q̄ [h] eodē modo Deus operatur in hoīe, charitatem eius conſeruando, quo operatur primo, ei charitatē infundēdo: ſed in prima charitatis infuſione min⁹ ſe p̄parāti De⁹ minorē charitatē infundit. ergo ēt in cōſeruatione charitatis minus ſe præparanti minorem charitatem conſeruat. poteſt ergo charitas diminui.

* li. 8. cap. 12. in prī. tom. 3.

Sed contra eſt, q̄ charitas in

SVPER QVÆST. XXIIII. ART. X.

Palud. 3. d. 28. q. 3. Ban. eod art. D. Bon. ar 27. q. 3. ar. 2.

IN art 10. omiſſis 8. & 9. dubiū occurrit, quō pc̄tm̄ mortale effectiue tollit charitatem, cū charitas a ſolo Deo ſit effectiue. & ab eodē ſolo effectiue cōſeruet̄. Cōiter quoq; dr̄, q̄ pc̄tm̄ mortale corrūpit charitatem demeritorie. Author autem in litera dicit, quòd duobus modis. ſ. effectiue, & demeritorie.

*In corp. ar.

¶Ad hoc dubiū dr̄, q̄ charitas ſine dubio corrumpit̄ effectiue a quolibet pc̄tō mortali, & nō ſolū demeritorie. Modus autē eſt in attingendo cōpoſitū ex aīa & charitate ex parte ſubiecti, efficiendo in eodē diſpoſitionem contrariam charitati.

¶Ad cuius euidētiam ſcito, q̄ quēadmodū in naturalib. aīa rōnalis a ſolo Deo fit in corpore: & tñ quia cōpoſitum ex aīa rōnali & corpore ex parte ſubiecti, ſubiacet agēti naturali, puta, igni, cum ignis agendo in corpus humanū efficit tm̄ caloris, vt contrariet̄ manſioni aīæ in corpore, ignis effectiuè dr̄ expellere animam à corpore: & ſi in ipſa expulſione aīa deſineret eſſe, ignis non ſolum diceretur effectiue expellere aīam a corpore, ſed corrumpere ipſam: ita proportionaliter eſt in propoſito: quia licet a ſolo Deo ſit charitas in aīa effectiue, a uoluntate tñ humana dependet effectiue peccatum mortale inducendū in aīam propriam, contrarium inhæſioni charitatis in aīa illa, ac per hoc peccans mortaliter, effectiue expellit charitatē ab aīa. Et quia charitas eſt forma, quæ in ſui expulſione ab anima deſinit eſſe: ideo non ſolum effectiue expellit ab anima charitatem, ſed corrumpit ipſam charitatem.

Porrecta per totum.

135

2 di. 17. q. 2. art. 5. Et mal. q. 7. artu. 2.

I

¶Ad primam ergo obiectionem in oppoſitū, di. q̄ quia plus requirit ad conſtructionem, q̄ ad deſtructionem, & bonū cōſurgit ex cā integra, malum aūt ex particularibus defectib. ideo non eſt mirum, ſi charitas requirat Deū ex ſua gratia agentē, nec ad eius actionem ponendam ſufficiant opera nr̄a, & ad faciendum Deum non conſeruantem hanc charitatem, in hoc ſufficiant opera noſtra. Neque.n. hoc ex infirma uirtute cōſeruantis procedit, ſed ex natura rei conſeruandæ in hoc. Oportet .n. actus ſicut fieri, ita & conſeruari in patiente diſpoſito: ac per hoc ſicut non fieri, ita nec conſeruari in ſubiecto contrarie diſpoſito. Et propterea ipſa res, quæ conſeruanda erat ab actore contrariæ diſpoſitionis in ſubiecto, corrumpi effectiue dicitur.

K

¶Ad obiectionem aūt ex dicto cōi dico q̄ uideor experiri dictū Ariſt. in 2. Metaphyſic. quantā vim habet cōſuetudo. Ex dictis .n. manifeſte conſtat, q̄ peccans mortaliter ut ſic, non ſolū demeretur perdere charitatē, ſed ſi eſſet extra ſtatū meriti, uel demeritus ex ipſa cōtrarietate ad charitatem, expellit charitatē ab aīa, ac per hoc corrumpit ipſam effectiue. Et tñ quia apud multos uox ignorantiæ ut inualuiſſe, negare uidentur, id quod (ſi diligenter perſpicerent) docent in ſimilibus, puta, in effectiue expellente aīam rationalem a corpore, & in effectiue apponente obſtaculum inter aerem, & corpus illuminans eundem.

¶In eodem art. 10. dubium occurrit circa illud, Quantitas charitatis quam hēt in cōparatione ad obiectum ꝓprium minui non pōt ſicut nec augeri, ut ſupra dictū eſt. vt .n. uox falſū, & cōtrariari ſupradictis, q̄ charitas augeri poteſt ex parte obiecti.

¶Ad hoc dr̄. q̄ author hic loquitur de quantitate extenſiua, q̄

F

hēt charitas per cōparationem ad obiectum charitatis, q̄d eſt diligibile. Hanc.n. quantitatem in præcedenti libro patet cōuenire habitui in cōparatione ad obiectum. Et hmōi quantitas in charitate nec augeri, nec minui pōt: quia minima charitas diligit oīa, quæ ſunt ex charitate diligenda, ut expreſſe in art 4. huius q̄ōnis, ad quem litera ſe refert, in reſpōſione ad primum patet. De quantitate aūt rem, intenſiue loquēdo, patuit, q̄ pōt intēdi ex parte diligibilis: quia Deus eſt magis ac magis diligibilis, adeò ut ex hac parte a nullo, niſi a ſeipſo, perfecte diligat̄, vt in ar. 8. author dixit. Nihil igit̄ falſi, aut cōtrarij pdictis hic dr̄.

¶In tīlibe ad primū aduerte, q̄ cū negat̄ in litera, q̄ contraria hn̄t fieri circa idem, vniuerſaliter loquendo, non intelligas exceptionem factā de fieri in potentia, quātū eſt ex natura contrariorum, ſed de fieri reducibili ad actū ſimpliciter, & abſolute. Oportet namq; ex diffinitione cōtrariorum proficiſci, q̄ habeant fieri circa idē, alioquin cōtraria nō eſſent. Sed q̄ alterum tm̄ contrariorum tali ſubiecto coæuum ſit, aliunde poteſt procedere, puta, quia ineſt a natura, uel pp̄ cām agētē. Et ppea alterū contrariorum nunq̄ fiet in eodem. Sic aūt eſt in propoſito, q̄in charitas cum habeat latitudinem, ſcdm q̄ poſſit augeri, ſecundum eandem pōt diminui. Poteſt ſiquidem Deus eam diminuere, quam auxit. Sed q̄ñ ſine pœnitētia ſunt dona Dei, & ex parte nr̄a nulla inuenit̄ cā ſufficiens ad diminutionem: ideo diminutio non pōt fieri circa charitatem ſic, q̄ ſit reducibilis ad actum abſolute, & ſimpliciter, q̄uis ſcdm potentiā Dei & ipſius charitatis latitudinem poſſet reduci ad actum.

¶In eodem ar. 10. in reſponſione ad ſecundum, dubium nouiciorum occurrit circa illud, Quod enim in peccato ueniali amatur, propter Deum amatur habitu, & ſi non actu. Et eſt ratio dubij, quia amans delectationem in potu ſuperfluo ſciēter, & aduertenter, nec actu amat illam propter Deum, ut patet, nec habitualiter intendit ordinare illam in Deum. Et confirmatur, ſeu augetur dubium, quia tale amabile non eſt amabile ꝓpter Deum. ergo nec actu, nec habitu amatur propter Deum &c.

¶Ad hoc dr̄, q̄ dubium procedit ex hoc, q̄ non intelligit, quid ſignificat amare habitu propter Deum. Pro cuius claro intellectu conſideranda eſt differentia inter amare actu, uel uirtute, vel habitu aliquid propter Deum. Nam amare actu propter Deum, eſt actualiter in actu exercito referre amorem illum in Deum, quod fit dum aliquis uidet pauperem, & cōſiderat illū eſſe pauperē Chriſti, & ut Chriſto placeat, dat illi eleemoſynā. Amare autem uirtualiter eſt ex præcedenti intentione ad Deū, operari pia opera, ut cum q̄s a principio officij intēdit ex charitate dicere deuote & attente officium diuinum, & poſtea præter intentionem euagatus perſoluit illud; talis amando deuote, & attēte uirtualiter perſoluit, ac dixit officium: manet.n. uis primæ intentionis in toto. Amare aūt habitu nec actualem relationem, nec præcedentem intentionem perſeuerantem ponit, ſed ſolum habitus concomitantiam, & efficaciam, quantū eſt ex parte habit⁹ importatā: ita q̄ ſicut nihil aliud eſt dicere, amare habitu Deum, quàm dicere, hēt habitum, quo Deus amari pōt: ita nihil aliud eſt dicere, amatur hoc habitu pp̄ Deum, quā habere habitum, quo pp̄ Deum hoc amari pōt. Et per hoc patet.

tet, ꝙ non oportet amantẽ habitu hoc, ordinare illud intentione habituali ad Deũ, ut prima obiectio ſupponebat. Et ſimiliter non oportet hoc eſſe amabile pp Deũ, qa intelligit amare habitu hoc pp Deũ, quantũ eſt ex parte habit⁹, hoc eſt, ꝙ quantũ eſt ex efficacia, & natura habit⁹, quẽ nõ in charitate exiſtens habet, amare poteſt hoc pp Deum, quãuis aliter ſit ex defectu amabilis, q. nõ eſt referribile i Deũ. Et p hoc cetſat ſcda obiectio. In rñſione ad tertiũ eiuſdẽ 10. art. nota diligẽter hic, ꝙ quia in augmento charitatis req̃rit motus liberi arbitrij nõ minus, q̃ in infuſione eiuſdẽ pp conatũ requiſitũ, ut patet ex ſupradictis, pctã uenialia, q̃ ſpediũt intenſiorẽ motũ liberi arbitrij, ac per hoc conatũ impediũt augmẽtũ charitatis, ac p hoc obiicem ponunt actioni diuinę augmentatiuæ charitatis ſicut i infuſione obicẽ ponũt, ne maior infundat. Et hæc memẽto applicare cum de augmento charitatis ex ſuſceptione ſacramẽtorum tractabis.

Concl. m
* Articu. ad 2.
* 1.2.q.113 art. 5.
† lib. 8. & hic cap. 5. paulo a princi. tomo 5.
* art. 2. huius queſt.
Conclu. p

Scriptura igni cõparat, ſm illd Can. 8. Lãpades ei⁹. ſ. charitatis lãpades ignis atque flammarũ: ſed ignis quãdiu manet, ſemper aſcendit. ergo charitas quandiu manet, aſcendere põt, ſed deſcendere. i. diminui non poteſt.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ quãtitas charitatis, q̃ hẽt in cõparatiõe ad obiectũ ꝓpriũ, minui nõ pt, ſicut nec augeri, vt s. dictũ eſt. Sed cũ augeat ſm quãtitatẽ, q̃ hẽt p cõparationẽ ad ſubiectũ, hic oportet cõſiderare, utrũ ex hac pte diminui poſſit. Si ãt diminuat, oportet ꝙ vl diminuat p aliquẽ actũ, vl p ſola ceſſationẽ ab actu diminuunt uirtutes ex actib. acq̃ſitæ, & qñq; ẽt corrũpunt, ut s. * dictũ ẽ. vñ de amicitia Phil. dicit in 8. Eth. ꝙ multas amicitias inappellatio ſoluit. i. nõ appellare amicũ, vl nõ colloq ei. Sed hoc iõ eſt, qa cõſeruatio uniuſcuiuſq; rei depẽdet ex ſua cã. Cã aũt uirtutis acq̃ſitæ ẽ act⁹ human⁹: uñ ceſſantib. humanis actib. uirt⁹ acq̃ſita diminuit, & tãdẽ totaliter corrũpit. Sed hoc in charitate locũ nõ hẽt: qa charitas nõ cãtur ab humanis actib. ſed ſolũ à Deo, vt s. dictũ eſt. Vñ relinquit, ꝙ ẽt ceſſante actu, pp hoc nec diminuit nec corrũpit, ſi deſit pctm̃ i ipſa ceſſatione. Relinquit ergo ꝙ diminutio charitatis non poſſit cãri, niſi vel à Deo, vel ab aliquo pctõ. A Deo qdẽ nõ cãtur aliqs defect⁹ i nobis, niſi p modũ pœnæ, ſm qd ſubtrahit grãm i pęnã pcti. Vñ nec ei cõpetit diminuere charitatẽ, niſi p modũ pœnæ: pęna ãt debet pctõ. Vñ reliquit, ꝙ ſi charitas diminuat, ꝙ cã diminutionis eius ſit pctm̃ uel effectiuẽ, uel meritoriẽ. Neutro ãt mõ pctm̃ mortale diminuit charitatẽ, ſed totaliterr corrũpit ipsã, & effectiuẽ, qa oẽ pctm̃ mortale cõtrariat charitati, ut infra * dicet: & ẽt meritoriẽ, qa q peccãdo mortaliter aliqd cõtra charitatẽ agit, dignũ eſt, ut De⁹ ei ſubtrahat charitatẽ. Siliter ẽt nec p pctm̃ ueniale charitas diminui põt neq; effectiuẽ, neq; meritoriẽ. Effectiuẽ qdẽ nõ qa ad ipsã charitatẽ nõ attigit. Charitas. n. eſt circa finẽ ultimũ: veniale autẽ pctm̃ eſt q̃dã iordinatio circa ea q̃ ſũt ad finẽ. Nõ aũt diminuit amor finis ex hoc, ꝙ aliqs iordinationẽ aliq̃ cõmittit circa ea, q̃ ſunt ad finẽ: ſicut aliqñ cõtingit, ꝙ aliq ifirmi multũ amãtes ſanitatẽ, iordinatẽ tñ ſe hñt circa diætæ obſeruationẽ. Sicut ẽt in ſpeculatiuis ſcijs falſę opiniones circa ea, q̃ deducunt ex pricipijs, nõ diminuũt certitudinem pricipiorũ. Siliter ẽt ueniale pctm̃ nõ merei diminutionẽ charitatis. Cũ. n. aliqs delinqt in minori, nõ meret detrimẽtũ pati i maiori. De⁹. n. nõ pl⁹ ſe auertit ab hoie, q̃ hõ auertat ſe ab ipõ. Vñ q iordinatẽ ſe hẽt circa ea, q̃ ſũt ad finẽ, ñ meret detrimẽtũ pati i charitate, p q̃ ordinat ad vltimũ finẽ. Vñ cõñs ẽ, ꝙ charitas nullo mõ diminui poſſit, directẽ loquẽdo. Põt tñ idirectẽ dici diminutio charitatis, diſpõ ad corruptionẽ ipſi⁹, q̃ fit uel p pctã uenialia, vl ẽt p ceſſationẽ ab exercitio opũ charitatis.

Conclu. x
* ar. 12. huius queſt.
Concl. x

Ad I. ergo dicẽdũ, ꝙ cõtraria ſunt circa idẽ, qñ ſubiectum æqualiter ſe hẽt ad utrunq; contrariorũ: ſed charitas ñ eodẽ mõ ſe hẽt augmẽtũ, et diminutionẽ. Põt. n. hre cam agẽtẽ, ſed ñ põt hre cãm minuẽtẽ, ſicut * dictũ eſt. Vñ rõ non ſequitur.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ duplex eſt cupiditas. Vna qdẽ, qua finis i creaturis cõſtituit, & hæc mortificat totaliter charitatẽ, cũ ſit uenenũ ipſi⁹, ut * Aug. dicit ibidẽ. Et hoc facit, ꝙ De⁹ min⁹ amet. ſ. q̃ dẽt amari ex charitate, no qdẽ charitatẽ diminuẽdo, ſed eã totalr tollẽdo. Et ſic itelligẽdũ ẽ, qd dr. Min⁹ te amat, q tecũ aliqd amat. Subdit. n. Qd nõ pp te amat: ꝙ nõ cõtingit i pctõ ueniali, ſed ſolũ i mortali. Qd. n. amat in pctõ ueniali, pp Deũ amat habitu, etſi nõ actu. Eſt ãt alia cupiditas uenialis pcti, q̃ ſp diminuit p charitatẽ. Sed tamen talis cupiditas charitatẽ diminuere non poteſt, rõne * iam dicta.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ i infuſione charitatis req̃rit mot⁹ lib. arb. ſicut s. * dictũ ẽ. Et iõ illd, ꝙ diminuit intẽſionẽ liberi arb. diſpoſitiuẽ opat ad hoc, ꝙ charitas infundẽda ſit minor. Sed ad conſeruationem charitatis nõ req̃rit mot⁹ liberi arb. alioquin nõ remaneret i dormiẽtib. Vñ per impedimẽtũ intẽſionis motus liberi arbitrij, non diminuitur charitas.

*In corp. art.
* Li. 83. q. 36. to. 4.
Loco citato in arg.
*In corp. art.
*Ar. 3. ad 1. & 1. 2. q. 113. ar. 5.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Charitas ſemel habita poſſit amitti.

Ferr. 4 cont. c. 69. S. Bona. 3 ſ. d. 31. q. 2. ar. 3. Scot. 3 ſ. d. 31. q. 1. Riccar. 3. ſ. d. 31. q. 3. Duran. 3. ſ. d. 31. q. 6. Cap. 2. d. 7. q. 1. con. 1, n. … ar. … d. 34. q. 1. Nic de Nyſe Tra. 5. p. 3. to. 3. de ch a. q. 6. Ant. … d. 31. q. 1. Scotell. d. 31. q. 2.

AD XI. ſic ꝓcedit. Vr ꝙ charitas ſemel habita ñ poſſit amitti. Si. n. amittit, ñ amittitur niſi pp pctm̃: ſd ille q hẽt charitatẽ, nõ pt peccare. dr. n. 1. Io. 3. Ois. n. q nat⁹ ẽ ex Deo, pctm ñ facit, qa ſemẽ ipſi⁹ i eo manet: & ñ pt peccare, qm̃ ex Deo nat⁹ ẽ. Charitatẽ ãt ñ hñt, niſi filii Dei. Ipſa. n. ẽ q̃ diſtinguit iter filios regni, & filios pdõnis, ut Au. * dicit i 15. d Tri. ergo ille q hẽt charitatẽ, ñ pt eã amitter.

¶ 2 Prę. † Au. dicit i 8. de Tri. ꝙ dilectio ſi ñ ẽ uera, dilectio dicẽda ñ ẽ: ſd ſicut ipſe † dicit i ep. ad * iulianũ comitẽ, Charitas q̃ deficer pt, nũq̃ uera fuit. ergo neq; charitas fuit. Si ergo charitas ſemel hẽat, nũq̃ amittit.

¶ 3 Prę. * Gre. dicit i ho. Pẽtecoſtes, ꝙ amor dei magna opat, ſi ẽ: ſi deſinit opari, charitas ñ ẽ: ſed null⁹ magna operãdo amittit charitatẽ. ergo ſi charitas inſit, amitti non poteſt.

¶ 4 Prę. Lib. arb. ñ iclinat ad pctũ, niſi p aliqd motiuũ ad peccãdũ: ſed charitas excludit oĩa motiua ad peccãdũ, & amorẽ ſui, & cupiditatẽ, & qcqd aliud hmõi eſt. ergo charitas amitti non poteſt.

Sed contra eſt, ꝙ dr Apoc. 2. Habeo aduerſũ te pauca, quòd primam charitatem reliquiſti.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ p charitatẽ Spiritusſanctus in nobis habitat, ut ex s. * dictis patet. Tripliciter ergo poſſumus conſiderare charitatẽ. Vno mõ ex

Porrecta per totum. 134
3. d. 31. q. 1. art. 2. Et 4. d. 14. q. 1. art. 4. q. 1. co. Et 4. contra c. 69. Et verit. q. 2. artic. 12.
* Li. 15. ca. 18. in princi. to. 3.
† li. 8. c. 7. in princi. tom. 3.
Refertur de pœni. diſ. 2. cap. Charitas 3. in ordine.
* Ho. 30. in Euang. nõ remote a princ.
* q. 23. ar. 2. & q. 24. artic. 2.

parte

Concl. m

Parté Spūſſcti mouentis aīam ad diligendum Deū F etm ex hac parte charitas impeccabilitaté hēt ex virtute Spūſſcti, m qui infallibiliter operaſ quodcunq; voluerit. Vñ impoſſibile eſt hæc duo ſil' eſſe vera, ꝙ Spūſſctūs uelit aliquē mouere actum charitatis, & ꝙ ipſe charitatē amittat peccādo. Nam donū pſeuerantiæ cōputaſ inter beneficia Dei, q bus certiſſime liberanſ, quicunq; liberanſ, vt* Au. dicit in lib. de Prædeſtin. Sanctorum. Alio modo, pōt conſiderari charitas ſm propriam rōnem: et ſic charitas non pōt aliquid niſi id quod ptinet ad charitatis rōnē. p Vñ charitas nullo mō pōt peccare q ſicut nec calor pōt infrigidare: & ſic ēt iniuſtitia nō pōt bonum facere, ut Aug. dicit * in lib. de ſerm. Domini in monte. G Tertio modo, pōt cōſiderari charitas ex parte ſubiecti, quod eſt vertibile ſm arbitrij libertatē. Pōt āt attēdi cōparatio charitatis ad hoc ſubiectū & ſm vl'em rōnem, qua cōparaſ forma ad materiā, & ſm ſpecialē rōnē, qua cōparatur habitus ad potentiā. Eſt āt de rōne formæ; ꝙ ſit in ſubiecto amiſſibiliter, qñ non replet totā potentialitatē materiæ, ſicut patet in formis generabiliū, & corruptibiliū: qa materia horū ſic recipit vnā formā, ꝙ remanet ī ea potētia ad aliā formā, quaſi nō repleta tota materiæ potentialitatę p vnā formā. H Et iō una forma pōt amitti per acceptionē alterius. Sed forma corporis cęleſtis, qa replet totā materiæ potētialitatē, ita ꝙ nō remanet in ea potētia ad aliā formā, inamiſſibiliter ineſt. s Sic ergo charitas patriæ, qa replet totā potētialitatē rōnalis mētis, inqtū. ſ. oīs actualis mot⁹ ei⁹ ferſ in Deū, inamiſſibiliter hr̄. Charitas āt viæ nō ſic replet potētialitatē ſui ſubiecti, qa non ſp actu ferſ in Deum: vnde qñ actu in Deū non ferſ, pōt aliqd occurrere, p quod charitas amittaſ. t Habitui uero pprīū eſt, vt inclinet potētiā ad agēdū, quod cōuenit habitui, inqtū facit aliqd uideri bonū, ꝙ ei cōuenit, malū aūt quod ei repugnat. I Sicut .n. guſtus diiudicat ſapores ſm ſuā diſpoſitionē: ita mēs hoīs diiudicat de aliquo faciēdo ſm ſuā habitualē diſpoſitionē. Vnde & Philo. * dicit in 3. Eth. ꝙ qualis vnuſqſq; eſt, talis finis uī ei. Ibi ergo charitas inamiſſibiliter hr̄, vbi id quod conuenit charitati, nō pōt uideri niſi bonū. ſ. in patria, vbi De⁹ vr̄ p eſſentiā, q̄ ē ipſa eſſentia bonitatis, & iō x charitas patriæ amitti nō poteſt. Charitas autem viæ, in cuius ſtatu non uidetur ipſa eſſentia Dei, bonitatis eſſe eſſentia, poteſt amitti. z

In li. de bono perſeuerantiæ. c. 14. paulo a prin. to. 7

Conclu. p

li. 2. c. 37 tom. 4.

Conclu. s

Li. 3. c. 5. a me. to. 5.

Concl. x

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ authoritas illa K loquitur ſecundum poteſtatem Spiritusſancti, cuius conſeruatione à peccato immunes redduntur, quos ipſe mouet, quantum ipſe uoluerit.

Ad secvndvm Dicendū, ꝙ charitas q̄ deficere pōt, ex ipſa rōne charitatis uera charitas non eſt. Hoc .n. eſſet, ſi hoc in ſuo amore hēret, ꝙ ad tēpus amaret, & poſtea amare deſineret, quod non eſſet ueræ dilectionis. Sed ſi charitas amittatur ex mutabilitate ſubiecti cōtra ppoſitū charitatis, quod in ſuo actu icludiſ, hoc ñ repugnat ueritati charitati

Ad tertivm dicēdū, ꝙ amor Dei ſemper magna operatur in propoſito, quod pertinet ad rōnem charitatis, non tamen ſemper magna operaſ in actu, propter conditionem ſubiecti.

Ad qvartvm dicēdum, ꝙ charitas ſm rōnem ſui act⁹ excludit oē motiuū ad peccādū: ſed qñq; cōtigit ꝙ charitas actu ñ agit, & tūc pt interuenir̄ aliqd motiuū ad peccādū cui ſi cōsētiaſ, charitas amittiſ.

Aricvlvs XII.

Vtrum Charitas amittatur per vnum actum peccati mortalis.

Ad dvodecimvm ſic pcedi tur. Vr̄ ꝙ charitas nō amittaſ p unū actū pcti mortalis. Dicit .n. Orig. in 1. * Periarc. Si āt h ſatietas capit aliquē ex his, q ī ſūmo, pfectoq; cōſtiterit gradu, nō arbitror ꝙ ad ſubitū qs h euacueſ, aut decidat, ſed paulatī ac ēt p partes eū decider̄ neceſſe ē: ſed hō decidit charitatē amittēs. ergo charitas nō amittiſ p unū ſolū actū pcti mortalis.

¶2 Prę. Leo Papa dicit ī * ſer. de paſſione, alloquēs Petrū, Vidit in te Dñs nō fidē fictā, nō dilectionē h auerſā, ſed cōſtātiā fuiſſe turbatā. Abundauit flet⁹, vbi nō defecit affect⁹: affect⁹ charitatis lauit verba formidinis. Et ex hoc accepit Ber. ꝙ dicit ī Petro charitatē ñ fuiſſe h extictā, ſed ſopitā: ſed Petrus negando Chriſtum, peccauit mortaliter. ergo charitas non amittiſ per vnum actum peccati mortalis.

In ſerm. 9. de paſſione dñi circa finē

¶3 Prętˀ. Charitas eſt h fortior q̄ uirt⁹ acquiſita. Sed habit⁹ virtutis acqſitæ nō tolliſ p unum actum pcti contrariū. Ergo multo min⁹ charitas tolliſ per unū actum pcti mortalis contrariū.

¶4 Præ. Charitas importat dilectionē Dei, & pximi: ſed aliqs cōmittēs aliqd pctm̄ mortale, h retinet dilectionē Dei, & proximi, ut vr̄. Inordinatio .n. affectiōis circa ea, q̄ ſūt ad finē, ñ tollit amorē finis, ut ſ. * dictum eſt. ergo pōt remanere charitas ad Deū, exiſtēte pctō mortali p iordinatā affectionē circa aliqd tpale bonū

Ar. 5. huius q. 5.

¶5 Prę. Virtutis theologicę obiectū eſt ultimus finis: ſed aliæ uirtutes theologicę. ſ. fides, & ſpes, nō excludunſ p B unū actum pcti mortalis, immò remanēt iformes. ergo ēt charitas poteſt remanere informis, etiam uno peccato mortali ppetrato.

Sed contra. Per pctm̄ mortale fit hō dignus morte æterna, ſm illud Ro. 6. Stipēdia pcti mors: ſed qlibet hñs charitatē, hēt meritū uitæ æternæ. Dr̄ .n. Io. 14. Si qs diligit me, diligeſ à Patre meo: & ego diligā eū, & manifeſtabo ei meipſū. In qua qdē manifeſtatiōe uita æterna cōſiſtit, ſm illud Io.

17. Hæc

SVPER Q. XXIIII. ART. XII.

D. Bon. 3. 5 di. 31. q. 1. artic. 1.

Thom. ab arg. d. 31. q. 1 ar. 1. Ban. eod art.

IN ar. 12. omiſſo 11. valde notando aduerte, ꝙ ſicut ponens obſtaculū Soli, ipſo actu ponendi obſtaculū, effectiue expellit lumē, ipſa uero priuatio, ſeu cōtrarietas obſtaculi formaliter expellit lumē: ita pctm̄ mortale qñ actualiter ppetraſ, affectus, ut actio peccātis, expellit habitum charitatis. Ipſa uero priuatio, ſeu contrarietas maculæ obſtātis cōſeruationi charitatis, formaliter expellit charitatem.

Perrecta per totum.

135

3. d. 31. q. 1. ar. 1. Et veri. quę. 2 ar. 6. & 13. li. 1. c. 3. circa finem to. 4.

¶ In eodē articulo dubiū occurrit inter rñſionē ad ſcdm, & tertiū. Nā primo dr̄, ꝙ charitas indirecte pdit per pctm̄ mortale ex paſſione: poſt modū uero dr̄, ꝙ inordinatio pcti mortalis directe contrariatur charitati. Qūo ſtant hæc duo ſimul.

¶ Ad hoc dr̄ ꝙ ipſa lra ſe declarat ex qua parte vtrobiq; loquatur. Nā ex parte cauſæ nō oē pctm̄ mortale directe contrariaſ charitati, ut in rñſione ad ſecundū dr̄. Ex parte āt inordinationis ipſi⁹ pcti, oē pctm̄ mortale directe contrariaſ charitati, qa contrariaſ ordini diuinæ amicitiæ inter Deū, & hoīem, q̄ rq̄rit Deū pferri reliqs amatis, cui tñ aliqd pferſ in quolibet peccato mortali: alioqn mortale pctm̄ nō eēt.

17. Hęc eſt uita ęterna, ut cognoſcãt te uerũ deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chrm: nullus aũt põt eſſe ſiſ digne uita æterna, & morte æterna. ergo impoſſe ẽ ꝙ aliquis habeat charitatem cũ pctõ mortali. Tollitur ergo charitas per unum actum pcti mortalis.

Respon. Dicendũ, ꝙ unũ cõtrariũ ꝑ aliud contrariũ ſupueniẽs tolliť. Quilibet aũt act⁹ pcti mortalis cõtrariať charitati ſm ꝓpriã rõne, q̃ cõſiſtit i hoc, ꝙ De⁹ diligať ſuꝑ oĩa, & ꝙ hõ totaliter illi ſe ſubijciat, oĩa ſua referẽdo in ipſũ. Eſt ergo de rõne charitatis ut ſic diligat Deũ, ꝙ in oĩb. uelit ſe ei ſubijcere, & pceptorũ ei⁹ rĩam in oĩb. ſeq. Quicq̃d .n. cõtrariať pceptis ei⁹, manifeſtè cõtrariať charitati: vñ de ſe hẽt, ꝙ charitatẽ excludere poſſit. Etſi ᵃ q̃dẽ charitas ẽet habit⁹ acq̃ſit⁹ ex uirtute ſubiecti depẽdẽs, nõ oporteret ꝙ ſtatim ꝑ unũ actũ cõtrariũ tolleretur.* Act⁹ .n. nõ directè cõtrariať habitui, ſed actui: cõtinuatio ãt habit⁹ in ſubiecto non req̃rit cõtinuitatẽ act⁹. Vñ ex ſupueniẽte cõtrario actu nõ ſtatĩ habit⁹ acq̃ſit⁹ excludiť. Sed charitas, cũ ſit habit⁹ ᵈ infuſ⁹, depẽdet ex actione Dei infundẽtis, q̃ ſic ſe hẽt in infuſione, & cõſeruatione charitatis, ſicut Sol in illuminatione aeris, ut dictũ ẽ.* Et iõ ſicut lumẽ ſtatĩ ceſſaret ẽe in aere ꝑ hoc, ꝙ aliqđ obſtaculũ poneretur illuminationi Solis: ita ẽt charitas ſtatĩ deficit ẽe in aĩa per hoc, ꝙ aliqđ obſtaculũ ponit influẽtiæ charitatis à Deo i aĩam. Manifeſtũ eſt ãt, ꝙ ꝑ quodlibet mortale pctm, qđ diuinis pceptis cõtrariať, ponit pdictæ infuſioni obſtaculũ: q̃a ex hoc ipſo, ꝙ hõ eligẽdo pfert peccatũ diuinæ amicitiæ, q̃ req̃rit vt Dei uolũtatẽ ſequamur, ᵖ cõñs eſt, ut ſtatim ꝑ unũ actũ pcti mortalis habit⁹ charitatis pdať. ᵍ Vñ & Aug.* dicit 8. ſuꝑ Gen. ad lrãm, ꝙ hõ Deo ſibi pñte illuminať, abſente aũt continuo tenebratur, à quo non locorũ interuallis, ſed uoluntatis auerſione diſceditur.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ uerbũ Origenis põt uno mõ ſic itelligi, ꝙ hõ, q̃ eſt i ſtatu pfecto, nõ ſubito ꝓcedit in actũ pcti mortalis, ſed ad hoc diſponiť ꝑ aliq̃ negligẽtiã pcedẽtẽ. Vñ & pctã venialia dicunť ẽe diſpoſitio ad mortale, ſicut ſ. dictũ eſt:* ſed tñ ꝑ unũ actũ pcti mortalis, ſi eũ cõmiſerit, decidit charitate amiſſa. Sed q̃a ipſe ſubdit. Si aliq̃s breuis laps⁹ acciderit, & cito reſipiſcat, ñ penit⁹ ruere vř, Põt alr dici, ꝙ ipſe intelligit eũ penit⁹ euacuari, & decidere, q̃ ſic decidit, ut ex malitia peccet: ꝙ ñ ſtatĩ i uiro pfecto à pricipio cõtingit.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ charitas amittiť dupř. Vno mõ directè ꝑ actualẽ cõtẽptũ: & hoc mõ Petr⁹ charitatẽ nõ amiſit. Alio mõ idirectè, q̃ñ cõmittiť aliqđ cõtrariũ charitati, ꝑ aliq̃ paſſionẽ cõcupiſcẽtię, uł timoris. Et hoc mõ Petr⁹ cõtra charitatẽ faciẽs charitatem amiſit, ſed eam citò recuperauit.

Ad tertivm patet reſponſio ex dictis.

Ad IIII. Dicendũ, ꝙ nõ q̃libet inordinatio affectionis, quæ eſt circa, q̃ ſunt ad finem, i. circa bona creata, cõſtituit pctm mortale: ſed ſolũ q̃ñ eſt talis inordinatio, q̃ repugnat diuinæ uoluntati. Et hæc ᵈ iordinatio directè cõtrariať charitati, ut dictũ* eſt

Ad V. dicẽdũ, ꝙ charitas iportat unionẽ q̃dã ad Deũ, nõ aũt fides, neq; ſpes. Oẽ aũt pctm cõſiſtit i auerſione à Deo, vt ſ. dictũ eſt. Et iõ oẽ pctm mortale cõtrariať charitati. Non ãt oẽ pctm mortale cõtrariať fidei, uel ſpei, ſed q̃dã determinata pctã, ꝑ q̃ habit⁹ fidei, vł ſpei tollitur: ſicut & ꝑ oẽ pctm mortale habitus charitatis tollitur. Vnde patet, ꝙ charitas non poteſt remanere informis, cum ſit ultima forma uirtutum ex hoc quod reſpicit Deum in ratione finis ultimi, ut dictum * eſt.

Margin (left): Concl. — D. 318. — *Artt. 10. huius q̃ſt. arg. 3. in- nuitur. — Concl. — *Li. 8 ca. 12. in me dio c. 10. 3. — *Arti. 10. huius q̃ſt. & 1. 2. qu. 88. ar. 3. — D. 307. — *In corp. & art. 10.

Margin (right): *q. 23. ar. 3.

QVAESTIO XXV.

De obiecto charitatis, in duodecim articulos diuiſa.

Deinde conſiderãdum eſt de obiecto charitatis.

¶ Circa quod duo conſiderãda occurrunt. Primò quidẽ de his, q̃ ſunt ex charitate diligenda. Scdõ, de ordine diligendorum.

Circa primũ q̃runť duodecim.

¶ Primo, Vtrũ ſolus Deus ſit ex charitate diligendus, uel etiã proximus.

¶ Secundo, Vtrum charitas ſit ex charitate diligenda.

¶ Tertiò, Vtrũ creaturæ irrõnales ſint ex charitate diligẽdę.

¶ Quartò, Vtrũ aliq̃s poſſit ex charitate ſeipſum diligere.

¶ Quintò, Vtrũ corp⁹ propriũ.

¶ Sextò, Vtrum pctõres ſint ex charitate diligendi.

¶ Septimò, Vtrum peccatores ſeipſos diligant.

¶ Octauò, Vtrum inimici ſint ex charitate diligendi.

¶ Nonò, Vtrum ſint eis ſigna amicitiæ exhibenda.

¶ Decimò, Vtrum angeli ſint ex charitate diligendi.

¶ Vndecimò, Vtrum dæmones.

¶ Duodecimò, De enumeratione diligẽdorum ex charitate.

ARTICVLVS I.

Vtrũ dilectio charitatis ſiſtat in Deo, an ſe extendat etiam ad proximum.

Ad primvm ſic proceditur. Vř ꝙ dilectio charitatis ſiſtat in Deo, & nõ ſe extendat ad ꝓximum. Sicut .n. Deo debemus amorẽ, ita & timorẽ, ſm illud Deu. 10. Et nũc Iſrael, quid dñs De⁹ tu⁹ petit a te, niſi ut timeas & diligas eum? ſed ali⁹ ẽ timor, quo ᵇ timeť hõ, q̃ dř timor humanus, & ali⁹ timor, quo timeť De⁹, q̃ ẽ uł ſeruilis, uel filialis, ut ex ſ. dictis patet. ergo etiam alius eſt amor charitatis, quo diligitur Deus, & alius eſt amor quo diligitur proximus.

¶ 2 Præt. Philoſ. dicit in 8. Ethi. ꝙ amari eſt honorari: ſed alius eſt honor, q̃ debetur Deo, q̃ eſt l... ordin...

Margin commentary: SVPER Q. XXV. ART. I. II. III. S. Bo. 3 ſ. d. ... q. 3. a. 1 ... Riccar. 3 ſ. d. 28 q. 1. Palud. 3. d. 28. q. 0. Ant. Ard. 3 ſ. d. 28. ...

In articulis 1. 2. 3 ſimul quæſt. 25. aduerte diligenter charitatẽ reſpicere Deũ vt obiectũ formale, ꝓximũ ut obiectum materiale ſub forma ... & ut materiam ... ſeipſam, autm charitatẽ, & reliqua bona ut materiã tñ, quãq̃ difformiter, quia ſeipſam vt materiã principalẽ, & formalẽ reſpectu aliorũ reliqua ãt vt materiã ſcdariã in ordine ad principalẽ. Declaro ſingula Charitate Deus diligitur vt amicus ... cuius dilectio ... quod ex charitate diligiť, & ex hoc q. diligitur ut amicus, ... ex hoc ... oĩa diliguntur, eſt formale. Proximus diligitur ut obiectũ quia diligitur ut amicus, ut in articulo 2 in ... ſione ad ſcdm hẽs. Diligitur ãt ut obiectũ materiale, q̃a diligiť vt amicus diuinus, ſeu in Deo, quarõ amandi eſt Deus, ut in primo hẽs articulo. Et q̃a proximus diligitur ẽt vt aliqđ Dei, p... vt diligitur ad honorẽ, & gloriã Dei ſic diligiť ut materia ordinabilis in Deũ principalẽ amicũ. Charitas, & reliqua non pñt diligi vt amicus, & ppea non diliguntur ut obiectũ, ſed ut bonũ quod amicoouolumus quod eſt diligi ut materiam ad aliquid ordinatã. Sed charitas eſt primũ, & ex neceſſitate uolitũ amico ... nõ diligit q̃s ex charitate, niſi ſibi uelit di... ... ſunt amico ex ... uolita, ...

Margin (right): Perſ. Ita per totum. 136 3. q. 188. art. 2 c. 2. Et ver q. 1. ar. 4. — *q. 19. ar. 2.

ordinantur ad bonū ipſius quatenus amatur ut amicus hoc eſt inquantum Deus uel Dei eſt.

¶ Sed occurrit hic unum dubium, quia falſum vr̃, ꝙ in dilectiōe proximi ex charitate oporteat velle ei charitatē qm̃ conſtat dantem eleemoſynā pauperi ex charitate non uelle propterea in charitatem ſed ſubſidium, & ſic de alijs ſimilibus.

Sup illud Abraam genuit Iſaac gloſa ſtet linea tis.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ proximus, ſi diligitur ut amicus oportet ut ametur ad charitatē vt in lr̃a dr̃ in rñſione ad primū, ꝙ in illorum, ſ. Dei, proximi, & amicorū dilectione includit dilectio charitatis. Sed cū proximus diligit ex charitate ut aliquid Chriſti, ſeu Dei, tunc non oportet deſiderare ei charitatē Dans autē eleemoſynam pauperi ex charitate vt ſic, ſolum Deum reſpicit, ut amicum, ꝓximū ēt ut rē Dei, indigentiā tali auxilio immo tunc charitas imperat amicitiæ naturali ipſius proximi vt uelit tale ſubſidiū proximo pp Deum, ita ꝙ diligens Deum & ppea dans eleemoſynam pauperi vt ſic vt ſit, aut conſeruet in charitate, vere diligit illum pauperem, ut amicum ex charitate Dans āt eleemoſynā pciſe ex charitate tñ diligit quidem illum amicitia naturali, domeſtica uel politica, pro quanto vult illi bonū, ſed ex charitate nō ut amicum, ſed ut rem Dei. Et hæc intellige de hoc proximo in particulari, qm̃ ēt hic ꝓximus diligit a quocumque in charitate exiſtēte in cōi ad charitatem, ita ꝙ in dilectione ꝓximi & particulari ut amici diuini, includitur dilectio charitatis in particulari, hoc eſt, ut ſit uel conſeruet, aut augeatur in charitate. Et hic hēs, Vñ menſurare poſſumus amorem noſtrum, cū in particulari amamus amicos ſanguinis vel domus, uel ciuitatis &c. an optemus eis hæc in ordine ad charitatem in eis, an ab

* 1.2. qu. 54. ar. 2 & hic q. 17. ar. 6. & q. 19. ar. 3.

D. 45.

D. 354.

Contl. m

nor latriæ & alius ē honor q̃ de F bet creaturæ, q̃ ē honor duliæ. ergo ēt ali⁹ ē amor, quo diligit De⁹ & alius quo diligit ꝓxim⁹.

¶ 3 Præt. Spes gñat charitatē, vt hr̃ in* gloſ. Matth. 1. ſed ſpes ita hr̃ de Deo, ꝙ reprehendunt ſeparãtes i^h hoīe, ſm illud Hier. 17. Maledictus hō, q̃ cõfidit in hoīe. ergo charitas ita debetur Deo, ꝙ ad ꝓximū ſe ñ extēdat.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habe- G mus à Deo, ut qui diligit Deum diligat, & fratrem ſuum.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſicut ſ.* dictum eſt, habitus non diuerſificantur niſi ex hoc, ꝙ uariant ſpeciē actus. Oīs.n. actus unius ſpēi ad eiuſdē habitum ptinet. Cum aūt ſpēs actus ex obiecto ſumatur ſm formalem rõnem ipſius, neceſſe eſt ꝙ idē ſpē ſit actus qui fertur in rõnem obiecti, & qui fert in obiectū ſub ta H li rõne, ſicut eadē eſt ſpē uiſio qua vr̃ lumē, color ſm luminis rationem. Ratio aūt diligendi proximum, Deus eſt: hoc.n. debemus in ꝓximo diligere, ut in Deo ſit. Vñ manifeſtū eſt, ꝙ idē ſpē actus eſt quo diligit Deus, & quo diligit proximus. Et pp hoc ^m habitus charitatis nō ſolū ſe extēdit ad dilectionē Dei, ſed etiā ad dilectionē ꝓximi.^n

AD PRIMVM ergo dicendū, I ꝙ proximus timeri põt dupliciter, ſicut & amari. Vno mō pp id quod eſt propriū ſibi, puta, cum aliqs timet tyrannum propriū ſibi, puta, cū aliquis timet tyrannum pp eius crudelitatē, vel cum amat ipſum pp cupiditatem acquirendi aliqđ ab eo. Et talis timor human⁹ diſtiguit à timore Dei, & ſimiliter amor. Alio mō timet hō, & amat pp id, quod eſt Dei in ipſo: ſicut cū K ſæcularis ptās timetur ꝓpter miniſteriū diuinū, quod habet ad uindictā malefactorum, & amatur pp iuſtitiam. Et talis timor hominis non diſtinguitur à timore Dei, ſicut nec amor.

AD SECVNDVM dicēdum, ꝙ amor reſpicit bonū in cōi, ſed honor reſpicit propriū bonum honorati: defert.n. alicui in teſtimoniū ꝓpriæ uirtutis. Et iō amor non diuerſificat ſpē pp diuerſã q̃titatē bonitatis diuerſorū, dūmō referant ad aliqđ unū bonum cōe: ſed honor diuerſificat ſm ꝓpria bona ſingulorū. Vñ eodem amore charitatis diligim⁹ oēs ꝓximos, inquātū referunt ad unū bonū cōe, qđ eſt Deus: ſed diuerſos honores diuerſis deferim⁹, ſm ꝓpriā uirtutem ſingulorum Et ſiſr Deo, ſingularē honorē latriæ exhibem⁹ pp ei⁹ ſingularē uirtutem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ uituperant q̃ ſperãt in hoīe, ſicut in principali authore ſalutis, nō aūt qui ſperãt in hoīe, ſicut adiuuãte miniſterialiter ſub Deo. Et ſimiliter reprehenſibile eſſet, ſi quis proximū diligeret tanq̃ principalē finem, non aūt ſi quis proximū diligat ꝓpter Deum, ꝙ pertinet ad charitatē.

ARTICVLVS II.

Vtrū charitas ſit ex charitate diligēda

AD II. ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ charitas nō ſit ex charitate diligēda. F. a. n.^h q̃ ſunt ex charitate diligēda, duob. pceptis charitatis concludunt, vt patet Mat. 22. ſed ſub neutro charitas continetur, q̃a nec charitas ē De⁹, nec eſt proximus. ergo charitas non eſt ex charitate diligenda.

¶ 2 Præ. Charitas^h fundat ſuper cōicationē beatitudinis, ut ſ. dictū eſt: ſed charitas nō põt eſſe particeps beatitudinis. ergo charitas ñ eſt ex charitate diligēda

¶ 3 Præ. Charitas eſt amicitia q̃dā, ut ſ.* dictū ē: ſed null⁹ pt hr̃e amicitiā ad charitatē, uel aliquod accidēs, q̃a hmōi reamare nō pñt, quod eſt de rõne amicitiæ, ut dr̃ in 8. * Eth. ergo charitas nō ē ex charitate^h diligēda.

SED CONTRA eſt, ꝙ † Aug. dicit 8. de Tri. Qui diligit ꝓximū, cōñs eſt ut ēt ipſam dilectionē diligat: ſed proximus diligitur ex charitate. ergo conſequens eſt, vt etiam charitas ex charitate diligat.

RESP. Dicēdū, ꝙ charitas amor q̃dā eſt, amor aūt ex natura potētiæ, cui⁹ eſt act⁹, hēt ꝙ poſſit ſ. ſeipſum reflecti. Quia.n. uoluntatis obiectū eſt bonū uñe, q̃cq̃d ſub rõne boni continet, põt cadere ſub actu uolūtatis. Et quia ipſum uelle eſt quoddā bonū, põt uelle ſe uelle, ſicut & intellect⁹, cuius obiectū eſt uerū, intelligit ſe intelligere, quia hoc ēt eſt quoddā uerū: ſed amor ēt ex rõne propriæ ſpeciei hēt, ꝙ ſ. ſe reflectatur, quia eſt ſpõtaneus motus amãtis ad amatum. Vnde ex hoc ipſo, ꝙ amat aliquis, amat ſe amare: ſed charitas nō eſt ſimplex amor, ſed hēt rõnē amicitiæ, ut ſ.* dictū eſt.

* Li. 8. c. 3. tom. 5.
* Li. 8. c. 7. a medio. tom. 3.
D. 752.
* Q. 23. a. 1.

ſolute, an inquantū quædā res Dei ſunt. Nam primo mō, eſt uera dilectio eorum ex charitate, vt amicorum diuinorum. Solo uero, eſt ſolum dilectio humanæ amicitiæ. Tertio āt eſt dilectio humanæ amicitiæ imperata a charitate reſpiciente ad Deū vt amicū, & ad ꝓximum, vt ad rē quādā ipſius amici.

SVPER Q. XXV. ART. II.

Arg. l. 15. d. 17. q. 2. 3. ſ. i.

D Bō p ſ d. 17. q. 2 a. 1. Scoti li. 3. ſ. di. 30. q. 1. p. 1.

IN articulo 2. eiuſdem q̃ōnis, declarandum illud, quale occurrit, q̃d amor ex propriæ ſpēi rõne hēt ar, licet cōe ſit oībus uoluntatis actibus, ex cōi rõne immaterialis potentiæ, q̃ quilibet põt eſſe obiectum eiuſdem potentiæ ac p hoc potētia põt ſuper quemlibet ſuum actum reflecti, non tñ eſt cōe oībus actibus hmōi q̃ quilibet poſſit eſſe obiectum actus eiuſdem rõnis. Nullus.n. iraſcitur contra irā ſuā nec diſparat ſed ſparare. Et tamen licet aliqs actus hmōi poſſit eſſe obiectum actus eiuſdē rõnis (Poteſt.n. aliquis deſiderare ſe deſiderare, iuxta illud Concupiuit aīa mea deſiderare) nō tñ conuenit hoc ei ex rõne ꝓpriæ ſpēi ſed aliunde. Propter quod in lr̃a de amore ſpecialiter dictū eſt ꝙ ex rõne propriæ ſpēi hēt ꝙ reflectatur ſupra ſeipſum, hoc eſt, quod ſit obiectū actus

Porrecta per totum.

137 1. diſt. 17. q. 1. ar. 5. Et diſ. 28 art. 1. ad quintum

* q. 23. a. 1.

actus eiuſdē ſōmus in eadē potētia. Et rō aſſignat, quia eſt ſpōtaneus motus amātis ad amatū, hoc eſt, quia ad rōnē amoris, [illegible] motus amātis ad amatū. Ex hac. n. ſufficiētia [illegible] amor: ipſe ex hoc ipſo, q̄ eſt amor, eſt amabilis. Nā ex hoc, q̄ eſt ſpontaneus motus in amatum, [illegible] ipſe motus ſit cōplacēs amāti, ac p hoc amabilis: quia ſi quilibet cōplacēs alicui pōt habere ſpōtaneū motū amātis ad ſibi amatū, ex quo aliud nō requirit. Non ſic aūt deſideriū: quia deſideratū ut ſic, eſt abſens: deſideriū aūt ut ſic, nō eſt abſens, ac p hoc ut ſic, nō cōſtituit ſe deſiderabile, ſed aliunde, ſ. ex hoc, q̄ nō hr̄. Propter qd in incipiētiū, aut ēt proficiētiū pſona, patiētiū interruptionē deſiderij diuini dictū eſt. Cōcupiuit aīa mea deſiderare in oī tēpore iuſtificationes tuas. Et ſimile eſt in actu ſpei, timoris, & huiuſmodi.

Per amicitiā aūt amat aliqd dupliciter. Vno mō ſicut ipſe amicus, ad quē amicitiā habemus, & cui bona uolumus. Alio mō, ſicut bonū qd̄ amico uolumus, & [m] hoc mō, charitas p charitatem amatur, & non primo: [n] qa charitas eſt illud bonū, qd̄ optamus omnibus, quos ex charitate diligimus. Et eadē rō eſt de beatitudine, & alijs uirtutibus.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ Deus & ꝓximus ſunt illi, ad quos amicitiā hēmus: ſed in illorū dilectione includitur dilectio charitatis. Diligim⁹.n. ꝓximū, & Deū, inquantū hoc amamus, ut nos, & ꝓxim⁹, Deū diligamus: qd̄ eſt charitatē habere.

Ad ii dicendū, q̄ charitas eſt ipſa communicatio ſpiritualis uitæ, per quā ad beatitudinē ꝑuenitur: & ideo amatur ſicut bonum deſideratum omnibus, quos ex charitate diligimus.

Ad iii dicēdū, q̄ rō illa ꝓcedit, ſm̄ q̄ p amicitiā amatur illi, ad quos amicitiam habemus.

ARTICVLVS III.

Vtrū etiam creaturæ irrationales ſint ex charitate diligendæ.

D Bon. 3. diſt. 28. q. 1. artic. 1. Thom. ab arg. d. 28. q. 1. ar. 3. Duran. d. 28. q. 1. Ban. eodem artic.

Porrecta per totum.

138 3 diſt. 28. ar. 2. & 5. Et virt. q. 2. ar. 7.

AD tertivm ſic ꝓcedit. Vr̄ q̄ ēt creaturæ irrationales ſint ex charitate diligēdæ. Per charitatē.n. maximè cōformamur Deo: ſed De⁹ diligit [h] creaturas irrationales ex charitate. diligit.n. omnia, quæ ſunt, ut habetur Sapien. 11. Et oē quod diligit, ſeipſo diligit, qui eſt charitas. ergo & nos debem⁹ creaturas irrationales ex charitate diligere.

¶ 2 Præt. Charitas principaliter fertur in Deū, ad alia aūt ſe extēdit, ſm̄ [ff] q̄ ad Deū ꝑtinēt: ſed ſicut creatura rōnalis pertinet ad Deū, inquantum hēt ſimilitudinē imaginis, ita ēt creatura irrationalis, inquātum habet ſimilitudinem ueſtigij. ergo charitas etiam ſe extendit ad creaturas irrationales.

¶ 3 Præt. Sicut charitatis obiectū ē Deus, [b] ita & fidei: ſed fides ſe extēdit ad creaturas irrōnales, inquātum credimus cęlum, & terram eſſe creata a Deo, & piſces, & aues eſſe productos ex aquis, & greſſibilia animalia & plantas ex terra. ergo charitas etiam ſe extendit ad creaturas irrationales.

Sed contra eſt, q̄ dilectio charitatis ſolùm ſe extendit ad Deū, & ad proximū: ſed noīe proximi non poteſt intelligi creatura irrationalis, quia nō cōicat cum homine in uita rationali. ergo charitas non ſe extendit ad creaturas irrationales.

q. 23. ar. 1. & artic. prox. Conclu.

Resp. Dicēdū, q̄ charitas ſm̄ * ṗdicta, ē amicitia qdā. Per amicitiā aūt amat aliqd dupl̄r. Vno qdē mō amic⁹, ad quē amicitia hr̄, & alio mō bona, q̄ amico optant. [m] Primo ergo mō, nulla creatura irrōnalis p̄t ex charitate amari. [*] Et hoc triplici rōe, quarū duæ ꝑtinēt cōiter ad amicitiā, q̄ ad creaturas irrōnales hr̄i nō p̄t. Primò qdē, qa amicitia ad eū hr̄, cui uolun⁹ bonū: ſed nō ꝓpriè poſſum⁹ bonū uelle creaturæ irrōnali, qa nō ē ei⁹ ꝓpriè hr̄e bonū, ſed ſolū creaturæ rōnalis, q̄ ē dn̄a utēdi bono, qd̄ hēt p liberū arbitriū. Et iō * Philoſoph. dicit i 2. Phyſ. q̄ hmōi reb. n̄ dicim⁹ aliqd bū, vel malè cōtingere, niſi ſm̄ ſilitudinē. Scd̄o, qa oīs amicitia fundat̄ ſup aliqua cōicatione uitæ: nihil.n. ita ꝓpriū ē amicitiæ, ſicut bona uita, ut patet Philoſoph. * 8. Eth. Creaturæ āt irrōnales n̄ p̄nt cōicationē hr̄e in uita humana, q̄ eſt ſm̄ rōnē. Vñ nulla amicitia pōt hr̄i ad creaturas irrōnales, niſi forte ſm̄ metaphorā. Tertia rō eſt ꝓpria charitati: quia charitas fundat̄ ſup cōicatione beatitudinis æternæ, cui⁹ creatura irrōnalis capax n̄ ē. Vñ amicitia charitatis n̄ p̄t hr̄i ad creaturā irrōnalē. P̄nt tñ ex charitate diligi creaturæ irrōnales, ſicut bona q̄ aliis uolum⁹, inquātū.ſ. ex charitate uolum⁹ eas cōſeruari ad honorē Dei, & vtilitatē hoīum: & ſic ēt ex charitate De⁹ eas diligit. Vñ p3 rn̄ſio ad primū.

Libr. 2. Phyſ. tex. 59. to. 2.

Li. 8. c. 3. & 4. to. 5.

Ad ii dicēdū, q̄ ſimilitudo ueſtigij nō dat capacitatem uitæ æternæ, ſed ſimilitudo imaginis: Vnde non eſt ſimilis ratio.

Ad iii dicendū, q̄ fides ſe poteſt extendere ad omnia quocumque modo uera: ſed amicitia charitatis ſe extendit ad illa ſola, quæ nata ſunt habere bonum uitæ æternæ: unde non eſt ſimile.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum homo debeat ſeipſum ex charitate diligere.

AD qvartvm ſic proceditur. Vr̄ q̄ homo non diligat ſe ipſum ex charitate. Dicit. n. * Greg. in quadam Homi. quòd [b] charitas minus, q̄ inter duos haberi non poteſt. ergo ad ſeipſum nullus habet charitatem.

Hom. 17 in Euāge. in prin. illius.

¶ 2 Pręt. [h] Amicitia d̄ ſui rōne iportat reamationē & ęqualitatē, ut patet i 8. † Ethi. q̄ qdē nō p̄nt eſſe homini ad ſeipſum: ſed charitas amicitia qdā ē, ut † dictū eſt. ergo ad ſeipſum aliquis charitatem habere non poteſt.

† Lib. 8. Ethi. c. 3 & 9 [illegible] ſumptis. tom. 5. † q. 23. artic. 1.

¶ 3 Præt. Illud qd̄ ad charitatem ꝑtinet, non poteſt eſſe uituperabile, qa charitas nō agit ꝑpe ram, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. ſed [h] amare ſeipſum uituperabile eſt. dicit̄.n. 2. ad Timoth. 3. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines amantes ſeipſos. ergo homo non poteſt ſeipſum diligere ex charitate.

Sed contra eſt, qd̄ dr̄ Leuit. 19. Diliges amicū tuū ſicut teipſum: ſed amicū ex charitate diligimus. ergo & noſipſos ex charitate dēm⁹ diligere.

Resp. Dicēdū, q̄ cum charitas ſit quędā amicitia, ſicut * dictū eſt, dupl̄r poſſumus de charitate loqui. Vno mō ſub cōi rōne amicitiæ, & ſecundū hoc dicendum eſt, q̄ [m] amicitia propriè nō hr̄ ad

q. 23. artic. 1.

SVP. QV. XXV. ART. IIII.

Palud. 3. d. 28. q. 2.

Porrecta per totum.

139 1. d. 1. 3. 2. q. 1. ar. 2. ad 3. Et 3. d. 26. art. Et virt. [illegible] corp. & ad 10.

IN art. 4. eiuſdē q̄ōnis aduerte, ne fallaris i ſecūdo diſtinctionis mēbro, putās q̄ ex ꝓpria charitatis rōne hō diligat ſeipſum, n̄ ut uolētē ſibi ipſi charitatē, ſed ut quādā rē Dei. Hoc.n. falſum eē ēt patet ex līa ibidē dicēte, q̄ ut eſt amicitia ad Deū principaliter, & ex cōſequēti ad ea quæ ſūt Dei. Dicēdo amicitiā ad ea, q̄ ſūt Dei, īſinuat ad ea q̄ ſunt Dei ut amicitia, itēr q̄ eſt ipſe hō charitatē habens. diligit ergo ſe quis ex propria charitatis ratione, vt amicum Dei.

ſeipſum, ſed aliq̄d maius amicitia: ⁿ quia amicitia unionē quãdã importat. Dicit.n.ᵃ Dion.ꝙ amor ē uirtus unitiua. Vnicuiq; aūt ad ſeipſum eſt unitas, q̄ eſt potior unione ad aliū. Vñ ſicut unitas ē principiū unionis, ita amor, quo q̄s diligit ſeipſum, eſt forma, & radix amicitiæ. In hoc.n. amicitiã habemus ad alios, ꝙ ad eos nos hēmus, ſicut ad noſipſos. Dī.n. in 9.ᵇ Eth.ꝙ amicabilia q̄ ſunt ad alterū, ueniunt ex his q̄ ſunt ad ſeipſum. Sicut ēt de principijs non hr̄ ſcientia, ſed aliq̄d maius, ſ. intellectus. Alio mō poſſumus loq̄ de charitate ſcḋm propriam rōnem ipſius, prout.ſ. eſt amicitiã hominis ad Deum principalr̄. & ex conſequenti ad ea quæ ſunt Dei, inter quæ ēt eſt ipſe homo, q̄ charitatē hēt. Et ſic īter cætera, q̄ ex charitate diligit quaſi ad Deū ꝑtinētia, ēt ſeipſum ex charitate diligit.

ᵃ Ca.4.de diui. no.i parte 2 & part. 7. nō multū remote a fine.

ᵇ Lib.9.Ethi.c.8. prin. to.5.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ Greg.loquitur de charitate ſecundùm communem amicitiæ rōnē. Et ſecundùm hoc etiam procedit ſecunda ratio.

Ad II dicendū, ꝙ amãtes ſeipſos uituperant, inquantum amant ſe ſcḋm naturam ſenſibilem, cui obtēperant: quod non eſt uerè amare ſeipſum ſecundū naturã rōnalem, ut ſibi uelint ea bona, quę pertinent ad perfectionem rōnis. Et hoc mō præcipuè ad charitatem pertinet diligere ſeipſum.

Articvlvs V.

Vtrum homo debeat corpus ſuum ex charitate diligere.

Sup. Qv. XXV. Art. V.
D.Bon.3.d.28.q.4.a.1 Dur.d.28.q.1. Nic.de Nyſo.[illegible] 3.de car.q.2. Bar.eodem art.

Perrecta per totum.
140
3. diſt.28. artic.7. Et virt.qō.2. art.7.cor. ad 14. & 15.

In art.5 in ſolutione ad tertiū, dubium adhuc poſt ſolutionē reſtat de charitate, qua diligimus ēt corpus proximi, qđ ū pōt nos redamare, quō ex charitate diligit. ¶ Ad hoc dr̄, ꝙ corpus [illegible] diligit ex charitate, nō ut amicus [illegible], ſed ut pars amici: & ꝓpterea ſufficit redamatio amici, cuius ē pars, reſpū aūt ꝓprij corporis, neutrius redamatio requiritur. Et hoc [illegible] ſpontionem docere.

Ad qvintvm ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ hō nō debeat corpus ſuū ex charitate diligere. Nō.n. diligimus illū, cui cōuiuere nō uolumus: ſed hoīes charitatē habētes, refugiūt corporis cōuictū, ſcḋm illud Ro.7. Quis me liberabit đ corpore mortis huius? & Phil.1. Deſideriū hn̄s diſſolui, & eſſe cū Chr̄o. ergo corpus nr̄m nō eſt ex charitate diligendū.

¶ 2 Præ. Amicitia charitatis fundatur ſup cōicatione diuinæ fruitionis: ſed hmōi fruitionis corpus particeps eē nō pt. ergo corpus nō ē ex charitate diligēdū.

¶ 3 Præt. Charitas, cū ſit amicitia q̄dam, ad eos hr̄, qui reamare pñt: ſed corpus nr̄m ñ pt nos ex charitate diligei. ergo ñ ē ex charitate diligēdū.

ᵃ Li.1.c.23 & 26. t.3.

Sed contra eſt, ᵃ quod Auguſt. in 1. de doct. Chriſtia. ponit quatuor ex charitate diligenda, inter quæ unum eſt corpus proprium.

Resp. Dicēdū, ꝙ corpus nr̄m ſcḋm duo pōt cōſiderari. Vno mō, ſcḋm eius naturã: alio mō, ſcḋm corruptionē culpæ, & pęnæ. Natura aūt corporis noſtri nō eſt à malo principio creata, ut Manichęi fabulant, ſed eſt a Deo. Vñ poſſumus eo uti ad ſeruitiū Dei, ſcḋm illud Ro.6. Exhibete mēbra ueſtra arma iuſtitiæ Deo. Et iō ᵐ ex dilectōie charitatis, qua diligimus Deū, dēmus ēt corpus nr̄m diligere: ⁿ ſed infectionē culpæ, & corruptionē pęnæ i corpore noſtro diligere nō debemus, ſed potius ad eius remotionem anhelare deſiderio charitatis.

Anscl. m
Conclu. p

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ Apl̄s ñ refugiebat corporis cōionē quãtū ad corporis naturã, imo ſcḋm hoc nolebat ab eo ſpoliari, ſcḋm illud 2. ad Cor. 5. Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri: ſed uolebat carere īfectiōe cōcupiſcētiæ, q̄ remanet ī corpor, & corruptiōe ipſius, q̄ aggrauat aīam, ne poſſit Deū uidere. Vñ ſignãter dixit, De corpor mortis huius.

Ad II dicēdū, ꝙ corpus nr̄m q̄uis Deo frui ñ poſſit cognoſcēdo, & amãdo ipſum, tñ ꝑ opera, q̄ ꝑ corpus agimus, ad ꝑfectã Dei fruitionē poſſumus uenire. Vñ ex fruitione aīæ redūdat q̄da beatitudo ad corpus.ſ. ſanitatis, & icorruptiōis uigor, ut ᵃ Aug dt̄ i ep̄la ad Dioſ. Et iō q̄a corpus aliquo mō ē ꝑticeps beatitudinis pt̄ dilectiōe charitatis amari

ᵃ Epi.56. ante me. to.2.

Ad III dicendū, ꝙ reamatio habet locū in amicitia q̄ eſt ad alterū, nō aūt in amicitia, quæ eſt ad ſeipſum uel ſcḋm animam, uel ſecundùm corpus.

Articvlvs VI.

Vtrum peccatores ſint ex charitate diligendi.

Svper Q. XXV. Art. VI.
Palud.3.d.30.q.3. Bar.eodem a 1. D.Bo.3.5.d.28.q.3.a.1 Th.ab ar.d.28.q 1.a.4

Perrecta per totum.
141
3. diſt.28. artic.4. Et vir.qō 2. ar.8. ad 8. & 9.

In art.6. in ſolutione ad quin. nota q̄ cōmeatione cū peccatoribus habitas, aut cōuerſans, plurimũ te eſſe ꝑfectū: q̄ ſi hoc nō ſentis de teipſo, fuge ꝑctōrū cōſortia [illegible] cōuerſatione comedēdo, colloquēdo, cōnegotiãdo &c. qm̄ ꝑfectorū ē, aut ꝑfecti ꝑſonã induēns, tute conuerſari cum peccatoribus.

Ad sextvm ſic procedit. Vr̄ ꝙ peccatores non ſint ex charitate diligēdi. Di.n. ī pſ.118 ᵇ Iniquos odio habui: ſed Dauid charitatē perfecta habebat. ergo ex charitate magis ſūt odiēdi peccatores, q̄ diligendi.

¶ 2 Prçt. Probatio dilectiōis, ex hibitio ē operis, ut ᵃ Greg. dicit i Hom. Pent. ſed peccatorib iuſti nō exhibēt opa dilectionis, ſed magis opera, q̄ uñr eē odij, ſecundùm illud Pſal.100. In matutino interficiebã oēs peccatores terræ. Et Dn̄s præcepit Exod.22. Maleficos non patieris uiuere. ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

ᵃ Homil. 30. Euāg. non lōge a fine.t.5.

¶ 3 Præt. Ad amicitiã ꝑtinet, ut amicis optemus, & uelimus bona: ſed ſancti ex charitate optat peccatorib. mala, ſcḋm illud pſal. Conuertant peccatores in īfernū. ergo pctōres nō ſunt ex charitate diligēdi.

¶ 4 Præt. Propriū eſt amicorū de eiſdem gaudere, & idem uelle: ſed charitas nō facit uelle, qđ peccatores uolunt, neque facit gaudere de hoc, de quo peccatores gaudent, ſed magis facit contrarium. ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

¶ 5 Præt. Proprium eſt amicorū ſimul conuiuere, ut dr̄ in 8.ᵃ Eth. ſed cū peccatorib. nō eſt cōuiuēdū, ſcḋm illud 2. ad Cor.6. Exite de medio eorū. ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

ᵃ Lib.8.Ethi c.5. ſi med. to.5

Sed contra eſt, qđ ᵃ Aug. dicit in 1. de doct. Chriſt. ꝙ cum dicitur. Diliges proximum tuū, manifeſtum eſt omnem hominem proximum eſſe deputandum: ſed peccatores non deſinunt eſſe homines, quia peccatum non tollit naturã. ergo peccatores ſunt ex charitate diligendi.

ᵃ Li.1.c.30 parū ante med.to.3.

Resp. Dicēdū, ꝙ in peccatoribus duo poſſunt conſiderari.ſ. natura, & culpa. Secundū naturam quidem, quã a Deo habēt, capaces ſunt beatitudinis, ſuper cuius cōicatione charitas fundatur, ut ſupraᵃ dictum eſt: & ideo ſcḋm ᵐ naturam ſuam ſunt ex

ᵃ q.23 ar. 1. & 5. Et iſta q. ar. 3 Contin. m

ex charitate diligendi[a], ſed culpa eorũ Deo cõtrariatur, & eſt beatitudinis impedimentũ. Vnde [p] *Conclu. p* ſm culpam, quæ Deo aduerſatur, ſunt odiendi q̃cunq; peccatores, et pater, & mater, & propinqui[q], vt habetur Luc. 14. Debemus enim in peccatoribus odire, quòd peccatores ſunt, & diligere, quòd homines ſunt beatitudinis capaces. Et hoc eſt eos verè ex charitate diligere propter Deum.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ iniquos propheta odio habuit, inquantum iniqui ſunt, habens odio iniquitatem ipſorum, quod eſt ipſorum malum: & hoc eſt ꝑfectũ odium, de quo ipſe dicit. Perfecto odio oderam illos. Eiuſdem autem rationis eſt odi B re malum alicuius, & diligere bonum eius. Vnde ẽt illud odium perfectum ad charitatem pertinet.

AD II dicẽdũ, ꝙ amicis peccãtibus, ſicut Philo. dicit in 9.* Eth. non ſunt ſubtrahẽda amicitiæ beneficia, quouſq; habeãt ſpes ſanationis eorũ, ſed magis eſt eis auxiliũ dãdũ ad recuperationẽ virtutis, q̃ ad recuperationẽ pecuniæ, ſi eã amiſiſſent, quato virtus eſt magis amicitiæ affinis, q̃ pecunia: ſed qñ in maximã malitiã incidunt, & inſanabiles fiũt, tũc nõ eſt eis amicitiæ familiaritas exhibẽda. Et iõ hmõi peccãtes, de qbus magis ꝑſumit nocumẽtũ aliorũ, q̃ eorũ emendatio, ſm legem diuinã, C & humanam præcipiuntur occidi. Et tñ hoc facit iudex nõ ex odio eorum, ſed ex amore charitatis, quo bonum publicum præfertur vitæ ſingularis perſonę. Et tñ mors per iudicem inflicta peccatori prodeſt ſiue conuertatur ad culpæ expiationẽ, ſiue etiam conuertatur ad culpæ terminationem: qa per hoc tollitur ei poteſtas amplius peccandi.

** li. 9 c. 3. cir. med. com. 5.*

AD III dicendum, ꝙ hmõi increpationes, quæ in ſacra ſcriptura inueniuntur, tripliciter poſſunt intelligi. Vno mõ, ꝑ modũ pronũciationis, non ꝑ modũ optationis, vt ſit ſenſus Pſal. 9. Cõuertãtur peccatores in infernũ, idеſt, cõuertentur. Alio mõ, D ꝑ modũ optationis, vt tñ deſideriũ optãtis nõ referat ad pęnam hominũ, ſed ad iuſtitiã punientis, ſm illud Pſal. 57. Lętabit iuſtus, cum viderit vindictã: qa nec ipſe Deus puniẽs lætat in ꝑditione impiorũ, vt dr Sap. 1. ſed in ſua iuſtitia: qa iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit. Tertio, vt deſideriũ referatur ad remotionem culpæ, non ad ipſam pœnam, vt ſ. peccata deſtruantur, & homines remaneant.

AD IIII dicendũ, ꝙ ex charitate diligimus peccatores, non quidem vt uelimus q̃ ipſi uolunt, uel gaudeamus de his, de q b us ipſi gaudent: ſed vt faciamus eos velle qđ volumus, & gaudere de his, E de quibus gaudemus. Vnde dicitur Hiero. 15. Ipſi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

AD V dicẽdũ, ꝙ cõuiuere peccatorib⁹, infirmis qdẽ eſt vitãdũ ꝑꝑ periculũ, qđ eis imminet, ne ab eis ſubuertant. Perfectis aũt, de quorũ corruptione nõ timet, laudabile eſt, ꝙ cũ peccatoribus cõuerſent, ut eos cõuertãt. Sic. n. Dominus cũ peccatoribus manducabat, & bibebat, vt dr Mat. 9. conuictus tñ peccatorum, quãtũ ad conſortium peccati, vitandus eſt omnibus. Et ſic dicitur 2. ad Co. 6. Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis ſcilicet ſecundum peccati conſenſum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum peccatores diligant ſeipſos.

AD SEPTIMVM ſic ꝑceditur. Vr ꝙ peccatores ſeipſos diligant. Illud. n. qđ [h] eſt principiũ peccati, maximè in peccatorib⁹ inuenit: ſed amor ſui eſt principium peccati. Dicit enim * Aug. 14. de ciuitat. Dei, ꝙ facit ciuitatẽ Babylonis. ergo peccatores maximè amant ſeipſos.

** libr. 14. ca. vlt. in princ. tomo. 5.*

¶ 2 Præt. Pctm nõ [h] tollit naturã: ſed hoc vnicuique conuenit ex ſua natura, ꝙ diligat ſeipſũ. vñ ẽt creaturæ irrõnales naturaliter appetũt ꝓpriũ bonum, puta, conſeruationem ſui eſſe, & alia huiuſmodi. ergo peccatores diligunt ſeipſos.

¶ 3 Præt. Omnibus eſt diligibile [h] bonum, vt * Dion. dicit in 4. c. de di. no. ſed multi peccatores reputãt ſe bonos. ergo multi peccatores ſeipſos diligunt.

** C. 4. parte 1. ante medũ.*

SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ amare ſeipſum vno mõ commune eſt oibus: alio mõ propriũ eſt bonorũ: tertio mõ ꝓpriũ eſt malorũ. Quòd. n. aliquis amet id qđ ſeipſum eſſe æſtimat, hoc commune eſt oibus. Hõ aũt dr eſſe aliqd dupl̃r. Vno mõ, ſm ſuã ſubſtantiã & naturã: & ſm hoc oẽs æſtimãt bonũ commune ſe eſſe id, qđ ſunt, ſ. ex aĩa & corpore compoſitos, & ſic [m] ẽt oẽs homines boni & mali diligunt ſeipſos[n] inquãtũ diligũt ſuijpſorũ cõſeruationẽ. Alio mõ, dr hõ eſſe aliqd ſm principalitatẽ, ſicut princeps ciuitatis dr eſſe ciuitas. Vñ qđ principes faciũt, dr ciuitas facere. Sic aũt nõ oẽs æſtimant ſe eſſe id, qđ ſunt. Principale. n. in homine eſt mens rõnalis: ſecundariũ aũt eſt natura ſenſitiua, & corporalis, quorũ primũ Apoſtolus nominat interiorẽ hominẽ, ſm exteriorẽ, vt patet 2. ad Cor. 5. Boni aũt æſtimãt principale in ſeipſis rõnalem naturã, ſiue interiorẽ hominẽ: vñ ſm hoc æſtimant ſe eſſe qđ ſunt[p]. Mali aũt æſtimãt principale in ſeipſis naturã ſenſitiuã, & corporalẽ, ſ. exteriorẽ hominẽ: vñ nõ rectè cognoſcentes ſeipſos, nõ uerè diligũt ſeipſos, ſed diligũt id, qđ ſeipſos eſſe ꝛeputãt. Boni aũt verè cognoſcẽtes ſeipſos, uerè ſeipſos diligũt[q]. Et hoc ꝓbat Phil. in 9.* Eth. ꝑ quinq;, q̃ ſunt amicitiæ ꝓpria. Vnuſquiſq;. n. amicus primo qdẽ vult ſuũ amicũ eſſe, & viuere: ſecũdo vult ei bona: tertio operat bona ad ipſum: quarto cõuiuit ei delectabiliter: quinto concordat cum ipſo, quaſi cũ eodẽ delectatus, & cõtriſtatus. Et ſm hoc boni diligũt ſeipſos, quãtũ ad interiorẽ hominẽ, qa ẽt uolũt ipſum ſeruari ĩ ſua integritate, & optãt ei bona eius, q̃ ſunt bona ſpũalia, & ẽt ad aſſequẽda opera intẽdũt, & delectabiliter ad cor ꝓprium redeũt: qa ibi inueniũt bonas cogitationes in ꝑſenti, & memoria ꝑteritorum bonorũ, & ſpẽ futurorum bonorũ, ex qbus delectatio cauſatur. Silr ẽt non patiuntur in ſeipſis uoluntatis diſſen-

Conclu. m

Conclu. p

** li. 9. c. 4.*

SVPER QV. XXV. ART. VII.

Ban. eodem art.

IN ar. 7. fige in corde tuo concluſiones huius articuli, & qualiter mali, vt ſic, nõ amant ſeipſos, & quæ ſigna veri amoris propij, q ſol. bonis conuenit, ſ. velle interiorẽ hominem, hoc eſt, partẽ rõnalẽ viuere: velle illi bona virtutum: operari ad hæc: conuerſari ſecũ ſtatus delectabiliter, cõcordare cum illo, ſeu illa. Et per ſigna examina teipſũ, an uere ſis bon⁹, an vere ames teipſum, an ſis tu tibi inimicus: & hęc frequẽter, immo quotidie meditare.

Porrecta per totum.

142 3. d. 29. a. 5. Et virt. q. 2. a. 12. ad 6. Et Pſal. 10.

ſionē, q̄a tota aīa eorū tēdit in vnū. Ecōtrariò aūt F mali nō volunt cōſeruari in integritate interioris hoīs, neq; appetūt eius ſpūalia bona, neq; ad hoc operant̄, neq; delectabile eſt eis ſecū cōuiuere redeūdo ad cor, q̄a iueniūt ibi mala, & p̄ſentia, & p̄terita, & futura, q̄ abhorrēt, neq; ēt ſibipſis cócordāt p̄p cōſciētiā remordentē, ſm illud Pſalmi. Arguā te, & ſtatuā cōtra faciē tuā. Et p eadē ꝓbari pōt, ꝙ ᵗ mali amant ſeipſos ſm corruptionē exterioris hominis: ſic autem boni nō amant ſeipſos.ᵛ

Conclu. ſ

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ amor ſui, q̄ eſt principiū peccati, eſt ille, q̄ eſt ꝓpriꝰ malorū pueniēs vſq; ad cōtēptū Dei, vt ibidē dī. q̄a mali ēt ſic cupiunt exteriora bona, ꝙ ſpiritualia contemnunt. G

AD II dicēdū, ꝙ naturalis amor etſi nō totaliter tollat̄ à malis, tñ in eis puertit̄ p modū iā* dictum.

*In corp. art.

AD III dicendum, ꝙ mali inquantum æſtimant ſe bonos, ſic aliquid participāt de amore ſui. Nec tamen eſt iſta vera ſui dilectio, ſed apparens, quæ etiam non eſt poſſibilis in his, qui valdè ſunt mali.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ſit de neceſſitate Charitatis, vt inimici diligantur.

AD OCTAVVM ſic ꝓceditur. Vī ꝙ nō ſit de neceſſitate H charitatis, ut inimici diligātur. Dicit. n.* Aug. in Enchiridio, ꝙ hoc tā magnū bonū, ſ. diligereᵇ inimicos, nō eſt tātæ multitudinis, quantū credimus exaudiri, cū in orōne dī. Dimitte nobis debita noſtra: ſed nulli dimittit̄ pctm̄ ſine charitate, q̄a vt dī Prou. 10. Vniuerſa delicta opit charitas. ergo ñ ē de neceſſitate charitatis diligere inimicos.

¶ 2 Præt. Charitas ñ tollitᵇ naturā: ſed vnaquæq; res ēt irrationalis naturaliter odit ſuū contrarium, ſicut ouis lupum, & aqua ignem. ergo charitas nō facit, quòd inimici diligantur. I

¶ 3 Præt. Charitas nō agit ppe-rā: ſed hoc vī eſſe puerſum, ꝙ aliq̄s diligat ᵇinimicos, ſicut & aliq̄s odio hēat amicos. Vnde 2. Re. 19. exprobrādo dicit Ioab ad Dauid. Diligis odiētes te, & odio hēs diligētes te. ergo charitas ñ facit, vt inimici diligant̄. K

SED CONTRA ē, q̄d Dñs dicit Mat. 5. Diligite inimicos veſtros.

RESP. Dicēdū, ꝙ dilectio inimicorū tripl̄r pōt conſiderari. Vno mō, ut inimici diligantur, inquātum ſunt inimici: &ᵐ hoc eſtᵈ puerſum, & charitati repugnāsⁿ, q̄a hoc eſt diligere malū alterius. Alio mō, pōt accipi dilectio inimicorū, quātum ad naturā, ſ. in vniuerſali: & ſicᵖ dilectio inimicorum eſt de neceſſitate charitatis, ꝗ vt ſcilicet aliquis diligens Deū, & proximū, ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos ſuos non excludat. Tertio pōt cōſiderari dilectio inimicorum in ſpeciali, vt ſcilicet aliq̄s in ſpeciali moueatur motu dilectionis ad inimicum. Et ˢ iſtud non eſt de neceſſitate charitatis abſolutèᵗ: quia nec ēt moueri motu dilectionis in ſpeciali ad quoſlibet homines ſingulariter eſt de neceſſitate charitatis, q̄a hoc eſſet impoſſibileˣ. Eſt tamē de neceſſitate charitatis ſm præparationē animi, vt ſ. homo habeat animum paratum ad hoc, ꝙ in ſingulari inimicum diligeret, ſi neceſſitas occurreret ʸ: ſed ꝙ abſque articulo neceſſitatis hō etiam hoc actu impleat, ut diligat inimicum propter Deum, hoc ꝑtinet ad perfectionē charitatis &. Cū. n. ex charitate diligatur ꝓximus propter Deū, quāto aliq̄s magis diligit Deū, tanto etiam magis ad proximū dilectionem oſtendit nulla inimicitia impediente. Sicut ſi aliquis multum diligeret aliquem hominē, amore ipſius filios eiᵛ amaret, etiam inimicos ſibi. Et ſecundum hunc modum loquitur * Auguſtinus. Vnde patet reſponſio ad Primum.

AD II dicendū, ꝙ vnaquæq; res naturaliter odio hēt id, q̄d eſt ſibi contrariū, inquantū eſt ſibi contrarium: inimici autem ſunt nobis cōtrarij, inquantum ſunt inimici, vñ hoc debemus in eis odio hēre. Debet. n. nobis diſplicere, quòd nobis inimici ſunt: non autē nobis ſunt contrarij, inquantū homines ſunt, & beatitudinis capaces. & ſecūdū hoc debemus eos diligere.

AD III dicendum, quòd diligere inimicos, inquantum ſunt inimici, eſt vituperabile, & hoc non facit charitas, vt* dictum eſt.

* In corp. art.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ſit de neceſſitate ſalutis, quòd aliquis ſigna, & effectus dilectionis inimico exhibeat.

D. Bon. 3. ſ. d. 3. q. 5. ar. 1. Ban. eodem art.

Porrecta per totum. 144 3. d. 30 ar. 1. ad 2. & artic. 2. Et Rom. 12. lect. 3.

AD NONVM ſic proceditur. Vī quòd ex neceſſitate charitatis ſit, ꝙ aliq̄s hō ſigna, uel effectus dilectionis inimico exhibeat. Dicitur. n. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo, neq; lingua, ſedʰ opere & ueritate: ſed opere diligit aliq̄s exhibēdo ad eum

---

SVPER QV. XXV. ART. VIII. ET IX.

Porrecta per totum. 143 3. d. 30. a. 1. Et viii. q. 2 art. 8. Et Rom. 12. c. 8. & op. 1 Bo. 15. 1 t. Rom. 12. lect. 3. * Enchiri dij c. 2. 73. tom. 3.

D. Bon. 3. ſ. d. 30. q. 4. art. 1. Scot. A. 30. q. 1. Thom. ab Arg. diſ. 30. q. 1. ar. 3. Ant. And. d. 30. q. 1. R. d. 3. q. 1. Ban. eodem art.

IN Ar. 8. & 9. aduertentia. Primo, ꝙ quia regula generalis eſt ꝙ pcepta affirmatiua, quātū eſt ex iure naturæ, nō obligant, niſi in articulo neceſſitatis, vt au-thor hic inſinuat, & in quarto ſentētia: d ex̄p̄reſſe tenetur: ideo nec interior dilectio inimicorū in ſpeciali, nec exterior beneficentia eſt in p̄cepto, niſi i articulo neceſſitatis. Sufficit. n. ꝙ homo ſit paratus ad faciēdum quod tenetur [illegible] Deum, [illegible] & [illegible]: q̄ p̄paratio animi eſt proculdubio in omni habēte charitatē, nō minus quàm præparatio aſſ. ad martyrium in articulo neceſſitatis.

¶ Secūdo, ꝙ quia loqui huic perſonæ, ſalutare illā, emere, vēdere, conuiuari cum illo, & alia hmōi, nō ſunt actus, qui ſunt ad cōmunem, ſed ad perſonas in ſpeciali: iō nō eſt neceſſitatis, ſed pfectionis, ꝙ aliquis inimicos ſuos loquatur, q illum ſalutet, aut aliquid hmōi faciat. Et ꝓpterea caue tu Cōfeſſor, ne negēs abſolutionē nolē-ti hæc ſigna dilectionis inimico exhibere. Habet n. in littera regula [illegible] item inter beneficia, quæ exhibent* proximis [illegible], & iſta ſunt, quæ [illegible] exhibentur: Et beneficia, q̄ exhibentur particulariter [illegible] perſonis. & iſta ſunt quæ ad particulares, vt hic, ſunt q̄ diximꝰ. Non. n. [illegible] tenet cuilibet homini loqui, nec quemlibet hominē ſalutare, nec cum quolibet negotiationis commerciū habere, & alia hmōi. Habe [illegible] regulę exterioris, regulam interiorem. quā dī, ꝙ ex præcepto charitas non tenetur deſcendere ad diligendum [illegible] ipſum [illegible], uel [illegible] radī. Tertio, ꝙ cum inter aliquos ex neutra parte in ueritate eſt inimicitia: ſed q̄a [illegible], uel offenſa, neuter uult ſe flectere, ut loquatur alteri, aut alter [illegible] recuſat loqui alteri, in neutro caſu hēmō [illegible] [illegible] non tenetur ad locutionem, & alia particularia beneuolentię ſigna reſpectu omnium hominū, vt dictū eſt, niſi in articulo neceſſitatis. Et ꝓpterea nō tenetur loqui, aut uidere illi. Vñ Dauid [illegible] repercuſſet Abſalon filio ſuo, noluit eū videre: ſed dixit. Reuertatur in domū ſuam, & faciem meā non uideat. 2. Reg. 14. Hæc autem, quū vera ſint, per ſe loquendo, per accidēs [illegible] ſcandali, [illegible] oporteret loqui inimico, prudētis arbitrio, qui circa particularia verſatur, relinquetur.

Conclu. m D. 99. Conclu. p Conclu. s Conclu. x Conclu. & * Loco citato i argu. 1. I

eum, quem diligit, ſigna, & effectus dilectionis. er A go ne neceſſitate charitatis eſt, ut aliquis huiuſmodi ſigna, & effectus inimicis exhibeat.

¶2 Præt. Matthe. 5. Dominus ſimul dicit. Diligite inimicos ueſtros, & benefacite his, qui oderunt vos: ſed diligere inimicos eſt de neceſſitate charitatis. ergo & benefacere inimicis.

¶3 Præt. Charitate amat nõ ſolũ Deus, ſed ẽt ꝓximus: ſed Greg. dicit ĩ Hom. Pẽte. ꝙ amor Dei nõ põt eſſe otioſus. magna.n. operat̃, ſi eſt: ſi deſinit operari, nõ ẽ amor. ergo charitas, q̃ hr̃ ad ꝓximũ, nõ põt eſſe ſine operationis effectu: ſed de neceſſitate charitatis eſt, ut oĩs ꝓximus diligatur, ẽt inimicus. ergo de neceſſitate charitatis eſt, ut ẽt ad inimicos ſigna, & effectus dilectionis oſtẽdamus. B

*Hom. 30 in Euãge. nõ multũ procul. a princip.

¶ Ad hæc, ut vltimo inducta verba oſtendunt, reſpõdendum forte non eſſet: ſpiritus enim contradictionis uidetur excæcaſſe hũc hominem ut prius magnificet fimbrias, quaſi contraducendo authori de actu deſiderij: & deinde [illegible] ad vellenatem, qua ſẽt homo optat quanto [illegible] quẽ uolare. Nunquid Paulus Apoſtolus de uellenate dicebat, Charitas non [illegible] Nunquid [illegible] deſiderio [illegible] de velleitate, quæ [illegible] etiam impoſſibilium [illegible] [illegible] [illegible] q deſiderij [illegible] [illegible] bona inæqualia pro ximis ex charitate. Et ad primam rationem neg. [illegible] eſt vniuerſ

præmiſſa. Nam vt ex dictis patet, ego non teneor in particulari diligere oẽs, & cõſequenter nec oibus deſiderare totum id, cuius eſt capax: ſed ſufficit uelle approbationis, & complacitæ, vt complaceat mihi in præparationẽ aſ quemlibet habere bonũ diuinũ, quatenus eſt capax. Falſum quoq; eſt oẽs eſſe capaces æqualis boni: & hoc loquẽdo nõ de capacitate ſcdm quid. ſ. ſcdm naturalia, aut potentiã Dei, ſed de capacitate ſimpliciter, q attẽditur ſcdm diſpoſitionem diuinæ ſapientię, qua oĩa in numero, pondere, & menſura diſpoſuit & ſecundum menſurã donationis Chriſti, qua unicuique dimiſit menſuram fidei dedit gratiam.

¶ Ad ſcdm di primo q non eſt æmulatio in gratuitis. Ex quo. n. ergo non teneor tibi aut illi maius bonũ deſiderare: ſi tibi ex mea beneuolentia deſidero, pro te oro, &c. nulla eſt æmulatio, ſicut nec iniuria. Scdo. q non eſt æmulatio, deſiderium maius hñs fundamentũ rõnale, ſicut eſt, cum cuiis magis cõiunctio ſanguine, uel ſpiritu maius bonum optat. Coniũctio e[illegible] ſi quidẽ ſi la maior, illud maius deſiderium ſoſtinet.

¶ Ad tertiũ di q nullum præiudicium amori diuino fit ex hoc, q aliquis nõ optat id ad quod nõ tenetur. Conſtat autem quòd habens charitatem non tenetur, niſi in [illegible], diligere omnes ad vitam æternam. Et propterea nõ tenetur ad optãdum, q hic tẽdat in Deũ meliori [illegible] quo poſſibile eſt Et hæc ſint p cõcluſione illa literæ dicta .ſ. Poſſum velle, q iſte, qui eſt mihi cõiũctus ſit melior alio.

¶ Circa cauſam autẽ dictę concluſionis in litera redditam, ſcilicet quia bonitas accedere & recedere augeri vel minui poteſt dubium occurrit, q a ex iſta differentia coniunctionum ad homines, & cõiunctionis ad Deum in hoc, quòd coniunctio ad hominem eſt immutabilis, coniunctio uero ad Deum eſt mutabilis, non [illegible] [illegible] [illegible] quod poſſim mihi coniuncto maius bonũ optare, niſi [illegible] caſa receſſi. bonitatum ab altero. Non nihil quoq; ſcrupuli occurrit, cum [illegible] non poſſit diminui, quomodo in litera dicitur, quod poteſt appropinquatio ad Deum diminui.

¶ [illegible] hoc dicitur, quod ex illa differentia ſecundum mutabile. & im-

turã cõiuncti, puta parẽtes, vel filios ſed amicitia charitatis fundaĩ ſuper cõicatione beatitudinis ad quã magis ꝑtinent meliores, quam nobis coniunctiores. ergo ex charitate magis debemus diligere meliores, quàm nobis coniunctiores.

G

Sed contra eſt, quod dicitur. 1. ad Tim. 5. Siquis ſuorum, & maxime domeſticorum curã non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior: ſed interior charitatis affectio debet rñdere exteriori affectui. ergo charitas magis debet haberi ad propinquiores, quàm ad meliores.

H

Resp. Dicendum, q oĩs actus oportet q ꝓportioneĩ & obiecto & agẽti: ſed ex obiecto hẽt ſpẽm, ex virtute aũt agentis hẽt motũ ſuæ intentionis. Sicut motus hẽt ſpẽm ex termino ad quẽ eſt, ſed intenſionem velocitatis hẽt ex diſpoſitione mobilis, & virtute mouentis. Sic ergo dilectio ſpẽm hẽt ex obiecto, ſed intenſionẽ hẽt ex parte ipſius diligentis. Obiectũ aũt charitatiuæ dilectionis Deus eſt, hõ aũt diligẽs eſt.[m] Diuerſitas ergo dilectionis, q̃ eſt ẜm charitatem quantũ ad ſpẽm, eſt attendẽda in proximis diligendis ẜm cõparationem ad Deum, ut. ſ. ei qui eſt Deo propinquior maius bonum ex charitate velimus:[n] qa licet bonum quod oibus uult charitas. ſ. beatitudo æterna, ſit vnũ ẜm ſe, hẽt tñ diuerſos gradus ẜm diuerſas beatitudinis participationes. Et hoc ad charitatẽ pertinet, vt velit iuſtitiam Dei ſeruari, ẜm quam meliores perfectiùs beatitudinẽ participãt & hoc ꝑtinet ad ſpẽm dilectionis. Sunt. n. diuerſæ dilectionis ſpẽs ẜm diuerſa bona q̃ optamus his, quos diligimus: ſed intenſio dilectionis eſt attendenda ꝑ cõparationẽ ad ipſum hoiem, qui diligit. Et[o] ẜm hoc, illos qui ſunt ſibi ꝓpiuquiores, ĩtẽſiori affectu diligit hõ ad illud bonũ, ad quod oẽs diligit q̃ meliores ad maius bonum.[q] Eſt ẽt & ibi alia dñia attendenda. Nã aliqui proximi ſunt propinqui nobis ẜm naturalẽ originem, à qua diſcedere non pñt, qa ẜm eã ſunt id, quod ſunt: ſed bonitas virtutis, ẜm quam aliqui appꝛopinquãt Deo põt accedere, & recedere, augeri, & minui, vt ex ſ.[s] dictis patet iõ[r] poſſum ex charitate velle, q iſte, q eſt mihi coniunctus ſit melior alio, & ſic ad maiorẽ beatitudinis gradum peruenire poſſit. Eſt aũt & ali[y] modus, quo plus diligimus ex charitate magis nobis cõiũctos qa pluribus modis eos diligimus. Ad eos. n. qui nõ ſunt nobis cõiũcti, nõ habemus niſi amicitiã charitatis. Ad eos vero, q ſunt nobis coniuncti, hẽmus aliquas alias amicitias ẜm modum cõiunctionis eorũ ad nos. Cũ aũt bonũ, ſup quod fundaĩ q̃libet alia amicitia honeſta, ordinetur ſicut finẽ ad bonũ, ſup quod fundatur charitas, cõſequens eſt, vt charitas imperet actui cuiuslibet alterius amicitiæ: ſicut ars, quę eſt circa finẽ, imperet arti, q̃ eſt circa ea quæ ſunt ad finẽ. Et ſic hoc ipſũ qd̃ eſt diligere aliquẽ qa cõſanguineus, vel coniunctus eſt, vel qa conciuis, vel ꝑp quodcunque hmõi aliud licitũ ordinabile in finẽ charitatis, põt a charitate iperari. Et ita ex charitate eliciẽte cũ iperãte pluribus modis diligimus magis nobis cõiũctos.[x]

I

K

Ad primum ergo dicendum, q in propinquis noſtris non ꝑcipimur odire, q propinqui noſtri ſunt, ſed ſolum, q impediũt nos a Deo. Et in hoc non ſunt propinqui, ſed inimici, ſecundum illud Matth. 10. Inimici hominis domeſtici eius.

Ad II. dicẽdum, quòd charitas

Concl. m

Concl. ſ

*q. 24. ar. 10. & 11. Conclu.

Conclu. n

& immutabile, conſequitur, q immutabilis coniunctio, quia ex ſua immutabilitate perſeuerat ... te poſſit in deſiderium maioris boni, vtpote adhuc mutabilitati ſuppoſiti. Et ex quo enim intenſius amo mihi coniunctum, & bonum quod deſidero mutabile eſt, poſſum in manus ac maius bonum deſiderium meum extẽdere. Nec vllum eſt alicui præiudiciũ, ſi ſuapte natura põt mutari in alius bonũ illud Paterſit ... Nõ põt ex charitate quis filium baptizatum in patria, uelle q ſit melior Ioanne Baptiſta qa ... immutabilis eſt bonitas eorũ, ſed inter viatores põt velle, ... illo religioſo viro nõ operando diminutio põe alterius, ſed acceſſum & augmẽtũ bonitatis in ſuo, non curando de illo alio, niſi in cõi. Diminutio autẽ bonitatis in uia dupliciter põt contingere. Primo, ſcilicet bonitatem diſponentẽ pro charitate conſeruatione & augmento, ut patet, cum exiſtens in charitate declinat, & aſſueſcit ad uenialia multa, & pericula. Scdo ſcdm ipſam charitatem, non p diminutionẽ eiuſdem numero charitatis, ſed per recuperationẽ minoris charitatis poſt ipſum. Si .n. ſanctus Petrus cecidit a charitate, ut decem, & per primã conuerſionẽ non fuit diſpoſitus ad charitatem, ut decem, ſed vt octo, charitas in eo diminuta eſt. Et hoc ſæpe accidere eſt tepide reſurgentibus.

* 1. 2. qu. 19. ar. 10.

* In corp. art.

Porrecta per totum.

155

In q. 52. ar. 9. ... 3. d. 29. art. 6. Et virt. q. 2. art. 9. ad 13. & 14.

* Li. 4. c. 7. in princ.

* Li. 1. c. 7. a me. 10. 8.

SVPER Q. XXVII. ART. VIII.

Bannes eodem art.

IN art. 8 habes vt reſoluas dubia de orationum ſuffragijs impendendis magis coniunctis ſcdm carnem an ſpũm. Hinc ſiquidem hẽt, q magis tenetur cõiunctis ſpiritualiter, quam aliter, cæteris pa... Et quemadmodum pater ſpũalis plus in ſpũalib. ... q carnalibus, ... ita filius ſcdm carnẽ plus tenet. Et ſpũalibus cõiunctis filii ſecundum ſpũm, q̃ patri, qui eum genuit.

* Hom. 30. in Euãg. non remote a principio

facit hoiem cõformari Deo ſm proportionem, ut ſ. ita ſe hẽat hõ ad id, quod ſuũ eſt, ſicut De⁹ ad id quod ſuum eſt. Quædam enim poſſumus ex charitate velle, quia ſunt nobis conueniẽtia, que tamen Deus non uult, quia non conuenit ei vt ea velit, ſicut ſupra* habitũ eſt, cũ de bonitate uoluntatis ageretur.

Ad tertium dicẽdũ, q charitas non ſolũ elicit actum dilectionis ſm rõne obiecti, ſed ẽt ſm rõnem diligentis, vt* dictũ eſt: ex quo contingit, quòd magis coniunctus magis amatur.

Articvlvs VIII.

Vtrum ſit magis diligendus ille, qui nobis eſt magis coniunctus ſecundum carnalem originem.

AD octavvm ſic pcedit. Vr q nõ ſit magis diligẽd⁹ ille, q eſt magis nobis cõiũctus ſm carnalẽ originẽ. Dr.n. Prouer. 18. Vir amicabilis ad ſocietatẽ magis erit amicus, q̃ frater. Et* Valerius Maximus dicit, q amicitiæ vinculũ[h] pualidũ eſt, neq; vlla ex parte ſanguinis virib. inferius. Hoc ẽt certius, & exploratius, q illud naſcẽdi ſors fortuitũ op⁹ dedit: hoc vniuſcuiuſque ſolido iudicio inchoata voluntas cõtrahit. ergo illi, q ſunt cõiuncti ſanguine, nõ ſunt magis diligendi, quàm a lij.

¶ 2 Præt.* Amb. in 1. de Offi. Nõ min⁹ uos[b] diligo, quos in Euangelio genui, q̃ ſi in coniugio ſuſcepiſſem: Non.n. vehementior eſt natura ad diligendum, q̃ gratia. Plus certè diligere debem⁹, quos perpetuò nobis cõputamus futuros, q̃ quos tm̃ in hoc ſæculo. non ergo conſanguinei ſunt magis diligendi his, q ſunt aliter nobis coniuncti.

¶ 3 Præt. Probatio[a] dilectionis ẽ exhibitio operis, ut* Gre. dicit in Homil. ſed quibuſdam magis debemus impendere dilectiõis opera, q̃ ẽt conſanguineis: ſicut magis eſt obediendum in exercitu duci, quam patri. ergo illi, qui ſunt ſanguine coniuncti, nõ ſunt maximè diligendi.

Sed contra eſt, q ſpãliter in præceptis Decalogi mandat de honoratione parentum, ut patet Exo. 20. ergo illi, qui ſunt nobis cõiũcti ſm carnis originẽ ſunt à nobis ſpãlius diligendi.

Respon. Dicẽdũ, q ſicut* dictũ eſt,[m] illi, qui ſunt nobis magis coniuncti, ſunt ex charitate magis diligẽdi,[n] tũ quia intenſius diligunt: tũ ẽt quia plurib. rõnib. diligunt. Intẽſio aũt dilectionis eſt ex cõiunctione dilecti ad diligẽtẽ: & iõ diuerſorũ dilectio eſt mẽſuranda ſm diuerſam rõnem coniũctionis, vt.ſ. vnuſquiſq; diligat magis in eo, quod ptinet ad illã coniunctionẽ, ſm quam diligit. Et ulterius comparanda eſt dilectio dilectioni, ſm cõparationẽ coniunctioni ad coniunctionem. Sic ergo dicendũ eſt, q amicitia conſanguineorũ fundat in coniunctione naturali originis. Amicitia aũt conciuiũ in cõione ciuili: & amicitia cõmilitantium in cõicatione bellica. Et[p] iõ in his, quæ pertinent ad naturã, pl⁹ debemus diligere cõſanguineos: in his aũt, quæ ptinent ad ciuilem conuerſationẽ, plus debem⁹ diligere conciues: & in bellicis, plus cõmilitones.[q] Vñ & Philoſophus dicit in 9.* Eth. q ſingulis ppria, & cõgruentia ſunt attribuẽda. Sic aũt facere vñr, q-dam qui ad nuptias uocant cognatos: uidebit vtiq; & nutrimẽto parẽtibus oportere maximè ſufficere, & honorẽ parentũ, & ſimile eſt ẽt in aliis. Si àt cõparemus ẽt cõiunctionẽ ad cõiũctionẽ, cõſtat q coniunctio naturalis originis eſt prior, & immobilior, quia eſt ſm id, quod pertinet ad ſubſtantiã: aliæ aũt coniunctiones ſunt ſuperuenientes, & remoueri poſſunt. Et iõ[s] amicitia cõſanguineorũ eſt ſtabilior: ſed aliæ amicitiæ poſſunt eſſe potiores ſm illud, quod eſt propriũ unicuique amicitię.[t]

* Ar. pce.

Conclu. m

Conclu. p

* Li. 9 c. com. 5.

Concl. s

Ad primum ergo dicẽdũ, q quia amicitia ſociorũ propria electione contrahitur in his, q ſub nřa electione cadunt, puta, in agendis, præponderat hæc dilectio dilectioni conſanguineorũ, ut.ſ. magis cũ illis conſentiamus in agẽdis. Amicitia tamẽ cõſanguineorũ eſt ſtabilior, utpote naturalior exiſtẽs, & pualet in his, q̃ ad natura ſpectant: unde magis eis tenemur in prouiſione neceſſariorum.

Ad secvndvm dicẽdum, q Amb. loquit de dilectione q̃tũ ad bñficia, q̃ pertinent ad cõicationẽ gratiæ, ſ. de inſtructione morum. In hac.n. magis debet homo ſubuenire filijs ſpiritualib. quos ſpiritualiter genuit, q̃ filiis corporalibus, quibus tenetur magis prouidere in corporalibus ſubſidiis.

Ad tertivm dicẽdũ, q ex hoc, q duci exercitus magis obeditur in bello, quam patri, non probatur, q ſimpliciter pater minus diligatur, ſed q minus diligitur ſecundum quid, id eſt, ſecundum dilectionem bellicæ communicationis.

Articvlvs IX.

Vtrũ homo ex charitate magis debeat diligere filium, quàm patrem.

AD nonvm ſic proceditur. Videtur q homo ex charitate magis debeat diligere filiũ, quàm patrem. Illum.n. magis debemus[h] diligere, cui magis debemus benefacere: ſed magis debemus benefacere filijs, quam parentibus. dicit.n. Apoſt. 2. ad

SVPER Q. XXVII. ART. IX.

D. Bon. 3. ſ. ... 29. q. 4. art. 1.

Scotus ... 3. ... q. 3.

Bannes eod. ... articu.

IN artic. 9. perſpice ... duam inter primã & tertiam ... rõnem. Quare filius ... eſt magis ... diligendus, ... parentes hoc ... dum eſt maior ſimilitudo dilectione. ...

Porrecta per totum.

156

3. C. ... 7. ... q. ... 18. Et E... pb. ... lect. 10.

lij

lij ad dilectioné ſui ipſius:ex hoc.n.concludit maior. Tertia uero mediũ eſt,ꝙ ipſe filius quia eſt pars quædã parentis,eſt propinquior parentũ. Et propterea non ſunt [illegible] quàm propinquæ.

Cor.12. Non debent filij theſaurizare parentibus,ſed parentes filijs. ergo magis ſunt diligendi filij,quàm parentes. F

¶2 Præ.Grã pficit naturam: ſed naturaliter parentes plus diligunt filios,q̃ ab eis diligant,vt* Philoſop.dicit in 8. Ethic. ergo magis debemus diligere filios,quàm parentes.

*Li. 8.ca. 12. parũ a princi. tom.5.

¶3 Præ.Per charitatẽ affect⁹ hõis Deo cõformaẽ: ſed De⁹ magis diligit filios,q̃ diligaẽ ab eis.ergo ẽt & nos magis debem⁹ diligere filios,quã parentes.

SED CONTRA eſt,ꝙ* Amb.dicit.Primò;Deus diligẽdus eſt:ſcd̃ò,parẽtes:inde,filij:poſt,domeſtici: G

*Refertẽ 3 ſen.d.29. in litera

RESPON. Dicendum,ꝙ ſicut ſ.*dictũ eſt, gradus dilectionis ex duob.pẽſari põt.Vno mõ, ex parte obiecti.Et ẽm hoc id,quod hẽt maiorem rõnẽ boni,eſt magis diligẽdũ,& quod eſt Deo ſimilius. Et ſic pr̃ eſt magis diligẽdus,q̃ fili⁹,q.a.ſ.patrẽ diligimus ſub rõne principij,quod hẽt rõnẽ eminentioris boni,& Deo ſimilioris. Alio mõ cõputaẽ grad⁹ dilectionis ex parte ipſi⁹ diligẽtis,& ſic magis diligiẽ quod eſt cõiunctius. Et ẽm hoc filius eſt magis diligẽd⁹,q̃ pr̃,ꝰ ut Philoſ.dicit in 8.*Eth.Primò qdẽ,quia parentes diligunt filios ut aliqd ſui exiſtentes,pr̃ aũt nõ eſt aliquid filij:& iõ dilectio,ẽm quã pr̃ diligit filiũ,ſimilior eſt dilectioni,qua qs diligit ſeipſũ.Scd̃ò,qa parẽtes magis ſciunt aliquos eſſe ſuos filios,q̃ ecõuerſo.Tertio,quia filius ẽ magis propinqu⁹ parẽti,utpote pars exiſtẽs, q̃ pr̃ filio,ad quẽ hẽt habitudinẽ principij.Quartò,quia parentes diutius amauerũt.Nã ſtatim pr̃ incipit diligere filiũ:filius aũt tpe procedente incipit diligere patrem.Dilectio aũt quãtò eſt diuturnior, tãtò eſt fortior,ẽm illud Eccle.9.Non derelinquas amicum antiquum:nouus enim non erit ſimilis illi. H

*Ar.4.ad 1.& ar.7.

Conclu. m

Conclu. p

*Li. 8.ca. 12.10.2.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ,ꝙ principio debeẽ ſubiectio,reuerẽtia,& honor: effectui aũt pportionaliter cõpetit recipere influẽtiã principij,& puiſionẽ ipſius.Et pp hoc parẽtib.a filijs magis debetur honor:filijs aũt magis debeẽ cura puiſionis. I

AD SECVNDVM dicẽdum,ꝙ pater naturaliter plus diligit filium ſecundùm rationem coniunctionis ad ſeipſum:ſed ſecundùm rationem eminẽtioris boni filius naturaliter plus diligit patrem.

AD TERTIVM dicẽdũ,ꝙ ſicut Aug.*dicit in 1.de doct. Chriſt. Deus diligit nos ad utilitatẽ nr̃am,& ſuum honorem.Et iõ,quia pater cõparaẽ ad nos in habitudine principij ſicut & De⁹, ad patrẽ ppriẽ pertinet,ut ei à filijs honor impendatur: ad filium autem,ut eius utilitati a parentib.prouideaẽ,quãuis in articulo neceſſitatis filius obligatus ſit ex beneficiis ſuſceptis,ut parẽtib. maxime prouideat. K

*Li.1.ca. 31.in pri. tom.3.

ratã ĩalium. Fœmina in gñatione dat corpus: ſed homo non habet aĩam a patre,ſed per creationem a Deo,ut in 1.†dictũ eſt. ergo homo plus habet à matre,q̃ à patre.plus ergo debet diligere matrem, quam patrem.

*Li. 2.de generat. ani.c.4 & li.1.ca.19. tom.4.

¶2 Præt. Magis amatẽ dẽt magis diligere:ſed mater plus diligit filium,q̃ã pater.dicit.n. Philoſ.in 9.*Ethic.ꝙ matres magis ſunt amantes filiorum.Laborioſior.n.eſt generatio matrum,& magis ſciunt, q ipſarũ ſint filij, quam patres.ergo mater eſt magis diligenda,quàm pater.

*q.90 ar. 2.& q.116. art.1.

*Li.9.c.7. in fine & li. 8.c.12. tom.5.

¶3 Præ.Ei debetur maior dilectionis affectus, q p nobis plus laborauit,ẽm illud Rom.ult. Salutate Mariam, quæ multum in nobis laborauit: ſed mater plus laborat i gñatione,& educatione,quam pater.Vnde dr̃ Eccl.7. Gemitũ matris tuę ne obliuiſcaris.ergo plus debet homo diligere matrem,quam patrem.

eſt tráſitio ad tertiũ. p ut in pluribus illius tam impreſsis,q̃ ſcriptis codicibus inueni deficere, ſcito tñ dendũ eſſe, q maior excellẽtia principij in patre ppõderat maiori labori matris in gñatione [illegible] magis attendit in obiecto p ſe dilectionis, q [illegible] laborioſi. Et præcipue hoc inuenit in ppoſito qm maternus labor [illegible] latitudinẽ paſſiui, materialiſq. principij concludit. Totam nãq; latitudinem paſſiui,materialiſq; principij excedi ab actiuo pficere pro conſtat.Et ideo vnde que argumentum deficit, quis directe ex pprijs patris & matris,ut principia gñationis, procedat.

SED CONTRA eſt,quod*dicit Hiero.ſuper Ezec. quòd poſt Deum omnium patrem, diligendus eſt pater.& poſtea addidit de matre.

*Cap.44. ſuper illud ſabbatha mea ſanctificabunt, to. 5.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ in iſtis cõparationibus id, quod dr̃,eſt intelligẽdũ per ſe, vt uidelicet intelligaẽ eſſe q̃ſitũ de patre,inq̃tũ eſt pr̃, an ſit plus diligẽd⁹ matre,inq̃tũ eſt mater.Põt.n.in oib.hmõi tãta eſſe diſtãtia uirtutis,& malitiæ,ut amicitia ſoluaẽ,uel minuaẽ,ut Philoſ.dicit * in 8.Ethi.Et iõ,ut Ambr.†dicit. Boni domeſtici ſunt malis filijs pponẽdi:ſed p ſe loquẽdo, pr̃ magis eſt amandus,q̃ mater. Amanẽ.n.pr̃ & mater,ut principia quędã naturalis originis. Pr̃ aũt hẽt excellẽtiorẽ rõnem principij,q̃ mater,quia pr̃ eſt principiũ p modum agẽtis,mater aũt magis p modũ patiẽtis, & materiæ.Et iõ p ſe loquendo, pr̃ magis eſt diligendus.

Concl. m

*Lib.8.Ethi. c.7.a medio,tomo 5.

†Ex lib.1. de Officijs, ca.7. vt haberi poſſe, to. 1.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ in gñatione hominis mater miniſtrat materiã corporis informẽ: formaẽ aũt per uirtutẽ formatiua, q̃ eſt in ſemine patris. Et quãmuis hmõi uirtus non poſſit creare animam rõnalem, diſponit tamen materiam corporalem ad huiuſmodi formæ ſuſceptionem.

AD SECVNDVM dicẽdũ,ꝙ hoc ptinet ad aliã rõnẽ dilectionis.Alia.n.eſt ſpẽs amicitię, qua diligimus amãtẽ,& qua diligim⁹ gñantem:nunc aũt loquimur de amicitia quæ debeẽ patri,& matri ſecũdùm generationis rationem.Ad tertium patet.

SVPER Q. XXVI. ART. X.

Porrecta per totum.

157

3.d.10.2. 7.ad 4.& 5. Et Ephe.9.lec. 7.fin.

Bannes eodem art.

IN articu. 10. ſolicite [illegible] forma-lis eſt ſermo, & cæteris paribus. Ex hoc .n.ſoluunẽ q̃ſtiones. Et ſi in tuo codice de

ARTICVLVS X.

Vtrum homo magis debeat diligere matrem,quàm patrem.

AD DECIMVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ hõ magis debeat diligere matrem,quàm patrem. Vt enim Philoſ.dicit in 1.*de Gene

ARTICVLVS XI.

Vtrum homo plus debeat diligere uxorem,quàm patrem, & matrem.

AD VNDECIMVM ſic procedit.Vr̃ ꝙ hõ plus dẽat diligere uxorẽ, q̃ patrẽ, & matrẽ. Nullus n.dimittit rẽ aliquã, niſi pro re magis dilecta:ſed Ge.2.

SVPER Q.V. XXVI. ART. XI.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum

158

3.d.29.a. 7.ad 3.Et viii.q. 2. art. 9.ad 18.

IN ar. 11.cum dr̃ in calce, ꝙ nõ diligit uxorem principaliter rõne carnalis cõiũctionis, non deno tat [illegible] amorẽ, ſed ſpeciem unionis cauſantis amorẽ. Nõ.n. principale

principale bonum, quod hô uult vxori, eſt cõiũctio carnalis cum hoc ſi bonũ [illegible] ad giãdum, & delectab. [illegible] bonũ honeſtũ, quod eſt maius: ſed principalis ratio amoris ad vxorẽ, vt unio eſt ratio amoris, eſt coniunctio carnalis: qa hanc ſequitur quæcumque a[illegible] eſt inter eos vnio ſiue ho. uniãtiũ, ſiue rerum.

dr̃.ꝙ ꝑp uxorẽ relinquet hõ patrẽ & matrẽ. ergo magis dẽt diligere uxorẽ, q̃ patrẽ & matrẽ.

¶2 Præt. Apo. dicit ad Eph. 5. ꝙ viri dñt diligere uxores, [h] ſicut ſeipſos: ſed hõ dẽt magis diligere ſeipsũ, q̃ parẽtes. ergo ẽt magis dẽt diliger vxorẽ, q̃ parẽtes.

¶3 Prę. Vbi ſunt plures rõnes dilectionis, ibi dẽt eſſe[h] maior dilectio, ſed in amicitia, q̃ eſt ad uxorem, ſunt plures rõnes dilectionis. Dicit.n. Phil.* in 8. Ethi. ꝙ in hac amicitia uĩ eſſe utile, & delectabile, & ꝓpter uirtutem, ſi uirtuoſi ſi. t coniuges. ergo maior dẽt eſſe dilectio ad uxorem, quam ad parẽtes.

* Lib. 8. Ethi. 12. nõ pcul à fine, tom. 5

Sed contra eſt, ꝙ uir debet diligere uxorem ſuã, [h] ſicut carnẽ ſuã, ut dr̃ ad Eph. 5. ſed corp⁹ ſuũ min⁹ hõ dẽt diligere, q̃ ꝓximũ, ut ſ.* dictũ eſt: iter proximos aũt magis debemus parentes diligere. ergo magis debemus diligere parentes, q̃ uxorẽ.

*Ar. 5. huius quæſt.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut* dictũ eſt, gradus dilectionis attẽdi põt & ſm rõnẽ boni, & ſm cõiũctionem ad diligentẽ.[m] Secũdũ ergo rõnẽ boni, quod eſt obiectũ dilectionis, magis ſunt diligẽdi parentes, q̃ uxores:[n] quia diligunt ſub rone principij, & eminẽtioris cuiuſdã boni.[p] Scd̃m aũt rõnẽ coniũctionis magis diligẽda eſt uxor,[q] qa uxor cõiũgiẽ viro, vt vna caro exiſtens, ſm illud Matt. 19. Itaq; iã nõ ſunt duo, ſed una caro. Et iõ intenſius diligiẽ uxor, ſed maior reuerẽtia eſt parẽtibus exhibẽda.

*Ar. 9. huius quæſt.

Concl. m

Conclu. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ nõ q̃tũ ad oia deſerit pater, & mater ꝑp uxorẽ. In quibuſdã.n. magis dẽt hõ aſſiſtere parentibus, quàm uxori: ſed quantũ ad unionẽ carnalis copulæ, & cohabitationis, relictis omnibus parentibus homo adhæret uxori.

Ad secvndvm dicẽdũ, ꝙ in uerbis Apli non eſt intelligendum, ꝙ homo debeat diligere uxorem ſuam æqualiter ſibiipſi: ſed quia dilectio, quam aliquis habet ad ſeipſum, eſt ratio dilectionis, quam quis habet ad vxorem ſibi coniunctam.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ ẽt in amicitia paterna inueniunt multæ rõnes dilectionis, & quantũ ad aliquid præponderant rõni dilectionis, & quæ habet ad uxorem, ſm. ſ. rationem boni, quamuis illæ præponderent ſecundùm coniunctionis rõnem.

Ad qvartvm dicẽdũ, q̃ illud ẽt non eſt ſic itelligendũ, ꝙ ly ſicut, importat æqualitatem, ſed rõnem dilectionis. Diligit enim homo uxorem ſuam principaliter ratione carnalis coniunctionis.

SVPER Q. XXVI. ART. XII.

Porrecta per totum.

Bannez eodem art.

159

IN eodẽ & ſequenti, hoc eſt, duodecimo articulo dubium relinquitur, An magis diligendus ſit filius, quam vxor. Ad quod dr̃. ꝙ quãtum ad rõnem boni, uxor magis diligitur quia diligitur ut eõ- principium ad filiorum procreat[illegible] [illegible] Conſtat.n. excellentiores boni rõnẽ hẽre [illegible] principium, q̃ eſſe [illegible] Sed q̃ an- tum ad coniunctionẽ filius magis amat, q̃ uxor: quia filius eſt aliquid ſubſtantię parẽtis, & pars eius: con [illegible] nõẽ pars eius [illegible] ut patet. Et deo coniuge. [illegible] honorãt, intẽ ſius aũt amant filios. Cuius ſignum eſt maior triſtitia de morte filij, q̃ coniugis ut ſic cæteris paribus.

1. d. 25. a. 7. ad 1. Et 9. Ethi. lec. 7.

*Ca. 4. in prin. to. 4

Articvlvs XII.

Vtrum homo magis debeat diligere benefactorem, quam beneficiatum.

Ad dvodecimvm ſic ꝓcedit. Vĩ ꝙ hõ magis debeat diligere benefactorẽ, q̃ beneficiatum. Dicit.n. Aug. * in lib. de Cathechizandis rudibus: Nulla maior eſt[k] prouocatio ad amandũ, q̃ præuenire amãdo. Nimis .n. dur⁹ eſt aĩus, q dilectionẽ etſi nõ vult impẽdere, nolit rependere: ſed bñfactores ꝑuenĩũt nos ĩ bñficio charitatis ergo bñfactores maxime debemus diligere.

¶2 Præ. Tãto aliqs eſt magis[h] diligendus, quãto grauius homo peccat, ſi ab eius dilectione deſiſtat, uel contra, cũ agat: ſed grauius peccat q benefactorẽ non diligit, vel cõtra eũ agit, q̃ ſi diligere deſinat eũ, cui hactenus bñfacit. ergo magis ſunt amãdi bñfactores, q̃ hi, q b⁹ bñfacim⁹.

¶3 Præt. Inter oia diligenda maxime diligẽdus eſt Deus, & poſt eũ pater, vt* Hiero. dicit ſed iſti ſunt maxime[h] benefactores. ergo benefactor eſt [h] maximè diligendus.

* Ezech. 44. ſup illud Sabbatha mea ſanctificabũt. to. 5.

Sed contra eſt, ꝙ Phil. dicit in 9.* Ethi. ꝙ bñfactores magis vĩr amare bñficiatos, q̃ ecõuerſo.

*Li. 9. ca. 7. tom. 5.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſ.* dictũ eſt, aliqd diligiẽ magis dupliciter. Vno mõ, qa hẽt rõnẽ excellẽtioris boni: alio mõ rõne maioris cõiũctionis.[m] Primò qdẽ mõ bñfactor eſt magis diligẽdus,[n] qa cũ ſit principiũ boni in bñficiato, hẽt excellẽtioris boni rõnẽ, ſicut & de patre dictũ * eſt.[p] Scd̃o ãt mõ magis diligim⁹ bñficiatos,[q] ut Phil. probat † in 9. Eth. per quatuor rõnes. Primò qdẽ, qa bñficiat⁹ eſt quaſi quoddã op⁹ bñfactoris. Vñ cõſueuit dici de aliquo, Iſte eſt factura illius. Naturale eſt autẽ cuilibet, ut diligat op⁹ ſuũ: ſicut videm⁹, ꝙ Poetæ diligũt poemata ſua. Et hoc iõ, qa unũquodq; diligit ſuũ eſſe, & ſuũ uiuere, ꝙ maxime manifeſtaẽ in ſuo agere. Scd̃ò, ꝙ unuſqſq; naturaliter diligit illud, in quo inſpicit ſuũ bonũ. Hẽt qdẽ ergo & bñfactor in bñficiato aliqd̃ bonũ, & econuerſo: ſed bñfactor inſpicit in bñficiato ſuũ bonũ honeſtũ, & bñficiat⁹ in bñfactore ſuũ bonũ utile. Bonũ aũt honeſtũ delectabili⁹ cõſideraẽ, q̃ bonũ utile, tum qa eſt diuturni⁹, utilitas.n. citò trãſit, & delectatio memorię nõ eſt ſicut delectatio rei pñtis: tũ ẽt, qa bona honeſta magis cũ delectatione recolimus, q̃ utilitates, q̃ nobis ab alijs euenerũt. Tertiò, qa ad amãtẽ pertinet agere: uult.n. & operatur bonũ amato. Ad amatũ aũt pertinet bonũ pati: & iõ excellentius eſt amare, & ꝑp hoc ad benefactorẽ ꝑtinet, ut plus amet. Quartò, quia difficilius eſt beneficia impendere, quam recipere. Ea uerò, in quibus laboramus, plus diligimus: quæ uero nobis de facili proueniunt, quodammodo contemnimus.

*Art. 9 & 11. huius quæſt.

Conclu. m

*Ar. 9 huius quæſt.

† Lib. 9. Ethi. c. 7. t. 5.

Concl. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ in bñfactore ẽ, vt bñficiat⁹ ꝓuocẽ ad ipſum amãdũ. Bñfactor ãt diligit bñficiatũ nõ quaſi ꝓuocat⁹ ab illo, ſed ex ſeipſo mot⁹. Qd̃ ãt ex ſe eſt, poti⁹ ẽ eo, ꝙ eſt ꝑ aliud.

Ad secvndvm Dicendũ, quod amor beneficiati ad benefactorem eſt magis debitus, & ideò contrarium habet rõnẽ maioris peccati: ſed amor benefactoris ad beneficiatum eſt magis ſpõtaneus, & ideò habet maiorem promptitudinem.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ Deus ẽt plus nos dili-

git,

git, quàm nos eum diligamus: & parentes plus diligunt filios, q̃ ab eis diligantur. Nec tñ oportet, ꝙ quoſlibet beneficiatos plus diligamus quibuslibet benefactoribus. Benefactores.n. à quibus maxima beneficia recepimus, ſ. Deum, & parentes, præferimꝰ his, q̃b. aliqua minora beneficia impendimus.

SVPER Q. XXVI. ART. XIII.

Porrecta per totum. 160

Bon. 3. ſ. diſ. 31. q. 3. art. 3.

Bannes eodem art.

3. d. 31. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et vir. q. 2. a. 9. ad 12. *Cap. 48. procul a princ. to. 1.

IN art. 13. eiuſdem quæſt. aduerte, ꝙ author probat beatú in patria plus intenſiue diligere ſeipſum, q̃ beatiorem hoſem uel angelum non ſolum ex parte ſubiecti (quia.ſ. intẽtio actus ſe tenet ex parte coniunctionis ad ſubiectum: nullus ãt eſt ſibi coniunctior q̃ ipſemet) ſed ẽt ipſius charitatis ordinem ſuis actibus p hoc, ꝙ charitas vnicuiq; datur a Deo principaliter ad actum quo ipſe recipiẽs bñ ſe hẽat. Dat .n. Deus charitatem hoi, vt amico, pp bonũ ſ. ipſius hoïs, cui datur: & datur charitas ſcdario ad actum erga ꝓximos. Ex hoc .n. manifeſto ordine cõſequens eſt, vt magis intendat hſic perfectã charitatẽ principali actui, q̃ ſcdario: & per hoc intenſius ſe diligat in Deo q̃ beatiorem. Nec obſtat. ut in rñſione ad vltimum dr, ꝙ Deus eſt in patria tota diligendi rõ, q. vnicuiq; beato Deus eſt tota diligendi ratio, ut eſt illius beati bonũ proprium. Diligere ergo Deum ut tota rõne diligendi, claudit in ſe prius diligere ſeipſum, q̃ proximus q. claudit in ſe Deũ eſſe & conſequenter diligi, ut propriũ bonũ diligentis. & claudit in ſe Deum diligi, vt bonum alterius: ſed illud infert, ſi Deus eſt alterius bonum.

*Art. 4. & 5. huius quæſt.

Concl. m D. 317.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum ordo charitatis remaneat in patria.

AD TERTIVMDECIMVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ ordo charitatis non remaneat in patria. G Dicit.n. Aug. in li.ª de uera religione. Perfecta charitas eſt, ut plꝰ potiora ᵇ bona, & minꝰ minora diligamꝰ: ſed in patria erit perfecta charitas. ergo plus diliget aliquis meliorem, quàm vel ſeipſum, uel ſibi coniunctum.

¶2 Præt. Ille magis ʰ amat, cui maiꝰ bonũ uolumus: ſed q̃libet in patria exiſtẽs, uult maiꝰ bonũ ei, q̃ plus bonũ hẽt, alioquin voluntas eius non ꝑ oïa diuinæ H voluntati conformaret: ibi autẽ plus bonum habet, qui melior eſt. ergo in patria quilibet magis diliget meliorem: & ita magis alium, q̃ ſeipſum, & extraneum, quam propinquum.

¶3 Præt. Tota rõ dilectionis in patria, ʰ Deus erit: tũc.n. implebit, quod dr̃ 1. ad Cor. 15. Vt ſit Deus oïa in oïbus. ergo magis diligitur, qui eſt Deo propinquior: & ita aliqs magis diliget I meliorem, q̃ ſeipſum, & extraneum, quàm coniunctum.

SED CONTRA eſt, ꝙ natura non tollit per gloriã, ſed perficitur. Ordo aũt charitatis ſupra * poſitus, ex ipſa natura procedit: oïa aũt naturaliter plus ſe, quã alia amant. ergo iſte ordo charitatis remanebit in patria.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ᵐ neceſſe ᵈ eſt ordinẽ charitatis remanere ĩ patria quãtũ ad hoc, ꝙ Deꝰ K eſt ſup oïa diligendus. ⁿ Hoc.n. ſimpliciter erit tũc, qñ hõ perfectẽ eo fruet. Sed de ordine ſuiipſius ad alios, diſtinguendũ vr̃: q̃a ſicut ſ.* dictũ eſt, dilectionis gradus diſtingui pt̃, uel ẽm dr̃iam boni, quod q̃s alij exoptat, uel ẽm intẽtionẽ dilectionis. ᵖ Primo q̃dẽ modo, plꝰ diliget meliores, q̃ ſeipſũ, minus uero minus bonos q. Volet.n. q̃libet beatus unũquemq; habere, quod ſibi debetur ẽm diuinam iuſtitiam, propter perfectam cõformitatem uoluntatis humanæ ad diuinam. Nec tunc erit tp̃s proficiendi per meritũ ad maius p̃miũ, ſicut nunc accidit, qñ põt hõ meliorem, & uirtutẽ, & p̃miũ deſiderare: ſed tunc uoluntas uniuſcuiuſque infra hoc ſiſtet, quod eſt determinatũ diuinitᵉ. ʳ Sc̃do vero mõ aliquis plus ſeipſum diliget, q̃ ꝓximũ ẽt meliorẽ ᶜ q̃a intẽtio actus dilectionis ꝓuenit ex parte ſubiecti diligẽtis, ut ſ.* dictũ eſt. Et ad hoc ẽt donum charitatis vnicuiq; cõfert à Deo, ut primo q̃dẽ mẽtẽ ſuã in Deũ ordinet, quod ptinet ad dilectionẽ ſuiipſius: ſcdario vero ordinẽ aliorum in Deũ velit, uel ẽt operet ẽm ſuũ modũ: ſedˢ quantũ ad ordinẽ ꝓximorum adinuicẽ, ſimplr̃ quis magis diliget meliorem ẽm charitatis amorẽ. ᵗ Tota .n. vita beata cõſiſtit in ordinatione mẽtis ad Deũ. Vñ totus ordo dilectionis ᵈ beatorũ obſeruabit ꝑ cõparationẽ ad Deũ, vt. ſ. ille magis diligat̃, & propinquior ſibi hẽat ab vnoquoq;, q̃ eſt Deo ꝓpinquior. Ceſſabit.n. tunc ꝓuiſio, q̃ eſt in p̃ſenti vita neceſſaria, qua neceſſe eſt, vt vnuſq̃ſq; magis ſibi cõiuncto, ẽm quãcũq; neceſſitudinẽ ꝓuideat magis, q̃ alieno. rõne cuiꝰ ĩ hac uita ex ipſa inclinatione charitatis hõ plus magis ſibi cõiunctũ, cui magis dẽt impẽdere charitatis effectũ. ᵠ Cõtinget tñ in patria, ꝙ aliqs ſibi cõiunctũ pluribus modis diliget. ʳ Nõ.n. ceſſabũt ab aïo beati honeſtæ dilectiõis cãꝰ: tñ ᵉ oïbus iſtis rõnibꝰ p̃fert icõparabilr̃ rõ dilectionis, q̃ ſumit ex ꝓpinquitate ad Deum. ᵇ

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quantum ᵈ ad cõiunctos ſibi, rõ illa excedenda eſt: ſed quantũ ad ſeipſum, oportet ꝙ aliquis plus ſe, q̃ alios diligat, tãto magis, quãto ꝑfectior eſt charitas: quia ꝑfectio charitatis ordinat hoïem ꝑfecte in Deũ, quod pertinet ad dilectionẽ ſuiipſius vt* dictũ eſt.

AD II. dicendũ, ꝙ rõ illa procedit de ordine dilectionis ẽm gradũ boni quod aliquis vult amato.

AD III. dicẽdũ, ꝙ vnicuiq; erit Deus tota rõ diligendi, eo ꝙ Deus eſt totũ hoïs bonum. Dato.n. per impoſſibile, ꝙ Deus nõ eſſet hoïs bonum, non eſſet ei rõ diligẽdi: etiõ in ordine dilectionis oportet, ꝙ poſt Deum homo maxime diligat ſeipſum.

*Art. 7. & 9. huiꝰ q.

Concl. p

Concl. r

Concl. s

D. 100.

Concl. q

Concl. t

D. 101.

*In corp. art.

QVAESTIO XXVII.

De principali actu charitatis, qui eſt dilectio, in ſeptem articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de actu charitatis ¶Et primò, de principali actu charitatis, qui eſt dilectio.

¶Secundò, de alijs actibus, vel effectibus.

CIRCA primũ quærunt̃ octo.

¶Primò, Quid ſit magis ꝓpriũ charitatis vtrum amare, uel amari.

¶Secundo, Vtrum amare, prout actus charitatis, ſit idem quod beneuolentia.

¶Tertiò, Vtrum Deus ſit propter ſeipſum amandus.

¶Quarto, Vtrum poſſit in hac vita immediate amari.

¶Quintò, Vtrum poſſit amari totaliter.

SVPER Q. XXVII. ART. I.

Bannes eodem art.

IN art. 1. q. 27. in rñſione ad primũ ꝓſpice ptm. a authorẽ vti diſtinctione facta in corpore articuli: & ꝓpea diſtinguere hñtes maiorem charitatem in ſeipſos ut meliores, & ut perfectioris ſũt charitatis. Hoc .n. eſt diſtinguere hñtes charitatem ſcdm cõem rõnẽ boni. Nã ſic maior charitas cõſtituit hoïem meliorem, & cõſequenter magis amabilẽ, & ſcdm propriã rõnem charitatis: nã ſic eſt uirtus inclinãs ad actum amandi, & maior conſtituit hominẽ magis amãtem

¶Perſpice

¶Sextò, Verū eius dilectio habeat modum.

¶Septimo, Quid ſit melius, vtrum diligere amicum, vel diligere inimicum.

¶Octauo, Quid ſit meli⁹, vtrū diligere Deū, vel proximū.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitatis ſit magis proprium amari, quàm amare.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̄, φ charitati ſit magis ꝓpriū amari, q̄ amare. Charitas.n. in meliorib. melior iuenit: ſed[h] meliores debēt magis amari. ergo charitatis magis ē ꝓpriū amari.

¶2 Præt. Illud, qđ in pluriḃ. īuenit, vr̄ eſſe magis[h] cōueniēs naturæ, & per conſequēs melius: ſed ſicut dicit Philo. in * 8. Ethi. Multi magis uolūt amari, q̄ amare, ſemperq; amatores adulationis ſūt multi. ergo meli⁹ ē amari, q̄ amare, & ꝑ cōſequens magis conueniens charitati.

¶3 Præt.[h] Propter qđ unūquodque, & illud magis: ſed hoīes ꝓpter hoc, φ amant, amat. Dicit n. Aug. in lib.* de Catechizādis rudib⁹, φ nulla ē maior ꝓuocatio ad amandum, q̄ præuenire amādo. ergo charitas magis cōſiſtit in amari, quàm in amare.

SED CONTRA eſt, quod Philo. dicit * in 8. Ethi. φ magis exiſtit amicitia in amare', q̄ in amari: ſed charitas eſt amicitia quædā. ergo charitas magis conſiſtit in amare, quàm in amari.

RESPON. Dicēdum, φ amare cōuenit charitati, īquātū ē charitas. Charitas.n. cū ſit uirt⁹ q̄dā, ſm̄ ſuā eſſentiā hēt inclinationē ad ꝓpriū actū. Amari aūt nō eſt act⁹ charitatis ipſius qui amat, ſed act⁹ charitatis eius eſt amare. Amari aūt cōpetit ei ſecundū cōem rōnē boni, ꝑut.ſ. ad eius bonū alius ađ actū charitatis mouet. Vñ manifeſtū ē, φ[m] charitati magis cōuenit amare, q̄ amari.[n] Magis.n. cōuenit unicuiq;, qđ cōuenit ei per ſe, & ſubſtātial'r, q̄ qđ cōuenit ei ꝑ aliud. Et hui⁹ duplex eſt ſignū. Primū qdē, φ amici magis laudant ex hoc, φ amant, q̄ ex hoc, φ amant: q̄nimmo ſi non amāt, & ament, uituperant. Secūdo, q̄a mr̄es, q̄ maximè amāt, plus quærunt amare, q̄ amari. Quædam.n. ut Philoſ. * dicit in eodē libro, filios ſuos dāt nutrici, & amāt quidē. Reamari autē non quęrunt, ſi non contingat.

AD PRIMVM ergo dicēdū, φ meliores, ex eo φ meliores ſūt, ſunt magis amabiles: ſed ex eo, φ in eis eſt ꝑfectior charitas, ſunt magis amantes, ſm̄ tamen proportionem amati. Nō.n. melior minus amat id, quod infra ipſum eſt, q̄ amabile ſit: ſicut ſi ille, qui eſt minus bonus, non attingit ad amandum meliorē quantum amabilis eſt.

AD II dicēdū, φ ſicut Philoſo. * dicit ibidē, homines uolūt amari, inquantū uolūt honorari. Sicut.n. honor exhibet alicui ut quoddā teſtimoniū boni in ipſo qui honorat, ita ꝑ hoc, φ aliqs amatur, oſtēditur in ipſo eſſe aliqđ bonū, quia ſolum bonū amabile eſt. Sic ergo amari, & honorari quærunt hoīes ꝑꝑ aliud, ſ. ad manifeſtationem boni in amato exiſtentis. Amare aūt q̄rūt charitatē habentes ſecūdū ſe, quaſi ipſum ſit bonum charitatis: ſicut & qlibet actus uirtutis, eſt bonū uirtutis illius. Vñ magis pertinet ad charitatē, velle amare, q̄ uelle amari.

AD III dicēdū, φ ꝑꝑ amari aliq amant, non ita φ amari ſit finis eius, qđ eſt amare: ſed eo, φ eſt uia quædam ad hoc inducens, quòd homo amet.

ARTICVLVS II.

Vtrū amare, ſecundum quod eſt actus charitatis, ſit idē quod beneuolētia.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̄ φ amare ſm̄ qđ eſt act⁹ charitatis nihil ſit aliud, q̄ beneuolentia. Dicit.n. Philoſ. * in 2. Rhetoricæ, φ ſi amare eſt velle alicui bonū: ſed hoc eſt beneuolentia. ergo nihil aliud eſt actus charitati, quàm beneuolentia.

¶2 Præt. Cuius eſt habitus, ei⁹ ē actus: ſed habit⁹ charitatis eſt ī potētia uolūtatis, ut ſup.* dictū eſt. ergo ēt actus charitatis eſt actus uolūtatis: ſed nō eſt niſi ī[h] bonū tendēs, qđ eſt bñuolētia. ergo actus charitatis nihil aliud eſt, quàm beneuolētia.

¶3 Præt. Philoſ. in * 9. Ethi. ponit quinq; ad amiciciam[B] pertinentia, quorum primum eſt, quòd homo uelit amico bonū: ſecundū eſt, φ uelit ei eſſe, & uiuere: tertium eſt, φ ei delectabiliter cōuiuat: quartum eſt, φ eadem eligat: quintum eſt, φ ei cōdoleat, & congaudeat: ſed prima duo ad bene-

* Lib. 8. Ethic. c. 8. in prin. to. 5. — * Ca. 4. in prin. to. 4. — * Li. 8. c. 8. parum a prin. to. 5. — * Li. 8. c. 8. aliquātulū a princip. to. 5. — * Li. 8. c. 8. tom. 5. — * Li. 2. c. 4. in princi. tom. 6. — * q. 24. artic. 1. — * Li. 9. c. 4. tom. 5.

¶Perſpice ſecūdo, φ quū in hac q̄ſtione nō ſolū charitati tribuit magis amare, q̄ amari, ut ſolo doctrina exprimeretur: ſed talis fit cōparatio ſ. mo oris ad minorē charitatē ſecundū magis, & min⁹ amare, dicēdo, φ maior charitas facit magis amātes. Et merito adiunctū eſt hoc: qa ſi proprium eſt charitati amare, cōſequens eſt, ut maior charitas faciat magis amare, & maxima maximè amare faciat, iuxta regulā, Sicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, &c. Et hoc qdē ab ſolute uerū eſt reſpectu formalis obiecti charitatis, qđ eſt Deus, ut patet: ſed reſpectū ſecūdarij obiecti, hoc eſt, proximi limitatur in lr̄a hac adiectione, ſ. ſecūdū proportionē amati: & intēdit, φ pfectior charitas magis diligat proximū ſecūdū ꝓportionē, qua proximus ille eſt diligibilis, q̄ pfectior charitas diligat ꝓximum ſecundū ipſi⁹ ꝓximi ꝓportionē: & hoc eſt dicere, φ perfectior magis, q̄ impfectior diligit proximū attenta amabilitate proximi, qđ declarat in litera ponēs duob. altero pfectioris, altero impfectioris charitatis. Cōſtat.n. φ perfectior eſt melior, & magis amabilis: & īperfectior minus bonus, ac minus amabilis. In amore aūt mutuo iſtorū hæc eſt differētia, φ minus bonus amatur a perfectiori, quantū amabilis eſt, quia charitas perfectior nō ſolum adæquat, ſed excedit bonitatē min⁹ boni. Melior aūt non amatur ab imperfectiore, quātū amabilis eſt, q̄a charitas imperfectior non adæquat bonitatē melioris. Ex hoc ergo, φ perfectior amat minus bonū, quantū amabile eſt, & impfectior n̄ redamat meliorem, quantū amabilis eſt, manifeſtū eſt, φ pfectior magis amat, ſecundū proportionem amati, hoc eſt, magis q̄ impfectior, attenta amabilitate obiecti.

¶In eodē art. 1. in reſponſione ad primū aduerte, φ cum in litera dr̄, φ amari quæritur eadē rōne, qua quęritur honorari, ſ. ut manifeſtatiuū boni proprij, nō eſt intelligendum, φ hæc ſit per ſe rō appetitus eius, quod eſt amari: quia hoc falſum eſt. Amari.n. per ſe ordinat̄ ad habendū id, quod bono proprio intus debetur ab alio amāti.n. ad intima penetratur: ſed intelligendum eſt, φ hęc eſt rō quare cōiter ab hominib. homines appetunt amari. Sic.n. directe ſidet argumento de accidente ut in pluribus.

SVPER Q. XXVII. ARTIC. II.

Ba ... mart.

IN art. duo notāda occurrunt. Primo, diuerſa dicta beneuolētiæ ab amore actuali in parte ſenſitiua, & in parte intellectiua. Nā ab illo ex cōibus omni paſſioni actuali. ſ. eſſe cū impetu, & ex proprijs paſſionis amoris actualis. ſ. nō ſubito ex ortu, totaliter diſtinguitur. Ab iſto aūtē ex una tm̄ conditione ſecernitur, ſcilicet ex hoc, φ amor exigit unionē, quā non exigit beneuolentia: ſed includit illam. Et iō actus dilectionis charitatis claudit in ſe beneuolētiā. Eſt.n. amor amicitiæ: & addit, ut in litera dr̄. Ex his aūt non accipias, φ beneuolētia eſt ꝓpria uolūtati: ſed φ ſicut in parte ſenſitiua inuenit participatio amoris amicitiæ, a fortiori inueniri pōt beneuolētia q̄ minus importat, q̄ amor amicitiæ. Nec cōtra hoc militāt rōnes in lr̄a ex Ariſt. allatæ: qm̄ afferuntur ad cōcludendū ſeparationem beneuolētiæ.

Porrecta per totum. 161 — Porrecta per totum. 162 — 3 d. 27. q. 1. ar. 1. cor. & ad 2.

tiæ ab amore ſenſitiuo, & non ad inſequendã incõpoſſibilitatẽ coincidẽdiq́. Sat. n. eſt rõnib. & Ariſt & literæ, q̃ bñuolẽtia non exigit cõdĩtiões, quas exigit paſſiõis amor: ac p̃ hoc illa põt eẽ ſine iſto, cũ quo ſtat, q̃ põt coincidere. Cõpatiẽdo ẽt ſecũ cõditiones amoris, quas nõ exigit ſecundũ ſe bñuolẽtia, ſicut in litera dr̃, q̃ coincidit cũ dilectione charitatis, cõpatiẽdo ſecũ cõditionẽ amoris, ſ. unionem, quã ſecundum ſe non exigit.

¶Secũdo in rñſione ad primũ, q̃ illa diffinitio, Amare eſt velle bonum alicui nõ continet totum, ſed principale pertinens ad amorem.

*Lib. 9. Ethi. c. 5. t. 5

* q. 23. ar tic. 1.

uolentiã pertinẽt. ergo primus F actus charitatis eſt bñuolẽtia.

Sed contra eſt, q̃d Philoſo. dicit in* eodem libro, q̃ bñuolentia neq; eſt amicitia, neque eſt amatio, ſed ẽ amicitiæ principiũ: ſed charitas eſt amicitia, ut ſupra dictũ* eſt ergo beneuolentia non eſt idẽ quod dilectio, quæ eſt charitatis actus.

Respon. Dicẽdum, q̃ bñuolentia ꝓpriẽ dr̃ actus uolũtatis, quo alteri bonũ uolumus. Hic G aũt uoluntatis actus differt ab actuali amore tã ſm q̃ eſt in appetitu ſenſitiuo, q̃ ẽt ſm q̃ eſt in appetitu intellectiuo, qui eſt uolũtas. Amor. n. q̃ eſt in appetitu ſenſitiuo, quædã paſſio eſt. Oĩs aũt paſſio cũ quodã impetu inclinat in ſuũ obiectũ. Paſſio aũt amoris hoc hẽt, q̃ nõ ſubito exoritur, ſed p̃ aliquã aſſiduã inſpectionẽ rei amatæ. Et iõ Philoſ. in 9.* Eth. oſtendens differentiam inter bñuolentiã, & amorẽ, qui eſt paſſio, dicit q̃ bñuolẽtia H non hẽt diſtenſionẽ, & appetitum. i. aliquẽ impetũ inclinationis, ſed ex ſolo iudicio rõnis hõ vult bonum alicui. Sĩr ẽt talis amor eſt ex quadã conſuetudine. Bñuolentia aũt interdum orit̃ ex repẽtino, ſicut accidit nobis de pugilibus, qui pugnãt, quorũ alterum uellemus uincere: ſed amor, q̃ eſt in appetitu intellectiuo, ẽt differt à beneuolẽtia: importat. n. quandã unionẽ ſm affectũ amantis ad amatum, inquantũ ſ. amans æſtimat amatum quodammõ ut unũ ſibi, uel ad ſe pertinens, & ſic moueť in ipſum: ſed bñuolentia eſt ſimplex actus uoluntatis, quo uolumus alicui bonũ, ẽt nõ præſup- I poſita p̃dicta unione affectus ad ipſum. Sic m ergo in dilectione, ſm q̃ eſt actus charitatis, includitur quidem beneuolentia: ſed dilectio, ſiue amor addit unionẽ affectus. n Et propter hoc Philo. dicit* ibid. quòd beneuolentia eſt principium amicitiæ.

*Lib. 9. Ethi. c. 5. t. 5

Concl. m

*Lib. 9. Eth. c. 5. parum ante med. t. 5.

Ad primum ergo dicendũ, q̃ Philoſ. ibi diffinit amare, non ponens totam rationem ipſius, ſed aliquid ad rationem eius pertinens, in quo maximẽ manifeſtatur dilectionis actus.

Ad ii dicẽdũ, q̃ dilectio eſt actus uoluntatis in bonum tendens, ſed cum quadam unione ad amatum, quæ quidem in beneuolentia non importatr. K

Ad iii dicẽdũ, q̃ intantum illa, quæ Philoſophus ibi ponit, ad amicitiam pertinent, inquantũ proueniunt ex amore, quẽ quis habet ad ſeipſum, ut ibidem dicitur, ut ſcilicet hæc omnia aliquis erga amicum agat ſicut ad ſeipſum, quod pertinet ad prædictam unionem affectus.

Porrecta per totum.

163

4. di. 1. q. 2. ar 1 q. 1 ad 2. Et opuſc 61. c. 7. 8. 9. & 14.

*Hom. 11 in Euãg. 1 prin.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus ſit propter ſeipſum ex charitate diligendus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vĩ q̃ Deus nõ p̃p ſeipſum, ſed p̃p aliud diligatur ex charitate. Dicit. n.* Greg. in quadam homil. Exh his, quę nouit animus, diſcit incognita amare. Vocat autem F incognita, intelligibilia, & diuina: cognita autem ſenſibilia. ergo Deus eſt propter aliud diligẽdus.

¶2 Præt. Amor ſequiturh cognitionẽ: ſed Deus per aliud cognoſcitur, ſm illud Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, q̃ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. ergo etiam propter aliud amatur, & non propter ſe.

¶3 Spes h gñat charitatẽ, ut dr̃* in glo. Matth. 1. Timor ẽt charitatem h introducit, ut Aug.† dicit ſup primam Cano. Ioan. ſed ſpes expectat aliq̃d adipiſci à Deo, timor aũt refugit aliq̃d, quod à Deo infligi põt. ergo vr̃ q̃ Deus propter aliquod bonum ſperatum, uel propter aliquod malum timendum G ſit amandus. non ergo eſt amandus p̃p ſeipſum.

* Gl. interlinearis, ſup illud Abrahã genuit Iſaac.

† Tract. 9. ſter princip. & medium, t. 9

Sed contra eſt, q̃ ſicut Aug.* dicit in 1. de doctri. Chri. Frui eſt amore inhærere alicui p̃p ſeipſum: ſed Deo fruendum eſt, ut * in eodem libro dicitur. ergo Deus diligendus eſt propter ſeipſum.

*Li. 1. c. 4. in princi. tom. 3.

*L. 1. c. 4. & 5. to. 3.

Respon. Dicendum, q̃ ly p̃p, importat habitudinẽ alicuius cauſę. Eſt aũt quadruplex genus cauſæ, ſ. finalis, formalis, efficiens, d & materialis, ad quã reducitur ẽt materialis diſpoſitio, d quæ non eſt cã ſimpľr, ſed ſm quid. Et ſm hæc quatuor genera cauſarum dr̃ aliquid p̃p alterum diligendũ. Secundum quidem genus cauſæ finalis, ſicut diligimus medicinam p̃p ſanitatem. Secundũ aũt ge- H nus cauſæ formalis, ſicut diligimus hominem p̃p uirtutem, quia ſ. virtute formaliter eſt bonus, & per conſequens diligibilis. Secundum aũt cãm efficientem, ſicut diligimus aliquos, inquantũ ſunt filij talis patris. Secundum aũt d diſpoſitionẽ, quæ reducitur ad genus cauſæ materialis, dicimur aliquid diligere p̃p id, quod nos diſponit ad eius dilectionem, puta, p̃p aliqua beneficia ſuſcepta: q̃uis poſtq̃ iam amare incepimus, non propter illa beneficia amemus amicum, ſed p̃p eius uirtutẽ. m Primis ergò tribus modis Deum nõ diligimus p̃p I aliud, ſed p̃p ſeipſum. n Non. n. ordinatur ad aliud ſicut ad finem, ſed ipſe eſt finis ultimus omnium. Neq; ẽt informatur aliquo alio ad hoc, q̃ ſit bonus, ſed eius ſubſtantia eſt eius bonitas, ſecundùm quã d exemplariter oĩa bona ſunt. Neq; iterum ei ab altero bonitas ineſt, ſed ab ipſo omnib. alijs: p quarto mõ poteſt diligi p̃p aliud, q d quia ſ. ex aliquibus alijs diſponimur ad hoc, quòd in Dei dilectione proficiamus, puta, per beneficia ab eo ſuſcepta, uel per præmia ſperata, uel per pœnas, quas per ipſum uitare intendimus.

D. 312.

D. 314.

D. 237.

Conclu. m

D. 184.

Conclu. p

D. 98.

Ad primum ergo dicẽdũ, q̃ ex his, quæ animus K nouit, diſcit incognita amare: non q̃ cognita ſint ratio diligendi ipſa incognita per modum cauſæ formalis, uel finalis, uel efficientis, ſed quia p̃ hoc homo diſponitur ad amandum incognita.

Ad ii dicendum, q̃ cognitio Dei acquiritur q̃dem per alia: ſed poſtquàm iam cognoſcitur, non per alia cognoſcitur, ſed per ſeipſum, ſecundùm illud Ioan 4. Iam non propter tuam loquelã credimus. Ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt verẽ ſaluator mundi.

Ad iii dicendum, quòd ſpes, & timor ducunt ad charitatem per modum diſpoſitionis cuiuſdã, ut ex ſupra* dictis patet.

*q. 17. ar. tic. 8.

SVPER

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus in hac vita poſſit immediatè amari.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ Deus in hac vita nõ poſſit immediatè amari. Incognita ꝟ enim amari nõ poſſũt, vt Aug. dicit 10.ᵃ de Tri. ſed Deũ nõ cognoſcimꝰ immediatè in hac vita, quia videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, vt dicitur 1. ad Corinth. 13. ergo neque etiam eũ immediatè amamus. B ¶2 Præt. Qui nõ põtᵇ qđ minus eſt, nõ põt qđ maius eſt: ſed maius eſt amare Deũ, q̃ cognoſcere ipſum. Qui.n. adhæret Deo ꝑ amorem, vnus ſpiritus cum illo eſt, vt dicitur 1. ad Cor. 6. ſed homo non põt Deũ cognoſcere immediatè. ergo multò minꝰ amare. ¶3 Præt. Hõ à Deo diſiungitur ꝑ peccatum, ſm̃ illud Iſa. 59. Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deũ veſtrũ: ſed peccatũ magis eſt in voluntate, q̃ in intellectu. ergo minus põt homo Deũʰ diligere immediatè quàm Deum immediatèʰ cognoſcere. C

SED CONTRA eſt, ꝙ cognitio Dei, q̃a eſt mediata, dr̃ ænigmatica, & euacuat̃ in patria, vt patet 1. ad Cor. 13: ſed charitas viæ nõ euacuatur, vt ibidẽ dicit̃. ergo charitas viæ immediatè Deo adhæret.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupraᵃ dictũ eſt, actus cognitiuæᵈ virtutis ꝑficit̃ ꝑ hoc, ꝙ cognitũ eſt in cognoſcẽte: actus aũt appetitiuæ virtutis ꝑficit̃ per hoc, ꝙ appetitus inclinat̃ ad rẽ ipſam. Et iõ oportet, ꝙ motus appetitiuæ virtutis ſit in re ſm̃ cognitionẽ ipſarũ rerũ: actꝰ aũt cognitiuæ virtutis eſt ſm̃ modũ cognoſcẽtis. Eſt aũt ipſe ordo rerũ talis ſm̃ ſe, ꝙ Deus eſt ꝑ ſeipſum cognoſcibilis, & diligibilis, vtpote eſſentialiter exiſtens ipſa veritas, & bonitas, ꝑ quã alia & cognoſcunt̃, & amant̃. Sed quo ad nos, q̃a noſtra cognitio à ſenſu ortũ hẽt, prius ſunt cognoſcibilia, q̃ ſunt ſenſui ꝓpinquiora: & vlterius, terminus cognitionis eſt in eo, qđ eſt maxime à ſenſu remotũ. Secũdũ hoc ergo dicẽdũ eſt, ꝙᵐ dilectio, q̃ eſt appetitiuæ virtutis actus, ẽt in ſtatu viæ, tẽdit in Deũ primò, & ex ipſo deriuat̃ ad alia: & ſm̃ hoc charitas Deũ immediatè diligit, alia verò, Deo mediante. In cognitione vero eſt ecõuerſo, q̃a.ſ. per alia Deũ cognoſcimusⁿ, ſicut cauſam ꝑ effectus, vel ꝑ modũ eminentiæ, aut negationis, vt patet per Dion. in lib. deᵃ diuin. nom. E

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ quis incognita nõ poſſint amari, tñ nõ oportet, ꝙ ſit idẽ ordo cognitionis, & dilectionis: nã dilectio ẽ cognitionis terminus. Et iõ vbi deſinit cognitio, ſ. in ipſa re, q̃ per aliã cognoſcit̃, ibi ſtatim dilectio incipere poteſt.

AD II dicẽdũ, ꝙ q̃a dilectio Dei eſt maiꝰ aliqđ, q̃ eius cognitio, maximè ſm̃ ſtatũ viæ, iõ ꝑſupponit ipſam. Et q̃a cognitio nõ q̃eſcit ĩ rebꝰ creatis, ſed ꝑ eas in aliud tẽdit, in illo dilectio incipit, & ꝑ hoc ad alia deriuatur per modum cuiuſdam circulationis, dum cognitio à creaturis incipiens, tendit in Deum, & dilectio à Deo incipiens ſicut ab vltimo fine, ad creaturas deriuatur.

AD III dicendũ, ꝙ ꝑ charitatẽ tollit̃ auerſio à Deo, q̃ eſt ꝑ peccatum, non aũt per ſolã cognitionẽ: & iõ charitas eſt, q̃ diligendo animã immediatè Deo coniungit ſpiritualis vinculo vnionis.

SVP. QV. XXVII. ART. IIII.

Capr. 1. d. 2. q. 1. con. 7.
Ban. eadem art.

Porrecta per totum.
164
RESPON. Dicendū, quod correctio delinquētis eſt, quoddā remediū, qđ dēt adhiberi cōtra pctm̄ alicuiꝰ. Pctm̄ aūt alicuius dupl̄r cōſiderari pōt. Vno E qdē mō, inquātū eſt nociuū ei, q peccat. Alio mō, inq̄tū uergit in nocumētū aliorū, q ex eiꝰ pctō læduntur, uel ſcādalizant: & ēt inquātū eſt nocumentū boni cōis, cuiꝰ iuſtitia ꝑ pctm̄ hoīs ꝑturbatur. Duplex ergo eſt correctio delinquētis. Vna qdē, q̄ adhibet remediū pctō, inq̄tū eſt quoddā malū ipſius peccātis: & iſta eſt ꝓpriè fraterna correctio, q̄ ordinat ad emēdationē delinquētis. Remouere autē malū alicuiꝰ, eiuſdē rōnis eſt ſicut bonū eiꝰ ꝓcurare: ꝓcurare aūt fratris bonū pertinet ad charitatē, per q̄ uolumus, & operamur bonū amico. Vñ ēt correctio fraterna eſt actꝰ charitatis: qa ꝑ eā repellimꝰ malū fratris. ſ. pctm̄, cuiꝰ remotio magis ꝑtinet ad charitatē, q̄ ēt remotio exterioris dāni, uel ēt corporalis nocumēti, q̄tò cōtrariū bonū uirtutis magis eſt affine charitati, q̄ bonū corporis, uel exteriorū rerū. Vñ correctio fraterna eſt actꝰ charitatis potiꝰ, q̄ curatio infirmitatis corporalis, uel ſubuētio, qua excludit exterior egeſtas. *Concl.* Alia uerò correctio ē, q̄ adhibet remediū pcti delinquētis ſm qđ eſt i malū aliorū, & ꝓcipuè in nocumētum cōis boni. Et talis correctio eſt actꝰ iuſtitiæ, cuiꝰ eſt cōſeruare rectitudinē iuſtitiæ unius ad alterū. *Conclu.*

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod gloſſa illa loquit de B ſcđa correctiōe, q̄ eſt actꝰ iuſtitię. Vel ſi loquat ēt de prima, tūc iuſtitia ibi ſumit, ſm quod eſt uñis uirtꝰ, ut infra * dicet, ꝓut ēt oē pctm̄ eſt iniquitas, ut dr̄ 1. Ioan. 3. quaſi contra iuſtitiam exiſtens. *q. 58. artic. 5.

AD SECVNDVM dicendū, quod ſicut Philoſ. dicit i 6. Eth. Prudētia facit rectitudinē in his, q̄ ſunt ad finē, de quib. eſt cōſiliū, & electio. Tñ cū ꝑ prudentiā aliqd rectè agimꝰ ad finē alicuiꝰ uirtutis moralis, puta tēperātiæ, uel fortitudinis, actꝰ ille ē pricipaliter illiꝰ uirtutis, ad cuius finē ordinat. Quia ergo admonitio, q̄ fit in correctione fraterna, ordinat ad amouēdū fratris pctm̄, quod ꝑtinet ad cha C ritatē, manifeſtū ē, quod talis admonitio principaliter eſt actus charitatis, quaſi imperātis, prudentię uerò ſcđariò, quaſi exequētis, & dirigentis actū. Li. 6. ex c. 2. 7. & 11. tom. 5.

AD TERTIVM dicēdū, quod correctio fraterna nō opponit ſupportationi infirmorū, ſed magis ex ea conſequit. Intm̄. n. aliquis ſupportat peccātē, inq̄tū cōtra eū non turbat, ſed bñuolentiam ad eū ſeruat: & ex hoc contingit, quod eum ſatagit emendare.

ARTICVLVS II.

Vtrum correctio fraterna ſit in præcepto.

D AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr̄ quod correctio fraterna non ſit in ꝓcepto. Nihil. n. quod eſt impoſſe, cadit ſub ꝓcepto, ſm illud * Hier. Maledictus, qui dicit Deū aliqd impoſſe ꝓcepiſſe: ſed Eccl. 7. dr̄, Cōſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit. ergo correctio fraterna non eſt in præcepto.

*In expoſitio Symboli, ad Damaſiū, tom. 2.

¶2 Præt. Oia ꝓcepta legis diuinæ ad ꝓcepta decalogi reducūtur: ſed correctio fraterna nō ca E dit ſub aliquo ꝓceptorū decalogi. ergo nō cadit ſub prꝯcepto.

¶3 Prę. Omiſſio ꝓcepti diuini eſt pctm̄ mortale, quod in ſanctis uiris nō inuenit: ſed omiſſio fraternæ correctionis inuenit i ſanctis, & in ſpūalib. uiris. Dicit. n. * Aug. 1. de Ciu. Dei, quod nō ſolùm inferiores, uerùm ēt hi, qui ſuperiorē uitæ gradū tenēt, ab aliorum reprehenſione ſe abſtinent ꝑꝑ quandam cupiditatis maculā, nō propter officia cha-

*Li. 1. c. 9. parum a medio, tomo 1.

SVPER Q. XXXIII. ART. II.

Nic. de Nyſe Tra. 5. p. 3. po. 3. q. 12.
Bannes eodem art.

Porrecta per totum.

196

4. d. 19. q. 2. art. 2. q. 1. Et uirt. q. 3. art. 1. ad 16.

IN art. 2. in reſponſione ad tertiū nota ꝓ memoratis cōſcijs, quod q̃ſi correctio fraterna omittitur, uel ꝑꝑ defectū ſpei, quia ſ. non ſperat illum ſe emēdaturū, uel ꝑꝑ reſpectū humanū, qa timet ne illum offendat, uel quia timet ne reputetur præſumptuoſus, uel propter ignorantiam, quia non credit ſe in tali caſu obligari: & breuiter, ex quacunque cauſa omittatur, ſi hoc ſaluatur in præparatione animi, ſ. quod ſi crederet probabiliter, quod illum à mortali peccato retraheret, omnia poſtponeret charitati fraternę, nō eſt peccatum mortale. Et ratio eſt, quia in tali omiſſione non tollitur ratio finis. Saluatur enim intentio emendationis fratris quam intendit charitas.

ritatis. ergo correctio fraterna F eſt in præcepto.

¶4 Præt. Illud quod eſt i pcepto hēt rōnem debiti. Si ergo correctio fraterna caderet ſub pcepto, hoc fratribus deberemus, vt eos peccātes corrigemus ſed ille, q. dēt[h] alicui debitū corporale, pecuniā, nō dēt eſſe cōtentus, vt ei occurrat creditor, ſed dēt eū qrere, vt debitū reddat. Oportet ergo, ꝙ hō qreret correctione indigentes ad hoc, ꝙ G eos corrigeret: quod vr̄ incōueniens, tū ꝑ multitudinē peccantiū, ad quorū correctionē vnus hō nō poſſet ſufficere: tū ēt, qa oporteret, ꝙ religioſi de clauſtris ſuis exirent ad corrigēdos hoīes qđ eſt icōueniēs. nō ergo fraterna correctio eſt i pcepto.

Sed contra eſt, ꝙ* Au. dicit ī li. de verbis Dñi: Si neglexeris corrigere, peior eo factus es q. peccauit: ſed hoc non eſſet, niſi H per huiuſmodi negligentiā aliquis præceptū omitteret. ergo correctio fraterna eſt i pcepto

Resp. Dicēdū, ꝙ[m] correctio fraterna cadit ſub pcepto.[n] Sed cōſiderandū eſt, ꝙ ſicut pcepta negatiua legis prohibent actus pctōrū, ita pcepta affirmatiua inducūt ad actus virtutū. Actus āt pctōrum ſunt ſm ſe mali, & nullo mō bñ fieri pñt, nec aliquo tpe, aut loco: qa ſm ſe ſunt I coniuncti malo fini, vt dr̄ in 2.* Ethi. & iō pcepta negatiua obligāt ſemp, & ad ſemp. Sed actus virtutū nō quolibet mō fieri debēt, ſed obſeruatis debitis circūſtantijs, q̄ reqrunt ad hoc, ꝙ ſit actus virtuoſus vt. ſ. fiat vbi dēt & qñ dēt, & ſm quod dēt. Et qa diſpoſitio eorū, q̄ ſunt ad finē, attendit ſm rōnem finis, in iſtis circunſtātijs virtuoſi actus pcipuē attendenda eſt rō finis q̄ eſt K bonū virtutis. Si ergo ſit aliqua talis omiſſio alicuius circūſtātię circa virtuoſū actū, q̄ totaliter tollat bonum virtutis hic actus cōtrariat pcepto: ſi āt ſit defectus alicuius circunſtātiæ, q̄ nō totaliter tollat virtutē, licet nō pfecte attingat ad bonū uirtutis, non eſt cōtra pceptū. Vñ & Philoſopho dicit 2.* Eth. Quòd ſi parū diſcedat à medio, nō eſt cōtra virtutē: ſed ſi multum diſcedat, corrumpit virtus in ſuo actu. Correctio āt fraterna ordinat ad fratris emendationem & iō[p] hoc modo cadit ſub pcepto, ſm qđ eſt neceſſaria ad iſtū finē ñ āt ita ꝙ quolibet loco vł tpe frater deliquens corrigat.[q]

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ in oibus bonis agendis operatio hoīs nō eſt efficax, niſi adſit auxilium diuinum, & tñ homo dēt facere quod in ſe eſt. Vnde* Aug. dicit in lib. de correctione & grā. Neſcientes quis ptineat ad prædeſtinatorum numerum & quis nō ptineat ſic affici debemus charitatis affectu vt oēs velim' ſaluos fieri. Et iō oibus dēm[9] fraternę correctiōis officiū ipendere ſub ſpe diuini auxilij.

Ad II. dicendum, ꝙ ſicut ſ.* dictum eſt, oīa pcepta, q̄ ptinēt ad impendendū aliquod beneficium pximo, reducunt ad pceptum de honoratione parentū.

Ad III. dicēdū, ꝙ correctio fraterna tripliciter omitti pōt. Vno qdē mō meritoriē, qñ ex charitate aliquis correctionem omittit. Dicit. n.* Aug. in 1. de Ciui. Dei. Si ppea quiſq; obiurgādis, & corripiendis male agentibus parcit qa opportunū tps inquiritur, vel eiſdē ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiat vł ad bonā vitā & piā eruditos, impediant aliquos infirmos & premāt atq; auertāt à fide, nō vr̄ eſſe cupiditatis occaſio, ſed cōſiliū charitatis. Alio mō ptermittit fraterna correctio cū pctō mortali, qñ. ſ. formidat, vt ibi* dr̄, iudiciū vulgi & carnis excruciatio, vel pereptio, dū tñ hæc ita dominent in aīo, ꝙ fraternę charitati præponant. Et hoc vr̄ cōtingere, qñ aliquis pſumit de aliquo delinquente pbabiliter ꝙ poſſet eum à pctō retrahere, & tñ ꝑ timorē, uel cupiditatē ptermittit. Tertio mō hmōi omiſſio eſt pctm̄ veniale, qñ timor, vel cupiditas tardiorem facit hoiem ad corrigendū delicta fratris, nō tñ ita ꝙ ſi ei cōſtaret, ꝙ fratrem poſſet à peccato retrahere, ꝑ timorem, vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo ſuo pręponit charitatem fraternam. Et hoc modo qñq; viri ſancti negligunt corrigere delinquentes.

Ad IIII. dicēdū, ꝙ illud qđ debet alicui determinatæ & certæ pſonæ, ſiue ſit bonū corpale ſiue ſpūale oportet ꝙ ei ipēdam[s], ñ expectātes ꝙ nobis occurrat ſed dbita ſolicitudinē hñtes, vt eū inq

ritas, & defectus contingit in alijs circunſtantijs, puta, conſideratione temporis, medij occurſus, uel debiti, & hmōi. Virtutis bonum non tollitur ſubſtantialiter ſaluo bono, quod eſt ex fine vñ ſpecificatur, quis deficiat aliqua circunſtantia, ut in litera dr̄, pp quem defectum ueniale pctm̄ incurritur. Et hoc manifeſte in hac rñſione docemur dum penes dñium, uel non dominiū paſſionū i aīo ſupra charitatem fraternam, decernitur mortale, uel ueniale.

¶In rñſione ad quartum aduerte, ꝙ illa verba, Ita qui hēt ſpiritualiter curam alicuius debet eum quærere ad hoc, vt eum corrigat de pctō, hñt dubium tāgens ēt ſequentem articulum, An prælati teneantur quærere defectus ſubditorū pp præceptū correctionis fraternę Vbi nota, ꝙ non eſt dubium, An prelatus teneatur vigilare ſup gregē ſuū, & inquirere ſi defectus cōmittuntur a ſubditis, & corrigere eos. Hoc. n. cōſtat eſſe veriſſimū: quia tenētur ad hoc ex præcepto iuſtitiæ, quam profitentur ex officio: ſed dubium eſt, An ex præcepto charitatis debētis correctionem fraternam. prælatus teneatur ad inquirēdum delicta ſubditorū. Et eſt rō dubij, quia hinc lia dicit, ꝙ hñs ſpūaliter curam alicuius, tenet ad inquirendū eum. Inde ſſ dicit, ꝙ præceptum de correctione fraterna datū eſt cuilibet. Conſtat āt, ꝙ cōia oibus præcepta obligant ad cōes oībus actus. Et ſic aut oēs, aut nullum obligant ad inquirendū.

¶Ad huius euidentiā ſciendum eſt, ꝙ affinitas inter præceptū correctionis fraternę & præceptum correctionis prælatiuæ reſpectu huius ſubditi, quo ad ſe, obſcuritatem parit. Prelatus. n. vt ſic, nō ſolum tenet ad procurandū cōe bonum aliarum ſibi commiſſarum, quod principaliter inteudere debet: ſed ēt bonū alterius ſubditi ſui, in cuius ſignum tenetur ei ſacramentum pænitentiæ exhibere quod ad ipſius ſolius ſpūalem emendationem ſit. Et rurſus prælatus vt hō talis, tenetur ad emendationē fratris, procurādam p correctionem fraternam. Intendere ergo ad emendationem proximi qui eſt principalis actus præcepti de correctione fraterna, & eſt ſecundarius actus præcepti de correctione prælatiua in vno & eodem, cum iungitur, difficultatē facit. Diligentius tñ perſcrutanti apparet ꝙ quemadmodum iuſtitia, & charitas, ſeu miſericordia ſūt diuerſæ virtutes, ita & pręcepta de actibus earum diuerſa ſunt nec coincidunt. Et quemadmodum differentia hominis à ſeipſo ſecundum hoc quod eſt eſſe, uel non eſſe prælatum, non affert, aut aufert nouum præceptū, niſi quod ad prælationis officiū vt ſic, ſpectat (ad nihil enim tenētur aliquis factus prę latus, ad quod prius non tenebatur, niſi ad officium prælationis, & illud vt ſic concomitans) ita non cōſonat rationi, vt factus quis prælatus, teneatur ad inquirendum pro correctione fraterna. Eſſet enim hoc nouum præceptum, ad quod prius non tenebatur, & tamen non per ſe ſpectat ad pręlationis officium, ſed ad communem hominū ſtatum. Eſt āt rō huius, quia præceptū eleemoſynæ non ſolum præſupponit indigētiam proximi ſed notitiam illius indigentiæ, ita ꝙ omne eleemoſynæ pręceptum conſiſtit

*Sermo. 16. inter princi. & mediū, tom. 10.

Concl. m

*Li. 2. c. 6. tom. 5.

*Li. 2. circa finem libri to. 5.

Concl. p

*Cap. 15. paulo a princ. to. 7.

*q. 32. ar. 5. ad 4.

*Li 1. c. 9. ante medium to. 5.

*Einſdē primi lib. c. 9. tom. 5.

conſiſtit in hoc, Da indigenti noto, & nõ in hoc, q quęrat notitiã indigẽtiæ. Et ppea q̃tũ eſt ex ui iſtius p̃cepti, neq; ſubditus, neque pręlatus tenet inquirere. Grauior tñ ẽ cura prælatorũ ut Augu. dicit, quia ſi occurrat aliqs indigẽs correctione p̃lato & alteri: magis tenetur prælatus ad correctionẽ, q̃ ſubditus: ſicut magis tenet prælatus ad nõ ſcandalizandũ illũ: ſicut uniuerſaliter magis tenetur ad obſeruantiam cõium p̃ceptorũ prælatus, q̃ alij, pro quanto tenetur ad excellentiorẽ vitam, & doctrinam, q̃ alij. Qñoaũt prælatus ex p̃cepto ſui officij teneat ẽẽ ad notitiã quærendã de pctis ſubditorũ, ut eos corrigat pp ſeipſos, uel commune bonũ, nõ eſt p̃ſentis q̃õnis, vbi de p̃cepto correctionis fraternæ ſolũ tractatur. Propter bonũ aũt ipſius pctõris pñtis eſt tractatus, i quo author ſimul de correctione fraterna, & p̃latiua in ordine ad bonũ pctõris tractat. Et dicẽdum eſt, ꝙ ad hoc ſufficit uigilantia, & cuſtodia, ad q̃ã p̃latus cõiter tenetur. Et ſecundum occurrẽtes cas⁹ iuxta ſigna alicuius particularis, pctõris inquirere, ſi correctione opus eſt: ad qđ maxima opus eſt prudẽtia, ne multa ſuſpicio præcipitẽ & exoſum prælatũ reddat, nec incuria multiplicationem pariat pctõrũ occultorum in iudicio. Hæc .n. inquiſitio, quæ ad emẽdationẽ pctõris ordinatur, non uĩ ſcientifice determinanda, ſed prudentiæ, quæ circa particularia verſatur, relinquitur cõſiderare qualiter, & qñ, & cui⁹ quærendum eſt peccatum ſanandum.
¶ Et hæc pro 3. etiam articulo ſufficiant.

*Lib. 1. de doct. Chr. c. 28. parũ a prin. to. 3. Sermo. 16. in pri. illius. tomo 10.

Porrecta per totum.
197
4. d. 19. q. 2. art. 2. Et ult. quæſ. 3. ar. 1.

ramus. Vñ ſicut ille, q dêt pecu A niã creditori, dêt eũ reqrere cũ tp̃s fuerit, ut ei debitum reddat: ita qui habet ſpiritualiter curã alicuius debet eum quærere ad hoc, ꝙ eum corrigat de peccato. Sed illa beneficia, quæ nõ debentur certæ perſonæ, ſed cõiter omnibus proximis, ſiuè ſint corporalia, ſiuè ſpũalia, nõ oportet nos q̃rere quibus impendamus: ſed ſufficit, ꝙ impẽdam⁹ eis, qui nobis occurrũt. Hoc .n. B quaſi pro quadam ſorte habendum eſt, ut* Aug. dicit in 1. de doctri. chriſt. Et pp hoc† dicit in li. de uerbis Dñi, ꝙ admonet nos Dñs nr̃ non negligere inuicem pctã nr̃a. non quærendo qd reprehendas, ſed uidendo qd corrigas. Alioquin efficeremur exploratores uitæ aliorũ, contra id quod dr̃ Prouer. 24. Ne quæras impietatẽ in domo iuſti, & non vaſtes requiam eius. Vnde C patet, quòd nec religioſos oportet exire clauſtrum ad corrigendum delinquentes.

ARTICVLVS III.

Vtrum correctio fraterna pertineat ſolum ad prælatos.

Bannes eodem art.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̃, ꝙ correctio fraterna n̄ pertineat niſi ad prælatos. Dicit .n. Hieronymus.[b] Sacerdotes ſtudeãt illud Euangelij implere, Si D peccauerit in te frater tu⁹ &c. ſed noĩe ſacerdotũ cõſueuerũt ſignari prælati, q hñt cura aliorum. ergo vr̃, ꝙ ad ſolos p̃latos pertineat fraterna correctio.

¶2 Præ. Fraterna correctio eſt q̃dã eleemoſyna ſpũalis: ſed corporalẽ eleemoſynã facere ptinet ad eos, q ſũt ſupiores i tpalib. ſ. ad ditiores. ergo & fraterna correctio ptinet ad eos, q ſũt ſupiores i[b] ſpũalib. ſ. ad p̃latos. E

¶3 Præ. Ille q corripit aliũ, mouet eũ ſua admonitione ad meli⁹: ſed in reb. naturalib. inferiora[h] meuent à ſuperiorib. ergo et ẽm ordinem uirtutis, qui ſequitur ordinem naturæ, ad ſolos p̃latos ptinet inferiores corrigere.

SED CONTRA eſt, qđ* dr̃. 24. q. 3. Tã ſacerdotes, q̃ reliq fideles oẽs ſummã debẽt hr̃e curã de his, q peũt, quaten⁹, eorũ redargutiõe aut corrigãt à pctis, aut ſi icorrigibiles appareãt, ab Eccl̃a ſeparẽt.

*24. q. 3. c. tam ſacerdotes.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut* dictũ eſt, duplex ẽ correctio. Vna qdẽ, q̃ eſt act⁹ charitatis, q̃ ſpãliter tẽdit ad emẽdationẽ fratris delinquẽtis p ſimplicẽ admonitionẽ: &m talis correctio ptinet ad quemlibet charitatẽ hñtẽ ſiuè ſit ſubdit⁹, ſiuè p̃lat⁹.n Eſt aũt alia correctio, q̃ ẽ act⁹ iuſtitiæ, p q̃ intẽdit bonũ cõe, q nõ ſolũ ꝓcurat p admitionẽ fratris, ſed ẽt interdũ p punitionẽ, ut alij à pctõ timẽtes deſiſtãt: & p talis correctio ptinet ad ſolos p̃latos, q nõ ſolũ hñt admonere, ſed etiã corrigere puniẽdo. ¶

*Ar. 1. huius quæſt.

Concl. *Conclu. p*

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ẽt in correctione fraterna, q̃ ad oẽs ptinet, grauior ẽ cura p̃latorũ, ut dicit* Aug. in 1. de ciuit. Dei. Sicut .n. tpalia bñficia poti⁹ dẽt aliqs exhibere illis, quorũ curã tpalẽ hẽt: ita ẽt bñficia ſpũalia, puta, correctionẽ, doctrinã, & alia hmõi magis dẽt exhibere illis, q ſũt ſuæ ſpũali curæ cõmiſſi. Nõ intẽdit* Hieronymus dicere, ꝙ ad ſolos ſacerdotes ptineat p̃ceptum de correctione fraterna, ſed ꝙ ad hos ſpãliter ptinet.

*Li. 1. c. 9. tom. 5.

*Loco citato in argum.

AD SECVNDVM Dicẽdũ, ꝙ ſicut ille q hẽt vñ corporalr ſubuenire poſſit, q̃tũ ad hoc diues ẽ: ita ille q hẽt ſanũ rõnis iudiciũ, ex quo poſſit alteri⁹ delictũ corrigere, q̃tũ ad hoc eſt ſuperior habendus.

AD TERTIVM dicẽdũ, ꝙ ẽt in reb. naturalib. q̃dã mutuo in ſe agunt, quia quantũ ad aliquid ſunt ſe inuicem ſuperiora, prout, ſ. vtrumque eſt quodam mõ in potẽtia, & quodãmõ in actu reſpectu alterius. Et ſiſr aliquis inquantum habet ſanũ rõnis iudicium in hoc, in quo alter delinquit, poteſt eum corrigere, licet non ſit ſimpliciter ſuperior.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quis teneatur corrigere prælatum ſuum.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr̃, ꝙ aliqs nõ teneat corrigere p̃latũ ſuũ. Dr̃ .n. Ex. 19. Beſtia, q̃ tetigerit montẽ, lapidabit. Et 2. Reg. 6. dr̃ ꝙ Oza pcuſſ⁹ eſt à Dño, qa tetigit arcã: ſed p montẽ, & arcã ſignãr p̃lat⁹. ergo p̃lati nõ ſunt[h] corrigẽdi à ſubditis.

¶2 Præt. Gal. 2. ſup illud, In faciẽ ei reſtiti. dicit* Gl. ut par. ergo cum ſubdit⁹ nõ ſit par prælato, non debet eum[h] corrigere.

¶3 Præt. Greg. dicit. Sctõrũ vitã corrigere nõ p̃ſumat, niſi q de ſe meliora ſentit: ſed aliqs[g] non dẽt de ſe meliora ſentire, quàm de prælato ſuo. ergo prælati non ſunt corrigendi.

SED CONTRA eſt, qđ* Aug. dicit in r̃la. Nõ ſolũ veſtri, ſed ẽt ipſi⁹, i. p̃lati miſeremini, q inter uos q̃to in loco ſuperiori, tãto in piculo maiori uerſat: ſed correctio fraterna eſt op⁹ miæ. ergo & p̃lati ſunt corrigendi.

RESP. Dicẽdũ, ꝙm correctio, quę eſt actus iuſtitiæ per correctionem pœnæ, non competit ſubditis reſpectu prælati: ſed correctio fraterna, quæ eſt actus cha-

SVPER Q. XXXIII. ART. IIII.

Bannes eodem art.

IN art. 4 in rñſione ad 2. dubiũ magnũ eſt, Quõ Paulus fuit par Petro, quantũ ad fidei defenſionẽ, cũ Petrus eſſet ſolus uniuerſalis paſtor ex papatus officio, oibus p̃ſtans, etiam quo ad fidei defenſionem, ut caput membris.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quãtũ ad fidei defenſionem executiuè Paulus erat par Petro. Vnde & in litera ponitur ly, aliquo mõ, quaſi diceret, ꝙ non ſimpliciter in defenſione fidei, ſed aliquo mõ i hoc erat par. Significat ãt paritas hæc uniuerſalẽ curam in utroque defendendi fidem à Dño Ieſu Chriſto habitã, cum qua æqualitate ſtat ſumma authoritas ex officio defendendi fidem in ſolo Petro. Sicut ſi Papa cõmitteret authoritatẽ epalem in aliqua diœceſi archipresbytero, ille eſſet ęqualis epiſcopo ex delega poteſtate exequendi, non autem

Porrecta per totum.
198
4. di. 19. q. 2. art. 2. q. 3. Et ult. q. 3. art. 1. ad 18. Et Gal. 2. lec. 3. prin. Et ad Col. ca. vlt. fin.

*Gl. Amb. ibidem.

*In regula c. 43. nõ remote a fine to. 1.

Concl.

ſarem ex officio.

¶In eodem rńſione ad ſcdm aduerte, q eum doctrina apoſtolica non ſolo uerbo, ſed facto Eccleſię proponat ex facto pauli docemur, q vbi eſſet periculum fidei, non informis, ſed formatæ in Eccleſia al qua, & eſſet ſpes ſubueniē di tali periculo, non per ſecretam monitionem, ſed ſolū per hoc eſſent prælati à ſubditis publice arguendi, ſicut publice errant. Factum.n. Petri non erat tam grādevt hēret ĕtrōnē ſcandali actiui, ut inferius in q6. de ſcandalo author dicet periculū charitatis periculum vitę eſt quia fides ſine operib[*] mortua eſt. Et rurſus totum Eccleſiæ ſtudiū eſt ad fidē formatam gñandam, nutriendā atq; tuendam. Reliqua namq; pars redigenda eſt in faſciculos ad comburendū. Quare arguens Paulus Petrum pp periculum ſalutis credentiū nec tam paruū pctm (ſcandaloſum tamē) ſufferēs docuit alios, q magnanimos ſe exhibere debent in ſceleribus arguēdis. uerbis cū prælatorum ſuorum ſcandalizantium Eccleſiam & trahētium exemplo ſuo alios in damnationē Et ad hoc tenentur principes tam Eccleſiæ, q̄ oībis, cū Papa ſcandalizat Eccleſiā, & reuerenter ad partem monitus non reſipiſceret. Probabile nāq; eſt, q uerebitur principes palam arguentes, q̄ois ſubditorum ſalutem cōtemnat, et ſi ipſe nō fiat bonus, ſaltē alios nō ſcandalizabit. Multo .n. magis ad hoc tenentur, quipſit opem ferre, q̄ ad eruēdum eos, qui ducuntur ad mortē corporalem. Debent.n. opponere ſe murum ex aduerſo pro domo Iſrael. Vidētes.n. fratres ſuos indigere, & claudentes uiſcera ſuæ miſericordiæ ab eis quō charitatem dei hnt?

Concl. p

*Incipit epi. Hæbreorū hiſtoria.

*Epiſt. 19 inter medium & fi. tom. 2.

SVPER Q. XXXIII. ART. V.

Bannes eodem art.

IN art. 5. nota q qō iſta de miniſtratione in pctō. tex in hoc

ritatis, pertinet ad unūquemq; F reſpectu cuiuſlibet pſonę, ad q̄ charitatē dēt habere, ſi in eo aliquid corrigibile inueniat.[*] Act[9] .n. ex aliquo habitu, uel potētia pcedēs, ſe extēdit ad oīa, q̄ cōtinent ſub obiecto illi[9] potētiæ, uel habitus: ſicut uiſio ad oīa q̄ cōtinent ſub obiecto vis[*]. Sed qa act[9] uirtuos[9] dēt eſſe moderat[9] debitis circūſtātijs, iō [*] in correctione, qua ſubditi corrigūt platos, dēt mod[9] cōgru[9] adhiberi, ut. ſ. nō cū pteruia & duritia, ſed cū māſuetudine & reuerētia corrigant.[*] Vñ Apo. dicit 1. Tim. 5. Seniorē ne increpaueris, ſꝫ obſecra ut patrē. Et iō ● Dion. redarguit Demophylū monachū, quia ſacerdotē irreuerenter correxerat, eum percutiens, & de Eccleſia eijciens. G

AD PRIMVM ergo dicēdū, q tunc platus inordinatē vr̄ tāgi, qñ irreuerēter obiurgatur, uel ēt qñ ei detrahitur. Et hoc ſignificatur per contactum montis & arcæ damnatum a Deo. H

AD SECVNDVM dicēdū, q i faciē reſiſtere coram oib. excedit modū fraternæ correctionis. Et iō ſic Paul[9] Petrū nō rephēdiſſet, niſi aliquo mō par eſſet: q̄tū ad fidei defenſionē: ſed i occulto admonere, & reuerēter, hoc pōt ēt ille, q nō ē par. Vñ Apo. ad Colo. vlt. ſcribit de ſubditis, vt platū ſuū admoneāt cū dicit. Dicite Archippo epo. Miniſteriū tuū iple. Sciēdū tñ eſt, q vbi imineret piculū fidei, ēt publicē eſſent plati à ſubditis arguēdi. Vñ & Paul[9], q erat ſubditus Petro, pp imminēs piculū ſcandali circa fidē Petrum publicē arguit. Et ſicut[*] Gloſ. Aug. dicit ad Ga. 2. ipſe Petr[9] exēplū maioribus pbuit, vt ſicubi forte rectū tramitē reliqſſēt ñ dignētur ēt à poſterioribus corrigi. I

AD III. dicēdū, q pſumere ſe eſſe ſimpliciter meliorē, q̄ platus, vr̄ eſſe præſumptuoſæ ſuperbiæ: ſed æſtimare ſe meliorē quantū ad aliquid, non eſt pſumptionis qa nullus eſt in hac vita qui non hēat aliquē defectum. Et ēt conſiderandū eſt, q cum aliqs platum charitatiue monet, non pp hoc ſe maiorē exiſtimat: ſed auxiliū ipartit ei

q quāto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori verſatur vt * Aug. dicit in regula.

ARTICVLVS V.

Vtrum peccator debeat corrigere delinquentem.

AD QVINTVM ſic pcedit. Vr̄, q peccator corrigere debeat delinquentē. Nullus.n. pp pctm qꝺ cōmiſit, à pcepto ob ſeruādo excuſat: ſed correctio fraterna cadit ſub pcepto, vt dictum eſt. ergo vr̄ q pp pctm̄, quod commiſit, non debeat ptermittere hmōi correctionē.

¶2 Præt. Eleemoſyna ſpūalis potior eſt, q̄ corporalis eleemoſyna: ſed ille, qui eſt in pctō, non dēt abſtinere quin eleemoſynā corpalē faciat. ergo multo minus dēt abſtinere à correctiōe delinquentis, pp pctm̄ pcedēs.

¶3 Præt. 1. Ioan. 1. dr̄. Si dixerimus quia pctū non habemus, noſipſos ſeducim[9]. Si ergo pp pctm̄ aliquis impeditur à correctiōe fraterna. nullus erit, qui poſſit corrigere delinquentē: hoc āt eſt incōueniens. ergo & primū.

SED CONTRA eſt, quod[*] Iſidorus dicit in libro de ſummo bono Nō dēt vitia aliorū corrigere q ē vicijs ſubiectus & Ro. 2. dr̄. In quo aliū iudicas, teipſū cōdēnas: eadē.n. agis, q̄ iudicas.

RESPON. Dicendū, q ſicut. dictū eſt, correctio delinquentis pertinet ad aliquē, inquantum viget in eo rectū iudiciū rōnis, Pctm̄ aūt, ut ſ[*]. dictum eſt, non tollit totum bonum naturę qn remaneat in peccante aliqd de recto iudicio rōnis. Et ſm̄ hoc pōt ſibi cōpetere a ſubditis delictū arguere: ſed tñ p[d] pctm̄ pcedens, impedimētum quoddā huic correctioni aſſert pp tria. Primo quidem, quia ex pctō pcedenti indignus reddit, vt aliū corrigat, & præcipuē ſi maius peccatum commiſſit, non eſt dignus, ut alium corrigat de minori peccato, Vnde ſuper illud Matth. 7. Quid uides feſtucā &c. dicit * Hieronymus. De his loquitur, qui cum mortali crimine detineant obnoxijs, minora pctā fratribus nō cōcedūt. Secūdo, redditur indebita correctio pp ſcādalū, qꝺ ſequit ex correctione, ſi pctm̄ corripiētis ſit manifeſtū, quia vr̄ q ille qui corrigit, nō corrigat ex charitate, ſed magis ad oſtentationem. Vñ ſuper illud Matth. 7. Quomodo dicis fratri tuo &c. exponit Chryſo. in quo propoſito, puta, ex charitate, ut K

opere tractat. Primo hoc quoad correctionem. Scdo, inferius in tractatu de iuſtitia quoad iudicium. Et demum tertia parte in tractatu de ſacramentis quo ad actus ſacramentales. Et uera concluſio eſt q in ſolis actibus ſacris miniſteriū in pctō mortali facit nouū pctm mortale, ut in Quolibet. diximus ex doctrina authoris, in tertia parte.

¶In pposito ergo ſcito, q author hoc in loco oñdit, q ēt abſq; peccati venialis incurſu pōt pctōr corrigere, & hoc oñdit ſic, pctm non tollit id vñ hoī conuenit corrigere delinquentē, quia non tollit rectum iudicium rōnis &c. ergo non per ſe contrariatur officio correctionis fraternæ. Per accidens āt pctm̄ tripliciter impedire cū poſſit. ſ. uel rōne ſuppoſiti indigni, uel rōne ſuperbię, uel rōne ſcandali, cū pctm̄ reddat hoīem indignū non contrarię ſed negatiuē ad corrigendum. Propterquꝺ Iſa cum dixit. Indignus redditur ſubdit declarando non eſt dignus. Et rō eſt, qa nō tollit rōnē corrigendi. ſ. rectum iudicium. Contraria.n. mutuo ſe excludunt & ſcādalū ac ſuperbia euitabilia ſunt, ſi tamq̄ ingemiſcēs corrigat, conſequens eſt ut nō ſolum per ſe loquendo, ſed et per accidēs, exiſtens in peccato mortali, qui. ſ. nec cōtritus eſt, non nouiter, peccat, ſi abſque ſuperbia & ſcandalo fraternam exerceat correctionem, immo ad ipſam ſic tenetur. Et confirmatur, quia opus miſericordiæ facit quo ad

*Loco citato in argum.

Porrecta per totum.

199

4. d. 19. q. 2. art. 2. q. 2. Et Mat. 7. co 2. & Rom. 2.

*Ar. 2. huius queſt.

*li. 3. c. 39 in princi.

*Ar. prec. & a. 3 ad 2.

* 1. 2. qu. 85. ar. 1. & 2.

Concl.

D. 405. & 502. & 792.

* In hoc pprio loco, tom. 9

*Hom. 17 in opere imperfecto parū ante medium, to. 2.

ad veniã, & cõtritionẽ pctõ ſe diſponit multo magis quã per opera miſericordiæ corporalis.

ſalues proximum tuum? nõ qa teipſum ante ſaluares. Vis ergo nõ alios ſaluare, ſed p bonã doctrinã malos act⁹ celare, & ſcię laudes ab hominibus q̃rere. Tertio modo pp ſuperbiã corripientis, inquãtũ. ſ. aliquis propria pctã parui pẽdẽs, ſeipſũ pximo præfert in corde ſuo, pctã eius auſtera ſeueritate diiudicãs, ac ſi ipſe eſſet iuſt⁹. Vñ * Aug. dicit in li. de ſermone Dñi in mõte. Accuſare vitia officiũ eſt bonorũ uirorũ, & bñuolorũ: quod cũ mali faciũt, alienas partes agunt. Et iõ ſicut † Aug. dicit in eodem. Cogitem⁹ cũ aliquem reprehẽdere nos neceſſitas cogit, utrũ tale ſit uitiũ, quod nũq̃ habuim⁹: & tũc cogitem⁹ nos hoĩes eſſe, & habere potuiſſe. Vel tale, quod aliqñ habuimus, & iã nõ habem⁹: & tunc tangat memoriam cõis fragilitas, ut illã correctionẽ nõ odiũ, ſed mĩa pcedat. Si aũt inuenerim⁹ nos in eodẽ uitio ẽe, nõ obiurgem⁹, ſed cõgemiſcam⁹ & ad æqualr conãdũ inuitem⁹. Ex his ergo patet, q̃ᵈ ſi peccator cum humilitate corripiat delinquẽtem, non peccat, nec ſibi nouam condemnationẽ acquirit, licet per hoc vel in cõſcientia fratris, vel ſaltem ſua pro peccato præterito condemnabilẽ ſe eſſe oſtendat.ᵍ Vnde patet reſpõſio ad obiecta.

*Lib. 2. ca. 20. ante medium. † Eodẽ li. & c. circa medium, tom. 4.

Concl. D. 351. & 429. & 796. & 940. & 965.

SVPER Q. XXXIII. ART. VI.

Bannes eodem artic.

IN ar. 6. aduerte imprudentiã, q impatienter ferentes blaſphemias, & alia vitia uiorũ, aut domeſticorum, & experti monitiones nõ prodeſſe ſed obeſſe, ita ut quoties monenẽ, peius faciant, non tñ ceſſant verbis eos arguere in uoluuntur .n. potius peccantiũ errat ſaugendo indirectè eorũ exceſſus non ſeruato rationis ordine quẽ charitatis præcepta exequantur.

Porrecta per totum.

200

4. d. 3. q. 2. art. 2. q. 2. ad 1. Et vir. 43. ar. 3. ad 1. Ephe. 5. lec. 4. fin.

ARTICVLVS VI.

Vtrum quis debeat à correctione ceſſare propter timorem, ne ille fiat deterior.

AD SEXTVM ſic pcedit. Vr̃ q̃ aliqs nõ dẽat a correctiõe ceſſare pp timorem, ne ille fiat deterior. Pctm̃.n. eſt q̃dã ĩfirmitas aĩæ, ẽm illud Pſalmiſtæ, Pſal. 33. Miſerere mei Dñe, q̃m infirm⁹ ſum: ſed ille, cui imminet cura infirmi, ẽt pp ei⁹ cõtradictionẽ, uel cõtẽptũ nõ dẽt ceſſare, qa tũc mai⁹ imminet periculũ, ſicut patet circa furioſos. ergo multo magis dẽt hõ peccantẽʰ corrigere quantumque grauiter ferat.

¶2 Prętẽ. Scd̃m * Hier. ueritas uitę non eſt dimittenda pp ſcandalum: præcepta autem Dei pertinent ad ueritatem uitæ. cum ergo ʰ correctio fraterna cadat ſub pcepto, ut † dictũ eſt, vr̃, q̃ non ſit dimittenda propter ſcandalum eius, qui corripitur.

*In Epiſt. ad Titũ c. 1. Habetur in Glo. d. Matt. 15. ſup illud: Scis quia Phariſæi audito hoc ſcandalizati ſunt.

*Ar. 2. huius quæſt.

¶3 Prętẽ. Scd̃m Apoſt. ad Ro. 3. Non ſunt facienda mala, ut ueniant bona. ergo pari rõne nõ ſunt prætermittenda bona, ne ueniant mala: ſed ʰ correctio fraterna eſt quoddã bonũ. ergo nõ eſt ptermittenda pp timorẽ, ne ille, qui corripitur, fiat deterior:

SED CONTRA eſt, quod dr̃ Proue. 9. Noli arguere deriſorẽ, ne oderit te. vbi dicit * gl. Non eſt timẽdum, ne tibi deriſor, cum arguitur, contumelias inferat, ſed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odiũ inde fiat peior. ergo ceſſandũ eſt à correctione fraterna, qñ timetur, ne fiat ille indè deterior.

*Gl. ordi. ibid. Prouerb. 9.

RESPON. Dicendũ, q̃ ſicut * dictũ eſt, duplex eſt correctio delinquẽtis. Vna qdẽ ptinẽs ad platos, q̃ ordinat̃ ad bonum cõe, & hẽt uim coactiuã. Et ᵐ

*Ar. 1. & 3. huius q6

A talis correctio nõ eſt dimittẽda pp turbationẽ ei⁹ qui corripit, * tũ qa ſi ppria ſpõte emẽdari nõ uelit, cogẽd⁹ eſt p pęnas, ut pctã dimittat: tũ ẽt, qa ſi incorrigibilis ſit p hoc puidet̃ bono cõi, dũ ſeruatur ordo iuſtitiæ, & uni⁹ exẽplo alij deterrent̃. Vñ iudex nõ ptermittit ferre ſnĩam condẽnationis in peccatẽ pp timorẽ turbationis ipſi⁹, uel ẽt amicorũ ei⁹. Alia vero eſt correctio fraterna, cui⁹ finis ẽ emẽdatio delinquẽtis, nõ hñs coactionẽ, ſed ſimplicẽ admonitionẽ. Et iõ vbi pbabiliter æſtimat̃, q̃ pctõr admonitionẽ ñ recipiat, ſed ad peiora labat̃. eſt ab hmõi correctione deſiſtẽdũ: ᵍqa ea, quę B ſunt ad finẽ, dñt rlari ẽm quod exigit ratio finis.

Concl.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ medic⁹ quadã coactione utit̃ in phrenetico, q curã eius recipere ñ uult: & huic aſſimilat̃ correctio platorum, q̃ habet uim coactiuã, nõ aũt ſimplex correctio fraterna.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̃ de correctione fraterna dat̃ pceptũ, ẽm quod eſt act⁹ uirtutis. Hoc át eſt ẽm quod pportionat̃ fini: & iõ qñ eſt impeditiua finis, puta, cum efficitur homo deterior, iam nõ ptinet ad ueritatem uitę, nec cadit ſub præcepto.

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ ea q̃ ordinant̃ ad finẽ, hñt rõnẽ boni ex ordine ad finem: & iõ correctio C fraterna, qñ eſt ipeditiua finis .ſ. emẽdationis fratris, iã nõ hẽt rõnẽ boni. Et iõ cũ ptermittit̃ talis correctio, nõ ptermittit̃ bonũ, ne eueniat malum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in correctione fraterna debeat ex neceſſitate præcepti, admonitio ſecreta præcedere denuntiationem.

AD SEPTIMVM ſic procedit̃. Videtur, q̃ in correctione fraterna non debeat ex neceſſi- D tate præcepti, admonitio ſecreta pcedere denũtiationẽ. In operib.n. charitatis pcipuè debem⁹ Deũ imitari, ẽm illud Epheſ. 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione: De⁹ aũt interdũ publicè punit hoĩem pro ʰ pctõ, nulla ᵐ ſecreta admonitione præcedente. ergo uidetur q̃ non ſit neceſſariũ admonitionem ſecretã præcedere denuntiationem.

E ¶2 Pręt. Sicut * Aug. dicit i li. contra Mendaciũ. Ex geſtis ſctõrũ intelligi põt qualiter ſunt pcepta ſacræ ſcripturæ intelligẽda: ſed in geſtis ſctõrũ inuenit̃ facta publica denuntiatio pcti ʰ occulti, nulla ſecreta monitione pcedẽte, ſicut legit̃ Gen. 37. q̃ ʰ Ioſeph accuſauit fratres ſuos apud patrẽ crimine peſſimo. & Actu. 5. dr̃, q̃ Petrus Ananiam & Sapphiram occultè defraudãtes de pretio agri, publicè denũtiauit, nulla ſecreta admonitione præmiſſa. Ipſe etiam Domin⁹ nõ legitur ſecreto admonuiſſe unã, antequam eum

SVPER Q. XXXIII. ART. VII.

Ban. eodem art.

IN ar. 7. dubiũ Clericorũ occurrit, An teneantur denunciare notam ſibi pditionẽ, uel occiſionẽ, rapinã &c. pparatam, pp periculũ irregularitatis: qm̃ ad occiſionẽ pditoris procedetur. Et eſt rõ dubij. qa ad pcepta charitatis quilibet tenetur, & tamẽ nullus tenetur ad id, quod inhabilẽ eũ reddit ad executionẽ ſui officij. Conſtat aũt q̃ ſecũdũ ius canonicũ, non niſi in cã ppria licet clericis abſq; nota irregularitatis, cauſam ſanguinis corã iudice proponere, cũ pteſtatione expſſa &c. ut patet in 6 de homicidio, &c. Prælatis.

¶Ad hoc dr̃, q̃ ius naturæ diuinũ & Eccleſiæ, ita ſe hñt, q̃ ſicut gr̃a pficit naturam, & nõ deſtruit illã: ita iᵘ Eccleſiaſticũ pficit i⁹ diuinum, & non deſtruit illud pptereà ſicut nullum præceptum

Porrecta per totum.

201

4. d. 19. q. 2. art. 3. q. 1. ad 1. Et quoli. 11. ar. 13.

*in lib. de mẽdacio, ca. 15. ante medium. tom. 4.

denũtiaret.ñ ergo ē ꝺ neceſsita F te p̄cepti,ut ſecreta admonitio p̄cedat publicā denũtiationē.

¶3 Præt.accuſatio eſt[h] grauior, q̄ denũtiatio: ſed ad publicā accuſationē pōt aliquis accedere nulla admonitione ſecreta p̄cedēte. Determinat̃.n.ĩ Decretali ꝙ accuſationē dēt p̄cedere inſcriptio.ergo vr̃ ꝙ ñ ſit ꝺ neceſſitat e p̄cepti ꝙ ſecreta admonitio p̄cedat publicā ꝺnũtiationē

¶4 Præt.Non vr̃ eſſe ꝓbabile,ꝙ G ea q̄ ſunt in cōi cōſuetudine religioſorum, ſint contra p̄cepta Chri:ſed cōſuetũ eſt in religionibus, ꝙ in capitulis aliq ꝓclamēt de[i] culpis,nulla ſecreta admonitione præmiſſa.ergo vr̃ ꝙ hoc ñ ſit de neceſſitate p̄cepti.

¶5 Præt.Religioſi[k] tenent̃ ſuis p̄latis obedire:ſed qñq; p̄lati p̄cipiũt vel cōiter oibus,uel alicui ſpāliter, vt ſi qd ſcit corrigēdũ ei dicat̃. ergo vr̃ ꝙ eis teneant̃ H dicere ēt añ ſecretā admonitionem non ergo eſt de neceſſitate p̄cepti,ut ſecreta admonitio p̄cedat publicā denuntiationē.

Sed contra eſt,quod[a] Au dicit ĩ li.de verbis Dñi exponēs illud.Corripe ipsũ inter te & ipſũ ſolũ: Studēs correctioni,parcēs pudori.Forte.n.p̄ verecundia icipit defendere pc̄tm̃ ſuũ, &quem vis facere meliorem, facis peiorem ſed ad hoc tenemur per p̄ceptum charitatis,vt caueamus ne frater deterior efficiatur.ergoordo correctionis fraternę cadit ſub præcepto.

Resp.dicendũ, ꝙ circa publicā denũtiationē pc̄torum diſtinguendũ eſt. Aut.n.pc̄tā ſunt publica,aut ſunt occulta.Si qdem ſint publica, nō eſt tm̃ adhibēdum remediũ ei,q peccauit, vt melior fiat ſed ēt alijs,in quorũ notitiadeuenit, vt nō ſcandalizent̃.Et iō[m] talia pc̄tā sũt publice arguēda,[n] ſm̃ illud Apoſt.1. ad Timot.5. Peccātes corā oib[9] argue,vt & cæteri timorem habeant. Quod intelligit̃ de pc̄tis publicis,vt[y] Aug.dicit in li.de verbis Dñi[p]Si vero ſint pc̄tā occulta, ſic vr̃ hēre locũ qđ Dñs dicit. Si peccauerit in te frater tuus.[q]Qñ.n.te oſtendit publice corā alijs ia nō ſolũ in te peccat,ſed ēt in alios,quos turbat: I ſed qa ēt ĩ occultis pc̄tis p̄t pa rari ꝓximorũ offenſa,iō adhuc vr̃ diſtinguendum eſſe . Quædā .n.pc̄tā occulta ſunt , q̄ ſunt in nocumentũ ꝓximorũ vel corporale,uel ſpũale,puta[s]ſi aliqs occulte tractet, qũo ciuitas tradat̃ hoſtib[9] uel ſi hæreticus priuati hoies à fide auertat . Et qa [t]ille,q ſic occulte peccat nō ſolũ in te peccat,ſed ĩ alios, oportet ſtatĩ ꝓcedere ad denũtiationē,ut hmōi nocumētũ ipediat̃, niſi forte aliqs firmiter ęſtimaret, ꝙſtatĩ p̄ ſecretā admonitionē poſſet hmōi mala impedire. Quædā vero pc̄tā ſunt , q̄ ſolũ ſunt in malũ peccātis,& eius in quē peccat̃,vel qa à peccāte ſolũ lędit̃ vel ſaltē ex ſola notitia &[x]tũc ad hoc ſolũ tēdēdũ ē, vt fratri peccanti ſubueniat̃.[z] Et ſicut medic[9] corporalis ſanitatē ægroto cōfert, ſi p̄t,ſine alicuius mēbri abſciſſione, ſi āt non pōt,abſcindit mēbrũ minus neceſſarium, ut uita totius cōſeruet̃:ita ēt ille,[&] q ſtudet emēdationi fratris,dēt, ſi pōt,ſic emēdare fratrē,q̄tũ ad cōſciam , ut fama eius cōſeruet̃ q̄ quidem eſt utilis. Primo qdē & ipſi peccāti nō ſolũ in t̃palibus,in quibus quātũ ad multa hō patit̃ detrimentũ amiſſa fama , ſed etiā quātũ ad ſpũalia qa p̄ timore īfamiæ multi à pc̄tō retrahunt̃. Vñ qñ ſe īfamatos cōſpiciũt, irrefrænatē peccāt.Vñ [a]Hier.dicit: Corripiendus eſt ſeorſũ frater,ne ſi ſemel pudorē,vel verecũdiā amiſerit,p̄maneat ĩ pc̄tō. Scd̄o debet cōſeruari fama fratris peccātis,tũ qa uno infamato,alij infamant̃,ſm̃ illud Aug. in ep̄.ad plebem.Hipponēſem. Cũ de aliqb. q ſc̄tm̃ nomē ꝓfitent̃ aliquid criminis uel falſi ſonuerit,uel ueri patuerit, iſtāt K ſatagũt,ambiũt , ut de oib.hoc credat̃:tũ ēt , qa ex pc̄tō unius publicato,alij ꝓuocant̃ ad peccādũ.Sꝺ qa cōſcia p̄ferēda eſt famæ,uoluit Dñs ut ſaltē cũ diſpēdio famę,fratris cōſcia p̄ publicā denũtiationē a pcō liberet̃.Vñ p3,R ꝙ p̄t ēe de neceſſitate p̄cepti,ꝙ ſecreta admonitio publicā denũtiationē p̄cedat[b]

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ oia occulta ſunt Deo nota.Et hoc mō ſe hñt occulta pc̄tā ad iudiciũ diuinũ,ſicut publica ad humanũ.Et tñ plerũq; Deus pc̄tōres quaſi ſecreta admonitione arguit iteri[9] inſpirādo,uel uigilāti,uel dormiēti,ſm̃ illud

pc̄tũ diuinum eſt cōtra præcepta iuris naturæ:ita nullum præceptum Eccleſiæ eſt cōtra p̄ceptum iuris diuini . Cũm āt tam rōnalis naturæ, q̄ diuinitatis lex mandet vt periculo non ſolum reipublicę,ſed cuiuſcunq; proximi,ſi poſſumus,ſubueniamus & in caſu paratæ proditionis, homicidij rapinæ,aut hmōi ſolo verbo manifeſtatiuo poſſimus conſulere periculo proximi. cōſequens eſt,vt nulla Eccleſiæ lex intelligatur mandare oppoſitũ . Quāmuis.n. eccleſiaſtica lex aliqd prohibeat clericis,qd alias licite fieri poſſet nunq̃ tñ prohibet eiſdē aut alijs, ad quod alias tenentur. Vnde & in propoſito, Eccleſiæ prælatis hñtibus iuriſdictionem temporalem,quia tenent̃ ad iuſtitiam vindicatiuam ēt in cā ſanguinis,nulla irregularitas imminet,ſi exorto homicidio cōmittat iudici ſuo,ut ueritate comperta, iuſtitiā faciat, vt patet extra in ca. Epiſcopus, Ne clerici,uel monaſe im.etc.In propoſito ergo caſus accidit quo ſacerdos nō pōt aliter ſuccurrere periculo proximi,niſi reuelando p̄parationē & præparantem , nō debet dicere Capiatis talem &c.ſed, Caueatis à tali,& præmittat expreſſam ꝓteſtationem , ꝙ ſolum cautelam proximi intendit , vt conformet ſe canoni ſi iudici reuelat, aduertatq; diligēter,& diſcernat neceſſitatē reueland. perſonam.Nam ſi ad euitandum periculũ ſufficit reuelare præparationē,ſed princeps poſtmodũ uult extorquere reuelationem perſonæ, non debet clericus perſonā manifeſtare . Ceſſat.n. tunc iō reuelandi,q̄ ipſum obligabat. Et p̄ hæc patet ſolutio obiectorũ . Canones.n.ꝓhibentes agitationem cauſæ ſanguinis à clericis , prohibent actus , ad quos non tenetur ſimpliciter, aut p̄ ſe ipſos , & non eos,ad quos tenētur Et confirmatur hoc ex eo, ꝙ nullus status nullum votum, nullum præceptum excuſat hoiem potentē ſubuenire à ſubuentione proximi in caſu extremæ neceſſitatis, aut inhabilē reddit ad hmōi ſubuentionem in caſu extremæ neceſſitatis , niſi ſtatus pfectionis charitatis contrarius inueniat̃ qđ eſt impoſſibile. Conſtat āt in p̄poſito caſum eſſe extremæ neceſſitatis, cũ aliud non ē remediũ,ad euitandam mortem alicuius,niſi reuelatio perſonæ facta, ſ,ꝓ utta iudici. ¶In rñſione ad tertiũ dubium ex Durando ambiguo in q̄ō 4 d. 19.[illegible] occurrit An ſecreta monitio pręcedere debeat accuſationem . Et ſine argumentis ſcito, ꝙ accuſatio dupliciter occurrere pōt. Primo, vt [illegible], vt debita . Et ſic [illegible] licet accuſare, ſi ſperat per ſecretam monitionē emendationem peccatoris,nec imminet ex dilatatione punitionis illius pœn.tentia damnũ cōis boni, tunc in foro pęnitentiæ tenetur præmittere correctionē ſecretam , quia & bonum cōmune,& bonũ famæ proximi ſaluatur. ſēd tunc cum ſpe ſalutis proximi:ſed qñ aliquis tenetur ad accuſandum, quod tũc ſolum eſt,ut inferius patebit , qñ bonum cōe hoc exigit , tunc non hēt locũ ſecretæ monitionis pręmiſſio : quia ſiue emendetur , ſiue non,cōe bonum non patitur dilationem . Et hoc eſt quod author in litera dicit in hac reſponſione, dum ait, ꝙ quando imminet periculum multitudinis , non habet locum præceptum Domini de ſecreta monitione,

Serm.[a]16. inter pri. & me.to. 10.

Concl. m

[a] Serm. 16 a me. tom. 10.

Conclu. p

Conc l.

D.988.

Conclu. x

Conclu. &

[a] Sup illud verbi Matth. 18.10.9.

Epi.137 inter me dium & finem,to mo 2.

Concl.

Iob. 33. Per ſōniū ĩ uiſione nocturna, qñ irruit ſopor ſup homines, tūc aperit aures virorū, & erudiēs eos iſtruit diſciplina, ut auertat hoiem ab his q̃ fecit.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ dñs pc̄tm̄ Iudæ, tanq̃ De⁹, ſicut publicū habebat: vñ ſtatim poterat ad publicādū ꝓcedere, tñ ipſe non publicauit, ſed obſcuris verbis eū de pc̄tō ſuo admonuit. Petr⁹ aūt publicauit pc̄tm̄ occultū Ananiæ & Sapphiræ, tanq̃ executor Dei, cui⁹ reuelatione pc̄tm̄ cognouit. De Ioſeph āt credēdum eſt, ꝙ fratres ſuos qñq; admonuerit, licètñ ſit ſcriptū. Vel põt dici, ꝙ pc̄tm̄ publicū erat inter fratres: vñ dicit pluraliter, Accuſauit fratres ſuos.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ qñ iminet piculū multitudinis, non hñt ibi locum hæc verba Domini: quia tunc frater peccans, nō peccat in te tantùm.

AD QVARTVM dicēdū, ꝙ hmōi ꝓclamationes, q̃ in capitulis religioſorū fiūt, ſunt de aliquibus leuibus, q̃ famæ nō derogāt: vñ ſunt quaſi q̄dā cōmemoratiōes potius oblitarū culparū, q̃ accuſationes, uel denuntiationes. Si eſſent tñ talia, de quib. frater infamaret̄, contra præceptū Dñi ageret, qui per hunc modū peccatum fratris publicaret.

AD QVINTVM dicēdū, ꝙ ꝑlato nō eſt obediēdū contra ꝓceptū Dñi, ſm illud Act. 5. Obedire oportet Deo magis, q̃ hoib. Et iō qñ ꝑlat⁹ ꝓcipit, ut ſibi dicat̄ qđ qs ſciuerit corrigendū, intelligēdū eſt ꝓceptū ſanè, ſaluo ordine fraternę correctiōis ſiuè ꝓceptū fiat cōiter ad oēs, ſiuè ad aliquē ſpāliter. Sed ſi ꝑlatus expreſſe ꝓciperet cōtra hūc ordinē a Dño inſtitutū, & ipſe peccaret ꝓcipiēs, & ei obediēs, quaſi cōtra ꝓceptū Dñi agens, vñ nō eſſet ei obediēdū: qa prælatus nō eſt iudex iudiciorū occultorū, ſed ſolus Deus. Vñ non hēt ptātem præcipiendi aliqd ſuper occultis, niſi inquātū per aliqua indicia manifeſtant̄, puta, per infamiā, vel p aliquas ſuſpiciones, in qb. caſib. põt pręlatus ꝓcipere eodē mō, ſicut & iudex ſæcularis, uel eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentum de veritate dicenda.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum teſtium inductio debeat præcedere publicam denuntiationem.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ teſtiū inductio nō debeat ꝓcedere publicā denūtiationē.[b] Pc̄tā.n. occulta nō ſunt alijs manifeſtāda, qa ſic hō magis eēt ꝓditor criminis, q̃ corrector fratris, vt* Aug. dicit: ſed ille q̄ inducit teſtes, pc̄tm̄ fratris alii manifeſtat. ergo in pc̄tis occultis nō debet teſtium inductio pręcedere publicam denūntiationem.

¶2 Pręt. Hō debet diligere ꝓximum,[b] ſicut ſeipſum: ſed nullus ad ſuū pc̄tm̄ occultū inducit teſtes. ergo neq; ad pc̄tm̄ occultū fratris debet inducere.

¶3 Pręt. Teſtes inducunt̄ ad aliqd[b] probādum: ſed in occultis nō põt fieri ꝓbatio p teſtes. ergo fruſtra hmōi teſtes inducūt̄.

¶4 Pręt.* Aug. dicit in reg̃la, ꝙ pri⁹[b] præpoſito dēt oñdi, q̃ teſtib⁹: ſed oſtendere præpoſito, uel ꝑlato, eſt dicere Eccleſiæ. nō ergo teſtium inductio debet præcedere publicā denūtiationem.

SED CONTRA eſt, quod Dñs dicit Mat. 18. Adhibe tecū unum, vel duos, ut in ore duorum &c.

RESPON. Dicēdum, ꝙ de uno extremo ad aliud extremū conuenienter tranſit̄ per mediū. In correctione autē fraterna Dñs uoluit, ꝙ principiū eſſet occultum, dū frater corriperet fratrē īter ſe, & ipsū ſolū. Finē aūt voluit eſſe publicū, ut. ſ. Eccleſiæ denūtiaret̄. Et iōm̄ cōuenienter in medio ponit̄ teſtiū inductio, ut primo paucis indicetur pc̄tm̄ fratris, qui poſſint ꝓdeſſe, & nō obeſſe, ut ſaltē ſic ſine multitudinis infamia emēdet̄.[n]

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ qdā ſic intellexerunt ordinem fraternæ correctionis eſſe ſeruandum, ut primo frater ſit in ſecreto corripiendus, et ſi audierit, ſi peccatum ſit oīno occultum dicebant non eſſe ulterius procedendū. Si aūt incipit iam ad notitiam plurium deuenire aliquibus indicijs, debet ulterius procedi, ſm ꝙ Domin⁹ mandat. Sed hoc eſt contra id quod * Aug. dicit in regulā, quòd peccatum fratris non debet occultari, ne putreſcat in corde. Et ideò aliter dicendū eſt, quòd poſt admonitionem ſecretam ſemel, vel plu ries factam, quādiu ſpes probabiliter habet̄ de cor

Parreſia per teruz.

202 3.d. 19.q. 2.art. 3.q. 2. Et quol. 11. ar. 12. & 13.

*De verbi dom. Ser. 16. aliquātulum a medio, tomo 10.

*In regula c. 23. tomo 1.

Conclu. no

*In 3. reg c. 23. quæ incipit, ante oīa fratres chariſſimi, tomo 1.

nitione, quia nõ peccat frater ſ. in te tm̄. Hæc .n. uerba dicunt̄ ſidē. d. o. ad argm̄ de accuſatione: quia accuſatio ſolū pp periculū, ſeù malum multitudinis eſt neceſſaria, vt inferius patet.

¶In eodē art. in rñſione ad quintū, dubiū occurrit, An cùm ꝓcedit̄ p uiā denuntiationis, poſſit prælat⁹ ꝓcipere, aut inquirere. Et eſt rō dubij, qa inquiſitio eſt alia via procedēdi, q̃ denuntiatio, & hñt diuerſos fines. Nā illa ad bonū pc̄tōris, hæc ad bonū commune ordinat̄.

¶In oppoſitū aūt eſt, ꝙ author hic excipit, qn per aliqua indicia manifeſtantur.

¶Ad hoc dr̄, ꝙ inquiſitio, proprie loquēdo, non hēt locū in proceſſu per denūtiationem: quia inquiſitionem præcedere dēt infamia, ita ꝙ etiam ſi duo, uel plures ſcirēt uidiſſe ſe aliquē commiſiſſe crimen aliqd, & nulla adeſt infamia, non eſt ppea inquirendū, ut in c. Inquiſitionis, extra de accuſationib⁹, dr. Sed nec eſt puniendus iudicialiter, niſi fraterna correctione pmiſſa proceſſum ſit per denuntiationis viā, vt prædictū eſt. Pręcipere aūt põt prælat⁹ ſubditis inductis per teſtes, cum per denūtiationē proceditur de ueritate dicenda, ſicut iudex iuramentum põt exigere. Exceptio igitur authoris in litera nō reſtringit ad caſum, qñ proceditur per denuntiationem, ſed in cōmuni loquitur ad perfectionem doctrinę, qñ obligat præceptum prælati, ut patet ex eo quod dicit, puta, per infamiam. Conſtat namque infamiam ad formam pertinere inquiſitionis.

SVPER Q. XXXIII. ART. VIII.

Bannes eodem artic.

IN art. 8. aduerte, ꝙ duplex remedium contra peccatum, inquantum nocet ipſi peccāti ſtatutum eſt. Primum conſumabile à quocunq;, & eſt ſecreta monitio, ſecūdum conſumabile à ſolo prælato, & eſt medicinalis punitiuo propter ipſum ſanādum vt uel coactus ... emendetur. Et à primo peruenitur ad vltimum per medium: teſtium .ſ. adhibitionem, ut in litera dr̄. Et hinc habes affinitatem ſupradictā inter præceptū de correctione fraterna datū ... & de correctione prælationis ad ... emendationem ipſius fratris.

¶In eodem ar. in rñſione ad primum ... ex Duran. in pdicta q̃ōne ſtimulat. Vt .n. ſequit opinionem, quam author hic reprobat quo ad hoc, ꝙ crimine fratris exiſtēte occulto nō ſunt adhibēdi teſtes, ... iteret ... quia nō debemus eſſe alienæ uitæ exploratores ſcdm̄ Aug. & qa magis eſt ſcdm̄ charitatē in tali caſu reuelare ei, qui põt impedire iterationē actus, quā permittere & afferre teſtes. Et ad authoritatē Auguſtini in regula dicit, ꝙ non vult loqui de eo, quod eſt crimen ſcdm̄ ſe: ſed occaſio criminis. ſ. fixione oculi. Nec dicit ad hoc explorādū teſtes induci, ſed ſi forte aliqui ſint præſentes, qui non aduertunt, inducendi ſunt ut aduertant.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ mirum eſt de iſto homine, & præceptum Domini, Matth. 18. & verba Aug. in regula nō aduertente Auguſtinus .n. expreſſe in regula, & de quolibet ſe loq fatet̄, cū dicit: Et hoc quod dixi de oculo nō figendo, etiã in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandiſque pctīs diligēter & fideliter obſeruet̄: & teſtibus demonſtrandū, ſi poſt admonitionē id ipſum fecerit, ut duorū, uel triū poſſit ore conuinci, expreſsè dicit. Quid clarius? Vñ dicendum

dicẽdũ ẽ, ꝙ ſi eſt ſpes correctionis, quia vel coram ipſis erubeſcens reſipiſcet, vel qa uexatio dabit intellectũ abſq; dubio ex charitate demonſtrãdũ eſt. ſi iteratur pctm̃, ꝓp rõnem. Aug. ſ. qa fratres noſtros, quos indicãdo corrigere poſſumus non debemus tacẽdo pmittere perire. Nec hoc eſt exploratorẽ fieri alienæ vitę, ſed occurrẽtẽ morbũ proximi velle demõſtrãdo curare, ex quo ſimplex admonitio non ſufficit ad curã illius. Sapiẽs. n. & amicus medicus infirmũ, ſi nõ põt leuiori remedio curare, grauiori vtit̃ ad medelã. Nec eſt verũ, ꝙ magis eſſet ſcdm charitatẽ indicare ei, qui impediret iterãdum actum: qm̃ hoc remediũ non eſt curatiuũ morbi, qm̃ impedit⁹ à reiterãdo, reiteraret ſi poſſet. Charitas ãt q̃rit ſanare morbũ ꝓximi: et ꝓpea ſuadet demõſtrare iterãdũ actũ, ne putreſcat occultus morbus. Non tñ ꝓpea occaſio ei dãda eſt, ut iteret actum malũ: qm̃ nõ ſunt facιẽda mala vt eueniãt bona ꝑmittẽd⁹ ẽ iterare adhibitis teſtib⁹ ut vel ſic curet̃. Oĩs fru ct⁹ ẽ, vt auferat̃ pctm̃. ¶ In eadẽ diſſione ad primũ, dubiũ occurrit, An inductis teſtibus ad uidendũ iteratũ crimẽ, ſi deſit ſpes emẽdationis pctõris, ꝓcedendũ ſit ad publicã denuntiationẽ. Et eſt rõ dubij, qa apparet, ꝙ nõ eſt ꝓcedẽdũ ex eo, ꝙ nõ eſt ſpes emẽdationis, ad quã ordinat̃ denuntiatio. Apparet quoq; oppoſitũ ex eo, ꝙ crimẽ iã nõ eſt amplius occultum, qm̃ poteſt teſtibus conuinci.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ cũ ꝓcedere ĩ criminibus corrigendis, ordinet̃ ad emẽdationẽ pctõris, vt ad finẽ, ut ex Au. in regula, & extra, de accuſationibus, capit. Sup his, patet & ex fine ſumẽda ſit rõ eorũ q̃ ad finẽ ordinant̃ ſi poſt inductionẽ teſtiũ ꝓbabiliter credit̃ ꝙ pctõr vidẽs ſe denuntiatũ, deterior efficietur, deſiſtẽdũ eſt a denũtiatione. Et ſimil ter ſi poſt denun

*Ar. 6 huius queſt.

*Id inuit Hie. Mat. 18. to. 9.

†Loco citato ĩ co. ar. Au. in Reg c. 23.

† Homil. 61 ĩ Mat. parũ ante mediũ to mo 2.

rectione ꝑ ſecretã admonitio[F] nẽ procedẽdum eſt. Ex quo ãt probabiliter iã cognoſcere poſſumus, ſecreta admonitio non valet, procedẽdum eſt vlterius quantumcunq; ſit peccatũ occultum ad teſtium inductionẽ. Niſi forte probabiliter æſtimaretur, ꝙ hoc ad emendationem fratris non proficeret, ſed ex inde deterior redderetur: qui ꝓp hoc eſt totaliter à correctione ceſſandũ, ut ſupra * dictum eſt.

Ad secundum dicendũ, ꝙ homo non indiget teſtibus ad emẽdationem ſui peccati, quòd tamen poteſt eſſe neceſſarium ad emendationem peccati fratris: unde non eſt ſimilis ratio.

Ad iii. dicendum, ꝙ teſtes poſſunt induci ꝓpter tria. Vno modo, ad oſtẽdendũ, q̃d hoc ſit peccatum, de quo aliquis arguitur, vt * Hier. dicit. Secundo modo, ad conuincendum de actu[H] ſi actus iteratur, vt † Aug. dicit in regula. Tertio modo, ad teſtificãdũ, ꝙ frater admonẽs fecit quod in ſe fuit, vt † Chryſ. dicit.

Ad iiii. dicendum, ꝙ Aug. intelligit, ꝙ prius dicatur ꝑlato q̃ teſtib⁹, ſm quod ꝑlatus eſt q̃dã ſingularis perſona, quæ magis põt prodeſſe q̃ alij, non autem ꝙ dicat̃ ei tamquam Eccleſiæ i. ſicut in loco iudicis reſidenti.

QVAETIO XXXIIII.

De odio, in ſex articulos diuiſa

DEINDE conſiderandum eſt de uitijs oppoſitis charitati.

¶ Et primo, de odio, quod opponitur ipſi dilectioni. Secundo, de accidia, & inuidia, quæ opponuntur gaudio charitatis. Tertio de diſcordia & ſchiſmate, q̃ opponũtur paci. Quarto, de offenſione & ſcandalo, quæ opponuntur beneficentiæ[K] & correctioni fraternæ.

Circa primũ q̃runt̃ ſex.

¶ Primò, Vtrũ Deus poſſit odio haberi.

¶ Secundò, Vtrum odium Dei ſit maximum peccatorum.

¶ Tertiò, Vtrum odium proximi ſemper ſit peccatum.

¶ Quartò, Vtrũ ſit maximũ inter pctã, q̃ ſunt in proximũ.

¶ Quĩto, Vtrũ ſit uitiũ capitale.

¶ Sextò, Ex quo capitali vitio oriatur.

ARTICVLVS I.

Vtrum quis poſſit Deum odio habere.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ Deum malus odio habere poſſit. Dicit enim Dyoniſ. 4. capiti* de diui. nomin. ꝙ oĩbus amabile & diligile eſt primum bonum, & pulchrum: ſed Deus eſt ipſa bonitas, & pulchritudo ergo à nullo odio habetur.

[G] ¶ 2 Præ. In apocryphis Eſdra dr̃ ꝙ omnia inuocant veritatẽ, & benignantur in operibus eius: ſed Deus eſt ipſa veritas, vt dr̃ Io. 14. ergo oẽs diligunt[h] Deum & nullus eum odio habere põt.

¶ 3 Pręt. Odium eſt auerſio quędam ſed ſicut † Diony. dicit in 1. c. de diui. nomi. [h] oĩa ad ſeipſum conuertit. Ergo nullus cũ odio habere poteſt.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ [H] in Pſal. 73. Superbia eorum qui te oderunt, aſcedit ſemp. & Io. 15. Nunc autem, & viderunt, & oderunt me, & patrẽ meũ &c.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ex ſ. * dictis patet, odium eſt q dã motus appetitiuæ potentię q̃ nõ mouet̃, niſi ab aliquo apprehenſo. Deus autem dupliciter ab hoĩe apprehendi poteſt Vno mõ ſm ſeipſum, puta cũ ꝑ eſſentiam vr̃. Alio modo, ꝑ ef-
[I] fectus ſuos cũ. ſ. inuiſibilia Dei ꝑ ea q̃ facta ſunt, intellecta cõſpiciunt̃. Deus ãt ꝑ eſſentiã ſuã ſeipſa bonitas, q̃ null⁹ hẽre odio põt, qa de rõne boni eſt vt amet̃, & ideo * impoſſibile eſt, ꝙ aliquis videns Deum ꝑ eſſentiã, eũ odio hẽat. * Sed effectus eius aliqui ſunt, qui nullo mõ pñt eſſe cõtrarij voluntati humanæ: quia eſſe uiuere & intelligere, eſt appetibile, & amabile omnibus, quæ ſunt quidam effectus Dei. Vñ ẽt * ſm quod Deus apprehenditur ut actor horum effectuum nõ poteſt odio haberi. ¶ Sunt quidam effectus Dei, q repugnant inordinatæ uoluntati, ſicut inflictio pœnæ, & etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnat voluntati: deprauatæ per pctm̃: & quantum ad conſiderationẽ talium effectuũ ab aliquibus Deus odio hẽri põt, in-

datione ꝓbabiliter cõſtet, ꝙ ſi conuicat̃, ibit in ꝑditionẽ, dẽt iudex nõ ꝓcedere ad cõuincẽdũ hoĩem ma lẽ, & hoc dico ſi pctm̃ eſt tale qd ſibi ſoli nocet. Sec⁹. n. eẽt ſi pctm̃ eſſet i aliorũ nocumẽtũ uel piculũ: qm̃ tũc non ipſius ſolius hñda eſt rõ. Nec obſtat, ꝙ pctm̃ iã ñ eſt occultũ: qm̃ adhuc ĩtra latitudinẽ occultorum cõputat̃, qñ alios non ſcãdalizat, nec nocet alicui alteri, quis tribus, aut quatuor tacentibus notum ſit.

SVPER Q. XXXIIII. ART. I.

Ban. eodem art.

IN ar. 1. q. 34. diligẽter & caute aduerte ꝙ uerba lr̃æ pñt bñ, & male ĩtelligi. Male q̃dẽ, ſi ex eis ſumat̃, ꝙ odiũ ñ pt terminari ad ipſũ Deũ, ſcdm id qd ẽ i ſeipſo, ſed ſolũ ſcdm ꝙ induit rõnẽ cãę alicui⁹ dũplicẽtiæ alicui. Hic ſiqdẽ ſẽſus apparet i ſupficie lr̃æ id falſ⁹ ẽ aliena ab authoris ĩtẽtiõe. Fal.⁹ qdẽ qa poſſũ ex iniqua uolũtate velle, ꝙ De⁹ ñ ſit, q̃uis ſciã hoc eẽ ĩpoſſibile, Volũtas. n. ꝑuerſa ẽt ĩpoſſibiliũ eſt. Ingt. n. pctõr, Quãuis ſciã hoc poſſe eſſe tñ ego uellẽ, ꝙ ſic eẽt ut opto. Nec obſtat, ꝙ volũtas ĩpoſſibiliũ ſit uellẽitas: qa uellẽitas talis maximũ pctm̃ ẽ & atteſtat̃ q̃ mala uolũtas eẽt efficaciter, ſi poſſet, ut patet ĩ dãnatis. Al en⁹ ãt ab authoris ĩtẽtiõe cõ ꝓbat̃ ex ar. ſequenti, ubi odiũ Dei iõ peſſimũ ponit̃ qa opponit̃ optimo. ſ. charitati. Cõſtat ãt oppoſita eẽ circa idẽ & charitatẽ diligeř Deũ ĩ ſeipſo, ſcdm id, qd ẽ ĩ ſeipſo ac ꝑ hoc odiũ oppoſitũ uelle malũ Deo ſcdm id, qd ẽ in ſeipſo ſcdm ſe. Et ꝓpterea eſt maximum pctõrũ ſi charitas eſt maxima uirtutũ, ut ex ſupra dictis cõparãdo virtutes theologicas, patet. Bene ãt ĩtelligit̃ lr̃a, ſi ĩtelligam⁹ ꝙ uolũtas ñ pt exire i actũ odij reſpectu Dei ex clara Dei uiſione qa tũc obiectũ mouens uoluntatem eſt undiq; bonũ, & uoluntas naturaliter in illud tẽdit actu amoris. Nec ex apprehenſione ipſius, vt cã naturaliter

Porrecta per totum

203

Supra q. 13 a. 4. Et 4. diſ. 50. q. 2. ar. 1. q. 5: Et Io. 5. lec. 8, & c. 15. lec. 5. Et Ro. 8 lec. 2.

*Ca. 4. pa. 1. in medio. lib. 3.

† Ca. 1. de clinando ad ſi.

* 1. 2. qu. 29. ar. 1.

Concl.

Conclu.

eneraliter a nobis amatorū eadē rōne, quia nec ipsi effectus pōt A odio haberi, ut superius declarauimus: sed et apprehēsione ipsius, ut author est effectuū displicē: tū, pōt uolūtas odio habere Deū: ita, ꝙ licet apphensio inchoet ab effectu & Deo ut cā, odiū tū terminari pōt ad ipsum Deū secundū se. & tunc propriè est odiū Dei, quāt ēt infra

Conclu. 1 latitudinē odij Dei sit odio hēe eū ut causam talis rei sibi displicētis: qm̄ De° est cā per intellectū, & uoluntatem, & actionē, quæ oīa sunt ipse Deus: sed peius odiū in primo gradu est positū, qd̄ cōtra Deū in seipso directè penetrare itēdit. Quia ergo odij obiectū ut sic, est malū, uel malū apparēs, in litera rō apparentis mali redditur, quare, s. Deus apparet alicui mal°. Terminus aūt odij, quid. s. ex hac apparētia odio habeatur, Deus ipse dictus est ī hoc ar. īquātū cā talis effectus, & hic est termin° odij Dei necessario. In sequenti verò ponit terminus Deus absolutè, & hic est termin° odij possibiliter. Non.n. oportet odiū Dei ī quocū-

Porrecta per totum.
204

Inf. q. 39. ar. 2 ad 3. Et 22. q. 73. arti. 4. ad 3.

que in tm̄ progredi malū, ut etiā ipsum Deum secundum se penetrare intendat, puta, ꝙ nollet eū esse trinum, & unum &c. Ex his aūt habes vñ uel accusantes, uel ignorantes doctrinā authoris repellere, uel docere ualeas, distinguendo de odio haberi in rōne motiui, uel terminatiui tm̄: Et dicendo, ꝙ Deus scd̄m se in rōne motiui non pōt odio haberi, quia non pōt seipsum mouere ad sui odiū, cum habeat rōnē omnis boni eminēter: sed tū rōne terminatiui pōt odio haberi, qm̄ uelleitatis iniquæ terminus esse pōt, quantūcunq; summa bonitas. Dixi aūt, terminatiui tantum: quia Deum secundum se habere rationem utriusq;, respectu odij est impossibile. In cuius signum clarè D uisus Deus non potest odio haberi: quia secundum se & mouet, & terminat uoluntatem nostram.

¶ In eode 1. ar. dubium occurrit circa illud, Effectus aliqui Dei sunt, qui nullo mō possunt esse contrarij uoluntati humanæ, ut esse, & uiuere &c. Vñ secundum quod Deus apprehenditur ut author horum, non pōt odio haberi. Contradicimus, inquit Martinus de Magistris, beato Thomæ in hac conclusione, & ratione. Constat.n. ꝙ hæc Thomæ rō nihil concludit, quia aut intelligit de uoluntate ordinata, & nihil concludit: quia multa possumus uelle, & nolle, ad quæ ordinata uoluntas non se extendit: aut de uolūtate siue ordinata, siue inordinata, & sic falsum assumitur: quia constat, ꝙ esse, uiuere, & intelligere, repugnant uoluntati inordinatæ. Conclusio uerò falsa ostendit tū ex his, qui interimunt seipsos: tum quia Deus si conseruaret uitā operanti efficacem danti ad interimendum se, odio haberet ut author uitæ illius: tum quia de Iuda scriptū est, Bonum erat E ei si natus non fuisset: tum quia sicut Mithridates odio habuit conseruatiuum suæ uitæ contra assumptū uenenum, ita odio habuisset quodcunq; animatum conseruans tunc suam uitā.

¶ Ad hæc dicitur, ꝙ sermo formalis omnia soluit, & ostēdit veram esse doctrinam hanc. Esse namq;, & viuere, & huiusmodi, dupliciter considerari possunt. Primò, secundū id quod sunt: secundò secundum aliquid eis adiunctum. Si cōsideretur esse secundum se, sic cū nihil habeat in se fugibile, non potest odio haberi: si uerò consideretur secundum adiunctā sibi miseriā, uel pœnam, uel quodcunque aliud contrarium uoluntati alicuius, sic pōt odio haberi. Et quia primo modo consideratur per se, & formaliter, secundo autem modo per accidens: ideò doctrina authoris primo modo loquens, non est impugnāda, sed ueneranda, & explicanda pro minus eruditis. Est igitur literæ huius cōclusio & rō, ꝙ quia isti effectus, s. esse uiuere &c. nihil in se continent contrarium humanæ voluntati, siue ordi-

quantū.s. apprehendit peccatorū phibitor, & pœnarū īflictor[1]

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ rō illa procedit quantū ad illos, qui uident Dei essentiam, quæ est ipsa essentia bonitatis.

Ad II dicendum, ꝙ rō illa procedit quātum ad hoc, ꝙ apprehenditur Deus ut cā illorū effe- B ctuum, qui naturaliter ab hominibus amantur, inter quos sunt opera ueritatis præbentis suā cognitionem hominibus.

Ad III dicēdū, ꝙ Deus cōuertit omnia ad seipsum, inquantum est essendi principium, qa omnia inquantum sunt, tendunt in Dei similitudinem, qui est ipsum esse.

Articvlvs II.

Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum.

C Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd odium Dei nō sit maximū peccatorū. Grauissimū.n. peccatū est peccatū in Spiritumsanctū, quod est irremissibile, ut dicit Matth. 12. sed odium Dei non cōputatur inter h species peccati ī Spiritumsanctum, ut ex supra * dictis patet. ergo odium Dei non est grauissimum peccatorum.

¶ 2 Præt. Peccatū h cōsistit ī elōgatione a Deo: sed magis vr̄ esse elongat* a Deo k infidelis, qui nec Dei cognitionē hēt, q̄ fidelis, q saltē q̄uis Deū cognoscat ipsum tū odio habet. ergo videtur ꝙ grauius sit peccatū infidelitatis, q̄ peccatum odij in Deū.

¶ 3 Præt. Deus habetur o[illegible]io solùm ratione suorum effectuū, qui repugnant uoluntati, inter quos præcipuus est pœna: sed h odire pœnam nō est maximū peccatorū. ergo odium Dei nō est maximum peccatorum.

natæ, siue inordinatæ: ideo nec ipsi scd̄m se, nec De° ut author eorū secūdū se, pōt odio hri. Et rō qdē stat solida & efficax, qa impossibile est odio hri, nisi contrariū. Nulli aūt uolūtati quātūcūq; inordinatæ cōtrariū est esse, aut uiuere scd̄m se, q̄uis sit alicui cōtrariū secūdū aliqd adiunctū, in re, uel apparentia. Et per hoc patet solutio oīum obiectionum. Nā interimētibus seipsos, & Mithridati, & dānatis, & Iudæ, abominabilis erat vita pp adiunctā miseriā, & Iudæ melius ī ueritate fuisset nō esse natū, pp adiunctā iniquitatē, & maiorem miseriam. Distinctio ergo per se, & per accidens, hoc est, per aliud, omnia tibi in hac materia aperiet. *q. 14. artic. 2.

SVP. QV. XXXIIII. ART. II.

Ban. eodem art.
Nic. de Nyse tra. 3. p. 9 pa. 3. q. 3.

IN art. 2. eiusdē. 34. q. notato, ꝙ iuxta superius dicta, sicut dupliciter cōsideratur amor. s. scd̄m cōcupiscētiā. & scd̄m amicitiā, & scd̄m cōcupiscētiā terminatur ad rē cōcupitā, scd̄m amicitiā ad psonā cui cōcupiscitur: ita dupliciter sumitur odium secūdū abominationem, & terminatur ad rem contrariā: & secundū inimicitiā, & terminatur ad psonā, cui malū uolumus. Et intelligenda est dr̄ia hæc terminorū formaliter ex hoc, quia psona ut sic, est obiectū odij, & inimicitiæ: & res ut sic, obiectum odij abominationis, sicut in amore concupiscentiæ, & amicitiæ contingit: ita ꝙ si quandoque persona contraria appetitui nostro occurrit, quam tamen aliter amamus, habetur odio abominationis, ut habet rationem rei contrariæ nobis, ut patet de matre odiente uitam filiæ, pro qua a uiro suo despicitur, cui tamen filiæ bene facit cōtinuè. D Ex hac autem differentia sequitur, quòd odij actus dupliciter exprimitur. s. per ly nolle aliquid. & per ly malum uelle alicui. Vt.n. terminatur ad rem, & habet rationem refutantis & abominantis, exprimitur per uolūtatis actum, qui est nolle illud, ut in exemplo dato, mater deliberatè nollet uitam filiæ contrariam amori concupiscentiæ, quo vult se amari à uiro. Vt autem terminatur ad personam, & habet rationem inimicitiæ, exprimitur per uelle malum illi personæ: qd̄ in exemplo dato non habet directè locum, quia non uult mater filiæ secundùm se malum mortis, in cuius signum infirmā fouet, & adiuuat, vt uiuat: sed est consideranda uia redundantiæ. quoniam odiū abominationis quādo terminatur ad personā sub ratione rei, sed formaliter refutet contrarium amori concupiscentiæ, redundat tū in contrarium amoris amicitiæ, ut in exēplo dato, licèt mater refutet uitam filiæ, ut cōtrariū amabilitati propriæ à uiro, tamen ex hoc conuincitur, ꝙ magis amat se gratam viro, q̄ uitam filiæ, ac per hoc vult potius filiæ malum mortis, q̄ E sibi malum minoris gratiæ coram uiro: & sic per viam redundantiæ odium abominationis, quando est ad rem, quæ est psona, uel aliquid eius aliquo modo siue ut pars, siue ut possessio, uel huiusmodi, est etiam odium inimicitiæ. Ex his autē habes, & quòd Deus odio habetur a peccatore, primo, ut res contraria suæ peruersæ uoluntati, & hoc dupliciter. Primò participatiuè, cùm. s. transgressio fit præceptorum: secundò formaliter, cum peruenitur ad ipsum peccatum odij Dei. Cum enim aliquis furatur uoluntariè, refutat præceptum Dei, ac per hoc interpretatiuè refutat Deum prohibitorem illius, ut cōtrarium suæ uoluntati, quā vult habere alienum. Si autem in tantū malitia excreuerit, ut in ipsum prohibitorem dirigat aciem intētionis, iam odium abominationis est Dei, ut est res contraria amori concupiscentiæ. Et quia, ut dictum est, odium abominationis personæ redundat in odiū inimicitiæ eiusdē: ideo in quolibet peccato participatiuè clauditur odiū Dei, utroq; modo. s. &

D. 1179. SED CONTRA eſt, q optimo[d] opponit̃ peſſimum, ut patet p* Philoſ. in 8. Ethicor. ſed odium Dei opponitur dilectioni Dei, in qua cõſiſtit optimum hominis. ergo odium Dei eſt peſſimum peccatum.

* l.8.ca. 10. circa princ.t.5.

RESPON. Dicẽdũ, q defectus peccati conſiſtit in auerſione à Deo, ut * dictum eſt. Huiuſmodi aũt auerſio rõnẽ culpæ non haberet, niſi uolũtaria eſſet. Vnde rõ culpæ conſiſtit in uolũtaria auerſione à Deo. Hæc autẽ uoluntaria auerſio à Deo p ſe qdẽ importat̃ in odio Dei: in alijs aũt peccatis quaſi participatiuè, & ſm aliud. Sicut.n. uolũtas p ſe inhæret ei, qđ amat ita ſm ſe refugit id, qđ odit. Vñ qñ aliquis odit Deũ, uoluntas eius ſm ſe ab eo auertitur: ſed in alijs peccatis, puta, cum aliquis fornicatur, non auertitur à Deo ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud, inquantum. ſ. appetit inordinatã delectationẽ, q̃ habet annexam auerſionem à Deo. Semper aũt id, quod eſt p ſe, eſt potius eo, quod eſt ſecundùm aliud: vnde[m] odium Dei inter alia peccata eſt grauius.[n]

* 1.2.q.71 art.6.

G

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ſicut * Greg. dicit 25. Moral. aliud eſt bona non facere, & aliud eſt bonorum odiſſe datorem: ſicut aliud eſt ex præcipitatione, aliud ex deliberatione peccare, ex quo datur itelligi, q odire Deum omniũ bonorũ datorẽ, ſit ex deliberatione peccare, quod eſt peccatũ in Spiritumſanctum. Vnde manifeſtũ eſt, q odiũ Dei maximè eſt peccatum in Spiritumſanctum, ſecundùm quod peccatũ in Spiritumſanctum nominat aliqđ genus ſpeciale peccati. ideò tñ non computatur inter ſpecies peccati in Spiritumſanctũ, qa gñaliter inuenitur in omni ſpecie peccati Spiritumſanctum.

* Li.25.c. 16. ante medium.

H

F reſpiratur Deus ordinator, & q uult, interp̃tatiue tñ, peccator Deo ordinatori malũ oppoſitũ, puta, nõ eſſe ordinatorẽ. Deinde ſi cõtingat ſcelus creſcere, formaliter odio hẽt Deũ ut ordinatorẽ. Et ſi amplius creſcat in immenſum & formaliter Deũ ipſum in ſeipſo odio immunitiæ pſequit̃, in quo cõſumat̃ ſumma iniquitatis. Et qm̃ peccatũ mortale omne opponit charitati, q̃ eſt amicitia ad Deũ ſecũdũ ſeipſum idẽ & huiõi odium participatiuè claudit̃ in oĩ peccato mortali, pro quanto in eo clauditur uolũtas, q Deus nõ ſit Deus. Ex hoc nãque, q aliqđ pponit̃ Deo in amore, auſertur quãtum eſt ex parte hoĩs amãtis, à Deo natura ſua, q̃ oĩbus pręponitur. Et ſi hoc non penetras, memento, q hoc, quod facit affirmatio, uel negatio in intellectu, facit proſecutio, uel fuga in uolũtate, ac p hoc ſicut intellectus affirmãs aliũ Deũ, aut negans proprietatẽ Dei, auſert à Deo, q ſit De⁹: ita uoluntas nolens Deũ ut optimũ, aut tẽdẽs in aliud ut melius, auſert a Deo, q ſit Deus: hoc aũt fit i oĩ peccato mortali. Et ppea oẽ peccatũ, quod uocatur mortale, uerè dignũ morte æterna eſt, utpote offendens Deum, non qualitercunq;, ſed hoſtiliter, ad deiciendum. ſ. Deum à ſua deitate: & ex his patet ſenſus articuli huius, quare. ſ. odium Dei ſit grauiſſimum, & quomodo inueniatur in quolibet mortali.

¶In eodẽ art. 2. in rñſione ad primũ, dubiũ ex Marti. de Magiſtris, occurrit cõtra hanc rñſionẽ authoris arguẽte, dicẽdo. Iſta ſolutio nõ ſoluit, qa argm̃ pcedit de peccato i Spũmſanctũ irremiſſibili: ſolutio aũt pcedit đ pctõ i Spũmſanctũ remiſſibili. ¶Ad hoc dicendum, q cum oẽ peccatum in Spiritumſanctum ſit irremiſſibile, obiectio iſtius eſt nulla. At ſi pp diuerſum modum irremiſſibilitatis, quia. ſ. aliquod peccatum in Spiritũſanctum dr̃ irremiſſibile oĩno, ut finalis impœnitentia, & aliquod irremiſſibile ex ſui merito ut reliqua, arguens diſtinguat irremiſſibile omnino à remiſſibili, Reſpondetur, q aſſumptum eſt falſum. ſ. q argumentum loquatur de peccato in Spiritumſanctum irremiſſibili omnino, hoc eſt, de finali impœnitẽtia: qm̃ tale peccatum, ut ſupra in q. 14. patet, nõ eſt ſpeciale genus peccati, ſed põt odium Dei, & quodcunq; aliud eſſe, in quo qs finaliter pœnitentiam non aſſumet. Sed argm̃ procedit de peccato in Spiritumſanctum, ut eſt ſpeciale genus peccati, ut patet tam arguendo, cum di, Non computatur inter ſpecies peccati in Spũmſanctum, q̃ rñdendo, cũ gñis, & ſpeciei meminit, & doctrinæ in 1. art. dictæ q. õnis traditæ, q. ſ. genus peccati in Spiritumſanctum iuxta tertiã acceptionẽ ſumit̃ penès peccare ex electione mali, qđ hic uocat̃ peccare ex deliberatione: qđ eſt diſtinguendũ uel ex habitus inclinatione, vel contẽnẽdo impeditiuũ peccati, ſicut ibi diſtinguit̃ peccare ex electione mali. Idẽ enim eſt iudiciũ de peccare ex electione, & deliberatione mali. K

¶In eodem articu. 2. in reſponſione ad ſecundum, dubium ex eodem Martino occurrit contra authorem hic arguente. Hæc ſolutio, inquit, deficit in hoc, quòd dicit, quòd infidelitas, quæ eſt culpa, ſemper cauſatur ex odio Dei. Hoc enim conſtat eſſe falſum: nam non credere Deum trinum & unum in multis paganis abundè procedit, ut patet.

. Secundo deficit in hoc, quòd innuit, quòd peccatum, quod eſt cauſa, ſemper eſt grauius eo, quod ex illo cauſatur. Nam odiũ oritur frequenter ex ira, & ſecundum Thomam ex inuidia: & tamen eſt grauius utraque, & multa mortalia oriuntur ex uenialibus. Immo hæc opinio non concordat dictis eiuſdẽ Thomæ ar. 5. eiuſdem quæſtionis, ubi probando, q odium uũ

eſt uitiũ capitale, aſſumit hoc principiũ. In his, q̃ contra naturã ſunt, cuiuſmodi ſunt oĩa uitia, paulatim, & nõ ſtatim, itud qđ eſt cõtra naturã corrũpitur: & ex hoc probat odiũ non eſſe uitiũ capitale. Ex quo vĩr inferri duo. Primum eſt, q ex odio Dei nõ oritur infidelitas. Secũdũ eſt, q ex hoc, q odiũ Dei eſt cã infidelitatis, non põt iferri, q odiũ Dei ſit infidelitate grauius. ¶Ad hæc di, q argumenta laborãt quaſi in æquiuoco: qm̃ ſermo litteræ partim eſt de odio participatiuè, ſeu ſecundũ effectũ: & partim đ odio ſj ãli peccato, & ſecũdũ affectũ. Cũ.n. dr̃, q odiũ eſt rõ culpæ, ſeu peccati in infidelitate, ſermo eſt de odio participatiuè & ſecũdũ effectũ. Cum aũt di q odiũ eſt grauius peccatũ, ſermo eſt de odio ſecundũ ſe, ſeu ſecundũ affectum. Nec hoc eſt ſophiſticũ, & indignũ doctrina, ſed ex eo, q eſt p participationẽ oſtẽdere ſeipſum ſecũdũ ſe, ſicut ſi ex ignitis, oſtẽderet̃ natura ignis. In quolibet. n. peccato mortali, ut iã oſtẽſum eſt, clauditur odiũ Dei, ut rõ peccati mortalis in illo: quod iuxta huius reſpõſionis in litera proceſſum iterum aperitur, vt magis etiam hæc litera pateat. Infidelitas, inquit, habet rationem culpæ ex hoc, q eſt uoluntaria, quia &c. Quòd autem ſit uoluntaria, ſupple mortaliter, habet ex odio ſecundùm effectum cõtra ueritatem fidei. Patet. n. in infidelitate inueniri uoluntariam refutationem ueritatis diuinæ, quę eſt odium ſecundùm effectum ipſius diuinæ ueritatis, ex quacunque cauſa infidelitas oriatur. Et patet huiuſmodi odium in ea inuentum, eſſe rationem uoluntarij peccati mortalis in illa: quoniam tale odiũ eſt actus uoluntatis participatus in infidelitate, quo actus dicitur uoluntarium mortale, quod conuincitur ex eo, q in quolibet peccato mortali oportet inueniri formaliter, uel participatiuè actus uoluntatis contrarios dilectioni Dei, quæ eſt charitas: alioquin peccatum mortale non eſſet. Nam quod charitati non contrariatur, cum illa ſtat, & mortale peccatum non eſt. Ex hoc autem, q odium Dei participatiuè, ſeu ſecundùm effectum eſt ratio uoluntarij peccati mortalis in infidelitate, & in reliquis peccatis mortalibus optime infertur, q odium Dei ſecundùm ſe, ſecũdùm affectum, & q eſt odium Dei, ut eſt ſpeciale peccatum, eſt grauius cæteris: ſicut id quod eſt per eſſentiam, eſt maius eo, quod eſt per participationem, ſicut eſſentialis cauſa grauitatis peccati eſt ſecũdùm ſe grauior ſuo effectu. Conclu.

¶Ad primũ ergo in oppoſitum dr̃, q aliud eſt infidelitatẽ cauſari ex odio Dei, & aliud culpabilitatẽ, & peccatũ in infidelitate cãri ex odio Dei. Author non dixit primum, ſed ſecundum, & tamen argumentum primo mõ procedit. Et rurſus author nõ loquitur de odio Dei ſecundùm ſe, ſed ſecundùm effectum. I

¶Ad ſecundum dicitur, quòd author numquàm ſomniauit, quod arguens ſumit, ſcilicet, quòd peccatum, quod eſt cauſa, ſemper ſit grauius peccato, quod cauſatur: ſed ut dictum eſt, & in litera patet, dicit, quòd peccatum, quod eſt cauſa, ſupple per ſe, & eſſentialis, uoluntarij, culpabilitatis, & peccati in actu peccati, ex ſuo genere eſt grauius peccato, quod eſt eius, quantũ ad hæc, effectus. Hæc autem propoſitio eſt euidẽs: quoniam ex quo utrumque eſt peccatum, & hoc habet rationem peccati uolũtarij, quia illud eſt peccatum uoluntarium, oportet ut illud ſit maius peccatum, & magis uoluntarium, ac per hoc grauius, iuxta illam maximam. Propter quod unũquodque, illud magis. Et rurſus iuxta illam. Quod eſt per eſſentiam, ſeu ſecundùm ſe, eſt maius participatis. Et hoc in propoſito locum habet quia quãmuis de facto participatum,

ſeu

ſeu ſecundū effectū, odium inuenia*t* ſine hoc, q dériuetur ab odio ſecūdum ſe, & ſecundū affectum: ſecundum tñ habitudinem eorum inter ſe, odium ſecundū effectum habet propria cā odium ſecūdum affectū, & eſt illo imperfectius, hoc eſt, minus malū, vt potè effectus participat⁹ ſua cauſa ſecundū ſe: & hoc intendit litera. Vñ non oportet obiecta aliter ſoluere: qa nō contra hūc planū ſenſum literæ procedūt, ſed contra impoſitam à ſenſo Martino phantaſiā, vt ṗdictū eſt. Et iterū, q inter infidelitatem, & alia peccata, quo ad cauſari ex odio Dei quo ad culpam &c. hæc eſt differētia, q infidelitas cauſatur vt effectus proximus: peccata verò contra proximū, vt iniuſtitia, & hmōi, cauſantur vt effectus remoti. Et rō eſt, quia infidelitas, & odium Dei communicantur in obiecto. ſ. Deo. Infidelitas.n. contra veritatē diuinam, q̃ Deus eſt, peccat, & ſimiliter odiū Dei contra Deum eſt. Odium ergo veritatis diuinæ ſecundū effectum in infidelitate, cōuenit cum odio Dei ſecundū effectum in obiecto. Et propterea infidelitas cognata eſt odio Dei. Reliqua peccata, quæ nō habent Deū pro obiecto, licèt odium Dei includāt, ut prius declaratum eſt, remotiora ſunt à Dei odio propter alteratē obiecti.

* Li. 10. c. 28. circa mediū. tom. 1.

* Li. 25. c. 16. añ medium.

Porrecta per totum.

205

Sup. q. 25 artic. 6. Et Pſal. 14.

SVP. QV. XXXIIII. ARTIC. III.

Ban. eodem art.

IN ar. 3. eiuſdem q. 34. ī rñſione ad 3. Martinus occurrit, Hæc (dicēs,) ſolutio nō mihi vr ſufficere. Nō ſolū naturale eſt odire eos, q iniuſtè, ſed et eos, q iuſtè inimicantur nobis: qm̄ vniuerſaliter inimicos naturaliter odio habemus.

* Ad hoc dr̄, q iſte abutitur uocabulis, & propterea errat. Qui enim iuſte nobis aduerſantur, non ſunt inimici noſtri, ut patet ex hoc, q nolunt nobis malū: ſed odiē

* Li. 2. c. 4. & 20. & li. 4. c. 21. a medio.

* 1. 2. q. 29. art. 2.

AD II dicēdū, q ipſa infidelitas nō hēt rōnē culpę, niſi inquātū eſt volūtaria: & iō tanto eſt grauior, quato eſt magis uolūtaria. Quòd aūt ſit volūtaria ṗuenit ex hoc, q aliqs odio habet veritatē, q̃ ṗponit. Vñ patet, q rō peccati in infidelitate fit ex odio Dei, circa cuius veritatē eſt fides: & ideò ſicut cauſa ē potior effectu, ita odiū Dei eſt maius peccatū, q̃ infidelitas.

B AD III dicēdū, q nō quicūq; odit pęnas, odit Deū pęnarum actorē. Nā multi odiūt pœnas, q tñ eas patiēter ferūt ex reuerētia diuinæ iuſtitiæ. Vñ * Aug. dicit. 10. Cōfeſſ. q mala pœnalia De⁹ tolerare iubet, ñ amari: ſed ṗrūpere in odiū Dei puniētis, hoc eſt hēre odio ipſam Dei iuſtitiā, qđ eſt grauiſſimū pc̄tm̄. Vñ * Greg. dicit 25. Mora. Sicut nōnūquā grauius eſt pc̄tm̄ diligere, q̃ perpetrare: ita nequius C eſt odiſſe iuſtitiā, q̃ non feciſſe.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne odium proximi ſit peccatum.

AD TERTIVM ſic ṗcedit. Vr̄ q nō omne odiū ṗximi ſit pc̄tm̄. Nullū.n. pc̄tm̄ inuenit in ṗceptis, vel conſilijs legis diuinæ, ſm̄ illud Prou. 9. Iuſti ſunt oēs ſermones mei. nō eſt in eis prauū qd, nec ṗuerſū: ſed Luc. 14. dr̄ Si qs venit ad me, & non D odit patrē, & matrē, nō pōt eſſe meus diſcipulus. ergo nō oē odium proximi eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Nihil pōt eſſe pc̄tm̄, in quo Deū imitamur: ſed imitando Deū, quoſdā odio habem⁹. dr̄.n. Roma. 1. Detractores, Deo odibiles. ergo poſſum⁹ aliquos odio habere abſque peccato.

¶ 3 Præt. Nihil naturalium eſt pc̄tm̄, qa pc̄tm̄ eſt receſſus ab eo, qđ ē ſm̄ naturā, vt * Dam. dicit 12. li. ſed naturale ē vnicuiq; rei, q odiat illud qđ eſt ſibi contrariū, & q nitat ad eius corruptionē. ergo vr̄ nō eſſe pc̄tm̄, q aliqs habeat odio inimicū ſuū.

SED CONTRA eſt, quod dr̄ 1. Io. 2. Qui odit fratrē ſuū, in tenebris eſt: ſed tenebræ ſpūales ſunt peccata. ergo odiū proximi nō poteſt eſſe ſine peccato.

RESP. Dicēdū, q odiū amori opponit, vt s.* dictū eſt. Vñ tñ A hēt odiū de rōne mali, quantū amor hēt de rōne boni. Amor aūt debet ṗximo ſm̄ id, quod à Deo hēt. i. ſm̄ naturā, & gratiā: nō aūt debet ei amor ſm̄ id, qđ habet à ſeipſo, & diabolo. ſ. ſm̄ pc̄tm̄, & iuſtitiæ defectū. Et iō licèt[m] hēre odio pc̄tm̄ i fratre, & oē illud qđ pertinet ad defectum diuinæ iuſtitiæ: ſed ipſam naturā, & gratiā fratris nō pōt aliqs hēre odio ſine peccato[n]. B Hoc aūt ipſum, q in fratre odimus culpā, & defectū boni, ṗtinet ad fratris amorē. Eiuſdē.n. rōnis eſt, q velimus bonum alicuius, & q odiamus malū ipſi⁹: vnde ṗ ſimpliciter accipiendo odiū fratris, ſp̄ eſt cū peccato[q].

AD PRIMVM ergo dicendū, q parentes, quantū ad naturā, & affinitatē, qua nobis cōiūgunt, ſunt à nobis ſm̄ ṗceptum Dei honorādi, ut patet Exo. 20. O- C diendi aūt ſunt quātū ad hoc, q ipedimētū ṗſtāt nobis accedēdi ad ṗfectionē diuinæ iuſtitiæ.

AD II dicēdū, q Deus in detractoribus odio habet culpā, nō naturā: & ſic ſine culpa poſſumus odio detractores hēre.

AD III dicēdū, q homines ſm̄ bona, q̃ habent à Deo, non ſunt nobis contrarij: vnde quantum ad hoc ſunt amandi. Contrariantur autē nobis ſm̄ quod D cōtra nos inimicitias exercent quod ad eorū culpā pertinet, & quātū ad hoc ſūt odio habēdi. Hoc.n. in eis debemus habere odio, q nobis ſunt inimici.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum odium proximi ſit grauiſſimum peccatorū, quæ in proximum committuntur.

AD QVARTVM ſic ṗceditur. Vr̄ q odiū proximi ſit grauiſſimum peccatum eorū, quæ E in proximo committuntur. Dicitur enim 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: ſed homicidium eſt grauiſſimum peccatorum inter ea, quæ committuntur in proximum. ergo & odium.

¶ 2 Præt. Peſſimum opponit optimo: ſed optimum eorū, q̃ ṗximo exhibemus, eſt amor oīa enim alia ad dilectionem referuntur. ergo Peſſimū eſt odiū.

SED CONTRA. Malum dicitur, quia[h] nocet, ſecūdum * Aug. in Enchiridion: ſed plus aliquis nocet proximo per alia peccata, quam per odium, puta, per furtum, & homicidium, & adulterium. ergo odium non eſt grauiſſimum peccatum.

tes culpam: uolūt bonum iuſtitiæ in punitione noſtra. Inimicus aūt uult abſolutè mihi malū, ſicut amicus vult abſolutè mihi bonū, cuius etiam ſignū eſt, q Deus nulli ēt damnato eſt inimicus, q̃uis multos puniat, volens eis nō malum abſolutè, ſed bonū iuſtitiæ in eis, quod malum pœnæ eorū habet annexū. Vnde ſolutio eſt ſolida: qm̄ falliſſimū eſt, q naturaliter odio habeamus punitores noſtros, vt inimicos: licet uerū ſit, q naturaliter odio habemus pœnas.

Conclu. m

SVP. QV. XXXIIII. ART. IIII.

conclu. p

Ban. eodem art.

IN art. 4. dubiū occurrit circa rōnē redditā, Quare odiū ṗximi, ut deordinat peccātē, eſt grauius, q̃ exterioris act⁹ peccatum contra proximū, quia. ſ. per odiū deordinatur uoluntas, q̃ eſt potiſſimū in hoīe, & ex qua eſt radix peccati. Oportet ſiquidē ad hoc, q tō ualeat, ex alia parte ſubintelligere, q per peccata exteriora in proximū nō deordinat voluntas: qđ conſtat eſſe falſum. Præterea peccatum deordinans hominis voluntatē, & aliam eius partem, magis deordinat eum, q̃ deordinans uoluntatem ſolā: ſed peccatū actus exterioris in proximum ita ſe habet ad odiū proximi, ut patet. ergo. Et cōfirmatur, quia maior defectus eſt in ramo & radice, q̃ in radice tñ. Sic aūt eſt iuxta ſimilitudinem literæ, de uolūtate, & alijs potentijs, ſeu actibus.

¶ Ad hoc dicitur, q ſanè intelligendo poteſt ex alia pte oppoſitum

Porrecta per totum.

206

Infr. q. 158. ar. 4. & 6. Et 1. 2. q. 46. a. 6. Et ma. q. 12. a. 4. & 5.

* Enchiridij. c. 12. tom. 3.

ſcum dici. Eſt autē ſanus intellectus, ꝙ odium deordinat formaliter voluntatem: peccatum autem exterioris actus in proximum non deordinat formaliter volūtatem, ſed actum iſtum exteriorē, quem conſtat eſſe alterius potentiæ. Peccatum enim nō deordinat formaliter, niſi id, in quo eſt ſubiectiuè. Licet aūt oē peccatum ſit radicaliter in voluntate vt in ſubiecto: tamen in potentia alia libera, & rationali ꝑ participationem multa peccata ſunt.

* Homil. 10. i opere imperfecto nō remote a fine illi⁹, tom. 2.

¶ Ad ſecūdū verò di. ꝙ cum cōparatio ſit inter diſtincta, quando cōparantur duo, quorum primū clauditur in ſecundo, nō intelligitur comparatio ſecundi ad primum, vt includit primum, & aliquid vltra: ſed quantū ad illud, in quo diſtinguitur à primo. Vnde non cōparatur deordinatio voluntatis deordinationi voluntatis, & alterius potētiæ: ſed ex vna parte ſumitur deordinatio voluntatis, & ex altera deordinatio actus exterioris liberi, ſeu humani: & tūc dicitur, quòd quia voluntas eſt potiſſima in homine, & ex qua eſt radix peccati, aliæ autem potentiæ ſunt inferiores, & vt rami: iō deordinatio voluntatis eſt maior, quàm deordinatio aliarum virium. Conſtat namq;, quòd potioris deordinatio, potior eſt: & malum radice, peius eſt quàm in ramo vt ſic. Cum autem audis voluntatem eſſe potiſſimum in homine, non putes authorem ſui oblitum, ſed in ſubiecta loqui materia ſcilicet morali. In homine namque in ordine ad moralia potiſſimum eſt voluntas, ut patet, quàmuis ſimpliciter potior ſit intellectus, vt in primo libro habitum eſt.

¶ In eodem artic. dubium occurrit, Quo pacto poteſt eſſe actus exterior inordinatus ex zelo iuſtitiæ abſque peccato. Quòd. n. poſſit propter ignorantiam aliquam, puta, facti, omni cautela adhibita, actus exterior inordinatus accidere ſine peccato, clarum eſt. Poteſt. n. aliquis ex huiuſmodi ignorātia occidere patrē propriū: & tunc actus exterior erit inordinatus, cadens ſuper materiam repugnātem. ſ. patris vitam, & tamen ſine peccato. Sed ꝙ hoc poſſit etiam ex zelo iuſtitiæ accidere, ut litera dicit, nō apparet: qa ſi ex zelo iuſtitiæ ſecūdū ſciētiā occidit, iam actus exterior nō erit inordinatus: & ſi exterior eſt inordinat⁹, iam non ex zelo iuſtitiæ ſecundū ſcientiam prouenit, ſed ex zelo iuſtitiæ, non ſecundū ſcientiā: & tunc conſtat eſſe peccatū.

¶ Ad hoc dicitur, quòd author profert ſermonem conditionalem, ad cuius ueritatē neutrius partis veritas exigitur. Et propterea nō oportet ſolicitari, quomodo poſſent actus eſſe inordinati abſque peccato. Exemplorum quoque, quàmuis nō requiratur veritas, attamen quia etiam exempla ſub diſiunctione allata ſunt, ſufficit pro altera parte uerificari.

¶ In eodem ar. 4. dubium eſt circa illam propoſitionē. Si quid culpæ eſt in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum eſt ex interiori odio, tum quia non omne ꝙ exterius committitur contra proximū, ex odio fit, ſed aliquando ex ira, aliquando ex inuidia, aliquando ex luxuria, vt patet de adulterio, detractione, & vindicta: tum quia in præcedentibus determinatum fuit, quòd actus exterior habet malitiam ſecundum ſe, quam magis dat voluntati, quàm ab ea accipiat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd iuxta Apoſtoli ſententiam, omnia prohibita contra proximum ut, Non occides, Non adulterabis &c. in hoc vno comprehenduntur, Diliges proximū tuum. Ac per hoc in quocumq; commiſſo contra proximum, contrariū dilectionis eiuſdem incurritur, quod conſtat eſſe odium proximi: ideò omne exterius peccatum commiſſum in proximū, odiū in ſe proximi claudit, & ex illo procedit participatio in omnibus, etiam in ipſa ira, & inuidia, ut inferius clarificabitur.

¶ Ad ſecūdum dicitur, ꝙ impertinens eſt obiectio. Nam alia eſt quæſtio de bonitate, & malitia actus ſecundum ſe, & a voluntate finis &c. & alia eſt quæſtio de culpa actus exterioris in proximum ſecundum ſe, & ex odio. Et de illa quæſtione ſatis dictum eſt: de hac vero dicitur, quòd quicquid culpę eſt, ex odio eſt: quia quicquid habet mali ex genere ſuo, habet ex odio participato in ratione ſui generis. Niſi. n. homicidiū ex genere ſuo clauderet in ſe odium uitæ humanæ, non eſſet malum moraliter. Vnde ſi occidatur homo à iudice, a quo fit ſine odio vitæ humanæ, non eſt homicidium.

¶ In eodem 4. artic. dubium adhuc eſt, quia author videtur di-

F minutus. Quærit namq; vniuerſaliter, An odium proximi ſit grauiſſimum peccatorū, quæ in proximū cōmittuntur. Et ſoluit particulariter, ꝙ odium eſt grauiſſimum reſpectu peccatorum exteriorum, quæ in proximum committuntur. Cōſtat. n. ꝙ præter odium proximi, & peccata exteriorum actuū in proximū, ſunt alia peccata in proximum, ſ. cōcupiſcere uxorem proximi, concupiſcere res illius, inuidere proximo, deſpicere proximum &c.

¶ Ad hoc di. ꝙ quia rō difficultatis exigētis ſpecialem articulum de cōparatione odij ad alia peccata in ꝓximū, fuit actus exterior nocens proximo: ideò author ad id, in quo difficultas erat a ſpeciēs, determinauit, relinquēs pro manifeſto, quòd odium ꝓximi eſſet peius cæteris interioribus peccatis in proximū, ex vniuerſalitate obiecti, & immenſitate rationis illius. Extendit ſiquidem ſe odium contra omne bonum proximi, & abſque menſura in quodlibet fertur. Cætera autem aut ſecundum quoddam genus boni, aut ſub quadā modificatione in proximū inſurgunt, ut patet de inuidia, & alijs allatis, excepta ſuperbia, quæ non cōputatur inter peccata in proximum, quia Deo ſe opponit: unde non eſt diminutio in authore. Et ſcito, quòd comparatio odij ad alia peccata

Conclu.

H eſt accipienda proportionaliter, ut ſcilicet odium uitæ proximi ſit peius, quàm inuidia eiuſdem uitæ. Et ſimiliter odium fraternæ gratiæ ſit peius, quàm inuidia eiuſdem, & ſic de alijs. Secus autem eſt reſpectu diuerſorum. nam inuidia fraternæ gratiæ longè maius peccatum eſt, quàm odium proximi ſecundum bona exteriora.

¶ In eodem. 4. art. Martinus occurrit, arguens contra ſecūdam concluſionem, ſcilicet, quòd peccata exteriora quātum ad nocumentum, quod proximo infertur, peiora ſunt, quàm interius odium, ſupponendo, quòd actus exterior malus non addit malitiam aliquam ſuper malitia actus interioris, quod pro nunc probat ex litera hac dicente, Si quid culpæ eſt in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum eſt ex interiori odio.

¶ Arguit ergo primo. Nullus actus exterior proximo nociuus, eſt odio proximi culpabilior, ergo non eſt grauius peccatum quantum ad nocumentum. Antecedens probatur, quia actus

I exterior aut habet aliquid culpæ, quod non habet interior, aut nihil. Si nihil, habetur intentum: ſi aliquid, aut ſecundum illud ſubordinatur actui interiori malo, uel non. ſi non, ergo ſecundum illud non eſt culpabilis. ſi ſic, ergo in actu interiori eſt aliquid grauitatis correſpondens illi parti, quæ dicebatur non haberi ab actu interiori.

¶ Præterea Ex nullo communi actibus bonis, & malis attenditur grauitas peccati: ſed nocere proximo eſt commune actibus bonis & malis. ergo ex nocumento proximi non aggrauat peccatum. Patet minor, quia etiam iuſta occiſio nocet proximo.

¶ Tertio, quia huiuſmodi grauitas aut penſatur ex nocumēto, quod infertur proximo tantum. & hoc non, quia tunc occiſio ſui non eſſet hac grauitate grauior. Aut ex nocumento, quod infertur ſiue proximo, ſiuè ſibijpſi: & tūc uel in hac cōparatione comparas actum exteriorem & interiorem ſimul ad interiorem tantum, & ſic nihil ad propoſitum: aut comparas actū

K exteriorem ad interiorem, cui ſubordinatur, & tunc ſic actus interior uolendi occidere proximū ex odio magis nocet odiēti, quàm homicidium proximo noceat. ergo quantum eſt ex parte nocumēti, actus interior grauior eſt, quàm exterior. Antecedens patet, quia mors ſpiritualis peior eſt corporali.

¶ Deinde arguit tractando authoritates Auguſtini, & Chryſoſtomi allatas in litera pro dicta ſecunda concluſione.

¶ Et primo contra diſtinctionē literæ ex authoritates Chryſoſtomi. Quantò aliqua ſunt maiora in peccato, tātò ſunt magis deordinata, & grauioris culpæ: ſed ſecundum authoritatem Chryſoſtomi allatam, adulteriū, & homicidiū ſunt maiora in peccato, ꝙ ira & odium. ergo ſunt maiora in deordinatione, & culpa, ac ꝑ hoc diſtinctio literæ nō ualet ad authoritatē hanc.

¶ Secūdo ex authoritate Aug. Malum dicitur, quia nocet: quia licet homicidiū plus noceat proximo, odium tamen plus nocet ſimpliciter: quia nocumentum illatum ſibijpſi per odium, eſt maius, ꝙ nocumētum illatum proximo per homicidium.

¶ Ad

¶ 3 Præt. Chryſ. exponens illud Mat. 4. Qui ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis, dicit. Mādata Moyſi, Nō occides, Nō adulterabis, ī remuneratione modica ſunt ī pctō aūt magna. Mādata aūt Chrī. i. Nō iraſcaris, Non cōcupiſcas, in remuneratione

G magna ſunt, ī pctō aūt minima: odiū aūt ꝑtinet ad īteriorē motū, ſicut & ira, & cōcupiſcētia. ergo odiū ꝓximi eſt[h] min⁹ peccatum, quàm homicidium.

RESPON. Dicēdū, ꝙ peccatū qđ cōmittit in ꝓximum, habet rōnē mali ex duobus. Vno qdē mō, ex deordinatione eius, qui peccat. Alio mō, ex nocumēto quod infertur ei contra quem peccatur[m]. Primo ergo modo, odiū eſt maius peccatū, ꝙ exteriores actus, qui ſunt in proximi nocumentum[n], quia ſcilicet per odiū deordinatur voluntas

¶ Ad hæc dicitur, ſuppoſitis his q̃ in præcedenti lib. dicta ſunt, A q ſuppoſitum eſt falſum: quia actus exterior addit bonitatem, vel malitiā actui interiori, vt et Aug. dicit. Actus.n. exterior auget bonitatem, vel malitiam actus interioris: ita q velle homicidiū committere, minus malū eſt, q̃ uolendo cōmittere homicidiū. Ipſa.n. executio addit grauitatē, & quantū ad propoſitū ſpectat, rōne nocumēti illati proximo ex ipſa executione, quam non infert actus interior.

¶ Ad probationē autē ex hac litera, cōceditur litera hæc: ſed negatur ſequela illius ſuppoſiti ex hac litera. Nam ex hoc, q quicquid uitæ eſt in arbore, eſt in radice, nō ſequitur, q arbor nihil vitæ, aut vitalis perfectionis addat ſupra radicem. Multas.n. perfectiones uitales addit arbor ſupra radicem, ut patet: & ſimile eſt in propoſito, cum author expreſſè in litera aſſimilet radici uoluntatē interius: Vnde cū hoc, q quicquid culpę eſt in actu exteriori, eſt ex interiori odio participato, & incluſo in actu exteriori, ſtat q actus exterior addat culpabilē grauitatē, immò ex hoc ipſo, q actus interior progreditur in exteriorem, creſcit malitia: ſicut ex hoc, q radix profert plantam, creſcit vita. Ad primum autē argumentum negatur maior. Ad probationem dicitur, q actus exterior habet aliquid grauitatis culpabilis, qd non habet actus interior ſolus: ſic.n. ad ipſum fit cōparatio. Nā ſi ad actū interiorē coniunctū exteriori fieret comparatio, diceretur, q una & æqua eſt utriuſque malitia per viam redundantiæ hinc, & inde, ut in præcedenti lib. patet.

Concl. p

Porrecta per totum.

207

Infra q6. 158. ar. 6. Et mal. q. 12. art. 5.

¶ Et cum arguitur. Aut illud grauitatis, quod addit exterior actus, ſubordinatur interiori, aut nō: rñdetur, q iam digreſſio fit ab actu interiori ſolo, ſeu ſecundùm ſe, ad ipſummet coniunctum, ſeu ut iō eſt exterioris actus, & propterea egredimur extra propoſitam comparationē. Veruntamē ſequendo diuerſionē argumēti, rñdetur, q ſubordinatur ut executio appetitui. Et cum ex hoc infertur, Ergo in actu interiori eſt aliquid grauitatis correſpondens illi parti, quam addere dicitur actus exterior: conceditur, quia, ut dictum eſt, ex actu exteriori deterior fit actus interior coniunctus: ſed cum dr. ergo hæc grauitas pꝛerat in actu interiori, negatur. Aliud eſt.n. grauitatem hāc inueniri in actu interiori coniuncto exteriori, & aliud eſt inueniri in actu interiori ſecundum ſe. Primum eſt uerum: ſecundum falſum. Et rurſus, Aliud eſt huiuſmodi grauitatem in actu interiori coniuncto exteriori inueniri: & aliud eſt in eodē præinueniri. Primū eſt verū: ſecundū falſum. Et rurſus. Aliud eſt huiuſmodi grauitatē oriri radicaliter ex actu interiori: & aliud eſt pfectionē, & cōſummationē hīc ex illo. Nā primū eſt verū: ſecū dum falſum. Hæc ergo diſtinctè conſidera, & ſolues obiecta.

¶ Ad ſecundū dicitur, q Maior modificatione eget. Nam aliud E eſt loqui de communi bonis & malis actibus in ſua abſtractione ſumpto: & aliud de eodem contracto ad conſonantiam, vel diſſonantiam rationi rectæ. Nam licèt primo modo nō aggrauet, ſecundo tamen modo aggrauat: & ſic eſt in propoſito. Nocere proximo contra rectæ ratiōis iudicium, eſt non commune bonis & malis actibus, ſed contractum ad malum morale. & ex hoc oportet peccatum grauari.

¶ Ad tertiū dr, q in litera explicat, q neutro mō eſt ſermo, ſed tertio mō. ſ. ex nocumēto qd infertur ei, cōtra quē peccat. Sub hoc.n. cōprehenditur, ſiue ipſe, ſiue alius, non ut ipſe, vel alius, ſed ut eſt is, contra quem directè, ſeu per ſe peccatur. Et ex hoc excluditur obiectio appoſita de nocumēto propriæ mortis ſpiritualis. Nam huiuſmodi nocumentum non per ſe intenditur per odientem, aut occidentem: ſed malum illius, qui odio habetur, aut occiditur ſiue ipſe, ſiue alius ſit, per ſe & directè intēditur per odiū, & homicidiū. Contra illū.n. peccat homicidio, A vel odio per ſe directè. Mors autem ſpiritualis propria præter intentionem incurritur. Mallet.n. nō incurrere illā odiēs, aut occidens, qui tamen directè vult ſe, uel illum occidere.

¶ Ad obiecta deinde ex authoritatibus rñdetur. Et quātū ad illud Chryſoſtomi, negatur Maior, quo ad deordinationē peccatis. Quod.n. maius eſt in peccato, nō oportet q ſit maius ex parte deordinationis peccantis. Pōt.n. maius eſſe in pctō aliūde. ſ. ex nocumēto, ut i litera dicitur & ſic intellexit Chryſoſtomus.

¶ Ad illud ex Aug. iā ſolutum eſt. ſ. q grauitas peccatorum quo ad nocumentū, attēditur penè nocumētū per ſe intētū, & nō penes id, qd præter intentionē peccātis interuenit. Arguens autem, de tali per accidens nocumento loquitur, quod eſt commune omni peccato mortali. * 1.2.q.25 ar.1. & 2.

hominis, quæ eſt potiſſimum in homine, & ex qua eſt radix peccati. Vnde & ſi exteriores actus inordinati eſſent abſque inordinatione voluntatis, non eſſent peccata, puta, cum aliquis ignoranter, uel zelo iuſtitiæ hominem occidit. Et ſi quid culpæ eſt in exterioribus peccatis, quę contra proximū cōmittuntur, totū eſt ex interiori odio: ſed [p] quātum ad nocumētum quod proximo infertur, peiora, ſunt exteirora peccata, quam interius odium. [q] Et per hoc patet reſpōſio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

Vtrum odium ſit uitium capitale.

AD QVINTVM ſic pcedit. Videtur q odium ſit uitium capitale. Odium.n. directè [h] opponitur charitati: ſed charitas eſt principaliſſima virtutum, & mater aliarum. ergo odium eſt maximum uitium capitale, & principium omnium aliorum.

¶2 Pręt. Peccata oriuntur in nobis ſecundum inclinationē paſſionum, ſecundū illud ad Ro. 7. Paſſiones peccatorū operabantur in membris noſtris, ut fructificarēt morti: ſed in paſſionibus animæ ex amore, & [h] odio uidentur oēs aliæ ſequi, ut ex ſupra* dictis patet. ergo odium dēt poni inter uitia capitalia. B

¶3 Præt. Vitium eſt malum morale: ſed odium principalius reſpicit [h] malum, quam alia paſſio. ergo uidetur, q odium debet poni uitium capitale.

SED CONTRA eſt, q * Greg. 31. Moral. nō enumerat odium inter ſeptem uitia capitalia. C

SVP. Q. XXXIIII. ART. V.

B in eodem art.

IN Art. 5. eiuſdē q6. Martin. occurrit, primo arguēs cōtra rōnē cōcluſionis: deinde ſoluēs eā. Rō, inquit, multipliciter deficit. Primo, qa nō cōſonat aliis S. Th. opinionib. qm cū hoc, q aliqd uitiū eſt maximū i grauitate ſtat, q ſit uitiū capitale ergo ex grauitate odij nō pōt cōcludi, q odiū nō eſt uitiū capitale. Scdo, qa uitiū minus graue aut poteſt oriri ex grauiori, aut nō. Si ſic ergo nulla ratio cogit, quin ſimul ſtet odium eſſe grauiſſimum & capitale. Si non, ergo cor. & tanta. * Li. 31. c. 31.

¶ Deinde ſoluendo rōnem dicit. Concedo q regulariter ita eſt, q ab aliquo, quod eſt minus ſecundum naturam, primo receditur: ſed non oportet, q a quolibet, quod eſt minus ſecundū naturam, primo recedatur, q perueniatur ad ultimum. Nō.n. oportet adulterum prius fuiſſe fornicarium.

¶ Ad horū primū dr, q argumēta illa nō ſunt cōtra hāc literā, D ut arguēs ſomniauit: qm author nō ex excellētia grauitatis, ſed ex ordine deiectionis naturaliū perfectionū, ordinatè ſe habētiū procedit, & cōcludit odiū nō eſſe uitiū capitale, ut clarè patet in litera. Ex hoc namq; q magis ſecundū naturā eſt perfectio dilectionis Dei & proximi, q̃ aliæ pfectiones aliarum uirtutū, & primū in cōpoſitione eſt ultimū in deſtructione, pcedit & infert, q prior eſt deiectio aliarum uirtutum per alia uitia, q̃ deiectio dilectionis per uitium odij. Vbi patet, q ſiue ſit grauius, ſiue non, nihil refert quo ad rōnem iſtā. Et propterea nō ſunt recitata oia, quæ ille ſomniauit eſſe contra hanc rōnem.

¶ Ad ſolutionē rōnis dr, q ipſa rñſio iſtius eſt cōfirmatio rōnis: qm rō nō affertur ad oſtendendum, q quicumq; odit, oportet q habuerit oē minus uitium: ſed ad oſtendendū naturalē ordinem vitij, quod eſt odium ad alia uitia. Naturalis aūt ordo optimè oñditur per id, quod regulariter inuenitur. Et iō ex illa conceſſione, q hoc eſt uerum regulariter, non ſoluit, ſed con- E firmatur rō, quæ loquitur de neceſſitate naturalis proceſſus vitiorū ſecundū ſe, & non de neceſſitate logica, aut cōtra libertatē huius peccātis, q prius eligere pōt poſterius, quàm prius.

¶ In eodem 5. ar. in reſponſione ad primū, Martinus occurrit contra authorem ſic, dicens. Iſta ſolutio non placet mihi, tū primo, quia ſecundùm Ariſtotelem in prædicamentis, q vult redire à uitiis ad uirtutes, paulatim recedere debet, & ſecundū gradus uirtutū aſcendere: tum ſecundo, quia ſecundū doctrinam omnium ſanctorum, in uirtutibus primo gradum incipientium, deinde proficientium, & tertio perfectorum attingimus: tum tertio, quia uel loquitur hic Tho. de charitate infuſa, uel acqſita. Si de acqſita, illa nō eſt pfectiſſima uirtus. Si de infuſa, tūc cōſtat, q multæ uirtutes ſine ea frequēter acquiruntur.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd primum documentum, ſcilicet de receſſu à uitio, nōn eſt Ariſto. ſed oppoſitum potius ab ipſo docemur in 2. Ethic. vbi non exemplariter, ſed ex propoſito docet detentum aliquo uitio, ualde elongare ſe ab illo

REſpon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, uitiũ capitale eſt ex quo ut frequentius alia vitia oriunt: uitiũ autẽ eſt cõtra naturã hoĩs, in quãtũ eſt aial rõnale. In his aũt, q̃ cõtra naturã fiũt, paulatim id quod eſt naturæ, corrũpit. Vnde oportet, ꝙ primo recedat ab eo qđ eſt minus ſm naturã, & vltimo ab eo qđ eſt maximè ſm naturã: quia id qđ eſt primũ in conſtructione, eſt ultimũ in reſolutione. Id aũt quod eſt maximè, & primo naturale homini, ẽ qđ diligat bonũ, & pcipuè bonũ diuinum, & bonũ proximi. Et iõ odium, qđ dilectioni huic opponit, nõ eſt primũ in dileƈtioue uirtutis, q̃ fit per uitia, ſed ultimum. Et iõ odium non eſt uitium capitale.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut dr̃ in 7. Phyſi. Virtus uniuſcuiuſq; rei cõſiſtit in hoc, ꝙ ſit bñ diſpoſita ſm ſuam naturã. Et iõ in uirtutibus oportet eſſe primũ, & principale, quod eſt primũ, & principale in ordine naturali. Et propter hoc charitas ponitur principaliſſima virtutum: & eadem ratione odiũ non poteſt eſſe primum in vitiis, ut * dictum eſt.

AD II dicẽdũ, ꝙ odiũ mali, quod contrariatur naturali bono, eſt primum inter paſſiones animæ, ſicut & amor naturalis boni: ſed odium boni connaturalis non poteſt eſſe primũ, ſed habet rationem ultimi: quia tale odium atteſtatur corruptioni naturæ iam factæ, ſicut & amor extranei boni.

G

AD III dicẽdũ, ꝙ duplex eſt malum, quoddam uerum, quod ſcilicet repugnat naturali bono: & huiuſmodi mali odiũ poteſt habere rationem prioritatis inter paſſiones. Eſt aũt aliud malũ non uerum, ſed apparẽs, quod ſcilicet eſt uerum bonum & connaturale, ſed æſtimat ut malum propter corruptionem naturæ: & huiuſmodi mali odiũ oportet, ꝙ ſit in ultimo. Hoc autem odium eſt uitioſum, non autem primum.

H

ARTICVLVS VI.

Vtrum odium oriatur ex inuidia.

¶ Quoad primum. Ariſt. in ſecundo Rhetor. tractans de paſſionibus animę, ponit quatuor triſtitiæ paſſiones circa bonū alienum, ſ. timorem, æmulationem, indignationem, & inuidiam. Et ad timorem ſpectare uult, dolere de aliena proſperitate, quatenus ex ea aliquod imminet nobis malum. Ad æmulationem verò ſpectat, dolere de alieno bono, non quia alius hoc habet, ſed quia ipſe illo caret. Ad indignationem autem ſpectat, dolere de proſperitate indigni. Ad inuidiam demum ſpectat, dolere de proſperitate æqualis, & ſimilis. Vbi perſpice primò quatuor rōnes formales obiecti doloris in alieno bono. Perſpice ſecundò q̄ indignatio, & inuidia in ſola cōditione hoīs, de quo eſt dolor, differunt. Nam utraq; eſt dolor perturbans de proſperitate aliena, ſed indignatio eſt de proſperitate indigni, inuidia uero de proſperitate æqualis & ſimilis. Ita q̄ ſicut indignatus ęgre fert indignum proſperari, non propterea quia timet q̄ ex indigni proſperitate aliquid mali ſibi eueniat, ſed ea ratione, quia indignus proſperatur: inuidus ægrè fert hominem æqualem, & ſimilem proſperari, non quia timeat q̄ ex illius proſperitate aliquid alterum ſibi mali eueniat, ſed ea ratione, q̄a æqualis, & ſimilis proſperatur. Et per hoc uterque dolet non quia ſibi timet, ſed quia alter proſperatur. Hæc eſt plana ſententia Ariſto. ibidem, ut patet intuenti. Hæc de primo.

¶ Quoad ſecundum, quanta dr̃ia eſt inter proſperitatem alterius hominis abſolutè, & proſperitatem alterius hominis ęqualis, & ſimilis, tanta eſt diſtantia inter phantaſiam Martini, & ſententiam Ariſto. Nam Martinus ponit inuidiam eſſe dolorē de bono alterius hominis abſolutè, ſeu propter ipſum hominem. Ariſtot. autem ponit inuidiam eſſe dolorem de proſperitate alterius hominis æqualis, & ſimilis. Et propterea credēs ſequi Ariſt. longe aberrauit ab eius doctrina. Fuit autem, ut puto, ratio erroris ſui illud Ariſto. uerbum, propter ipſum proximū. Putauit enim Martinus proximum eſſe nomen ſubſtantiæ: & quaſi dixiſſet, propter ipſum alium hoīem, cum tamen ſit nomen accidentis, comprehendentis vtrunque dictum accidens, ſ. æquale & ſimile. Nam ſtatim poſita definitione inuidiæ ſupradicta, volens declarare rationem in nominem [illegible], qua ſcilicet proſperitas ab inuido ægrè fertur, dixit quod eſt pro-

ditione, quam triſtitiæ ratio in omni ſuo obiecto ex parte eius, A qui triſtatur, ſupponit, ſ. q̀ ipſo nolente accedat (eſt.n. triſtitia de his, quæ nobis nolentibus fiunt, ſeu ſunt) oportet ſuperaddere ad dictum inuidiæ obiectum rationem noliti: ita q̀ proſperitas æqualis, & ſimilis nolita, eſt proprium obiectum triſtitiæ. Nā ſi uolita eſſet, cauſaret gaudiū. Et ſi nec volita, nec nolita eſſet, nec gaudium, nec triſtitiā cāret, ſed quia nolita eſt, triſtitiam cāt. Hæc oīa clara ſūt ſcdm Ariſt. & idē oīno ſentit author, quāuis alijs verbis vnum horum explicauerit. Quòd.n. obiectum inuidiæ ſit bonū excedēs, expreſſe ha'.e. & in hoc articulo in rñſione ad ſcdm, & in ſequēti articulo, vbi dicit, Quarto mō aliquis triſtat' de bonis alicuius, inquātū excedit ipſum in bonis: & hoc propriè eſt inuidia, & iſtud ſp eſt prauum &c. hæc ibi. Et ſic habes oīa apud ipſum, q̀ ex rōne excedentis deducta ſunt. Quòd exigatur rō ꝓpinqui, in hoc articulo in reſponſione ad ſecundum habes, vbi dī, q̀ his qui ſunt ꝓpinqui, quibus nititur aliquis ſe æquare, vel præferre, q̀ etiam præexigatur rō noliti, ibidem patet, cum ſubditur, Nam cū illi excedunt, accidit hoc contra nr̃am uoluntatem, & inde cauſat' triſtitia. Quòd concurrat ēt ſpecies mali, in hoc articulo patet, cum dī, Bonum alterius æſtimatur ut malū propriū: Nō dixit, eſt, ſed, æſtimat': quia in veritate non eſt malum, ſed ſimilitudo mali. Spēm igitur mali in quadam quaſi diminutione excellentiæ relatiuæ in obiecto inuidiæ inuentam in ordine ad nolentē obiectum illud, author explicauit per illa uerba, Aeſtimat' ut malum proprium, inquantum eſt diminutiuum propriæ excellentiæ. Vnde nulla eſt inter Ariſtotelem, & authorē in hoc diſſonātia: ſed explicauit iſte, q̀ ille implicitè dixerat, & inſinuauerat, dicendo ſtatim poſt diffinitionem inuidiæ, Hoc aūt nō: q̀a ipſi aliquid accidet alterum, ſed propter ipſum propinquū &c. D Excludendo enim euentum alicuius alterius, non excludit hoc ipſum quod euenit, ſcilicet quod exceditur ab æquali & ſimili: ſed potius includitur cum ſubditur, Sed propter ipſum propinquum: ita quòd differentia inter obiectum inuidiæ, & timoris non conſiſtere dixit in hoc, q̀ alterum habeat rationem mali, alterum non: ſed in hoc, quod malum in obiecto timoris eſt aliquid alterum ab ipſo bono proueniturum. Malum uerò in obiecto inuidiæ non eſt aliquid alterum ab ipſo bono futurum, ſed eſt ipſum bonum, habens mali ſpeciē. Hoc.n. denotant illa Ariſto. uerba, Non quia ipſi aliquid accidet alterum, ſed propter ipſum propinquum: niſi quis dicat, quod fruſtra Ariſtot. dixit, Si aliquid alterum. Et ut clarius percipiatur quòd dicimus, ponamus exemplum ad propoſitum. Proſperitas mihi æqualis & ſimilis, ſeu propinqui poteſt eſſe obiectum æmulationis, indignationis, timoris, & inuidiæ. Æmulationis ſiquidem, ſi doleo: nō quia ille proſperatur, ſed quia non ſimiliter procedo. Indignationis vero, ſi doleo, quia ille eſt indignus proſperitate. Timoris E autem, ſi doleo, q̀ ex illius proſperitate, rapinæ, cædes &c. ſtent. Hæc.n. mala aliquid alterum ſunt ab ipſa proſperitate, & futura ex illa putantur. Inuidia autem, inquantum excedit me propinquum: ita quòd, hoc ipſum, quòd me propinquum excedit, in ſe quidem bonum, in ordine autem ad me præcipuè inuitū mali ſpeciem habet. Vnde ſtant hæc duo ſimul, q̀ inuidus non triſtat' de proſperitate propinqui, quia aliquid alterū accidet ei: & q̀ triſtatur, quia hoc ipſum accidit ei, ſ. excedi, quod mali ſpēm habet. Nec oportuit Ariſto. clarius hæc explicare, ut explicauit author: quia iſte etiam nouitius ſcripſit, ille eruditis, apud quos conſtat, q̀ ſicut impoſſibile eſt delectari, niſi de bono ſecūdùm rem, uel apparentiam: ita impoſſibile eſt triſtari, niſi de malo ſecundùm rem, uel apparentiam. Hæc de tertio.

¶Quoad quartum iam patet reſponſio, & ad authoritatem Ariſtot. quod eſt male intellecta: quoniam æquiuocat de ly, proximo; vt eſt nomen accidentis, & ut eſt nomen ſubſtantiæ. Ariſt. enim utitur nomine proximi, uel propinqui ut eſt nomen accidentis: ſicut vtitur nomine æqualis, & ſimilis, & indigni. Martinus autem intellexit nomine proximi alium hominem ſecundum ſe.

¶Ad primum autem argumētum dī, q̀ bonum aliquid eſſe diminutiuum propriç excellētiæ contingit dupliciter. Vno mō vt factiuū diminutionis ſcdm rē, ſiuè ſic ēe diminutiuū ſcdm rē ſit in re, ſiuè ſit ſcdm æſtimationē tm̄. Et ſic cōcedit, q̀ ſpectat ad ſpēm timoris, ſicut quidē, ſi ita ſit in re, ſimiliter autē, ſi eſt ſcdm æſtimationē tm̄: ita q̀, qui triſtat' de proſperitate propinqui, quia inde læderetur in ꝓpria excellentia nō laborat inuidia, ſed timore. Et ſimiliter, q̀ triſtatur de proſperitate alterius, quia putat, quàmuis uanè, q̀ ex illius proſperitate proueniet ſibi diminutio propriæ excellentiæ, non laborat inuidia, ſed timore: ſicut qui triſtatur de ꝓſperitate alterius, quia putat, quàmuis uanè, q̀ inde proueniet ſibi diminutio opū, vel regni, & aliorum bonorum. Eiuſdem ſiquidem rationis eſt velle, uel nolle unum & idem ſecundum rem, uel ſecundùm apparentiam. Adulterij ſiquidem eſt appetere coniugatam ſecundùm rem, & appetere quam putat cōiugatam, licèt falſò. Alio modo contingit bonum alterius eſſe diminutiuum propriæ excellentiæ: quia ipſum in ordine ad me habet quandam ſpeciē diminutiui excellentiæ meæ: & ſic eſſe diminutiuum propriæ excellentiæ ſpectat ad inuidiam. Nam inuidus triſtatur de proſperitate æqualis & ſimilis propter hoc, quòd eſt proſperitas æqualis & ſimilis, quod eſt excedere me, quod eſt ſimilitudinariè diminuere excellentiam meam, dum mutat relationē meā. Et hoc eſt quod prius dictum eſt, Ariſtotelem docuiſſe, ſcilicet quòd timor eſt de bono: quia inde aliquid alterum accidet. Inuidia autem non quia inde aliquid alterum accidet, ſed quia ipſum tale eſt, ſcilicet excedens habens mali ſpeciem. Et quia hinc ſoluuntur tria prima argumenta, & explanatur Ariſtoteles, & author, & omnia conſona apparent, cōncere potes, quòd vera doctrina hæc eſt.

¶Ad quartum argumentum dicitur, quòd triſtari de bono proximi hoc eſt alterius hominis, quia nolo illi bene eſſe, eſt poſſibile: ſed non ſpectat ad inuidiam, ſed ad odium, cuius eſt velle malum alteri homini non propter aliud: ſicut ad amorem amicitiæ ſpectat gaudere de bono alterius hominis abſolutè, ſeu propter ipſum hominem, qui bene habet.

¶In eodem articul. 1. in reſponſione ad tertium, Martinus occurrit dicens. Infero contra Thomam, quòd ex puſillanimitate non ſequitur inuidia. Thomas enim imponit Ariſtoteli, quòd puſillanimes ſunt inuidi, & applicat ad hoc probandum rationem Ariſtotelis, quia omnia eis magna uidentur. Hæc opinio Thomæ non bene concordat cum his, quæ eodem loco dicit. Et ideo arguitur ſic. Nullus inuidet in his, in quibus ſe multum putat deficere: ſed puſillanimis omnia reputat magna, ut Ariſtoteles dicit, & Thomas approbat. ergo puſillanimis ex ſui puſillanimitate potius retrahitur ab inuidia, quàm inducatur. Maior, & minor ſunt Thomæ hic.

¶Ad hoc dicitur, quòd puſillanimitas cauſat inuidiam in ſubiecto diſpoſito, hoc eſt, infra latitudinem hominum ſimilium. Inuidia enim, ut Ariſtoteles diffuſè declarat, inter ſimiles eſt. Cauſat autem inuidiam ex ratione reddita ab Ariſtotele, & authore hic, quia ſcilicet, omnia magna putat: ita quòd proſperitas ſimilis uni magnanimo nullam, aut paruulam inuidiam excitabit: quia pro nihilo, aut quaſi nihilo reputans illam proſperitatem, non reputat ſe excedi. Alteri uero puſillanimi inuidiam magnam excitabit, pro quanto ex quacunq; minima proſperitate ſimilis, reputat ſe multum excedi. Vnde quia puſillanimitas ſimilis facit, uel auget obiectum inuidiæ, ſcilicet rationem excedentis boni in ſimili, ideò inclinat ad inuidiā. Et hoc

clare

rius, inquantum diminuit gloriam, quam quis appetit, conſequens eſt, vt ad illos tantum inuidia habeatur, quibus hō uult ſe æquare, uel præferre in gloria: hoc autem non eſt reſpectu multum à ſe diſtantium. Nullus enim, niſi inſan', ſtudet ſe ęquare, uel præferre in gloria his, q̀ B ſunt multò eo maiores, puta, plebeius homo regi, uel etiam rex plebeio, quem multum excedit. Et ideò his qui multum diſtant, uel loco, vel tempore, vel ſtatu, homo nō inuidet: ſed his qui ſunt propinqui, quib. ſe nititur æquare, uel præferre. Nā cū illi excedūt i gloria, accidit hoc cōtra noſtram utilitatem, & inde cauſatur triſtitia: ſimilitudo C autem delectationē cauſat, inquantum concordat uoluntati.

AD TERTIVM dicēdū, q̀ nullus conatur ad ea, in quibus eſt multū deficiēs. Et iō cū aliquis in hoc eum excedat, non inuidet: ſed ſi modicū deficiat, vr̃ q̀ ad hoc pertingere poſſit, & ſic ad hoc conat'. Vnde ſi fruſtraret' eius conatus propter exceſſum gloriæ alterius, triſtatur: & inde eſt, q̀ amatores honoris sūt magis inuidi. Et ſimiliter ēt puſillanimes ſunt inuidi: quia oīa reputāt magna, & quicquid boni alicui accidat, reputant ſe in magno ſuperatos ēe. Vn̄ & Iob 5. dicit. Paruulum occidit inuidia. & Gregor. dicit in * 5. Moralium, quòd inuidere nō poſ-

* li. 5. Mora. c. 33. a medio illius.

clarè ſonat textus Ariſtotelis, ſecundùm planũ literæ contextũ F
Senſus.n. Martini & extortus eſt, & Ariſtoteli tribuit, q̃ per extranea vagef. Ad quid.n. ſeruit ad quod propoſitum ibi oporte bat de puſillanimibus loqui, ubi quales ſunt qui inuident, inueſtigatur, niſi quia ipſi ſunt inuidi? Et propterea ambitioſis copulant, quia utriq; magnificant obiectũ inuidiæ, quàmuis ex diuerſa radice vt clara contextus oſtendit.

¶ Ad argumentũ aũt in oppoſitum dr̃, q̃ multus exceſſus inter aliquos inueniř dupliciter, .ſ. uelut præexiſtens. & ſic retrahit ab inuidia: vel ut adueniens alteri ſimilium. & ſic quãto maior exceſſus aduenit, tanto maior inuidia. Et propterea Iob 5 dř. Paruulũ occidit inuidia. Superueniẽte .n. uni ſimiliũ excellẽtia, alter ſi puſillanimis ſit, longe maiori torquetř inuidia: quã quo magis ſe excedi patet, tãto magis retorquetř. Author ergo cũ Ariſtotele primo in hac reſpõſione ad tertium, loquitur de multo exceſſu, uel defectu præexiſtente, de quo ſolo eſt vera maior. Poſtmodum cũ ad puſillanimes venit, de multo exceſſu ſuperueniẽte, ſuppoſita ſimilitudine inter eos loquitur, & de hoc eſt vera minor: & ideò argumentum nihil ualet.

*lib. 2. ca. 10. a medio to. 6.

Porrecta per totum.
214
Inf. q. 158 art. 1. cor. & ad 1.
Et Pſa. 36. in princip.

¶ In eodem art. 1. in reſponſione ad quartum nõ mireris, quòd dicatur ſenes inuidere iuuenibus: & cum hoc dicatur, quòd inuidi ſunt ſimiles aut ſecundùm genus, aut ſecundùm ætatem &c. ut patet in 2. Rhetor. Ariſto. Nam ſenes habent ætatem iuuenilem in præterito ſui: & ideò recolentes ſe olim iuuenes non aſſecutos, quod iſti iuuenes aſſequuntur, inuident illis. Et rurſus cogitantes ſe ſimiles iuuenibus in natura, cum diuturniore expectatione tanti temporis non aſſequi, quod illi modico tempore, ſcilicet iuuentutis, aſſequuntur, inuidẽt. Semper ergo concurrit ſimilitudo aliqua aliquo modo, ut diffusè Ariſtoteles ibidem proſequitur de inuidia.

ſumus, niſi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus.

AD QVARTVM dicẽdũ, q̃ memoria præteritorum bonorũ, inquantũ fuerũt habita, delectationẽ cãt: ſed inquantũ ſunt amiſſa, cãnt triſtitiam: & inquantum ab alijs hñtur, cauſant inuidiam, quia hoc maximè vř gloriæ propriæ derogare. Et iõ dicit Philoſophus in *2. Rheto. q̃ ſenes inuident iunioribus: & illi qui multum expenderunt ad aliquid conſequendum, inuident his, qui paruis expenſis illud ſunt cõſecuti. Dolent.n. de amiſſione ſuorum bonorũ, & de hoc quod alij cõſecuti ſunt bona.

G

ARTICVL. II.

Vtrum inuidia ſit peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vř q̃ inuidia nõ ſit peccatum. Dicit.n. Hier. *ad Lætam de inſtructione filiæ. Habeat ſocias cum quibus diſcat, quibus [h] inuideat, quarum laudib. mordeatur: ſed nullus eſt ſolicitandus ad peccandum. ergo inuidia non eſt peccatum.

*ante medium ep. tom. 1.

¶ 2 Pręt. Inuidia eſt triſtitia de [b] alienis bonis, ut Dam. † dicit: ſed hoc quandoque laudabiliter fit. dicitur enim Prouerb. 29. Cum impij ſumpſerint principatum, gemet popul[9]. ergo inuidia nõ eſt ſemper peccatum.

*lib. 2. ca. 14. in fin.

¶ 3 Pręt. Inuidia [h] zelũ quendam noiat: ſed zelus quidam eſt bonus, ſm illud Pſal. 68. Zelus domus tuæ comedit me. ergo inuidia non ſemper eſt peccatum.

H

¶ 4 Pręt. Pęna [h] diuidiř contra culpam: ſed inuidia eſt quędam pęna. dicit.n. *Greg. 5. Moraliũ. Cum deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipſa quoque exteriora indicant q̃ grauiter

*lib. 5. ca. 34. circa principiũ

SVPER QVÆS. XXXVI. ART. II.

Bannes eodem artic.

IN q. 36. dubium accidit in 2. art. de nemeſi, quæ ab alijs uocatur indignatio: quia vere pertinere videtur ad bonos mores, nec prohiberi in doctrina fidei. Primum probatur ſic: quia triſtari de uere malo, eſt actus bonus ex genere ſuo, ſed nemeſis eſt triſtitia de uerè malo: nam verè malum eſt, quod bonum ſit in indigno. Diſſonat namque rõni hoc quod dico, bonum indigno: ſicut conſonat oppoſitum, ſ. bonum digno. Et licèt huiuſmodi bonum commune bonis, & malis ſit paruum: aliquod tñ bonũ eſt tñ, ut gaudij, & triſtitiæ humanæ materia ſit. Nec obſtat ſi dicatur, q̃ licèt bonum indigno diſſonet: tñ bonum ad K correctionem, uel damnationem, ſeu aliquod huiuſmodi non diſſonat indigno: hæc enim accidentia ſunt talis boni indigno. Sermo autem doctrinalis formalis eſt, & de triſtitia de bono indigni ut ſic, quæſtio eſt. Hanc enim Ariſt. ad bonos mores pertinere, & author prohiberi à doctrina fidei aſſerit.

¶ Secundum autem declaratur: quia æmulatio iniquorum prohibita in ſcriptura, intelligenda eſt, ut ab ipſamet ſcriptura declaratur, cum ſubditur, Noli æmulari ut malignetis, ac ſi diceret, Noli æmulari ſic, ut uelis fieri malus, ut habeas bona, quæ habent impij.

¶ In oppoſitum autem eſt doctrina authoris.

¶ Ad hoc dicitur, quod ſic proſperitas miſeris in mare poteſt conſiderari dupliciter, ſ. ſecundum ſe, & ſic habet rationem mali, & contriſtantis: & ſimpliciter, hoc eſt: omnibus conſideratis circunſtantijs, & ſic habet rõnem boni, & appetibilis, ut ſalus æternæ vitæ: ita bonum indigni poteſt dupliciter conſiderari. Primò ſecundùm ſe, & ſic habet rõnẽ mali, pro quanto hẽt rõnẽ iniuſti non ea rõne, qua iniuſtũ dr̃ malum culpæ, aut pœnæ: quia nec culpa eſt, nec pœna habẽtis, nec culpa aliorum, nec pœna aliorũ: qm̃ nõ oportet bonũ indigni eſſe cũ dãno alterius, ut patet de bono uitæ, vel ſanitatis corporeæ, quãuis ſic eſt, ut nulli auferatur: ſed ea rõne iniuſtum eſt, qua mõſtra iniuſta ſunt, quia ſeo facie hoĩs iniuſtè haberet. Alio mõ põt cõſiderari bonũ indigni ſimpliciter, cũ omnibus adiacentib. circũſtantijs, put inueniř, & ſic cũ ſit q̃dã diſtributio diuinæ prouidentiæ, rõnẽ boni hẽt. Mña qppe patris eſt bñfacere ẽt his, q oderũt eũ. Cũ aũt rõnalis naturæ malũ, q̃ ſolũ in moralib. malũ eſt, geminũ tñ ſit, .ſ. culpæ & pœnæ, oportet, ut bonũ indigni ſi triſtitiam de ſe malã, uel bonã reddit uerè malũ culpę, aut pœnæ ſit, ad conſtituendã triſtitiã bonã: aut uerè bonũ, ad cõſtituẽdũ triſtitiam malã. Nulla aũt apparet rõ mali pęnæ, aut culpæ hic in ipſo hñte, ut patet: ſed in diſtributione actiua apparet rõ mali culpæ, iniuſtæ. ſ. diſtributionis, & in ꝓportionalitate perſonarum, quibus diſtribuendum eſt, & rerum quę diſtribuendæ ſunt. Apparet & malum pœnæ in genere humano, dum diuitiæ, potentia, honor, & huiuſmodi debita dignis, dantur indignis, & per hoc priuantur digni. Vnde & Ariſtoteles in 2. Rhetor. fundat doctrinam ſuam ſuper hoc, ſcilicet, quòd præter dignitatem fit, iniuſtum eſt: ſed ſi diligenter conſideremus, & fateamur quòd in diſtributione actiua horum non poteſt inueniri malum culpæ, quia eſt actio diuinæ prouidentiæ, & quòd viris verè bonis non debentur bona huiuſmodi tpalia ſcdm ſe, ſed ſolùm in ordine ad uitam æternam, quia ſic ſolùm cadunt ſub merito, ut in ultimo articulo Primæ ſecũdæ dictum eſt, & hoc quia ſunt adeò parua bona, ut non ſint bona ſimpliciter, clarè uidebimus quòd nec mali culpæ, nec mali pœnæ ratio in huiuſmodi bonis indignorum inuenitur, & quòd Ariſto. qui bona tantum præſentia in humano genere nouit, & prouidentiã diuinam reſpectu ſingulorum hominum negaſſe uidetur in 12. Meta. id quod in diſtributione humana iniuſtum inuenit, eleuauit ad diſtributionem huiuſmodi bonorum, quæ non ab homine, ſed à Deo miſericorditer dãte, hæc minima bona malis fit. Si quid autem mali pœnæ alterius in huiuſmodi bonis ex praua hominum uoluntate annectitur, triſtari de hoc non pertinet ad nemeſim, ut in litera dicitur. Non eſt ergo eiuſdem rõnis triſtari de uexatione boni, & proſperitate mali, ut Ariſtoteles putauit, licèt vtrobique ſit indignitas. Et ratio eſt, quia vexatio boni in ſe habet unde ſit malum, pœnæ ſaltem. Proſperitas autem mali non habet in ſe mali culpæ, aut pœnæ ratioñẽ, ſed ſolius naturalis inconſonantiæ, ſicut monſtrum: pp quod rationi diſſonat, quemadmodum & monſtrum. Quia ergo nulla eſt in proſperitate indigni ratio mali, et eſt in eadem ratio boni iuſtitiæ, ac miſericordiæ diuinæ ſic diſpenſantis, conſequens eſt, quòd triſtari de hmõi bonis indignorum, eſt triſtari de diuina diſtributione. Propter quod gloſa ex Auguſt. in Pſal. 36. ſuper illud uerbum. Deſine ab ira &c. dicit. Inde iraſci, & deſdignari eſt contra Deum murmurare. Eſt igitur triſtitia de bono indigni ſimpliciter mala: quia eſt de bono ſimpliciter, ſcilicet ſecundum diuinam diſtributionem, quàmuis triſtari de huiuſmodi bono indigni ut ſic, abſtrahendo à diuina prouidentia, magis boni, quam mali ratioñẽ habeat: ſicut triſtari de mõſtro, & de habentibus ſpeciem mali. Inficiari ſiquidẽ nemo põt, quin, ut dictum eſt, ſecundũ humanæ diſtributionis rõnem, apud quam huiuſmodi bona diſtribuere indignis iniuſtũ eſt,

I

iniuſti

animũ veſania illigat. Color quippe pallore afficit, oculi deprimunt, mens accendit, membra frigeſcunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus ſtridor. ergo inuidia non eſt peccatũ.

Sed contra eſt, quod dr̃ ad Galat. 5 Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. B

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum * eſt, inuidia eſt triſtitia q̃dam de alienis bonis: ſed hæc triſtitia põt continge quatuor modis. Vno quidem mõ, cũ aliquis dolet de bono alicuius inquãtũ ex eo timet̃ nocumentũ uel ſibipſi, uel ẽt alijs bonis: & m talis triſtitia nõ eſt inuidia, vt dictũ* eſt, & põt eſſe ſine pc̃tõ. C

n Vñ Grg. 22. † Moraliũ ait Euenire plerũq; ſolet, vt nõ omiſſa charitate, & inimici nos ruina lętificet, & rurſũ eius glĩa ſine inuidiæ culpa cõtriſtet, cũ & ruẽte eo quoſdã bñ erigi credim ͦ, & pficiẽte illo pleroſq; iniuſte opprimi formidamus. Alio mõ põt aliq̃s triſtari de bono alterius nõ ex eo, ꝙ ipſe hẽt bonũ, ſed ex eo, ꝙ nobis deeſt bonũ illud, quod ipſe hẽt: & p hoc proprie eſt zelus, vt Philoſ. dicit * i 2. Rhetor. Et ſi iſte zelus ſit circa bona honeſta, laudabilis eſt ſm illud. 1. Corinth. 14. Aemulamini ſpiritualia. Si autem ſit de bonis temporalibus, poteſt eſſe cum pc̃tõ & ſine peccato. q Tertio modo, aliquis triſtatur

*Art. pce.

*ar. pced.

Concl. ...

†li 22. c. 11. circa princ. 10. 6.

*Li. 2. ca. 11. circa princ. 10. 6.

Concl. p

iniuſti rõnem hẽat, ac per hoc ſcdm ſe quandam mali ſpẽm A mentibus humanis ingerat: quo fit ut nullã pc̃tĩ rõnem v ... ſeã qñ aliquis triſtatur de proſperitate indigni, quia eſt indignus, ſi non extendit ſe triſtitia ad idem bonum, ... inquantum eſt à Deo diſtributum. Extendit ſiquidem ſe ad hoc, qñ ſimpliciter triſtatur de bono indigni. Non ſe extẽditã qñ triſtat̃ de bono indigni ſic, ut cõplaceat tñ ſibi ſimpliciter diuina diſtributio. Veruntamen, qa hmõi triſtitia ſcdm quid parat uiam triſtitiæ ſimpliciter, q eſt mala, id ẽt cauenda vt quaſi diſpoſitio ad malũ. Vñ & i Pſal. 72. ad hoc periculũ inſinuandũ dici vĩ. Mei aũt pene moti ſunt pedes. & pene eſfuſi ſunt greſſus mei: qa zelaui ſuper iniquos, pacẽ pc̃tõrum videns. Nec hoc diſſonat à doctrina authoris. immo ex ipſa deducit̃, p quãto excuſat Ariſt. ex rõne bonorũ tpalium ſcdm ſe rationem peccari aſſignat ex rõne eorundem, ut ordinatorum ad æternam fęlicitatem ex diuina puidentia: Et ex his patet ſolutio obiectorum. Nam bonum indigni diſſonat vt monſtrum, & eſt aliquid magnum apud iuſtitiam humanam. Et ordinari à Deo ad correctionem, uel damnationem, licet accidat .i. ſit extra rõnem formalem boni indigni ſcdm ſe, non tñ accidit eidẽ ſimpliciter, prout eſt. Et rurſus, licet accidat illi vt q̃dãtes eſt, non tñ accidit ei vt fit: quoniam non accidit ei, ꝙ eſt fieri agens, & finis. Et propterea huic, quod eſt bona huiuſmodi indignis diſtribui, non accidit à quo, & propter quid, uñ ſumitur ratio iuſti, uel iniuſti moralis, quod in operatione cõſiſtit.

q In eodem 2. ar. quæſt. 36. circa primum modum triſtitiæ qui eſt timoris affectu, & effectus, diligenter & caute obſerua, ꝙ in litera non dicitur huiuſmodi triſtitiam eſſe bonam, ſed dicitur, quòd non eſt inuidia, & quòd poteſt eſſe ſine peccato. Et primum horum declaratum eſt: ſecundum autem inſinuat, quòd poteſt etiam eſſe cum peccato. Iudicanda eſt enim huiuſ D modi triſtitia ſecundum regulas timoris. Nam ſicut timor poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato: ita & triſtitia, quæ timorẽ ſequitur. Qui n. timet bonis, ne opprimantur, aut iuſtitiæ, uel cultui diuino, ne conculcetur ob potentiam, diuitias & propterea triſtantur de potentia, & diuitijs alicuius, ſi clara eſt huiuſmodi malorum ſequela non peccat: cuius ſignum eſt, quòd ſi habere poteſtatem priuandi illum huiuſmodi potentia, & diuitijs, bene faceret priuãdo illum. Si autem aliquis timet ex alterius potentia lædi iuſte uel non iniuſte, & ideo de illius potentia triſtatur, peccat quoniam huiuſmodi timor non debet intantum progredi, ut nollit bonum alterius, ſed ſat eſt, quòd liceat ſibi timere malum proprium: cuius ſignum eſt, quòd ſi haberet poteſtatem priuandi illum tali potentia, non liceret ꝓpter hoc priuaret illum. Eadem ſiquidẽ ratione actus interior, & exterior ſibi reſpõdens eſt bonus uel malus. Similiter, ſi ambiguum eſt an aliquis potentia, uel diuitijs abutetur in alterius damnum, quamuis licite timeat, & caueat, non tamen licite triſtatur abſolute de illius potentia, uel diuitijs: ſicut nec licite poſſet propterea illum priuare poteſtate, uel diuitijs. Vnde E collige quod huiuſmodi timoris affectu, & effectus, qui eſt triſtari de bono pximi ut nociuo, fræno eget rectæ rationis cõſentus qualitatem mali ſuæ cauſæ, & præponentis præponenda, ut triſtitia de bono ex ſancta, ſeu recta deteſtatione mali excuſanda ſit.

q In eodem 2. ar. circa ſecundum modum triſtitiæ, hoc eſt, zelũ ſeu æmulationem, cum dicitur, quòd ſi eſt de bonis temporalibus, poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato, Martinus occurrit dicens, Hæc Thomæ opinio uidetur mihi contradicere Ariſto eli qui uniuerſaliter ponit zelũ eſſe boni moris, & ponit temporalia inter bona zelabilia.

q Ad hoc dicitur, quòd in nullo contradicitur Ariſtoteli qm æmulatio tẽporalium regulanda eſt ſecundum regulas deſide-

rij temporalium. Et ſicut deſiderare bona tẽporalia ſimpliciter & abſolute nihil ... malum eſt, ſed naturalis ac boni affectus: quoniam hmõi homo indiget: ita triſtitia de eo quod eſt non habere temporalia, nihil mali, ſed naturalem affectum boni cõmunem importat. Sed quemadmodum cum bono abſolute deſiderio temporalium ſtat, ꝙ deſiderium ad hoc, ꝙ in hoc homine reſpectu talium temporalium, nunc ſit actum requiruntur aliqua conditiones, per quas congruat ſibi. (Nõ n. congruit cuilibet quodcunq. bonum temporale) ita ad hoc quòd triſtitia, quia non habeo nunc tale temporale bonum, eget aliqua conditione, ſine qua eſt mala moraliter, & cum qua eſt bona. Si enim plebeius idiota triſtatur, quia non eſt rex, triſtitia iſta non eſt ſecundum rectam rationem. Et propterea mirum eſt de Martino non uidente infinitas æmulationes temporaliũ poſſe eſſe malas cõſideratis conditionibus perſonarum, & bonorum &c. Recta ergo eſt authoris doctrina, nec contradicit Ariſtot. ſane intellecto. Sciuit Ariſtot. q, æmulatio ambitioſorum, & auarorum, & indignorum, nõ eſt boni moris: ſed dicens æmulationem eſſe boni moris, intelligebat ſeruata proportione, ob cuius defectum author dicit quandoque eſſe peccatum.

q In eodem 2. artic. circa tertium modum triſtitiæ, ſcilicet nemeſim ſeu indignationem, iterũ dubium occurrit ex Martino nouiter uiſo, poſt ſuperius ſcripta. Nititur ſiquidem primo probare, quod indignatio non eſt peccatum: deinde ſoluere, ut dicit, rationes ſancti Thomæ ad oppoſitum. Probat ergo indignationem non eſſe peccatum. Primo authoritate Ariſt. Secundo, ratione Ariſt. Triſtitia de malo indigni eſt laudabilis. ergo triſtitia de bono indigni eſt laudabilis. Tertio, Triſtitia de eo quod ſi in facultate mea eſſet, poſſem rõnabiliter impedire, eſt bona: ſed uir bonus & iuſtus, ſi in facultate ſua eſſet, poſſet indignũ ab illecebratione talis boni impedire rõnabiliter, immò, ut videtur, ſi cooperaretur, peccaret, ſicut prælatus peccat conferendo beneficiũ indigno ſcienter. ergo. Quarto, Vir bonus, & iuſt ſit ꝙ affluentia hmõi bonorum communiter facit de indignis indigniores. ergo rationabiliter poteſt triſtari de proſperitate indignorum. Et ideò, inquit, miror opinionem Thomæ in hac parte ſatis apertè reprehendentis Ariſto. quia conſiderauit illa bona temporalia ſecundũm ſe. Et addit Thomas hanc triſtitiã eſſe in ſacra ſcriptura prohibitam: quod non reputo verum, vt patebit reſpondendo ad ea, quibus hoc ipſum probare conaf.

q Aſſert igitur ſecundo, ut dicit, Thomæ rationes. Prima eſt. Bona temporalia comparata æternis, parua ſunt. ergo non debet vir iuſtus triſtari, ſi adſunt indignis. Secunda eſt. Bona temporalia prouenient indignis ex iuſta Dei ordinatione diſponentis ea ad correctionem uel damnationem eorum ergo uir iuſtus non debet de hoc triſtari. Tertia ex authoritate Pſalmi. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris &c. Quarta ex authoritate pſalmi. Pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum uidens.

q Et ad primum dicit negando conſequentiam, tum quia bona temporalia ſunt magna abſolute: tum quia quantumcunque parua, illis tamen mali indigni, & boni digni ſunt.

q Ad ſcdm negat ſimiliter ſequelam: qa de miſerijs pauperum q̃uis ordinatæ ſint iuſte à Deo laudabiliter triſtemus miſerẽtes

q Ad tertiam & quartã dicit, quòd zelare ibi ſumitur pro imitari, ac ſic diceret. Nec imiteris facientes iniquitatẽ. Et ſimiliter zelaui ſuper iniquos, hoc eſt, Volui imitari iniquos. Vel exponendum eſt de triſtitia abſorbente. & inuoluente: ita quòd impellit ad ſequendam ſeuitiem peccatorum affluentium in bonis temporalibus.

q Ad hæc reſpondendo, non oportet aliaiacere fundamenta, ſed ex prius poſitis ad authoritatẽ Ariſt. patet ſolutio in litera.

q Ad

¶Ad rationem ſecundo allegatam negatur ſequela, quoniam non eſt eadem vtrobique ratio. F

¶Ad tertium negatur minor, tum quia nec reges, nec leges ab indignis auferunt, cum poſſint, bona temporalia, immo eſſet ſubuertere pacem humani gñis. ſi daretur opera, vt tollerentur ab indignis temporalia, aut impedirentur indigni ab aſſecutione tpalium. Nam ſic & filius peccator impediēdus eſſet ab aſſequenda hæreditate, & ab hoc vt inſtituatur hæres à patre, & mercator pctōr ne lucraretur & miles, aut dux peccator, ne uictoriam haberet, & alia huiuſmodi ſequeretur, q̄ ēt cogitare eſt fatuum. Nullum quoq; pctm̄ eſt cooperari peccatoribus ad bona temporalia habenda, q̄uis ſint illis indigni: ſicut nec Deus peccat qui huiuſmodi temporalia donat.

*Li. 2. ca. 9. tom. 6.

Concl. 1

Conclu 2

¶Ad quartum dr̄, ꝙ hoc eſt per accidens, q. ex bonis temporalibus aliqui fiant peiores, ac per hoc indigniores. per accidens .n. eſt ꝙ aliquis abutatur bono. Sermo aūt doctrinalis eſt, de his quæ ſunt p ſe. Et rurſus triſtari de bonis Idigni, qa fit peior, n̄ ſpectat ad nemeſim ſed ad charitatē. Nemeſis.n. eſt triſtitia, quia indignus proſperatur non quia fit magis indignus: hoc enim charitatis, ut dictum eſt, eſſet.

¶Ad confutandas autem ſolutiones Martini dico, ꝙ prima ratio maleſoluitur: quoniam ratio conſiſtit in hoc. Huiuſmodi bona ſunt quaſi nihil in cōparatione ad bona æterna quod āt quaſi nihil eſt pro nihilo reputatur, ac per hoc de hmō: nō debet eſſe triſtitia ſimpliciter, & abſolute. Solutio autem dicens, ꝙ iſta ſunt magna abſolute, pro quanto eſt uera, non ſoluit: qa eſt uera, ut ly, abſolute. i. ſecluſis circunſtantijs, ſignificat: ſicut proiectio mercis in mare abſolute dr̄ inuoluntaria, & æquiualet ad ly, ſcdm quid. Eſt autē falſa ut ly, abſolute æquiualet ad ly, omnibus conſideratis, & ſic debent iudicari ad hoc, ut ſint materia triſtitiæ ſimpliciter, & non primo modo. Quòd etiā dicitur, quòd illis mali ſunt indigni. verum eſt quia etiam quātumcunq; minimis ſunt indigni cum digni ſint, ut in nihilum redigantur. Quòd uero dicitur, quòd boni ſunt iſtis digni, minus theologice dicitur: quoniam iſta ſunt adeo vtilia vt non mereantur ad dignitatem bonorum ſpectare: vnde Dominus iſta non in præmium quod dignitatem reſpicit, ſed per adminiſtrationem quandam docet bonis affutura. Primum q̄rite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hec oīa adijcientur vobis. Solutio igitur confutatur ex hoc, quia bona temporalia ſimpliciter, hoc eſt omnib. conſideratis, prout ſcilicet ſunt in uniuerſo, ſunt fere nihil, ac per hoc non ſunt obiectum triſtitiæ ſimpliciter, ſed ſolum ſcdm quid: & propterea non eſt laudabilis triſtitia ſimpliciter eorum, cum, adſunt indignis. Solutio vero ſecundæ rationis confutatur ex hoc, ꝙ male ſumitur, & applicatur rō authoris. Nam author inducit illam ad deſtruendum fundamētum Ariſt. quod conſiſtit in hoc, quòd indigni proſperitas eſt iniuſta. Et hoc efficaciter excludit ratio authoris ex hoc, quod ex diuina diſpoſitione hæc proueniunt indignis. Ex hoc enim patet haberi, quòd nihil iniuſti continet ſe in proſperitate indigni, Martinus autem aliter accepit hanc rationē, quaſi quia hoc eſt effectus Dei. ergo non licet de eo triſtari, qd nec ſomniauit author: & iō ſolutio ſua confutatur, utpote extra propoſitum rationis. Gloſſæ autem ſuper Pſalmos allatæ cōfutantur ex hoc, ꝙ dato ꝙ ipſæ ſint ueræ. non tamen excludūt quin ad literam exponēdo de æmulatione & zelo, ibi ſit ſermo nulla facta mentione de imitatione aut inuolutione.

de bono alterius, inquantū illi cui accidit bonū eſt eo indign* q̄ quidem triſtitia nō pōt oriri ex bonis honeſtis ex quibus aliquis iuſtus efficitur ſed ſicut Philoſophus dicit in * Rhetor. eſt de diuitijs, & talibus, q̄ pñt prouenire dignis, & indignis. Et hæc triſtitia ſm ipſum vocatur nemeſis, & pertinet ad bonos mores. Sed hoc iō dicit, qa conſiderabat ipſa bona temporalia ſm ſe prout poſſunt magna videri non reſpicientibus ad æterna: ſed ſm doctrinam fidei temporalia bona, quæ indignis proueniunt, ex iuſta Dei ordinatione diſponuntur uel ad eorum correctionem, uel ad eorum damnationem: & huiuſmodi bona quaſi nihil ſunt in comparatione ad bona futura, quæ ſeruātur bonis. Et ideo huiuſmodi triſtitia prohibetur in ſcriptura ſacra, ſm illud Pſal. 36. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris faciētes iniquitatem. & alibi, 72. pſal. Pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper inquos, pacem pctōrum uidēs. Quarto modo aliqs triſtatur de bonis alicuius, inquātum alter excedit ipſum in bonis: & hoc ꝓprie eſt inuidia: et illud ſemper eſt prauum, & vt Phil. dicit in* 2. Rethor. qa dolet de eo, de quo eſt gaudendum, ſcilicet de bono proximi.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ibi ſumitur inuidia pro zelo, quo quis debet incitari ad proficiendum cum melioribus. G

AD II. dicendum, ꝙ rō illa procedit de triſtitia alienorum bonorum ſm primum modum.

AD III. dicendum, ꝙ inuidia differt à zelo, ſicut dictum* eſt. Vñ zelus aliquis poteſt eſſe bonus, ſed inuidia ſemp eſt mala:

AD IIII. dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquod peccatum ratione alicuius adiuncti pœnale eſſe, ut ſupra dictum* eſt, cum de peccatis ageretur. H

ARTICVLVS III.

Vtrum inuidia ſit peccatum mortale.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ inuidia non ſit pctm̄ mortale. Inuidia.n. cum ſit triſtitia, eſt paſſio appetitus ſenſitiui: ſed in ſenſualitate non eſt peccatum mortale, ſed ſolum in ratione, ut patet* per Augu. 12. de Trinit. ergo inuidia non eſt peccatum mortale.

¶2 Præt. In infantibus non po- I

Conclu. 4

¶In eodem art. 2. circa quartum modum triſtitiæ, hoc eſt, inuidiā, circa illud, Triſtitia de bono alterius, inquantum alter, excedit ipſum in bonis ſemper eſt pctm̄, Martinus occurrit, arguēs duplicater. Primo, qa verus theologus recte dolet, quia hæreticus excedit ipſū in fama qua attrahit alios ad hæreſim. Scdo, qa doctior recte dolet, quia garrulus excedit ipſum in fama cū ille exceſſus nō ſit ſine iniuria uiri docti.

*Li. 2. ca. 11. parū prin. to. 6

*In corp. art.

¶Ad hoc breuiter dr̄, ꝙ iſte bonus hō non percipit ſententiam authoris, nec uerba propria: qm̄ dolere de bono alterius, qa ille excedit, non eſſet formaliter loquēdo alia appoſitione vt arguens apponit nocumentū prouenicēs ex hæretico, uel iniuriā ex garrulo, et ſiqd eſt eiuſmodi. Hæc.n. ſūt extra propoſitum, & propterea non oportet aliter reſpōdere.

*1. 2. q. 87 ar. 1.

Porrecta per totum.

215

Mal. q. 10. a. 2. Et q. 11. a. 3. co.

¶In eodem arti. 2. in reſponſione ad primum, Martinus occurrit dicens. Iſta ſolutio nō ſufficit. ſ ꝙ inuidia ſumatur à Hieronymo pro zelo ſeu æmulatione. Arguo, inquit, ſic. Hieronymus uult, quòd filia mordeatur aliarum laudibus: & ſimiliter Quintilianus vult quòd puer uictus fleat. Tunc ſic. Nullus flet aut, mordetur, niſi quia triſtatur, quòd ab alio exceditur. ergo uir bonus vult quòd filius, uel filia triſtetur, quòd alij excedunt ipſum, vel ipſam, quòd eſt contra Thomam.

*Li. 12. c. 12. to. 3.

¶Ad hoc dicitur, quòd morſus & fletus ex alienis laudibus, & huiuſmodi optatur in pueris diſcentibus, non quia alij excedunt, ſed quia ipſi non proficiunt ſicut illi: quod proprie ſpectat ad zelum, ſeu æmulationem. Vnde falſum aſſumitur formaliter, & per ſe loquendo.

SVPER QVÆST. XXXVI. ART. III.

Bannes eodem articu.

E IN art. 3. circa rationem pro concluſione, Martinus occurrit arguens contra authorem, quòd iſta ratio non ſufficiat, tū quia per iſtum concluderetur tam faciliter, ꝙ nemeſis, & zelus eſſent peccata mortalia, & contrarientur charitati, quia triſtantur de bono proximi. & ſic habēt idē obiectū, cū charitate ſecūdum contrarium motū: tū quia non quicquid contrariatur operi charitatis, eſt pctm̄ mortale. Sūt.n. aliqua charitatis opera, ad q̄ nō tenemur, ſicut oſculū leproſi, & alia ſupererogatiōis opera.

¶Ad horū primū negatur ſequela. Et de zelo, ſeu æmulatione quidem patet, ꝙ non communicat in obiecto cū charitate: qm̄ triſtitiæ talis obiectum non eſt bonum proximi, ſed carere bono proximi. Triſtatur.n. non quia alter habet, ſed quia ipſe nō habet. Vnde triſtitia æmulatiua habet bonū proximi pro exercitatiuo, defectum autem triſtantis pro obiecto. Huiuſmodi autē triſtitia nō eſt contraria, ſed conformis ſæpe charitatis motui quoniam charitatis eſt dolere de malo ſui ſub ecti.

¶De nemeſi uero quia etiam nō eſt idem obiectū illius, & cha-

ritatis,

ritatis, quod indignationis obiectū eſt nō bonū proximi abſolutè, ſed tale bonum, ſ. tēpalis proſperitatis, non hoīs abſolutè, ſed hoīs talis, ſ. indigni: charitatis aūt obiectum eſt bonum proximi abſolutè. Non ergo ſ literæ habet locum in æmulatione, & indignatione, ſicut in inuidia, q̄ triſtat̄ de bono ꝓximi, quia excedit, quod i. excedere infra latitudinē boni abſolutè claudatur, q̄a ſpectat ad bonum ipſius proximi ſecundum ſe: cōſequitur enim quantitatem, & augmentum boni in ipſo ꝓximo. Ex hac enim parte ſe tenere, patet ex ſupradictis.

*Li. 1. cōfeſ. c. 7. parum ante medium.

¶Ad ſecundum dicitur, quòd aliud eſt loqui de exteriorib. aut ſecundariis charitatis actibus, quales ſunt, de quibus arguens loquitur: & aliud de principali charitatis actu interiori, qui ē dilectio, cui⁹ termin⁹ eſt gaudium. Quicquid. n. cōtrariatur dilectioni proximi, oportet eſſe peccatū mortale. Conſtat autem, ꝙ triſtitia de bono proximi cōtrariatur dilectioni proximi, qa ſpectat ad contrariū motum motui charitatis, ut terminus. Nam motus charitatis ad bonum proximi eſt amando, deſiderando, gaudēdo, cui contrariatur directè motus odiēdo, fugiendo, triſtando. Vnde patet, quòd ex hoc, quòd contrariatur gaudio, contrariatur dilectioni: & hoc eſt quòd author intendit, & non intēdit quod omne contrarium cuieſcunq; charitatis operi eſt peccatum mortale. Scit ergo ſolida ratio literæ.

*Li. 2. c. 9. cir. princ. tom. 6.

¶In eodem articulo 3. in reſponſione ad tert. ū, Martinus occurrit, dicens contra autorē, quòd hæc reſponſio nō ſatiſfacit: quia argumentū ſemper ſtat in uigore ſiuè opponat̄ miſericordiæ, ſiue nemeſi, quia ſecūdum Ariſ. miſericordia, & nemeſis paſſiones ſunt.

¶Ad hoc dicitur primo, quòd locus ab authoritate negatiuè nihil ualet. Quàmuis enim Ariſt. nō poſuerit miſericordiam inter uirtutes ſed laudabiles paſſiones, non propterea ſequitur, quin talis paſſio reducta ad medium ſcdm rectam rōnem, poſſit ſortiri uirtutem propriam, ut ſuperius author docuit.

¶Dicitur ſecundo, ꝙ Ariſto. neſciuit uirtutes etiam morales, q̄ attenduntur penes morem, ex theologalibus uirtutibus deriuatum, qualis eſt miſericordia, quæ ut eſt uirtus, eſt proprius effectus charitatis, ut in litera hac non fruſtra dicitur. Et propterea in argumento optime ſatiſfactum eſt a theologo, in doctrina morali theologica, ex hoc quod inuidia contrariatur uirtuti miſericordię, & uirtuti charitatis, & non ſolum paſſionibus.

teſt eſſe peccatū mortale, ſed ī eis pōt eſſe[h] inuidia. Dicit. n. Augu.* i primo cōfeſſio. Vidi ego, & expert⁹ ſum zelantē puerū, nondū loquebatur, & intuebat̄ pallidus amaro aſpectu collactaneum ſuum. ergo inuidia nō eſt peccatum mortale,

B ¶3 Præt. Oē pctm̄ mortale alicui uirtuti cōtrariat̄: ſed īuidia nō cōtrariat̄ alicui virtuti, ſed nemeſi, q̄ eſt q̄dā paſſio, ut patet ꝑ Philoſ. i 2. Rhet.* ergo īuidia nō eſt peccatū mortale.

Sed contra eſt, quod dicit Iob. 5. Paruulum occidit inuidia: nihil aūt occidit ſpiritualiter, niſi peccatū mortale. ergo inuidia eſt peccatum mortale.

C Respon. Dicendum, ꝙ inuidia ex gñe ſuo eſt pctm̄ mortale: gen⁹ aūt peccati ex obiecto cōſiderat̄. Inuidia aūt ſm rōnē ſui obiecti cōtrariat̄ charitati, ꝑ quā eſt uita aīæ ſpūalis, ſm illud 1. Io. 3. Nos ſcimus, qm̄ trāſlati ſumus de morte ad uitam, qm̄ diligimus fratres. Vtriuſq; aūt obiectū & charitatis, & inuidiæ eſt bonū proximi, ſed ſm contrariū motū. Nam charitas

D gaudet de bono ꝓximi: inuidia aūt de eodē triſtat̄, ut ex ſupradictis* patet: vñ manifeſtū eſt, ꝙ[m] inuidia ex ſuo gñe eſt peccatū mortale.* Sed ſicut ſupra dictū eſt,* i quolibet gñe peccati mortalis iueniunt̄ aliq̄ impfecti motus in ſenſualitate exiſtētes, q̄ ſunt peccata uenialia: ſicut in gñe adulterij, prim⁹ motus cōcupiſcentiæ, & i gñe homicidij primus motus iræ: ita ēt in gñe inuidiæ inueniunt̄ aliq̄ primi motus, q̄nque ēt in uiris ꝑfectis, qui ſunt pctā uenialia.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ motus inuidiæ, ſm ꝙ eſt paſſio ſenſualitatis, eſt quoddā imperfectū in gñe actuum humanorū, quorum principium eſt rō: unde talis inuidia eſt peccatū mortale. Et ſimilis eſt ratio de inuidia paruulorum, in quibus non eſt uſus rationis: unde patet reſponſio ad ſecundum.

Ad iii dicēdū, ꝙ inuidia, ſm Philoſo.* in 2. Rhe opponit̄ & nemeſi, & miſericordiæ, ſed ſm diuerſa. Nam miſericordiæ opponitur directe, ſm contrarietatem principalis obiecti. Inuidus. n. triſtatur de bono proximi: miſericors aūt triſtat̄ de malo proximi. unde inuidi non ſunt miſericordes, ſicut ibidem dr̄, nec econuerſo. Ex parte uerò eius, de cuius bono triſtatur inuidus, opponitur inuidia nemeſi. Nemeſicus. n. triſtatur de bono indignè agentium, ſm illud Pſ. 72. Zelaui ſup iniquos, pacem, peccatorum uidens: inuidus autem triſtatur de bono eorum, qui ſunt digni. Vnde patet, ꝙ prima cōtrarietas eſt magis directa, q̄ ſecunda. Miſericordia autem quædam uirtus eſt, & charitatis proprius effectus: unde inuidia miſericordiæ opponitur, & charitati.

Articvlvs iiii.

Vtrum inuidia ſit uitium capitale.

Ad qvartvm ſic procedit. Vr̄ ꝙ inuidia nō ſit uitium capitale. Vitia enim capitalia[h] diſtinguuntur cōtra filias capitalium uitiorū: ſed inuidia eſt filia inanis gloriæ. dicit enim Philoſophus* in 2. Rhetor. quòd

E

SVPER QV. XXXVI. ART. III. ET IIII.

Ban. eodem art. *Nic. de Nyſſe tra. 5. p. 3. po. 2. q. 2.*

In ar. 3. & 4 eiuſdē q. dubiū occurrit, An īuidiæ uitiū diuidat̄ i plures ſpēs, an ſit una ſpēs ſpecialiſſima. Et ē rō dubij, quia diffinitio īuidiæ, ſ. ꝙ ē triſtitia de bono alteri⁹, īquātū vr̄ diminutiuū ꝓpriæ glorię, vel excellentiæ, nullā unā formalē rōnem īportat. Triſtitia nāque de bono ꝓximi tot ſpērū eſt, quot odii ꝓximi. Hēnt nāque ſe odiū & triſtitia ſicut amor & dilectatio, quorū cōſecutio ſcdm ſpēi diuerſitatē, vel idētitatē ꝑ ſe nota eſt. Determinatio āt adiūcta, in quātū apparet diminutiuū ꝓpriæ gloriæ, uel excellētiæ dupliciter oſtendit. Primo, quia hæc determinatio ſi eſt dr̄a cōtractiua obiecti ad ꝓpriā ſpeciē, ſed ēt deſignatiua finis, ad quē ordinat̄ triſtitia boni alterius, q. ſ. ordinat̄ ad gloriā, uel excellētiā ꝓpriā, qd ſic manifeſtatur. Eiuſdē rōnis eſt appetere aliquid pp propriā gloriam, uel excellentiam, & refutare impeditiuū illi⁹: ſicut eiuſdē grauitatis eſt ī lapide appeterē locū deorſum, & excludere īpedimenta ipsū a loco deorſum. Vñ ex hac determinatione oſtendit̄, ꝙ inuidia nō eſt quęcūque triſtitia de bono proximi, ſed imperata a vana gloria, uel ſuperbia: & ſic nulli⁹ unius ſpeciei eſt. Secūdò, quia ſub diſiunctione dr̄ proprię gloriæ, uel excellētiæ: ac per hoc aut utriuſq; ſpeciei eſt, aut nullius determinate. Et augetur dubitatio, ſi ſpecies ſortitur iuxta ſpēs gloriæ, uel excellētiæ: in oppoſitum autē eſt, quod inuidię ſpecies non aſſignantur.

Li. 2. c. 9. tom. 6.

Porrella per totum.

216

Sup. q. 34. artic. 6. Et mal. q. 8. ar. 1. cc. & ad 5. & q. 10. artic. 3.

¶Ad hoc dr̄, ꝙ inuidię uitiū relatum ad ꝓximū, (qd̄ dico pp inuidiā fraternæ gratiæ, q. ſ. Spiritusſanctus diffundatur, qm̄ hoc cōtra Deū tēdit) unius tm̄ ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt. Sicut. n. magnanimitas in oībus appetēs magna, unius eſt rōnis: ita inuidia in oībus bonis proximi horrens excellētiā reſpectu ſui, unius eſt rōnis: ita ꝙ rō formalis, quia bona ꝓximi obiectū ſunt inuidiæ, eſt excellētia nō abſolutè, ſed reſpū illius, qui inuidet. Vñ bona ipſa materialiter ſe hñt i obiecto inuidiæ, excellere aūt īuidū formaliter. Et qm̄ excellētia ut ſic uni⁹ rōnis ſpāliſſimæ nō min⁹, q̄ magnitudo i oībus, quā reſpicit magnanimitas apparet, iō ex nulla pte īuidia īuenit̄ hr̄e plures ſpēs, q̄uis latitudinē hēat, & una ſit grauior altera, puta, in ſpūalibus, q̄ in tpalibus: & circa maiora, q̄ circa minora.

¶Ad obiectionē aūt primā i oppoſitū dr̄, ꝙ triſtitia de bono ꝓximi abſolutè ſpectat ad ſpeciē odij ī tm̄ ꝙ ēt triſtitia de excellentia boni ꝓximi abſolutè, ſpectat ad obiectū: ſed triſtitia de

bonis primi ut excellẽtis illum, ſpectat ad inuidiã, ita ꝙ inuidus non triſtatur de excellentia proximi abſolutè, ſed reſpectu ſui: odiẽs autem odit illam abſolutè.

* Li. 31. c. 32. ĩ prin.

¶ Ad ſecũdã vero dr, ꝙ aliud eſt appetere propriã excellentiã, & aliud eſt refutare alienam in actib. & habitibus animæ: licet in naturalib. quę imperfectũ bonũ aſſequuntur, per unũ fiat utrunq;. Aĩa.n. alio actu amat bonũ & alio odit malũ cõtrariũ, q̃uis ignis calefaciendo inducat calorem, & expellat frigus contrariũ. Vñ in propoſito verum eſt, ꝙ ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ, ſatis propinque oritur triſtitia de aliena excellẽtia reſpectu ſui, non tamen ſunt idem, vt patet ex ſeparatiõe. Stat namque ꝙ inordinatè quis appetat ꝓpriam excellentiã, & nõ inuideat alienæ, ut de Dæmonib° patet, q ſine mutua adinuicem inuidia appetierũt inordinatè proprias excellentias, & tñ aliqui aliis apprehendebãtur futuri excellentiores. Vnde inuidia habet pro ratione formali excellẽtiam alterius reſpectu ſui, & non imperatur ab ipſa. Et hoc deſignať, cũ dicitur, ꝙ eſt triſtitia d alieno bono ut diminutiuum propriæ excellentiæ.

* Li. 5. ca. 34. ĩ prin.

* Li. 31. c. 31. a me.

* In ar. ꝑcę. hui° q.

† Lib. 31. c. 31.

* q. præc. art. 4.

¶ Ad ultimum diciť, ꝙ licèt gloria inanis prius oriatur, ut Gregorius dicit ex ſupbia, quàm inuidia: quia directius, vt ꝓprius effectus, ſicut gloria ab excellentia emanat, & vt in pluribus inuidia circa excellentiam huius boni quod gloria ẽ, uerſari uideatur, & ex appetitu gloriæ ſperari videatur: inuidia tamen ꝑ ſe circa excellentiam alienã reſpectu ſui uerſaſ, & propterea non eſt diuerſæ, aut inceitæ ſpeciei. Nec author de hoc dubitauit, cuius doctrinam diffuſam habes in quæſtione de Malo, & in quæſtione de Inuidia: ſed nõ determinando, diſiunctione vſus eſt: ubi de hoc non erat quæſtio.

Conclu. m

* Lib. 31. cap. 31.

amatores honoris, & gloriæ F magis inuident. ergo inuidia nõ eſt uitium capitale.

¶ 2 Præt. Vitia capitalia vñr eſſe leuiora, q̃ alia, q̃ ex eis oriũtur. dicit.n. Greg. 31.† Moral. Prima uitia deceptæ menti quaſi ſub quadã rõne ſe ingerũt: ſed q̃ ſequunť, dum mentẽ ad oẽm inſaniã protrahũt, quaſi beſtiali clamore mẽtẽ cõfundunt: ſed inuidia vř eſſe h grauiſſimum pctm̃. dicit enim Gregor. 5.* Moral. G Quãmuis per oẽ uitium, quod ꝑpetratur, humano cordi antiqui hoſtis virus infundatur, in hac tñ nequitia tota ſua viſcera ſerpens cõcutit, & imprimẽdæ malitię peſtẽ uomit. ergo inuidia non eſt vitium capitale.

¶ 3 Pręt. Videtur ꝙ inconueniẽter eius filiæ aſſignentur a Gregor.* 31. Moral. ubi dicit, ꝙ de inuidia oritur odium, ſuſurratio, detractio, h exultatio in ad- H uerſis ꝓximi, & afflictio in h ꝓſperis: exultatio.n. in aduerſis proximi, & afflictio in proſperis, idem vř eſſe ꝙ inuidia, ut ex præmiſſis * patet. non ergo iſta debent poni ut filiæ inuidiæ.

Sed contra eſt authoritas Greg. 31. † Moral. qui ponit inuidiam uitium capitale, & ei prædictas filias aſſignat.

Resp. Dicendũ, ꝙ ſicut accidia eſt triſtitia de bono ſpũali I diuino: ita inuidia eſt triſtitia de bono proximi. Dictum * eſt aũt ſupra, accidiã eſſe uitiũ capitale ea rõne, quia ex accidia hõ impellitur ad aliqua facienda, uel ut fugiat triſtitiã, uel ut triſtitię ſatiſfaciat. Vñ m eadẽ rõne inuidia ponitur uitiũ capitale. n

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ſicut Grego.* dicit in 31. Moraliũ, Capitalia uitia tanta ſibi cõiunctione coniunguntť, ut non K niſi unum de altero ꝓferať. Prima namq; ſupbiæ ſoboles inanis eſt gloria, q̃ dum oppreſſam mentẽ corrũpit, mox inuidiam gignit, qa dũ uani nois potẽtiã appetit, ne qs hanc alius adipiſci ualeat, tabẽſcit. Nõ eſt ergo contra rõnem uitij capitalis, ꝙ ipſum ex alio oriatur, ſed ꝙ nõ habeat aliquam principalẽ rationem producẽdi ex ſe multa genera pctorum. Forte tamen propter hoc, ꝙ inuidia manifeſtẽ ex inani gloria naſcitur, nõ ponitur uitium capitale, neque ab Iſidor.* in libro de Summo bono, neque à Caſſiano in libro de Inſtitutis cœnobiorum.

Ad ii dicẽdũ, ꝙ ex uerbis illis nõ hř, ꝙ inuidia ſit maximũ pctõrũ, ſed ꝙ qñ diabolus inuidiã ſuggerit, ad hoc hominẽ inducit, qđ ipſe principaľr in corde hẽt: qa ſicut ibi inducit cõſequenter, Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Eſt tñ quædã inuidia, quæ inter grauiſſima pctã cõputatur, ſ. inuidentiæ, fraternæ gratiæ, ſm ꝙ aliquis dolet de ipſo augmento gratię Dei, non ſolum de bono proximi. Vnde ponitur pctm̃ in Spiritumſanctum, qa ꝑ hanc inuidentiam hõ quodãmõ inuidet Spirituiſancto, qui in ſuis operibus glorificatur.

Ad iii dicendum, ꝙ numerus filiarum inuidiæ ſic põt ſumi: quia ĩ conatu inuidiæ eſt aliquid tanq̃ principium, & aliqd tanquã terminus. Principiũ qdẽ eſt, ut aliqs diminuat gloriã alterius uel in occulto, & ſic eſt ſuſurratio: uel manifeſtè, & ſic eſt detractio. Mediũ aũt eſt, qa aliqs intẽdẽs diminuere gloriã alterius aut põt, & ſic eſt exultatio in aduerſis: aut nõ põt, & ſic eſt afflictio in ꝓſperis. Terminus aũt eſt in ipſo odio, qa ſicut bonum delectat, & cauſat amorẽ, ita triſtitia cauſat odiũ, ut ſupra dictũ eſt.* Afflictio aũt in ꝓſperis ꝓximi uno mõ eſt ipſa inuidia, inquantum, ſ. aliqs triſtatur de proſperis alicuius, ſm ꝙ habent gloriam quandã. Alio uero mõ eſt filia inuidiæ, ſecundum quòd proſpera proximi eueniunt cõtra conatum inuidentis, qui nititur impedire. Exultatio autem in aduerſis non eſt directè idem quod inuidia, ſed ex ea ſequitur. Nam ex triſtitia de bono proximi, quæ eſt inuidia, ſequitur exultatio de malo eiuſdem.

* Iſid. li. 2 de ſũmo bono Caſſian° li. 5. ca. 1. & in ſequentibus lib.

QVAESTIO XXXVII.

De peccatis quæ opponuntur paci, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de peccatis, quæ opponuntur paci. Et primò, de diſcordia, quæ eſt in corde. Secundo de cõtentione, quæ eſt in ore. Tertiò, de his quæ pertinent ad opus. ſ. de ſchiſmate, rixa, & bello.

SVP. QV. XXXVI. ART. IIII.

In ar. 4. eiuſdẽ q̃ſt. circa filias inuidiæ aduerte, ꝙ filias non oportet eiuſdẽ, aut alterius ſpẽi eſſe cũ mře, ſed utroq; mõ cõtigit. Nã exultatio ĩ aduerſis eiuſdẽ eſt rõnis cũ inuidia, vt patet: afflictio aũt ĩ ꝓſperis, ut eſt filia, nõ eſt eiuſdẽ rõnis cũ inuidia, ſed cũ uitio illo, cõtra cuius cõatũ ꝓſperitas eſt, ut ſi aliqs coneť famã alienã detrahẽdo lędere, & nihilomin° ab ipſo infamat°, ab aliis melior ęſtimat, triſtitia de illa æſtimatione cõtra conatũ detractoris inſurgentis ad detractionis vitiũ ſpectat, ad qđ ſpectaſſet gaudere de illius infamia, ſi eueniſſet.

SVP. Q. XXXVII. ART. I.

Ban eodem art.

In ar. 1. q. 37. vbi diciť, ꝙ diſcordia ꝑ accidẽs nõ eſt peccatũ, niſi ſit uel cũ errore, circa ea q̃ ſũt d neceſſitate ſalutis, vel ꝑtinacia indebitè adhibeať, aduerte ꝙ error circa ea, q̃ ſunt d neceſſitate ſalutis, cõtingit alicui dupliciter, ſ. cũ culpa, ut error Iudęorũ, & eorũ, q negligũt q̃rere eorũ notitiã. q̃ ad ſe ſpectãt. & ſine culpa, ut error mulierum, & ſimpliciũ facientium qđ ĩ ſe eſt, ad hoc ut ſciãt ea, q̃ ſũt d neceſſitate ſalutis. Et ſicut error culpabilis, uel excuſabilis eſt: ita diſcordia per accidens conſequens ex errore peccatum eſt, uel à peccato excuſatur. ¶ In rñſione ad ſecũdum in eodẽ artic. dubiũ de actu Pauli occur-

* q. 34. artic. 6.

contrerit ex alio capite: & hoc.ſ. ꝙ Paulus excitauit partes, ſcilicet, Phariſæos, & Sadducæos ad ſuas proprias opiniões, ac uoluntates, ut ex eis ſoluerent̃ cõcordia eorũdem cõtra Paulum. Conſtat enim, quòd non ſunt faciẽda mala, ut ueniant bona.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ aliud fuit in hoc actu Pauli intentum, & aliud ꝑcognitũ tñ & permiſſum. Aeſtimauit ſiquidẽ Paulus utroſq; ꝓprias opiniones ſecuturos, ac ꝑ hoc cõcordiã contra eũ tollendã. Intendit autẽ ſolũ excitare Phariſæos in defenſionem reſurrectionis, ac per hoc ꝓpluis Pauli · Sadducæorum aũt pertinaciam exercendam permittere. Nõ n. ex intẽtione Pauli, Sadducæi in actũ ſuæ hęreſis prodierunt, ſed ex eorũ propria uoluntate, qua parati erãt propoſita q̃ſtione de reſurrectione, illã impugnare. Conſtat aũt ꝙ licitum eſt permittere, & uti malis, ut eueniãt bona, quis non liceat facere, aut ĩducere ad mala, ut ueniant bona.

Circa primũ quæruntur duo. A

¶ Primò, Vtrũ diſcordia ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ſit filia inanis gloriæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diſcordia ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ diſcordia nõ ſit pc̃tm̃. Diſcordare.n. ab aliquo, ẽ recedere ab alterius volũtate: ſed hoc nõ vr̃ eſſe pc̃tm̃, qa voluntas [h] ꝓximi non eſt regula volũtatis B noſtræ, ſed ſola volũtas diuina. ergo diſcordia non eſt pc̃tm̃.

¶ 2 Præt. Quicũq; inducit aliquẽ ad peccãdũ, & ipſe peccat: ſed inducere inter aliquos [h] diſcordiã non vr̃ eſſe pc̃tm̃. dr̃.n. Act. 23. ꝙ ſciẽs Paulus, qa vna pars eſſet Sadducęorũ, & altera Phariſæorũ, exclamauit in cõcilio. Viri fratres, ego Phariſęus ſum fili⁹ Phariſæorũ, de ſpe & de re C ſurrectione mortuorũ ego iudicor. & cũ hoc dixiſſet, facta eſt diſſẽſio inter Phariſęos, & Sadducæos. ergo diſcordia ñ ẽ pc̃tm̃.

¶ 3 Præt. Pc̃tm̃, ꝓcipuè mortale, in ſanctis viris nõ inuenit̃ ſed i ſanctis viris inuenit̃ [h] diſcordia. dr̃ n. Act. 15. Facta eſt diſſenſio inter Paulum & Barnabam, ita vt diſcederent ab inuicem. ergo diſcordia non eſt peccatum, & maximè mortale.

SED CONTRA eſt, ꝙ ad Galatas 5. diſſenſiones, ideſt, diſcordiæ ponũtur inter opera carnis, de q- D bus ſubditur. Qui talia agunt, regnum Dei non cõſequentur. Nihil autem excludit à regno Dei, niſi pc̃tm̃ mortale. ergo diſcordia eſt pc̃tm̃ mortale.

[a] q. 29. ar. 1. & 3. RESPON. Dicẽdũ, ꝙ diſcordia concordiæ opponitur. Concordia aũt, ut ſupra dictum [a] eſt, ex charitate cauſatur, inquantum.ſ. charitas multorum corda cõiungit in aliquid unum, quod eſt principaliter quidem bonum diuinum: ſecundario autẽ

Conclu. m bonum proximi. [m] Diſcordia igitur eadẽ rõne eſt pc̃tm̃, inquantum hmõi concordiæ cõtrariatur [n]. ſed ſciendum, ꝙ hæc concordia per diſcordiã tollitur dupl'r. Vno quidẽ modo per ſe: alio uerò mõ E per accidẽs. Per ſe quidem in humanis actibus, & motibus dr̃ eſſe id, quod eſt ſm intentionem: vnde per ſe diſcordat aliquis à proximo, qñ ſcienter & ex intentione diſſentit à bono diuino, & à proxi-

Conclu. p mi bono, in quo debet cõſentire. Et [p] hoc eſt pc̃tm̃ mortale ex ſuo genere ꝑp contrarietatem ad charitatem, licèt primi motus huius diſcordiæ ꝑp imperfectionẽ actus, ſint pc̃tã venialia [q]. Per accidẽs autem in humanis actibus conſideratur ex hoc, ꝙ aliquid eſt præter intentionem. Vñ cum intentio aliquorum eſt ad aliqđ bonum, quod pertinet ad honorẽ Dei, uel vtilitatẽ ꝓximi, ſed vnus æſtimat hoc eſſe bonũ alius aũt hẽt cõtrariã opinionẽ, diſcordia tũc eſt ꝑ accidẽs contra bonũ diuinũ, vel ꝓximi. Et [s] talis diſcordia non eſt pc̃tm̃, nec repugnat charitati: niſi hmõi diſcordia ſit uel cũ errore circa ea, q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis, uel ꝑtinacia indebitè adhibeat̃ [t]: Cũ ẽt ſupra dictũ [a] eſt, ꝙ cõcordia, q̃ eſt charitatis effectus, eſt vnio volũtatũ, nõ vnio opinionũ. Ex quo patet, ꝙ [x] diſcordia qñq; eſt ex pc̃tõ unius tm̃ [z], puta, cũ unus vult bonum, cui alius ſcienter reſiſtit [&]. Qñq; autem eſt pc̃tõ vtriuſq;, [a] puta, cum uterque diſſentit à bono alterius, & vterque diligit bonum proprium.

Concla. s

[a] q. 29. artic. 3.

Conclu. x

Conclu. &

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ volũtas unius hominis ſm ſe conſiderata, nõ eſt regula uoluntatis alterius, ſed inquãtũ voluntas ꝓximi inhæret voluntati Dei, q̃ ſit ꝑ cõſequens regula regulata ſm propriam regulã. Et iõ diſcordare à tali uolũtate eſt pc̃tm̃, quia per hoc diſcordat̃ à regula diuina.

AD II dicẽdũ, ꝙ ſicut uoluntas hominis adhærens Deo, eſt q̃dã regula recta, à qua pc̃tm̃ eſt diſcordare: ita ẽt uoluntas hominis Deo contraria, eſt q̃dã ꝑuerſa regula, à qua bonũ eſt diſcordare. Facere ergo diſcordiam, ꝑ quam tollit̃ bona concordia, quam charitas facit, eſt graue pc̃tm̃. Vnde dr̃ Prou. 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtat̃ aĩa eius: & hoc ſeptimum ponit eũ, qui ſeminat inter fratres diſcordias. Sed cauſare diſcordiam, ꝑ quam tollit̃ mala cõcordia, ſ. in mala uoluntate, eſt laudabile: & hoc modo laudabile fuit ꝙ Paulus poſuit diſſenſionem inter eos, qui erant concordes in malo. Nam & Dominus de ſe dicit, Mat. 10. Nõ veni pacem mittere, ſed gladiũ.

AD III dicendum, quòd diſcordia, quæ fuit inter Paulum, & Barnabam, fuit per accidẽs, & non per ſe: vterque enim intendebat bonum, ſed uni uidebatur hoc eſſe bonũ, alij aliud, quod ad defectum humanum pertinebat. Non enim erat talis cõtrouerſia in his, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis: quãmuis hoc ipſum fuerit ex diuina prouidẽtia ordinatum, propter utilitatem inde conſequentem.

ARTICVLVS II.

Vtrum diſcordia ſit filia inanis glorię.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ diſcordia non ſit filia inanis gloriæ. Ira.n. eſt aliud vitium ab inani gloria: ſed [b] diſcordia videtur eſſe filia iræ, ſecundum illud Prou. 15. Vir iracundus ꝓuocat rixas. ergo non eſt filia inanis gloriæ.

¶ 2 Præt. Auguſ. [a] dicit ſuper Io. exponẽs illud, quod habet̃ Io. 7. Nondum erat ſpiritus datus, Liuor ſeparat, charitas iungit: ſed diſcordia nihil eſt aliud, q̃ q̃dã ſeparatio uoluntatũ. ergo

[a] Tra. 32. iter med. & finem. tom. 9.

SVP. QV. XXXVII. ARTIC. II.

Ban. eodem art

IN art. 2. dubiũ occurrit, An diſcordiæ ortus ex inani gloria, vel inuidia ſit effectiuè, uel finaliter.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ cũ ortus uitij ex uitio, qui metaphoricè appellatur filiatio, ſit ortus appetit⁹ ex appetitu: appetitus autẽ unus oriat̃ ex alio, inquantũ ex appetitu unius appetibilis orit̃ appetitus alterius appetibilis, ut patet in bonis, dũ ex amore filij amamus pędagogũ: & in malis, dũ ex odio uxoris, odio habentur cõſanguinei, in hmõi uero ortu depẽdentia ſecundũ ordinẽ cauſæ finalis appareat: cũ appetibile ſit, cauſam finalẽ importat, & reſpectu appetit⁹, & alterius appetibilis, cõſequens eſt ut ſecundũ rõnẽ cauſę finalis intellig. generatio aliqua ſ. filias uitiorum, & uirtutum.

Porrecta per totum. 218

Infra. q. 132. ar. 5. Et mal. q. 9. ar. 3.

diſcordia ꝓcedit ex[h] liuore, i. inuidia magis, q̄ ex inani gloria. F

¶ 3 Præt. Illud ex quo multa mala oriunt̄, vr̄ eſſe vitiū capitale: ſed diſcordia eſt hm̄oi, q̄a ſup illud Mat. 12. Oē regnū contra ſe diuiſum deſolabit̄.* dicit Hiero. Quo mō concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcordia maximæ dilabunt̄. ergo ipſa diſcordia debet poni vitium capitale. magis, q̄ filia inanis gloriæ.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt authoritas* G Grego. 31 Moral.

Rᴇsᴘ. Dicendū, q̄ diſcordia importat quādā diſgregationē volūtatū, in quantū, ſ. voluntas vnius ſtat in vno, & volūtas alicuiꝰ alterius ſtat i altero. Quod aūt volūtas alicuius in proprio ſiſtat, prouenit ex hoc, q̄ aliqs ea, q̄ ſunt ſua, pfert his, q̄ ſunt aliorū. Qđ cū inordinatē fit, ptinet ad ſuperbiā, & inanē gloriā. Et iō [m] diſcordia, per quam H vnuſquiſq; ſequit̄ qđ ſuum eſt, & recedit ab eo, qđ ē alterius, ponitur filia inanis gloriæ [n].

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicendū, q̄ rixa nō eſt idem, qđ diſcordia. Nā rixa cōſiſtit i exteriori opere: vn̄ cōuenieter cātur ab ira, q̄ mouet animum ad nocendū proximo. Sed diſcordia conſiſtit in diſiunctione motuū uolūtatis, quā facit ſuperbia, uel inanis gloria, ratione iam * dicta. I

Aᴅ ɪɪ dicēdū, q̄ in diſcordia cōſideratͬ quidē, ut terminus à quo, receſſus à voluntate alterius: & quātū ad hoc cauſat̄ ex inuidia, vt terminꝰ aūt ad quē, acceſſus ad id quod eſt ſibi ꝓpriū: & quantū ad hoc cauſatur ex inani gloria. Et quia in quolibet motu, terminus ad quē eſt potior termino à quo, finis. n. eſt potior principio, potius ponitur diſcordia filia inanis gloriæ, quàm inuidiæ, licèt ex utraque oriri poſſit ſecūdum diuerſas rationes, ut dictum eſt. K

Aᴅ ɪɪɪ dicendū, q̄ ideo concordia paruæ res creſcunt, & ꝑ diſcordiā maximæ dilabuntur: quia uirtus quāto eſt magis vnita, tanto eſt fortior, & per ſeparationem diminuitur, ut dicitur in libro* de Cauſis. Vnde patet, quòd per hoc pertinet ad proprium effectum diſcordiæ, quæ eſt diuiſio voluntatum, non autē pertinet ad originē diuerſorum uitiorū a diſcordia, per qđ habeat rationē vitij capitalis.

QVAESTIO XXXVIII.

De contentione, in duos articulos diuiſa.

Dᴇɪɴᴅᴇ cōſiderandum eſt de contentione,

Eᴛ ᴄɪʀᴄᴀ hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum contentio ſit peccatum mortale.

¶ Secundo, Vtrum ſit filia inanis gloriæ.

Aʀᴛɪᴄᴠʟᴠs I.

Vtrum contentio ſit peccatum mortale.

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ſic proceditur. Videtur quòd contentio non ſit peccatum mortale. Peccatū enim mortale in uiris ſpiritualibus non inuenitur, in q-bus tamen inuenitur [h] contentio, ſecundum illud Lucæ 22. Facta eſt contentio inter diſcipulos Ieſu, quis eorum eſſet maior. ergo contentio non eſt peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Nulli bene diſpoſito debet placere peccatum mortale in proximo: ſed dicit Apoſtolus ad Philippen ſ. 1. Quidam ex contentione Chriſtum annuntiant. & poſtea ſubdit. Et in [h] hoc gaudeo, ſed & gaudebo. ergo contentio non eſt peccatum mortale.

¶ 3 Præt. Cōtingit, q̄ aliqui uel in iuditio, uel in diſputatione contendunt non aliquo animo malignandi, ſed potius intendētes ad bonum, ſicut illi, qui cōtra hæreticos diſputando contendunt. vnde ſup illud primi Reg. 4. Accidit quadam die &c. dicit gloſ. Catholici contra hæreticos contentiones non commouent, niſi prius ad certamen conuocentur. ergo [h] contentio non eſt peccatum mortale.

¶ 4 Præt. Iob videtur cum Deo[h] contendiſſe, ſecundū illud Iob. 39. Nunquid qui contendit cū Deo, tam facile conquieſcit? Et tamen Iob nō peccauit mortaliter: q̄a Dominus de eo dicit. Non eſtis locuti rectè corā me, ſicut ſeruus meus Iob, ut habetur Iob vltim. ergo contentio non ſp eſt peccatum mortale.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, quod con-

vitiorum. Et in propoſito quidem apparet, quod diſcordia ſecūdum terminum ad quem, habet pro fine ſuperbiam, vel vana gloriā: quoniā ideò aliquis ſcienter eligit propriā uoluntatem præferre iniuſtè alterius voluntati, vt excellat uel in re, & hoc eſt ſuperbia: vel in apparentia, & hoc eſt uana gloria. Et ex hoc q̄ aliquis excellentiam appetit in re, vel in apparētia, oritur diſcordia. Innaſcitur namque vt appetat in ſua volūtate perſiſtere, ut ſic excellat. Secundum autē terminum à quo, eodē ordine ab inuidia naſcitur. Nam ex hoc, quòd dolemus de bono proximi, ut excedente noſtrum, appetimus receſſum à bona uoluntate eiuſdem, & receſſum à uolūtate proximi eligimus ad conſumandam deteſtationem boni illius, ut diminutiuum apparet noſtri, ut ſæpe hæc apparent inter diſcordias principum uitiorum: recolenda tamē ſunt hic, & in ſimilibus duo. Alterū eſt, quòd appetibile in anima habet etiā cauſalitatem effectiuam, ut Auer dicit in 12. Metaph. comment. 96. Alterum uero, quòd ſermo moralis intelligitur ſecundum id, quod ut in pluribus inuenitur. Vnde nihil obſtat, ſi quādoq; aliūdè uitium poſſit oriri, nec etiam ſi quandoque cauſalitas effectiua inferatur: ſed propoſito moralis doctrinę finis præcipuè accommodandus uidetur.

* Super illud Si Sathā Sathanam eijcit, to. 9.
* Lib. 31. Moral. c. 31.
Conclu. m
* In corp. art.

SVP. Q. XXXVIII. ARTIC. I.

San. eodem art.

In 1. artic. quęſtio. aduerte, quòd intentio tripliciter poteſt ferri ad veritatē impugnādam, ſicut & alios fines, ſcilicet materialiter, formaliter, & virtualiter. Materialiter quidem tantum, cum aliquis impugnat quidē veritatem, ſed non ut eam impugnet, ſed vel tentationis, uel exercitij grā. Et hoc non pertinet ad contentionem, cuius eſt veritatem uelle ſupprimere. Formaliter uero, cū aliquis cognoſcit aliquam ueritatem, & ad hoc tēdit, ut eā impugnet. Virtualiter autem, cum aliquis ſic contra aliqua propoſita intendit procedere, ut nō ſit ſibi curæ, an uera ſint, uel falſa, quæ impugnare ꝓponit. Hęc enim intentio tantæ efficacię eſt, ut etiam ad ipſam ueritatem impugnādam ſe extendat. Clauditur. n. in intenta impugnatione etiam ueritatis impugnatio, ut patet.

¶ Ex his duobus modis contentio tendit ad ueritatem impugnandam, & habet perfectam rationem contentionis, & peccati mortalis. Et eſt ſermo de ueritate nō ſolum fidei, & morali, ſed etiam ſpectante ad perfectionem intellectꝰ, ut ſunt ueritates uniuerſales, & de ueritate in ſingulari ſpectante ad bonū, uel malū proximi, ut patet in iudicio, & fama &c. Si. n. contenderet quis, q̄ feſtuca non erat in terra, non peccaret mortaliter ꝓpter imperfectionem materiæ, ſcilicet ueritatis impugnatæ, quoniā nihil refert, an ſic, uel aliter fuerit: ſicut nec mendacium in huiuſmodi eſſet pernicioſum ꝓpter eandem rationem, ſcilicet imperfectionem materiæ. Et ſcito, quòd hac diſtinctione uti potes in ſimilibus vitijs, in q-bus de intento hîc agitur. Et ſi eam applicabis, multa peccata diſcernes, an ſint uenialia, an mortalia, ut patet in detractione, contumelia, mendacio, ſuſurratione, diſcordia, & ſimilibus. In his enim quando malū, quod eſt peccati finis, non eſt formaliter intentum, nec ita cadit ſub intentione, ut non ſit illi curæ an eueniat, non eſt mortale peccatum. Sicut enim contendēs

* Propoſi. 7. inter opera Ariſto. to. 3.
Porrecta per totum.
* 2. Timot. c. 2. lec. 2.

abſque intẽtione impugnãdi ueritatẽ tñ formaliter, q̃uis uirtualiter excuſat, ſi ueritatis impugnatio eueniat prẽter ſuã intẽtionẽ ita i alijs, ſi denigratio famæ, ſi dãnũ intellectus, inimicitia &c. conſequatur. ¶In ſecũdo aũt articulo nihil occurrit ſcribendum, præter prius ſcripta in quæſtione præcedenti.

trariatur pcepto Apoſtoli, q̃ dicit 2. ad Timo. 2. Noli uerbis cõtẽdere. & Gala. 5. cõtentio numeratur inter opera carnis, q̃ q agunt, regnum Dei nõ poſſidebunt, ut ibidem dr: ſed omne quod excludit à regno Dei, & quod cõtrariatur præcepto, eſt peccatum mortale. ergo cõtẽtio eſt peccatum mortale.

RESP. Dicẽdũ, q̃ contendere eſt contra aliquem tendere. Vñ ſicut diſcordia cõtrarietatẽ quandã importat in uoluntate: ita contentio contrarietatẽ quandã importat in locutione. Et pp hoc ẽt cum orõ alicuius per contraria ſe diffundit, uocatur cõtẽtio, q̃ ponitur unus color rhetoricus à Tullio* qui dicit. Contentio eſt, cũ ex contrariis reb. orõ efficitur, hoc pacto. Habet aſſentatio. i. adulatio, iucunda principia, eadẽ exitus amariſſimos affert. Contrarietas aũt locutionis põt attẽdi dupl̃r. Vno mõ quantum ad intentionem contendentis: alio mõ, quantum ad modũ. In intẽtione quidem conſiderandũ eſt, utrũ aliqs contrariet ueritati, quod eſt uituperabile: uel falſitati, qđ eſt laudabile. In mõ aũt conſiderandum eſt, utrum talis modus cõtrariãdi cõueniat & pſonis, & negotiis, quia hoc eſt laudabile, (vñ Tullius dicit in 2. Rheto. q̃ contentio eſt orõ alicuius ad confirmandum, & confutandũ accommodata:) vel excedat conuenientiã pſonarum, & negociorũ, & ſic contentio eſt uituperabilis.[m] Si ergo accipiatur cõtentio, ſm q̃ importat impugnationẽ ueritatis, & inordinatũ modũ, ſic eſt pc̃tm̃ mortale.[n] Et hoc mõ diffinit Ambro.* contentionem dicens. Contentio eſt impugnatio ueritatis cũ confidentia clamoris.[p] Si autẽ contentio dicatur impugnatio falſitatis cũ debito mõ acrimoniæ, ſic contentio eſt laudabilis.[q] Si aũt accipiatur[r] contentio, ſm q̃ importat impugnationem falſitatis cum inordinato mõ, ſic põt eſſe pc̃tm̃ ueniale: niſi fortè tanta inordinatio fiat in contendendo, q̃ ex hoc generetur ſcandalum aliorum.[t] Vnde Apoſtolus, cum dixiſſet 2. ad Timot. 2. Noli uerbis contendere, ſubdit. Ad nihil. n. vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.

* Libr. 4. Rhe. non parũ ante mediũ li. tom. 6.

Conclu. m

*Id habet gloſſa ordinaria ad Ro. 1. ſup illud Homicidiis, cõtẽtione &c.

Conclu. p Concl. q

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ in diſcipulis Chriſti non erat contentio cum intentione impugnandi ueritatem: quia unuſquiſq; defendẽbat, qđ ſibi uerum uidebatur. Erat autem in eorum cõtentione inordinatio, q̃a contendebant, de quo nõ erat contendendum, ſ. de primatu honoris: nondum. n. erant ſpirituales, ſicut glo.* ibidem dicit: vñ Dominus conſequenter eos compeſcuit.

*Gl ordinaria ibi.

AD II dicẽdũ, q̃ illi qui ex contentione Chriſtũ prædicabant, reprehenſibiles erant: quia quàmuis non impugnarent ueritatem fidei, ſed eam prædicarent, impugnabant tñ ueritatem quantum ad hoc, q̃ putabant ſe ſuſcitare preſſuram Apoſtolo ueritatẽ fidei prædicanti. Vñ Apoſtolus nõ gaudebat de eorũ contentione, ſed de fructu, q ex hoc proueniebat, ſ. q̃ Chriſtus annuntiabatur, quia ex malis etiam occaſionaliter ſubſequuntur bona.

AD III dicẽdũ, q̃ ſm completã rõnem contentionis, prout eſt pc̃m̃ mortale, ille in iudicio contẽdit, q impugnat ueritatem iuſtitiæ: & in diſputatione cõtẽdit, q intẽdit impugnare ueritatẽ doctrinæ. Et ſm hoc catholici non cõtẽdũt cõtra hæreticos, ſed potius ecõuerſo. Si aũt accipiat cõtentio in iudicio, uel diſputatione ſm impfectam rationẽ, ſ. ſm q̃ importat quandam acrimoniam locutionis, ſic non ſemper eſt peccatum mortale.

AD IIII dicẽdũ, q̃ contentio ibi ſumitur cõiter pro diſputatione. Dixerat. n. Iob. 13. cap. Ad Omnipotentem loquar, & diſputare cum Deo cupio. Non tamen intendens neque ueritatem impugnare, ſed inquirere: neque circa hanc inquiſitionem aliqua inordinatione uel animi, uel uocis uti.

ARTICVLVS II.

Vtrum contentio ſit filia inanis gloriæ.

Bañ. eodem artic.

Porrecta per totum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vĩ q̃ contentio non ſit filia inanis gloriæ. Contentio. n. affinitatem[h] hẽt ad zelum. unde dr̃ 1. ad Cor. 3. Cũ ſit inter uos zelus, & cõtentio, nõne carnales eſtis, & ſecundũ homines ambulatis? zelus aũt ad inuidiã pertinet. ergo contentio ex inuidia magis oritur.

220 Inf. q. 132 artic. 5. Et ma. q6 ar. 3. cor. & ad 4.

¶ 2 Præt. Contentio cum clamore quoddam eſt: ſed clamor ex ira oritur, ut patet per Grego.* 31. Moral.[h] ergo & contentio oritur ex ira.

* Li. 31. c. 31. a medio.

¶ 3 Præt. Inter alia, ſcientia vr̃ eſſe materia ſuperbiæ, & inanis gloriæ, ſm illud. 1. ad Cor. 8. Scientia inflat: ſed contentio plerũq; ſi prouenit ex defectu ſcientiæ, per quam ueritas cognoſcitur, nõ impugnatur. ergo contentio non eſt filia inanis gloriæ.

SED CONTRA eſt authoritas Grego.* 31. Moral.

* Li. 31. c. 31. a medio.

RESPON. Dicendum, q̃ ſicut ſupra dictũ* eſt, diſcordia eſt filia inanis gloriæ, eo q̃ diſcordãtium uterq; in ſenſu pprio ſtat, & unus alteri nõ acquieſcit. Propriũ aũt ſupbiæ eſt, & inanis gloriæ propriã excellẽtiã q̃rere. Sicut aũt diſcordãtes aliqui ſunt ex hoc, q̃ ſtãt corde in propriis: ita contẽdẽtes ſunt aliq ex hoc, q̃ unuſquiſq; uerbo id, quod ſibi vr̃, defendit. Et ideo[m] eadem rõne ponĩt contentio filia inanis gloriæ, ſicut & diſcordiæ.[n]

* Li. 31. c. 31. q. præc. art. 1.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ cõtẽtio ſicut & diſcordia hẽt affinitatẽ cũ inuidia, quantũ ad receſſum eius, à quo aliqs diſcordat, uel ex quo cõtendit: ſed quãtũ ad id, i quo ſiſtit ille q cõtẽdit, hẽt cõuenientiã cũ ſupbia & inani gloria, inquãtũ. ſ. in proprio ſenſu ſtatur, ut ſupra dictum eſt.

AD II dicẽdũ, q̃ clamor aſſumit ĩ cõtẽtione, de qua loq̃mur, ad finẽ impugnãdæ ueritatis: vñ non eſt principale i cõtẽtione. Et iõ nõ oportet, q̃ cõtentio ex eodẽ deriuetur, ex quo deriuaĩ clamor.

AD III dicẽdũ, q̃ ſupbia, & inanis gloria occaſionẽ ſumũt pcipue à bonis ẽt ſibi cõtrarijs, puta, cũ de humilitate aliqs ſuperbit. Eſt. n. huiuſmodi deriuatio non p ſe, ſed p accidens, ſm quẽ modum nihil prohibet contrarium a cõtrario oriri. Et iõ nihil prohibet ea, quæ ex ſuperbia, uel inani gloria p ſe & directè oriũtur, cauſari ex cõtrariis eorum, ex quibus occaſionaliter ſuperbia oritur.

QVAESTIO XXXIX.

De ſchiſmate, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandū eſt de uitijs oppoſitis paci, pertinētibus ad opus, quæ ſunt ſchiſma, rixa, ſeditio, & bellum. Primo ergo circa ſchiſma quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ſchiſma ſit ſpeciale peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ſit grauius infidelitate.

¶ Tertiò. De poteſtate ſchiſmaticorum.

¶ Quartò, de pœna eorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſchiſma ſit peccatum ſpeciale.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ ſchiſma non ſit peccatū ſpāle. Schiſma.n.ut Pelagi[9] Papa dicit, [h] ſciſſuram ſonat: ſed omne peccatum ſciſſuram quādam facit, ſm̄ illud Iſa.59. Peccata ueſtra diuiſerūt inter vos, & Deum ueſtrum. ergo ſchiſma non eſt ſpeciale peccatum.

¶ 2 Præt. Illi vñr eſſe ſchiſmatici, q̄ Eccleſiæ nō [h] obediūt: ſed per oē peccatum fit hō inobediēs pręceptis Eccleſię, q̄a peccatū ſm̄ Ambr. eſt cœleſtium inobedientia mandatorum. ergo omne peccatū eſt ſchiſma.

¶ 3 Præt. Hr̄ſis ēt diuidit hoīem ab unitate fidei. ſi ergo ſchiſmatis nomē diuiſionē iportat, vr̄ ꝙ nō differat a peccato infidelitatis, quaſi ſpeciale peccatū.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. cōtra Fauſtū, diſtinguit inter ſchiſma & hæreſim, dicēs, ꝙ ſchiſma eſt eadē opinantē, atq; eodē ritu colentem, quo cęteri ſolo cōgregationis delectari diſſidio. Hr̄ſis verò diuerſa opinat ab his q̄ catholica credit Eccleſia. ergo ſchiſma ñ ē gñale pcm̄.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut Iſido. dicit in lib. Etymo. Nomen ſchiſmatis à ſciſſura aïorū uocatū eſt: ſciſſio aūt unitati opponit. Vñ peccatū ſchiſmatis dr̄, qđ directè, & p ſe opponit unitati. Sicut.n.ī reb. naturalib[9], id qđ ē p accidēs nō cōſtituit ſpeciē: ita ēt nec in reb[9] moralib[9] i q̄b.id, qđ eſt intētū, eſt p ſe: qđ aūt ſeq̄t pter itētionē, eſt quaſi p accidēs. Et iō [m] peccatum ex eo, [n] ꝙ itēdit ſe ab unitate ſeparare, quā charitas facit, q̄ nō ſolū alterā pſonā alteri unit ſpirituali dilectionis uinculo, ſed ēt totā Eccleſiā in unitate ſpūs. Et iō [p] propriè ſchiſmatici dr̄, q̄ propria ſponte, & intentione ſe ab unitate Eccleſiæ ſeparāt, q̄ ē unitas principalis. [q] Nā unitas particularis aliquorū ad inuicē ordinat ad unitatē Eccleſiæ, ſicut cōpoſitio ſingulorū mēbrorū i corpore naturali ordinat ad toti[9] corporis unitatē. Ecclīæ aūt unitas i duob. attendit. ſ. cōnexione mēbrorū Eccleſiæ adinuicē, ſeu cōicatione: & iterū i ordīe oīum mēbrorū Ecclīæ ad unū caput, ſm̄ illud Col.2. Inflat[9] ſēſu carnis, ſuę, & ñ tenēs caput, ex quo totū corpus p nexus, & cōiūctiones ſubminiſtratū & cōſtructū creſcit i augmētū Dei. Hoc aūt caput eſt ipſe Chr̄s, cuius vicē ī Eccleſia gerit ſumm[9] Pōtifex. Et iō [o] ſchiſmatici dr̄, q̄ ſubeſſe renuūt ſummo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſant.[s]

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ diuiſio hoīs à Deo p pctm̄ nō ē itēta a peccāte, ſed pter ītētionē ei[9] accidit ex iordinata cōuerſione ipſius ad commutabile bonum. & ideo non eſt ſchiſma, per ſe loquendo.

AD II dicēdū, ꝙ ñ obedir̄ pceptis cū rebellione quadā, cōſtituit ſchiſmatis rōnē. Dico āt cū rebellione, cū & ptinaciter pcepta Ecclīæ cōtemnit, & iudiciū ei[9] ſubire recuſat. Hoc āt ñ facit q̄libet peccator, vnde nō omne peccatum eſt ſchiſma.

AD III dicēdū, ꝙ hr̄ſis, & ſchiſma diſtinguunt ſm ea, q̄b. utrūque p ſe & directè opponitur. Nā hæreſis p ſe opponit fidei, ſchiſma āt p ſe, opponit unitati eccl̄iaſticę charitatis. Et iō ſicut fides, & charitas ſūt diuerſæ uirtutes, q̄uis q̄cūq; caret fide, careat charitate: ita ēt ſchiſma, & hr̄ſis ſūt diuerſa uitia, q̄uis q̄cūq; eſt hr̄ticus, ſit ēt ſchiſmaticus, ſed nō cōuertit. Et hoc eſt, qđ Hier. dicit in epiſtola ad Gala. inter ſchiſma, & hr̄ſim hoc intereſſe arbitror, ꝙ hæreſis peruerſum dogma hēt, ſchiſma ab Ecclīa ſeparat. Et tñ ſicut amiſſio charitatis eſt uia ad amittēdā fidē, ſm̄ illud 1. ad Timot.1. A q̄bus quidā aberrātes. ſ. a charitate, & alijs hmōi, cōuerſi ſunt in uaniloquiū: ita etiā

SVP. Q. XXXIX. ARTIC. I.

R in eodem art.

IN corpor. primi articuli q.39. tria ſimul dubia occurrūt. Primū eſt, in quo cōſiſtit unitas Eccleſię, cui opponit̄ ſchiſma. Secundū vero, qūo vnitas ē a charitate, vt litera dicit. Tertiū aūt, qūo ſchiſma opponitur illi unitati. Et primi quidem dubij in quo. ſ. conſiſtat vnitas Eccleſiæ, cui opponitur ſchiſma, rō eſt: quia cum vnū ſequatur ens, oīs vnitas oportet ꝙ ſit ſecundū aliquod eſſe, & oē tollens vnitatē tollat aliqđ eſſe. Conſtat aūt, ꝙ ſecluſo eē relatiuo mēbrorum Eccleſiæ ad unū caput, nullū eſſe apparet: cōe membris Eccleſię inter ſe, fundās unitatē Eccleſiæ, quę tolli dr̄ per ſchiſma. Nā eſſe fidei, ſpei, ſacramentorū, & cult[9] ſtat cū ſchiſmate. Eſſe aūt charitatis in directè quidē p omne peccatū mortale, directè aūt p explicitū ipſius contemptū perditur. Sed hoc nō eſt ſchiſmatis uitiū. Nam qui vult charitatē nec in ſe, nec in alio eſſe, nō ꝓpterea ſchiſmaticus eſt.

¶ Secūdi verò dubij, qūo. ſ. unitas hæc Eccleſiæ ſit a charitate, rō eſt, tum quia ſchiſma tollit illud eſſe, quod ſine charitate poſſidetur, ut patet cū aliqui in peccato mortali præexiſtētes fiunt de nouo ſchiſmatici: tū quia ſchiſmaticus eſt, q̄ renuit ſubeſſe Romano Pōtifici. Hoc autem nō directè charitati, ſed obedientiæ opponit.

¶ Tertij aūt dubij rō eſt, quia cum vnū oppoſitorum tollat reliquū, & unitas Eccleſiæ non ſit ab Eccleſia auferibilis, ſicut nec eſſe ipſius quantūcunq; fiant infinita ſchiſmata, alioqn aut poſſent eſſe plures Eccleſiæ, q̄ una, aut poſſent deſinere eſſe ante conſummationem ſæculi, cōſequēs eſt, ꝙ ſchiſma non tollat unitatem Eccleſiæ, & conſequēter malè ex hoc eius natura monſtratur.

¶ Ad euidentiā horū ſciendū eſt, ꝙ cū Eccleſia militās de qua ſola eſt ſermo, ſit cōgregatio oīum fideliū, & una numero, oportet ꝙ eā entitas, q̄ unitas eius numeralis cōſtituat̄ ex aliquo eſſe, nō quo aliquis eſt ī ſe, ſed quo ad aliud ordinatur. Inter entis aūt genera, ſolū relatio, actio, & paſſio ſeparata iūgūt. Eſſe nāq; ſubſtātiæ, quātitatis, & qualitatis ſic in uno ſuppoſito conſiſtit, q̄ ad aliud nō ſe extendit. Actione aūt, & paſſione iungūtur ēt celū & terra, & eſſe relatiuo totū uniuerſū. Vñ Eccleſiæ eē, & unitas, ſcdm̄ hæc cōſideranda eſt. Tria aūt inuenimus in ipſis fidelibus. Primo unitatē uirtutū theologicarū, & ſacramentorū. Singuli nanq; fideles credunt vnū, ſperāt unū, amāt unū. ſ. Deū trinū, & unum &c. & tenēt eadē ſacramēta. Et ſi fideles nō haberent aliā unitatē, Eccleſia nō eſſet ꝓpriè loquēdo, una, ſed fideles eſſent ſimiles ī pdictis. Inuenim[9] ergo ſcdo unitatē capitis nō ſolū i cęlo, Chr̄i: ſed in terra, tū vicarij, ex qua unitate apponit̄ i ipſis fidelib. eſſe relatiuū ordinis. ſ. ad caput unū, & actionis, & paſſionis ſcdm̄ pcipere, & obedire. Mouētur ſi q̄dē ſinguli fideles a Spū ſancto ñ ſolū ad credēdū, ſperādū &c. ſed ēt ad obediēdū vni, & eidē capiti Chr̄i Vicario. Et ſi apud fideles nulla alia eſſet unitas, & Eccleſia non diceret̄ una, ſed ſub uno: eſſent. n. fideles, ſicut multa regna ſub vno rege.

¶ Inuenimus igit̄ tertio unitatem collectiuam uniuerſorū fidelium, ex qua vnitate

Porrecta per totum.

221

4.diſt.13. q.2.art.1. ad 2.

Habetur 14.q.1.c. Schiſma i principio

li.de Paradiſo ca. 8. parum ante mediū tom.4.

Li. 20.c. 3.in principio.to.6. [illegible]

Li.8.c.3. a medio.

Concl. m

Concl. p

Conclu. o

Super illud ad ti. 3. Hæreticum hominē, t.9.

vnitate apponiť ſingulis fideliũ eſſe relatiuũ.ſ. eſſe partẽ vnius numero populi, ciuitatis, domus, ac p hoc dependẽtia apponiť vnicuiq; à toto. Pars.n.q̃libet à ſuo toto pẽdet. Hinc ſecundum actionẽ & paſſionẽ modus, & regula habeť. Mouenť ſiquidem fideles à Spirituſancto ad opera vitæ ſpũalis.ſ. credere, ſperare, diligere ſanctificare, & ſanctificari, obedire, p̃cipere, illuminare &c. non ſolũ ſcdm ſubſtãtiã, ſed ẽt quo ad modũ operandi, vt.ſ. hæc operẽtur vt partes vnius tot⁹. Et huius rei nõ eſt q̃renda alia cã, niſi q̃a ſic diſpoſuit Spiritusſanctus, q̃ inter articulos fidei poſuit vnã ſanctã Eccleſiã, vltra ſanctorum cõionẽ. Ipſe nãq; Spirit⁹ diuidẽs ſingulis put vult, voluit Eccleſiã catholicã .i. vniuerſalẽ, eſſe vnã, & non plures. Et pp̃ea mouet ſingulos ad iterius & exterius operãdum, vt partes vni⁹, & pp illud unũ, & ſecũdũ illud vnũ. Quilibet enim fidelis credit ſe mẽbrum Eccleſiæ, & vt mẽbrũ Eccleſiæ credit, ſperat, miniſtrat ſacramẽta, ſuſcipit, docet, diſcit &c. Et pp Eccleſiã hæc facit, vt pars pp totũ, cuius eſt q̃cquid eſt, & ſecũdum Eccleſiæ fidem, & traditionẽ hæc operať. Et hinc fit vt inter eccleſias, q̃ vñr omnino ſeparatæ, puta, Scotiæ, & Hiſpaniæ, nõ ſolũ ſit conueniẽtia in fide, ſpe, charitate, ſacramentis, & obediẽtia ad vnũ caput, ſed ẽt colligatio partis ad partem in vna numero congregatione, q̃ primo & principaliter regitur à Spirituſancto, cui⁹ vnitas eſt ſummũ bonum nõ ſimpliciter, ſed in genere bonorũ ad proximum ſpectantiũ, vtpote bonũ totius mũdi nõ qualecumque, ſed ſpirituale: nõ p accidens, ſed per ſe: nec ſecundarium, ſed principale: quia eſt ipſum eſſe Eccleſiæ, ut unius tot⁹ rõnẽ hẽt. Signũ aũt huius vnius, totius, & partiũ, eſt unitas ſynodi uniuerſalis. Hæc eſt Eccleſiæ vnitas, cui opponitur ſchiſma. Nã ex eo aliq̃s eſt ſchiſmaticus, q renuit vt pars Eccleſiæ operari. Nec refert ex quacumq; cauſa hoc oriatur. Dummodo enim ad hoc deueniatur, q renuit ſe habere ut pars unius Eccleſiæ catholicæ, ſchiſma incurritur. Ex quacumque ſiquidem diuerſitate uel ſententiarum, uel affectionum, intantum aliquis exorbitet, ut uelit ſanctificare, vel ſanctificari, docere, uel doceri, prouidere, uel prouideri, non ut pars Eccleſiæ catholicæ, ſed tamquam ipſimet ſint uelut quoddam totum ſeorſum, ſchiſmatici ſunt. Et per hoc patet ſolutio primi dubij. Sed reſponſio ad obiectionem de charitate, in ſolutione ſecundi dubij patebit.

¶Dicitur ergo ad ſecundum dubiũ, quòd quia amoris eſt vnire, & vnitas Eccleſiæ eſt vnitas ſpũalis, iõ attribuiť amori ſpirituali, q eſt charitas, nõ q, iſta vnio ſit charitas, ſed q̃a eſt effect⁹ charitatis. Mouet.n. Spirituſſanctus p charitatẽ ſingulos fideles ad volẽdũ ſe eſſe partes vnius collectionis catholicæ, quã ipſe viuificat, ac p hoc ad cõſtituẽdũ vnã Eccleſiã catholicã. Verum effect⁹ charitatis ſũt duplices, q̃dã ſp formati, vt contritio: q̃dã q poſſunt eſſe informes, vt miſereri, dare eleemoſynã pp Chriſtũ. Vnitas ẽt eccleſiaſtica licèt ſimpliciter ſit formata, ſicut Eccleſia ſp eſt ĩ gratia, vt tñ eſt ĩ hoc, vel illo, põt eſſe informis. Et pp̃ea ſtat vnitatẽ hanc eſſe effectũ charitatis, & tñ poſſidert cũ peccato mortali. Et ſtat aliquẽ nolle charitatẽ eſſe ĩ ſe, vel in alio, & nõ eſſe ſchiſmaticũ, niſi ad hoc deueniret, q, nollet hũc effectũ charitatis eſſe, q eſt unitas Eccleſiæ. Et ſic ẽt eſſet diſtinguendũ: q̃a aliud eſt nolle unitatem Eccleſiæ eſſe, & aliud eſt ſubtrahere ſe aĩo ab unitate Eccleſiæ: ſicut aliud eſt, nolle fidẽ Chriſti eſſe, & aliud eſt, nõ credere ea, q̃ ſunt fidei. Vtrobiq;.n. primum ſpectat ad odiũ rerũ ſpũalium: ſecũdum aũt ad propria uitia ſchiſmatis, & hæreſis. Ad id uerò, qd de obediẽtia objiciť, dr̃ q nolle pertinaciter obedire ſummo Pontifici ñ ẽ ſchiſma, ſed nolle ſubeſſe ſibi ut capiti tot⁹ Eccleſiæ, eſt ſchiſma: ſicut nõ credere, eſt hæreſis.

¶Ad tertiũ aũt dubiũ dr̃, q cõtra unitatem Eccleſiæ dupliciter cõtingit peccare. Primo ſecundum intellectũ, ſcilicet nõ credẽdo Eccleſiam eſſe unam capite, uel collectione, & hoc eſſet peccatũ infidelitatis: ſecũdò, ſecũdũ uolũtatem, & hoc dupliciter. Primò ſecũdũ ĩtentionẽ, cũ.ſ. aliquis licèt credat Eccleſiã eſſe unam, intendit tamen eius unitatem deſtruere odio, uel ira concitatus in illam, uel Papam &c. Secũdo, ſecundum operis uoluntatem, cum ſcilicet aliquis vult potius taliter ſe gerere, ac ſi non eſſet pars Eccleſiæ, quàm à propoſito deſiſtere. Et hoc uidetur contingere his, qui præſumũt ſynodos uniuerſales congregare, uel congregatas, ſed diſſolutas tenere. Et vtroq; modo ſchiſma incurritur: ſicut homicidium incurrit non ſolum qui directè intendit occidere, ſed ẽt qui potius vult opus agere, unde mors hominis ſequatur, q̃ opus tale relinquere. Duplici aũt diſtinctione opus eſt, ut perſpiciatur, quomodo ſchiſma tollit unitatẽ Eccleſiæ. Altera eſt de auferre ſecundũ affectũ, uel effectum: altera eſt de eo, à quo aufertur, ſcilicet ab Eccleſia, uel à ſeipſo. Schiſmaticus.n. ſecundũ affectũ tollit unitatẽ ab ipſa Eccleſia: ſicut odiẽ habẽs Deũ,

[Margin notes: *Li.1.c.2. ad finem tom.5. — * Lib.8.c.10. circa principiũ tom.5. — †q.10.ar.2.&q.23. art. 6. — *Ar.præc. ad 3. arg. In epiſt. ad Titum cap.3. — *1.2.q.72 ar.1.&q.73. art.1. 2.& 4. — Conclu. m]

ſchiſma eſt via ad hæreſim. Vñ Hier.* ibidẽ ſubdit, q ſchiſma à principio aliqua ĩ pte põt intelligi diuerſũ ab hæreſi. Cæterũ nullũ ſchiſma eſt, qđ nõ ſibi aliquã hæreſim cõfingat, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſchiſma ſit grauius peccatum infidelitate.

Ban. eodem art.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ q ſchiſma graui⁹ pctm̃ ſit, q̃ infidelitas. Maius.n. pctm̃ grauiori pœna punit, ſm illud Deu.25. Pro mẽſura pcti erit & plagarũ modus: ſed pctm̃ ſchiſmatis grauius inuenit punitũ, q̃ ẽt pctm infidelitatis, ſiuè idolatriæ. Legit.n. Exo.32. q pp idolatriã ſunt aliq̃ humana manu gladio interfecti: de pctõ autẽ ſchiſmatis legiť, Nu.16. Si nouã rẽ fecerit Dñs, vt aperiẽs terra os ſuũ deglutiat eos, & oĩa q̃ ad illos ptinẽt, deſcenderintq; viuẽtes in infernum, ſcientis q blaſphemauerũt dñm Deũ. Decẽ ẽt Tribus, q̃ vitio ſchiſmatis à regno Dauid receſſerũt, ſunt grauiſſimè punitæ, vt habeť 4. Reg.17. ergo pctm̃ ſchiſmatis eſt grauius pctõ infidelitatis.

¶2 Præt. Bonũ multitudinis eſt mai⁹ & diuinius, q̃ bonũ vni⁹, ut patet p Philoſophũ* i 1. Eth. ſed ſchiſma eſt cõtra bonũ multitudinis .i. cõtra eccleſiaſticam vnitatẽ: infidelitas aũt eſt cõtra bonũ particulare vnius, qđ eſt fides vnius hominis ſingularis. ergo videtur q ſchiſma ſit grauius peccatum, q̃ infidelitas.

¶3 Præt. Maiori malo mai⁹ bonũ opponiť, vt patet p Phi.* in 8. Eth. ſed ſchiſma opponiť charitati, q̃ eſt maior virt⁹, q̃ fides, cui opponiť infidelitas, vt ex p̃miſſis † patet. ergo ſchiſma eſt grauius peccatũ, q̃ infidelitas.

SED CONTRA. Qđ ſe hẽt ex additione ad alterũ, potius eſt vel in bono, vel in malo: ſed hæreſis ſe hẽt p additionẽ ad ſchiſma. addit.n. puerſum dogma, vt patet ex authoritate Hier.* ſupra inducta. ergo ſchiſma eſt minus peccatum, q̃ infidelitas.

RESPON. Dicẽdũ, q grauitas pcti dupľr põt cõſiderari. Vno mõ ſm ſuã ſpeciẽ: alio mõ ſm circũſtãtias. Et q̃a circũſtantiæ particulares ſunt infinitæ, ita & infinitis modis variari poſſunt, cũ q̃riť in cõi de duobus peccatis qđ ſit graui⁹, intelligẽda eſt q̃ſtio de grauitate, q̃ attẽdiť ſm genus pcti. Genus aũt, ſeu ſpẽs pcti attẽditur ex obiecto, ſicut ex ſupradictis patet*. Et iõ illud pctm̃, qđ maiori bono cõtrariať, ex ſuo gñe ẽ graui⁹, ſicut pctm̃ ĩ Deũ, q̃ pctm̃ in p̃ximũ. Manifeſtũ eſt aũt q infidelitas eſt pctm̃ cõtra ipſum Deũ, ſm q ĩ ſe eſt ueritas prima, cui fides innitiť. Schiſma aũt eſt cõtra eccleſiaſticã vnitatẽ, q̃ eſt quoddã bonũ participatum, & minus q̃ ſit ipſe Deus. Vñ manifeſtũ eſt, q pctm̃ infidelitatis ex ſuo gñe eſt grauius, q̃ pctm̃ ſchiſmatis: licèt poſſit cõtingere, q aliq̃s ſchiſmaticus graui⁹ peccet, q̃ q̃dã infidelis, vel pp maiorem contemptum, vel pp maius periculũ qđ inducit, vel propter aliquid huiuſmodi.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q populo illi manifeſtũ erat iã p legẽ ſuſceptã, q erat vn⁹ De⁹, & q nõ erat alij Dij colẽdi: &

tollit bonitatem ab ipſo, quantum in ſe eſt: ſecundum autem F eſt, etiam tollit vnitatem Eccleſiæ à ſeipſo. Ad hoc enim efficaciter operatur, vt in ipſo non ſit vnitas Eccleſiæ, vt ipſe non ſit pars collectionis catholicæ.

¶ In eodẽ articulo aduerte, q̃ quia bonum cõſurgit ex cã integra apud Dio. 4. c. de diuinis nominib⁹, malũ aũt ex ſingulis defectibus: ideo ad habendũ hoc bonũ, qđ eſt eſſe mẽbrũ Eccleſiæ catholicæ, exiguntur duo. Primo q̃ ſe hẽat vt pars illius in credẽdo, ſperãdo, amãdo, ſanctificãdo &c. Secũdò, q̃ ſubſit Romano põtifici, ut capiti Eccleſiæ catholicę. Propter qđ in litera dr̃, q̃ unitas Eccleſiæ conſiſtit cõmiſtione mẽbrorũ, & hoc quãtũ ad primũ. Fit n. hoc p hoc, q̃ oẽs ſunt cõpartes vnius, & in ordine omniũ ad vnũ caput, & hoc quantũ ad ſecũdum. Sed ad incurrendũ hoc malum, qđ eſt eſſe ſchiſmaticũ, ſufficit alterũ illorum. ſ. vel deficere a ſubiectione capitis, uel cõ̃ one cum uniuerſis. Et ppterea in litera ſubdũtur hæc duo gña ſchiſmaticorum, ut ibi patet.

* 1. 2. q. 105. ar. 2.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, An perſona ueri, certi, & indubitati Papę, poſſit eſſe ſchiſmatica.

p. 707.

Et uidetur quòd nõ, quoniam ab unitate capitis deficere non poteſt, quia ipſe eſt caput: ab unitate quoque Eccleſiæ deficere non põt, quia Eccleſia eſt in ipſo, iuxta illud Cypriani 7. q. 1. Scire debes, ubi dicitur, Scire debes epiſcopũ in Eccleſia eſſe, & Eccleſiã in Epiſcopo, & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe.

¶ In oppoſitum autẽ eſt, quoniã Papa poteſt incurrere in hæreſim, & conſequenter in ſchiſma: quia omnis hæreticus eſt ſchiſmatic⁹, licèt non econtrario.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ licèt diuerſæ ſint hic opiniones, abſq; dubio tñ patet, q̃ Papæ perſona crimen ſchiſmatis & ſine hæreſi incurrere poteſt. quod probatur ex eo, q̃ addunatio partium, ſine quibus totum ſaluari poteſt, cum ipſo toto non eſt indiſſolubilis: ſed adunatio perſonæ Papæ cum toto, ideſt, Eccleſia, eſt talis. ſ. q̃ ſine ipſa Eccleſia ſaluatur in ſua unitate. ergo perſona Papæ poteſt diſſoluere ſe ab Eccleſiæ unitate: hoc autem eſt eſſe ſchiſmaticum. Minor patet, ex eo, q̃ ſede uacãte Eccleſia eſt una ſine ulla perſona Papæ. Contingeret autem hoc in aliquo q̃dem Papæ, ſi nollet communicare cum Eccleſia, ut pars illius, ut caput illius in ſpiritualibus. ſed habere ſe tantum ut dominus tẽporalis: in opere uero, ſi facto hoc faceret, uel ſi excõmunicare pſumeret Eccleſiã. Conſtat namq;, q̃ in huiuſmodi mala poſſet pſona Papæ incidere, ac p hoc uere ſchiſmaticus eſſe,

¶ Ad primũ aũt in oppoſitũ dr̃, q̃ perſona Papæ poteſt renuere ſubeſſe officio Papæ, q̃ per accidẽs eſt pro tũc in ipſo. Et ſi hoc in animo ptinaciter gereret, eſſet ſchiſmaticus p ſeparationem ſui ab unitate capitis. Ligatur ſiquidẽ perſona ſua legibus officij ſui quo ad Deum, ut in præcedenti libro declaratum eſt.

¶ Ad ſecundum dr̃, q̃ Eccleſia eſt in Papa, quando ipſe ſe hẽt ut Papa, ut caput Eccleſię: quando aũt ipſe nollet ſe habere ut caput ei⁹, Eccleſia in ipſo neq; ipſe in Eccleſia eſſet.

¶ In tranſitione ad ſecundum, aduerte diligẽter, q̃ recuſare præceptum, uel iudiciũ Papæ contingit tripliciter, primo ex parte rei iudicatæ, ſeu pceptæ: ſecundo ex parte perſonæ iudicantis: tertio ex parte officij ipſius iudicis. Si quis enim etiam pertinaciter contemnat ſententiam Papæ, quia ſcilicet non uult exequi quæ mandauit, puta, abſtinere à tali bello, reſtituere talẽ ſtatum &c. licèt grauiſſimè erret, non tamen eſt ex hoc ſchiſmaticus. Contingit namque & ſępe, nolle exequi pręcepta ſuperioris, retenta tamen recognitione pſius in ſuperiorem. Si quis uerò perſonam Papæ ſuſpectã rationabiliter habet, & pptere non ſolum pſentiam eius, ſed etiã immediatum iudiciũ recuſat, paratus ad non ſuſpectos iudices ab eodem ſuſcipiẽdos, nec ſchiſmatis, nec alterius uitij crimẽ incurrit. Naturale namq; eſt euitare nociua, & cauere à periculis. Poteſtque pſona Papę tyrannicè gubernare, & tãto facilius, quantò potẽtior eſt, & neminẽ in terris timet ultorem. Cum quis autẽ Papæ præceptum, uel iudicium ex parte ſui officij recuſat, nõ recognoſcens eum ut ſuperiorem, quis hoc credat, tunc propriè ſchiſmaticus eſt. Et iuxta hunc ſenſum intelligẽda ſunt uerba literæ huius, & ſimilium. Inobedientia enim quantumcumque pertinax non conſtituit ſchiſma, niſi ſit rebellio ad officiũ Papæ, uel Eccleſiæ, ita ut renuat illi ſubeſſe, illum recognoſcere ut ſuperiorem &c.

Porrectio per totum.

123

3. q. 64. a. 9. ad ſecũdũ & 5. Et 4. d. 25 q. 1. ar. 2. Et quolib. 12. ar. 16. Ex li. 2. c. 5. tom. 7.

li. 6. de bapt. contra Donat. c. 5. circa princ. to. 7. Et ad Bonifac. epiſt. 50.

Habet̃ 9. q. 1. cap. Ordinationis, in princ. eiuſ. tom. 7.

In reliquis eiuſdem quæſt. ar. nihil ſcribẽdum occurrit, niſi q̃ in 3. ar. notetur diſtinctio poteſtatis ordinis, & iuriſdictionis quo ad originem, & permanẽtiam, quòd illa per conſecrationem, hæc per ſimplicem hominis iniunctionem fit. Et ideo illa indelebilis eſt, iſta autem à uoluntate hominis pendet.

¶ In quarto autem aduertatur, q̃ ſicut petens mutuum ab uſurario propter ſuam neceſſitatem, non peccat, quia petit opus bonum à potente illud benẽ exhibere, ſi uult: ita petens in neceſſitatis articu. baptiſmũ à ſchiſmatico excuſatur. Petit namque bona a potente illud bene exhibere, ſi uult.

hoc erat apud eos p multiplicia ſigna confirmatũ. Et iõ non oportebat, q̃ peccãtes contra hãc fidẽ p idolatriã, punirẽtur inuſitata aliqua ſola pęnæ, ſed ſolũ cõi: ſed nõ erat ſic notum apud eos, q̃ Moyſes dẽret eſſet ſp eorũ princeps. Et iõ rebellãtes eius principatui, oportebat G miraculoſa, & incõſueta pęna puniri. Vel poteſt dici, q̃ pctm̃ ſchiſmatis qñq; grauius, eſt punitũ in populo illo, q̃a erat ad ſeditiones, & ſchiſmata promptus. Dr̃. n. Eſdræ. c. 4. Ciuitas illa à diebus antiqs aduerſum reges rebellat, & ſeditiones, & pręlia cõcitant̃ in ea. Pęna aũt maior qñq; infligit̃ p pctõ magis cõſueto, vt ſupra habitũ ẽ. Nã H pęnæ ſunt medicinæ q̃dã ad arcẽdũ homines à pctõ, vñ vbi ẽ maior pronitas ad peccandũ, dẽt ſeuerior pœna adhiberi. Decẽ aũt trib⁹ nõ ſolũ fuerũt punitæ pro pctõ ſchiſmatis, ſed ẽt pro pctõ idolatriæ, ut ibidem dicit̃.

Ad II dicẽdũ, q̃ ſicut bonũ multitudinis eſt maius, q̃ bonũ vnius, q eſt de multitudine: ita ẽt bonũ multitudinis, ad quod unus ordinat̃, eſt minus q̃ bonũ extrinſecũ, ad qđ multitudo or I dinat̃: ſicut bonũ ordinis exercitus ẽ min⁹ q̃ bonũ ducis: & ſiĩr bonum eccleſiaſticæ vnitatis, cui opponitur ſchiſma, eſt minus quàm bonum ueritatis diuinæ, cui opponit̃ infidelitas.

Ad III dicẽdum, q̃ charitas hẽt duo obiecta, unũ principale. ſ. bonitatẽ diuinã, & aliud ſecũdariũ. ſ. bonũ pximi. Schiſma aũt & alia pctã, q̃ fiũt in proximũ, opponunt̃ charitati, quãtũ K ad ſecũdariũ bonũ, qđ eſt minus, q̃ obiectũ fidei, qđ eſt ipſe Deus, & iõ iſta pctã ſunt minora quã infidelitas. Sed odiũ Dei, qđ opponit̃ charitati, quãtum ad principale obiectũ, nõ ẽ minus: tñ inter pctã, q̃ ſunt in proximũ, pctm̃ ſchiſmatis uidetur eſſe maximum, quia eſt contra ſpirituale bonum multitudinis.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſchiſmatici habeant aliquam poteſtatem.

Ban. eodem art.

AD TERTIVM ſic pceditur. Vr̃ q̃ ſchiſmatici habeant aliquã poteſtatẽ. Dicit. n. Aug. in lib. contra Donatiſtas. Sicut redeũtes ad Eccleſiã, qui priuſquàm recederẽt, baptizati ſũt, nõ rebaptizant̃, ita redeũtes, q priuſquàm recederẽt ordinati ſunt, nõ utiq; rurſus ordinãtur: ſed ordo eſt poteſtas q̃dã. ergo ſchiſmatici habẽt aliquam poteſtatem, quia retinẽt ordinẽ.

¶ 2 Præt. Aug. dicit i li. de vnico baptiſmo. Põt ſacramẽtũ tradere ſeparat⁹, ſicut põt hẽre ſeparat⁹: ſed poteſtas tradẽdi ſacramẽtũ ẽ maxima poteſtas. ergo ſchiſmatici, q ſunt ab Eccleſia ſeparati, hñt poteſtatẽ ſpũalẽ.

¶ 3 Præ. Vrbanus Papa dr̃, q̃ ab Epis quodã catholicè ordinatis, ſed in ſchiſmate a Romana Eccleſia ſeparatis, q conſecrati ſunt, eos cũ ad Eccleſię unitatẽ redierint, ſeruatis pprijs ordinibus, miſericorditer ſuſcipi iubemus, ſi eos uita, & cõſciẽtia cõmẽdat: ſed hoc ñ eſſet, niſi ſpũalis poteſtas apud ſchiſmaticos remaneret. ergo ſchiſmatici habent ſpiritualem poteſtatem.

*Li.1.Epi. 4. ad Antoni. *Li.4.epi. 2. iter medium & finem. *Refert 7 q.1.c. Nouatianus in fine.

Sed contra eſt, quod Cyprianus* dicit in quadam epiſtola, & habetur 7. quæſt. 1. c. Nouatianus. †Qui nec unitatem, inquit, ſpiritus, nec conuẽtionis pacem obſeruat. & ſe ab Eccleſiæ uinculo, & ſacerdotum collegio ſeparat, nec Epiſcopi ᵇ poteſtatem habere poteſt, nec honorem.

A Respon. Dicendum, ꝙ duplex eſt ſpiritualis poteſtas. Vna quidẽ ſacramẽtalis: alia iuriſdictionalis. Sacralis quidẽ ptãs eſt, q̃ ꝑ aliquã cõſecrationẽ cõfert. Oẽs autem conſecrationes Eccleſię ſunt imobiles manente re, q̃ conſecrat, ſicut ẽt patet in reb. inanimatis, nã altare ſemel cõſecratũ, nõ conſecrat iterum, niſi fuerit diſſipatũ. Et iõ ᵐ talis ptãs

Concl. m ſm ſuã eſſentiam remanet in hoĩe, quia ꝑ cõſecrationẽ eã eſt adeptus, quandiu uiuit, ſiuè in ſchiſma ſiuè in hæreſim labat: ° ꝙ patet ex hoc, ꝙ rediẽs ad Eccleſiã, nõ iterũ cõſecrat. Sed qa ptãs inferior ñ dẽt exire in actum, niſi ſm quod mouet à ptãte ſuperiori, ut etiã in rebus naturalibus patet. inde eſt

Conclu. p ꝙ ᵖ tales uſum ptãtis amittunt, ita. ſ. ꝙ nõ liceat eis ſua ptãte uti. Si tñ uſi fuerint, eorũ ptas effectũ hẽt in ſacramentalibus, ᑫ quia in his hõ nõ operat, niſi ſicut inſtrm Dei: undẽ effectus ſacramẽtales nõ excluduntur ꝑp culpã quãcumq; conferentis ſacramentum. Ptãs autem iuriſdictionalis eſt, q̃ ex C ſimplici iniunctione hoĩs confertur, & ᵗ talis ptãs

Concl. s non immobiliter adhæret: unde in ſchiſmaticis, & hæreticis nõ manet. Vnde non pñt nec abſoluere, nec excõicare, nec indulgẽtias facere, aut aliquid hmõi. quod ſi fecerint, nihil eſt actũ. ᵗ Cũ ergo dr̃, tales non hñt ptãtem ſpũalem, intelligendũ eſt vł de ptãte ſecunda: uel ſi referat ad primã ptãtẽ, nõ eſt referẽdum ad ipſam eſſentiã ptãtis, ſed ad legitimũ uſum eius. Et per hoc patet rñſio ad obiecta.

Articvlvs IIII.

Vtrum ſit conueniens pœna ſchiſmaticorum ut excommunicentur.

Bannes eodem articu.

Perrecta per totum 223

»Li. 1. ca. 12. »Li. 6. ca. 4. tom. 7.

AD quartvm ſic procedit. Vr̃ ꝙ pœna ſchiſmaticorũ nõ ſit cõueniẽs, ut excõicent. Excõmunicatio. n. maximè ſeparat hoĩem a cõione ſacramẽtorũ: ſed Aug. ✱ dicit in li. cõtra Donatiſtas, ꝙ baptiſma põt ᵇ recipi a ſchiſmatico. ergo uř. ꝙ excõicatio non eſt conueniẽs pœna ſchiſmaticis.

¶2 Præt. Ad fideles Chri pertinet, ut eos qui ſunt diſperſi, reducant: unde contra quoſdam dr̃ Ezech. 34. Quod abiectum eſt, non reduxiſtis, quod perierat, non quæſiſtis: ſed ſchiſmatici conuenientius reducuntur per aliquos, qui eis communicent ergo uidetur quòd non ſint ᵘ excommunicandi.

¶3 Præt. Pro eodem pc̃tõ non infligit ᵇ duplex pęna, ſm illud Naum 1. Non iudicabit Deus bis in idipſum: ſed ꝑ pc̃tõ ſchiſmatis, aliq pœna tpali puniunt, ut hr̃ 23. ✱ q. 5. ubi dr̃. Diuinę, & mundanæ leges ſtatuerũt, ut ab Eccleſiæ unitate diuiſi, & ei* pacẽ ꝑturbantes, a ſæcularibus ptãtibus cõprimãtur. non ergo ſunt puniendi per excõicationem.

* 23. q. 5. ca. quali nos, circa finem.

Sed contra eſt, quod Num. 16. dr̃. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui. ſ. ſchiſma fecerunt: & nolite tangere ea, quæ ad eos pertinẽt ne inuoluamini in peccatis eorum.

A Respon. Dicendum, ꝙ per quæ peccat quis, ꝑ ea debet puniri, ut dr̃ Sap. 11. Schiſmaticus autem, vt ex dictis patet ✱ in duob ᵖ peccat. In uno quidẽ, quia ſeparat ſe à communione membrorũ Eccleſiæ: & ᵐ quantum ad hoc conueniens pœna ſchiſmaticorum eſt, ut excommunicentur. ° In alio uerò, quia ſubdi recuſant capiti Eccleſiæ, & ideò qa coerceri nolunt per ſpiritualem poteſtatem Eccleſiæ, ᵖ iuſtum eſt ut ptãte temporali coerceantur. ᑫ

*Ar. 1. huius queſt. Concl. m Concl. p

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ baptiſmum à ſchismaticis recipere non licet, niſi in articulo neceſſitatis, qa meli ᵖ eſt de hac uita cũ ſigno Chriſti B exire, quocunq; det, ẽt ſi ſit Iudæus, vel Pagan ᵖ, q̃ ſine hoc ſigno, quod per baptiſmum confertur.

Ad iii dicendũ, ꝙ plus eſt operari bonũ, q̃ uitare malũ: & iõ in pceptis affirmatiuis uirtute includunť pcepta negatiua. Et tñ explicitẽ inueniũtur pcepta data cõtra uitia charitati oppoſita. Nã D.1023. contra odium dicitur Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuũ in corde tuo. Contra accidiam dicitur Eccl. 6. Ne accidieris in uinculis eius. Cõtra inuidia Gal. 5.

Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidētes. Contra diſcordiā verò 1. ad Chorint. 1. Idipſum dicatis oēs, & non ſint in vobis ſchiſmata. Contra ſcādalum autem ad Ro. 14. Ne ponatis offendiculū fratri, uel ſcandalum. F

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter mandetur quòd Deus diligatur ex toto corde.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ incōueniēter mādet̄, ꝙ Deus diligat̄ ex toto corde. Modus enim virtuoſi actus nō eſt in ꝑcepto, vt ex 5.* dictis patet: G ſed hoc qđ dr̄, Ex toto corde, īportat modū diuinę dilectiōis. ergo incōueniēter ꝑcipitur, ꝙ Deus ex toto corde diligatur.

¶2 Præt. Totū, & ꝑfectū eſt, cui nihil deeſt, ut dr̄ in 3.* Phyſi. Si ergo in ꝑcepto cadit, ꝙ De⁹ ex toto corde diligat̄, qcūq; facit aliqd, qđ nō ꝑtinet ad Dei dilectionē, agit cōtra ꝑceptū, & ꝑ conſequens peccat mortaliter: ſed peccatum veniale non ꝑtinet ad Dei dilectionem. H ergo peccatum ueniale erit mortale, quod eſt inconueniens.

¶3 Præt. Diligere Deū ex toto corde eſt perfectionis, qa ſm̄* Phil. totū & ꝑfectū idē ſunt: ſed ea quæ ſunt ꝑfectionis, non cadunt ſub ꝑcepto, ſed ſub conſilio. ergo non debet præcipi, ꝙ Deus ex toto corde diligatur.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Deut. 6. Diliges dominum I Deum tuum ex toto corde tuo.

RESP. Dicēdū, ꝙ cū ꝑcepta dent̄ de actib⁹ uirtutū, hoc mō aliquis actus cadit ſub ꝑcepto, ſm̄ ꝙ eſt actus virtutis. Reqrit̄ aūt ad actū virtutis non ſolū ꝙ cadat ſuꝑ debitam materiā, ſed ēt ꝙ veſtiat̄ debitis circunſtantijs, qbus ſit ꝓportionatus tali K materiæ. Deus aūt eſt diligēdus ſicut finis ultimus, ad quem oīa ſunt referenda. Et iō totalitas quædam fuit deſignanda circa præceptū de dilectione Dei.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ſub ꝑcepto, qđ dat̄ de actu alicuius uirtutis, nō cadit modus, quē hēt ille act⁹ ex alia ſuꝑiori virtute: cadit tn̄ ſub ꝑcepto modus ille, q ꝑtinet ad rōnē propriæ uirtutis, & talis modus ſignificat̄, cū dr̄, Ex toto corde.

AD II dicēdū, ꝙ dupliciter cōtingit ex toto corde Deū diligere. Vno qdē modo in actu, idelt, ut totū cor hoīs ſꝑ actualiter in Deū ferat̄: & iſta eſt ꝑfectio patriæ. Alio mō, ut habitualiter totū cor hoīs in Deum ferat̄, ita. ſ. ꝙ nihil cōtra Dei dilectionem cor hoīs recipiat: & hæc eſt ꝑfectio viæ, cui nō contrariat̄ pctm̄ ueniale, qa nō tollit habitū charitatis, cū non tēdat in oppoſitū obiectum, ſed ſolū impedit charitatis uſum.

AD III dicēdū, ꝙ perfectio charitatis, ad quā ordinant̄ cōſilia, eſt media inter duas perfectiones* ꝑdictas, ut ſ. nō quantū poſſibile eſt, ſe abſtrahat à rebus tēporalibus ēt licitis, quæ occupando animum, impediūt actualē motū cordis in Deum.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſuper hoc, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, conuenienter addatur, Et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

Ban. eodem art.

AD QVINTVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ incōueniēter Deu. 6. ſuper hoc quod dr̄, Diliges dn̄m Deū tuū ex toto corde tuo, addat̄, Et ex tota aīa tua, & ex tota fortitudine tua. Non. n. accipit̄ hic cor ꝓ mēbro corporali, qa diligere Deū nō eſt corporis actus. oportet ergo ꝙ cor accipiatur ſpiritualiter: cor autem ſpiritualiter acceptum uel eſt ipſa anima, uel aliquid animæ. ſuperfluum ergo fuit utrumque ponere.

¶2 Præt. Fortitudo hominis præcipuè depēdet ex corde ſiue ſpiritualiter hoc accipiatur, ſiuè corporaliter. ergo poſtquam dixerat, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ſuperfluum fuit addere, ex tota fortitudine tua.

¶3 Præt. Matt. 22. dicitur, In tota mente tua, quod hic non ponitur. ergo uidetur quòd inconueniēter hoc præceptum detur, Deut. 6.

SED CONTRA eſt authoritas ſcripturæ.

RESPON. Dicēdū, ꝙ hoc præceptum diuerſimodè inuenitur traditum in diuerſis* locis. Nā ſicut dictum eſt, Deut. 5. ponuntur tria. ſ. ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. Matt. 22. ponunt̄ duo horū. ſ. ex toto corde, & ex tota aīa, & dimittitur, Ex tota fortitudine, ſed additur, In tota mēte: ſed Marc. 12. ponunt̄ quatuor. ſ. ex toto corde, & ex tota aīa, & ex tota mente, & ex tota virtute, q̄ eſt idē fortitudini & hæc ēt quatuor tāgunt̄ Luc. 10. Nā loco fortitudinis, ſeu uirtutis, ponit̄, Ex omnibus uiribus tuis: & ideò horum quatuor eſt rō aſſignāda. nam ꝙ alicubi unum horum omittit̄, hoc eſt, qa unum intelligitur ex alijs. Eſt ergo cōſiderandū, ꝙ dilectio eſt actus uoluntatis, q̄ hic ſignificatur ꝑ cor. Nā ſicut cor corporale eſt princi-

SVPER QV. XLIIII. ART. IIII.

Ban. eodem art.

Porrecta per totum. 243 Infra art. 5. & locis ibidē notatis.

IN ar. 4. omiſſis ſecūdo, & tertio, nota, ꝙ in actu virtutis inuenimus tria, ſcilicet, ſubſtantiā actus, modū eius intrinſecū, & modū extrinſecū. exēpli gratia, In actu, quo honorat̄ pater, eſt primo ſubſtantia actus, qui eſt ipſa honoratio, ſeu ſubuētio. Eſt ſecūdo quātitas actus. ſ. tanta, vel ꝓportionalis ſubuentio. ſ. vt decet filiū ſic cōſtitutū reſpectu patris in tali articulo: & hoc, & ſimilia vocant̄ modus intrinſecus. Eſt tertio ordo iſtius actus ad alterū finē, puta, ex charitate, ſeu ꝑp Deum honorare patrē: & hmōi relationes vocāt̄ur modus extrinſecus. Et ratio eſt, qa circunſtantiæ illæ apponunt̄ actui ex extranea uirtute: illæ autē ab illamet virtute, cui eſt ꝓpri⁹ actus. Et ꝑpea circunſtātiæ illæ, q̄ non extrahunt actū a propria virtute, ad modū intrinſecum ſpectant. Circunſtantiæ aūt q̄ ad alteram trahūt uirtutē ad extrinſecū modū ſpectant. In Propoſito igitur ī dilectione Dei ſubſtātia actus eſt diligere Deū, modus autē eius eſt ex toto corde ipſum diligere. Et qa hæc cōditio act⁹, ſcilicet ex toto corde, nō trahit actum extra uirtutē charitatis, a qua eſt dilectio, qa nō ſic ſe hēt, ꝙ ex charitate prouenit diligere Deū, & ex alia uirtute diligere ex toto corde cū, ſed utrumq; prouenit ex una & eadem charitate: iō cōditio iſta modus intrinſecus eſt dilectionis Dei. Oportet quoq; noſſe, ꝙ modus ītrinſecus actus virtuoſi eſt duplex, qdā ſine quo uirtuoſus non eſſet, quidā reddens actū pfectiorē. Exemplum primi, Si filius ſubueniret qdē patri, ſed nō quātū tenet̄. Exēplū ſecūdi, Si filius ſubueniret patri quantū tenet̄, ſed nō cum illa promptitudine, qua dēret. Inter hos autē modos, hæc eſt differētia, ꝙ modus extrinſecus nō cadit ſub ꝑcepto ꝓprio illius actus, ut in litera dr̄ in rñſione ad primū. Modus aūt intrinſecus, ſine quo actus nō eſt uirtuoſus, cadit ſub illo ꝑcepto, ut ibidem, & in corpore dr̄. Mod⁹ aūt pficiēs, ad finem præcepti ſpectat. ad hoc. n. tēdit præceptor, ut perfecte impleat̄, qđ ꝑcipitur. Vñ in ꝓpoſito diligere Deū intēle, ē modus intrinſecus ſpectans ad finē præcepti, qa ad hoc tendit præcipiēs, ut Deus magis ac magis diligat̄: ſed diligere Deū ex toto corde eſt modus intrinſec⁹, ſine quo actus dilectionis non eſt actus charitatis: qa quātūcumq; De⁹ diligat̄, niſi diligatur ſuꝑ oīa, qđ importat ly, ex toto corde, nō diligit̄ ex charitate, nō ſatisfit præcepto charitatis. Et ꝑpea in litera dicitur, ꝙ hoc cadit ſub præcepto.

* ar. 1. huius q. ad 1. argu. Et 1. 2. q. 100 art. 9.

* Libr. 3. tex. 63. tomo 2.

* Libr. 3. Phyſ. tex. 63. to. 2.

Conclu.

D. 1047.

* In ſolu. ad præce. art.

Porrecta per totum. 244 3. d. 27. in expoſ. lib. circa fi. Et virt. q. 2. artic. 10. ad 1.

Conclu.

* ar. 1. huius queſt.

principium omnium corporaliũ motuũ:ita ẽt vo- A
luntas,& maximè quantũ ad intẽtionẽ finis vlti-
mi,q̃ eſt obiectũ charitatis,eſt principiũ oĩum ſpi
ritualiũ motuũ.Tria aũt ſunt principia actuũ, quę
mouentur a uoluntate,ſ.intellect⁹, q̃ ſignificaẽ ꝑ
mẽtẽ:uis appetitiua inferior,q̃ ſignatur per aĩam:
& uis executiua exterior,q̃ ſignificaẽ ꝑ fortitudi-
nẽ,ſeù uirtutẽ,ſiuè vires.Præcipiẽ ergo nobis, ut
tota nr̃a ĩtẽtio feraẽ in Deũ,quod eſt ex toto cor-
de:& ꝙ intellect⁹ nr̃ ſubdaẽ Deo,quod eſt ex tota
mente:& ꝙ appetit⁹ noſter reguletur, ſm Deũ,ꝙ
eſt ex tota aĩa:& ꝙ exterior actus nr̃ obediat deo,
quod eſt ex tota fortitudine,uel uirtute,uel uirib⁹ B
Deũ diligere.Chryſoſtom⁹ tñ ſuꝑ* Matth.accipit
econtrario cor,& aĩam,q̃ dictum ſit.†Augu.verò
in 1.de doct.chri.refert cor ad cogitationes,& ani-
mam ad uitam,mẽtẽ ad intellectũ. Quidã aũt di-
cunt,Ex toto corde,i.intellectu:Aĩa,ideſt,uolũta-
te:Mente,ideſt,memoria.Vel ſm Greg.Nyſenum,
per cor,ſignificat aĩam uegetabilem:per animam,
ſenſitiuam:per mentem,intellectiuam:quia hoc,ꝙ
nutrimur, ſentimus, & intelligimus, debemus ad
Deũ referre.Et per hæc patet reſpõſio ad obiecta

* Chryſoſto. hom. 42.I Mat. in opere imperfecto a me. tom.2.
†Aug.lib. 1.ca.22.a medio to mo 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ hoc præceptum de dilectione Dei poſſit in uia impleri. C
Ban. es eadem art. Palud.3.d.27.q.3.

Porrecta per totum.
245
3.d.27.q.3 ar.4. Et virt. q. 2. ar. 10.co. & ad 1.Et opu.4.ca. 4.& opu. 13.c.5.6. 7.& 15.

AD SEXTVM ſic proceditẽ.Vr̃,ꝙ hoc præceptũ de dilectione dei poſſit ſeruari in uia.Quia ſm * Hier.in expoſitione catholicæ fidei, Maledictus qui dicit Deum aliquid h impoſſibile præcepiſſe: ſed Deus hoc præceptum dedit,ut patet Deute.6. ergo hoc præceptum poteſt in uia impleri.

¶2 Pręt.Quicũq; non h implet ꝑceptũ,peccat mor taliter:quia ſm†Amb.pc̃tm̃ nihil eſt aliud, q̃ tranſgreſſio legis diuinæ,& cœleſtiũ inobedientia mãdatorũ.ſi ergo hoc præceptũ non põt in uia ſeruari,ſequiẽ ꝙ nullus poſſit eſſe in uita iſta ſine pc̃ŏ D mortali:quod eſt cõtra id,quod Apoſto.dicit 1.ad Cor.1.Cõfirmabit uos uſq; in finẽ ſine crimine.Et 1.ad Tim.3.Miniſtrent,nullum crimẽ habentes.

* In expoſi.fidei ad Damaſũ non procula fine tom.2.
†Amb.li. de Paradiſ.ca. 8. ante me. tom.4.

¶3 Præ.Præcepta danẽ ad dirigẽdos hoĩes i uiã ſalutis,ſm illud Pſ.18.Pręceptũ Dñi lucidũ illuminãs oculos:ſed fruſtra dirigiẽ aliqd ad h impoſſe.non ergo impoſſe eſt hoc præceptum in uita iſta ſeruari.

SED CONTRA eſt, qd* Aug.dicit in libro de perfectione iuſtitiæ,quòd i plenitudine charitatis patriæ præceptum illud implebitur. Diliges dominũ Deum tuum &c. Nam cùm aliquid adhuc eſt carnalis concupiſcentiæ,quod continendo frẽnetur, E non omnino ex tota anima diligitur Deus.

* In reſpõſi. ratiocinat.16.tomo7.

RESPON. Dicendum,ꝙ præceptum aliquod dupliciter poteſt impleri.Vno mõ ꝑfectè:alio mõ im perfectè.Perfectè qdẽ impleẽ præceptum,qñ peruenit ad finem,quẽ intẽdit ꝑcipiẽs:impleẽ aũt,ſed imperfectè,qñ etſi non pertingat ad finẽ ꝑcipientis,non tñ recediẽ ab ordine ad finem. Sicut ſi dux exercitus ꝑcipiat militibus ut pugnẽt, ille ꝑfectè implet præceptum,qui pugnando hoſtẽ uincit,ꝙ dux intẽdit.Ille aũt implet,ſed imperfectè.cui⁹ pugna ad uictoriam non pertingit, non tñ cõtra diſciplinã militarẽ agit.Intẽdit aũt Deus ꝑ hoc ꝑceptũ,ut hõ ſibi totaliter uniaẽ:quod fiet ĩ patria,qñ Deus erit oĩa in oibus,ut dr̃ 1.ad Cor.15.Et iõ ĩn ple nẽ,& ꝑfectè in patria implebitur hoc ꝑceptũ : in uia aũt impleẽ,ſed imperfectè. Et tñ in uia tantò unus alio perfecti⁹ implet,quãtò magis accedit ꝑ quandam ſimilitudinem ad patriæ perfectionẽ. n

Concl.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ,ꝙ rõ illa probat,ꝙ aliquo modo poteſt impleri in uia,licèt nõ ꝑfectè.

AD SECVNDVM dicendũ,ꝙ ſicut miles, q̃ legitimè pugnaẽ,licèt nõ uincat,nõ ĩculpaẽ,nec pœnã meretẽ:ita ẽt q̃ i uia hoc ꝑceptũ nõ implet,nihil cõtra diuinã dilectionẽ agẽs, nõ peccat mortaliter.

AD TERTIVM dicẽdũ,ꝙ ſicut Aug. dicit in lib.* de ꝑfectione iuſtitiæ.Cur nõ ꝑciperet hoĩ iſta perfectio,q̃uis eã in hac vita nemo habeat?Non.n.recte curriẽ,ſi quo currendũ eſt neſciatur. Quomodo autem ſciretur,ſi nullis præceptis oſtenderet?

* In reſpõſi.ratiocinat.16.tomo7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum conuenienter detur præceptum de dilectione proximi.
Bannes eadem artic.

Porrecta per totum.
246
Quolt. 4. ar. 14. ad 1. Et Ro. 13.lec. 2. Et Gal. 5. lect. 3. Et opuſ. 42. cap.14.
* Ca.8.nõ multum princ. tomo 5.

AD SEPTIMVM ſic proceditẽ. Vr̃,ꝙ incõuenienter detẽ præceptũ de dilectione ꝓximi. Dilectio.n.charitatis ad oẽs hoies extẽdiẽ,ẽt ad inimicos,ut patet Matt.5.ſed nomẽ ꝓximi importat q̃dã h ꝓpinquitatẽ,q̃ nõ ur̃ hr̃i ad oẽs hoies. ergo videtur,ꝙ inconuenienter detur hoc præceptum.

¶2 Pręt.Scd̃m Phil.*in 9.Eth.Amicabilia , q̃ ſunt ad alterũ,uenerũt ex amicabilib.q̃ ſunt ad ſeipſũ, ex quo ur̃,ꝙ dilectio ſuiipſi⁹ ſit principiũ dilectionis ꝓximi:ſed prĩcipiũ poti⁹ eſt eo, ꝙ eſt ex prĩcipio. ergo non dẽt hõ diligere proximum h ſicut ſeipſũ.

¶3 Præt.Homo ſeipſum diligit naturaliter,non autem proximum. h Inconuenienter ergo mandatur, quòd homo diligat proximum ſicut ſeipſum.

SED CONTRA eſt,ꝙ dr̃ Mat.22.Scd̃m ꝑceptũ,eſt ſimile huic. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum.

RESP. Dicendũ,ꝙ m hoc ꝑceptũ cõueniẽter tradiẽ. Tangiẽ.n.in eo & diligẽdi rõ, & dilectiõis mod⁹.Rõ qdẽ diligẽdi tãgiẽ ex eo,ꝙ ꝓxim⁹ noĩatur. Propter hoc.n. ex charitate diligere dẽm⁹ alios, q̃a ſunt nobis ꝓximi & ſm naturalẽ Dei imaginẽ, & ſm capacitatẽ glorię.Nec refert utrũ dicaẽ proxim⁹,uel frater,ut hr̃ 1.Io.4.uel amicus,ut hr̃ Leui. 19.quia per oĩa hęc eadẽ affinitas deſignaẽ.Modus aũt dilectionis tangitur,cum dr̃,Sicut teipſum:qđ non eſt intelligendum quantum ad hoc, ꝙ aliquis proximum ſibi æqualiter diligat,ſed ſimiliter ſibi. & hoc tripliciter.Primo quidẽ ex parte finis , vt.ſ. aliquis diligat proximum ꝑꝑ Deum , ſicut ſeipſũ ꝑꝑ Deum debet diligere,ut ſic ſit dilectio proximi ſancta.Secũdo,ex parte regulæ dilectionis , ut .ſ.aliqs nõ condeſcendat ꝓximo in aliquo malo, ſed ſolũ in bonis : ſicut & ſuæ uolũtati ſatisfacere debet hõ ſolũ in bonis , ut ſic ſit dilectio proximi iuſta.Tertiò,ex parte rõnis dilectionis,ut.ſ.nõ diligat aliquis proximũ propter propriam utilitatẽ, vel delectationẽ:ſed ea rõne , ꝙ uelit ꝓximo bonũ,ſicut uult bonum ſibiipſi,ut ſic dilectio ꝓximi ſit uera.Nam cũ quis diligit proximũ ꝑꝑ ſuã utilitatem,uel delectationẽ, nõ uerè diligit ꝓximum, ſed ſeipſum.Et per hoc patet reſpõſio ad obiecta.

Concl.

SVPER

SVPER QVÆST. XLIIII. ART. VIII.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum.

247

1.2 q. 100. ar 9. Et 3 d. 29. art 1. ad 5. & di. 36. ar. 6. Et veri. q. 24. arti. 13. ad 16. & arti. 14. ad 2. 3 & 7. Et virt. q. 2. art. 9. ad 11.

IN articulo octauo eiuſdem quæſtionis omiſſis 5.6.& 7 nota ex litera dictam inter ſupradictos modos intrinſecos act⁹ virtuoſi, quia ſi aliquis pertinet ad rõnẽ virtuoſi actus. Et per hoc dat intelligere aliud membrum, ſ. q̃ aliqs ſpectat ad perfectionẽ uirtuoſi actus, infra latitudinem illi⁹ uirtutis, ut prõptius, delectabilius, intenſius, firmius operari. Et ut ſcias quis ẽ modus pertinens ad rationem uirtuoſi act⁹, cõſidera ſi ſpectat ad reddendũ actum proportionatum ſuę materiæ circa quam eſt, vt in 4. art. author dixit. Si namq; circumſtãtia aliqua talis eſt, vt cum ipſa actus ſit proportionatus, ſine ipſa autem actus non ſit proportionat⁹, cõſtat q̃ ad ipſam rationem uirtuoſi actus reſpectu talis obiecti ſpectat. Si autem ſine ipſa actus proportionatus eſt talis obiecto patet, quod non ſpectat ad rationem virtuoſi actus reſpectu talis obiecti, ut patet in exemplis allatis. Et in propoſito, quia ordo charitatis ſpectat ad rationem uirtuoſi actus, quoniam ſine ipſo actus dilectionis non eſt proportionatus obiecto diligibili, (Non enim dilectio proximi eſt proximo proportionata, ſi minus diligitur, quàm proprium corpus diligentis. Et ſimiliter dilectio domeſticorum non eſt eis proportionata, ſi minus diliguntur, quàm extranei, & ſic de alijs) ideo ordo charitatis concluditur ſub præcepto. Et vnico uerbo ratio hæc explanata tangitur in litera, dicendo, Cum accipiatur ſecundum proportionem diligentis ad diligibile.

¶ In eodem articulo dubium eſt de ratione reddita in litera, ſcilicet, Cum ordo charitatis accipiatur ſecundum proportionem dilectionis ad diligibile: quoniam ſuperius in quæſt. 26. de ordine charitatis dictum eſt, quòd ordo charitatis attenditur penes duo, ſcilicet diligentem, & diligibile. Quomodo ergo nunc ſoli diligibili attribuitur?

¶ Ad hoc dicitur, quòd verba literæ ſunt intelligenda de diligibili ſimpliciter, uel huic, ita quòd ordo charitatis meæ accipitur ſecundum proportionem dilectionis uel ad diligibile ſimpliciter, uel ad diligibile mihi, ut ſic quicumque ordo charitatis ex parte diligentis cadat ſub præcepto, reducatur ad ꝓportionem diligentis ad diligibile, ut hic dicitur. Nec diſcrepat à ſupradictis, ad quæ ſe remittens hic author, uoluit hæc intelligi iuxta ſupra determinata, quæ ad hanc breuem gloſam reducuntur. Ordo enim charitatis ex parte diligibilis habet, ut propinquius Deo, magis diligatur: ex parte autem diligentis habet, vt propinquius mihi, magis diligatur a me: ſed hic ordo reducitur ad proportionem dilectionis ad diligibile, quia propinquius mihi, eſt magis diligibile a me. Et propterea ſicut actus dilectionis reſpectu magis propinqui Deo, eſt improportionatus obiecto, niſi magis ametur, quàm minus propinquum: ita actus meæ dilectionis reſpectu domeſtici mei, eſt improportionatus obiecto, niſi magis ametur a me, quàm extraneus.

¶ In eodem articulo octauo, in reſponſione ad primum, dubiũ occurrit, tum quoniam argumento non uidetur reſponſio ſatisfacere. Non enim reſpondet illi compoſſibilitati, ſcilicet, q̃d aliquis diligit aliquem, puta, fratrem carnalem quantum debet, & cum hoc multo plus diligit conſobrinum ſine iniuria fratris carnalis, ex quo diligit ipſum fratrem carnalem quantum debet. Ad hoc enim, in quo conſiſtit uis argumenti, non reſpũdetur, an ſit hoc incompoſſibile; & ſi eſt incompoſſibile, quare eſt incompoſſibile, & tamen oportebat hæc in reſponſione docere. Tum quoniam propoſitio aſſumpta pro fundamento reſponſionis, ſ. homo plus ſatisfacit ei, quem plus diligit, impertinens, & falſa eſt. Impertinens quidem, quia ſatisfacere eſt act⁹ iuſtitiæ: quæſtio autem eſt de actu amoris amicitiæ. Falſa vero, quia maior dilectio non eſt ratio maioris ſatisfactionis, per ſe loquendo. Accidit enim homini diligẽti, quod teneatur facere

F ſatis dilecto. Et conſequenter accidit homini plus diligenti aliquem, quòd teneatur plus dilecto, plus ſatisfacere. Tum tertio conceſſa dicta propoſitione, non rectè in litera proceditur ad intentum: quia ſubiuncta conditionalis, ſcilicet, Et ita ſi minus diligeret aliquis eum, quem plus debet diligere, plus vellet ſatisfacere illi, cui minus ſatisfacere debet, hæc, inquam, conditionalis non infert efficaciter concluſionem ſubiunctam, ſcilicet, Et ſic fieret iniuria illi, quem plus deberet diligere; quoniam ex hoc, q̃ ego uolo plus facere ſatis ei, cui minus teneor, dummodo faciam ſatis illi, cui magis teneor, dando totum quod teneor, nõ facio tibi iniuriam. Verbi gratia, & eſt exemplum ad propoſitum. Ego plus teneor fratri carnali, q̃ conſobrino. Et hoc tamen quòd ego fratri carnali relinquo de bonis meis, quantum leges ſtatuunt, & vltra hoc talentum vnum auri: conſobri- H no autem relinquo longe maius, puta decem milia talentorũ, nullam iniuriam facio fratri carnali. Nulli enim iniuriam facit, qui utitur iure ſuo.

¶ Ad hæc dicitur, quòd hic eſt ſermo non de ſatisfactione exteriore, ſed de ſatisfactione interioris amoris, quæ nihil aliud eſt, quàm habere uerſus aliquem, debitum amorem, ita quod ſatisfactio addit ſupra amorem rationem debiti. Et quòd author deſtruit illam compoſſibilitatem ex eo, quòd charitatis obiectum diſtributum eſt ſic per prius, & poſterius, ut charitas habeat comparatiuam dilectionem, ſcilicet, plus Deo, quam alijs, plus ſibi, quàm proximis, cui, plus quàm corpori, & inter proximos plus coniuncto Deo, uel ſibi quàm remotiori, & non debet ſolam abſolutam dilectionem, ut argumentum aſſumit. Non enim eſt putandum, quòd debeo fratri carnali tantam dilectionem abſolutè, puta, diligere ſecundum quatuor gradus, ſicut qui accipit mutuum, debet I tantum abſolutè, puta, centum, ſed debet charitas dilectionem comparatiuam, ſcilicet plus Deo &c. ut dictum eſt: nec eſt quærenda alia cauſa, niſi quia hæc materia eſt magis proportionata actui dilectionis ſimpliciter, uel ad hoc, quàm altera. Et ad hoc inſinuandum author in hac reſponſione ſemper comparatiua dilectione, & ſatisfactione uſus eſt. Et per hoc patet ſolutio omnium.

¶ Sed hæc reſponſio falſo innititur. Nam ſi ſatisfactio addit rationem debiti, falſa eſt illa propoſitio, Homo plus ſatisfacit ei, quem plus diligit. Stat enim, quod plus diligit ſine debito, ac per hoc ſine ſatisfactione. Quòd etiam dicitur, quòd charitas habeat neceſſario dilectionem comparatiuam reſpectu quorumcunque, non uidetur uſquequaque verum, ut patebit.

¶ Dicendum eſt ergo, quòd hic eſt opus duplici diſtinctione. Prima eſt circa dilectionem, quòd duplex eſt, quædam ex de- K bito, ut diligere Deum, diligere patrem, & proximum in communi, & huiuſmodi: quædam ex ſupererogatione, ut diligere in particulari extra articulum neceſſitatis extraneos, uel inimicos, & huiuſmodi. Secunda eſt circa ſatisfacere, quòd aliud eſt loqui de ſatisfacere, & aliud de facere. Nam ſatisfacere eſt actus iuſtitiæ, claudens rationem debiti: facere commune eſt tam ad id quod ex debito, quàm ad id quod gratuito facimus. Hæc autem quatuor ita ſe habent inter ſe, quod amori ex debito reſpondet ſatisfacere: amori autem ex ſupererogatione reſpondet facere, ac per hoc homo plus diligens ex debito aliquẽ plus ei ſatisfacit: plus autem diligens aliquem ex ſupererogatione, plus ei facit.

¶ In litera ergo ſermo totus eſt de diligere ex debito. Et propterea infra latitudinem, ſeu rationem dilectionis ex debito ſunt omnia dicta literæ exponenda: ita ſcilicet, quòd omnia ſunt vera, ſalua ratione dilectionis ex debito. Sic enim uerisſima eſt propoſitio illa aſſumpta, Homo plus ſatisfacit ei, quem

plus

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ordo charitatis cadat ſub præcepto.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit. Vr, q̃ ordo charitatis nõ cadat ſub ꝑcepto. Quicũq; n. trãſgredit ꝑceptũ, iniuriam facit: ſed ſi aliqs diligat aliquẽ quãtũ dẽt, & alterũ quẽcũq; pl⁹ diligat, G nulli facit iniuriã. ergo nõ trãſgredit ꝑceptũ. ordo ergo charitatis non cadit ſub præcepto.

¶ 2 Prǽt. Ea q̃ cadunt ſub præcepto, ſufficiẽter nobis traduntur in ſacra ſcriptura: ſed ordo charitatis, q̃ ſ̃. poſitus eſt, nuſquam tradit nobis in ſacra ſcriptura. ergo non cadit ſub præcepto.

¶ 3 Prǽ. Ordo diſtinctionẽ quã dã importat: ſed indiſtinctè præcipitur dilectio proximi, cum dicitur. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. ergo ordo charitatis nõ cadit ſub præcepto.

SED CONTRA. Illud quod De⁹ in nobis facit per gratiam, inſtruit per legis præcepta, ſecundum illud Hier. 31. Dabo legem meam in cordibus eorum: ſed Deus cauſat in nobis ordinem charitatis, ſm illud Can. 2. Ordinauit i me charitatẽ. ergo ordo charitatis ſb̃ ꝑcepto legis cadit.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ ſicut * dictũ eſt, modus qui pertinet ad rõnem uirtuoſi actus, cadit ſub præcepto, quod dat de actu uirtutis. Ordo aũt charitatis ꝑtinet

* Ar. 4. ad 2.

Plus diligit. Dilectio.n.ex debito infert ſatisfactionē, & maior dilectio maiorem ſatisfactionem. Oportuit autem authorē ordinē debiti amoris ex charitate declarare ex ordine ſui effectus, qui eſt ſatisfacere: quū ordo ſatisfactionis ad iuſtitiam manifeſte ſpectat, & iniuriam alteri fieri, ſi peruertatur, manifeſtat.

Vnde patet ſolutio ſecundæ obiectionis, ex hoc ſane intellecta illa propoſitio, eſt uera, & pertinens ad propoſitum.

*q.25.ar. 12.& qu. 26 ar.1.& 2.
D.1047.
Cancl.

¶Ad primam ſcdæ obiectionē dr, q̃ dilectio ex debito reſpectu creaturę neq; eſt infinita ſimpliciter, quia nulla creatura eſt amabilis infinitè, neq; ē terminata ad certū terminū ſimpliciter puta, tm̄, & non plus quā tam pater, q̃ mater, q̃ extraneus ſufficienter modo a me amatus, pōt ex debito amplius amari, puta, ſi accidat maior neceſſitas: ſed eſt quodammodo interminata, & quodāmō terminata. Nā extra neceſſitatis caſum ſufficit unumquemque diligere tm̄, quātum exterior actus illi debitus exigit. Verbi gr̄a Sufficit diligere patrē quantum honoris actus illi debitus exigit, fratrem quantū fraterna conuerſatio atq; communio requirit, & ſic de alijs. Et quia ſic diligere eſt vnumquemq; in ſuo gradu diligere: ideo huiuſmodi dilectio ſic eſt ad quemlibet abſolute, quòd ſeruat comparatiuam dilectionē ad alios, alias nō in ſuo gradu quilibet amaretur. In caſu aūt neceſſitatis, ſi multorum eſt ſimul caſus, plus amatus ex debito præponendus eſt, quia plus ſibi dēt fieri ſatis, cui plus debetur. Si autem uni tantum poſteriores gradus accidat caſus, tunc ille magis diligēdus pro tunc eſt quo ad hoc, ſicut & magis eſt illi ſatis faciendū. Ex quibus patet primo, q̃ eſt implicatio, incompoſſibilium dicere, q̃ ego diligam ex debito fratrem, quantum debeo: & cum hoc diligam etiam ex debito plus conſobrinum, niſi in caſu, in quo non peruertitur charitatis ordo: quoniā hoc habet charitatis ordo, ut in caſu remotior prædiligatur. Patet ſecundo, q̃ author ex hoc ipſo, q̃ loquitur de dilectione ex debito, interimit illam aſſumptam, arguendo propoſitionem modo dictam, tamquàm incompoſſibilia continentem.

¶Ad tertium dicitur, quòd ſtando intra terminos dilectionis ex debito, optima eſt illa uiolitera: quia, ut dictum eſt, huiuſmodi dilectio eſt cōparatiua, quia vnumquemq; in ſuo gradu diligit: et conſequenter unicuique iuxta ſuum gradum facit ſatis. Ex hoc .n. manifeſte ſequitur, quòd plus faciens ſatis cui minus debetur, detrahit excellentiæ illius, cui magis debetur: quia aufert ab eo illam excellentiam, ſcilicet, quòd magis ametur quam alter minus amandus, aufert ab illo amorem, & ſatiſfactionem debitam ſecundum ſuum gradum: quoniam ſecūdum ſuum gradum debet præponi, & tamen de facto poſtponitur. Et propterea optime infertur, quòd fit illi iniuria. Exemplum autē de fratre, & conſobrino fallit, quia tranſit ad plus facere, cum ſermo noſter ſit de plus ſatisfacere. Et ſimiliter tranſit ad amorem ſupererogationis, cum ſermo noſter ſit de amore debito. Concedimus enim, quòd potes conſobrino plus facere, quā fratri carnali, relinquendo ei maiores opes, quia hoc ſpectat ad amorem ſupererogationis reſpectu utriuſq; . . . ta fratris, quam conſobrini, & tu ſupererogationis amore potes plus amare conſobrinum, quàm fratrem carnalem. Ordo enim charitatis ſtatutus eſt tantum in amore debito, & non in amore ſupererogationis: quoniam in amore ſuperogationis quocumque ordine nulli fit iniuria, ſicut fit in amore debiti ordine præpoſtero, ut author in litera docet, & declaratū eſt. Verū tn̄ ēt oportet quòd eadem charitas, qua pl⁹ facit cōſobrino ſatiat te plus ſatisfacere fratri, & ſimpliciter, & in caſu ſicut charitas ſupererogās inimico facit plus ſatiſfacere amico ſimpliciter, & in caſu.

ipſam rationem virtutis, cū accipiatur ſm proportionem dilectionis a diligibile, ut ex ſupra* dictis patet. Vnde manifeſtum eſt, quòd ordo charitatis debet cadere ſub præcepto.

Ad primum ergo dicendum, q̃ hō plus ſatisfacit ei, quē plus diligit: & ita ſi min⁹ diligeret aliqs eū, quē plus dēt diligere pl⁹ vellet ſatisfacere illi, cui minus ſatisfacere dēt, & ſic fieret iniuria illi, quē pl⁹ dēret diligere.

Ad II. dicendū, q̃ ordo quatuor diligēdorū ex charitate in ſacra ſcriptura exprimit. Nam cum mandat, q̃ Deum ex toto corde diligamus, dat intelligi, q̃ Deum ſup oīa debemus diligere. Cum autem mandat, q̃ aliquis diligat ꝓximum ſicut ſeipſum, ꝑfert dilectio ſuijpſius dilectioni ꝓximi. Similiter etiam cum mandat 1. Ioan. 3. q̃ debemus ꝓ fratribus animam ponere, ideſt uitam corporalem, dat intelligi, q̃ ꝓximum plus debemus diligere q̃ corpus ꝓprium. Similiter ēt cum mādat ad Gal. vlt. q̃ maxime operemur bonū ad domeſticos fidei & 1. ad Tim. 5. vituperat qui non habet curā ſuorum, & maxime domeſticorum, dat intelligi quòd inter ꝓximos, meliores & magis ꝓpinquos magis dēmus diligere.

Ad III. dicendum, q̃ ex hoc ipſo quòd dicitur, Diliges ꝓximum tuum, dat conſequenter intelligi, quòd illi qui ſunt magis ꝓximi, ſunt magis diligēdi.

QVÆSTIO XLV.

De Dono ſapientię, in ſex articulos diuiſa.

Deinde conſiderandū eſt, de dono ſapiētiæ, quod rñdet charitati. Et primo de ipſa ſapiā. Scdō, d̄ uitio oppoſito.

Circa primū quęrunt ſex.

¶Primo vtrum ſapiētia debeat numerari īter dona Spūſſcti.

¶Secūdo, In quo ſit ſicut in ſubiecto.

¶Tertio, Vtrum ſapiētia ſit ſpeculatiua tm̄, vel ēt practica.

¶Quarto, Vtrū ſapientia, quæ eſt donū poſſit eſſe cum peccato mortali.

¶Quinto, Vtrū ſit in oībus hn̄tibus grām gratum faciētē.

¶Sexto, Quæ beatitudo ei reſpondeat.

Articvlvs I.

Vtrum ſapientia debeat inter dona Spiritusſancti computari.

Ad primvm ſic ꝓcedit. Vr̄ q̃ ſapientia non dēat inter dona Spūſcti cōputari. Dona.n. ſunt ꝑfectiora uirtutibus, ut ſ. dictū eſt: ſed uirtus ſe hēt ſolum ab bonum. Vn̄ & † Aug. dicit in lib. de libero arbitrio, q̃ nullus uirtutibus male vtit, ergo multo magis dona Spūſſcti ſe hn̄t ſolum ad bonum: ſed ſapientia ſe habet ēt ad malum. dr̄.n. Iacob. 3. Quædā ſapientia eſt ter-

SVPER Q. XLV. ART. I.

Bannes eodem art.

In articulo primo quæſt. 45. in reſpōſione ad ſecundum, dubium occurrit circa differentiam inter fidem, & ſapientiam. Non enim videtur recte differentia aſſignata penes hoc, q̃ fides aſſentit ueritati diuinæ ſecundū ſeipſum. Sapientia autem iudicat ſecundum ueritatem diuinam. Aut enim differentia iſta conſiſtit in differentia inter actū aſſenſus, & iudicij: aut in differentia rei cui aſſentitur, & quæ iudicatur: aut in ratione aſſenſus, & iudicij. Non in hoc vltimo: quoniam vtrobiq; dicitur in litera, ſecundum veritatem diuinam. Non in ſecundo, quia tam fides, quàm ſapientia eſt principaliter Dei, & ſecundario aliorum. Non in primo, quia in ratione aſſenſu, importatur iudicium. Quicumque enim aſſentit abſque formidine, iudicat ſic eſſe, & econuerſo.

Porrecta per totum.
248
Infr. ar. 4. ad 1. & 2.
Et 3 d. 35 q. 2. ar. 1. q. 1.
* 1. 2. qu. 68. ar. 8.
† Lib. 3. de liber. arb. cap. 18. & 19. to. 1.

¶Ad hoc dicitur, quod differentia iſta conſiſtit in primo, in differentia ſcilicet inter aſſenſum, & iudicium. Aſſenſus namque eſt determinatio ſui ad alteram partem contradictionis. Quicumq; enim aſſentit alicui affirmationi, uel negationi ſiue ex euidentia rei, ſiue ex authoritate dicentis, ſiue ex ſignis, ex hoc dicitur aſſentire, quòd ſeipſum ſecundum intellectiuam partē determinat ad talem partem. Iudicium autē eſt determinatio rei ut eſt, vel eſſe debet. Ex hoc enim aliquis dicitur iudicare aliquid, quòd determinat illud ſic eſſe uel ſic debere eſſe quamuis vtrumque alterum inferat, quia determinans ſeipſum ad alterā partē, determinat illam ſic eſſe: & econtra, determinans aliquid ſic eſſe, determinat ſe ad illam partem, formaliter tamen differunt, ut dictum eſt. Et aſſenſus, prior uidetur iudicio ſecūdum naturam. Et differentiæ quidem ſignum eſt, q̃ uidemus quòd neſcientes determinare, quæ contradictionis pars uera ſit in aliqua materia, puta, cōceptionis beatæ Virginis, abſtinēt à iudicio; & cū hoc determinantes ſe ad vnam partē, credūt

illam,

illam tanquã aliud ſit iudicare, aliud aſſentire. Et dum audimus bellorũ, aut quorumcumq; geſtorũ hiſtorias, credere nos fatemur, nõ iudicare tanq̃ nos dererminem⁹ ad narrata, ſ nar rata cã. Ordinis uero ſignũ eſt, ꝙ qualiter vnuſquiſque affectus eſt, taliter iudicat de re, vt patet in guſtu febricitantis. Hoc.n. inſinuat, ꝙ prius natura eſt terminatio ſui ad aliquid, q̃ iudicium de illo. Et ꝑpea ſapientia in lrã ponitur differens a fide ſcđm drãm iudicij ab aſſenſu, & ponit̃ poſterior fide inter ſi dem ergo, & ſapiẽtiã hæc eſt drãa, ꝙ fidei primo eſt aſſenſus: ſapientiæ uerò primo eſt iudicium. Dico ãt primo, tum quia vnũ infert reliquũ: tũ qa non intelligo dona Spũſſcti ſic diſtingui a uirtutibus theologicis, ut perficiant ad actus diſparatos: ſed vt pficiãt inchoationẽ bonitatis, quã actus qui non primo ſed ſcđario ſunt theologicarum uirtutum ab illis ſortiunt̃. Verbi gratia fidei actus primo eſt aſſentire, & eiuſdem eſt ẽt percipere, & iudicare & ſecũdum Deũ, & ſcđm cãs creatas, & applicare ad ſingularia vt patet in hoĩe exiſtente in pctõ mortali, cauẽte tñ ſe ab idololatria homicidio, furto cũte ad pdicationes, & miſſas. Talis.n. abſq; donis Spũſſcti, q̃ non pñt eſſe informia per fidẽ percipit diuina, iudicat cauendũ idololatria ſcđm altiſſimã cãm, & ab homicidio etiã ſcđm cãm creatã quia nõ eſt nocendum proximo, & applicat ſe ad particulares excuſationes obſequij fidei in miſſis &c. q tñ actus ſpectant ad dona intellectus, ſapientiæ, ſcientiæ, & conſilij: ſed hi actus non plecti ſunt ita a fide, quin egeãt d nouũ pfectione, a quibus cum elicitũ cur, non tali, ſed alio mõ, ut. ſ. oriunt̃ ex inſtinctu Spũſſcti, elicitũ tur, ut de dono ſapiẽtiæ in propoſito dr̃, ꝙ a ſapientia elic tur iudicium ſecundum

*Li. 12. c. 19. circa princ. to. 3.

*q. 4. ar. 7 & 1. 2. q. 62. ar. 3.

*Li. 14. de Trin. c. 1. & lib 12. ca. 14. to. 3.

*Li. 1. c. 2. tom. 3.

Concl. m

rena, animalis, diabolica. ergo ſapientia non debet poni inter donum Spiritusſancti.

¶2 Præt. Sicut Aug. dicit. 12. de Trinit. Sapientia eſt diuinarũ rerũ[h] cognitio: ſed cognitio diuinarum rerum, quam hõ põt ꝑ ſua naturalia hẽre, pertinet ad ſapientiam, quæ eſt uirtus intellectualis. cognitio.n. diuinorũ ſupernaturalis ꝑtinet ad fidẽ, q̃ eſt uirtus theologica, ut ex ſ. *dictis patet. ergo ſapientia magis dẽret dici uirtus q̃ donum.

¶3 Præt. Iob 28. dr̃. Ecce timor dñi, ipſa[h] eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. ubi ſm lrãm ſeptuaginta interpretum, qua vtitur* Aug. hr̃. Ecce, pietas ipſa eſt ſapientia: ſed tã timor, q̃ pietas ponuntur dona Spũſſcti. ergo ſapientia, nõ dẽt numerari inter dona Spũſſcti quaſi donũ ab alijs diſtinctum.

Sed contra eſt, ꝙ Iſa. 11. dr̃: Requieſcet ſuper eum ſpũs Dñi, ſpũs ſapiæ, & intellectus.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſm Philoſ. in princip.* Metaph. Ad ſapientem pertinet conſiderare cãm altiſſimam, per quã certiſſimè de alijs iudicatur, & ſm quã oĩa ordinari oportet. Cã ãt altiſſima dupliciter accipi põt, uel ſimpliciter, uel in aliquo gñe. Ille ergo, qui cognoſcit cãm altiſſimam in aliquo gñe, & per eã põt de oib. q̃ ſunt illius gñis, iudicare, & ordinare, dr̃ eſſe ſapiẽs in illo gñe, vt in medicina, vel architectura, ſm illud 1. ad Corint. 3. Vt ſapiens architect⁹ fundamentum poſui. Ille autẽ, qui cognoſcit cauſam altiſſimã ſimpliciter, quæ eſt Deus, dr̃ ſapiens ſimpliciter, inquantum ꝑ regulas diuinas omnia poteſt iudicare, & ordinare. Huiuſmodi autem iudicium conſequitur homo per Spiritum ſanctum, ſecundum illud 1. ad Corin. 2. Spiritualis iudicat omnia: quia ſicut ibidem dr̃. Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ [m] ſapiẽtia eſt donum Spiritusſancti.[n]

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ bonum dicitur dupliciter. Vno modo, quia eſt verè bonum, & ſimpliciter perfectum: alio modo dicitur aliquid eſſe bonum

F ſecundùm quandam ſimilitudinem, quod eſt in malitia perfectum: ſicut dr̃ bon⁹ latro, uel ꝑfect⁹ latro, ut patet ꝑ Phil.* 5. Met. Et ſicut circa ea, q̃ ſunt verè bona, inueni, aliqua altiſſima cã, q̃ eſt ſummũ bonũ, qđ eſt ultim⁹ finis, ꝑ cui⁹ cognitionẽ dr̃ hõ verè ſapiens: ita ẽt in malis eſt inuenire aliquid, ad quod alia referuntur, ſicut ad ultimum finem, per cuius cognitionem homo dr̃ eſſe ſapiens ad malè agendum. ſm illud Hie. 4. Sapientes ſunt ut faciant mala: benè autem facere neſcierunt. Quicũque aũt auertitur à fine debito, neceſſe eſt ꝙ aliquẽ finem

G indebitum ſibi præſtituat: quia omne agens agit ꝑpter finem. Vnde ſi ꝓſtituat ſibi finẽ in bonis exterioribus terrenis, vocatur ſapientia terrena: ſi aũt in bonis corporalibus, uocat̃ ſapĩa aĩalis: ſi aũt in aliqua excellentia, uocat̃ ſapientia diabolica, propter imitationem ſuperbiæ diaboli, de quo dr̃ Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiȩ.

Ad secundum dicẽdũ, ꝙ ſapĩa, q̃ ponit̃ donum Spiritusſancti, differt ab ea, q̃ ponit̃ uirtus intellectualis acquiſita. Nam illa acquiritur ſtudio humano: hæc aũt eſt de ſurſum deſcendens, ut dr̃ Iac. 3. Similiter & differt à fide. Nã fides aſſentit ueritati

H diuinæ ſm ſeipſam: ſed iudicium quod eſt ſm ueritatem diuinã, pertinet ad donũ ſapiæ. Et iõ donũ ſapientiæ præſupponit fidem: quia unuſquiſq; bene iudicat quæ cognoſcit, ut dicitur in 1.* Ethic.

Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut pietas, quæ ꝑtinet ad cultum Dei. eſt manifeſtatiua fidei inquantũ ꝑ cultum Dei proteſtamur fidem: ita etiam pietas manifeſtat ſapientiam, & propter hoc dr̃, ꝙ pietas eſt ſapientia, & eadem ratione timor. Per hoc.n. oſtenditur, quòd homo habet rectum iudicium de diuinis, quòd Deum timet, & colit.

quandam connaturalitatem ad diuina*

*Li. 5 tex. 2. tom. 3

*Li. 1. c. 3. par. ãte.

I

Articulus II.

Vtrum ſapientia ſit in intellectu ſicut in ſubiecto.

Ad secundum ſic proceditur. Vr̃ ꝙ ſapientia non ſit in intellectu ſicut in ſubiecto. Dicit.n. Aug. in lib. de * Gratia noui teſtamẽti, ꝙ [a] ſapiẽtia eſt charitas Dei: ſed charitas eſt ſicut in ſubiecto in uoluntate, non intellectu, vt ſupra habitum* eſt. ergo ſapientia non eſt

K in intellectu ſicut in ſubiecto.

¶2 Præt Eccleſ. 6. dr̃. Sapientia doctrinæ ſm nomen eius eſt: dr̃ .n. ſapientia quaſi ſapida ſcientia, quod vr̃ ad affectum pertinere, ad quem pertinet experiri ſpũales delectatiões, ſiue dulcedines. ergo[b] ſapientia nõ eſt i intellectu, ſed magis in affectu.

¶3 Prę. Potẽtia[h] intellectiua ſufficiẽter ꝑficit̃ ꝑ donũ intellectus ſed ad id, qđ põt fieri ꝑ vnũ, ſuꝑfluũ eſt plura ponere ergo non eſt in intellectu.

SVPER Q. XLV. ART. II.

Bannes eodem art.

In art. 2. eiuſdem quæſt. dubium eſt, Quare fides cũ charitate nõ ſufficit ad iudicandum ꝑ connaturalitatẽ ſcđm cãm diuinã, cũ fides intellectus & charitas voluntati ſat ſit ad hoc. Vt quid multiplicatio hæc entium, ut oporteat addere donum ſapientiæ? Et ſimile eſt de alijs.

¶Ad hoc dr̃ ꝙ tamoſtenſa eſt neceſſitas donorum ultra virtutes, in q. 68. præcedentis libri qm. ſ. oportet aĩæ adeſſe diſpoſitionem, qua mobilis ſit a Spirituſancto per inſtinctũ ad iudicandum ſecundum cauſam altiſſimam: & hæc eſt donum ſapientiæ, & ſic de

Porrecta per totum.

249

3. d. 35. q. 2. art. 1. q. 3.

*Cap. 18. parũ ante mediũ eſt epiſ. 120. to. 2.

*q. 24. ar. 1.

* Li. 2. ca. 36. parū ante me.

de alijs, ut ibi diffuſe declaratum eſt. Et nunc additur ēt quia oportet hēre ſingulos habitus primo reſpicientes actus, qui ſecundario a virtutibus reſpiciuntur. Vñ nullum donū ponit pro aſſenſu, qui primo eſt fidei, ſed pro alijs actibus ſcdarijs. Sic.n. anima perfecta redditur ad opera ſuper naturalia proxime, & complete.

* Ar. præc.

SED CONTRA eſt, ꝙ Gre. dicit * in 2. Moral. ꝙ ſapientia cōtrariatur ſtultitiæ: ſed ſtultitia eſt in intellectu. ergo & ſapia.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra • dictū eſt, ſapientia importat quandam rectitudinem iudicij, ſm rōnes diuinas. Rectitudo autem iudicij pōt cōtingere dupliciter. Vno mō ſm perfectum vſum rōnis: alio mō ꝑp connaturalitatē quandam ad ea, de q̄bus iam eſt iudicandū. Sicut de B his, q̄ ad caſtitatē pertinent, per rōnis inquiſitionē rectè iudicat ille, qui didicit ſciam moralem: ſed ꝑ quandā connaturalitatē ad ipſam, rectè iudicat d̄ eis ille, qui hēt habitū caſtitatis. Sic ergo circa res diuinas ex rōnis inquiſitione rectū iudiciū habere pertinet ad ſapiam, quæ eſt uirtus intellectualis: ſed rectū iudicium habere de eis ſm quandam connaturalitatem ad ipſas, ꝑtinet ad ſapiam, ſm qd̄ donū eſt Spūſſcti. Sicut Dion. dicit * in 2. c. de Diu. no. ꝙ Ierotheus eſt ꝑfect⁹ in diuinis non ſolū diſcens, ſed & patiens diuina. Hmōi aūt cōpaſſio, ſiuè cōnaturalitas ad res diuinas fit per charitatē, quæ q̄- C dem unit nos Deo, ſm illud 1. ad Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpūs eſt. Sic ergo [m] ſapientia, quæ eſt donum, cām quidem habet in uoluntate, ſ. charitatem: ſed eſſentiam habet in intellectu, cuius actus eſt rectè iudicare, ut ſupra • habitum eſt. *

* Cap. 1. part. 1. in fin.

Concl. m

* Ar. præc. & 2. q. 13. ar. 1. & 2. q. 14 ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Aug. loquit̄ de ſapia quantū ad ſuam cām ex qua etiam ſumit̄ nomē ſapientiæ, ſm quòd ſaporem quendam importat.

Vnde patet reſponſio ad ſm. Si tñ iſte ſit intellectus iſti⁹ authoritatis, ꝙ nō vr̄: qa talis expoſitio, nō cōuenit, niſi ſm nomē, quod hēt ſapia in latina lingua. In Græco aūt non competit, & fortè nec ī D alijs linguis. Vnde potius ur̄ nomen ſapientiæ ibi accipi pro eius fama, quæ à cunctis commendat̄.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ intellectus hēt duos actus, ſ. præcipere, & iudicare, ad quorum pmū ordinatur donum intellectus: ad ſm autem ſecundùm rationes diuinas donum ſapientiæ, ſed ſecundùm rationes humanas donum ſcientiæ.

SVPER Q. XLV. ART. III.

Porrecta per totum. 250

Supra q. 10. ar. 7. Et 1. q. 14. a. 1 cor. Et d. 35. q. 2. art. 1. q. 3. cor.

Banne's eodem art.

IN Art. 3. in ſolutione ad primum, perſpice, q. practicū, & ſpeculatiuum vniuntur in uno ſuperioris ordinis: & hinc vide q̄ bñ alibi ſcripſerimus

ARTICVLVS III.

Vtrum ſapientia ſit ſpeculatiua tantū, an etiam practica.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄, E ꝙ ſapia nō ſit practica, ſed ſpeculatiua tm̄. Donum. n. ſapię eſt [h] excellenti⁹, q̄ ſapia ſm ꝙ eſt intellectualis uirtus: ſed ſapientia, ſecundum quod eſt intellectualis uirtus, eſt ſpeculatiua tm̄. ergo multò magis ſapientia, quæ eſt donum, eſt ſpeculatiua, & non practica.

¶ 2 Præt. Practicus intellectus eſt circa operabilia, quæ ſunt contingentia: ſed ſapientia eſt circa diuina, quæ ſunt [h] æterna, & neceſſaria. ergo ſapia nō poteſt eſſe practica.

* Libr. 6. ¶ 3 Præt. * Greg. dicit in 6. Mor. ꝙ ī cōtēplatiōe pri A cipiū, ꝙ De⁹ eſt, q̄rit̄. In [h] operatione aūt ſub graui neceſſitatis faſce laborat̄: ſed ad ſapiam pertinet diuinorū uiſio, ad q̄ nō ꝑtinet ſub aliquo faſce laborare, qa, ut dr̄ Sap. 8. Non hēt amaritudinē cōuerſatio eius, nec tædiū cōuictus illi⁹. ergo ſapiētia eſt contemplatiua tm̄, non aūt practica, ſiue actiua.

Moral. c. 28. circa med.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur ad Coloſſ. 4. In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt: hoc autē pertinet ad actionem. ergo ſapientia non eſt ſolū ſpeculatiua, ſed etiam practica.

* Li. 12. c. 14. to. 3.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut * Aug. dicit in 12. de Trinit. Superior pars rōnis, ſapientiæ deputatur: inferior aūt, ſciæ. Superior autem rō, ut ipſe in eodem li. * dicit, intendit rōnibus ſupernis, ſ. diuinis, & conſpiciendis, & conſulendis: conſpiciendis q̄dem, ſm ꝙ diuina in ſeipſis contemplatur: conſulēdis autem, ſm ꝙ ꝑ diuina iudicat de humanis actibus per diuinas regulas diligens actus humanos. Sic ergo [m] ſapientia, ſecundùm quòd eſt donum, non ſolū eſt ſpeculatiua, ſed etiam practica. [n]

* Li. 12. c. 7. in fine. tom. 3.

Concl. m

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quantò aliqua virtus eſt altior, tantò ad plurima ſe extēdit, ut habetur in li. de * cauſis. Vnde ex hoc ipſo, ꝙ ſapientia, quæ eſt donum, eſt excellentior, quàm ſapientia, quę eſt virtus intellectualis, utpotè magis de ꝑpinquo Deum attingens per quandam ſpūs unionem animæ ad ipſum, habet ꝙ non ſolùm dirigat in contemplatione, ſed etiam in actione.

* Propoſi 10. inter opera Ariſto. habetur, hic liber.

AD SECVNDVM Dicendū, ꝙ diuina in ſe quidem ſunt neceſſaria, & æterna: ſunt tamen regulæ contingentium, quæ humanis actibus ſubſunt.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ prius eſt conſiderare aliquid in ſeipſo, q̄ ſm quod ipſum ad alterū cōparatur. Vnde ad ſapiam ꝑ prius ꝑtinet contēplatio diuinorum, quæ eſt uiſio principij, & poſterius dirigere act⁹ humanos ſm rōnes diuinas. Nec tñ ī actibus humanis ex directione ſapiæ prouenit amaritudo, ut labor: ſed potius amaritudo ꝑp ſapientiā uertitur in dulcedinem, & labor in requiem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſapientia poſſit eſſe ſine gratia, & cum peccato mortali.

Banne's eodem artic.

Porrecta per totum. 251

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄, ꝙ ſapia poſſit eſſe ſine gr̄a, & cū pc̄to mortali. De his. n. quæ cū pc̄tō mortali [h] haberi nō pn̄t, præcipuè ſancti gloriantur, ſm illud 2. ad Corint. 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſciæ noſtræ: ſed de ſapientia ſua non dēt aliquis gloriari, ſm ilud Hierē. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. ergo ſapientia poteſt eſſe ſine gratia cum peccato mortali.

¶ 2 Præt. Sapientia importat [h] cognitionē diuinorū, ut * dictū eſt: ſed aliqui cum pc̄tō mortali poſſunt habere cognitionem ueritatis diuinæ, ſm illud Ro. 1. Veritatem Dei in iniuſtitia detinet. ergo ſapientia poteſt eſſe cum peccato mortali.

* Ar. 1. huius queſt.

¶ 3 Præt. * Aug. dicit in 15. de Trini. de charitate loquēs. Nullū eſt iſto Dei dono excellētius, hoc ſolū eſt, [h] quod diuidit inter filios regni ęterni, & filios ꝑditionis ęternæ: ſed ſapia differt a charitate. ergo non diuidit inter filios regni, & filios perditionis

* Li. 15. c. 18. in prin. tom. 3.

nis.ergo poteſt eſſe cum peccato mortali.

Sed contra eſt, quod dicitur Sapien.1.In maleuolam animam non introibit ſapiẽtia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

Respon. Dicendum, ꝙ ſapientia, quæ eſt donũ Spũſſcti, ſicut dictum* eſt facit rectitudinẽ iudicij circa res diuinas uel regulas diuinas de alijs ex quadem connaturalitate, ſiue vnione ad diuina, q̃ quidem eſt per charitatem, vt dictum eſt: & iõ ſapia de qua loquimur, præſupponit charitatem. Charitas ãt non põt eſſe cum pctõ mortali, vt ex ſ. † dictis patet. Vnde relinquitur, ꝙ[m] ſapiẽtia, de qua loquimur, non poteſt eſſe cum peccato mortali.[n]

*Ar.2.huius queſt.

*Ar.2.huius queſt. & ſupra. q.23.ar.6 †q.4.art. 12.

Conclu. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illud intelligẽdum eſt de ſapientia in rebus mundanis, ſiue ẽt in rebus diuinis ꝑ rationes humanas, de qua ſcti nõ gloriantur: ſed eam ſe fatentur non hẽre, ſm illud Prou.30. Sapientia hominum nõ eſt mecum. Gloriantur autem de ſapientia diuina, ſecũdum illud 1.ad Corinth.1. Facta eſt nobis ſapientia à Deo.

A ii.dicendum, ꝙ rõ illa procedit de cognitione diuinorum, quæ hr̃ per ſtudium, & inquiſitionem rationis, quæ poteſt haberi cũ peccato mortali, nõ autem de illa ſapientia, de qua loquimur.

Ad iii.dicendum, quòd ſapientia etſi differat a charitate, tamen præſupponit eam, & hoc ipſo diuidit inter filios perditionis, & regni.

Articvlvs V.

Vtrum ſapientia ſit in omnibus habentibus gratiam.

Ad qvintvm ſic ꝑceditur. Vr̃ ꝙ ſapientia nõ ſit in oĩbus hñtibus gratiam. Maius.n. eſt ſapientiã hẽre, q̃ ſapientiã audire: ſed ſolum perfectorum eſt[h] ſapientia audire, ſm illud.1. ad Corint.2. Sapiãm loquimur inter perfectos. cum ergo non oẽs hñtes gratiã ſint perfecti, vr̃ ꝙ multo minus oẽs habẽtes gratiam, ſapientiam habeant.

¶2 Præt. Sapientis eſt[h] ordinare vt Philoſ.dicit i 1.*Meta. & Iac. 3.dr̃, ꝙ eſt[h] iudicans ſine ſimulatione: ſed nõ omnium habentiũ gratiã eſt de alijs iudicare, aut alios ordinare, ſed ſolum prælatorum. ergo non oĩum habentium gratiã eſt habere ſapiãm

*Li.1.c.2. tom.3.

¶3 Præt. Sapia dat contra ſtultitiam vt Greg.dicit in*2.Moral. ſed multi hñtes grãm ſunt naturaliter ſtulti, vt patet de amentibus baptizatis, uel qui poſtmodum ſine pctõ in amentiam inciderunt. ergo non in oĩbus habentibus gratiã eſt[h] ſapientia.

*Lib.2.c. 36.

Sed contra eſt, ꝙ quicumque qui eſt eſt ſine pctõ mortali, diligitur à Deo, quia charitatem hẽt, qua Deũ, diligit, Deus ãt diligẽtes ſe diligit, vt dr̃ Prouerb.8. ſed Sapien.7.dr̃, ꝙ nemi nẽ diligit Deus, niſi eum, q cũ ſapia inhabitat. ergo in oĩbus habentibus gratiam, ſine pctõ mortali exiſtentibus, eſt ſapia.

F

Respon. Dicendum, ꝙ ſapia, de qua loquimur, ſicut dictum *eſt, importat quandã rectitudinẽ iudicij circa diuina, & cõſpicienda, & cõſulenda. Et[m] quantũ ad vtrumq; ex unione ad diuina ſm diuerſos gradus aliqui ſapiãm ſortiuntur.[n] Quidam.n. tm̃ ſortiuntur de recto iudicio tã in contemplatione diuinorũ q̃ ẽt in ordinatione rerum humanarum ſm diuinas regulas, quantũ eſt neceſſariũ ad ſalutẽ Et ꝑ hoc nulli deeſt ſine pctõ mortali exiſtenti ꝑ grãm gratũ facientẽ: [q]quia ſi natura nõ deficit in neceſſarijs, multo minus grã. Vñ dr̃.1.Io.2. Vnctio docet vos de oĩbus. Quidam ãt altiori gradu perficiũt ſapiæ donũ, & quantum ad cõtemplationem diuinorum, inquãtum.ſ. altiora q̃dã myſteria & cognoſcũt, & alijs manifeſtare pñt: & ẽt quãtum ad directionem humanorũ ſm rr̃as diuinas, inquantũ pñt ſm eas non ſolũ ſeipſos, ſed etiã alios ordinare.[s] Et iſte grad[9] ſapientiæ non eſt cõis oĩbus hñtibus gratiam gratum facientem, ſed magis pertinet ad gratias gratis datas, quas Spiritusſanctus diſtribuit, prout vult, ſecundum illud 1.ad Corin.12. Alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ &c.

*Art.pce.

G Concl. m

Concl. n p

H

I Concl. s

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Apoſt. loquitur ibi de ſapientia, ſecundum quod ſe extendit ad occulta myſteria diuinorũ: ſicut & ibidem dicit, Loquimur Dei ſapiãm in myſterio, q̃ abſcondita eſt.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ q̃uis ordinare alios homines, & de eis iudicare, pertineat ad ſolos prelatos: tamen ordinare proprios actus, & de eis iudicare, pertinet ad vnumquẽq;, ut patet per Dionyſ.in epiſtola ad Demophylum.

K Parum a medio illius incipit Hebręorum hiſtoriæ.

Ad tertivm dicendum, ꝙ amentes baptizati ſicut & pueri, habent quidem habitum ſapientiæ ſecundum quod eſt donum Spiritusſancti, ſed nõ habent actum propter impedimentum corporale, quo impeditur in eis uſus rationis.

Svper Q. XLV. Art. V.

Porrecta per totum.

252

1.2.q.68. ar.5.ad 1.

Bannes eodem art.

In artic. 5. omiſſio quarto, dubiũ occurrit, Quo pacto ſapientiæ donũ ſcdm altioré gradũ ſpectet ad grãm gratis datã, cũ ſapię donũ ſcdm totam latitudinem ꝑfectionis ſuę gratũ faciat. Cõſtat.n.ꝙ ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter ita magis ad magis &c. Ac per hoc ſapientiæ donũ ſimpliciter gratũ faciẽs, maius, magis gratũ faciet. Grã ãt gratis data differt a gratũ faciẽte penes gradũ facere & non gratum facere, apud authorẽ in 1. ſecundæ q.111. art.1.ad ultimum.

¶ 3 Præt. Præcipitatio vr̃ importare quandã inordinatã feſtinationẽ: ſed in cõſiliãdo nõ ſolũ contingit eſſe pctm̃ per hoc, q aliqs eſt feſtinus, ſed ẽt ſi ſit nimis tardus, ita q ꝑtereat opportunitas operis, & ẽt ſcdm inordinationes aliarũ circũſtãtiarũ, ut dr̃ in *6. Eth. ergo nõ magis pcipitatio dẽt poni pctm̃ ſub imprudentia contentum, q̃ tarditas, aut aliqua alia hmõi ad inordinationem conſilij pertinentia.

Sed contra eſt, qd̃ dr̃ Prouer. 4. Via impiorũ tenebroſa, neſciunt ubi corruant: tenebrę autem uię impietatis pertinent ad imprudentiam. ergo corruere, ſiuè pcipitari ad imprudẽtiam pertinet.

Respon. Dicẽdũ, q pręcipitatio in actibus aię, metaphoricè dr̃ ſcdm ſimilitudinem à corporali motu acceptam. Dicitur autem pręcipitari ſcdm corporalem motum, quod à ſuperiori in ima peruenit ſcdm impetum quendam proprij motus, uel alicuius impellentis, non ordinatè deſcendendo per gradus. Summum autem animę eſt ipſa ratio: imũ autem eſt ipſa operatio per corpus exercita. Gradus autem medij, per quos oportet ordinatè deſcendere, ſunt memoria pręteritorum, intelligentia pręſentium, ſolertia in conſiderandis futuris euentibus, rõcinatio conferens unum alteri, docilitas, per quam aliquis acquieſcit ſñijs maiorum: per quos qdẽ gradus aliquis ordinatè deſcendit rectè conſiliando. Si quis autem ferat̃ ad agendũ per impetum uoluntatis, uel paſſionis, pertrãſitis hmõi gradibus, erit pręcipitatio. Cùm ergo inordinatio cõſilij ad imprudẽtiã ptineat manifeſtũ eſt, q m uitiũ pcipitationis ſub iprudẽtia cõtinet̃. n

Ad primvm ergo dicendum, q conſilij rectitudo pertinet ad donum, conſilij & ad uirtutẽ prudentiæ, licet diuerſimode, vt ſupra dictum * eſt, & ideo pręcipitatio vtrique contrariatur.

Ad ii. dicendum, q illa dicuntur fieri temere, q̃ rõne non reguntur. Quod quidem põt contingere dupliciter. Vno mõ ex impetu uolũtatis, vel paſſionis alio mõ ex contemptu regulę dirigẽtis Et hoc propriè importat temeritas, vñ vr̃ ex radice ſuperbię prouenire, quę refugit ſubeſſe regulę alienę: pręcipiatio autem ſe habet ad vtrumque. Vñ temeritas ſub pręcipatione continetur, quàm uis pręcipatio magis reſpiciat primum.

Ad iii. dicẽdũ, q in inquiſitione cõſilij multa particularia ſunt cõſideranda: et iõ Phil. dicit in* 6. Ethic. Oportet conſiliari tarde. Vñ pręcipitatio directius opponitur rectitudini cõſilij, q̃ tarditas ſuperflua, q̃ hẽt quãdam ſilitudinem recti cõſilij.

nes, qñ temere tranſgredientes excõicant ſeu aliter puniũt verba. n iuris nõ fruſtra appoſita, nec improprie ſumenda ſunt quis cunq; cõtter ſumãtur. In materia tñ penali, vtpote reſtringenda, proprietas uocabulorum reſtrictiua penarum amplectenda eſt. Memẽto ergo quòd temeritas ſpẽs eſt pcipitationis contemptũ addens.

ad 2. Et ma. q. 15. art. 4 cor.

*Li. 2. ca. 36. parũ ante medium.

*Li. 6. c. 9. tom. 5.

Concl. m

*q. pręce. ar. 2.

*Li. 6. ca. 9. circa medium: a prin. to. 5.

SVPER QV. LIII. ART. IIII.

Perrecta per totum. 297

Supra a r. 2. cor. & infra artic. 5. cor. Et 1ma q. 15. art. 4. cor.

IN ar. 4. eiuſdē 53. q. aduerte, q̀ lra accipit tres terminos, ſ. conſiderationem, iudicium, & intellectū ut diſtinguitur contra rōnem. Et ex coniunctione illorū duorum actuum. ſ. conſiderationis, & iudicij in tertio ſ. in intellectu, concludit cōmunicationem illorū duorū inter ſe, ac p hoc infert defectū conſiderationis ad defectū iudicij pertinere, quod erat intentum. Aliū n tēm āt primo propoſitionē .ſ. q̀ cōſideratio importat actū intellectus, veritatē rei intuentis, author nō aliter manifeſtat forte quia vocabulū ipſum a uiſione ſyderū uenit, & frequenti uſu conſiderare mouemur obiecta ante oculos, & nō conſideraſſe dicimus q̄ ante oculos habuimus, tamē cōſideratio ſit non ſimplex viſio, aut iudicium, ſed attentio ad viſa, vt iudicemus plene, quaſi metiamur illa, ut in ſiderū inſpectione cōtingit aſtrologis. Propterea q̀ in litera di in rōne ad ſcdm, q̀ conſideratio perficit in iudicij actu.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum inconſideratio ſit ſpeciale peccatum ſub imprudentia contentum.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr̄ q̀ inconſideratio non ſit pc̄t̄m ſpeciale ſub imprudentia contentū. Lex. n. diuina ad nullum pc̄t̄m nos inducit, ſm̄ illud Pſal. 10. lex Dñi immaculatæ: inducit āt ad non conſiderandū, ſm̄ illud Matth. 10. Nolite cogitare quō, aut qd loquamini. ergo incōſideratio nō eſt pc̄t̄m ſpeciale. B

¶ 2 Præt. Quicunq; conſiliatur, oportet q̀ multa[b] cōſideret: ſed per defectum conſilij eſt præcipitatio, & per cōſequens ex defectu conſiderationis. ergo præcipitatio ſub inconſideratione continetur. non ergo inconſideratio eſt ſpeciale peccatum.

¶ 3 Præt. Prudentia conſiſtit in actibus rōnis practicæ, q ſunt cōſiliari, iudicare de cōſiliatis, & p̄cipere. ſed[h] cōſiderare p̄cedit oēs iſtos actus, q̄a ꝑtinet ēt ad itellectum ſpeculatiuū. ergo incōſideratio non eſt ſpeciale pc̄t̄m ſub imprudētia cōtentū. C

SED CONTRA eſt, quod dr̄ Prouerb. 4. Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedāt greſſus tuos qd̄ pertinet ad prudentiam: ſed contrarium huius agit̄ ꝑ incōſiderationē. ergo inconſideratio eſt ſpāle pc̄t̄m ſub ip̄rudētia cōtētū.

RESPON. Dicendum, q̀ cōſideratio importat actum intellectus, veritatem rei intuentis. Sicut āt inquiſitio pertinet ad rōnem, ita iudicium pertinet ad intellectum. Vñ & in ſpeculatiuis demonſtratiua ſcia dr̄ iudicatiua, inquantum per reſolutionē in prima principia intelligibilia de veritate inquiſitorum diiudicatur: & iō conſideratio maxime pertinet ad iudicium. *Concl.* m Vñ & [m] defectus recti iudicij ad vitiū inconſiderationis ꝑtinet, ꝑut. ſ. aliq̄s in recte iudicando deficit ex hoc, q̀ cōtemnit, vel negligit attendere ea, ex q̄bus rectū iudiciū ꝓcedit. Vñ manifeſtum eſt, q̀ incōſideratio eſt pc̄t̄m.[n] D

AD PRIMVM ergo dicendum, q̀ Dñs non prohibet conſiderare ea, quæ ſunt agenda, vel dicenda q̄n homo hēt oportunitatem: ſed dat fiduciam diſcipulis in uerbis inductis vt deficiente ſibi opportunitate vel ꝑp imperitia, uel quia ſubdito præoccupantur, in ſolo diuino confidant conſilio, q̄a cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum hēmus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad Deū ſicut dr̄ Paralipomenon 20. Alioquin ſi homo prætermittat facere quod poteſt, ſolum diuinum auxilium expectans, videtur tentare Deum. E

AD II. dicendum, q̀ conſideratio eorum, quæ in cōſilio attenduntur, ordinatur ad recte iudicandum A et ideo conſideratio in iudicio perficitur. Vnde ēt icōſideratio maximè opponit̄ rectitudinē iudicij.

AD III. dicendum q̀ inconſideratio hic accipitur ſm̄ determinatam materiam, ideſt ſm̄ agibilia humana, in quibus plura ſunt attendenda ad recte iudicandum, quàm etiam in ſpeculatiuis: quia operationes ſunt in ſingularibus.

ARTICVLVS V.

Vtrum inconſtantia ſit uitium ſub imprudentia contentum.

AD QVINTVM ſic procedit. Vr̄ q̀ incōſtantia nō ſit uitium ſub imprudentia contentum. Inconſtantia enim videtur in hoc conſiſtere, quòd homo non perſiſtat in aliquo difficili: ſed perſiſtere in difficilibus [h] pertinet ad fortitudinem. ergo inconſtantia magis opponit̄ fortitudini, quam prudentiæ.

¶ 2 Præt. Iacob. 3. dr̄. Vbi zelus & contētio, ibi inconſtantia, & omne opus prauū: ſed zelus ad inuidiā pertinet. ergo[h] incōſtātia non pertinet ad imprudentiam, ſed magis ad inuidiam.

¶ 3 Præt. Ille uidetur eſſe inconſtans, qui non perſeuerat in eo, quod propoſuerat: quod quidē pertinet in delectationibus ad incontinentem, in triſtitijs autē ad [h] mollem, ſiuè delicatum, ut dicitur. 7. *Ethicor. ergo inconſtantia non pertinet ad imprudentiam.

SED COTRA eſt, quòd ad prudentiam pertinet præferre maius bonum minus bono. ergo deſiſtere à meliori pertinet ad imprudentiam: ſed hoc eſt inconſtantia. ergo inconſtantia pertinet ad imprudentiam.

RESPON. Dicendum, quòd inconſtantia importat receſſum, quendam à bono propoſito diffinito. Huiuſmodi autem receſſus principium quidē hēt a ui appetitiua. Non enim aliq̄s recedit à priori bono propoſito, niſi ꝑp aliquid, quod ſibi inordinate placet: ſed iſte receſs[o] non conſumatur, niſi per defectum rationis, quæ fallitur in hoc, quòd repudiat id, quod rectè acceptauerat. Et quia cum poſſit reſiſtere impulſui paſſionis, ſi non reſiſtat, hoc eſt ex debilitate ipſius, quæ non tenet ſe firmiter in bono propoſito concepto: & iō [m] inconſtantia quantum ad ſui conſumationem, pertinet ad defectum rationis.[n] Sicut aūt oīs rectitudo rationis practicæ pertinet aliqualiter ad prudentiam: ita omnis *Concl.* m

SVPER QV. LIII. ART. V

IN art. 5. in rñſione ad tertiū, duo ſunt dubia ad hoīem, authorem .ſ. Primum eſt de ſubiecto continentiæ. Nam hic author cōfirmat quod præcedenti libro quæſtion 5 quinquageſimæ octauæ, art. 3. ad ſcdm inchoaſſe vi. ſ. q̀ cōtinentia ſit ſubiectiuè in ratione, in qua eſt prudentia. Inferius uero q̄ōe 155. ar. 3. determinat, q̀ continentia eſt ſubiectiue in uoluntate. Quia prima differentia inter continentē & incontinentem inuenitur ſecundum electionem, quæ eſt actus voluntatis. *Perrecta per totum.* 298

¶ Secundum autem dubium eſt. Quo pacto continentia eſt pars conſtantiæ, quæ eſt pars prudentię, q̄ eſt uere & proprie virtus. Et tamē inferius q. prædicta ar. 1. decernitur cum Ariſt. 7. Ethi. quòd continentia non eſt virtus. *Lib. 7. ca. 7. tom. 5.

¶ Ad hæc dubia rñdebit ſiſeri[o] i loco dicto ubi ex ꝓpoſito materia vtraq; tractat̄. Hic āt ſat ſit noſſe dubitare, & aduertere, q̀ author vtit̄ hoc in loco verbis opinatiuis dū dicit q; non uidentur eſſe in ui appetitiua, & q̀ videnť eſſe ſpēs conſtantiæ: & ruſus q̀ rō authoris hic nō hēt locum, niſi in appetitu ſenſitiuo, cui[o] actus ſunt paſſiones concupiſcentiæ, & triſtitię. Erit aūt tunc & ſuſtinendum, q̀uo conſtātia eſt pars prudentiæ, ſi cōtinentia eſt in voluntate, quo atgu.

Concl. p

argumẽtum, cui hic reſpondetur, tendebat. Erit ẽt & ſimpliciter determinandum de ſubiecto continentiæ, examinando rõnẽ authoris ibi, Propter præceptum præueniens electionẽ, in cuius perſiſtentia p. diſtinguit continens ab incontinenti: ſed ſuppoſito, q continẽtia ſit in voluntate, facile ſuſtinetur conſtantia in rõne dicendo q incontinentia & mollities ex parte appetitus cauſant inconſtantiam: & ſimiliter continentia & pſeuerãtia ex parte appetitus cauſant conſtantiam. Patet.n. in litera, q tam conſtãtia, q̃ inconſtantia, inchoatiuè eſt ex appetitu conſũmate aũt eſt ex rõne. Vñ de ſubiecto tãmodo continentiæ reſtat q̃ſtio.

*In corp. art.
D. 391. & 1025.

SVPER Q. LIII. ART. VI.

IN art. 6. aduerte in calce corporis ly, maxime: q̃n hmõi rationis defectus ex alijs ẽt vitijs oriuntur, vt experientia teſtatur in his, quæ, ex auaritia, vel ambitione pręcipites, inconſiderati, incõſtanteſque ſunt: ſed luxuria quia extruat rõnem, vt in litera dr, ó maximè cauſat eoſdem.

D. 387. & 390.

defectus eiuſdẽ pertinet ad imprudentiam: & iõ ᵖ incõſtantia ſm ſui cõſumationẽ ad iprudẽtiã ptinet. ¶ Et ſicut pcipitatio eſt ex defectu circa actũ cõſilij & incõſideratio circa actũ iudicij: ita incõſtantia circa actũ pcepti. Ex hoc.n. dr aliqs eſſe incõſtãs, q rõ deficit inpcipiẽdo ea, q̃ ſunt conſiliata & iudicata.

Ad primum ergo dicẽdum, q bonũ prudentiæ participat in oĩbus virtutibus moralibus: & ſm hoc perſiſtere in bono ptinet ad oẽs virtutes morales, pcipue tñ ad fortitudinẽ, q̃ patit maiorẽ impulſum ad cõtrariũ.

Ad ii. dicendũ, q inuidia, & ira, q̃ eſt cõtentionis principiũ, faciũt inconſtantiã ex parte appetitiuæ virtutis, ex qua eſt pricipiũ inconſtantię vt dictũ* eſt.

Ad iii. dicendũ, qᵈ continẽtia, & pſeuerantia non videnť eſſe in vi appetitiua, ſed ſolũ in rõne. Cõtinens.n. patit qdẽ pueſas cõcupiſcentias, & pſeuerãs graues triſtitias, quod deſignat defectũ appetitiuæ uirtutis: ſed rõ firmiter pſiſtit, comtinentis quidẽ contra concupiſcentias, perſeuerãtis ãt cõtra triſtitias. Vñ cõtinentia,ᵈ & perſeuerantia uidenť eſſe ſpẽs conſtantiæ ad rõnẽ pertinentis ad quam ẽt pertinet inconſtantia.

Articulus VI.

Vtrum prædicta vitia oriantur ex luxuria.

Porrecta per totum.
299
II. ſ q 153 ar. 4. & 5. Et mal. q. 15 art. 4.
*ar. pręc. ad 2.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd prędicta vitia non oriatur ex luxuria.* Inconſtantia.n. oritur ex inuidia, ut dictum * eſt: ſed inuidia eſt uitium diſtinctum a luxuria, ergo prædicta vitia nonᵇ oriuntur ex luxuria.

¶2 Præt. Iacob. 1. dicitur. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis: ſed ʰ duplicitas nõ videtur ad luxuriam pertinere, ſed magis ad doloſitatem, quæ eſt filia auaritiæ ſecundum Greg.* 31. Mora. ergo prædicta vitia non oriunť ex luxuria.

*Li. 31. c. 31. a me.

¶3 Præt. Prædicta vitia pertinentia d defectum rõnis: ſed vitia ſpiritualia ʰ propinquiora ſunt rõni, q̃ vitia carnalia. ergo prædicta uitia magis oriuntur ex vitijs ſpiritualibus, q̃ ex vitijs carnalibus.

SED CONTRA eſt, quòd Gregor.* 31. Moral. ponit prædicta vitia ex luxuria oriri.

*Lib. 31. Mora. ca. 31. a medio.
*Li. 6. ca 5. & lib. 7. cap. 11. a medio tomo 5.
D. 438.
Concl. m

RESPON. Dicendũ, q ſicut Philo. dicit in 6. Ethi. delectatioᵈ maximẽ corrumpit ęſtimationẽ prudẽtiæ, & præcipue delectatio quę eſt i uenereis, quę totam animam abſorbet, & trahit ad ſenſibile delectationem. Perfectio ãt prudentiæ, & cuiuſlibet intellectualis virtutis cõſiſtit in abſtractiõne à ſenſibilibus.ᵐ Vñ cũ prædicta vitia ptineant ad defectum prudentiæ, rationis practicæ, ſicut habitum *eſt, ſequitur quod ex luxuria maxime oriantur.ᵃ

*Ar. 2. & 5 huius q̃ſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q inuidia, & ira cauſant inconſtantiã ptrahẽdo rõnẽ ad aliud: ſed luxuria cauſat incõſtantiã totaliter extinguendo iudiciũ rõnis. Vñ Phil. dicit in* 7. Eth. qᵈ incõtinẽs iræ audit quidem rõnem, ſed non perfectè: incontinens ãt concupiſcentiæ totaliter eam nõ audit.

*Li. 7. ca. 6. tom. 5. D. 726.

AD SECVNDVM dicendũ, q ẽt duplicitas aĩ eſt quoddã cõſequens ad luxuriã, ſicut inconſtantia, prout duplicitas animi importat vertibilitatem aĩ ad diuerſa. Vnde & Terentius * in Eunucho dicit, q in amore eſt bellum, & rurſus pax, & induciæ.

* In Scena 1. quæ incipit: Quid igitur faciã circa medium illius.

AD TERTIVM dicendum, quòd vitia carnalia in tantum magis extinguunt iudicium rationis, in quantum longius abducunt à ratione.

QVAESTIO LIIII.

De Negligentia, in tres articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt, de negligentia. ET CIRCA hoc quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum negligentia ſi peccatum ſpeciale.
¶ Secundò, Cui virtuti opponatur.
¶ Tertiò, Vtrum negligentia ſit peccatũ mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum negligentia ſit peccatum ſpeciale.

Porrecta per totum.
300

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd negligentia non ſit peccatum ſpeciale. Negligẽtia enim diligentię opponitur: ſed diligentia requiriturʰ in qualibet virtute. ergo negligentia non eſt peccatum ſpeciale.

¶2 Præt.ʰ Nihil, quod inuenitur in quolibet peccato eſt ſpeciale peccatum: ſed negligentia inuenitur in quolibet peccato, quia omnis q peccat, negligit ea, per quæ à peccato retrahitur, & qui in peccato perſeuerat, negligit conteri de peccato. ergo negligentia non eſt ſpeciale peccatum.

¶3 Præt. Omne ſpeciale peccatum habet materiã determinatam: ſed negligentia non videtur habere determinatam materiam. neque enim eſt circa mala, aut in differentia: quia ea prætermittere nulli ad negligentiam reputatur. Similiter etiamʰ nõ eſt circa bona: quia ſi negligenter aguntur, iã non ſunt bona. ergo videtur quòd negligentia non ſit vitium ſpeciale.

SED CONTRA eſt, quòd peccata, quæ committuntur ex negligentia, diſtinguuntur contra peccata, quæ committuntur ex contemptu.

Concl. m

RESPON. Dicendũ, q negligentia importat defectum debitæ ſolicitudinis. Omnis ãt defectus debiti actus hẽt rationem peccati. Vnde manifeſtũ eſt, qᵐ negligentia habet rationemⁿ peccati, & eo modo quo ſolicitudo eſt ſpecialis virtutis actus, neceſſe eſt q negligẽtia ſit ſpeciale pctm̃. Sunt.n. aliqua peccata ſpecialia, quia ſunt circa aliquam materiã ſpecialẽ, ſicut luxuria eſt circa venerea. Quædam ãt ſunt vitia ſpecialia pp ſpecialitatem actus ſe extẽdentis ad omnem materiam: et hmõi ſunt omnia vitia, quæ ſunt circa actum rõnis. Nã quilibet actus rationis ſe extendit ad quamlibet materiã moralem: & ideo cum ᶠ ſolicitudo ſit quidam ſpecialis actus rationis, vt ſupra habitum* eſt

Concl. p
*q. 47. ar. 9.

ouuſe

p. 924. conſequens eſt, quòd [d] negligentia, quæ importat ſolicitudinis defectum, ſicut ſpeciale peccatum. [q]

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ diligentia vr̃ eſſe idẽ ſolicitudini, q̃a in his q̃ diligim⁹, maiorẽ ſolicitudinem adhibemus. Vnde diligentia, ſicut ſolicitudo, requiritur ad quãlibet uirtutem, inquantum in qualibet virtute requiruntur debiti actus rõnis.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ in quolibet pc̃õ neceſſe eſt eſſe defectũ circa aliquẽ actũ rõnis, puta, defectũ cõſilij, & aliorũ hmõi. Vñ ſicut p̃cipitatio eſt ſpãle pc̃m̃ ꝑp ſpãlẽ actũ rõnis, q̃ p̃termittitur .ſ. cõſiliũ, q̃uis poſſit inueniri in quolibet gñe pc̃õ rũ: ita negligentia eſt ſpãle peccatum propter defectũ ſpãlis actus rationis, qui eſt ſolicitudo, quãuis inueniatur, aliqualiter in omnibus peccatis.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ materia negligentiæ propriè ſunt bona, q̃ q̃s agere dẽt, nõ ꝙ ipſa ſint bona, cũ negligẽter agunt: ſed quia per negligentiã accidit defect⁹ bonitatis in eis, ſiuè prætermittat totaliter actus debitus ꝑp defectum ſolicitudinis, ſiuè etiam aliqua debita circunſtantia actus.

SVPER Q. LIIII. ART. II.

Porrecta per totum. 301 Sup. q. 55. ar. 1. cor. Et Phil. 4. IN q. 54. art. 2. quia in primo nihil occurrit, dubiũ eſt, quia declaratio ſumpta ex etymologia Iſidori, vi potius ad oppoſitũ, q̃ ad ꝓpoſitũ ſit. Ex hoc nãq; ꝙ negligẽtia ſonat electionẽ, ſequit ꝙ ſpectet ad uoluntatẽ, cuius actus eſt electio, & non ad rõnem in qua eſt prudentia. ¶ Ad hoc dr̃, ꝙ q̃a de habitib. vitiorum, & virtutum, & non de potentijs eſt ſermo, & negligentia, uitiũ: prudentia, uirtus, eſt, conſequens eſt, ut electio hoc in loco illius dicatur eſſe, cuius eſt ei⁹ rectitudo, uel defect⁹ & nõ cuius eſt act⁹ abſolutè. Cõſtat autẽ, ꝙ licet rectitudo talis electionis ſit à tali uirtute, puta, iuſtitia, & talis à tali, uniuerſaliter tñ rectitudo electionis eſt à prudentia, ac per hoc defect⁹ electionis ſpectat ad oppoſitũ prudẽtię. Et ꝑp hoc in lr̃a dr̃, Electio aũt recta &c. ad prudentiã ꝑtinet. Vñ optime declaratio illa ſeruit propoſito, quicquid ſit de etymologia illa.

ca. 31. q. 55. artic. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum negligentia opponatur prudentiæ.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ negligẽtia nõ opponat̃ prudẽtiæ. Negligẽtia .n. [h] vr̃ eſſe idẽ quod pigritia, uel torpor, q̃ ꝑtinet ad accidiã, ut patet ꝑ Gre. * 31. Mor. accidia aũt ñ opponit̃ prudẽtiæ, ſed magis charitati, ut ſ. dictũ † eſt. ergo negligẽtia nõ opponit̃ prudẽtiæ.

¶ 2 Præt. Ad [h] negligentiam vr̃ ꝑtinere oẽ pc̃m̃ omiſſionis: ſed pc̃m̃ omiſſionis nõ opponitur prudẽtiæ, ſed magis virtutibus moralib⁹ executiuis. ergo negligentia non opponit̃ prudẽtiæ.

¶ 3 Præt. Imprudentia eſt circa aliquẽ actũ rõnis: ſed negligentia nõ importat defectũ, neq; circa cõſiliũ, in quo deficit præcipitatio, neq; circa iudiciũ, in quo deficit inconſideratio, [h] neque circa p̃ceptũ, in quo deficit incõſtantia. ergo negligẽtia nõ pertinet ad imprudentiam. E

¶ 4 Præt. Eccleſ. 7. dr̃. Qui timet Deũ, nihil negligit: ſed unũq̃dq; pc̃m̃ p̃cipuè excludit ꝑ huirtutẽ oppoſitã. ergo negligẽtia magis opponit̃ timori, q̃ prudẽtię.

Sed contra eſt, quod dr̃ Eccl. 20. Laſciuus, & imprudẽs non obſeruãt tp̃s: ſed hoc ꝑtinet ad negligẽtiã. ergo negligentia opponitur prudentię.

Respon. Dicendũ, ꝙ negligentia directè opponit̃ ſolicitudini. Solicitudo aũt pertinet ad rõnem, & rectitudo ſolicitudinis ad prudẽtiã: vñ ꝑ oppoſitum negligentia ad imprudẽtiã ꝑtinet. Et hoc ẽt A ex ipſo noĩe apparet, quia ſicut Iſid. dicit * in li. Etymo. negligens dr̃, quaſi nec eligens. Electio aũt recta eorũ, quæ ſunt ad finem, ad prudentiam pertinet: vnde [m] negligentia pertinet ad imprudentiã. [n]

* Li. 10. ca. 13. i ſcipi Nobilis non longe à fin. conclu.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ negligẽtia cõſiſtit in defectu interioris actus, ad quẽ ꝑtinet ẽt electio. Pigritia aũt, & torpor magis ꝑtinẽt ad executionẽ: ita tñ ꝙ pigritia importat tarditatẽ ad exequẽdũ, torpor remiſſionẽ q̃dã iportat in ipſa executione, & ideò conuenienter torpor ex accidia naſcitur, quia accidia eſt triſtitia aggrauans, ideſt, impediens animum ab operando.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ omiſſio pertinet ad exteriorem actum. Eſt enim omiſſio, quando prætermittitur aliquis actus debitus, & ideò opponit̃ iuſtitiæ, & eſt effectus negligentiæ: ſicut etiam executio iuſti operis, eſt effectus rationis rectæ

Ad tertivm dicendum, ꝙ negligentia eſt circa actum præcipiendi; ad quem etiam pertinet ſolicitudo. Aliter tamen circa actum hunc deficit negligens, & aliter inconſtans. Inconſtans enim deficit in præcipiendo, quaſi ab aliquo impeditus: negligens autem per defectum promptæ uoluntatis.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ timor Dei operat̃ C ad uitationem cuiuſlibet peccati, quia ut dr̃ Prou. 15. Per timorem Dñi declinat omnis a malo: & iõ timor facit negligentiam uitare, non tñ ita ꝙ directè, negligentia timori opponat̃, ſed inquantum timor excitat hominem ad actus rationis. Vnde etiam ſupra habitũ * eſt cũ de paſſionibus ageret, quòd timor facit conſiliatiuos. * 1. 2. q. 44. ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum negligentia poſſit eſſe peccatum mortale.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd negligentia non poſſit eſſe peccatum mortale. Quia ſuper illud Iob 9. Verebar omnia opera mea, dicit Gloſſ. * Greg. quòd illam .ſ. negligentiam [k] minor amor Dei exaggerat: ſed vbicumque eſt peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dei. ergo negligentia nõ eſt peccatũ mortale. D

* li. 9. Moral. ca. 26. circa principium.

¶ 2 Præt. Super illud Eccleſia. 7. De negligentia tua purga te cũ paucis, dicit † glo. Quamuis oblatio parua ſit, multorum delictorum purgat negligentias: ſed [h] hoc nõ eſſet, ſi negligẽtia eſſet pc̃m̃ mortale. ergo negligẽtia non eſt peccatũ mortale. † Gl. ordi. ibid.

SVPER QV. LIIII. ART. III.

Porrecta per totum. 302 Sup. q. 51. ar. 1. cor. Et Phil. 4. IN art. 3. in rñſione ad tertiũ aduerte, ꝙ ſicut in p̃cedẽti diximus q̃õne, in pc̃tis moralibus, ſi diſtiguẽd⁹ eſt defectus rõnis a defectu appetitus, aut alteri⁹ executiuę potẽtiæ, plura gñã peccatorũ in uno actu inueniẽt v. g. Si q̃s negligẽdo iura partiũ, iniuſtã fert ſñiam intus in rõne, imprudẽtiæ reus eſt ſecũdum negligentiæ ſpẽm: foris aũt in actu iudicij, iniuſtitiæ reus eſt & ſimile eſt in alijs. Et iõ lr̃a dicit, ꝙ negligẽtia trahit̃ ad aliud genus pc̃ti. Et par eſt rõ de præcipitatione, inconſideratione, & incõſtãtia, q̃ circa act⁹ rõnis cões omnibus moralibus ſunt, ſicut & negligentia.

¶ 3 Præterea. In lege fuerunt ſtatuta ſacrificia ꝓ peccatis [h] mortalibus, ſicut patet in Leuiti. ſed nullum fuit ſtatutum ſacrificium pro negligentia. ergo negligentia non eſt peccatum mortale.

Sed contra eſt, quod habetur Prouer. 19. Qui negligit uiam ſuam, mortificabitur.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum * eſt, negligentia ꝓuenit ex quadam remiſſione uoluntatis, * Ar. præc. in ſolut ad 3.

per quam contingit q̃ rõ non ſolicitatur, vt præcipiat ea quæ dẽt, uel eo modo, quo dẽt. Põt ergo dupliciter cõtingere, q̃ negligentia ſit pctm̃ mortale, uno modo ex parte eius quod [m] ptermittit negligentiam, quod quidem ſi ſit de neceſſitate ſalutis ſiue ſit actus, ſiue circunſtantia, erit pctm̃ mortale: [n] alio modo ex parte cauſæ. Si.n. volũtas intm̃ ſit remiſſa circa ea quæ ſunt Dei vt totaliter à Dei charitate deficiat [p] talis negligẽtia eſt pctm̃ mortale: & hoc pcipuè contingit, qñ negligentia ſequitur ex contemptu. [q] Alioquin ſi negligentia conſiſtat in prætermiſſionẽ alicui⁹ actus, uel circũſtãtię, q̃ nõ ſit de neceſſitate ſalutis: nec hoc fiat G ex contẽptu, ſed ex aliquo defectu feruoris, q̃ impeditur interdum per aliquod ueniale pctm̃, [s] tũc negligẽtia non eſt mortale peccatũ, ſed ueniale. [t]

Concl. m — *Conclu. p* — *Conclu. s*

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ minor amor Dei põt intelligi dupl̃r. Vno mõ, p defectum feruoris charitatis: & ſic cãtur negligẽtia, q̃ ẽ pctm̃ ueniale. Alio mõ, p defectũ ipſi⁹ charitatis: ſicut dr̃ minor amor Dei, qñ aliq̃s diligit Deũ ſolũ amore naturali, & tũc cãtur negligẽtia, q̃ eſt pctm̃ mortale.

Ad secvndvm dicẽdũ, q̃ parua oblatio cũ humili mẽte, & pura dilectione facta, ut ibidẽ * dr̃, non ſolũm purgat peccata uenialia, ſed ẽt mortalia. H

*Id fuit gloſſa cita in arg.

Ad tertivm dicẽdũ, q̃ qñ negligẽtia conſiſtit in ptermiſſione eorũ, q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis, tũc trahĩt ad aliud gen⁹ pctĩ magis manifeſtũ. Pctã .n. q̃ cõſiſtũt in interioribus actib⁹, ſunt magis occulta. Et ideò pro eis certa ſacrificia nõ iniũgebantur in lege: qa ſacrificiorũ oblatio erat q̃dã publica ,ptestatio pctĩ, q̃ nõ ẽ faciẽda de pctõ occulto.

Svper qv. lv.

In tota q. 55. qñ vi[...]a tractata ſunt ge[...]a, & ſcdm mate[...] in qua ſunt, grauitatem aſſumũt eritq; de materijs ſingularũ uirtutum, & uitiorũ ſpecialis ſermo nunc facilit ſcire, q̃ uitia iſta imprudẽtiæ ſpẽs ſunt, & ex ſe quidẽ hñt deformitatem in rõne, vt in lra explanaĩ de prudẽtia carnis, & aſtutia, ad quã ſpectant dolus & fraus, & de ſolicitudine tẽporaliũ. Pro claritate tñ. 2. ar. memẽto illius diſtinctionis .ſ. de fin e uitæ, & de fine particulari, i. de fine ultimo, & de fine proximo harum operationum. Finis.n. vltimus oportet, q̃ ſit ſolus Deus finis ãt proximus harũ operationum, puta emptionis, ꝑparationis ludi & c. põt eſſe abquid inordinatũ conuiui, uel abquid h[...] iuſmodi, quod non cõtrariaĩ charitati.

Porrecta per totum. 303

QVAESTIO LV.

De Vitijs oppoſitis prudentiæ, in octo articulos diuiſa.

Postea conſiderandũ eſt de I vitijs oppoſitis prudentiæ, quæ hñt ſimilitudinẽ cum ipſa. Et circa hoc quęruntur octo.

¶ Primò, Vtrum prudentia carnis ſit peccatum.

¶ Secũdò, Vtrum ſit peccatum mortale.

¶ Tertiò, Vtrum aſtutia ſit peccatum ſpeciale.

¶ Quartò, De dolo.

¶ Quintò, De fraude.

¶ Sextò, De ſolicitudine temporalium rerum.

¶ Septimò, De ſolicitudine futurorum.

¶ Octauò, De origine horum vitiorum.

Articvlvs I.

Vtrum prudentia carnis ſit peccatum.

Ad primvm ſic ,pcedit. Vr̃, q̃ prudentia carnis non ſit pctm̃. Prudentia.n. eſt nobilior uirtus, q̃ aliæ uirtutes morales, vtpotè oium regitiua: ſed nulla iuſtitia, uel tẽperã[n]tia eſt pctm̃. ergo neq; aliqua [h] prudentia eſt pctm̃.

¶ 2 Præt. Prudenter operari ad finẽ, q̃ [h] licitè amaĩ, non eſt pctm̃: ſed caro licitè amatur. nemo.n. unquam carnem ſuam odio habuit, ut habeĩ ad Eph. 5. ergo prudentia carnis non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Sicut homo tentaĩ à carne, ita [h] ẽt tentaĩ à mundo, & à diabolo: ſed non ponitur inter pctã aliqua prudẽtia mũdi, uel ẽt [h] diaboli. ergo neque debet poni inter peccata aliqua prudentia carnis.

Sed contra. Nullus eſt inimicus Deo, niſi ,pter iniquitatem, ſecundũm illud Sapien. 14. Simul odio ſunt Deo impius, & impietas eius: ſed ſicut dr̃ ad Roman. 8. Prudentia carnis inimica eſt Deo. ergo prudentia carnis eſt peccatum.

Respon. Dicendũ, q̃ ſicut ſupra dictũ * eſt. Prudentia eſt circa ea, quæ ſunt ad finẽ totius uitę: & iõ prudẽtia carnis propriè dr̃, ſm q̃ aliquis bona carnis habet ut ultimum finem ſuæ uitæ. Manifeſtum eſt autem, q̃ hoc eſt peccatum: per hoc.n. homo deordinatur circa ultimum finem, qui nõ conſiſtit in bonis corporis, ſicut habitum * eſt. & iõ [m] prudentia carnis eſt peccatum. [n]

*q.47.ar.13. — *1.2.q.1.ar.5. — *Conclu. m*

Ad primvm ergo dicendum, q̃ iuſtitia, & temperantia in ſui ratione important id, unde uirtus laudatur, ſcilicet æqualitatem, & concupiſcentiarum refrænationem, & iõ nunquàm accipiuntur in malo: ſed nomen prudentiæ ſumitur à prouidẽdo, ſicut ſupra dictum * eſt, quod ẽt ad mala extẽdi põt. Et iõ licet prudentia ſimpliciter dicta in bono accipiatur, alio tñ addito poteſt accipi in malo: & ſm hoc dr̃ prudentia carnis eſſe peccatum.

*q.47.ar.1.&q.49.ar.6.

Ad secvndvm dicendũ, q̃ caro eſt propter animam, ſicut materia ꝑꝑ formam, & inſtrumentum propter principale agens: & iõ ſic licitè diligĩ caro, ut ordinetur ad bonum animæ ſicut ad finem. Si autem in ipſo bono carnis conſtituatur ultim⁹ finis, erit inordinata, & illicita dilectio; & hoc mõ ad amorem carnis ordinatur prudentia carnis.

Ad tertivm dicendum, q̃ diabolus nos tentat non per modum appetibilis, ſed p modũ ſuggerẽtis. Et iõ cum prudẽtia importat ordinẽ ad aliquẽ finem appetibilem, non ita dr̃ prudentia diaboli, ſicut prudentia reſpectu alicuius mali finis, ſub cuius rõne tentat nos mundus & caro, inquantum .ſ. proponuntur nobis ad appetendum bona mundi vel carnis. Et ideo dr̃ prudentia carnis, & ẽt prudentia mundi, ſm illud Lu. 16. Filij hui⁹ ſęculi prudẽtiores ſunt in gñatione ſua &c. Apoſtolus autẽ K totum comprehendit ſub prudentia carnis, quia ẽt exteriores res mundi appetimus ꝑꝑ carnẽ. Põt tñ dici, q̃ quia prudentia quodammodo dr̃ ſapientia, ut ſupra dictum * eſt, ideo ſecundum tres tentationes poteſt intelligi triplex prudẽtia. Vñ Iac. 3. dicĩ ſapientia eſſe terrena, animalis, & diabolica, ut ſ. habitum * eſt, cum de ſapientia ageretur.

*q.47.ar.2.ad 1. — *q.45.ar.4 & ar.1.ad 1.

Articvlvs II.

Vtrum prudentia carnis ſit peccatum mortale.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur q̃ prudentia carnis ſit peccatum mortale. Rebellare.n. diuinæ legi eſt peccatum mortale, quia per hoc Deus contemnitur: ſed [h] prudẽtia carnis nõ eſt

Porrecta per totum. 304

ſubiecta legi diuinæ, ut habetur Rom.8. ergo pru- A dentia carnis eſt peccatum mortale.

¶2 Præt. Omne peccatum in Spũmſanctũ eſt pc̃tm̃ mortale: ſed prudẽtia carnis vr̃ eſſe pc̃tm̃ in Spiritumſanctum. non.n. põt eſſe ſubiecta legi Dei, vt dicitur Ro.8. & ita [h] uidetur eſſe peccatũ irremiſſibile, quod eſt propriũ peccati in Spiritũſanctũ. ergo prudentia carnis eſt peccatum mortale.

¶3 Præt. Maximo bono maximum malum[h] opponitur, ut patet in * 8. Eth. ſed prudentia carnis opponitur prudentiæ, quæ eſt præcipua inter virtutes morales. ergo prudentia carnis eſt præcipuum inter peccata mortalia: & ita eſt pc̃tm̃ mortale.

* Li.8.ca. 10. circa prin.t.5.

Sed contra. Illud, qđ diminuit pc̃tm̃, non importat de ſe rõnẽ peccati mortalis: ſed cautè pſequi ea, q̃ ptinẽt ad curã carnis, qđ vr̃ ad prudentiam B carnis pertinere, diminuit peccatũ. ergo prudẽtia carnis de ſui rõne non importat pc̃tm̃ mortale.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ * eſt, prudens dr̃ aliq̃s dupl'r. Vno mõ ſimpl'r.ſ. in ordine ad finẽ totius vitæ: alio mõ, ẽm qd.ſ. in ordine ad finẽ aliquẽ particularẽ, puta, ſicut dr̃ aliq̃s prudẽs in negotiatione, vel in aliquo hmõi.[m] Si ergo prudẽtia carnis accipiatur ẽm abſolutã prudentiæ rõnem, ita ſ.ꝙ in cura carnis cõſtituat̃ ultimus finis totius vitæ, ſic eſt pc̃tm̃ mortale: [m] q͞a p hoc hõ auertit̃ à Deo, cũ impoſſibile ſit eſſe plr̃es fines ultimos, vt ſupra habitũ * eſt. [p] Si verò prudẽtia carnis acci- C piatur ẽm rõnẽ particularis prudentiæ, ſic prudẽtia carnis eſt pc̃tm̃ ueniale.[q] Cõtingit.n. q̃nque, ꝙ aliq̃s inordinatè afficit̃ ad aliqđ delectabile carnis abſq; hoc, ꝙ auertat̃ a Deo p pc̃tm̃ mortale: vnde nõ cõſtituit finẽ totius vitæ in delectatione carnis. Et ſic adhibere ſtudiũ ad hãc delectationẽ cõſequẽdã, eſt pc̃tm̃ ueniale, qđ ptinet ad prudẽtiã carnis.[s] Si verò aliq̃s actu curam carnis referat in finẽ honeſtũ, puta, cũ aliq̃s ſtudet comeſtioni pp corporis ſuſtentationem, non uocat̃ prudẽtia carnis:[t] q͞a ſic utitur homo cura carnis, ut ad finem.

* q.47.ar. 15.& ar.2 ad 1.

Conclu. m

* 1.2.q.1. art.5.

Conclu. p

Conclu. s

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Apoſt. loquit̃ de D prudẽtia carnis, ẽm qđ finis cõſtituit̃ in bonis carnis totius uitæ humanæ, & ſic eſt pc̃tm̃ mortale.

Ad II dicendũ, ꝙ prudẽtia carnis nõ importat pc̃tm̃ in Spũmſanctũ. Quod.n.dr̃, ꝙ nõ põt eſſe ſubiecta legi Dei, nõ ſic eſt intelligẽdũ, ꝙ illo q͞ hẽt prudẽtiã carnis, nõ poſſit cõueniri, & ſubiici legi Dei: ſed q͞a ipſa prudẽtia carnis legi Dei non põt eſſe ſubiecta, ſicut nec iniuſtitia põt eſſe iuſta, nec calor põt eẽ frigid[9], q̃uis calidũ poſſet eẽ frigidũ.

Ad III dicendum, ꝙ oẽ peccatũ opponit̃ prudentiæ, ſicut & prudentia participatur in oĩ uirtute: ſed iõ non oportet ꝙ quodlibet peccatum pru- E dentiæ oppoſitum, ſit grauiſſimum, ſed ſolũ quando opponitur prudentiæ in aliquo maximo.

Articvlvs III.

Vtrum aſtutia ſit ſpeciale peccatum.

Porrecta per totum.
305
Infra ar.4. co.& q.69 art.1.cor. & q.97.ar ti.3.ad 3.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ aſtutia non ſit ſpeciale pc̃tm̃. Verba.n. ſacræ ſcripturæ non inducũt aliquẽ ad peccandũ: inducunt aũt ad [b] aſtutiam, ſecundum illud Prouerb.1. Vt detur paruulis aſtutia. ergo aſtutia non eſt peccatum.

¶2 Præt. Prou.13.dr̃. Aſtut[9] oĩa agit cũ cõſilio. Aut ergo ad [h] finẽ bonũ, aut ad finẽ malũ. Si ad finẽ bonum, non vr̃ eſſe pc̃tm̃: ſi aũt ad [h] finẽ malũ, vr̃ pertinere ad prudentiã carnis uel ſæculi. ergo aſtutia non eſt ſpãle pc̃tm̃ a prudentia carnis diſtinctum.

¶3 Præt.* Greg.10. Moral. exponẽs illud Iob.12. Deridet̃ iuſti ſimplicitas, dicit.[h] Sapiẽtia huius mundi eſt cor machinationib[9] tegere, ſenſũ uerbis uelare, q̃ falſa ſunt, uera oñdere, q̃ uera ſunt, falſa demõſtrare, & poſtea ſubdit. Hæc prudẽtia uſu a iuuenibus ſcitur, à pueris pretio diſcitur: ſed ea quæ prædicta ſunt, uidentur ad aſtutiam pertinere. ergo aſtutia non diſtinguit̃ à prudentia carnis, uel mundi, & ita non videtur eſſe ſpeciale peccatum.

* Lib.10. Moral. c. 27. ante med.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſ. dicit 2. ad Cor.4. Abdicam[9] multa đdecoris, ñ ambulãtes i aſtutia, neq; adulterãtes uerbũ Dei. ergo aſtutia ẽ qđdã pc̃tm̃.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ prudẽtia eſt recta rõ agibiliũ, ſicut ſcientia eſt recta rõ ſcibiliũ. Cõtingit aũt cõtra rectitudinẽ ſcientiæ dupl'r peccari in ſpeculatiuis. Vno qdẽ mõ, q͞n rõ inducit̃ ad aliquã conclõnẽ falſam, q̃ apparet uera. Alio mõ ex eo, ꝙ rõ pcedit ex aliq̃bus falſis, q̃ vñr eſſe uera ſiuẽ ſint ad cõclõnẽ verã, ſiue ad cõclõnẽ falſam. Ita ẽt aliquod pc̃tm̃ põt eſſe cõtra prudẽtiã, hñs aliquam ſilitudinẽ eius dupl'r. Vno mõ, q͞a ſtudiũ rõnis ordinat̃ ad finẽ, q͞ nõ eſt uerè bonus, ſed apparẽs: & hoc ptinet ad prudẽtiã carnis. Alio mõ, inquãtũ aliq̃s ad finẽ cõſequẽdũ, uel ad bonũ, uel ad malũ, utit̃ nõ ueris viis, ſed ſimulatis & apparẽtibus, & [m] hoc ptinet ad pc̃tm̃ aſtutiæ. Vñ ẽ quoddã pc̃tm̃ prudẽtię oppoſitũ, & à prudẽtia carnis diſtinctũ.[n]

Conclu. m

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ ſicut * Aug. dicit i 4. cõtra Iulianũ. Sicut prudẽtia abuſiuẽ q̃ñq; in malo accipit̃: ita ẽt aſtutia q̃nque in bono, & hoc pp ſilitudinẽ vnius ad alterũ. Propriè tñ aſtutia i malo accipitur, ſicut & * Philoſ. dicit in 6. Ethicor.

* Li.4.c.5. parũ ante medi.t.7.

* cap.11 a medio illius, to.5.

Ad II dicendũ, ꝙ aſtutia põt conſiliari & ad finem bonum, & ad finẽ malũ, nec oportet ad finẽ bonũ falſis viis puenire, & ſimulatis, ſed ueris: vnde aſtutia ẽt ſi ordinetur ad bonum finẽ, eſt pc̃tm̃.

Ad III dicendum, ꝙ Greg. ſub prudẽtia mundi accepit oĩa, quę poſſunt ad falſam prudentiã ptinere: vnde etiam ſub hac comprehendit̃ aſtutia.

Articvlvs IIII.

Vtrum dolum ſit peccatum, ad aſtutiam pertinens.

Porrecta per totum.
306
Inf. q.69. art.2.cor. & q.111. ar.3.ad 2.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ dolus non ſit peccatũ ad aſtutiã pertinens. Peccatum.n. in perfectis uiris non inuenitur, præcipuẽ mortale: inuenitur autẽ in eis aliquis [b] dolus, ſecundum illud 2. ad Corint.12. Cum eſſem aſtutus, dolo uos cępi. ergo dolus non eſt ſemper peccatũ.

¶2 Præt. Dolus maximè ad linguam pertinere videtur, ſecũdum illud Pſ.5. Linguis ſuis doloſè agebant: aſtutia aũt, ſicut & prudẽtia, eſt in ipſo actu rationis. ergo dolus [B] non pertinet ad aſtutiam.

¶3 Præt. Prou.12.dr̃.[h] Dolus in corde cogitantium mala: ſed non oĩs malorũ cogitatio ptinet ad aſtutiã. ergo dolus non uidet̃ ad aſtutiam pertinẽre.

Sed contra eſt, ꝙ aſtutia ad circũueniendum ordinat̃, ẽm illud Apoſto. ad Epheſ.4. In aſtutia ad

circumuentionem erroris, ad quod etiam dolus ordinatur. ergo dolus pertinet ad aſtutiam.

* Ar. pce. RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, ad aſtutiã ptinet aſſumere vias nõ veras: ſed ſimulatas & apparẽtes ad aliquẽ finẽ pſequẽdũ vel bonũ, vel malũ. Aſſumptio aũt harũ viarũ põt dupľr cõſiderari. Vno qdem mõ in ip ſa excogitatione viarum hmõi: & hoc ppriẽ ptinet ad aſtutiã, ſicut ẽt excogitatio rectarũ viarũ ad debitũ finẽ ptinet ad prudentiã. Alio mõ põt cõſiderari taliũ viarũ aſſumptio ſm executionẽ operis: & ſm hoc pertinet ad dolum. & ideò ᵐ dolus importat quandam executionem aſtutiæ: & ſm hoc ad aſtutiam pertinet.ⁿ Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut aſtutia ppriè accipitur in malo, abuſiuè autem in bono: ita etiam & dolus, qui eſt aſtutiæ executio.

AD II dicendũ, ꝙ executio aſtutiæ ad decipiendũ, primò qdẽ & principľr fit p verba, q̃ pcipuũ locũ tenẽt inter ſigna, qbus hõ ſignificat aliquid alteri, ut patet p * Aug. in lib. de doct. Chriſt. Et iõ dolus maximè attribuit̃ locutioni. Cõtingit tñ eſſe dolũ & in factis, ſm illud Pſal. 104. Et dolum facerent in ſeruos eius. Eſt ẽt dolus in corde, ſm illud Eccleſ. 19. Interiora eius plena ſunt dolo: ſed hoc eſt ſecundum ꝙ aliquis dolus excogitat, ſecũdũm illud Pſal. 37. Et dolos tota die meditabatur. * Li. 2. c. 3 circa me diũ to. 3.

AD III dicendum, ꝙ quicunq; cogitat aliquod malũ facere, neceſſe eſt ꝙ excogitẽt aliquas uias ad hoc, ꝙ ſuũ ppoſitũ impleãt, & ut plurimũ excogitat uias doloſas, qbus facilius ppoſitũ conſequant: quis contingat qñque, ꝙ abſque aſtutia, & dolo, aliq apertè, & per uiolentiã malũ operẽt: ſed hoc, quia difficilius fit, in paucioribus accidit.

Porrecta per totum. 307 Supra ar. 4. & locis ibidẽ notatis.

SVPRA QV. LV. ART. V.

IN artic. 5. ſi uerba Hier. notes, Solicitudo inquietudinẽ ſecũ defert, quã Dñs malitiã uocat, & in malã partẽ reſpũ tẽporalium ſonare vr: Author tñ pro claritate ſuperfluitatẽ appoſuit, ita ut nõ ſolicitudo, ſed ſolicitudo ſuperflua damnetur & in idem redit.

ARTICVLVS V.

Vtrum fraus ad aſtutiam pertineat.

AD QVINTVM ſic pcedit. Vr ꝙ fraus ad aſtutiã non ptineat. Non. n. eſt laudabile, ꝙ aliquis ʰ decipi ſe patiat̃, ad quod aſtutia tẽdit: eſt aũt laudabile, ꝙ aliqs patiat̃ fraudem, ſm illud 1. ad Corint. 6. Quare non magis fraudem patimini? ergo fraus non pertinet ad aſtutiã.

¶ 2 Præt. Fraus pertinere vr̃ ad illicitã exceptionẽ, uel receptionẽ exteriorũ rerũ dr̃. n. Act. 5. ꝙ uir quidam nomine Ananias cũ Sapphira uxore ſua uendidit agrum, & fraudauit de ptio agri: ſed illicitè vſurpare, uel retinere res exteriores, ptinet ad iniuſtitiã, uel illiberalitatẽ. ergo fraus nõ ptinet ad ʰ aſtutiã, q̃ opponit̃ prudentiæ.

¶ 3 Præt. Nullus aſtutia ʰ utitur cõtra ſeipſum: ſed aliquorũ fraudes ſunt cõtra ſeipſos. dr̃. n. Prouer. 1. de quibuſdam, quòd moliuntur fraudes cõtra animas ſuas. ergo fraus non pertinet ad aſtutiam.

SED CONTRA. Fraus ad deceptionem ordinat̃, ſecundũm illud Iob. 13. Nunquid decipietur, ut homo ueſtris fraudulentiis? ad idem etiam ordinatur aſtutia. ergo fraus ad aſtutiam pertinet.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut dolus conſiſtit in executione aſtutiæ, ita etiam & fraus: ſed in hoc F differre uidentur, ꝙ dolus pertinet uniuerſaliter ad executionem aſtutiæ ſiuè fiat per uerba, ſiuè p facta. ᵐ Fraus aũt magis propriè pertinet ad executionem aſtutiæ, ſecundum quod fit per facta.ⁿ Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Apoſtolus nõ inducit fideles ad hoc, ꝙ decipiantur in cognoſcendo, ſed ad hoc ꝙ defectum deceptionis patienter tolerent in ſuſtinendis iniuriis fraudulẽter illatis.

AD II dicendũ, ꝙ executio aſtutiæ põt fieri p aliquod aliud uitium, ſicut & executio prudentiæ fit per uirtutes. Et hoc mõ nihil phibet defraudationem pertinere ad auaritiã, uel ad illiberalitatẽ.

G AD III dicendum, ꝙ illi q fraudes faciũt ex eorũ intẽtione nõ moliunt̃ aliqd cõtra ſeipſos, vel cõtra animas ſuas: ſed ex iuſto Dei iudicio prouenit, ut id qđ cõtra alios moliunt̃, cõtra eos retorqueat̃, ſm illud Pſ. 7. Incidit in foueã, quam fecit.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ licitũ ſit ſolicitudinem habere de temporalibus rebus.

Ferr. 3. cont. c. 135.

Porrecta per totum. 308 Initia qõ. 118. ar. 7. cor. Et 3. contra c. 135. n. Et quol. 7. ar. 17. ad 7. Et Phi. 1. p. 4.

AD SEXTVM ſic pcedit. Vr ꝙ licitũ ſit ſolicitudinẽ hr̃e de tpalibus rebus. Ad pſidẽtẽ. n. ptinet ʰ ſolicitũ eſſe de his, qbus pẽſt, ſm illud Rom. 12. Qui pẽſt in ſolicitudine: ſed hõ pẽſt ex diuina H ordinatione tpalibus rebus, ſm illud Pſ. 8. Oia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues &c. ergo hõ dẽt hr̃e ſolicitudinem de tẽporalibus rebus.

¶ 2 Præt. Vnuſquiſq; ſolicitus eſt de fine, pp quem operat̃: ſed licitum eſt hominẽ operari pp tẽporalia, quibus uitam ſuſtentet. unde Apoſt. dicit 2. ad Theſſ. 3. Si quis non vult operari, non mãducet. ergo licitum eſt ʰ ſolicitari de rebus tẽporalibus.

¶ 3 Præt. ʰ Solicitudo de operib⁹ miſericordiæ laudabilis eſt, ſm illud 2. ad Timot. 1. Cum Romã ueniſſet, ſolicitè me quæſiuit: ſed ſolicitudo tempo I ralium rerum qñque pertinet ad opera miſericordiæ, puta, cum quis ſolicitudinẽ adhibet ad procurandum negotia pupillorum, & pauperum. ergo ſolicitudo temporalium rerum non eſt illicita.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dñs dicit Mat. 6. Nolite ſoliciti eſſe, dicẽtes, Quid mãducabim⁹, aut qd bibem⁹, aut quo opiemur, q̃ tñ ſũt maximè neceſſaria.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſolicitudo importat ſtudiũ quoddã adhibitũ ad aliqd cõſequẽdũ. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ maius ſtudiũ adhibet̃, ubi eſt timor deficiẽdi: & iõ ubi eſt ſecuritas cõſequẽdi, minor interuenit ſolicitudo. Sic ergo ᵐ ſolicitudo tpalium rerum tripľr põt eſſe illicita:ⁿ Vno quidẽ modo, ex K parte eius de quo ſolicitamur, ſi. ſ. tpalia tanq̃ finẽ q̃ramus. Vnde & * Aug. dicit in lib. de operib. monachorũ. Cum Dñs dicit, Nolite ſoliciti eſſe &c. hoc dicit, ut non iſta intueant̃, & pp iſta faciat qcquid in Euangelij pdicatione facere iubent̃. Alio mõ, põt eſſe tpalium ſolicitudo illicita pp ſuperfluum ſtudium, qđ apponitur ad tpalia procuranda. propter quod hõ a ſpiritualibus, quibus principalius inſeruire debet, retrahitur: & ideo dicitur Mat. 13 ꝙ ſolicitudo ſęculi ſuffocat uerbum. Tertio modo, ex parte timoris ſuperflui, qñ ſcilicet aliquis timet ne faciendo qđ debet, neceſſaria ſibi deficiant: qđ Dominus dupliciter excludit. Primo Conclu. m * Cap. 24. paulo a prin. to. 3

mo pp maiora beneficia homini præſtita diuinitus pter ſuam ſolicitudinem.ſ.corpus,& animam. Secundo, pp ſubuentionē,qua Deus aïalibus, & plantis ſubuenit abſq; opere humano, ſm proportionē ſuæ naturæ. Tertio, ex diuina prouidentia, pp cuius ignorantiā Gentiles circa tēporalia bona q̄renda principalius ſolicitantur: & ideò cōcludit, q principaliter noſtra ſolicitudo eē dēt de ſpiritualibus bonis, ſperātes q ēt temporalia nobis ꝓueniāt ad neceſſitatē, ſi fecerimus qđ debemus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q tēporalia bona ſubiecta ſunt homini, vt eis vtat̃ ad neceſſitatē, nō vt i eis finē cōſtituat, & ſupfluè circa ea ſolicitet̃.

AD II dicēdū, q ſolicitudo eius, qui corporali labore panē acquirit, nō eſt ſuperflua, ſi ſit moderata: & iō* Hier. dicit q labor exercendus eſt, ſolicitudo tollenda, ſuperflua.ſ.animum inquietans.

*Super illud Matt. 6. Nolite ſoliciti eſſe, tom. 9.

AD III dicendū, q ſolicitudo temporalium in operibus miſericordiæ ordinatur ad finem charitatis: & ideò non eſt illicita, niſi ſit ſuperflua.

SVPER QV. LV. ARTIC. VII.

Porrecta per totum.

309 Infr. 188. ar. 7. ad 2. Et 3. contra. c. 135. fin.

IN 7. vero art. ex reſponſione ad ſcđm habes ſenſum tituli, pro quo ſupponit ly futurorū.ſ.pro tēporalibus: quia in tēporalibus tm̄ habēt ex proprio genere locū præteritū, & futurū. Spirituale nāque ex ſuo genere ſupra tēpus eſt. Itaq; ſenſus eſt, an aliquis debeat eſſe ſolicitus futurorū tēporaliū. Et hoc oportuit ſpecialiter inquiri poſt pcedentē articulū de ſolicitudine tēporaliū abſolutè, quia habet proprias difficultates, vt patet in litera.

ARTICVLVS VII.

Vtrum quis debeat eſſe ſolicitus futurorum.

AD SEPTIMVM ſic pcedit. Vr q aliqs dēat ſolicitus eſſe futurorū. Dr̃.n. Prou. 6. Vade ad formicā ò piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapiētiā, q̄ cū nō hēat ducē, nec preceptorē, parat in æſtate cibū ſibi, & cōgregat in meſſe qđ comedat: ſed hoc eſt in futurū ſolicitari. ergo laudabilis eſt ſolicitudo futurorum.

¶2 Præt. Solicitudo ad prudētiā ptinet: ſed prudētia pcipuè eſt futurorū. pcipua.n. pars ei⁹ eſt prouidētia futurorū, vt ſupra* dictū eſt. ergo virtuoſum eſt ſolicitari de futuris.

*q. 49 artic. 6.

¶3 Præt. Quicūq; reponit aliqd in poſterum conſeruandum, ſolicitus eſt in futurum: ſed ipſe Chrs legitur Io. 12. loculos habuiſſe ad aliquid conſeruandum, quos Iudas deferebat. Apoſtoli ēt cōſeruabant pretia pdiorū, q̄ ante pedes eorū ponebātur, vt legit̃ Act. 4. ergo licitū eſt i futurū ſolicitari.

SED CONTRA eſt, quod Dominus dicit Matth. 6. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. Cras autem ibi ponitur pro futuro, ſicut dicit* Hieronymus.

*In fine cōmentarij cap. 6. Matth. 9.

RESP. Dicēdū, q nullū op⁹ pōt eſſe virtuoſum, niſi debitis circunſtātijs veſtiat̃, inter quas vna eſt debitū tēpus, ſm illud Ecc. 8. Omni negotio tempus eſt opportunitas: qđ nō ſolū in exterioribus operibus, ſed ēt in interiori ſolicitudine locum hēt. Vnicuiq;.n. tēpori cōpetit ppria ſolicitudo, ſicut tēpori æſtatis cōpetit ſolicitudo metendi: ipſi autūno aūt cōpetit ſolicitudo vindemiæ. Si qs ergo tēpore æſtatis de vindemia iā eſſet ſolicitus, ſupfluè pocuparet futuri tēporis ſolicitudinē, vñ hmōi ſolicitudinē tamq̄ ſupfluā Dñs phibet, dicēs. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. Vñ ſubdit: Craſtinus.n. dies ſolicitus erit ſibiipſi, i. ſuā ppriam ſolicitudinem habebit, quæ ſufficiet ad animum affligendum. & hoc eſt, quod ſubdit: Sufficit diei malitia ſua, ideſt, afflictio ſolicitudinis.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, q formica hēt ſolicitudinē cōgruā tēpori: & hoc nobis imitādū pponit̃.

AD II dicēdū, q ad prudētiā ptinet prouidētia debita futurorū. Eſſet aūt inordinata futurorū puidētia, uel ſolicitudo, ſi quis tēporalia, in quibus dr̃ præteritum, & futurum, tamq̄ fines, quæreret, uel ſi ſuperflua quæreret vltra præſentis uitæ neceſſitatē, uel ſi tēpus ſolicitudinis præoccuparet.

AD III dicēdū, q ſicut* Aug. dicit in lib. de ſer. Domi. in mon. Cū viderimus aliquem ſeruum Dei puidere, ne iſta neceſſaria ſibi deſint, nō iudicem* eū de craſtino ſolicitum eſſe: nam & ipſe Dñs pp exēplū loculos habere dignatus eſt, & in Actibus Apoſtolorum ſcriptū eſt, ea q̄ ad victum ſunt neceſſaria, procurata eſſe in futurū pp imminentem famē. nō ergo Dñs improbat, ſi quis humano more iſta procuret, ſed ſi qs pp iſta non militet Deo.

*Li. 2. ar. 16. i prin. tom. 4.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hmōi uitia orianẽ ex auaritia.

AD OCTAVVM ſic pcedit. Vr q hmōi vitia nō oriant̃ ex auaritia. Quia ſicut* dictū eſt, p luxuriā maximè rō patit̃ defectū in ſua rectitudine: ſed hmōi vitia opponuntur rōni rectæ, ſ. prudētiæ ergo hmōi uitia maximè ex luxuria oriunt̃, præſertim cūt Philoſophus dicat in 7. Eth. Quòd Venus eſt doloſa, & ei⁹ corriga ē uaria, & q ex inſidijs agit ī cōtinēs cōcupiſcētię.

*q. 53. artic. 6.

¶2 Præt. Prędicta uitia habent quandam ſimilitudinem prudētiæ, vt† dictū eſt: ſed ad prudentiam, cū ſit in ratione, maiorē propinquitatē habere uidētur uitia magis ſpiritualia, ut ſuperbia, & inanis gloria. ergo huiuſmodi uitia magis uident̃ ex ſuperbia oriri, q̄ ex auaritiā.

†li. 7. Eth. ca. 6. circa medium. lect. 6.

†q. 47. ar. 13. & i diuiſione q. 53. & 55.

¶3 Pręt. Hō inſidijs utit̃ nō ſolū in diripiēdis bonis alienis, ſed ēt in machinando aliorum cædes quorum primum pertinet ad auaritiam, ſecundum ad iram: ſed inſidijs uti pertinet ad aſtutiam, dolum, & fraudē. ergo prædicta uitia non ſolum oriuntur ex auaritia, ſed etiam ex ira.

SVPER QV. LV. ART. VIII.

Ferr. 3. cont. c. 135.

Porrecta per totum.

310 Inf. q. 118 art. 7. & 8. Et 2. 1. 42. q. 2. & 3. Et Mal. q. 13. ar. 3.

IN vltimo aūt art. aduerte, q quēadmodū in uirtute tēperantiæ maximè relucet refrænatio concupiſcentiæ, & in fortitudine firmitas animi: ita in iuſtitia rectitudo rationis, dū æqualitas ſeruat̃, & ius ſuū cuiq; tribuitur. Et ppea proportionaliter in contrarijs vitijs earūdē operationū deformitates relucēt, ſ. cōcupiſcētię immoderatio, animi uilitas rōnis peruerſitas. Et propterea vitia iſta q̄ rōne quidē vtūtur, ſed malè, ex cōtrarijs iuſtitiæ præcipuè oriri docet author. Et hęc ſufficiant pro hac, & pro toto ſequēti, 56. ſcilicet quæſtione, ac per hoc pro tota tractatu prudentiæ.

SED CONTRA eſt, quod* Gregor. 31. Moral. ponit fraudem filiam auaritię.

*Lib. 31. Moral. c. 31. a medio.

RESPON. Dicēdū, q ſicut* dictū eſt, prudentia carnis, & aſtutia cū dolo & fraude, quādā ſimilitudinē habēt cū prudētia i aliquali uſu rōnis. Pręcipuè aūt iter alias uirtutes morales uſus rōnis rectę apparet in iuſtitia, q̄ eſt in appetitu rōnali: & iō uſus rōnis indebitus ēt maximè apparet in uitijs oppoſitis iuſtitię. Opponit̃ aūt ſibi maximè auaritia: & iō pdicta uitia maximè ex auaritia oriūt̃.

*Ar. 3. huius q. & q. 47. ar. 13.

Conclu. m D. 438.

AD PRIMVM ergo dicendū, q luxuria propter uehementiā delectationis, & cōcupiſcētiæ, tota-

liter opprimit rõnem, ne prodeat in actũ. In prędictis aũt vitijs aliquis vſus rationis eſt, licèt inordinatus: vñ prædicta uitia nõ oriuntur directè ex luxuria. Quòd aũt* Philoſophus Venerem doloſam appellat, hoc dr̃ ſecundum quãdam ſimilitudinẽ, inquantũ. ſ. hominem ſubito ſurripit, ſicut & in dolis agitur: non tamen per aſtutias, ſed magis ꝑ violentiam concupiſcentiæ, & delectationis. Vnde & ſubdit, ꝙ Venus furatur intellectũ multũ ſapiẽtis.

*Io.o ci-
tat.o l aig.

Ad II dicendũ, ꝙ ex inſidijs agere, ad quãdã puſillanimitatẽ ꝑtinere vr̃. Magnanimus. n. in oĩbus vult manifeſtus eſſe, vt* Phil. dicit in 4. Eth. & ideò qa ſuperbia quandã ſimilitudinẽ magnanimitatis G hẽt, vel fingit, inde eſt, ꝙ non directe ex ſuperbia hmõi vitia oriunt̃, q̃ vtuntur fraude, & dolo. Magis aũt hoc pertinet ad auaritiam, quæ propriam vtilitatem quærit, paruipendens excellentiam.

*li. 4. Eth.
ca. 3. to. 5.

Ad III dicẽdũ, ꝙ ira habet ſubitum motũ. Vnde præcipitanter agit, & abſq; conſilio, quo vtuntur ꝑdicta vitia, licèt inordinatè. Quòd aũt aliqui inſidijs vtant̃ ad cædes aliorum, non prouenit ex ira, ſed magis ex odio: qa iracũdus appetit eſſe manifeſtus in nocendo, vt dicit* Philoſ. in 2. Rhetor.

*li. 2. c. 2. declinando ad fi. tom. 6.

QVAESTIO LVI.

De præceptis pertinentibus ad prudentiam, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de præceptis pertinentibus ad prudentiam.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, De ꝓceptis pertinẽtibus ad prudentiam.
¶ Secũdò, De ꝓceptis ꝑtinẽtibꝰ ad vitia oppoſita.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi.

Porrecta per totum.
311

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ de prudẽtia fuerit dãdũ aliqđ ꝓceptũ inter ꝓcepta decalogi. De principaliori. n. virtute principaliora ꝓcepta dari debent: ſed principaliora ꝓcepta legis ſunt ꝓcepta decalogi. cũ ergo prudẽtia ſit principalior inter virtutes morales, vr̃ ꝙ de prudentia fuerit dandum aliquod præceptũ inter præcepta decalogi.

¶ 2 Præt. In doctrina euãgelica continetur lex, maximè quãtũ ad præcepta decalogi: ſed in doctrina euangelica datur præceptũ de prudentia, vt Mat. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. ergo inter ꝓcepta decalogi debuit præcipi actus prudentiæ.

¶ 3 Præt. alia docũmẽta veteris teſtamenti ad ꝓcepta decalogi ordinant̃. vnde & Malach. vlt. dr̃ Memẽtote legis Moyſi ſerui mei, quam mãdaui ei in K Horeb: ſed in alijs docũmẽtis ueteris teſtamẽti dãtur ꝓcepta de prudẽtia, ſicut Prou. 3. Ne innitaris prudẽtiæ tuæ. & infra 4. c. Palpebræ tuæ ꝓcedant greſſus tuos. ergo & in lege debuit aliqđ ꝓceptũ de prudẽtia dari, & ꝓcipuè inter ꝓcepta decalogi.

Sed contrarium patet enumeranti præcepta decalogi.

* 1. 2. q. 100. ar. 1.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra* dictũ eſt, cum de præceptis ageretur, ꝓcepta decalogi ſicut data ſunt omni populo, ita ẽt cadũt in æſtimatione omnium, quaſi ad naturalem rationem pertinentia. Præcipuè autem ſunt de dictamine rationis naturalis fines humanæ vitæ, qui ſe habent in agendis ſicut principia naturaliter cognita in ſpeculatiuis, vt ex ſupra* dictis patet. Prudentia autem non eſt circa finem, ſed circa ea quæ ſunt ad finẽ, ut ſupra* dictũ eſt: & ideò nõ fuit conueniens, vt inter præcepta decalogi aliquod ꝓceptum poneret̃, ad prudentiam pertinens directè, ad quam tamẽ omnia præcepta decalogi pertinent, ſecundum quòd ipſa eſt directiua omnium virtuoſorum actuum.

*q. 47. artic. 6.
*q. 47. artic. 6.
Conclu.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ licèt prudentia ſit ſimpliciter principalior omnibus alijs uirtutibus moralibus, iuſtitia tamẽ principalius reſpicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum, vt ſupra* dictum eſt: & ideò principalia præcepta legis, quæ ſunt præcepta decalogi, magis debuerunt ad iuſtitiam, quàm ad prudentiam pertinere.

* q. 44. ar. 1. & 1. 2. q. 60. a. 3.

Ad II dicẽdũ, ꝙ doctrina euangelica eſt doctrina perfectionis: & ideò oportuit, quòd in ipſa ꝑfectè inſtrueretur hõ de omnibus, quæ pertinẽt ad rectitudinem uitæ ſiuè ſint fines, ſiue ſint ea, q̃ ſunt ad finem. Et propter hoc oportuit in doctrina euangelica etiam de prudentia præcepta dari.

Ad III dicendũ, ꝙ ſicut alia doctrina ueteris teſtamẽti ordinat̃ ad præcepta decalogi, ut ad finẽ: H ita ẽt conueniens fuit, ut in ſubſequentibus documẽtis ueteris teſtamẽti, homines inſtruerentur de actu prudentiæ, qui eſt circa ea, quæ ſunt ad finẽ.

ARTICVLVS II.

Vtrum in veteri lege fuerint conuenienter præcepta prohibitiua propoſita de uitijs oppoſitis prudentiæ.

Porrecta per totum.
312

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ in ueteri lege fuerint incõuenienter ꝓcepta ꝓhibitiua ꝓpoſita de uitijs oppoſitis prudẽtię. Opponuntur. n. prudentię nõ minus illa, q̃ habent directã oppoſitionẽ ad ipſam, ſicut ĩprudẽtia, & partes eius, q̃ illa, q̃ cum ipſa ſimilitudinem habent, I ſicut aſtutia, & q̃ ad ipſam pertinent: ſed hęc uitia prohibentur in lege. dicitur enim Leuit. 19. Nõ facias calumniã proximo tuo. & Deut. 25. Nõ habebis i ſacculo tuo diuerſa põdera, minus, & maius. ergo & de illis uitijs, q̃ directè opponuntur prudẽtię, aliqua pręcepta prohibitiua dari debuerunt.

¶ 2 Pręt. In multis alijs rebus poteſt fieri fraus, q̃ in emptione, & uẽditione. icõueniẽter ergo fraudẽ in ſola emptione, & uẽditione lex prohibuit.

¶ 3 Pręt. Eadem rõ eſt pręcipiendi actum uirtutis, & prohibendi actum uitij oppoſiti: ſed actus prudentię non inueniũtur in lege pręcepti. ergo nec K aliqua oppoſita uitia debuerũt in lege prohiberi.

Sed contrarium patet per pręcepta legis inductiua.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra* dictũ eſt, iuſtitia maximè reſpicit rõnẽ debiti, qđ requiritur ad ꝓceptũ: qa iuſtitia eſt ad reddẽdũ debitũ alteri, ut infra* dicet̃. Aſtutia aũt quãtũ ad executionẽ maximè cõmittit̃ in his, circa q̃ eſt iuſtitia, vt* dictũ eſt: & iõ cõueniẽs fuit, vt ꝓcepta prohibitiua darent̃ in lege de executione aſtutię, & inquãtũ ad iniuſtitia pertinet: ſicut cum dolo, & fraude aliqs alicui calumniam ingerit, uel eius bona ſurripit.

* 1. 2. q. 60. art. 3. ad 1.
*q. 58. artic. 1.
*q. 55. artic. 5.
Conclu.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa uitia

quæ

quæ directè opponunt prudentiæ manifeſta con A trarietate, non ita pertinēt ad iniuſtitiā, ſicut executio aſtutiæ. Et ideò non ita prohibent in lege, ſicut fraus, & dolus, quæ ad iniuſtitiā pertinent.

Ad II dicendū, ꝙ omnis fraus, vel dolus cōmiſſa in his, quæ ad iniuſtitiam pertinent, poteſt intelligi eſſe prohibita, Leuit. 19. in prohibitione calūniæ. Præcipuè aūt ſolet fraus exerceri, & dolus in emptione, & venditione, ſm illud Eccl. 26. Nō iuſtificabitur caupo a peccato labiorū. Propter hoc ſpecialiter præceptum prohibitiuū datur in lege de fraude, circa emptiones & vēditiones cōmiſſa.

Ad III dicēdū, ꝙ omnia præcepta de actib. iu B ſtitiæ i lege data, ꝑtinēt ad executionē prudētiæ: ſicut & ꝓcepta ꝓhibitiua data đ furto, calūnia, & fraudulētia vēdōne ꝑtinēt ad executionē aſtutię.

QVAESTIO LVII.

De iure, in quatuor articulos diuiſa.

CONSEQVENTER poſt prudentiā cōſiderandum eſt de iuſtitia.

¶ Circa quam quadruplex conſideratio occurrit. Prima eſt, de iuſtitia: ſecūda de par C tibus eiꝰ: tertia, de dono ad hoc pertinente: quarta, de præceptis ad iuſtitiam pertinentibus.

¶ Circa iuſtitiā verò conſiderāda ſunt quatuor. Primò quidē, đ iure: ſcđò, de ipſa iuſtitia: tertiò, đ īiuſtitia: quartò đ iudicio

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ius ſit obiectū iuſtitiæ.

¶ Secundò, Vtrū ius conuenien D ter diuidatur in ius naturale, & poſitiuum.

¶ Tertiò, Vtrum ius gētium ſit idem quod ius naturale.

¶ Quartò, Vtrum ius dominatiuum, & paternum debeat ſpecialiter diſtingui.

ARTICVLVS I.

Vtrum ius ſit obiectum iuſtitiæ

AD PRIMVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ ius nō ſit obiectū iuſtitiæ. Dicit. n.* Celſus Iuriſcōſul E tus, ꝙ ius eſt ars boni, & æq: ars aūt non eſt obiectū iuſtitię, ſed eſt ꝑ ſe uirtus intellectualis. ergo ius nō ē obiectū iuſtitiæ.

¶ 2 Præt. Lex, ſicut† Iſidorus dicit in lib. Etymol. iuris eſt ſpēs lex aūt non eſt obiectum iuſtitiæ, ſed magis prudentiæ. unde & † Philoſoph. legiſpoſitiuam, partem prudentiæ ponit. ergo ius non eſt obiectum iuſtitiæ.

¶ 3 Præt. Iuſtitia principalr ſubijcit hominem Deo. Dicit. n.* Aug. in lib. de moribus Eccl'iæ, ꝙ iuſtitia eſt amor tm̄ Deo ſeruiens, & ob hoc bn̄ imperās cæteris, q̄ homini ſubiecta ſunt: ſed ius nō ꝑtinet ad diuina, ſed ſolū ad humana. dicit. n.* Iſido. in lib. Etymol. ꝙ fas lex diuina eſt, ius autem lex humana. ergo ius non eſt obiectū iuſtitiæ.

SED CONTRA eſt, qđ * Iſidorus dicit in eodem, ꝙ ius dictū eſt, quia eſt iuſtum: ſed iuſtū eſt obiectū iuſtitiæ. Dicit. n. † Philoſoph. in 5. Ethi. ꝙ omnes talem habitum volunt dicere iuſtitiā a quo operatiui iuſtorum ſunt. ergo ius eſt obiectum iuſtitiæ.

RESPON. dicēdum, ꝙ iuſtitiæ ꝓprium eſt inter alias virtutes, ut ordinet hominem in his, quę ſunt ad alterum. Importat. n. æqualitatem quandā, ut ipſum nomen demonſtrat. Dūr. n. vulgariter ea quæ adæquantur, iuſtari: ęqualitas aūt ad alterum eſt. Aliæ aūt uirtutes perficiūt hominem ſolum in his, q̄ ei cōueniunt ſm ſeipſum. Sic ergo illud, qđ eſt rectū in operib. aliarum uirtutū, ad quod tēdit intētio uirtutis quaſi in ꝓpriū obiectū, nō accipitur niſi ꝑ cōparationē ad agentem. Rectū verò, qđ eſt in operæ iuſtitię, ēt præter comparationē ad agētem, conſtituitur ꝑ cōparationē ad aliud. Illud. n. in opere nr̄o dr̄ eſſe iuſtum, qđ r̄ndet ſm aliquam æqualitatem alteri, puta, recōpenſatio mercedis debitæ pro ſeruitio impenſo. Sic ergo iuſtū dr̄ aliquid, quaſi habens rectitudinem iuſtitiæ, ad quod terminatur actio iuſtitiæ, etiam non conſiderato qualiter ab agente fiat: ſed in alijs uirtutibus nō determinatur aliquid rectum, niſi ſm quòd aliqualiter fit ab agente. Et pp hoc ſpecialiter iuſtitiæ præ alijs uirtutibus, determinatur ſecundùm ſe obiectum, quod uocatur iuſtū: & hoc quidē eſt ius. Vn̄ manifeſtum eſt ꝙ ius eſt obiectum iuſtitiæ.* *Conclu.*

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ conſuetum eſt, ꝙ nomina a ſui prima impoſitione retorqueant ad alia ſignificanda. Sicut nomē medicinæ impoſitū eſt primo ad ſignificandum remedium, quod pręſtat īfirmo ad ſanādū, đinde tractū eſt ad ſignificādā artē, qua hoc fit: ita ēt hoc nomē ius, primo impoſitū eſt ad ſignificādū ipſam rē iuſtā: poſtmodū

SVPER QV. LVII.

IN hac q. 57. incipit quinta pars huius libri, tractās de uirtute iuſtitiæ, & extēditur vſque ad queſtionem 122. incluſiuè.

SVPER QV. LVII. ARTIC. I.

IN artic. 1. q. 57. dubium occurrit circa differētiam inter rectum ſecundū iuſtitiam, & alias virtutes, quia vr̄ vndiq; falſa. Nam aut intelligitur de ipſis operibꝰ, ut ſunt à virtutibus, aut abſolutè. Si vt ſunt à virtutibus, cōſtat quòd commune ē omni operi virtuoſo, inquantū huiuſmodi, eſſe ab operante ſic, ut deſcribitur ſecundo Ethic. ſ. ſciente, & ex electione, & propter finem ad virtutem, & immobiliter. Et in hoc nō eſt differentia inter rectū ſecundum iuſtitiam, & aliàs virtutes. Si verò abſolutè, conſtat & ꝙ temperatū, & forte opus fieri poteſt, & tamen male ab agēte, vt patet de exercente hæc propter hypocriſim, uel aliud malum. In his. n. eſt rectū opus ſecundum temperātiæ rationem, nō cōſiderato qualiter ab agente fiat. Et rurſus, rectum ſecundum iuſtitiam non determinatur in ordine ad alterum, nō conſiderato qualiter ab agente fiat, quoniam oportet cōſiderare potentiā agētis. Nam non eſt iuſtum creditori ſoluere impotentem. Et ſimiliter oportet circūſtātias alias ex parte agētis conſiderare ad iuſti rōnē: non enim tenetur occupatus maioribus, & inuentus in tali loco &c. debitū ſoluere, ut patet.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ dubiū ex minore intellectu literæ ꝓcedit. Differētia ſiquidē prima inter rectum ſecūdū iuſtitiā, & alias morales uirtutes, eſt quòd opus rectū ſecundū alias uirtutes conſtituitur in eſſe recti cōmēſuratione ad operantē. Rectum uerò opus ſecundū iuſtitiā cōſtituitur in eſſē recti cōmenſuratione ad alterū: ita ꝙ inter opera ipſa nō vt ſunt à uirtutibus, ſed abſolute, eſt diſtinctio hęc, ꝙ nullum opus dicitur temperatū, niſi quia eſt commēſuratum operanti: & ſimiliter, nullum opus dicitur iuſtū autē verè dicitur, ſi eſt cōmenſuratū alteri.

¶ Ad id aūt, ꝙ obijcitur, de opere temperato hypocritæ, & ſimilium dr̄, ꝙ opus talium pro tanto eſt temperatū, ꝓ quanto eſt commenſuratū operanti, licet mala intētione. Non. n. ſpectat ad huiuſmodi cōmenſurationes ordinatio taliū operum ad bonum, uel malum finem, ſed quis ſit terminus, ad quem referuntur. ſ. operans, vel alter.

¶ Ad id vero quod ex parte iuſti obiicit, r̄ndetur, ꝙ aliud eſt loqui de iuſto abſolutè, aliud eſt loq de executione, ſeu exhibitione iuſti. Nos loquimur đ ipſo iuſto abſolutè, quo. ſ. conſtituitur in eſſe iuſti, & dicimus de cōmēſuratione ad alterū: obiectiones uerò loquunt de executiōe iuſti. Creditori nāq; centū aureorū iuſtū eſt abſolutè, ut reddantur centum aurei. An autē hic debitor factus impotēs tenea-

Porrella per totum. 313

* Infra q. 60. art. 1. cor.

* In digeſto ueteri li. 1. tit. 1. in princi.

† Lib. 5. Etymo. c. 3 princ.

† Libr. 6. Eth. ca. 6. tom. 5.

* Ca. 5. circa mediū tom. 1.

* Li. 5. c. 4

* Li. 5. c. 5. in princi.

† Li. 5. c. 1. in princi. tom. 5.

teneatur ad executionem numus iuſti, & ſimiliter, an in tali tempore, loco, vel caſu, debeat fieri exhibitio, alia quæſtio eſt.

¶ Ex hac aūt eſſentiali dñia inter op⁹ rectū ſecūdū iuſtitiam, & alias uirtutes, ſequūtur duæ aliæ. Prima eſt, ꝙ in opere iuſto n̄ cōſideraꝛ qualiter fit ab agēte: in opere verò tēperato hoc attēditur. Nō.n. in reddēte cētū aureos creditori, uariaꝛ ipſum iuſtum, q̄a reddit ex odio, uel inuidia, aut inani gloria. Sat.n.ē ꝙ reddit, qđ dēt: ſed in tēperato opere, puta, ſobrietate attēdiꝛ, an ex auaritia, an ex timore uidendū &c. faciat. Et rō eſt, quia ex parte eiuſdem termini, quē reſpicit cōmenſuratio tēperati operis, oīa iſta ſe tenēt, ſ. ex parte operātis: in opere uerò iuſti nō tenēt ſe iſta ex parte alteri⁹, ad quē dr iuſtum, ſed ex parte operātis. Secunda eſt, ꝙ doctores pp eādē rōnē non dederūt alijs uirtutibus obiectū ſecūdū ſe, ſed ſolū iuſtitiæ. Et oēs hæ differentię tangūtur in litera. Nā prima, q̄ eſt radix oīum exprimiꝛ, dicēdo, Rectū in operibus aliarū uirtutum, nō accipitur, niſi per cōparationē ad agentē: rectū uerò qđ eſt in opere iuſtitiæ, conſtituitur ꝑ cōparationē ad aliud. Secunda aūt ſubiungitur ibi, Sic ergo iuſtum &c. ēt non cōſiderato qualiter ab agente fiat, ſed in alijs uirtutibus &c. Tertia vero, cū ſubditur. Et pp hoc ſpāliter &c.

* Libr. 5. Etymol. c. 3. parū a prin.

Porrecta per totum.

314 Int. q. 60. ar. 5. cor. Et 1. 2. q. 95. arti. 4. cor. Et 5. Eth. le. 12 fin. 1.

SVPER QV. LVII. ART. II.

In art. 2. in ſolutione ad primum, nota tria. Primo, ſenſum illius maximæ, Naturale eſt immutabile: ſecundo, rōnē quare qnq; depoſitū nō eſt reddēdū: tertio, ꝙ variatio⁹ iſte in iſto in rō iuſtum in reddito depoſito, & ſimilium aſſignaꝛ ex parte alterius, ad quem dr iuſtum. Ex mutat. enī naq; ipſius, mutatio fit in actu reddendi. Et hoc ſō uit ſpeculatiue ſpāliter notare debes, ut in occurrē-

autem eſt deriuatū ad artē, qua F cognoſcitur quid ſit iuſtū. Et ulterius ad ſignificādū locum, in quo ius reddiꝛ, ſicut dr̄ aliqs cō parere in iure. Et ulterius dr̄ ēt ius, quod redditur ab eo, ad cuius officium pertinet iuſtitiam facere, licèt etiam id quod decernit, ſi iniquum.

Ad II dicendū, ꝙ ſicut eorū q̄ ꝑ artē exterius fiunt, q̄dam rō in mente artificis p̄exiſtit, q̄ dr̄ regula artis: ita ēt illius operis iuſti, qđ rō determinat, q̄dā rō præexiſtit in mente, quaſi quædam prudentiæ regula: & hoc ſi in ſcriptum redigaꝛ, uocaꝛ lex. Eſt.n. lex ſm * Iſid. conſtitutio ſcripta: & ideò lex non eſt ipſum ius, propriè loquendo, ſed aliqualis ratio iuris.

Ad III dicendum, ꝙ quia iuſtitia ęqualitatē importat, Deo aūt non poſſumus æquiualens recōpenſare, inde eſt, ꝙ iuſtū H ſm perfectam rōnem non poſſumus reddere Deo: & pp hoc non dr̄ propriè ius lex diuina, ſed fas, quia uidelicet ſufficit Deo, ut implemus qđ poſſum⁹. Iuſtitia tñ ad hoc tendit, ut hō, quantum pōt, Deo recōpenſet totaliter animam ei ſubijciens.

ARTICVLVS II.

Vtrum ius conueniens. v diuidatur in ius naturale, & ius poſitiuum.

Ad secundum ſic procedit. I Vr̄ ꝙ ius non conueniēter diuidatur in ius naturale, & ius poſitiuū. Illud.n. quod eſt[h] naturale, eſt immutabile, & idē eſt apud oēs. non aūt inuenitur in rebus humanis aliquid tale: q̄a oēs regulæ iuris humani, in aliquibus caſibus deficiūt, nec habent ſuam uirtutem ubique. ergo nō eſt aliquod ius naturale. ¶ 2 Præt. Illud dr̄ eſſe poſitiuū,[h] quod ex uoluntate humana ꝓcedit: ſed non iō aliquid eſt iuſtum, quia à uolūtate humanā ꝓcedit, alioquin uoluntas hoīs iniuſta eſſe non poſſet. ergo cū iuſtū ſit idem quod ius, uidetur quòd nullum ſit ius poſitiuum. ¶ 3 Præt. Ius diuinū non eſt ius naturale, cū excedat naturā humanam: ſiṁr ēt non eſt ius poſitiuum, quia nō innititur authoritati humanæ, ſed authoritati diuinę. ergo[h] incōueniēter diui- K

dit ius ꝑ naturale, & poſitiuū.

Sed contra eſt, ꝙ * Philoſ. dicit in 5. Eth. quòd politici iuſti hoc quidē naturale eſt, hoc autem legale, i. lege poſitum.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut *dictum eſt, ius, ſiuè iuſtum eſt aliqđ opus adæquatū alteri ſecundū aliquem æqualitatis modum.[m] Dupliciter autem poteſt alicui homini eſſe aliquid adęquatū.[a] Vno quidem mō, ex ipſa natura rei, puta, cū aliqs tm̄ dat, ut tantundē recipiat: G & hoc uocatur ius naturale. Alio mō, aliquid eſt adæquatum, uel commenſuratum alteri ex condicto, ſiue ex cōi placito, quādo. ſ. aliquis reputat ſe contentum, ſi tm̄ accipiat: quod quidem poteſt fieri dupliciter. Vno modo, per aliquod priuatū condictū, ſicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas perſonas. Alio mō ex condicto publico, puta, cum totus populus conſentit, ꝙ aliquid habeatur quaſi adæquatum, & commenſuratum alteri, uel cum hoc ordinat princeps, qui curam populi hēt, & eius perſonā gerit: & hoc dī ius poſitiuum.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ illud[d] quod eſt naturale habēs naturā immutabilē, oportet ꝙ ſit ſp, & ubiq; tale. Natura aūt hoīs eſt mutabilis, & iō id quod naturale eſt homini, pōt aliqñ deficere: ſicut naturalē æqualitatē habet, ut deponenti depoſitum reddaꝛ. Et ſi ita eſſet, ꝙ natura humana ſp eſſet recta, hoc eſſet ſp ſeruandum: ſed q̄a qñq; contingit, ꝙ uoluntas hoīs deprauatur, eſt aliquis caſus, in quo depoſitum nō eſt reddendum, ne hō peruerſam uoluntatē habēs, malè eo utaꝛ, ut puta, ſi furioſus, uel hoſtis reip. arma dꝑoſita repoſcat.

Ad II dicendū, ꝙ uoluntas humana ex cōi cō- I dicto poteſt aliquid facere iuſtum in his, quæ ſm ſe non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iuſtitiam, & in his habet locum ius poſitiuū. Vnde * Philoſ. dicit in 5. Eth. quòd legale iuſtū eſt, quod ex principio quidem nihil differt ſic, uel aliter: quando aūt ponitur, differt. Sed ſi aliquid de ſe repugnantiam habeat ad ius naturale, non pōt uoluntate humana fieri iuſtum, puta, ſi ſtatuatur, quòd liceat furari, uel adulterium committere. vñ dicitur Iſai. 10. Væ qui condunt leges iniquas.

Ad III dicendum, ꝙ ius diuinum dicitur quod diuinitus promulgatur. Et hoc quidem partim eſt de his, q̄ ſunt naturaliter iuſta, ſed tamen eorū iuſtitia homines latet: partim autem de his, quæ fiūt iuſta inſtitutione diuina. Vnde etiam ius diuinum per hęc duo diſtingui poteſt, ſicut & ius humanū. Sunt enim in lege diuina quædam præcepta, quia bona: & prohibita, quia mala: quædam verò bona, quia præcepta: & mala, quia prohibita.

ARTICVLVS III.

Vtrum ius gentium ſit idem cum iure naturali.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ ius gentium ſit idem cū iure naturali. Non.n.

* Li. 5. Ethi. c. 7. in prin. to. 5

tibus difficultatibus iuſtitiæ decidēdis, diſcernas qñ iuſtum ipſum mutatur, & qñ exhibitio iuſti impeditur. Illud.n. ex uariato ordine ad alterū ſumendū eſt, hoc aūt ex parte agentis accipitur, ut in p̄dictis exēplis apparet.

* Ar pce.

Conclu. m

D. 918.

* Li. 5. c. 7. in prin. tom. 5.

SVPER QV. LVII. ART. III. ET IIII.

In articu. 3. & 4. ſimul dubiū occurrit. Quō ius patentū dicitur iuſtum ꝑ defectum à iuſto ſimpliciter,

Porrecta per totum.

315 1. 2. q. 95. ar. 4. ad 1. Et 5. Eth. lect. 12. &

oēs[h] homines cōueniunt niſi in eo qđ eſt eis naturale: ſed in iure gentiū omnes homines conueniunt. dicit enim* Iuriſconſultus, quòd ius gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur. ergo ius gentium eſt ius naturale.

*In digeſto ueteri lib. 1. tit. 1. lege 9.

¶ 2 Præt. Seruitus inter homines eſt[h] naturalis: qdā. n. ſunt naturaliter ſerui, vt * Phil. probat in 1. Polit. ſed ſeruitutes pertinēt ad ius gētiū, vt† Iſidor. dicit. ergo ius gētium eſt ius naturale.

*Li. 1. Polit. c. 3. & 4. to. 5.
† Lib. 5. Etymol. cap. 6.

¶ 3 Præt. Ius, vt* dictū eſt, diuiditur per ius naturale, &[h] poſitiuum: ſed ius gētiū nō eſt ius poſitiuū. nō. n. omnes gentes vnquàm cōuenerunt, vt ex cōmuni cōdicto aliquid ſtatuerēt. ergo ius gētium eſt ius naturale.

*ar. præc.

SED CONTRA eſt, quod * Iſid. dicit, ꝙ ius aut naturale eſt, aut ciuile, aut gentiū: & ita ius gentium diſtinguit a iure naturali.

*Li. 5 Etymol. c. 4. in princ.

RESP. Dicēdū, ꝙ ſicut* dictū eſt, ius ſiuè iuſtū naturale eſt, qđ ex ſui natura eſt adæquatū, vel cōmēſuratū alteri: hoc autē pōt cōtingere dupl̄r. Vno mō ſm abſolutā ſui cōſideratione: ſicut maſculus ex ſui rōne hēt

*ar. præc.

cōmenſurationē ad fęminā, vt ex ea gñet, & parens ad filiū, ut eū nutriat. Alio modo, aliqd eſt naturaliter alteri cōmenſuratū nō ſm abſolutā ſui rōnem, ſed ſm aliqd, qđ ex ipſo ſequitur, puta, ꝓprietas poſſeſſionum. Si enim cōſideretur iſte ager abſo- B lute, nō hēt vñ magis ſit huius, q̄ illius: ſed ſi cōſideret̄ p reſpectū ad opportunitatē colēdi, & ad pacificū vſum agri, ſm hoc hēt quandam commenſurationē ad hoc, ꝙ ſit vnius, & nō alterius, vt patet p* Phil. in 2. Politic. abſolutè aūt apprehēdere aliqd non ſolū conuenit homini, ſed ēt alijs animalibus: & iō [m] ius, quod dr̄ naturale, ſm primum modum, cōe eſt nobis, & C alijs animalibus. A iure aūt naturali ſic dicto recedit ius gentium, ut Iuriſconſultus dicit [n]. qa illud omnibus aīalibus, hoc ſolū hominib' inter ſe cōe eſt. Cōſiderare aūt aliquid cōparādo ad id, qđ ex ipſo ſequit̄, eſt propriū rōnis: & iō [p] hoc idem eſt naturale homini ſm rōnem naturalem, quæ hoc dictat [q]: & iō dicit * Caius Iuriſconſultus:

*Li. 2. c. 3. tom. 5.

plicitèr. vt in ar. 4 in reſponſione ad vltimum dicitur: & tamē A inter patrem & filium eſt ius naturale, vt in ar. 5 dicitur. Ius. n. naturale exigit, ꝙ pater nutriat filium. Qūo ſtant hæc ſimul?

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ quemadmodum iuſ diſtingitur in ius ſimpliciter, & ſecundum quid: ita ius naturale diſtinguendū eſt in naturale ſ[?] ſimpliciter, & ſecundum quid. Comedere. n. & bibere, & conſeruare ſeipſum naturalis iuris eſt nō ſimpliciter, ſed ſecundū quid: quia eiuſdem ad ſeipſum non eſt propriè ius, qin ad alterū ꝓpriè eſt. Et ſimile eſt in ꝓpoſito de patre, & filio. Et ſcito, ꝙ cū dī ius naturale ſecūdū quid ſeu deficiēs, ſeu ſimilitudinarium, nihil horū cadit ſupra ly naturale, ſed ſupra ly iuſtitia q, ius, ſeu iuſtū eſt ſecundū quid, qa rō iuris ſaluatur ſecundū aliqd, & nō perfectè. Rō autē naturalitatis perfectiſſimè ſaluatur in omnibus iſtis. Et propterea ꝓclaritate ſenſus debet dici ius ſimpliciter, vel ſecundum quid, & poſtea addere naturale. Non obſtāt ergo articuli tertij verba art. 4.

¶ In eodem ar. 4. dubium occurrit circa hoc, ꝙ iuſtū paternū dicatur p defectū à iure ſimpliciter, tum qa inter patrē & filiū eſt iniuſtum ſimpliciter. ergo & iuſtum: qin vt in 5. Eth. dicitur, quot modis dicitur unū, tot dicitur & reliquum. Aſſumptum patet, quoniam ſi filius percutiat, vel occidat patrē iniuſtiſſimus eſt magis, q̄ occidens quemcumq; alium: tū quia rō allata ex Ariſtot. in litera, claudicat, qin licet filius ſit aliquid patris, & ſeruus aliquid domini, non eſt tamē econuerſo. Pater. n. nihil eſt filij, & dominus nihil eſt ſerui.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ cum eiuſdem ad ſeipſum nō ſit propriè ius, ſed iuris ratio exigat, ꝙ ſit inter duos non qualitercūq; diſtinctos, ſed ſic, ut vnus non ſit aliquid alterius, ea ratione, quia ſi unū eſt aliquid alterius, non duobus, ſed vni, vel quaſi uni dat' quicquid datur. Si enim aliqua duo ſe habent ut totū & pars, quicqd boni uel mali euenit parti, patet ꝙ eueniat toti, cuius eſt illa pars, & ecōuerſo. Quicqd euenit toti, euenit parti, q̄ eſt in illo toto. Itaq; licèt malum, aut bonum primo partē, uel totum afficiat, redundat tñ ex parte in totum, uel ex toto in partem: neutrū enim alienū eſt ab altero. Oportet ergo aliena ab inuicem eſſe, inter quæ eſt ius ſimpliciter, quale eſt in commutationibus. De tali enim eſſe ſermonem materia ipſa oſtendit. E

¶ Ad primam autem obiectionem dicitur, quòd inter patrē & filiū, nec iuſtum, nec iniuſtum ſimpliciter eſt: ſed quemadmodum inter eos eſt pluſquam ius, quia eſt unitas: ita eſt ēt pluſquàm iniuſtū, quia eſt uiolatio vnitatis, q̄ peior eſt violatione iuris. Vnde ſicut occidere ſeipſum eſt ſumme cōtrariū naturę, & peius exteris homicidijs, qa uiolatur idētitas, quæ plus eſt, q̄ æqualitas, in qua conſiſtit iuſtitia cum filius occidit patrem, aut econuerſo, qa quaſi contra ſeipſum conſurgit, peius quàm iniuſtum committit, quod in æqualitate conſtituitur.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, quòd licèt pater non ſit aliquid filij: ex hoc ipſo tamē, ꝙ filius eſt aliquid patris, habetur quòd ex neutra parte eſt iuſtum ſimpliciter: qin ex hoc ipſo habet, ꝙ nō ſe habent vt duo totaliter diſtincta. Et ſimile eſt de domino ac ſeruo, ſecundū aliud tamen eſſe, quia pater & filius accipiuntur ſecundū eſſe naturæ: dominus autē & ſeruus ſecundum eſſe operatiuū, uel poſſeſſiuū. Seruus enim eſt uelut pars A poſſeſſionis, & operis domini. Filius autem eſt pars, ſeparata tamen patris ſecundum eſſe naturale.

¶ In eodē 4. art. in rñſione ad ſecūdum ſpecialiter eſt dubium ſimpliciter, & ad hominē, An inter patrē & filiū, vt ſunt quidā homines, ſit iuſtū ſimpliciter. Et ad hominem quidem, authorem, ſ. dubiū occurrit: quia in litera dr̄, ꝙ inquātum vterq; eſt homo, aliquo mō ē ad eos iuſtitia. Aut enim author intendit, ꝙ inter hos inquantū hoīes, eſt iuſtitia ſecundū quid, & ſic coincidit ſecundū mēbrū cū primo membro: qa ēt inter eos, inquātum ſunt pater & filius, eſt iuſtitia ſecundum qd, alioquin nō eſſet formalis ſermo de iuſto paterno. Aut intēdit, ꝙ inter eos inquantum hoīes, eſt iuſtitia ſimpliciter, & ſic malè dicitur in litera, ꝙ aliquo modo ad eos eſt iuſtitia. Si enim eſt iuſtitia ſimpliciter, nō eſt aliquo modo, ſed ſimpliciter: & ſi aliquo modo non eſt ſimpliciter. Occurrit autem dubiū ſimpliciter, quia inter patrem & filium, ut ſunt quidam hoīes, ſaluatur perfecte ratio iuſti, qa ſaluatur perfectè ratio alietatis ab inuicem. Neuter. n. vt ſic, eſt aliqd alterius, ſed quilibet ſui ꝓprij eſſe, & operari eſt. Et cōfirmat̄, quia filius habet aliquid quod nō eſt patris, ſecundum leges D ciuiles, ut peculium caſtrenſe: & ſimiliter poſſet agere contra patrē ratione enormis iniuriæ. Eſt igitur inter eos ut ſunt quidam homines, iuſtum ſimpliciter.

Conclu. m
Conclu. p
*In digeſto ueteri li. 1. tit. 1. lege 9.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum ab Ariſt. & authore, inter patrem & filium negatur iuſtum abſolutè, & ponitur iuſtum tale, ſcilicet paternum, non eſt ſenſus, quòd inter patrem & filiū ut ſic, ponatur tale iuſtum, ſcilicet, quòd inter illum hominē qui eſt pater, & illū qui eſt filius, non eſt iuſtum ſimpliciter, ſed tale. Ita quòd non intendimus diſtinguere duplex iuſtū inter eos, alterū, ut eſt pater & filius, & alterū ut ſunt quidam homines; ſed intendimus per hanc diſtinctionem radices, rationesq; explicare, unde prouenit quòd inter eos ſit ius tale. Ex eo nāque quòd ſunt homines quidam, eſt inter eos ius: ex eo autem ꝙ ſunt pater & filius, deficit illud ius ab abſoluta iuris ratione, & determinatur ad tale, ſcilicet paternum: & hic eſt planus ſenſus literæ. Nec eſt ſermo nō formalis, ſed pater & filius rōnem E inſinuant diminutiuā iuris in illis perſonis, & non arctant ad patrē & filiū excluſis eorū pſonis. Vnde patetq; nullum reſtare dubiū ad hominem, quod ex malo intellectu literæ oriebatur.

¶ Ad dubium autem ſimpliciter dicitur, quòd cum inter illos, qui ſunt pater & filius non ſit iuſtitia, niſi ſecundum aliquid, verbi gratia, ſecundum peculium caſtrenſe, uel in aliquo caſu, puta, enormis iniuriæ, ex hoc ipſo patet, quòd inter eos nō eſt iuſtitia ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

¶ Sed hæc reſponſio non conſonat principijs concluſionis, neque oportet quod inter quoſcumque eſt iuſtitia, ſit iuſtitia ſimpliciter ſecundū omnia. Dicendum ergo ex principio concluſionis eſt, ꝙ qa illi hoīes, q ſunt pater & filius, non ita ſunt diuerſi, qn ſimpliciter, & abſolutè ſint totū & pars: nā una pars patris, ſemen ſcilicet, qđ ex ſubſtantia patris deciſum eſt, eſt filius, ac p hoc bonū, uel malū unius nō eſt alienū a reliquo. Et peculiū ſiquidē caſtrenſe ex hoc ipſo quòd eſt filij, eſt patris, quia eſt ſuæ partis, & accuſatio alterius eorum in reliquum

redđatur. Vndeſi dānatur filius, nō eſſet à damnatione extraneus pater. Et hoc experientia teſtatur. Propter hoc.n. Seleucus Locrenſiū princeps, cum filio uterq; eſſet eruēdus oculus inter ſe & filium eruēdos diuiſit oculos. Propter hoc quoque Dauid occiſo Amon ab Abſalom, parcendo Abſalom, ſibij pſi pepercit. Non eſt igitur, abſolutè loquendo, inter patrem & filium iuſtum ſimpliciter, quomodocumque ſumantur.

* Lib. 1. c. 3. in fi. p̄cipue, t. 5.

Qđ naturalis rō īter oēs hoīes cōſtituit id, qđ apud oēs gētes cuſtodit̄, vocaturq; ius gētium. Et ꝑ hoc patet rñſio ad Primū.

Ad II dicēdū, ꝙ hūc hominē eſſe ſeruum, abſolutè cōſiderando, magis q̄ aliū, non habet rōnem naturalem, ſed ſolū ſm aliquā vtilitatē cōſequentē, inquantum utile eſt huic, ꝙ regatur à ſapientiori, & illi quòd ad hoc iuuetur, ut dicitur in 1.* Polit. Et ideò ſeruitus pertinēs ad G ius gentium eſt naturalis ſecundo modo, ſed nō primo modo.

Ad III dicendū, ꝙ quia ea q̄ ſunt iuris gentium naturalis ratio dictat, puta, ex propinquo habentia æquitatem: inde eſt, ꝙ nō indigēt aliqua ſpeciali iſtitutione, ſed ipſa naturalis rō eā inſtituit, vt * dictū eſt in authoritate inducta.

*Arg. 1. & 1 ſi. corp. art.

Articvlvs IIII.

Vtrum debeat ſpecialiter diſtingui ius paternum & dominatiuum.

Porrecta per totum.
316
Inf. q. 58. ar. 7. ad 3 Et 2. d. 44 q. 2. art. 1. cor. Et 5. Eth. lec. 11 * lib. 1. de officijs. c. 24. circa finē to. 1. † ar. 1. huius quęſt. † artic. 1. ad 1. * 1. 2. q. 90. ar. 2. † c. 3. t. 5.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ nō dēat ſpecialiter diſtingui ius paternū & dominatiuū. Ad H iuſtitiam.n. pertinet reddere vnicuiq; quod ſuum eſt, ut dicit * Ambro. in 1. de Officijs: ſed ius eſt obiectum iuſtitiæ, ſicut † dictum eſt. ergo ius ad vnumquemque æqualiter pertinet: & ſic non debet diſtingui ſpecialiter ius patris & domini.

¶ 2 Præt. Rō iuſti eſt lex, vt† dictū eſt: ſed lex reſpicit cōe bonū ciuitatis, & regni, ut ſupra * habitum eſt, nō aūt reſpicit bonū[h] priuatū vni⁹ pſonæ, aut ēt vni⁹ familiæ. nó ergo dēt eſſe aliqđ ſpeciale i⁹, vel iuſtū dominatiuū, uel paternū, cum dn̄s & pater pertineant ad domum, vt dicitur in 1.† Politic.

¶ 3 Præt. Multæ aliæ[h] ſunt differentiæ graduum in I hominibus, vtputa, quòd quidā ſunt milites, quidam ſacerdotes, quidam principes. ergo ad eos debet aliquod[h] ſpeciale iuſtum determinari.

* li. 5. c. 6. circa finē tom. 5.

Sed contra eſt, qđ * Phi. ī 5. Eth. ſpāliter a iuſto politico diſtinguit dn̄atiuū & p̄rnū, & alia hm̄ōi.

Respon. Dicēdū, ꝙ ius, ſiuè iuſtū dr̄ ꝑ cōmenſurationē ad alterū. Alterum autē pōt dici dupl̄r. Vno mō, ꝙ ſimpl̄r eſt alterū, ſicut qđ eſt omnino diſtinctū: ſicut apparet ī duobus hominibus, quorū vnus non eſt ſub altero, ſed ambo ſunt ſub vno principe ciuitatis: & inter tales ſm* Phil. in 5. Eth. eſt ſimpl̄r iuſtū. Alio modo dr̄ aliquid alterum nō K ſimpl̄r, ſed quaſi aliquid eius exiſtens. Et hoc mō in rebus humanis filius eſt aliqđ patris, quia quodāmodo eſt pars eius, ut dr̄ in 8.* Eth. & ſeruus eſt aliqđ Dñi, qa eſt inſtrumētū eius, ut dr̄ in 1.† Poli. Et[m] iō[d] patris ad filium nō eſt cōparatio, ſicut ad ſimpl̄r alterū. Et ꝑꝑ hoc nō eſt ibi ſimpl̄r iuſtum, ſed quoddā iuſtū. ſ. paternū: & eadē rōne nec inter dn̄m & ſeruū, ſed eſt inter eos dominatiuū iuſtū[n]. Vxor aūt, q̄uis ſit aliqđ viri, qa cōparat̄ ad eā ſicut ad ꝓpriū corpus, ut patet ꝑ Apo. ad Eph. 5. tn̄ magis diſtinguit̄ à viro, q̄ filius à patre, uel ſeruus à dño. Aſſumitur.n. in quādā ſocialem vitā matri- F monij: & iō, vt* Philo. dicit, inter[p] virum & vxorē plus eſt de rōne iuſti, q̄ inter patrem & filium, uel dn̄m & ſeruū[q], quia cum uir & vxor habeāt immediatā relationem ad domeſticam cōmunitatē, ut patet in 1.* Polit. ideò[r] inter eos nō eſt ſimpliciter politicum iuſtū, ſed magis iuſtum œconomicū[t].

* li. 5. c. 6. circa finē tom. 5.
* lib. 8 ca. 12. to. 5.
† li. 1. Polit. ca. 3. & 4 to. 5.
D. 803.
Conclu. m

* Lib. 5. Eth. ca. 6. in fi. to. 5.
Conclu. p
* Lib. 1. ex c. 3. elicitur, & ex vlt. to. 5.
Conclu. t

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ ad iuſtitiam pertinet reddere ius ſuum unicuique, ſuppoſita tamē diuerſitate unius ad alterum. Si quis enim ſibi det quod ſibi debetur, non propriè uocatur hoc iuſtum. Et quia quod eſt filij eſt patris, & quod eſt ſerui eſt domini: ideò non eſt propriè iuſtitia patris ad filium, uel domini ad ſeruum.

Ad II dicēdū, ꝙ filius inquantum filius, eſt aliquid patris, & ſimiliter ſeruus inquantū ſeruus, eſt aliquid dn̄i. Vterq; tn̄ prout conſideratur ut quidā hō, eſt aliquid ſm ſe ſubſiſtēs ab alijs diſtinctū: & iō inquātum vterq; eſt homo, aliquo modo ad eos eſt iuſtitia. Et ꝑꝑ hoc etiam aliquæ leges dant̄ de his quæ ſunt patris ad filium, vel domini ad ſeruum: ſed inquantum vterque eſt aliquid alterius, ſm hoc deficit ibi perfecta ratio iuſti, uel iuris.

Ad III dicendum, ꝙ omnes aliæ diuerſitates perſonarum, q̄ ſunt in ciuitate, habent immediatam relationem ad cōitatem ciuitatis, & ad principem ipſius: & ideò ad eos eſt iuſtum ſecundum ꝑfectam rationem iuſti. Diſtinguitur tamē iſtud iuſtum ſecūdum diuerſa officia. Vnde & dicitur ius militare, uel magiſtratuum, aut ſacerdotum non propter defectum à ſimpliciter iuſto, ſicut dicitur paternum & dominatiuum, ſed ꝓpter hoc quòd unicuique conditioni perſonę ſecundum propriū officium aliquid proprium debetur.

QVAESTIO LVIII.

De iuſtitia, in duodecim articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de iuſtitia. Circa quam quæruntur duodecim.

¶ Primò, Quid ſit iuſtitia.
¶ Secundò, Vtrum iuſtitia ſemper ſit ad alterum.
¶ Tertiò, Vtrum ſit uirtus.
¶ Quartò, Vtrū ſit in voluntate, ſicut in ſubiecto.
¶ Quintò, Vtrum ſit virtus generalis.
¶ Sextò, Vtrum ſecundum quòd eſt generalis, ſit idem in eſſentia cum omni virtute.
¶ Septimò, Vtrum ſit aliqua iuſtitia particularis.
¶ Octauò, Vtrum iuſtitia particularis habeat ꝓpriam materiam.
¶ Nonò, Vtrum ſit circa paſſiones, vel circa operationes tantum.
¶ Decimò, Vtrum medium iuſtitiæ ſit mediū rei.
¶ Vndecimò, Vtrum actus iuſtitiæ ſit reddere unicuique quod ſuum eſt.
¶ Duodecimò, Vtrum iuſtitia ſit præcipua inter omnes virtutes morales.

Porrecta per totum.
317
4. d. 33 q. 3. ar. 1. ad 3. Et veri. q. 1. ar. 5. ad 12.
* In digeſto veteri lib. 1. titu. 1. lege 10. in prin.
† L. 5. c. 1. nō lōge a prin. t. 5.

Articvlvs primvs.

Vtrum conuenienter diffiniatur iuſtitia, quòd eſt perpetua & conſtans voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd incōuenienter diffiniatur à * Iuriſperitis, quòd iuſtitia eſt perpetua & conſtans voluntas, ius ſuum vnicuiq; tribuens. Iuſtitia enim ſecundum † Philo.

in 5. Ethi. eſt habitus, à quo ſunt aliq operatiui iuſtorum, & à quo operantur, & volunt iuſta: ſed voluntas nominat potentiam, vel etiam [b] actum. ergo inconuenienter iuſtitia dicitur eſſe voluntas. A

¶ 2 Præt. [b] Rectitudo voluntatis non eſt uoluntas, alioquin ſi volũtas eſſet ſua rectitudo, ſequeretur, quòd nulla voluntas eſſet peruerſa: ſed ſecũdum † Anſelmum in librode Veritate, Iuſtitia eſt rectitudo. ergo iuſtitia non eſt voluntas.

† In dialogo de veritate ca. 13.

¶ 3 Pręt. Sola Dei voluntas eſt [b] perpetua. ſi ergo iuſtitia eſt ꝑpetua voluntas, in ſolo Deo erit iuſtitia.

¶ 4 Præt. Omne [b] perpetuum eſt conſtans, quia eſt immutabile ſuperflue. ergo vtrumque ponitur in diffinitione iuſtitiæ, & perpetuum, & conſtans. B

¶ 5 Præ. [b] Reddere ius vnicuiq; ꝑtinet ad principẽ. ergo ſi iuſtitia ſi vnicuiq; ius ſuũ tribuens, ſequiť ꝙ iuſtitia nõ ſit niſi in principe, qđ eſt incõueniẽs

¶ 6 Præt. * Aug. dicit in libro de moribus Eccleſiæ; quòd iuſtitia eſt amor Deo tantum ſeruiens. [b] non ergo reddit vnicuique quod ſuum eſt.

* Cap. 15. circa medium to. 1.

Concl. [m]

Respon. Dicendũ, ꝙ [m] ꝑdicta iuſtitiæ diffinitio conueniens eſt, ſi rectè intelligať. [n] Cũ. n. oĩs virtus ſit habitus, qui eſt principiũ boni actus neceſſe eſt ꝙ virtus diffiniať ꝑ actum bonũ, qui eſt circa ea, q̃ ad alterũ ſunt, ſicut circa ꝓpriã materiã virtutis. C Eſt ãt iuſtitia ꝑcipue circa ea q̃ ad alterum ſunt, ſicut circa ꝓpriã materiã vt infra * patebit. Et ideo actus iuſtitiæ ꝑ cõparationem ad ꝓpriã materiã virtutis, & obiectum tangiť cũ dř. Ius ſuũ vnicuiq; tribuens. Quia, vt * Iſidorus dicit in libro Ethymolo. Iuſtus dř quia ius cuſtodit. Ad hoc ãt ꝙ aliquis actus circa quacunq; materiã ſit virtuoſus, requiriť, ꝙ ſit voluntarius, & ꝙ ſit ſtabilis & firmus: qa † Phil. dicit in 2. Ethi. ꝙ virtutis actũ requiriť, primò quidem ꝙ opereť ſciens: ſcđo ãt, ꝙ eligens, & ꝓp debitũ finẽ: tertio, ꝙ immobiliter opereť. Primus ãt horũ includit in ſcđo, qa quod ꝑ ignorantiã agiť, eſt inuoluntarium, vt dř in 3. Ethi. Et iõ in D diffinitione iuſtitiæ primo poniť voluntas ad oñdendũ, ꝙ actus iuſtitiæ dẽt eſſe voluntarius. Addiť ãt de conſtantia, & perpetuitate, ad deſignandam actus firmitatẽ. Et iõ ꝑdicta diffinitio eſt cõpleta diffinitio iuſtitię, niſi ꝙ actus poniť pro habitu, q ꝑ actum ſpecificať: habitus. n. ad actum dř. Et ſi qs vellet eam in debitam formam diffinitionis reducere, poſſet ſic dicere, ꝙ Iuſtitia eſt habitus, ſm quẽ aliquis conſtanti & ꝑpetua voluntate ius ſuũ unicuiq; tribuit. Et quaſi eſt eadẽ diffinitio cũ ea, quã * Phil ponit in 5. Ethi dicẽs, ꝙ iuſtitia eſt habitus, ſm quẽ aliqs dř operatiuus ſm electionẽ iuſti

* Arti. ſequenti.

* Li. 10. c. 9. incipit, Ingenioſus: parũ a princ.

† Lib. 2. Ethi. c. 4. to mo 5.

* Li. 3. c. 1. tom. 5.

Li. 5. c. 1. & ſimul om. 5.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ voluntas hic nominat actũ, nõ potentiã. Eſt ãt conſuetũ, ꝙ apud authores habitus ꝑ actus diffinianť, ſicut * Aug. dicit ſup Ioan. ꝙ fides eſt credere quod non vides.

* Trac. 79 in Ioan. paulo a princ. to. 9.

Ad ii. dicendũ, ꝙ neq; ẽt iuſtitia eſt eſſentialiter rectitudo, ſed cauſaliter tantum. Eſt. n. habitus ſecundum quem aliquis rectè operatur, & vult.

Ad iii. dicendum, ꝙ voluntas põt dici perpetua dupliciter. Vno mõ, ex parte ipſius actus, q perpetuo durat. Et ſic ſolius Dei voluntas eſt ꝑpetua. Alio mõ ex parte obiecti, quia. ſ. aliquis vult perpetuo facere aliquid: & hoc requiritur rõnem iuſtitiæ. Non. n. ſufficit ad rõnem iuſtitiæ, ꝙ aliqs velit ad horam in aliquo negotio ſeruare iuſtitiã, quia vix inuenitur aliquis, qui velit in oĩbus iuſtè agere: ſed requiritur ꝙ hõ habeat voluntatem perpetuo, & in omnibus iuſtitiam conſeruandi.

Ad iiii. dicendum, ꝙ quia perpetuũ non accipitur ſm durationem perpetuam actus uolũtatis, non ſuperfluè addiť, cõſtãs, ut ſicut per hoc ꝙ dř, perpetua uoluntas, deſignatur ꝙ aliquis gerat in propoſito perpetuò iuſtitiam conſeruandi: ita ẽt per hoc quòd dicitur, conſtans, deſignatur quòd in hoc propoſito firmiter perſeueret.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ iudex reddit quod ſuum eſt per modum imperantis, & dirigentis, qa iudex eſt iuſtum animatum, & princeps eſt cuſtos iuſti, ut dř in 5. * Ethicor. ſed ſubditi reddunt quod ſuum eſt unicuique per modum executionis.

* Li. 5. c. 6. a medio. tom. 5.

Ad sextvm dicendũ, ꝙ ſicut in dilectione dei includitur dilectio proximi, ut ſupra * dictum eſt: ita etiam in hoc, quòd homo ſeruit Deo, includiť quòd unicuique reddat quod debet.

* q. 24. ar. 1.

Articvlvs II.

Vtrum iuſtitia ſemper ſit ad alterum.

Ad secvndvm ſic procedit. Vř ꝙ iuſtitia nõ ſemper ſit ad alterum. Dicit. n. Apoſt. ſunt ad Ro. 3. ꝙ [b] iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chři, ſed fides nõ dř per comparationem unius hoĩs ad alterum. ergo neque iuſtitia.

¶ 2 Præt. Secũdum * Aug. in li. de moribus Eccleſiæ. Ad iuſtitiam ꝑtinet ob hoc, ꝙ ſerui Deo bñ imperare cæteris. quæ hoi ſunt ſubiecta: ſed appetitiua ſenſitiuus eſt hoi ſubiectus, vt patet D Gene. 4. vbi dř. Subter te erit appetitus eius. ſ. pcťi, & tu dña beris illi[9]. ergo ad iuſtitiã pertinet dominari ꝓprio appetitui: & ſic erit iuſtitia ad ſeipſum.

¶ 3 Pr. Iuſtitia Dei eſt [b] æterna: ſed nihil aliud eſt Deo coæternũ. ergo de ratione iuſtitiæ nõ eſt, quòd ſit ad alterum.

¶ 4 Præt. Sicut operationes, q̃ ſunt ad alterũ, indigent rectificari, hita ẽt operationes, q̃ ſunt ad ſe ipſum: ſed ꝑ iuſtitiã rectificanť operationes, ſm illud Prouerb. 11. Iuſtitia ſimplicis diriget uiã eius. ergo iuſtitia nõ eſt ſolũ circa ea q̃ ſunt ad alterũ, ſed ẽt circa ea quæ ſũt ad ſeipſum. E

Sed contra eſt, qđ * Tull. dicit i 1. de Offi. ꝙ iuſtitiæ ea rõ eſt qua ſocietas hoium ĩter ipſos, & uitæ cõi tas cõtineť: ſed hoc ĩportat reſpectũ ad alum. ergo iuſtitia ẽ circa ea q̃ ſũt ad alterũ

Resp. Dicẽdũ, ꝙ ſicul ſ. * dictũ ẽ, cũ nomẽ iuſtitię

* Lib. 1. in cap. de iuſtitia in princ.

* q. præc. art. 1. 2. & 3.

SVPER Q. LVIII ART. II

Porrecta per totum.

318

In ar. 2 omiſſio. 1. q. 58. in reſſione ad vltimũ aduerte, ꝙ actiones q̃ ad alterũ, dupliciter egent ſpeciali rectificatione in cõparatione ad agentem. Primo, rõne paſſionũ q̃ immiſcẽtur hmõi actionibus: ſicut reſtitutionis pecuniæ ablatæ immiſceť triſtitia abdicandi à ſe ꝓprium commodum, & adulterio concupiſcentia carnis. Et ſic hæ actiones rectificãtur alijs virtutibus moralibus, puta, liberalitate, caſtitate, vel aliqua alia hmõi. Secundo rõne ipſius voluntatis, quã oportet ex electione ꝓmptẽ, & immobiliter æqualitatẽ alterũ facere, & ſeruare. Et ſic hæ actiones rectificantur habitu iuſtitiæ. Eius. n. eſt non ſolũ rectificare actiones in ordine ad alterum ſed ẽt ad agẽtẽ quãtũ ad id, ꝙ ſe tenet ex parte voluntatis ſolius, & non quantum ad id, quod ſe tenet ex parte voluntatis vt alterať paſſionibus, ut patet ſi fingam⁹ iuſtũ nõ manſuetũ. Diſtribuet. n. vel reſtituet ius ſuũ vnicuiq;, ſed cũ turbatione, & indignatione. Et ita actus in

Supr. qu. 57. a. 4. & infr. ar. 8. cor. & ad 3. Et virt. q. 1. art. 7. ad ad 12.

* Cap. 15. circa medium to. 1.

Concl. m incomparatione ad gentem ratione paſſionũ erit inordinatus ex defectu manſuetudinis, nõ ex defectu iuſtitiæ.

æqualitatem importet,ᵐ ex ſua rõne iuſtitia hẽt, ꝙ ſit ad alterũ ⁿnihil.n.eſt ſibi æquale, ſed alteri. Et qa ad iuſtitiã ꝑtinet actus humanos rectificare, vt * dictũ eſt, neceſſe eſt ꝙ æqualitas iſta, quã requirit iuſtitia, ſit diuerſorum agere potentium. Actiones aũt ſunt ſuppoſitorum, & totorum: non ãt proprie loquendo, partium, & formarum, ſeu potentiarum. Non.n. propriè dr̃ ꝙ manus percutiat, ſed hõ per manũ: neq; ꝓpriè dr̃ ꝙ calor calefaciat, ſed ignis per calorem, ẽm tñ ſĩitudinem quandam hæc dicuntur. Iuſtitia ergo propriè dicta requirit diuerſi G tatem ſuppoſitorum, & ideo ᵖ non eſt niſi vnius hoĩs ad alium: ᑫ ſed ẽm ſĩitudinem accipiuuntur in uno & eodem hoĩe diuerſa principia actionum quaſi diuerſa agentia ſicut rõ & iraſcibilis; & concupiſcibilis: & ˢ ideò metaphoricè in vno & eodẽ hoĩe dr̃ eſſe iuſtitia, ẽm ꝙ ratio imperat iraſcibili, & concupiſcibili, & ẽm quod hæc obediunt rõni, & vniuerſaliter ẽm ꝙ vnicuiq; parti hoĩs attribuitur quod ei conuenit. ᵗ Vnde & * Philo.in 5. Ethico. hanc iuſtitiam appellat ẽm metaphoram dictã.

Art.pce. & q.57.a.1 & 12.q.113.ar.1.

Conclu. p

Concl. s

Li.5.c.vl. tom.5.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ iuſtitia q̃ fit per fidem in nobis, eſt per quam iuſtificatur impius, q̃ H quidem in ipſa debita ordinatione partium aĩæ conſiſtit, ſicut ſ. * dictum eſt, cum de iuſtificatione impij ageretur. Hoc ãt ꝑtinet ad iuſtitiã metaphoricè dictã, q̃ põt inueniri ẽt in aliquo ſolitariam vitam agente. Et hoc patet reſponſio ad II.

1.2.q.113 ar.1.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ iuſtitia Dei eſt ab æterno ẽm voluntatem, & propoſitum æternum, & in hoc ꝓ cipuè iuſtitia conſiſtit, q̃uis ſecundum effectum non ſit ab æterno, quia nihil eſt Deo coæternum.

Ad IIII. dicẽdũ, ꝙ actiones, quæ ſunt hoĩs ad ſeipſum, ſufficienter rectificantur rectificatis paſ ſionibus per alias virtutes morales: ſed actionesq̃ I ſunt ad alterum, indigẽt ſpeciali rectificatione nõ ſolum per cõparationem ad agentem, ſed ẽt per comparationem ad eum, ad quem ſunt. Et ideo circa eas eſt ſpecialis virtus, quæ eſt iuſtitia.

SVPER Q. LVIII. ART. III.

per totum. Porrecta
319
5. Ethic. lec.2.& 3

IN ar.3. eiuſdẽ q. in rñſione ad 3. diligẽter diſtingue & perſpice, in actu exteriori agere & facere, hoc eſt, actũ immanentẽ & tranſeuntẽ: & intellige, ꝙ iuſtitia eſt circa actũ immanẽtem vt ꝓpriũ actũ, circa trãſeũtẽ vero ut materiã. verbi grã, Cum reddo pecuniã creditori, exterior actus dãdi pecuniã hẽt, ꝙ eſt actus tranſiens, vt ẽ q̃dã exterior actio, puta, manus, & hẽt, ꝙ eſt materia, qua vtor ad hoc, ut ius ſuum creditori reddam. Cũ.n. ad multa poſſim tali exteriore actione uti, ex hoc ſpectat ad iuſtitiã, ꝙ eſt materia actus utendi qua applico illã ad ſatisfaciendũ creditori. Iuſtitia ergo eſt circa electionẽ actus utendi exterioribus actionibus & rebus ad alterũ. Tã ãt electio, q̃ uti actus ſunt uoluntatis & manentes in eligẽte, & utente.

Li.2.c.6, circa pri. tom.1.

Li.9.tex. 15.tom.5

Articvlvs III.

Vtrum iuſtitia ſit virtus.

AD tertivm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ iuſtitia ñ ſit virtus. Dr̃.n. Luc.17. Cum feceritis oĩa quæ ꝓcepta ſunt vobis, dicite. Serui. ᵃinutiles ſumus, quod debuim⁹ facere, fecim⁹: ſed nõ eſt inutile K facere opus virtutis. dicit.n. * Amb. in 2. de officijs, Vtilitatem ñ pecuniarij lucri æſtimationẽ dicim⁹, ſed acqſitionẽ pietatis ergo facere quod quis dẽt facere, non eſt opus virtutis: eſt aũt opus iuſtitiæ quod quis facere tenet̃. ergo iuſtitia nõ eſt virtus.

¶2 Præ. Quod fit ex ᵇneceſſitate nõ eſt meritoriũ ſed reddere alicui qđ ſuũ eſt ꝑtinet ad iuſtitiã, eſt neceſſitatis. ergo ñ eſt meri- F toriũ: actibus ãt virtutũ meremur. ergo iuſtitia nõ eſt virtus.

¶3 Præt. Oĩs virtus moralis eſt circa agibilia. Ea aũt q̃ exterius cõſtituunt̃, nõ ſunt agibilia, ſed factibilia, vt patet ꝑ * Phil. in 9. Meta. Cũ ergo ad iuſtitiã, pertineatᵇ exterius facere aliqđ op⁹ ẽm ſe iuſtum, vr̃ ꝙ iuſtitia non ſit virtus moralis.

Sed contra eſt, qđ * Greg. dicit in 2. Mora. ꝙ ĩ quatuor virtutibus. ſ. tẽperãtia, prudẽtia fortitudine, & iuſtitia, tota boni operis ſtructura cõſurgit.

Li. 2.ca. 36.in pri.

Respon. Dicendũ, ꝙ virtus humana eſt q̃ bonũ G reddit actum humanũ, & ipſum hoĩem bonũ facit quod quidem cõuenit iuſtitiæ. Actus.n. hoĩs bonus redditur ex hoc, ꝙ attingit regulã rõnis ẽm quam humani actus rectificant̃. Vñ cũ iuſtitia operationes humanas rectificet, manifeſtũ eſt ꝙ opus hoĩs bonum reddit. Et ut * Tullius dicit in 1. de officijs, ex iuſtitia præcipue uiri boni nominant̃. Vñ ſicut ibidẽ dicit, ᵐin ea virtutis ſplendor eſt maximus.ⁿ

Li.1 in c. de iuſtitia, circa princ. *Concl.* ᵐ

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ cũ aliquis facit qđ dẽt nõ affert vtilitatem lucri ei, cui facit quod debet, ſed ſolum abſtinet à damno eius: ſibi tñ facit H vtilitatem, inquantum ſpontanea & prõpta volũtate facit illud quod dẽt, quod eſt virtuoſè agere. Vñ dr̃ Sapien.8. ꝙ ſapientia Dei ſobrietatem, & iuſtitiam docet, prudentiam & virtutem, quibus in vita nihil eſt vtilius hominis, ſcilicet virtuoſis.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ duplex eſt neceſſitas, vna coactionis, & hæc qa repugnat voluntati, tollit rõnẽ meriti. Alia ãt eſt neceſſitas ex obligatione ꝓcepti ſiue ex neceſſitate finis, qñ. ſ. aliquis nõ põt cõſeq finẽ virtutis niſi hoc faciat: & talis neceſſitas non excludit rõnẽ meriti, inquãtũ aliqs hoc, qđ ſic eſt I neceſſariũ, voluntariè agit, excludit tñ gloriã ſupererogationis, ẽm illud. 1. ad Cori.9. Si euãgelizauero, nõ eſt mihi gloria: neceſſitas.n. mihi incũbit.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ iuſtitia nõ cõſiſtit circa exteriores res, quãtũ ad hoc, quod eſt facere quod ptinet ad artẽ, ſed quantũ ad hoc, ꝙ utit̃ eis ad alterũ

Articvlvs IIII.

Vtrum iuſtitia ſit in uoluntate ſicut in ſubiecto.

AD qvartvm ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ iuſtitia non ſit in voluntate ſicut in ſubiecto. Iuſti- K tia.n. qñq; ᵇ veritas dicitur: ſed veritas non eſt uoluntatis, ſed intellectus. ergo iuſtitia nõ eſt in voluntate ſicut in ſubiecto.

¶2 Præ. Iuſtitia eſt circa ea, quę ſunt ad alterũ: ſed ᵇordinare aliqd ad alterũ eſt rõnis iuſtitia ergo non eſt in voluntate ſicut in ſubiecto, ſed magis in ratione.

¶3 Præt. Iuſtitia ñ eſt virtus ĩtellectualis cũ ñ ordinet̃ ad cognitionẽ, vñ reliquit̃ ꝙ ſit virt⁹ moralis: ſed ſubiectũ virtutis moralis eſt rõnale ꝑ par

SVPER Q. LVIII. ART. IIII.

Porrecta per totum.
320
3.d.33.q.2.ar.1.4. q.8. Et vl. q.1.art.5. co.ſi & 5. Ethi. lect. 1.

IN ar.4. eiuſdẽ q. dubiũ occurrit, circa illã aſſumptã ꝓpoſitionẽ, Proximũ principiũ actus eſt ius appetitiua. Nã proximũ principiũ actus iudicij, qui eſt actus iudicis iuſtitiã dicentis, nõ appetitus, ſed intellectus eſt. Et exteriorũ operum in quibus iuſtum ponitur, proprium principiũ eſt executiua potentia, ut patet in reſtitutionibus, commutationibus, & diſtributionibus. Fiunt.n. hæc manibus & lingua.

¶Ad

¶Ad hoc dr̃,ꝙ hic ſu-mit̃ actus ſeu agere,ñ ſolũ ut diſtinguit̃ contra facere, ſed etiã ut diſtinguit̃ contra cognoſcere. Et ppea tanquàm manifeſtũ abſque adiũcta ꝓbatione, author dixit appetitũ eſſe proximum actus, ſeu agẽdi principiũ. Conſtat namq; ex lr̃a,ꝙ actus diſtinguit̃ hic cõtra actum cognoſcitiuũ. Et per hoc excludit̃ obiectio de actu iudicij,q quo ſit,& quõ non ſit act⁹ iuſtitię,in q. 60. infe-ri⁹ patet. Cõſtat quoque ex determinatis in ꝑcedẽti libro,ꝙ ſo lũ actus immanentes ſunt eliciti actus virtutũ,q̃uis actiones tranſeũtes poſſint eſſe actus imperati ab eis: & p hoc excludit̃ obiectio de potentia executiua. Eſt ergo literę radix,ꝙ quia ſubiectũ virtutis eſt aut rõnale per eſſentiã, quod eſt intellectus,ſeu rõ. & iuſtitiam cõſtat nõ rectificare act⁹ cognoſcitiuos:aut rõnale ꝑ participationẽ,ꝙ eſt appetitus.hoc.n.ſolũ reſtat proximũ principium actus, qui põt eſſe actus elicitus à uirtute:nõ iuſtitia i ui eſt appetitiua &c.

*Li. 1.ca. vlt.to.5.

*In dialogo de veritate ca. 13.

Concl. m

Conclu. p

*1.2.q.81 ar.2.

ticipationem,qđ eſt iraſcibilis, A & [b] concupiſcibilis, ut patet ꝑ *Philoſo. in 1.Ethic.ergo iuſtitia non eſt in uoluntate ſicut in ſubiecto:ſed magis in iraſcibili, & concupiſcibili.

Sed contra eſt,quod *Anſel.dicit,ꝙ iuſtitia eſt rectitudo uolũtatis propter ſe ſeruata.

¶ Et confirmatur, quia ſi is, ad quem ſpectat conferre tale bñficiũ ſiuè antequàm omnino contulerit, ſiuè poſt, ante tñ quàm det ex ſeipſo motu proprio mutat uoluntatem, nec dat illi bñficiũ, non tenet̃ ad reſtitutioné. ergo nullũ ius illi abſtulit: quia ſi ius al'quod abſtuliſſet illi, teneretur procul dubio ad reſtitutioné. Et cum conſtet, quod abſtulit illi totũ qđ habebat, q potuit auferri à malis conſultoribus, ſequitur q ipſe nihil iuris habebat, & q nullus teneatur ei ad reſtitutionem.

¶ 3 Præ. Quod factũ eſt, nõ põt fieri vt factũ nõ fuerit: ſed aliqñ alicui aufertur honor ſuæ perſonæ ex hoc ipſo, q paſſus eſt ab aliquo iniuſtè uituperante eũ. ergo nõ põt ſibi reſtitui qđ ablatũ eſt, & ita nõ eſt de neceſſitate ſalutis reſtituere ablatũ.

Et confirmatur rurſus: quia ſi ipſe dignior aliquid iuris haberet, teneretur ei ad reſtitutionem minus dign⁹ illo, qui tã eſt dignus, cui non petenti collatum eſt beneficium illud. Et tenet ſequela, quia iſte plus occupat iura dignioris, quia irreparabiliter, q̃ ille, qui impediuit cõſulẽdo: quia poterat nõ ſe qui conſilium eius diſtributor, & reddere digniori ius ſuum.

¶ Quartum dubium eſt, quia cum in litera dr, Si uero iam firmatum ſit, q alicui detur præbenda &c. aut intelligitur de firmitate tali, qua eſt illi ius acquiſitum, aut de firmitate adhuc impedibili, ut non ſit illi ius acquiſitum. Non de prima firmitate, quia ſic non eſſet firmitas, ut dẽt beneficium, ſed firmitas iã dans: nec eſſet amplius impedibilis, niſi ſicut poteſt quis priuari ſuo. Nec de ſecunda, quia ſi eſt impedibilis, non debet reſtitui ęquale: multum enim refert inter actum, & potentiam.

C ¶ Quintum dubium eſt, circa fundamentum literæ, ſumptum ex 2. Phyſic. tex. 56. ſ. Quòd parum diſtat, quaſi nihil diſtare videtur: quoniam regula iſta datur ab Ariſtotele, non de rebus in ſeipſis, ſed ut ſubſunt practicæ æſtimationi, & affectui humano. Vnde dicit, q intellectus accipit parum diſtans, perinde ac ſi nihil diſtaret, cum ſecus magna mala, aut magna bona fuerimus: accipit enim tanquàm ſi fuiſſemus in ipſis malis, aut magnis bonis. Conſtat autem ex dictis, quòd æqualitas commutatiuæ iuſtitiæ, ad quam faciendam ordinatur reſtitutio, attenditur ſecundùm æqualitatem rei ad rem, & non ſecundùm ęqualitatem rationis parum pro nihilo æſtimantis. Cuius ſignum eſt, quòd non ęquè punitur, qui parum diſtauit à peccãdo mortaliter, & qui peccauit mortaliter: nec eſt idem ſecundùm iuſtitiam propinquiſſimũ fuiſſe caſui peccati mortalis, & cecidiſſe in illud: hic.n. punitur pœna æterna, ille non. Neque eſt idem propinquiſſimum fuiſſe mutuo concedendo, & mutuaſſe: illi n. nihil reddendum eſſe, qui nihil mutuauit, huic uerò reſti- D tui oportere cenſet iuſtitia. Multum ergo refert ad ęqualitatem iuſtitiæ cõmutatiuæ parum diſtare, ſeu propè eſſe, & applicuiſſe, ſiue eſſe in termino: quãuis in pluribus ſecundùm paſſiones, & æſtimationes utamur illo modico pro nihilo. Et quia modo de iuſtitia commutatiua tractamus, ideo illo fundamento malè uidentur doctores vti in propoſito.

¶ Sextum eſt, An ea, quæ hic dicuntur, habeant locum in alijs conſecutionibus bonorum, puta, in teſtamentis, & donationibus. Et eſt ratio dubij, tum quia litera in hoc argumento meminit non ſolum præbendæ conſequendæ, ſed aliorum bonorum conſequendorum, quis reſpondendo, de conſecutione pbendæ ſolummodo loquatur: tum quia uidetur eadem ratio reſponſiua, quia ſcilicet aut impedit iuſtè, aut iniuſtè &c.

¶ Ad hæc dubia non eodem, quo mota ſunt, ordine reſpondendo, ſed ut facilior ſit doctrina, à quinto dubio, quod de fundamento eſt, initium ſoluendi ſumemus.

E ¶ Ad quintum igitur dubium, de illa propoſitione ex 2. Phyſic. Quod parum diſtat, nihil diſtare uidetur, dicendum eſt, quod propoſitio illa nec habenda eſt ut regula in materia iuſtitię, nec omnino ſpernenda eſt, quando ſubiecta materia patitur. Et quidem, q non ſit pro regula habenda in determinatione iuſti, patet ex hoc, quòd ſubuerteret iuſtitiam, ut in ipſa materia, de qua loquitur Ariſto. liquet. v. g. Tranſit princeps aliquis iuxta paratas inſidias & parum defuit quin caperet, & occideret &c. Iſte princeps reputatur infortunatus, ut ibidem dicit Ariſtote, quia parum pro nihilo reputando, ex magno malo liberatus eſt. Si tamen ad iuſt. æqualitatem reſpiciamus, non reputatur iſte princeps damnum paſſus, licèt parum à damno diſtauerit, propter quod nullus tenetur ei aliquid reſtituere. Et tamẽ ſi illa propoſitio admitteretur in propoſito, ſ. Propè habere, & habere, reputatur pro eodem, ſequeretur quòd iſte, qui propè habuit damnum, habuiſſe reputaretur damnum, & conſequenter eſſe ſibi reſtituendum. Similiter etiam falſa eſt regula

¶4 Præt. Ille, q impedit aliquẽ ab aliquo bono conſequendo, vr̃ illud ei auferre, qa quod modicum deeſt, quaſi nihil deeſſe vr̃, vt Philoſophus dicit* in 2. Phyſic. ſed cũ aliquis [h] impedit aliquem, ut non conſequatur pbendam, vel aliquid hmõi [b] non vr̃ q teneatur ei reſtitutionem G prębendæ, quia quandoq; non poſſet. non ergo reſtituere ablatum eſt de neceſſitate ſalutis.

Sed contra eſt, qđ Au. dicit i epiſtola ad * Maced. 14. q. 6. Si res aliena, pp quã pctm̃ eſt, reddi poſſit, & non reddit, pęnitentia non agitur ſed ſimulatur Si aũt veraciter agitur, non remittitur pctm̃, niſi reſtituatur ablatum, ſi, vt dixi, reſtitui põt.

*Li. 2. tex. 56. 10. 2.

*Epiſt. 54 a medio illius to. 2. Et habetur 14. q. 6. c. ſi res aliena.

gula hęc in lucro. Princeps n. qui prope acquiſitionem monar F chiæ fuit, ita q parum defuit, quin eſſet monarchia, infortunatus reputatur ex eadem rõne: non tñ ppea ad iæqualitatem rapti regni reputatur perueniſſe, ſicut nec peruenit: vñ non teneť ad regni reſtitutionem. Et tñ ſi illa regula hẽt locum, hẽre regnum & parum diſtare pro eodem reputãdo, ſicut qui abſtuliſſet, tenetur ad reſtitutionem, ita hic qui ppe abſtulit. Ex propoſitione ergo illa non eſt ſumenda ratio efficax in hac materia. Quãdoq; tamen ratione ſubiectæ materię, quę vel habet magnam latitudinẽ vel incertitudinem materialium, vt in menſuris, & numeris vtimur propoſitione illa. Vnde & author in hac reſponſione non eſt illa vſus, licet arguendo eam attulerit.

¶Ad tertiũ de nde dubiũ dicendũ eſt, qa ex quo excluſa eſt pro fundamento illa ppoſitio, uidendũ eſt qd eſt fundamentũ, de quo tertium dubium quærit. Fundamẽtũ igitur neceſſitãs impedientẽ ad reſtitutionem in caſu propoſito, vt ex lr̃a colligi poteſt, hẽt duo capita ſimul. ſ. violationem iuſti diſtributiui, & violationẽ boni propoſiti diſtributoris reſpectu huius perſonę cui dandum erat beneficium. Quòd n. author fundet ſe ſuper iuſto in diſtributionibus, patet ex hoc, q attendit ad dignã & magis dignam perſonam. Iam n. patet, quòd ad diſtributiuam iuſtitiuam ſpectat conſiderare dignitates perſonarum ſecundũ ſe. Quòd ẽt fundet ſe ſuper volũtate diſtributoris, patet ex hoc H quòd attendit, ſi impedimentum præſtatur conſulendo, antequàm ſit firmatum, vel poſt. Notanter autem dixi hæc duo capita ſimul concurrere, quia neutrum ſine altero ſufficit ad obligandum ad reſtitutionem huic. Et q nõ ſufficiat violato ſola iuſti diſtributiui, ex hoc patet quòd requiritur vltra dignitatẽ perſonæ præparatio aliqua, quæ impediatur. Si enim nulla eſt de aliquo memoria, nec ad eum eſt aliqua inclinatio, q̃uis dignor ſit, nullus dicitur impediſſe illum à conſequutione beneficij, q̃uis diſtribuens peccet, omittens digniorem, ac p hoc violãs iuſtitiam diſtributiuã in beneficij collatione. Quòd verò non ſufficiat ſola mutatio propoſiti etiam firmati diſtributoris, ex hoc patet, quòd ſi bona ratione quis perſuadeat, & inducat mutationem, ut detur digniori, nulli dicitur augeri ius: quia non violatur, ſed ſeruatur iuſtum diſtributiuum, præponendo digniorem non tam digno, Vtriuſq; ergo ſimul violatio facit, vt obligetur impediens ad reſtituendum illi in toto I vel in parte. Et quia nulli reſtituendum eſt niſi ſuum, conſequens eſt, quòd ex vtroque ſimul cõcurrente, ſ. dignitate maiore & applicatione ſaltem inchoata iſtius beneficij ad hunc digniorem, beneficium hoc fiat iſtius dignioris, ita quòd incipit eſſe ſuum quodãmodo, vel ſimpliciter, quando eſt applicatio firmata, ut in litera dicitur. Et quia vnuſquiſq; habet ius in eo quod eſt ſuum, quatenus ſuum eſt: ideo iſte dignior, cui diſpoſitum erat dari beneficium, habet tantum iuris in illo, quantũ habet ibi de ſuo. Et licet uere ſuum abſoluta non ſit quouſque fit ſibi datum: eſt, tamen vere ſecundum quid ſuum plus & minus, quanto plus, vel minus proxima eſt diſpoſitio ad collationem. Sicut enim diſpoſitiones agri ad fructificandum ſunt expectãtis fructus, & qui illius diſpoſitiones tollit, impedit fructificationem & tenetur ad reſtitutionem: ita diſpoſitiones ad conſecutionem beneficij ſunt illius conſequuturi beneficiũ & qui eas tollit, tenetur ad reſtitutionem et ſic interuenit hic K ius in re reſpectu diſpoſitionum, et ſuper hoc fundatur ius in ſpe, reſpectu beneficij. Et ppterea impediens diſpoſitiones ad conſequendum beneficium non tenetur ad reſtituendum æquiualens beneficio, ſed ad reſtituendum aliquid, penſata propinquitate, vel elongatione potentiæ ab actu, ſicut in lædente ſemina accidit.

¶Ad conſiderationẽ dicitur, falſum eſſe, quòd diſtributor mutans ſententiam, & declinans ad minus dignum, non teneatur ad reſtitutionem. Deterioris ſiquidẽ conditionis in hoc diſtributor, quã impediens eſt: quia quandocumq; tenetur impediens ad reſtituendum, tenetur etiam diſtributor, niſi ſit deceptus rationabiliter, ita vt excuſetur: ſæpe autem tenetur diſtributor ad reſtitutionem nullo impediente concurrente.

¶Ad cuius euidentiam, alius antedictæ radices reſtitutionis repetendo, noſſe oportet, q beneficia eccleſiaſtica ſunt bona cõmunia Eccleſiæ debita perſonis eccleſiaſticis dignis, ita quod tale beneficium vacans debetur alicui illius Eccleſiæ parti quæ digna eſt: ſed aliter debeť ante actũ diſtributionis, & aliter poſt quia ante actum diſtributionis debetur digno vt cõe, ita q eſt ſuũ ut res cõis. Diſtributionis ãt act⁹ facit de cõi propriũ. Eſt ſiquidẽ diſtributio appropriatio rei cõis ad ſingulares pſonas. Et propterea quando incipit diſtribui hoc beneficium pro illo digno, incipit illud beneficium fieri ſuum vt appropriũm et quanto plus procedit diſtributionis actus pro ipſo, tanto plus fit ſuum, ut proprium. Itaque conſumato diſtributionis actu pro ipſo beneficiũ, quod à principio uacationis erat ſuum vt commune eſt ſuum vt proprium. Et propterea quod prius erat ſibi debitum ut commune, poſtmodum eſt ſibi debitum ut proprium. Et ſi quis poſt diſtributionem auferret, proculdubio auferret ab illo proprium. Impediens ergo à conſecutione beneficij digniorem, directè agit contra diſtributionis actum, quo beneficium illud debebat fieri ſuum ut proprium: et propterea quanto magis proceſſit actus diſtributionis pro illo, tanto ad plus tenetur. Diſtributor autem, quia ſibi cõmiſſa eſt diſpenſatio cõmunium bonorum, & teneť ad tribuendum beneficiũ digniori ſiue ex malo impedientis conſilio auertat ſe à digniore, ſiue pprio motu, ad reſtitutionem tenetur. Et quia ipſe teneť ad tribuendum digniori quod erat ſuũ ut cõmune, quia ad officiũ ſuum ſpectat applicare commune huic, ideò ipſe tenetur ad reſtituendum æquale illi beneficio: qm̃ ipſe tenebatur ad actum diſtributionis conſumatum pro illo, & hoc ſi non poterat impedire. Vnde inter diſtributorem & impedientem hæc eſt dr̃ia quia impediens tenetur ratione appropriationis debitæ uiolatæ: diſtributor ãt ratione utriuſq;, ſcilicet & uiolatæ appropriationis debitæ, & omiſſæ diſtributionis debitæ. Et q diſtributor teneatur ad reſtituendum æquale, poteſt ſumere ex præcedenti artic. in reſponſione ad ultimum. ubi dicitur, q diſtribuens, qui minus q̃ debuit, dedit alicui de communibus, tenetur recompẽſare ſecundum ęqualitatem rei ad rem, ut. ſ. quãto minus habuit q̃ debuit, tanto plus ei detur. uerbi gratia. Si debebatur alicui de communibus centum, & data ſunt ei quinquaginta, debentur alia quinquaginta, & ſi nihil habuiſſet, debereť ei centũ: alioquin non fieret reſtitutio ſecundum æqualitatem rei, in qua damnificatus eſt, ad rem quæ in recompenſationem datur. Et ſimiliter in ppoſito, ſi, pro quia, iſti digniori debebatur de communibus bonis tale beneficiũ, & non eſt ei datum, ex quo in toto damnificatur eſt a diſtributore, qui tenetur ad hoc, non fiet reſtitutio, niſi æquiualens reſtituatur.

¶Sed cõtra hęc concluſa militat ratio reſtitutionis: quia ſcdm eam neuter tenetur ad reſtituendũ æquale, aut utroq;. Quod ſic patet. Aut iſti digniori impedito beneficium erat debitũ ut commmune, aut proprium: ſi ut cõe, ergo nõ debet ſibi reſtitui ut proprium. Sed reddere æquale ſecundum rem eſt reddere quod alicui debetur ut pprium, ergo nec diſtributor, nec impediens tenetur ad reſtitutionem æqualis, Si namq; redderetur æquale ipſi beneficio, plus eſſet id, quod redderetur, q̃ id quòd ablatum eſt: quia ablatum eſt quod erat ſuum ut commune, & cæptum appropriari, & reſtitutũ eſt ut ſuum propriũ et ſic iſte dignior ex impedimento, uel mutata ſententia lucraretur. Plus. n. haberet, q̃ habebat tunc, quando impedimentum appoſitũ eſt quia habet ut proprium, quod tunc non habebat niſi ut commune, & cæptum appropriari. Si ut proprium, ſequitur, ergo uterq;. ſ. diſtributor, & impediens tenetur ad reſtitutionem æqualis: qm̃ ſcdm æqualitatem rei ad rem faciendo reſtitutionẽ, oportet totum q erat illi ppriũ, reddere. Falſum igitur, uſ, q teneatur ad reſtituendum plus diſtributor, q̃ impediens, ut concluſum erat: ita quòd ille ad æquale, iſte ad aliquã partem teneť. quoniam idem iuſtum eſt, quod ab utroq; uiolatur, licet diuerſimode, quod non facit teneri ad plus reſtituendum, ſed facit iſtum magis teneri ad reſtituendum, quàm illũ v. g. principalem magis, quàm ſecundarium damnificantem.

¶Ex iſtis itaq; igitur pro vtraq; parte rõnibus ſatis ambiguis oportet materiam reſtitutionis ex proprio gñe decidere in ppria princ pia reducendo. vt mens quieſcat. Reſtitutio iuſtitię cõmutatiuæ act⁹ eſt: iuſtitia ãt cõmutatiua reſpicit debitũ vt proprium, ut in quęſtione præcedenti, ar. 1. ad vltimũ litera dicit. Quod igitur reſtituendum eſt, oportet debitum eſſe non qualiter-

ſtetcumque, ſed vt proprium. Firma ergo ſententiā, q; obiectū A reſtitutionis eſt debitum alicui ut proprium, ita quod niſi debeatur alicui vt proprium, non eſt illi neceſſario reſtituēdū. Et hoc hēt reſtitutio ex ſuo gñe: quia cuiuslibet cōmutationis iuſtę obiectū, eſt debitum alicui ut proprium, ut patet in emptione & venditione, furto & rapina, & huiuſmodi. Applicādo autē reſtitutionē ad recōpēſandas diſtributiones iniuſtas, dicimus q; res diſtribuēda nō eſt partium ut propria, ſed ut communis. Et efficienda eſt propria ſingulis partibus ſecundùm proportionalitatis formam per actum diſtributionis: ita q; diſtributio, ut eſt actus diſtributiuę iuſtitię, non ſignificat applicationem communis boni ad has perſonas: quoniā talis applicatio poteſt fieri per actū donationis, ut patet cum communitas largitur legatis. Nec ſignificat applicationem debitā eiuſdē: qm̄ hæc poteſt fieri per actum cōmutatiuæ iuſtitiæ, ut patet cum communitas ſoluit mercenariis: ſed ſignificat applicationem communis boni ſecundū proportionalitatē debitā, partibus illius communitatis a diſtributore. Huiuſmodi uerò applicatio, quæ diſtributio vocatur, non præſupponit portionē tali parti debitam, eſſe illius ut propriā, ſed facit illam eſſe ſibi ꝓpriam. Diſtributio n. eſt inter duos terminos, ita quòd terminus à quo, eſt res debita parti, ut communis: terminus uerò ad C quem, res propria partis, & ipſa diſtributio eſt faciens de communi proprium partibus, ut iam dictum eſt. Ex hoc igiť, q; diſtributio eſt faciēs propriū, & reſtitutio fundatur ſup ꝓprio, cōſequens eſt, q; ſicut diuerſimodè aliqui ſe habēt ad diſtributionem, ita diuerſimodè ſe habeant ad faciendū proprium huic, vel illi: Et ſicut diuerſimodè aliqui tollunt diſtributionem, ita diuerſimodè tollant appropriationem. Conſtat autem quòd diuerſimodè habēt ſe ad diſtributionem diſtributor, & priuata ꝑſona: quia ille tenetur ad diſtributionem, hoc eſt, ad faciēdū conſumatè de communi proprium huic parti ſecundùm ſuā proportionem: priuata autem perſona non tenetur ad diſtributionem. Quicunque autem tenetur ad faciendum cōſumatè A meū, & abſq; rationabili cauſa non facit, non ſatiſfacit mihi, ſi aliquid minus q̄ A, facit meum, ut de ſe patet. Quia damnum meum ex negata appropriatione debita ab ipſo diſtributore tantum eſt, quantum opponitur ipſi A. Et proptèrea diſtri D butor tenetur ſecundùm formam iuſtitiæ commutatiuæ mihi, cui debebat diſtribuere A, reſtituere æquiualens ipſi A: qa reſtitutio reſpicit debitum proprio damno. Vt autem dictum eſt, proprium damnum mihi à diſtributore illatum, menſuratur, ſecundùm quantitatem boni communis mihi appropriādi ex debito ab ipſo diſtributore: ipſe.n. ad conſummatam appropriationem tenetur. Et paria ſunt auferre alicui ſuū, & non facere alicui ſuū, ſi referatur ad illū, q tenetur ad hoc faciēdū, & expeditus ita eſt, ut impediri nequeat. Priuata autem perſona, quæ ex aduerſo ueniens impedit diſtributionē, de qua loquimur, quæ ſcilicet eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, ex eo quòd nō tenetur ad ipſam conſumandam diſtributionem, non tenetur reſtituere æquiualens beneficio diſtribuendo. Sed ex eo quòd diſtributionem, quæ eſt debita appropriatio cōmunis ad hanc partem, impedit, intantum tenetur, quantum illa appropriatio accedit ad proprium. Quantò enim appropriatio magis ap E propinquat huic, tanto dānum propriū iſtius eſt maius. Penes proprium autem damnum illatum menſurāda eſt reſtitutio, quæ ad debitum, ut proprium, reſpicit. Et propterea in litera dicitur, quòd impediens tenetur ad arbitrium boni uiri, ſi non erat firmatum, quia non erat ſuum ut proprium: nec ille tenebatur ad cōſumandū diſtributionis actum, ut eſſet ſuum ut ꝓprium. Sic ergo patet, q; non eſt eadem de utroque, ſ. diſtributore, & impediente ratio: quia impediens tenetur ex hoc ſolo, quia impediuit digniorem à conſecutione ſui, ut communis, debiti tñ, ut fieret ſibi proprium. Et quia quantò magis diſtributio erat diſpoſita pro eo, tantò magis erat ſuum ut propriū: ideò tantò ad plus reſtituendum tenetur. Diſtributor autem ex alio capite tenetur ad reſtitutionem. ſ. ex hoc, quòd tenebatur ad inchoandam, & conſumandam diſtributionem huius beneficij pro iſto. Et niſi hoc aſſeratur, perit natura reſtitutionis pro dānis reſtitutionum. Fieret. n. melioris cōditionis di-

*Ar. ſec.

Conclu. m

RESPON. Dicendum, q; reſtitutio, ſicut dictū* eſt, eſt act⁹ iuſtitiæ cōmutatiuæ, q̄ in quadā æqualitate conſiſtit. Et iō reſtituere, importat redditionē illi⁹ rei, q̄ iniuſtè ablata eſt: ſic.n. ꝑ iteratā eius exhibitionē ęqualis reparatur. Si uerò iuſtè abla B tum ſit, inæqualitas erit ut ei reſtituať: qui iuſtitia in æqualitate conſiſtit.ᵐ Cū ergo cōſeruare iuſtitiā ſit de neceſſitate ſalutis, conſequens eſt q; reſtituere id, quod iniuſtè ablatū eſt alicui, ſit de neceſſitate ſalutis.ⁿ

AD PRIMVM ergo dicendū, q; in quibus non poteſt recompēſari æquiualens, ſufficit q; recompēſetur quod poſſibile eſt: ſicut patet de honoribus, qui ſunt ad Deū, & ad parentes, ut Philo. dicit* in 8. Ethic. Et ideò quando id, quod eſt ablatum, non eſt reſtituibile per aliquid

ſtributor omittens dare huic: quia non tenetur reſtituere tantum huic, quantum tenebatur diſtribuere huic. Ceſſaret quoque iuſtitia querelarum ciuium hic pugnātium, q; æqualia nō æqualibus, aut inæqualia æqualibus dantur, ut dř in 5. Ethicorum: aut iniuſtum hoc non deberet ad iuſtum per reſtitutionē deduci, ut patet.

¶ Notāter autē dixi, q; impediens ex aduerſo ueniēs non tenetur ad æquale: qa cōſiliarij diſtributoris, quorū conſilio diſtributor regiť in diſtribuendo, non minus tenentur ad reſtituendum æquale, q̄ diſtributor: quia ipſi tenētur ex officio ad inchoandam, & conſumandam diſtributionē pro digniore, ex quo eſt eorum cōſilio diſtributio ꝓpoſita. Hæc aūt, quæ de diſtributoris obligatione dicta ſunt, intelligenda ſunt qñ diſtributio pro digniore liquida eſt, & non impedibilis. Et quoniam difficile eſt reſtitutionem facere in diſtributionibus bñficiorum, iō caueant ſibi diſtributores: quia non remittiť peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Nec fallat ſe, aut blandiatur ſibi quiſp iam, putans Papam propter plenitudinem ſuæ poteſtatis nō arctari diſtributiuæ iuſtitiæ legibus I beneficiis diſtribuendis: qm̄ Paulus Apoſtolus cui uniuerſalis Eccleſiæ regimē cōmiſſum erat, ſicut alijs Apoſtolis a Chriſto, ait, Sic nos exiſtimet hō, ut diſpenſatores miniſteriorū Dei. Vt diſpenſatores miniſteriorū dixit, non ut dominos. Conſtat autem miniſteria eccleſiaſtica diſtribui, cum beneficia eccleſiaſtica diſtribuuntur: quoniam hæc ſunt illorum quaſi ſtipendia.

¶ Sed quid dicendum in caſu, quo corrupta eſſet Eccleſia in capite, & omnes auaritiæ ſtuderent, & ſola uenalitas, aut uoluntas, aut aliqua conditio extranea à iuſto, eſſet ratio diſtributionis, ſeu diſſipationis beneficiorum, & unus alium ſupplantare quæreret, quis cui reſtituere teneretur, cum omnes ſint indigni, cum nulla impediatur diſtributio: quia omnino non fuiſſet iuſtè datum beneficium, ſed ad libitum &c.

¶ Rñdeo, q; ſicut in moralibus ſunt, ut dicitur in 7. Ethicor. uitia duplicis ordinis, quædam humana, ut auaritia, puſillanimitas, furtum, & ſimilia, quædam uerò beſtialia, ut coitus cū animalibus, feritates, & hmōi, & de illis diſputatur, iſta relinquuntur: ita in Eccleſia quædam ſunt uitia eccleſiaſtica, ut intruſio, ſymonia, aliqua mala diſtributio, impedimentum pręſtare digniori, & huiuſmodi: quædam autem ſunt uitia Babylonica, q indigna ſunt diſputatiōe, & huiuſmodi ſunt uitia Romanæ curiæ, quando (quod Deus auertat) uenalitas, uoluntas, lenocinium, & huiuſmodi, diſtribuerent beneficia.

¶ Ad confirmationem ultimam in dubio principali dicitur, q; cum iſte minus dignus ratione actionis ſuæ in nullo teneatur digniori, quia non impediuit eum, ut ſupponitur: nec beneficium unq̄ fuerit illius dignioris, nec ipſe fuerit unq̄ debitor illi, ut faceret illud eſſe ſuum, ſicut debitor erat diſtributor, nullo iure tenetur ad reſtitutionem. Nec eſt uerum, q; iſte occupet iura dignioris: quoniam ius dignioris erat reſpectu illius, quādiu erat inter bona communia. Modo autem factum eſt bonū proprium per applicationem ad iſtum: & ius dignioris remanſit ad communia, & ad diſtributorem, qui ei tenetur duplici iure, ſcilicet diſtributionis, & reſtitutionis.

¶ Ad ſecundum poſtmodum dubium, q; de procurantibus ꝓ ſe minus dignis, ac per hoc indirectè impedientibus digniorē, tractat, dicitur à Scot. & Ric. in 4. ſent. diſt. decimaquinta, q; talis pro ſe procurans non tenetur ad reſtitutionem aliquam: qa licet unicuique pro ſeipſo procurare per uiam licitam & honeſtam, alio neglecto.

¶ Et firmatur, ſeu declaratur ex iure ciuili. ff. de nou. oper. nū. l. 2. ubi dicitur, quòd ſi præſcindo uenas in fundo meo, ꝑ quas deriuatur aqua ad puteum alterius cauſa damnificādi, teneor, illi: Si autem ut propriæ conſulam utilitati in aliquo ædificio, non teneor, iuxta allatam regulam arguendo.

¶ Petrus autem de Palude in 4 ſen. diſt. 15. dicit, q; ſi quis procurat ut beneficium detur minus digno ſibi, uel alij, tenetur ad reſtitutionem digniori, quem impedit: quia beneficium eſt debitum ſecundum diſtributiuam iuſtitiam digniori.

¶ Mihi verò uidetur diſtinguēdum, quia minus dignus poteſt dupliciter pro ſe procurando impedire digniorem. Primo, ut impedimentum claudatur infra latitudinē uoluntarij, qd tūc

*Li. 8. ca vlt. nō ꝓcul a fin. tom. 5.

accidit, qñ procurans pro ſe mauult ſe cōſequi cū dignioris im F pedimēto, q̃ ſe nō cōſequi, ut dignior nō impediatur. Qñ n. pcuratio pro minus digno ſic tēdit ad cōſequēdū, ut nō curet de impedimēto dignioris, ad reſtitutionem tenet, iuxta arbitrium boni viri. Et rō eſt, qa huius pcuratio eſt iniuſta, vtpotè contra iuſtit à diſtributiuā.

Alio mō, vt impedimentū nō ſit voluntarium, qđ tūc accidit, qñ aliqs petit pro ſe, vel alio ſine cuiuſquā iniuria. Et ſi hoc qdē exprimit, clarū ē ꝙ iniuſtè nō petit, & ſi ſibi dari contingit à diſtributore, poſthabito digniore, ipſe q petit, in cā non fuit, vñ non tenetur ad reſtitutionē. Si aūt hoc non explicat, qa non eſt de ſtylo petentiū, petitio ſua intelligenda eſt ſine iniuria alterius, qa nemo pręſumendus malus eſt abſq; ſufficiēti indicio. Et pp ea ēt abſolutè procurans, non volens impedire pp ſe digniorē, & ſi in ueritate aduerteret ſe īpedire digniorē, deſiſteret, aut exprimeret ſuā intentionem, ſi de hoc rōnabiliter dubitaret, non tenet ad reſtituendū in aliquo, ſi ſibi minus digno datū eſt, qa non iniuſtè procurat. Et ſi hanc diſtinctionē perſpexeris, videbis, ꝙ opiniones recitatę quæ uiſæ ſunt cōtrariæ, non ſunt contrariæ: quia Scotus & Ricardus verū dicunt, quando iuſtè qs procurat, non quando contra rationem diſtributiuæ iuſtitiæ: Tertius verò, quando iniuſtè quis procurat.

Ad primum deinceps dubium de æque dignis, ex dictis patet ſolutio, quia ſ. impediens dignum, ut detur æque digno, non tenetur ad reſtitutionem: qm̃ non uiolat iuſtum diſtributiuum. Iam. n. dictum eſt, ꝙ niſi uioletur iuſtum, non habet locum reſtitutio. Et ſi contra inſtetur, qa uiolatur appropriatio inchoata pro uno, Reſpondetur, ꝙ in æquè dignis appropriatio innititur non iuſtitiæ, ſed gratiæ, donec fuerit conſumata, ſeu fecerit proprium. Et propterea non læditur iuſtitia, ſed gratia: non impeditur appropriatio debita, ſed gratuita.

Ad quartū deinum dubium de gradibus in pgreſſu diſtributionis, quando ſ. diſtributio eſt firmata, & tamen nō eſt executioni mandata, dicitur ꝙ author, ut ex dictis patet, loquitur de diſtributione debita, nō gratuita. ſ. reſpectu dignioris, nō æque digni: & itaus ponuntur tres ſtatus. Primus ante firmitatē, hoc K eſt antequam ſit decreta diſtributio ad hunc. Secundus, quando iam eſt decreta reſpectu huius, ſed non executioni mandata. Tertius, quando iam eſt executioni mandata. De hoc tertio ſtatu in litera nihil dicitur, quia de impedimento conſecutionis eſt quęſtio. Conſumata autem diſtributione, conſecutio impediri non poteſt, licèt poſſit impediri poſſeſſio cōſecuti. Sed de iniuſtè impediente poſſeſſionem, nō eſt dubium, ꝙ tenetur ad reſtitutionem æqualis: quia iam in proprio dānificatur, q impeditur à poſſidendo ſuum beneficium. De primo verò ſtatu dicitur, ꝙ ad arbitrium boni viri, penſatis conditionibus reſtitutio fieri debet. De ſecundo verò, de quo eſt præſens dubium, in litera dicitur, ꝙ tenetur ad reſtitutionem æqualis. Et ꝙ intelligat litera per ſua uerba hunc ſtatum, ſcilicet quando diſtributio debita eſt decreta reſpectu huius, patet ex duobus. Primo, ex hoc ꝙ dicit, Si eſt firmatum, ꝙ alicui detur: ſecundo, ex hoc ꝙ ſubdit, Et aliquis procuret ꝙ reuocetur. Si non loqueretur de

æquale dēt fieri recōpenſatio, qualis poſſibilis eſt, puta, cū aliquis alicui abſtulit mēbrum, debet ei recōpenſare uel in pecunia, uel in aliquo honore conſiderata cōditione utriuſq; pſonæ ſm arbitrium boni viri.

Ad II dicendum, ꝙ aliquis pōt alicui famam tripl'r auferre. G Vno mō, uerum dicendo, & iuſtè, puta, cum aliquis crimen alicuius pdit ordine debito ſeruato, & tūc nō tenetur ad reſtitutionem famę. Alio modo, falſum dicēdo, & iniuſtè: & tūc tenetur reſtituere famā, confitēdo ſe falſum dixiſſe. Tertio mō, verū dicendo, ſed iniuſtè, puta, cū aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitū: & H tunc tenet ad reſtitutionem famæ quantum pōt, ſine mendacio tñ, utpote ꝙ dicat ſe malū dixiſſe, uel ꝙ iniuſtè eū diffamauerit: Vel ſi non poſſit famā reſtituere, dēt ei al'r recompenſare, ſicut & in aliis dictum* eſt.

* In ſol. ad 1.

Ad III dicendū, ꝙ actio cōtumeliā inferentis non pōt fieri, ut non fuerit. Poteſt tñ fieri, vt eius effectus, ſ. diminutio dignitatis perſonæ in opinione hominum reparetur per exhibitionem reuerentiæ.

Ad IIII dicendum, ꝙ aliquis pōt impedire aliquem, ne hēat prębendam multipl'r. Vno modo iuſtè, puta, ſi intendens honorem Dei, uel utilitatē Eccleſię, pcuret ꝙ detur alicui pſonæ digniori: & tunc nullo mō tenet ad reſtitutionē, uel ad aliquā recompenſationē faciēdā. Alio modo iniuſtè, puta, ſi intēdat eius nocumentum, quē impedit pp odium, uel uindictam aut aliquid huiuſmodi: & tunc ſi impedit ne prębenda dēt digno, conſulens ꝙ non detur, antequā ſit firmatum ꝙ ei dēt, tenetur quidem ad aliquam recompenſationem penſatis conditionibus perſonarū, & negotij ſm arbitrium ſapientis: non tñ tenetur ad ęquale, quia illā nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si verò iam firmatum ſit, ꝙ alicui detur præbenda, & aliquis propter indebitam cām procuret ꝙ reuocetur, idem eſt ac ſi iam habitā ei auferret: & ideò tenet ad reſtitutionem æqualis, tamē ſecundùm ſuam facultatem. I

diſtributione executioni mandata, ante tamen poſſeſſionem, non diceret ly, ut detur, quia iam data eſſet præbenda. Nec diceretur reuocabilis, quia ex quo eſt executioni mandata, non eſt reuocabilis, ſed auferibilis.

Vnde ad motum dubium dicitur, ꝙ author loquitur de firmitate impedibili, ita ut non ſit adhuc omnino propriū illius, pro quo firmatum eſt beneficium. Patet namque quòd ponit caſum, in quo de facto impeditus eſt ille dignior. Et factū eſt ut ſibi non detur per reuocationē ſtatutæ diſtributionis. Et cum obiicitur, ergo impediens non tenetur ad æquale, qa adhuc non erat actu ſuum, Reſpondetur, quòd paria ſunt eſſe actu meum, & eſſe ex debito decretum, vt ſit meum. Statim enim ut diſtributio iuſtitiæ diſtributiuæ exigente decreta eſt, ut hoc detur illi parti, & illud illi alteri parti, unicuique iam debetur id, quod ē decretum ſibi quaſi proprium: quamuis vſque ad executionē decreti non ſit illud vere proprium. Quia ergo paria ſunt proprium, & quaſi proprium, ideò author dixit, quòd tenetur ad reſtōnē æqualis.

Sed occurrit non ſpernēda ſpeculatio. Contingere poteſt ꝙ iuſtè decreta diſtributione talium bñficiorum pro tali, & tali, antequā executioni mandetur diſtributio, appareat alius dignior, cui ſecundū rōnem diſtributiuæ iuſtitiæ debetur locus primus in diſtributionibus, ſiqs ad diſtributorem accedens procuret, ut reuocet decretam diſtributionē, ut detur digniori præbenda, iſte non uiolat iuſtitiam diſtributiuam, nec tenetur ad reſtitutionē illi, cui erat decretum beneficium, & tñ aufert illi, quod erat illi debitum quaſi proprium. Non ergo paria ſunt, auferre debitum quaſi proprium, & auferre debitum ut proprium: quia conſtat non eſſe auferēdum proprium beneficium ab aliquo, ut detur digniori. Sed hoc non obſtat determinationi factæ, quia res non in eodem ſtatu pmanent. Aduertendum eſt ꝙ quandiu decreta diſtributio habuit rōnem iuſti, portio decreta huic erat debita quaſi propria. Et quandiu habebat hanc rōnem, non poterat niſi iniuſtè auferri ab eo, & æquiualebat proprio. Sed ſtatim ut diſtributio deſiit habere rōnem iuſti pp digniorem perſonā interim manifeſtatā, deſiit illa pbenda debita eſſe huic, quaſi propria, ac per hoc licite data eſt alteri. Hoc aūt oſtendit, ꝙ non ſunt idē proprium, & quaſi propriū, & ꝙ non habent omnino eandem uim: qa proprium non eſt uariabile, quaſi proprium adhuc uarietati ſubiicitur. Sed nō oſtendit, quin ſtante in ſuo robore quaſi proprio, æquiualeat proprium, & quaſi propriū quo ad damnum, & conſequenter quo ad reſtitutionem.

Ad ſextū poſtremo dubium, an hæc doctrina locum habeat in donationibus, teſtamentis, & legatis, Reſpondet breuiter, quòd quia liberalium collationum uoluntas domini eſt iō iuxta uerbum patrisfamilias, An non licet mihi, quod uolo, facere. Et uoluntas donantis, teſtantis, aut legantis, quandiu eſt ambulatoria, in ſua eſt libertate: ita quòd nulli facit iniuriam, auferendo legatum tertium, conſequens eſt quòd nullius ius uiolat qui legatum, teſtamētum, aut aliquid huiuſmodi impedit, procurando reuocari non ſolū ut ſibi, aut alteri bñfaciat, ſed ēt

ſi animo damnificandi eos, quibus erāt danda huiuſmodi bona, reuocationé eorū procuret ab eo, qui donabat: & ratio eſt, quia reſtitutio eſt actus iuſtitiæ. Et quia ex damno illato conſurgit, præſupponit violationem iuſti, ſeu iuris, ad quod reparandum reſtitutio ordinatur. In propoſito autem nullius ius uiolatur, quia nihil erat alicuius, voluntate adhuc exiſtente ambulatoria. Signū aūt huius eſt, quia ſi ipſe teſtator ex odio reuocet teſtamentū, nulli facit iniuriā. Et ſi ipſe qui eſt principalis cā reuocationis, nulli facit iniuriā, alij excitantes ipſum, & inducētes ad reuocandū, nō inducūt ad cōmittendū iniuriā alicui, ac per hoc nō tenentur ad reſtitutionē, ſed ad pœnitentiā de peccato odij. Et ſi cōtra hoc afferatur aliud exēplum de perſione uenarū aquæ, quia ſi ſolo damnifica ndi alius quis præcidit in proprio fundo uenas aquæ, per quas in puteū fluit alterius, tenetur ad reſtitutionē, ad quam non teneretur, ſi non animo damnificādi faceret idē, ut prædictū eſt. ergo à ſimili, qui aio dānificandi proximum procurat reuocari teſtamentum, tenetur de damno.

¶ Rñdēdum eſt, quod nō eſt ſimile: quia in caſu perſionis aufertur proximo aqua propria, dependens tñ a fundo alterius: & propterea oportet auferentem, ex legitima cā auferre. Hic uerò nihil propriū aufertur, quia nihil iuris habebat ex uoluntate ambulatoria.

Porrecta Per totum.

345 Intra art. 4 cor. Et 12. q. 105. ar. 2. ad 9. Et 4. d. 25. q. 1. ar. 5. q. 2. ad 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſufficiat reſtituere ſimplum, quod iniuſte ablatum eſt.

AD TERTIVM ſic pcedit. Vr quod non ſufficiat reſtituere ſimplū, qđ iniuſtè ablatum eſt. Dī. n. Exo. 22. Si qs furatus fuerit bouē, aut ouē, & occiderit, vel vēdiderit, qnq; boues pro vno reſtituet, & quatuor oues p vna oue: ſed qlibet tenet mādatū diuinę legis obſeruare. ergo ille q furat, tenet reſtituere quadruplum, vel quintuplum. B

¶ 2 Præt. Ea quę ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt, vt dr ad Rom. 15. ſed Lucæ 19. Zachæus dixit ad Dñm. Si quē defraudaui, reddo quadruplū. ergo homo debet reſtituere multiplicatū id, qđ iniuſtè accepit. C

¶ 3 Præt. Nulli pōt iuſtè auferri id qđ dare nō dēt: ſed iudex iuſtè aufert ab eo, qui furatus eſt plus q̄ furatus eſt, p emenda. ergo hō debet illud ſoluere, & ita non ſufficit reddere ſimplum.

SED CONTRA eſt, quia reſtitutio reducit ad æqualitatem, qđ inæqualiter ablatum eſt: ſed aliquis reddēdo quod accepit ſimplum, reducit ad æqualitatem. ergo ſolum tenetur reſtituere tantum, quantum accepit. D

RESPON. Dicendum, quod cum aliquis iniuſtè accepit rē alienam duo ſunt ibi cōſideranda: quorum vnum eſt inæqualitas ex parte rei, quæ quandoq; eſt ſine iniuſtitia, ut patet in mutuis. Aliud autem eſt iniuſtitiæ culpa, quæ poteſt eſſe etiam cum æqualitate rei, puta, cum aliquis intendit inferre violentiam, ſed non præualet. Quantum ergo ad primum, adhibetur remedium per reſtitutionem, inquantum per eam ęqualitas reparatur, ad quod ſufficit quòd reſtituat tantum, quantum habuerit de alieno: ſed quātum ad culpam, adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem & ideō antequam ſit condemnatus per iudicem, nō tenetur reſtituere plus quàm accepit: ſed poſtquàm condemnatus eſt, tenetur pœnam ſoluere. Et per hoc patet reſponſio ad primū: quia lex illa determinatiua eſt pœnæ per iudicem infligendę, cum ad obſeruantia iudicialis præcepti nullus teneatur poſt Chriſti aduentum, ut ſupra habitum * eſt. Poteſt tamen idem, vel ſimile ſtatui in lege humana, de qua erit eadem ratio.

AD II dicendū, quod Zacchæus id dixit, quaſi ſupererogare uolens. Vnde & præmiſerat: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.

AD III dicēdū, quod iudex condemnando, iuſtè poteſt accipere aliquid amplius loco emendæ: quod tamen antequàm condemnaretur, non debebat.

SVPER QV. LXII. ART. III.

IN art. 3. eiuſdem 62. q. dubium occurrit circa illam redditionem cauſæ in corporear. cum dicitur, Et ideo antequàm ſit condemnatus per iudicem, non tenetur reſtituere. Vr enim quod ex hoc, quod inflictio pœnæ pertinet ad iudicem, non ſequatur, anteq̄ ſit condemnatus, non teneatur, tum quia inflictio pœnæ non pertinet ad iudicem tñ, ſed ad legem: dictum eſt enim in præcedenti libro, quod actus legis eſt punire, immò iudex punit, vt lex animata. Si ergo lex pœnalis lata eſt, non eſt opus iudice damnante, quia lex inflixit pœnam: tum quia manifeſtè patet teneri aliquos ad pœnas legis abſque iudicis quocumq; actu, ut patet in excommunicationibus, & cenſuris latis à iure. E

¶ Ad hoc dicitur, quòd author non loquitur vniuerſaliter de pœna à lege impoſita, ſed de pœna reſtitutionis in quadruplo, uel huiuſmodi, ut patet in litera: ſed quia ratio in litera ad materiam reſtitutionis à lege ſtatutæ uniuerſalior eſt, quam reſtitutionis pœna, vt patet, oportet aliter dicere, diſtinguendo quod pœna ſtatuta in lege eſt duplex, quædam ad cuius executionē requiritur aliqua actio: quædam autem cuius executio nullam actionem requirit. verbi gratia. Pœnæ mortis, mutilationis, verberis, carceris, exilij, ſolutionis, confiſcationis, ſeu priuationis bonorum, & huiuſmodi, non poſſunt executioni mandari per ſolam legem, niſi interueniat actio aliqua, puta, occidere, mutilare, uerberare, includere, ire, ſoluere, accipere, uel dare, & ſi qua eſt alia eiuſmodi actio. Pœnæ autem excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis, & ſi qua eſt alia ſimilis, nullam actionem in ſui executionem exigunt: ſed non communicare cum fidelibus, non immiſcere ſe phibitis, nō exercere actum ordinis, quæ in ſola negatione, ſeu priuatione conſiſtunt, ſufficiunt ad earum executioné. Ex hoc autem ſequitur altera differētia, ſcilicet, quod quædam eſt pœna cuius inflictio eſt ppria iudici: quædam autem cuius inflictio eſt cōmunis iudici, & legi. Declaratur hoc, quia pœna in executione exigens agere, conuincitur propria iudici ex hoc, quia aut ad illud agere tenetur reus, aut iudex. Non reus, quia non tenetur ex lege niſi ad pęnam. Pœna autem conſiſtit in pati, non in agere. ergo tenetur iudex. Et uere ſic eſt, quia niſi iudex per ſe, uel alium occidat, mutilet, uerberet, claudat, agat ad exilium, accipiat bona, aut hmōi, non tenetur reus ex ſola lege ad huiuſmodi pœnæ executionem. Pœna autem in executione non exigens agere, communiter infligi poteſt à iure, uel iudice. Itaq; ſola legiſlata ſententia obligat reū ad executionem pœnæ. Et in promptu cauſa eſt, quia non exigit neceſſario actionem iudicis.

Conclu. m

* 1. 2. q. 104. ar. 3.

¶ Ad dubium ergo dicitur, quòd doctrina authoris uniuerſalis eſt de pœna, cuius inflictio pertinet ad iudicem, ut propria: de tali enim optimè ſequitur redditio cauſę. Et ideò antequàm ſit condemnatus per iudicem, nō tenetur ad executionem. Et quòd hæc ſit uera intentio authoris, patet ex hoc, quòd loquitur de iudice, ut diſtinguitur à lege. Loquendo autem de iudice, ut diſtinguitur à lege oportet loqui de proprijs iudici, & de communibus iudici, & legi.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad primam obiectionem: quia punire, id eſt, punitionem ſtatuere, eſt actus legis, & punire executiuè conuenit etiam legi, quando pœna non exigit actionem in executione. Et ad ſecundam, quia de pęnis, quarum inflictio communis eſt iudici, & legi loquitur: litera autem loquitur de pœna, cuius inflictio eſt propria iudici. Et tu notabis, & applicabis hæc ad iurium, & ſtatutorum tam ciuilium, quā canonicorum intellectum, & rationem. Videbis enim quòd ſi pro quibuſdam criminibus, puta hæreſis, lęſæ maieſtatis, & huiuſmodi, pœnæ priuationis bonorum ipſo facto incurrendæ ponuntur, inquantum claudunt ſe in priuationem, à lege infligi dicuntur: inquantum uerò exigunt actionem, iudicis actū expectant, unde dicuntur priuati dominio rerum à lege: non tamē tenentur ea aſſignare fiſco, niſi interueniat actio iudicis.

SVPER QV. LXII. ARTIC. IIII.

IN art. 4. eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad primum & ſecundum, dubium eſt, quare damnum lucri ceſſantis ex pecunia mutuata debet reſtitui creditori poſt moram, ut in litera

 dicitur,

Porrecta per totum. 346

dicitur, & nõ à principio abſolutè loquẽdo. Nulla.n.apparet inter hæc differẽtia, niſi quia poſt morã inuolũtariè ſuſtinet damnum creditor à principio aũt uoluntariè. Sed hæc rõ nõ ualet, quia iuſtitię cõmutatiuę eſt adęquare rẽ rei ſiue uolũtariè, ſiue inuoluntariè quis damnũ ſuſtineat, ut patet ĩ mutuo, & vẽditione voluntariis, & in furto, quo ad inuolũtaria. Propter quod ſi debitor pecuniæ, puta, mille ducatorum, tenetur poſt morã ad aliquid pluſquã mille ratione intereſſe lucri ceſſantis, oportet hoc debitum nõ aliunde prouenire, quàm ex hoc, quod in litera dicitur, ſcilicet ꝙ habens mille, non ſolum habet mille, ſed habet lucrum in uirtute, in quo damnificatur a debitore detinente illos mille. Ac ꝑ hoc, ut æqualitas fiat rei ad rem, oportet reſtituere illi non ſolum mille, ſed etiã quantum æſtimatur ualere lucrum in uirtute. Sicut in ſeminibus deſtructis, quantum æſtimantur fructus in uirtute, non in actu, ut in litera dicitur. Et ſi ex hoc prouenit huiuſmodi reſtitutio, conſequens eſt, quòd etiã à principio habens mille ducatos nõ ſolum habet mille, ſed lucrum in uirtute. Ac per hoc voluntariè ſuſtinens damnum mille, dum mutuat alteri, ſuſtinet etiam damnum lucri in uirtute. Ac per hoc debentur eidem nõ ſolum mille, ſed aliquid æquiualens damno lucri, alioquin non reſtitueretur æquale. Et confirmatur: quia ſicut habens ſemina in agro ſata poteſt licitè vendere meſſem quam habet in uirtute, nõ quãtum ualebit, ſed quantum valet in ꝑparatione tali exiſtẽs. ergo pari ratione ſi habes mille ducatos habet lucrum in virtute, poteſt alienare totum ſimul, ſ. illos mille, & lucrũ in virtute.

* Li. 5. ca. 4. tom. 5.

Conclu. m

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquis debeat reſtituere quod non abſtulit.

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ aliqs debeat reſtituere quod non abſtulit. Ille.n. q[h] damnum infert alicui, tenet̃ dãnum remouere: ſed quando aliquis damnificat aliquẽ ultra id, quod accepit, puta, cum aliqs effodit ſemina, damnificat eum qui ſeminauit in tota meſſe futura: & ſic uidetur quòd teneatur ad eius reſtitutionem. ergo aliquis tenetur ad reſtitutionẽ eius, quod non abſtulit.

¶2 Præt. Ille q detinet pecuniã creditoris ultra terminũ præfixum, vr̃ eum damnificare in toto eo,[h] quod lucrari de pecunia poſſet, quod tñ ipſe nõ aufert. ergo uidetur ꝙ aliquis teneat̃ reſtituere quod non abſtulit.

¶3 Pręt. Iuſtitia humana deriuatur a iuſtitia diuina: ſed Deo dẽt aliquis reſtituere[h] plus q̃ accepit[h] ab eo, ſm̃ illud Matthe. 25. Sciebas ꝙ meto ubi non ſemino, & cõgrego ubi non ſparſi. ergo iuſtum eſt, ut ẽt reſtituat homini aliqd, qđ non accepit.

SED CONTRA eſt, quod recõpẽſatio ad iuſtitiã pertinet, inquantũ æqualitatem facit: ſed ſi aliqs reſtitueret qđ nõ accepit, hoc nõ eſſet æquale. ergo talis reſtitutio nõ eſt iuſtum ꝙ fiat.

RESPON. Dicendum, ꝙ quicumq; damnificat aliquẽ vr̃ ei auferre id, in quo ipſum damnificat. Damnũ.n. dr̃ ex eo, ꝙ aliquis minus habet, q̃ debet habere, ſm̃ Phil. in 5.* Ethic. Et iõ hõ tenet̃ ad reſtitutionem eius, in quo aliquẽ damnificauit: ſed aliqs damnificatur dupl'r. Vno mõ, qa aufertur ei qđ actu habebat: & tale[m] damnũ eſt ſp reſtituendũ ſm̃ recompenſationẽ ęqualis[n], puta, ſi aliqs dãnificet aliquẽ diruens domũ eius, tenetur ad tm̃, quantũ ualet domus. Alio mõ, ſi damnificet aliquẽ, impediẽdo ne adipiſcat̃, quod erat in uia habẽdi. Et tale dãnũ non oportet recompenſare ex æquo, qa minus eſt habere aliqd virtute, q̃ habere actu. Qui aũt eſt in uia adipiſcẽdi aliqd, habet illud ſolum ſm̃ virtutẽ, vel potentiam: & ideo ſi reddetẽt ei, vt haberet hoc in actu, reſtitueretur ei quod eſt ablatũ non ſimplũ, ſed multiplicatum, qđ nõ eſt de neceſſitate reſtitutionis, vt dictũ* eſt.* Tenetur tñ aliquam recompẽſationem facere ſm̃ conditionem perſonarum, & negotiorum[t]. Et ꝑ hoc patet rñſio ad Primum, & Secũdum. Nam ille qui ſemen ſparſit in agro, nondum habet meſſem in actu, ſed ſolũ in uirtute. Et ſimiliter ille qui habet pecuniam, nõdum habet lucrum in actu, ſed ſolum in uirtute, & vtrũq; põt multipl'r impediri.

AD III dicẽdũ, ꝙ Deus nihil reqrit ab homine niſi bonum, qđ ipſe in nobis ſeminauit: & iõ verbum illud uel intelligitur ſm̃ prauam exiſtimationem ſerui pigri, qui exiſtimauit ſe ab alio nõ accepiſſe: vel intelligit̃ quãtũ ad hoc, ꝙ Deus requirit a nobis fructus donorũ, q ſunt & ab eo, & à nobis: quamuis ipſa dona a Deo ſint ſine nobis.

ARTICVLVS V.

Vtrum oporteat ſemper reſtitutionem facere ei, à quo acceptũ eſt aliquid.

AD QVINTVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd non oporteat ſemper reſtitutionẽ facere ei, à quo acceptum eſt aliquid. Nulli n. debemus nocere: ſed aliquando eſſet in nocumentum hoĩs, ſi[h] redderetur, quod ab eo acceptũ eſt, uel etiam in nocumentũ aliorum, puta, ſi aliquis redderet gladium depoſitũ furioſo. ergo non ſemper eſt reſtituendũ ei, à quo acceptum eſt.

¶2 Præt. Ille q illicitè[h] aliqd dedit, non meret̃ illud recuperare ſed qñq; aliquis illicitè dat, qđ alius ẽt illicitè accepit, ſicut apparet ĩ dãte, & recipiẽte aliqd ſymoniace. ergo nõ ſp reſtituẽdum eſt ei, à quo acceptum eſt.

¶3 Præt. Nullus tenetur[h] ad impoſſibile: ſed quandoque eſt impoſſibile reſtituere ei, à quo acceptum eſt, vel quia eſt mortuus, vel quia nimis diſtat, vel quia eſt ignotus. ergo non ſemper faciẽda eſt reſtitutio ei, a quo acceptum eſt.

¶4 Præt. Magis debet homo[h] recompenſare ei, à quo maius beneficium accepit: ſed ab aliis perſonis hõ plus accepit beneficiũ, q̃ ab illo qui mutuauit, vel depoſuit, ſicut à parentibus. ergo magis ſubueniendum eſt quandoque alicui perſonæ alteri, quàm reſtituendum ei, à quo acceptum eſt.

¶Ad hoc dubiũ, quia ad materiam vſuræ ſpectat, ideò in tractatu de vſura inferius *reſpondebitur. Coincidit enim hæc quęſtio cum illa, An liceat accipere aliqd plus mutuata ſumma ex hoc, quòd pecunia eſt organũ ad lucrandum, & commoda humanæ uitæ habẽdum: quæ quęſtio ibidem diſputabitur.

*ar. præc. *Conclu.* t

SVPER QV. LXII. ART. V.

IN art. 5. eiuſdem qõ. nota in corpore art. illa verba, Niſi ei qui minus habet, quam quod ſuũ eſt, ſuppleretur. Ex hac ſiquidem radice, ꝙ ſcilicet ideò reddendum eſt ei, à quo acceptum, quia ſuum eſt, habetur quòd q accepit ab aliquo rẽ alienam vel furto, vel vſura, uel aliàs occupatam, non tenetur reſtituere illi, a quo accepit, quia non minus habet, q̃ ſuum eſt: ſed debet facere quantum poteſt, ut reddatur domino. Debet tamen ſignificari per aliquam bonam uiam illi qui occupauerat, quòd non tenetur ſatisfacere tali pro tali re, ne contingat, ſi forte ueniat ad pœnitentiã, bis fieri reſtitutionem, & damnificari pœnitẽtem. Ex hac quoque radice prouenit, quòd ſi quis bona Eccleſiæ, ſeu religioſi, ſic habuit, ꝙ tenetur ea reſtituere, & prælatus eccleſię illius, uel monachus adminiſtrator ſit dilapidator, quòd non ſunt eis reſtituenda: quia non minus habẽt de ſuo, ſed de alieno eis credito ad diſpenſandum, non ad diſſipãdũ. Et ideò tenetur

reddere

Porrecta per totum. 347

4. d. 15. q. 1. ar. 5 q. 4. Et opu. 67. Et op. 73. ca. 17. & 18.

¶ 3 Præt. Vanum eſt reſtituere illud, qđ ad manum[b] reſtituentis p reſtitutionem peruenit: ſed ſi platus iniuſtè aliquid Eccleſiæ ſubtraxit, & ei reſtituat, ad manus eius deueniet, qa ipſe eſt rerũ Eccleſiæ cõſeruator. ergo nõ dēt reſtituere Eccľię, à qua abſtulit: & ſic non ſp reſtituendum eſt ei, à quo eſt ablatum.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ per reſtitutionẽ fit reductio ad ęqualitatem commutatiuę iuſtitiæ, quę conſiſtit in rerum adęquatione, ſicut dictũ* eſt. Huiuſmodi aũt rerũ adęquatio fieri non poſſet, niſi ei, q minus habet q̃ quod ſuum eſt, ſuppleretur qđ deeſt. Et ad hanc ſuppletionem faciẽdã[m] neceſſe eſt ut ei fiat reſtitutio, à quo acceptum eſt.[n]

*Ar. 2. huius quæſ. & q. 58. artic. 10.

Conclu.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ qñ res reſtituenda apparet eſſe grauiter nociua ei, cui reſtitutio facienda eſt, uel alteri, non ei debet tunc reſtitui: quia reſtitutio ordinaẽ ad utilitatẽ eius, cui reſtituitur. Omnia.n. q̃ poſſidentur, ſub rõne utilis cadũt. Nec tñ debet ille, q detinet rẽ alienam, ſibi appropriare, ſed vel reſeruare ut congruo tempore reſtituat, uel etiã alibi tradere tutius conſeruandam.

Ad II dicendum, ꝙ aliqs dupliciter aliquid dat illicitè.

reddere Eccleſiæ, quæ eſt rerũ dña in rebus q non pñt dilapidari. Et ſimiliter reddi debēt abbatiæ, ſeu conuentui, cuius ſunt: & idẽ eſt de ſimilibus iudiciũ. Et hæc intellige in foro cõſcientiæ, cũ ſecreto hæc fieri pñt agendo utiliter cãm utriuſque, ſ. dñi, & occupatoris parati ad detinendũ alienũ, aut dilapidãdũ eccleſiaſticum, ſec. rõe bonũ. Nã ſecus eſt in foro iudiciali, & abſolutè, pro quanto ēt prędoni conuenit, ꝙ rapta bona ſunt ſua non ſimpliciter, ſed ad cuſtodiendũ, & reſtituendum: in cuius ſignũ non niſi publica poteſtate pñt illi auferri licitè abſolutè loquendo: & propterea iudex compelleret ad reſtituẽdum illi occupatori, & dilapidatori, ſicut ad tuẽdum & p̄dōnem in poſſeſſione. Et plenitudo iuſtitiæ exigeret, ut ipſe occupator, aut dilapidator, rehaberet, qđ ſuũ ſic eſt, & reſtitueret dño, aut rectè diſpẽſaret. Nã ſi ſic fieret, etiam modus iuſtitiæ quo ad perſonã, quæ tenetur ad reſtituendum dño ſimpliciter, uel diſpenſandum, ſeruaretur, qui violaẽ, hoc eſt non ſeruatur, cum in foro conſcientiæ ſupradicto modo reſtitutio fit, ſed ſanctè in dictis caſibus non ſeruatur in fauorem utriuſque, ut dictum eſt. Defectus ſiquidem legis hic accidere videtur corrigendus ab æquitate, ne foueat quis occupationem, aut dilapidationem, materiam miniſtrando, cũ poſſit illam ſubtrahere, & proximi, aut Eccleſiæ iura tueri ſic &c.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem artic. aduertẽ, ꝙ ex hac eadem radice prouenit, ꝙ tpe iniuſti belli non ſunt reſtituenda magna debita iniuſto principi, quibus ad exercitũ fouẽdũ eget: ſed cõſeruanda ut congruo tpe, ſine. ſ. alterius iniuria reddantur. Et ſi depoſitum, aut mutuũ non eſt reddendum dño expoſituro in dãnum, alterius, quo pacto põt quis mutuare alicui expoſituro in damnum, & iniuriam Eccleſiæ, puta, p emẽdo cardinalatu? Minus. n. eſt reddere ſuum alicui, q̃ mutuare. Et ſi neutrum agendum eſt, quo pacto nummularij, ut mediatores, miniſtrant eidem ad habẽdum pecunias ſuas ex aliquo diſtanti loco pro tali opere? Nec enim cum ſint uoluntaria, abſque peccato fiunt, quando conſtat quòd ad hoc petuntur.

¶ In reſponſione ad ſecũdum eiuſdem articuli quinti, ſcito diſcernere inter dationem illicitam, & propter cauſam illicitam, reſpiciendo ad id, quod lege diuina, vel humana prohibitum eſt. Quando. n, ipſum dare eſt peccatum, ſeu prohibitum, ut cũ lex prohibet dare, ut patet cum prohibetur dari iudici pro ſententia, uel monaſterio pro ingreſſu, uel epiſcopo p beneficio, & huiuſmodi, tunc ipſa datio eſt illicita. Quando uerò dare nõ prohibetur, ſed actus, ſeu cauſa propter quam datur, ut cũ phibetur fornicatio adulterium, & huiuſmodi, nõ prohibetur dare propter iſta, ſed ipſa prohibentur. Vnde homo propter accepta huiuſmodi ſeruitia, quàmuis nefanda, tenetur dare qđ promiſit, uel ſolitum eſt. Et quia ſola cauſa in culpa eſt, non refert in propoſito, an propter fornicationem, an propter adulterium, aut aliam ſpeciem luxuriæ detur. Et ſimiliter eſt de alijs malis ſeruitijs, dummodo dare prohibitum non ſit lege diuina, ut in ſymonia: uel humana ut in multis, & factum eſt, & fieri poteſt contra dantes pro tali, uel tali actu &c. Et fortè, ppter iſtos duos modos, quibus datio ipſa poteſt eſſe mala, author dixit duo uocabula, ſcilicet, illicita, & contra legem, referẽdo illicitum ad ius naturale, uel diuinum: & contra legem, ad ius humanum.

¶ In eadem reſponſione aduerte, ꝙ licet mulier poſſit ſibi retinere ex meretricio actu acquiſita ſine dolo, & fraude: quæ tamen acquiſiuit ex ſimulatis uerbis, aut factis, tenetur reſtituere Huiuſmodi namque ſimulationes importat dolus, & fraus, ut patet ſuperius in tractatu de prudentia. Et quia per huiuſmodi ſimulationes frequenter ab amatoribus extorquere uidentur, ſi crebræ eſſent harum pœnitentiæ, alius eſſent exempla ponenda: ſed ipſæ uideant quid, & quod ſimulauerunt.

¶ In rñſione ad tertiũ, quia tria tractantur, ſ. de omnino ignoto dño rei, de mortuo, de multũ diſtanti, de extremis ſingillatim oportet aliqđ dicere. De oĩno ergo ignoto dño nota tria, ſ. uiã, terminũ, & cõſequens. Quo ad uiã uide in litera, ꝙ eſt diligẽs inquiſitio. Et dr diligens inquiſitio, quã diligens hõ accuratè inueſtigando, vbi qñ, p quos, à quibus &c. faceret. Et cũ ad terminũ non perueniatur niſi per tranſita uia, non debet rei dominus haberi p omnino ignoto, niſi poſtq̃ præceſſit diligẽs inquiſitio. Et ppea ſi quis abſq; inquiſitione rẽ alterius, pauperi dediſſet, non ſatisfeciſſet, ſed teneẽ inuento dño reſtituere: & ſibiipſi imputet qui imprudenter alienauit alienũ. Quo ad terminum, uide in litera, quòd omnino ignotus, ita quòd præmiſſa diligẽti inquiſitione perueniẽdũ eſt ad hoc, ꝙ rei dominus ſit omnino ignotus. Nam ſi aliqualiter eſſet notus, puta, ꝙ eſt unus talis uillæ &c. deberet inquiſitio ad ulteriora procedere, ut particularis notitia haberetur de domino, ut prudens uir ſciret inquirere. Rurſus qñ ſciri non poteſt dominus in particulari, ſed ſcitur quaſi ſub diſtinctione, ꝙ alicui iſtorum debetur, non eſt omnino ignotus dominus. Vnde debet eis dari, uel diſtribui eiſdem, uel ut forte aliquis accipiat, quando diuiſa res pluribus non prodeſſet, & unita aliquem releuaret. Et ne alicui fiat iniuria, de eorũ uoluntate agendũ eſt, quicquid agendum eſt. Et per hoc patet, quomodo debeat reſtitui quod acceptũ eſt in bello iniuſto, qñ ciuitas data eſt in prædam: nec ſciri poteſt, cui debetur hoc, ꝙ ab hoc pœnitente reſtituendum eſt. Non eſt enim dandũ pauperibus, nec ædificanda ſunt monaſteria, aut hoſpitalia extantibus damnum paſſis, de bonis eorum ſine eorum uoluntate. Nec excuſantur qui damnum intulerunt ex difficultate inquirendi, aut hoc faciendi: quoniam dãnificator ipſe fuit in culpa, & poſuit ſeipſum in hmõi difficultatibus, ponendo alios in paupertate. Quo ad id uerò quod ſequitur, quando dominus eſt ignotus, uide in litera, quòd debet ei reſtitui eo mõ, quo poteſt, ſ. erogando illud nomine illius, pauperibus Chriſti. Sic. n. redditur bonum utile ut ſit utile ſpiritualiter, quod non poteſt illi reddi ut ſit utile corporaliter, uel ſpiritualiter ad arbitrium domini. Et hinc habes ſolutionem quæſtionis, qđ agendum eſt de caſu inuentis habẽtibus dominum, quando dominus eſt omnino ignotus. Dico autem habẽtibus dominũ: quia de inuentis diſtinguendum erit inferius in quęſtio 66. Debent enim hæc erogari pauperibus. Et cum ipſe inuentor nõ ſit deterioris conditionis ex hoc, quòd inuenit, põt ſibiipſi ſi pauper eſt, non minus quàm alteri applicare eleemoſynaliter: ſicut is, cui commiſſa eſt diſtributio aliquarum eleemoſynarum, poteſt ſeipſum computare in numero pauperum, ſi pauper eſt, & diſtribuere proportionaliter ſibi, ſicut alij, ſecundùm authoris doctrinam ſuperius habitam.

¶ De multum aũt diſtante domino rei, ſi commodè põt tranſmitti ei, aut ſignificari, ut ordinet cui detur ſibi debitũ, ut perueniat ad eum, nulla difficultas eſt, quòd tenetur habens rem ad reſtituendum ei: ſed qõ eſt, quando non põt aliter abſenti reſtitui ſuum, niſi cum magno damno reſtituẽtis, puta, qa oportet tantum de ſuo expendere in mittendo, uel ſignificãdo quãtum ualet id quod reſtituendũ eſt. Author namq;, & Sco & Ricardus in 4. diſt. 15. tenent, quòd iſte reſtitutor non tenetur ad reſtituendum ei cum tali damno, quia non tenetur niſi ad reſtitutionem rei acceptæ. Et addunt Sco. & Ricar. ꝙ in hoc caſu debet illud erogari pauperibus, ſi non adſunt parentes illius.

¶ In hoc autem loco author nihil loquitur de ſumptibus agendis, ſed abſolutè loquens de multum diſtante, dicit ꝙ debet, ſi commodè poteſt, domino mitti debitum: alioquin debet deponi, & domino ſignificari.

¶ Mihi autem uidetur diſtinguendum de cauſa reſtitutionis

an ſcilicet fuerit acceptio iniuſta, ut furtũ, rapina, vſura, & huiuſmodi: vel ſine iniuſtitia, ut inuẽtio, ſucceſſio, mutuũ, depoſitũ, & hm̃ó. Nã ſi tenetur ad reſtitutionẽ rõne furti, & ſimiliũ, tenetur ad expenſas ẽt in quadruplũ, ſi aliter non põt facere, q̃ res reddatur dño. Et rõ eſt, qa dñs rei ex eo q̃ paſſus eſt furtũ, non dẽt damnificari. Cõſtat aũt q̃ damnificaretur, ſi ꝓprijs expẽſis deberet recuperare rẽ ſibi ablatam. Cũ ergo ipſe non teneatur ad expẽſas, & fur teneatur ad iterato ſtatuendũ dñm rei in poſſeſſione, cõſequens eſt, q̃ fur teneatur per accidens, ſ. ꝓpter accidentem diſtãtiã, ad plus dãni ſuſtinendũ, q̃ intulerit alteri. Nec propterea concedendum eſt, q̃ tenetur ad aliud, q̃ ad reſtitutionẽ. Sed qa tenetur ad conſummatã reſtitutionẽ, q̃ per accidens requirit expenſas: ĩõ tenetur ad ſubeundũ dãnum. Nec refert in propoſito, an fur, an paſſus furtum, ſe abſentauerit à loco furti: ſed ſibi imputet fur, qui furãdo effecit ſe debitorem ad ponendum dñm in poſſeſſione rei ſuæ, non in hoc, vel illo loco, ſed ſimpliciter. Nec debet dñs, qui non potuit rem ſuã ablatam ferre ſecũ, pati: pateretur autẽ, ſi ſine eius volũtate res ſua pauperi, aut alteri daret. Si vero tenetur ad reſtitutionem ratione acceptionis non iniuſtæ, túc ceſſante [illegible] fraude, atq; iniuſto, quo ad hæc, receſſu debitoris, non tenet̃ debitor ad damnũ ſubeundũ ꝓp reſtitutionem faciẽdam, ẽt ſi ipſe ſe abſentauerit: quia iure ſuo vtebatur, ſe abſentando pp negotium, aut commodum, q̃n non erat obligatus ſignificare creditori, ſeu dño ſuum receſſum. Et rõ eſt, quia in hm̃ỏi debitor aut tenetur ad reſtitutionem ſolum rõne rei alienæ apud ſe, ut patet de inuento, & ex ſucceſſione habito, depoſito & huiuſmodi, & ſic conſtat, q̃ non tenetur ex huiuſmodi incurrere damnũ in proprijs: aut tenetur ratione acceptionis ex voluntaria dñi cõcatione, ut in mutuo, pignore, emptione, & huiuſmodi. Et ſic cum dñs expoſuerit ſe ſponte huic periculo diſtantiæ, quæ poteſt abſq; ne cuiuſq; iniuria ex utraque parte interuenire, ſibi ipſi imputet, q̃ non cauerit reddendum ſibi eſſe in tali loco. Vnde ſeruandum eſt, q̃ author in hac rñſione dicit in hm̃ỏi reſtitutionibus, quæ ex voluntarijs, ſeu non iniuſtis acceptionibus proueniunt: in alijs autem ẽt iniuſtis, quod ſupra diximus. Et hæc ſunt vera ſecundũ rationem iuſtitiæ: ſecundum autem humanas coniecturas, pẽſatis conditionibus perſonarũ, & rerum, poteſt contingere, q̃ poſſit dari pauperibus, puta, quia cognoſcitur q̃ aliter voluntatis domini ſic abſentis, & creditur, q̃ eã ſtatim haberet.

¶ In reſponſione ad quartum, occurrit dubium, à Scoto in 4. diſtin. 5. in hac materia motũ, An, ſ. exiſtens in extrema neceſſitate, teneat̃ reſtituere creditori ſimul ſecũ collapſo in extremã neceſſitatem. Ipſe namq; Scotus tenet partem aſſirmatiuam: quia creditor nunquam cecidit à dominio rei illius. Ex hoc enim quod ſimul deuenerunt ad extremam neceſſitatem, ſequitur q̃ dominium rei prius habitũ nõ perdidit propter extremam

D.543.

Vno mõ, qa ipſa datio eſt illicita, & cõtra legẽ, ſicut patet in eo q̃ ſymoniacẽ aliqd dedit, & talis meret̃ amittere quod dedit: vñ non dẽt ei reſtitutio fieri de his. Et quia ẽt ille qui accepit, cõtra legẽ accepit, nõ dẽt ſibi retinere, ſed debet in pios uſus conuertere. Alio mõ aliqs illicitẽ dat, quia ꝓp rem illicitã dat, licẽt ipſa datio non ſit illicita, ſicut cum quis dat meretrici propter fornicationem. Vnde & [d] mulier poteſt ſibi retinere quod ei datum eſt, ſed ſi ſuperfluẽ ad fraudẽ, uel dolũ extorſiſſet, tenet̃ eidẽ reſtituere.

Ad III dicendũ, q̃ ſi ille, cui dẽt fieri reſtõ, ſit oĩno ignotus, debet hõ reſtituere ſecundùm q̃ poteſt, ſ. dando in eleemoſynas ꝓ ſalute ipſius ſiue ſit mortuus, ſiue ſit viuus, ꝑmiſſa tñ diligenti inquiſitione de perſona eius, cui eſt reſtitutio faciẽda. Si verò ſit mortuus ille, cui eſt reſtõ facienda, dẽt reſtitui hæredi eius, q̃ cõputat̃ quaſi una ꝑſona cum ipſo. Si verò ille ſit multũ diſtans, dẽt ſibi transmitti qđ ei debetur, & præcipuẽ ſi ſit res magni ualoris, & poſſit cõmodẽ tranſmitti: alioqn dẽt in aliquo loco tuto dꝑoni, vt ꝓ eo cõſeruet̃, & dño ſignificari.

Ad IIII dicendum, q̃ aliquis

C

de hoc, qđ eſt ſibi ꝓprium, dẽt magis ſatisfacere parentibus, vel his, a qbus accepit maiora beneficia: non aũt debet aliqs recõpẽſare benefactori de alieno, qđ cõtingeret, ſi qđ debet uni, alteri reſtitueret: niſi forte i caſu extremæ neceſſitatis, in quo poſſet, & deberet alicui ẽt auferr̃ aliena ut pr̃i ſubueniret.

Ad V dicẽdum, q̃ prælatus poteſt rem Eccleſiæ ſurripere triplr̃. Vno mõ ſi rem eccleſiæ nõ ſibi deputatam, ſed alteri, ſibi vſurparet: puta, ſi Epiſcopus uſurparet ſibi rem capituli. Et tunc planũ eſt, q̃ debet reſtituere, ponẽdo in manus eorũ, ad quos de iure ꝑtinet. Alio mõ, ſi rẽ Eccleſiæ ſuæ cuſtodiæ deputatã, in alterius dñium transferat, puta, cõſanguinei, uel amici: & tunc dẽt reſtituere Eccleſiæ, & ſub ſua cura hr̃e, ut ad ſucceſſorẽ perueniat. Tertio mõ, põt prælatus ſurripere rem Eccleſiæ ſolo animo, dum ſ. incipit habere animum poſſidendi eam ut ſuam, & nõ nomine Eccleſię: & tunc debet reſtituere, talem animum deponendo.

H

I

ARTICVLVS VI.

Vtrum teneatur ſemper reſtituere ille, qui accepit.

AD SEXTVM ſic proceditũ. Vr̃ quod non teneatur ſem-

F alterius neceſſitatem: & conſequenter ſibi debet reſtitui etiam ab exiſtente in extrema neceſſitate. Mihi autem uidetur oppoſitum eſſe verum. Et ratio me mouens eſt, quia tempore extremę neceſſitatis quomodocunq;, ceſſat proprietas rerum ad ius gentiũ ſpectãs, ut inferius patebit. Et iudiciũ de uſu rerũ, tunc non debet fieri ſecũdũ ſtatum proprietatis rerum, ſecundùm quem hoc eſt illius, & illud alterius: ſed debet fieri ſecũdum ſtatum, quo omnia ſunt communia. Cõſiderando autem res in ſtatu, quo omnia ſunt communia, manifeſtũ eſt quod melior eſt conditio occupantis, ſeu poſſidẽtis, ac per hoc cum multi ſint in extrema neceſſitate, & ego inuento i manu mea unde uiuam, non teneor illud ſubtrahere, & tibi etiam in extrema neceſſitate exiſtenti tribuere: licẽt hoc, qđ in mea manu eſt, iure gẽtium, vel poſitiuo, ſit tuũ: Quia extrema mea neceſſitas ius gentiũ reſpectu huius, quod in manu mea eſt, tibi abſtulit & ius naturæ, quod ſolum remãſit, fouet poſſidẽtẽ. Vnde falſum eſt, q̃ ille dñs rei nũquã ceciderit a Dominio: quia extrema neceſſitas alterius, cũ poſſeſſione illius rei, abſtulit huic ius poſitiuum, ius gentium, & ius naturæ. Vnde falſum eſt, q̃ iſte detentor occidat dñm, aut iniuſtẽ cõſeruet vitam ſuam: quia dominium ceſſauit alterius, & iſte uſum ex hoc, quòd poſſidere inuenitur, ex naturæ iure habet.

Porrecta per totum.

348

¶ In reſponſione ad quintum eiuſdẽ articuli, nota in ſecundo membro illud uerbum, Suæ cuſtodiæ deputatam. Habet nãq; ſe prælatus ad res Eccleſiæ dupliciter. ſ. ut cuſtos, & ut diſpenſator. Eſt ſiquidem cuſtos rerũ immobiliũ, & aliorũ, quorum alienatio eſt ſibi prohibita. Eſt autem diſpenſator fructuum, & aliorum prouentuum, ad ſuum quaſi ſtipendiũ pertinentium. Et q̃ñ (vt author met dicit in quolibeto 6. ar. 1.) Prælatus male utens, & diſſipans portionem illam, quæ eſt quaſi ſtipendiũ eius, non tenetur ad reſtitutionem, ſed ad ſolam pœnitẽtiam: ĩõ ut præſeruaret ſe ab his, quæ ſunt ſuæ diſpẽſationi pro ſuo vſu cõmiſſa, dixit, Suæ cuſtodiæ deputata. Tenetur ergo in duobus caſibus ad reſtitutionẽ. Primo, ſi uſurpatet ſibi rẽ deputatã alteri, & in hoc clauduntur bona deputata tam alteri particulari, ut canonico, officiali, capellano: q̃ collegio, ut capitulo, hoſpitali: quàm multitudini, ut pauperibꝰ, aut puellis nubilibus, aut ſtudentibus, tranſeuntibus, infirmis &c. Propter quod qui præſunt hoſpitalibus, aut ſunt commiſſarij in hm̃ỏi, uideãt q̃ mundas ſeruent manus. Cum enim hæc bona aliorũ ſint, rapina pauꝑum in domo eorũ eſt ſi hæc ſibi applicant. Secundo, ſi alienaret rem ſuæ cuſtodiæ deputatã. Et ſub hoc clauduntur, ut dixi, tã immobilia, q̃ prohibita alienari, q̃ theſauri & ſimilia, niſi in caſu in quo licite diſpenſari poſſunt. De his tamen amplius dicetur inferius, cum de ſtatu epiſcoporũ tractabitur.

K

SVPER QV. LXII. ARTIC. VI.

IN art. 6. eiuſdem quæſt. 62. nota in corpore art. univerſalem radicem, unde omnes reſtitutiones in quacunque materia, & quomo-

p reſtituere ille qui accepit. Per reſtitutionẽ. n. reparat̃ æqualitas iuſtitiæ, q̄ cõſiſtit in[h] hoc, ꝙ ſubtrahat̃ ei q pl⁹ hẽt, & det̃ ei q minus hẽt: ſed cõtingit qñq;, ꝙ ille qui rem aliquam ſubtraxit alicui, non habet eam, ſed deuenit ad man⁹ alterius. ergo non tenet̃ ille reſtituere q accepit, ſed alius qui rem habet.

¶ 2 Præt. Nullus tenetur crimen ſuũ[h] detegere: ſed aliquãdo aliquis reſtitutionẽ faciendo, crimen ſuum detegit, vt patet in furto. ergo non ſemper tenetur ille qui abſtulit, reſtituere.

¶ 3 Præt. Eiuſdẽ rei non eſt multotiens reſtitutio facienda: ſed qñq; multi ſimul rem aliquam ſurripiũt, & vnus eorũ eã integrè reſtituit. ergo nõ ſemp ille q accepit, tenet̃ ad[h] reſtituẽdũ.

Sed contra. Ille q peccauit, tenet̃ ſatisfacere: ſed reſtitutio ad ſatisfactionẽ pertinet. ergo illi q abſtulit, tenet̃ reſtituere.

B Respon. Dicẽdũ, ꝙ circa illũ, qui rem alienã accepit, duo ſunt cõſiderãda, ſ. ipſa res accepta, & ipſa acceptio.[m] Rõne autẽ rei tenet̃ eã reſtituere, quãdiu eã apud ſe hẽt: qa qđ hẽt vltra id, qđ ſuũ eſt, dẽt ei ſubtrahi, & dari ei cui deeſt ſm formã commutatiuę iuſtitię: ſed ipſa acceptio rei alienę põt tripľr ſe hẽre. Qñq;. n. eſt iniurioſa, ſcilicet cõtra uoluntatẽ exiſtẽs

& quomodolibet oritur, vt in caſibus non ſcriptis ſcias reſoluere vſq; ad principia, an teneatur quis ad reſtitutionem. Duę ergo ſunt radices, ad quarum alteram reſtitutionẽ omnẽ oportet reduci. Prima eſt acceptio: ſecunda eſt res accepta. Et extẽditur in propoſito acceptionis nomen ad omnem actũ, quo proximus minus hẽt de ſuo q̄ habere debeat. In eadem. n. contumelia, iniuſta diſtributio, & alia hmõi, ſub acceptione comprehẽduntur. Oportet igit̃ primo inſpicere, an ille de quo quæritur, teneat̃ ad reſtituendũ rõne acceptionis, vel rõne rei acceptæ, an ratione vtriuſque. Oportet namque inter iſta tria cõputando omnẽ reſtitutionẽ. Et vt ſingillatim diſſeramus ſecundum litteram, generalis regula in reſtitutionib⁹ ratione rei eſt, quòd tandiu tenetur quis ad reſtitutionem rõne alienæ rei quandiu eam habet. Et in propoſito rõ in littera redditur: quia habens id quod alterius eſt, hẽt plusquã ſuũ eſt, & dãnificatus tãtũdẽ habet minus de ſuo. Et idiò ſecũdum formã iuſtitiæ cõmutatiuæ oportet æqualitatem inter eos cõſtituere, auferendo ab illo qui habet plus, & dãdo ei qui habet minus, ut ſic fiant æquales, ſicut erãt à principio, antequam ſcilicet & ille minus, & iſte plus haberet, quàm ſuum eſt. Et ex hac radice prouenit, quòd ſi quis rẽ alienam ignoranter emiſſet nõ poteſt retinere eam, quam primum nouit eam eſſe alienã: ſed tenetur eam domino reſtituere, nec poteſt petere ab eo pretiũ, quo ipſe emit à domino rei, ſed à venditore: ex hoc enim, ꝙ res illa aliena eſt, obligat poſſeſſorẽ ad ſui reſtitutionem domino. Sed occurrit hoc in loco dubiũ. An res dicatur eſſe apud aliquem ſolummodo, quãdo res ipſa, puta, veſtis, uinum, frumẽtum extat apud eum: uel intelligendũ eſt, quando vel res ipſa ſalua, uel aliquid loco eius extat, puta, pretium, uel effectus ipſius, puta, conſeruatio proprij uini, aut proprij frumenti, quod conſumpſiſſet dum conſumpſit alienum: vel alius effectus, puta, nutritio, & hmõi, quę ex conſumptione relinquuntur: uel amicitia, quæ ex donatione, ſi rem donando diſtraxit, conſequitur: vel aliquid aliud huiuſmodi. Et eſt ratio dubij, quia varia dicuntur de poſſeſſore bonæ fidei, de quo loquimur. Dicitur enim imprimis, ꝙ ſi emptã rẽ diſtraxit vendendo, ꝙ non tenetur ad reſtitutionem: & ſimiliter ſi donauit, aut cõſumpſit. & ſi res eſt ſalua, & fructifera, non tenetur ad reſtitutionem fructuũ perceptorum cõſumptorum. Dicitur deinde, quòd quandocumq; poſſeſſor bonæ fidei factus eſt ex re aliena locupletior, tenetur ad reſtitutionẽ. Et ad hoc eſt textus iuris ciuilis. ff. de petitio. hæred. l. item ueniunt. §. eos autem. Ex his enim conſurgit, ꝙ pretium quandoq; computatur loco rei, puta, cum mihi donatam rem alienam uendidi: factus ſum enim ex illa locupletior, & quandoque non, puta, cum emptam rem uendidi ſine lucro ex parte rei: & rurſus conſumptio quandoque computatur loco rei, ut cum quotidianos ſumptus ex re aliena percipio, quos ex proprio effeciſſem: factus ſum enim ex his euitatis expenſis locupletior. Et hoc expreſſè dr̃ ibid. l. ſed & ſi lege. § quòd autem. Qñq; non, ut cum conſumpſi, quia abundabam habendo talẽ rem, nec feciſſem tales ſumptus, niſi talem rem habuiſſem.

¶ Ad euidentiam huius rei præſupponendum eſt, quòd ſermo totus eſt de poſſeſſore bonæ fidei, qui tamen poſt factum comperit ſe alienum poſſediſſe, & paratus eſt unicuique ſuũ reddere. De hoc enim qui ſolummodo ratione rei tenetur, quæſtio eſt, ad quid tenetur in caſibus huiuſmodi. Si rectè igitur perſpiciamus formam commutatiuæ iuſtitiæ antedictã, apparebit ꝙ, nõ ſolũ res ipſa aliena obligat poſſeſſorẽ ad reſtitutionem, ſed etiam quicquid loco rei ſucceſſit, ut pretium, uel effectum: ſi ex his factus eſt poſſeſſor locupletior obligat eundẽ ad reſtitutionem: ita quòd inter rem ipſam alienam, & id quòd loco eius ſucceſſit, hæc eſt differẽtia in ꝓpoſito, ꝙ res ipſa obligat poſſeſſorẽ ſimpliciter, & abſolutè: id uero quod loco rei ſucceſſit, obA ligat poſſeſſorẽ ſolummodo in caſu, quo ſ. ex hoc factus eſt locupletior, & ad tantum quãtum factus eſt locupletior, ut bene ius ciuile decernit. Et de re quidem ratio manifeſta eſt: de eo verò qđ loco rei ſucceſſit ad lucrũ manifeſtatur: quia quicquid lucri ex re aliena apud poſſeſſorẽ eſt, ſuũ nõ eſt, ac ꝑ hoc quãtũ habet de hmõi lucro, tãtũ habet plus q̄ ſuum eſt. Et cũ dñs rei tantundẽ habeat minus de ſuo, oportet ſecũdum iuſtitiæ cõmutatiuæ formã auferri à poſſeſſore non ſuo, & dari domino rei, ut ſic inter eos ſit æqualitas: & huic rationi omnia cõſonãt. Nã ſi ex dono poſſideo alienũ, & uendidi, teneor de pretio quo factus ſum locupletior. Si autem emi prius, & poſtea uẽdidi ſine lucro ex parte rei quãuis forte lucratus fuerim ex induſtria, uel alia adiuncta, nõ teneor de aliquo. Et ſimiliter ſi ex dono habitum donaui, nõ ſum ex re illa factus locupletior. De con- *Conclu.*

C ſumptione quoque diſtinctio conſonat, quando ſcilicet conſumptio redũdat indirectè in lucrum, puta, quia conſumpſiſſet tantundem de proprio: tunc. n. indirectè factus eſt locupletior. Quando verò conſumptio in nullũ redundat lucrum, ad nihil tenetur. Propter quòd inuitatus ad cęnam rei furtiuæ, ſi bona fide cęnat, & nihil ꝓpterea lucratur, quia omnino in domo propria tantum expendit, ſi in ea cęnat, quantum ſi nõ, ad nihil tenetur: ſed ſi ex hoc, quòd ad conuiuium accedit, minus domi expendit, tenetur non de tanto, quantũ cõſumit in cęna, ſed quantum lucratus eſt indirectè, non expendẽdo, & comedendo propria. Et ſimiliter dicendũ de ueſte pretioſa conſumpta, qualem nõ conſumpſiſſet, niſi dono habuiſſet. Non enim tenetur de tanto quantum valebat ueſtis illa, ſed quantum cõſumpſiſſet de ſua ueſte. Pro generali enim regula in ſuccedentibus, & fructibus, & effectibus rei habẽdum eſt, quòd ſolummodo tenetur inquãtum aliquid lucri, uel directè habuit, ut puta, recipiẽdo pretium locationis domus, & fructuũ agri, & ſimiliũ:

D vel indirectè, ut puta, quia tantum expendiſſet de ſuo. vtroque enim modo factus eſt locupletior in tantũ ex re aliena. Notanter dicimus, ex re aliena, ad differentiam lucri ex propria induſtria: non enim tenetur de tali lucro. Propterea ſi habuiſſem pecuniam alienam, & cum ea lucratus fuiſſem, non tenerer de tali lucro, & de ſimilibus idem eſt iudiciũ. Et ex his patet, quare quandoq; pretium in propoſito ſuccedit loco rei, & quandoque non: quia quandoque habet rationem non ſui reſpectu poſſeſſoris, quando ſcilicet reddit ipſum locupletiorẽ: & quandoque habet rationem ſui, quando ſcilicet ſaluatur indemnis: & ſimiliter eſt proportionaliter de conſumptione.

¶ Sed reſtat adhuc unum dubium: quia ſcilicèt ſecundum doctrinam hanc, non uidetur æqua lex iſta de reſtitutione ex parte rei, ſed clauda eſt ex una parte, ſ. ex parte poſſeſſoris. Nã poſſeſſor ſtaret in periculo damni, & non lucri ſine ulla culpa

E ſua. Declaratur ſequela: quia poſſeſſor qui emit, tenetur reſtituere rem apud ſe exiſtentem, etiam ſi non poſſit pretium quod dedit, recuperare à uenditore, ut patet ex dictis. Et tamen nunquàm poteſt lucrari: quia inquantum eſt factus locupletior, tenetur reſtituere, ut dictum eſt.

¶ Sed hoc non eſt difficile ſoluere, conſiderando quòd obligatio ad reſtituendũ, de qua loquimur, nõ oritur ex actione, aut paſſione, ſed ex ipſa re aliena, cui accidit, ꝙ ab hoc poſſeſſore habetur dono, uel pretio, ac per hoc, quod iſte damnificetur, & non ille. Quia ergo poſſe damnũ incurrere poſſeſſorem ex re aliena, nõ prouenit ex ipſa re, ſed ex modo adiunctæ actionis, ſcilicet emptionis, nõ debere autẽ lucrari, ex re ipſa prouẽnit, æquiſſima eſt reſtitutionis lex ex parte rei ſecũdũ ea, quæ ſunt per ſe, & non ſecundum ea, q̄ ſunt per accidens diſpoſitiones.

¶ Circa reſtitutionem uerò ex parte acceptionis, in litera tria membra ſiũt. Primum eſt quando acceptio eſt iniurioſa, & tũc acceptio ipſa obligat accipientem ad reſtitutionem. Et ſub hoc

eius, qui eſt rei dñs, ut patet in furto, & rapina.[p] Et tunc tenet ad reſtitutionē, nō ſolū rōe rei, ſed ēt rōne iniurioſæ actionis, ēt ſi res apud ipſum non remaneat.[q] Sicut.n. qui percutit aliquem, tenetur recompēſare iniuriam paſſo, q̄uis apud ipſum nihil maneat: ita etiam qui furatur, uel rapit, tenetur ad recompenſationem dāni illati, etiam ſi nihil inde habeat: & ulterius pro iniuria illata debet puniri. Alio modo, aliquis accipit rem alterius in utilitatem ſuā abſq; iniuria, cum uoluntate, ſcilicet

G eius cuius eſt res, ſicut patet in mutuis. Et[s] tunc ille qui accipit, tenetur ad reſtitutionē ei⁹ quod accepit non ſolum ratione rei, ſed etiam ratione acceptionis, etiam ſi rem amiſerit: tenetur enim recompēſare ei, qui gratiam fecit[t], quod non fieret, ſi per hoc damnum incurrat. Tertio modo aliquis accipit rem alterius abſq; iniuria, non pro ſua vtilitate, ſicut patet in depoſitis. Et ideò[a] ille qui ſic accepit, in nullo tenetur ratione acceptionis, quinimmo accipiendo, impēdit obſequiū:

membro comprehenditur omnis iniuſta damnificatio in quacunq; re: ita q̄ formale conſiderandum in hoc, eſt ipſa dānificatio, quæ acceptio uocatur, ſiue ſtat capiendo, ſiue cōburēdo, ſiue præcidendo, ſiue quouis alio mō. Semper.n. in huiuſmodi interuenit damnum alterius: quod iō eſt, quia accipitur ab inuito dño qđ ſuum eſt, quāuis nulli quādoque detur, ſed annihiletur. Oīs ergo q̄ damnificator eſt alterius, tenetur ad reſtitutionē non rōne lucri ſui, ſed rōne acceptionis, ſeu dānificationis. Et hoc fundamentum, hanc radicem, hanc regulā bñ nota: qa cum primū inueneris aliquē acceptionis iniuſtæ cām fuiſſe, ſcito illū cōprehēdi ſub dānificationis nomine, & ipſum obligatum ad reſtitutionem illati damni. Conſidera ergo in caſibus occurrentibus, ſi operatus eſt ad damnum alterius: quia damnificator eſt proculdubio, quando ſubſequutus eſt ex ſua illatione effectus.

Conclu. p

Pars 2.

¶ Secundum membrum eſt, quando acceptio eſt ex uoluntate domini in utilitatem accipientis tunc ēt acceptio ipſa obligat accipientem ad reſtitutionem. Et ſub hoc mēbro non clauditur niſi acceptio illa, quæ eſt pro ſola utilitate accipientis, ut patet ex rōne literæ, quia.ſ. tenetur ad gratiam recōpenſandam ille q̄ accipit. Hoc.n. non habet locum in acceptione pro cōi utilitate, ſ. tradentis, & accipientis: quia ex quo commune eſt beneficium, neuter alteri tenetur ad gratiam recompenſandam.

¶ Sed quod in litera dicitur, quòd accipiens in ſuam ſolam utilitatem à domino uoluntario tenetur ad reſtitutionem, etiā ſi rem amiſit, non caret ſcrupulo, quoniam ut patet extra, de commodato, Caſus fortuitus, quo perit commodatum, non debet imputari ei cui commodatum eſt, niſi propter moram, culpam, aut pactum. Non tenetur ergo qui accipit in ſuā præciſè utilitatem ad reſtitutionem, ſi rem amiſit ſine omni culpa ſua, quàmuis teneatur de leuiſſima culpa, ut ibidem dicitur. Quomodo ergo ſaluabitur præſens litera abſolutè dicens, q̄ tenetur reſtituere, etiam ſi rem amiſerit?

¶ Ad hoc dubium licèt dici fortè poſſet, q̄ author loquitur de acceptione, qua transfertur dñium rei, qa dat exēplū de mutuo: quia tñ exempla rōne clarioris diſciplinæ ponuntur, aliter dicendum eſt, q̄ doctrina moralis eſt ſecundū ea, quæ conueniunt, ut in pluribus, nec oportet in moralium documentis excipere raro contingentia. Vnde cum fortuita ſint de numero rarorū, vt patet in 2. Phyſ. conſequens eſt, q̄ præſens litera docens moralia abſolutè, uera ſit, iudicans ſecundum id quod eſt frequenter, q̄.ſ. accipiens in ſui utilitatem præciſè à domino uoluntario, tenetur reſtituere, etiam ſi rem amiſerit. Et Decretalis aſpiciens ad caſus, uera quoque eſt, decernens, q̄ accipienti commodatum cauſa ſui, nō debet fortuitus caſus imputari.

¶ Tertium membrum eſt, qñ acceptio eſt ex uoluntate dñi, nō pro utilitate accipientis. Tunc.n. acceptio ipſa non obligat accipientem ad reſtitutionem: quia accipiendo, obſequium impēdit: ſed res accepta, qa aliena eſt, obligat eūdē ad reſtitutionē. Et ideo ſecundum regulam prius datam de obligatione ex parte rei, tandiu ille q̄ ſic accipit, tenetur, quandiu rē habet. Propter qđ ſi rē perdidit, nō tenetur, niſi ex magna ſua culpa, inquit author, amiſerit illam. Quod Iuriſtæ ſub alijs uerbis docent, dicentes, quòd tenetur de dolo, & lata culpa, non autē de leui, aut leuiſſima: & vocatur magna, ſeu lata culpa, quando non cuſtodiuit ea diligentia res depoſitas, qua cuſtodiuit ſuas. K

¶ Et nota, quòd hoc tertium membrum a negatione ꝓpriæ utilitatis diſtinxit author, & non ab affirmatione utilitatis tradētis: quia nihil refert, an accipiat pro utilitate tradētis, an alicuius tertij. Sat eſt enim q̄ non accipiat pro utilitate ſua ad hoc, ne teneatur ad reſtitutionem ratione acceptionis, ſed rei.

¶ Sed occurrit circa hanc trimembrem diſtinctionem dubiū: quia pluribus modis, quàm his tribus acceptio rei alienæ poteſt ſe habere. Poteſt namque eſſe pro utilitate utriuſque partis, ſcilicet tradētis, & accipientis (vt patet in cōductione, & locatione) ut in accommodato, ut ſeruire, aut miniſtrare poſſit accōmodanti, vt cum accommodo equum, vt uadas ad negotiū meū: & in depoſito, cum quis pro mercede cuſtodit, & huiuſmodi. Inſufficienter ergo author modos, quibus acceptio rei alienæ ſe habere poteſt, diſtinxit. F

¶ Ad hoc dī, q̄ author nō intendebat diſtinguere uniuerſaliter modos acceptionis alieni. Qđ ex eo patet, q̄ de acceptione rei ex dono, nihil oīno dicit. Intendit ergo de aliquo acceptionis gñe diſtinguere. Et vī mihi, q̄ genus hoc ſit acceptio ſimplex, annexū habēs reſtitutionis debitū: uocatur aūt ſimplex p excluſionē compoſitionis cū aliquo correſpōdēte dare. Cōtingit enim utroq; mō accipere, ſ. cū correſpōdēte dare, ut in conductione, pignore, emptione, & hmōi. Accipit.n. tunc quis alienū, pro quo datur aliquid correſpōdens ei ſine aliqua datione admixta, ut patet in mutuis, in q̄bus ſi daret correſpondens, non eſſet mutuū. Dixit quoq; habens annexum reſtitutionis debitū ꝓp acceptionem doni, quæ licèt ſit ſimplex: quia tñ non habet reſtitutionis debitū annexū, extra genus hoc ponitur. Diſtinguatur ergo ſimplex, annexumq; reſtitutionis debitū habens, acceptio rei alienæ, & dicatur, q̄ tripliciter ſe habere pōt. ſ. cum iniuria, & hoc eſt primū membrum: uel cum uoluntate domini, & ſic aut in ſolā accipientis utilitatē, & hoc ſecundum eſt membrum: aut nō in utilitatē accipientis, & hoc eſt tertiū mēbrum. In his enim omnibus ſimplex eſt acceptio, ut patet diſcurrenti, & intantū eſt ſimplex, ut ſi admiſceatur aliqua correſpondens datio ut merces pro depoſito, uel aliquid hmōi, uarietur debitum reſtituendi, ut patet ex hoc, q̄ qui accipit depoſitum mercede, aut aliqua propria utilitate, tenetur ēt de leui, & fortè de leuiſſima culpa, de quarum nulla tenebatur, ſi ſimplex fuiſſet acceptio &c. H

Conclu.

¶ Quartum igitur quod obijcitur reſtaſſe membrum, quando ſcilicet acceptio eſt in fauorem utriuſque, non eſt membrū diſtincti generis: quia non eſt acceptio ſimplex, qñ eſt in fauorē utriuſq;: ſed acceptio componitur cum aliqua correſpondēte datione, ut patet diſcurrenti per hmōi contractus. At ſi quis quærat, quare author ſuſcepit onus diſtinguendi hmōi acceptionem ſimplicem, & non potius ſimplicem, & miſtā: Rñdetur, q̄ cauſa quare nō uniuerſaliter de acceptione dixit, eſt, quia tractabat de iuſtitiæ cōmutatiuæ actu, a qua acceptiones gratuitæ lōgæ ſunt. & acceptiones ad iuſtū, aut iniuſtū ſpectātes miſtæ poſt ſimplices tractandæ ſunt, aut ex ſimplicibus iudicandæ. I

Conclu.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſexti articuli, uide concluſionem, quòd quando qui ratione acceptionis tenetur, tranſtulit rem in alium, uterque tenetur: alter ratione acceptionis, & alter ratione rei, ut ſcias decernere in caſibus.

¶ In reſponſione ad ſecundum, circa illius argumenti materiā dubium occurrit, An ſi reſtituendo per confeſſorem eandem rem, ſequeretur criminis detectio, teneatur aliquis ad reſtituendam rem acceptam: An ſufficiat reſtituere illius æſtimationem. Et licèt hoc dubium ſpectet directè ad articulum ſecundum, vbi tractatur quid eſt reſtituendum, propter materiam tamen argumenti huius hic motum eſt. Et eſt ratio dubitandi, quia non debet fieri commutatio rei inuito domino. Contingit enim domino diſplicere commutationē rei ſuæ in æſtimationem illius: ſi enim illam haberet, nullo pacto uenderet. Ex alia autem parte eſt, quia homo non tenetur ad damnificandum famam ſuam ut, reſtituat alteri rem ſuam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licèt caſus iſte non facile poſſibilis ſit, eo quòd oporteret ſimul concurrere, quòd nec per ſe, nec per alium, nec tunc, nec nacta poſt cōgrui media oportunitate poſſit reſtitui res illa in ſpecie, & cum hoc res ſit talis, quòd nullo modo dominus commutationem acceptaret: ſi tamē caſus accideret, uidetur mihi, quòd non teneatur ad reſtitutionem illius rei, ſed æſtimationis eiuſdem. Et ratio me mouens eſt, quia ob reſtitutionem bonorum inferioris ordinis, non tenetur aliquis ex ui debiti ad damnificandum ſe in rebus ſuperioris ordinis. Res autem exteriores, quales ſunt omnes ad diuitias

tenetur autem ex ratione rei.* Et propter hoc, ſi ei ſubtrahaĩ res abſque ſua culpa, non teneĩ ad reſtitutionem: ſecus autem eſſet, ſi cum magna ſua culpa rem depoſitam amitteret.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ reſtitutio nõ ordinaĩ principaliter, ad hoc, ꝙ ille, qui plus habet, q̃ dẽt habere deſinat: ſed ad hoc, ꝙ illi qui min⁹ hẽt, ſuppleatur. Vnde in his rebus, q̃ unus põt ab alio accipere ſine ei⁹ detrimento, non habet locum reſtitutio, puta, cũ aliquis accipit lumen à cãdela alterius. Et ideò quàmuis ille, qui abſtulit, nõ habeat id, quod accepit, ſed ĩ aliũ ſit tranſlatũ: quia tñ alter priuaĩ tur re ſua, tenetur ei ad reſtitutionem, & ille qui rem abſtulit rõne iniurioſæ actionis, & ille, qui rem habet rõne ipſius rei.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ homo etſi non teneaĩ crimen ſuum detegere hoĩbus, tenetur tñ crimen ſuũ detegere Deo in cõfeſſiõe: & ita ꝑ ſacerdotẽ, cui confiteĩ, ꝑt reſtitutionẽ facere rei alienę.

Ad III. dicendũ, ꝙ quia reſtitutio principaliter ordinaĩ ad remouendum damnum eius, à

ad diuitias ſpectantes, ſunt bona inferioris ordinis: fama aũt eſt A ſuperioris ordinis, iuxta illud. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: unde non tenetur quis dãnificare ſe in fama, ut reſtituat rem illam, in ſpẽ. Et ſi quis obijciat, ꝙ non pp rẽ illã, ſed propter actum uirtutis iuſtitiæ, ſ. exercendum, q bonum eſt ſuperioris ordinis, q̃ ut fama, tenetur iſte dãnum ſuſtinere famę, ſicut ille, q iuſtè torquetur, tenetur crimẽ ſuũ dicere. Rñdetur, ꝙ q̃uis iuſtitiæ rõ exigat, ut illam rẽ alienam, & non aliã pro ea reſtituat: quia tñ exhibitio iuſti ab hoc fieri non põt ſine damno proprio in re ſuperioris ordinis, cõſequẽs eſt, ꝙ per accidens reſtitutio illius rei in ſpecie deſinat habere rationem actus iuſtitiæ. ac per hoc iſte omittens reddere rẽ eandem non omittit actum iuſtitiæ debitum. Maior propoſitio manifeſtatur ex hoc, quòd homo non tenetur ex natura debiti uendere ſeipsũ, ut reſtituat pecuniam, quam furatus eſt: quia libertas eſt bonũ ſuperioris ordinis inæſtimabile. Nec benè pro toto libertas venditur auro. & ſimile eſt de fama. Dixi autem ex natura debiti: C quia licet ex natura legis punitiuæ fur teneatur ſe vẽdere, ſi fieret lex talis, ut olim erat in lege Moyſi, iuxta illud Exod 22. Si non habuerit fur, quod pro furto reddat, venundabitur: nõ tamen ad hoc tenetur ex natura debiti. Vnde etiam ſtante lege nõ tenetur, niſi poſt ſententiam.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, An uno integrè reſtituente, alij qui etiam in ſolidum tenebantur ad reſtituendum, teneantur de neceſſitate ſalutis ad refundendum illi, qui reſtituit, & ad quantum quiſque teneatur, ſi tenetur. Et eſt ratio dubij: quia cum illi nihil acceperint ab illo, qui reſtitutionem fecit, non tenentur ei aliquo reſtitutionis iure. Reſtitutio n. præſuppoſuit acceptionem, uel rem acceptam, ut dictum eſt. Quo autem alio iure teneatur, oportet oſtendere.

¶ In oppoſitum autem eſt litera præſens, cui conſonare omnes de hoc ſcribentes, uidentur.

¶ Ad hoc dr̃, quòd in hac materia eſt aliquid clarum & manifeſtum: aliquid uerò obſcurum, & quod magna inquiſitione in- D diget, ut dilucidetur. hac ergo partitione utendum eſt. Triplici namque modo contingere poteſt caſus iſte. Primò. rebus acceptis exiſtentibus apud eos, qui acceperunt. Scdò, rebus acceptis conſumptis ab eiſdem. Tertiò, ꝙ nulla fuerit acceptio lucroſa alicui, ſed ſolùm damnificatoria, ut in deſtructione domus, incendio, conculcatione ſeminum, & huiuſmodi. Et in primo, & ſecundo caſu clarum eſt, quod alij tenentur refundere ei, qui reſtituit, tanquàm ſubſtituto domino illarum rerum. Ex eo nãque, quòd unus reſtituit precium totius, factus eſt dominus rerum extantium apud alios, & eſt ſubrogatus in iuribus illius, cui rerum conſumptarum precium debebatur ab his, qui conſumpſerunt. Et hoc patet, quia illa refuſio debet fieri iure reſtitutionis ratione rei acceptæ extantis, uel mala fide cõſumptæ: quoniam fit illi, qui ſuccedit domino, uel in domino reſpectu extantium rerum, uel in iuribus reſpectu conſumptarũ. Et hoc eſt quod doctores dicunt, dum docent, ꝙ tenetur refundere quilibet pro portione, quæ ad eum deuenit. E

¶ In tertio caſu, qñ ad nullum portio aliqua deuenit, obſcurũ eſt, an alij teneantur refundere. Nam ratione rei, nullus teneĩ, ſicut in prioribus caſibus: ratione autem actionis, qua tenebantur iniuriato, non tenentur iſti tanquàm ſubrogato in iniuria, quia iſte qui reſtituit, non ſubrogatur in iniuria, ut patet. Videtur autem mihi conſiderandum, & diſtinguendum eſſe, an ille unus, qui integrè reſtituit, ſuccedat damnificato in damno tantum, an & in damnum pati ab eiſdem. Nam ex hoc, ꝙ aliquis incurrit dãnũ, non ſequiĩ, ꝙ aliquis teneatur illum à damno releuare, ut patet: ſed ex hoc, ꝙ aliquis patitur ab aliquo damnum benè ſequitur, ꝙ ſit ab illo releuandus. Ad hoc autem diſcernẽdum oportet perſpicere, an ille unus, qui integrè reſtituit, fuerit inductus, aut inducens, aut æquè ſpontaneus ad damnificationem: quia ſi fuit inductus, tenentur à ij, qui ipſum ad maleficium induxerunt, ad refundendum ei, ſaltem æquis portionibus: qm inductus ad maleficium ex hoc ipſo, ꝙ inductus eſt ad damnificandum alium, conſequenter ductus eſt ad ſtatum, in quo tenetur ad ſatisfaciendum in ſolidum, ac per hoc ab inducentibus paſſus eſt per uiã ſequelæ hoc damnũ: & ſic iſte inductus non ſolũ ſuccedit in damno, ſed ẽtiam dãnificatus ab eiſdẽ. Si uerò fuit inductor aliorum ad maleficiũ ille, qui integrè reſtituit, non tenentur inducti ad refundẽdũ eidem: quia iſti non dãnificauerũt deducẽdo, ipſum ad ſtatũ, in quo tenetur ad reſtituẽdum in ſolidũ, ſed ecõtra. vnde iſte nõ ſuccedit, niſi dãno. Si aũt æque ſpõtaneus fuit ille, qui integrè reſtituit, ita ꝙ nec induxit, nec inductus fuit: tunc ſubdiſtinguendũ eſt, aut ille ſine alijs ad maleficium perpetrandũ non iuiſſet, puta, quia periculoſa aggreſſio, vel ſine ſocijs nõ fuiſſet auſus, uel hmõi. Et cum par ſit de omnibus huiuſmodi ratio, quilibet alium prædicto modo damnificauit indirectè, quoniam quilibet poſuit ſocium in ſtatu reſtituendi in ſolidum: ac per hoc æquis ſaltẽ portionibus tenentur ei, qui reſtituit, refundere, & gratias agere illi, quòd eripuit eos ab onere reſtituendi in ſolidũ. Aut quilibet ſine alijs iuiſſet, ſed tamen ſocialiter iuerunt: & tunc de rigore iuris non uideo, quòd teneantur alij eidẽ refundere, quia nullus alium damnificauit, quamuis de æquitate deberent refundere eidem. Aequum quippe eſt, ut ſocij in damni inferendo, ſint etiam ſocij in damno ſuſtinendo.

¶ Ad argumentum igitur ex litera aſſumptum dr̃, quod author loquitur in litera de ſurripientibus res, ut patet in argumẽto, quos conceſſum eſt teneri ad refundendum ratione rei, quę ad eos peruenit. Nos autem loquimur in hoc vltimo de præciſè damnificantibus alterum ſine cuiuſcumque lucro, de quibus etiam dixi quod mihi uidetur ratione conſonum.

¶ In eadem reſponſione ad ſecundum eiuſdem ſexti articuli dubitatio quorundam occurrit circa ultima uerba, ſ. Quòd tamen poteſt condonare. An is, qui ad reſtituendum tenetur, abſolu- D tus ſit coram Deo à debito reſtitutionis ex hoc, quòd petiit ab eo, cui tenetur remiſſionem, & habuit ab eo gratiam: an requiratur, quòd offerat pecuniam, uel rem in promptu. Et eſt ratio mouendi hoc dubium diuerſitas ſcriptorum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd quocumque modo perueniatur ad hoc, quòd dominus rei, ſeu cui reſtitutio fieri debet, liberè donat, aut remittit, abſolutus eſt debitor coram Deo. Nihil enim refert præcibus, obſequio, uel interceſſione, aut oblatione, aut quouis alio modo procurare, dummodo perueniaĩ ad id, unde pendet uinculum reſtitutionis, liberam. ſ. uoluntatem domini, per quam eſt poſſeſſor, & diſtributor, & donator rerũ ſuarum. Quicquid autem rationabiliter in hac re dubitatur, eſt pro tanto, quia dubitatur, an liberà ille donet ſua, quæ nõ ſunt in ſua poteſtate poſita: ſed hoc, & cætera dubia ceſſant, qñ conſtat ex uerbis donantis abſque metu, fraude, deſperatione rei recuperandę & breuiter omnibus facientibus uoluntarium mixtum, ꝙ ipſe liberè donat. Nec obſtat ſi fortè idem oblata re nõ E donat, aut donaret: qm præſentia rei mouet ad cupiditatis paſſionem, ex qua fit ille illiberalis, extra quam paſſionem exiſtẽs, in abſentia rerum liberaliter donat. Facilius eſt enim eſſe liberalem in donando ſua, quæ non poſſidet, quàm extrahendo à ſe, quæ poſſidet. Vnde ſcrupulus iſte ſuperfluus eſt: quin potius ſi reſtitutor in ueritate paratus eſt, & pauper, & creditur diues, & vniuerſaliter quando donatio eſſet opus pietatis, conſulendum eſt ut abſentibus rebus petat donationem, ne intret creditor intentationem illiberalitatis ex præſentia rerum, ſed extra omnem paſſionem exiſtens, liberaliter donet. Experimur enim in alijs, ꝙ uirtutem facilius ſeruamus remoti à præſentia obiectorum, ut patet in cibis, & venereis. Nec propterea non liberè abſtinemus: quia extra præſentiam obiectorum ſobrij, & caſti ſumus, qui fortè in præſentia laberemur.

¶ Circa prædicta occurrit nouum dubium. An pluribus in ſolidum obligatis ad reſtitutionem, poſſit dominus gratiam remiſſionis quibuſdam facere, & totum ab uno exigere in foro conſcientiæ

ſcientiæ. Et eſt rō dubij, qa dñs remittēdo quibuſdā, donat eis qđ qđ hñt de ſuo. Quod aũt donauit uni, nō deo amplius ab alio repetere: alioquin nō ſimplũ, ſed multiplicatum reſtitueretur.
¶ In oppoſitũ autem eſt, quia omnia iura concedũt contra quẽ libet eorũ, qui tenentur inſolidum ad reſtitutionẽ poſſe agi.
¶ Ad hoc dr̃, q̃ cũ donatio de ſuo, & nō de alieno, aut alij debito, fieri poſſit, ſi dñs, cui reſtitutio faciẽda eſt, liberaliter donat, non dẽt in præiudicium aliorũ hmõi donatio redundare. Verteret aũt in præiudicium aliorum, ſi iſtis qui tenent̃ aut reſtituere, aut refundere, reſtitutoribus abſolutis, ipſi ſoli damnum totum incurrerẽt. Immò cõiungere ẽt poſſet ſcdm hoc, q̃ q nihil habuiſſent, reſtituendo totum damnũ incurrerent, & illi qui adhuc res ſaluas haberent, lucrũ reportarent rerum illarum, & dñs qui prius damnificatus erat, & in nullo remaneret damnificatus, & effectus eſſet liberalis rerũ illius, qui reſtituit: quod iniquitate plenum eſt. Non põt ergo dñs, cui reſtitui debet, donare in caſu, ĩ quibus tenent̃ alij refundere reſtituenti, in præiudicium reſtituentis. Et propterea, ſi donauit quibuſdã talibus, qui. ſ. tenebantur refundere illi, qui reſtituet, non põt in foro conſcientiæ petere ab uno integram reſtitutionem, ſed tm̃ minus, quantum donauit alijs, & ſibi ipſi imputet, qui donauit ſuum, ſi illud non habet. ſecus aũt eſſet, ſi non donaſſet, ſed nollet eos uexare, ſed ab vno tm̃ exigere: & ipſi inter ſe poſtmodũ, qui tenent̃ inſolidũ, viderint. Et hoc concedunt iura, & non q̃ portiones donatas quibuſdam, exigant̃ poſtmodum ab uno, aut pluribus obligatorum inſolidorum: quoniam hoc, vt patet ex prædictis, iniquum eſt.

* Alias, quãdoq;.

Porrecta per totum.

349

4 di. 15. q. 1. art. 5. q. 3.

quo eſt aliquid iniuſtè ablatũ: iõ poſtq̃ ei reſtitutio ſufficiens facta eſt p unũ, alij non tenent̃ ei ulterius reſtituere, ſed magis refuſionem facere ei qui reſtituit, *quod tñ poteſt cõdonare.

ARTICVLVS VII.

Vtrum illi, qui non acceperunt, teneantur reſtituere. G

AD SEPTIMVM ſic procedit. Vr̃, q̃ illi qui non acceperunt non teneantur reſtituere. Reſtitutio. n. quædam pœna eſt ᵇ accipientis: ſed nullus debet puniri, niſi qui peccauit. ergo nullus debet reſtituere, niſi qui accepit.

¶ 2 Præt. Iuſtitia non obligat aliquem ad hoc, q̃ rem alterius augeat: ſed ſi ad reſtitutionem teneretur, non ſolùm ille qui accepit, ſed etiã illi q qualitercũque cooperantur, augeretur ex hoc res illius, cui eſt aliquid ſubtractum, tũ quia ſibi multoties reſtitutio fieret: tum etiam quia quandoque aliqui operam dant ad hoc, q̃ aliqua res alicui auferatur, quæ tamen ei non aufertur. ergo non ᵇ tenent̃ alij ad reſtitutionem.

¶ 3 Præt. ᵇ Nullus tenetur ſe periculo exponere ad hoc, q̃ rem alterius ſaluet: ſed aliquando manifeſtando latronem, uel ei reſiſtẽdo, aliquis periculo mortis ſe exponeret. non ergo tenetur aliquis ad reſtitutionem propter hoc, q̃ non manifeſtat latronem, uel non ei reſiſtit.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Ro. 1. Digni ſunt morte, non ſolũ q faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. ergo pari ratione etiam conſentientes debent reſtituere.

RESPON. Dicendũ, q̃ ſicut dictum * eſt, ad reſtitutionem tenetur aliquis nõ ſolũ rõne rei alienę, quam accipit, ſed ẽt ratione iniurioſæ acceptionis. & iõ ᵐ q̃cumq; eſt cã iniuſtæ acceptionis, tenetur ad reſtitutionem: quod quidem contingit dupliciter, directè, ſ. & indirectè. ⁿ Directè quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendũ: & hoc quidem tripliciter. Primò quidem modo, mouendo ad ipſam acceptionẽ, qđ qdẽ fit pcipiendo, conſulẽdo, cõſentiẽdo H expreſsè, & laudãdo aliquẽ qua ſi ſtrenuũ de hoc, q̃ aliena accipit. Alio mõ ex parte ipſius accipiẽtis, quia. ſ. eũ receptat, uel qualitercumque ei auxiliũ fert. Tertio modo, ex parte rei acceptæ, quia. ſ. particeps eſt furti, uel rapinę, uel quaſi ſocius maleficij. Indirectè uero, qñ aliqs non impedit, cũ poſſit, & dẽat impedire, uel qa ſubtrahit pceptũ, ſiuè cõſiliũ impediẽs furtũ uel rapinã: vel qa ſubtrahit ſuũ I auxiliũ, quo poſſet obſiſtere: uel quia occultat poſt factũ, q̃ his verſibus comprehenduntur.

Iuſſio, conſilium, cõſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Sciendum tñ, q̃ ᵖ quinq; præmiſſorum ſp obligant ad reſtitutionẽ ᵍ. Primò iuſſio: qa ille q

max & cõiunctim lõgè aberrãt applicãdo. Plus. n. imprimis eſt cã, q̃ quam nũq̃ cã, ſine qua non heret: quĩ illa inter cãs, nõ cõputat̃, illa uerò eſt cã, ut patet in philoſophia. Et in propoſito cã iniuſtæ acceptionis eſt, quæcũq; efficit ipſam acceptionem iniuſtã. Vnde & in hoc ar. ſubdit author, q̃ iõ qũq; adulator non tenet̃, qa qũq; nõ eſt cã effi cax. Et ut oẽs intelligant, ſi q̃s hẽat multos famulos, & pcipiat q̃ occidãt talẽ uirum, & ſingulis exiſtentib. paratis ad hoc, & ſufficientibus, ſi un⁹ eorũ ſolus illum occidat, nunquid nõ eſt uera cã iniuſtæ acceptionis uitæ? Et tenetur ille ad reſtitutionẽ, nec excuſatur a reſtitutionis uinculo plus quã a pœna mortis, a qua certũ eſt nõ excuſari: qa oĩno tamen alij pp̃ ſuum occ. n. ideo. Hẽt. n. locũ in hmõi reg ula euãgelica. Neceſſe eſt, ut ueniãt ſcãdala: uerũtñ uæ hoĩ illi, per quem uenit. Adaffirmatiuã oportet ergo reſpicere, an talis efficiat iniuſtã acceptionẽ, & nõ ad negatiuã an. ſ. non fuiſſet facta ſine ipſo. Tenet. n. quilibet rõne ſuæ operationis: nec excuſatur, quia oĩno hoc ali⁹ feciſſet. Cũ ergo uinculum reſtitutionis ſequat̃ operationẽ agẽtis q̃ ex iniuſta acceptione cõſurgit, ſine oĩ dubio conſtat, q̃ extra obligatos ad reſtitutionẽ non ſunt, q licèt nihil habuerint, & alij oĩno hoc idem feciſſent, miniſtri fuerunt iniquæ acceptionis. Et ex hoc patet, q̃ ſcdm iuſtitiæ rigorẽ, quilibet miles, qlibet pedes in bello manifeſtè iniuſto, tenet̃ in ſolidũ de oĩ dãno, qđ intulerũt nõ minus, q̃ cũ multi ſocij ad rapiendũ concurrunt: quãuis ex liberedam num paſſis preciũ nõ teneant̃, niſi ſcdm facultates ſuas, impotẽtia illos excuſãte. Miniſtri quoque furis, raptoris, uſurarij, & huiuſmodi, qui deſeruiunt ſiuè ſpontè, ſiuè mercede conducti ad iniquas acceptiones, etſi nihil ad eos deuenerit, tenentur inſolidum ratione iniuſtæ acceptionis, quam effecerunt. Eſto ergo diligens ſcrutator in particularibus caſibus, ut diſcernas, ſi miniſtrat in acceptione uſuræ, furti &c. an in alijs: quoniam hinc omnia pendent. Paria ſiquidem ſunt quo ad perſonam accipientis, hoc eſt quo ad quis accepit furari per alium, & uſuras accipere p aliũ: utrobique enim ille mediator accipit alienum, licet non pro ſe. Et propter hoc utrobique tenetur ipſe ad reſtitutionem inſolidum, quia eſt cauſa iniuſtæ acceptionis.

*Art. præced.

Concl. 1m

Conclu. p

K

¶ In eodem art. circa eum, qui eſt cauſa iniuſtæ acceptionis indirectè, aduerte q̃ author immotus a principijs traditis in præcedenti libro, duas conditiones exigit ad hoc, q̃ aliquis ſit iniuſtæ acceptionis cã indirectè. Prima eſt, q̃ poſſit impedire: ſecunda eſt, q̃ debeat impedire. Non enim imputatur malum cuiq; ſ alicui indirectè, niſi quia poteſt, & debet obſtare, ut ibidem cũ de uoluntario tractaretur, dictum eſt.

SVPER QVÆST. LXII. ART. VII.

IN ar. 7. eiuſdem 62. q. proſequendo ambiguitates ſpectantes ad perſonã reſtituẽtis, quis. ſ. teneat̃ ad reſtitutionẽ, notãda, & declarãda primo occurrit illa maxima. Quicũq; eſt cauſa iniuſtæ acceptionis, tenet̃ ad reſtitutionẽ. Vr̃ ſiquidẽ malè intellecta, & applicata, ut ſcripta doctorũ pferũt, qb. authoris verba hoc in loco fauere vñr, dũ dicit, q̃ ad reſtitutionẽ obligat conſenſus in eo, ſine quo rapina fieri nõ põt, aiũtq; q̃ requiritur ad reſtitutionis uinculũ, q̃ ſit cã, ſine qua nõ acciperet. Sed ſi oĩno acceptio fuiſſet p aliũ facta, nõ teneri ad reſtitutionẽ niſi rõne rei, q ad ipſum peruenit. Et ex hoc principio deducitur, q̃ cauſæ inſtrumentales particulares, loco quarum oĩno fuiſſent aliæ, vt miniſtri ad vſuras, & inferiores milites, & pedites ad bellum manifeſte iniuſtum, non tenentur, niſi aliquid ad eos deuenerit: quoniam loco eorum alij affuiſſent, qui idem feciſſent.
¶ Sed ſalua eorũ reuerẽtia, valde illi errãt in ſenſu illius maxi-

¶ Conſidera

¶ Conſidera ergo quando quis præcepto, conſilio, auxilio, manifeſtatione, poteſt, & tenetur impedire furtum, rapinam, fraudem &c. & diſcernes quando tenetur ad reſtitutionem & quādo non. Et ne tibi hoc difficile videatur, author in litera dicit, quòd hoc ſolum accidit, quādo alicui incumbit hoc ex officio vt patet ex reſponſione ad tertium.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad ſecundum, videre poteſ primo, quàm conformia ſint dicta authoris, quod in præcedenti articulo de obligatis ad reſtituendum reſtituentis diximus. Duo namq; genera nominat hic author huiuſmodi obligatorum, ſcilicet eorū, qui fuerūt principaliter ī facto & eorū (Conclu. 1) ad quos res peruenit. Principales namque ſunt inducētes alios, & eqs ſpontanei &c. Animaduertere quoque ſecundo potes in principio reſponſionis, (Conclu. 2) quod paulo ſuperius de obligatione miniſtrorū diximus. Nam author ſecundo loco ponit obligatum (Concl. 3) ad reſtitutionē executorem iniuſtæ acceptionis ex præcepto alterius.

SVPER Q. LXII. ART. VIII.

*Ar. pręc. ad 3. quolibet ſuo ſubdito occidi. Quidã aũt tyrãnus eſt in ipſo iure dñij, qa ſ. uſurpauit ſibi dñiũ vi armorũ, vel aliàs iniquè & de tali tyrãno eſt ſermo. Et duo dicimꝰ, primò q licitè põt à quolibet de populo occidi p libertate populi, qñ nõ eſt recurſus ad ſuperiorem, à quo poſſit iuſtitia fieri de hmõi inuaſore. *Ar. pręc. Secũdo, q qñ ſic occiditꝰ, non occiditꝰ a pſona priuata, ppria, ſed publica authoritate. *Li. 1. ca. 26. in medio, & ca. 21. in fine tom. 5. Declaratꝰ vtrũq; ex hoc, q talis tyrannꝰ eſt hoſtis populi, habens continuũ bellũ iniuſtũ cõ populo. Quòd. n. ſit hoſtis populi, patet ex hoc, q inuaſor eſt. & oppreſſor libertatis, ſeu iuris publici illius. *Ar. pręc. Qđ aũt intelligatur hic cõtinuũ bellũ cũ populo, patet ex eo, q inchoatũ bellũ quo populũ inuadens, ſeipſum nominauit dominũ, aliosq; coegit ad recognoſcẽdũ ſe ut dñm, nulla ẽ treuga interruptũ, nulla pace terminatũ, ſed ſuccũbẽs iacet populus. *Conclu.* Cũ aũt bellũ hoc ex parte populi ſit iuſtũ, & ex parte tyranni iniuſtũ, cõſequens eſt, ut qlibet de populo inſurgẽs, pro populo cõtra tyrãnum bellũ agat iuſtũ. *Ex c. 3. †Li. 1. c. 21 circa princi. tom. 5. Ac p hoc licitè põt tyrãnũ illũ occidere authoritate iuſti belli, q eſt authoritas publica, ut patet ex ſupradictis. Nec obſtat ſi tyrãnus à principio line bello ſe fecerit dominũ: qm ipſa uſurpatio dñij, inuito populo, ẽ debellare populũ. Sp ergo eſt bellũ implicitũ, aut explicitũ, & publica ſp interuenit authoritas explicite, ut i bello explicito: vel implicitè, vt in bello implicito. Vices igitꝰ pculdubio totius cõitatis gerit pars, q̃ ipſius negotiũ tã utiliter gerẽs, ad ipſius liberationẽ pcedit. Et hoc mõ Aoth, ut author in primo libro de regimine principũ dicit in c. 6. occidit Eglon. ſ. ut hoſtẽ: & iuxta hũc ſenſum intelligẽda ſunt uerba authoris 3. ſent. & ſic oĩa conſonant.

b comparatꝰ beſtijs, vt dictũ* ē: ſed occidere beſtiã ſylueſtrem maximè nocẽtẽ, cuilibet priuatę pſonæ licet. ergo & pari ratione occidere hoĩem pctõrẽ.

¶3 Præt. Laudabile eſt, q̃ hõ ẽt ſi ſit priuata pſona[b] operet qđ eſt utile bono cõi: ſed occiſio malefactorũ eſt utilis bono cõmunĩ, ut dictũ* eſt. ergo laudabile eſt ſi etiam priuatæ perſonæ malefactores occidant.

Sed contra eſt, q Aug. dicit in 1. de ciui. Dei. Qui ſine aliqua publica adminiſtratiõe maleficũ occiderit, uelut homicida iudicabitꝰ: & tãtò amplius, quãtò ſibi ptãtẽ a Deo nõ conceſſam vſurpare non timuit.

Resp. Dicẽdũ, q ſicut dictũ* ẽ, occidere malefactorẽ licitũ ẽ, inquãtũ ordinatꝰ ad ſalutẽ totiꝰ cõitatis: & iõ ad illũ ſolũ ptinet, cui cõmittitꝰ cura cõitatis cõſeruãdæ. Sicut ad medicũ ptinet pcidere mẽbrũ putridũ, qñ ei cõmiſſa fuerit cura ſalutis totiꝰ corporis. Cura aũt cõis boni cõmiſſa eſt principibꝰ habẽtibus publicã authoritatẽ: & iõ eis ſolũ licet malefactores occidere, nõ aũt priuatis pſonis.

Ad primvm ergo dicendũ, q ille aliqd facit, cuiꝰ authoritate fit, ut patet p Dion.* 12. cap. cęleſtis hierar. Et iõ ut Aug.† đt in 1. đ ciui. Dei, ñ ipſe occidit q miniſteriũ dẽt iubẽti, ſicut adminiculũ gladiꝰ eſt utẽti. Vñ illi q occiderũt pximos, & amicos ex mandato Dñi, non hoc feciſſe ipſi uidentur, ſed potius ille, cuius authoritate fecerunt. Sicut & miles iterficit hoſtẽ authoritate principis, & miniſter latronem authoritate iudicis.

Ad ii dicendũ, q beſtia naturalr eſt diſtincta ab hoĩe. Vnde ſup hoc ñ reqrit aliqđ iudiciũ, an ſit occidẽda, ſi ſit ſylueſtris: ſi uerò ſit domeſtica, reqreĩ iudiciũ ñ pp ipſam, ſed pp dãnũ dñi. Sed hõ peccator nõ eſt naturalr diſtinctus ab hominibus iuſtis: & iõ indiget iudicio publico, ut diſcernatꝰ an ſit occidẽdus propter ſalutem cõmunẽ.

Ad iii dicẽdũ, q facere aliqd ad utilitatẽ cõem, qđ nulli nocet, hoc ẽ licitũ cuilibet priuatæ pſonæ: ſed ſi ſit cũ nocumẽto alteri, hoc nõ dẽt fieri, niſi ſm iudiciũ eius, ad quẽ ptinet æſtimare qđ ſit ſubtrahendũ partibus pro ſalute totius.

Articvlvs IIII.

Vtrum occidere malefactores liceat clericis.

Ad qvartvm ſic pcedit. Vr q occider malefactores licet clericis. Clerici. n. pręcipuè dẽnt iplere qđ Apoſt. dicit 1. ad Cor. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chri. Per qđ nobis indicitꝰ, ut Deũ & ſctõs eiꝰ[b] imitemur: ſed ipſe Deꝰ, quẽ colimꝰ, occidit malefactores, ſm illud Pſ. 135. Qui pcuſſit Aegyptũ cũ primogenitis eorũ. Moyſes ẽt à Leuitis fecit iterfici viginti tria milia hoĩum pp adorationẽ uituli, ut hr Exo. 32. Et Phinees ſacerdos interfecit Iſraelitẽ cum Madianitide coeũtẽ, ut hr Numeri 25. Samuel etiã interfecit Agag regẽ Amalec, & Elias ſacerdotes Baal, & Matathias eũ, q ad ſacrificãdũ acceſſerat, & in nouo teſtamento Petrus Ananiam & Sapphiram. ergo vr q etiam clericis liceat occidere malefactores.

¶2 Præt. Poteſtas ſpiritualis eſt[b] maior, q̃ temporalis, & Deo coniunctior: ſed poteſtas temporalis licitè malefactores occidit, tanq̃ Dei miniſter, ut dr Rom. 13. ergo multo magis clerici, qui ſunt Dei miniſtri, ſpiritualem poteſtatem habentes, licitè poſſunt malefactores occidere.

¶3 Præt. Quicunq; licitè ſuſcipit aliquod officiũ, licitè poteſt ea, quæ ad officium illud pertinent,[b] exercere: ſed officium principis terræ eſt malefactores occidere, ut dictũ* eſt. ergo clerici q ſunt terrarũ pricipes, licitè põt occidere malefactores. *Ar. pręc.

Sed contra eſt, q dicit 1. ad Timo. 3. oportet epm ſine crimine eſſe, nõ uinolẽtũ, nõ pcuſſorẽ.

Respon. Dicẽdũ, q nõ licet clericis occidere, duplici rõne. *Conclu.* Primo qdẽ, qa ſunt electi ad altaris miniſteriũ, in quo repñtatꝰ paſſio Chri occiſi, q cũ pcuteretꝰ, nõ repercutiebat, ut dr 1. Petr. 2. & iõ nõ cõpetit, ut clerici ſint pcuſſores, aut occiſores. Debẽt. n. miniſtri ſuum dñm imitari, ſm illud Eccl. 10. Secũdũ iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius. Alia rõ eſt, quia clericis committitur miniſterium nouæ legis, in qua non determinatur pęna occiſionis, uel mutilatiõis corporalis. Et iõ ut ſint idonei miniſtri noui teſtamẽti, dẽnt a talib. abſtinere.

Ad primvm ergo dicendũ, q Deus uniuerſaliter in omnibus operatur q̃ recta ſunt, in unoquoque tñ ſm eius congruẽtiam: & iõ unuſquiſq; debet Deum imitari in hoc, quod ſibi ſpecialr congruit. Vñ licèt Deus corporaliter malefactores occidat, non tñ oportet q omnes in hoc eum imitentur. Petrus aũt non propria authoritate, uel manu

Ananiam

SVP. QV. LXIIII. ARTIC. IIII.

In art. 4. in rñſione ad tertiũ, aduerte hinc, q cõ ũctio dñij tpalis cũ ſpũali non equã reddit utriuſq; conditionẽ, ut poſſit & tanq̃ plãtus oĩa illius officij, & tanq̃ dñs oĩa illius dñij facere, ſicut ſi ſolũm eſſet dñs. *Porrecta per totum.* Patet. n. q nõ ſõi eps, qui eſt dñs tpalis, exercere iudiciũ ſanguinis, bellare, & hmõi, q ĩn poſſet ſi eſſet ũn modo dñs tpalis: ſed dñiũ tpale modificatur à ſpũali, ita ut qcunq; dedecent plãtũ, dedecẽt dñm, qui ſimul eſt plãtꝰ, & dñs, & merito, qa nobiliꝰ dẽt ad ſe trahere ignobilius. *358 Inf. q. 70. ar. 1. ad 3. Et 4. di. 25 q. 2. ar. 2. q. 2.* Et ex hac radice habes, q non licet hmõi plãtis, & cũis ſimul uacare uenationibus, & aliis phibitis clericis, & pręlatis: licet non ſunt eis dẽ licita alia ſupradicta. Eadem. n. rõ eſt quo ad eſſe licitũ, uel illicitum, quàmuis nõ ſit eadem pœna.

Ananiam & Sapphirã interfecit, ſed magis diuinã ſniam de eorũ morte ꝓmulgauit. Sacerdotes aũt, vel Leuitæ ueteris teſtamẽti, erãt miniſtri ueteris legis, ſm quam pœnæ corporales infligebantur: & iõ ẽt eis occidere propria manu congruebat.

Ad II dicẽdũ, ꝙ miniſteriũ clericorũ eſt ĩ melioribus ordinatũ, q̃ ſint corporales occiſiones. ſ. in his, q̃ pertinent ad ſpirituale ſalutem: & iõ non congruit eis, quòd minoribus ſe ingerant.

Ad III dicẽdũ, ꝙ ꝑlati eccliarũ accipiũt officia principum terræ, non ut ipſi iudicium ſanguinis exerceant per ſeipſos, ſed ꝙ eorum authoritate per alios exerceatur.

SVP. QV. LXIII. ARTIC. V.

Perrecta per totum. 359

IN art. 5. & 6. nihil aliud ſcribendum occurrit, niſi ꝙ difficultas tertij argumẽti in 6. ar. tractabitur inferius, cum expoſita erit quæſtio de iudice, & tunc etiam de miniſtro iudicis tractabitur.

Sup. q. 59. ar. 3. ad 2. Et inf. q. 124. ar. 2. ad 2. Et 3. q. 47. art. 6. ad 3. Et 4. d. 49. q. 5. art. 3. q. 2. ad 6. Et Hebr. 11. lect. 7.

ARTICVLVS V.

Vtrum liceat alicui occidere ſeipſum.

AD QVINTVM ſic ꝑcedit. Vr ꝙ alicui liceat ſeipſum occidere. Homicidiũ. n. eſt pctm̃, inquãtũ[b] iuſtitiæ cõtrariat: ſed nullus põt ſibiipſi iiuſtitiã facere, ut ꝓbat in 5.* Ethi. ergo nullus peccat occidendo ſeipſum.

¶2 Prẽt. Occidere[h] malefactores licet hñti publicã ptãtẽ, ſed qñq; ille, q hẽt publicã ptãtẽ, ẽ malefactor. ergo licet occidere ſeipſũ.

¶3 Præt. Licitum eſt ꝙ aliquis ſpõtaneè minus periculum ſubeat, ut [h] maius periculum uitet, ſicut licitum eſt, ꝙ aliquis etiam ſibiipſi amputet membrum putridũ, ut totum corpus ſaluetur: ſed quandoque aliquis per occiſionem ſuiipſius uitat maius malum, uel miſeram uitam, uel turpitudinem alicuius peccati. ergo licet alicui occidere ſeipſũ.

* Li. 5. ca. vlt. & c. 6. ad finẽ, tom. 5.

¶4 Præt. [h] Samſon ſeipſum interfecit, ut hr̃ Iudicũ 16. qui tñ connumeratur inter ſanctos, ut patet Heb. 11. ergo licitum eſt alicui occidere ſeipſum.

¶5 Præt. 2. Mach. 14. dr̃, ꝙ Razias quidam ſeipſum interfecit eligens nobiliter mori potius, q̃ ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos iniuriis agi: ſed nihil quod [h] nobilr̃ fit & fortiter, eſt illicitum. ergo occidere ſeipſum non eſt illicitum.

Lib. 1. ca. 20. in fine, to. 5.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit in 1. de ciui. Dei. Reſtat ut de hoie intelligamus illud, qđ dictũ eſt. Non occides, nec alterũ. ergo nec te. Neque enim aliud quàm hominẽ occidit, qui ſeipſum occidit.

Conclu. m

Respon. Dicendũ, ꝙ[m] ſeipſum occidere eſt omnino illicitum[a] triplici rõne. Primò qdẽ, q naturaliter q̃libet res ſeipſam amat, & ad hoc ꝑtinet, ꝙ q̃libet res naturalr̃ cõſeruat ſe in eſſe, & corrũpẽtibus reſiſtit quantũ põt. Et[d] iõ ꝙ aliqs ſeipſum occidat, eſt contra inclinationẽ naturalẽ, & contra charitatẽ, qua quilibet dẽt ſeipſum diligere.

D. 783.

Conclu. p

Et iõ [p] ſuiipſius occiſio ſp eſt pctm̃ mortale, [q] vtpotè contra naturalẽ legẽ, & contra charitatem exiſtens. Secundò, q̃a q̃libet pars id qđ eſt, eſt totius. Quilibet aũt homo eſt pars cõitatis, & ita id quod eſt, eſt communitatis. Vnde in hoc, quòd ſeipſum interficit, iniuriam cõitati facit, ut patet p Philo. in * 5. Ethico. Tertiò, quia uita eſt quoddam donum diuinitus homini attributum, & eius poteſtati ſubiectum, qui occidit, & uiuere facit. Et iõ qui ſeipſum uita priuat, in Deum peccat: ſicut q

* Li. 5. ca. vlt. to. 5.

A alienum ſeruum interficit, peccat in dominũ, cuius eſt ſeruus: & ſicut peccat ille, q uſurpat ſibi iudicium de re ſibi non commiſſa. Ad ſolum. n. Deũ pertinet iudicium mortis & uitæ, ſecundùm illud Deuter. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ homicidiũ eſt pctm̃ non ſolùm quia contrariatur iuſtitiæ: ſed ẽt quia contrariatur charitati, quam habere debet aliquis ad ſeipſum. Et ex hac parte occiſio ſuijpſius ẽ peccatũ per cõparationẽ ad ſeipſum. Per cõparationem aũt ad cõmunitatem, & ad Deum, habet rõnem peccati etiam per oppoſitionem ad iuſtitiã.

B Ad II dicendũ, ꝙ ille qui habet publicam poteſtatem, põt licitè malefactorẽ occidere p hoc, ꝙ põt de ipſo iudicare. Nullus[d] aũt eſt iudex ſuijpſius: vnde non licet habenti publicam poteſtatem ſeipſum occidere propter quodcumque pctm̃: licet tamen ei ſe committere iudicio aliorum. D. 791.

Ad III dicẽdũ, ꝙ hõ cõſtituit dñs ſuijpſius p liberũ arbitriũ: & iõ licitè põt hõ de ſeipſo diſponere quãtũ ad ea, q̃ ꝑtinẽt ad hãc vitã, q̃ hoĩs libero arbitrio regitur: ſed trãſitus de hac uita ad aliã feliciorem non ſubiacet libero arbitrio hoĩs, ſed poteſtati diuinę. Et ideò nõ licet homini ſeipſum interficere, ut ad feliciorẽ trãſeat uitam. Silr̃ ẽt nec

C vt quaſlibet miſerias ꝑſentis uitæ euadat: q̃a ultimũ malorum huius uitæ, & maximè terribile, eſt mors, ut patet p Philoſ. in* 3. Eth. Et iõ inferre ſibi mortẽ ad alias huius uitæ miſerias euadendas, eſt maius malũ aſſumere ad minoris mali uitationẽ. Silr̃ ẽt nõ licet ſeipſum ĩterficere ꝑp aliqđ pctm̃ cõmiſſum, tũ q̃a in hoc ſibi maximè nocet, ꝙ ſibi adimit neceſſariũ pœnitẽtiæ tẽpus: tũ ẽt, quia malefactorẽ occidere nõ licet, niſi p iũdiciũ publicæ poteſtatis. Silr̃ ẽt non licet mulieri ſeipſam occidere, ne ab alio corrũpat, quia non debet in ſe cõ

*Li. 3. c. 6. tom. 5.

D mittere crimẽ maximum, qđ eſt ſuijpſius occiſio, vt uitet minus crimen alienũ. Non enim eſt crimẽ mulieris p violentiã violatæ, ſi cõſenſus nõ adſit: q̃a nõ inquinat corpus, niſi de conſenſu mẽtis, ut Lucia dixit. Conſtat aũt minus eſſe pctm̃ fornicationẽ, uel adulteriũ, q̃ homicidiũ, & ꝑcipuè ſuijpſius, qđ eſt grauiſſimũ: q̃a ſibijpſi nocet, cui maximã dilectionẽ dẽt. Eſt ẽt periculoſiſſimũ, quia nõ reſtat tẽpus vt p pœnitentiã expietur. Silr̃ ẽt nulli licet ſeipſum occidere ob timorẽ ne conſentiat in pctm̃, q̃a nõ ſunt facienda mala, ut veniant bona: vel ut vitẽt mala, ꝑſertim minora, & minus

E certa. Incertum. n. eſt, an aliquis in futurũ conſentiat in pctm̃. Potẽs eſt enim Deus hominem quacumque tentatione ſuperueniẽte liberare à pctõ.

Ad IIII dicendum, ꝙ ſicut Augu. dicit in 1.* de ciu. Dei. Nec Samſon aliter excuſatur, ꝙ ſeipſum cũ hoſtibus ruina domus oppreſsit, niſi ꝙ latẽter Spiritusſanctus hoc iuſſerat, q per illum miracula faciebat. Et eandẽ rõnem aſſignat de quibuſdam ſanctis fœminis, q̃ tẽpore ꝑſecutionis ſeipſas occiderunt, quarũ memoria in Eccleſia celebratur.

* Li. 1. ca. 21. a medio, to. 5.

Ad V dicendum, ꝙ ad fortitudinem pertinet, ꝙ aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum uirtutis, & vt vitet peccatum. Sed ꝙ

aliqs ſibiipſi inferat mortē vt vitet mala pęnalia, habet quidem quandam ſpeciem fortitudinis, ꝑꝑ qđ quidam ſeipſos interfecerunt, æſtimātes ſe fortiter agere, de quorū numero Rasias fuit. Non tñ eſt vera fortitudo, ſed magis quædā mollities animi non valentis mala pęnalia ſuſtinere, ut patet ꝑ Philoſ. in 3.* Ethi. & per Aug. in 1.† de ciuit. Dei.

* Lib. 3. Eth. ca. 8. tom. 5.
† Lib. 1. c. 23. circa medium tom. 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum liceat in aliquo caſu interficere innocentem.

Porrecta per totum. 360

AD SEXTVM ſic proceditur. Vř, ꝙ liceat in aliquo caſu interficere innocentem. Diuinus enim timor non manifeſtatur per pctm̄, qm̄ magis timor Domini expellit pctm̄, vt dicitur Eccl. 1. ſed Abraham commendatus eſt, ꝙ timuit Dominum, quia [a]voluit interficere filium ſuum innocentem. ergo poteſt aliquis innocentem interficere ſine pctō.

† 2 q. 94. ar. 5. ad 2 & q. 10. a. 8. ad 3. Et 1. q. 7. art. 6. ad 3. Et opuſ. 9. c. 86. Et Hebre. 11. le. 4.

¶ 2 Præt. In gñe pctōrum, q̄ cōtra proximū cōmittuntur, tantò maius vř aliqđ eſſe pctm̄, quātò maius nocumētū[b] infertur ei, in quē peccatur: ſed occiſio plus nocet pctōri, q̄ innocēti, qui de miſeria huius uitæ ad cęleſtē gloriam trāſit per mortem. cū ergo liceat in aliquo caſu pctōrem occidere, multò magis licet occidere innocētē, uel iuſtum.

¶ 3 Præt. Illud qđ fit ſm̄ ordinem iuſtitiæ, non eſt pctm̄: ſed qñq; cogit aliqs ſm̄ ordinē iuſtitiæ occidere innocentē, puta, cū iudex, qui dēt ſm̄ allegata iudicare, cōdēnat ad mortē eum, quem ſcit innocentē ꝑ falſos teſtes conuictū: & ſiłr miniſter, q̄ iniuſtē cōdemnatū occidit obediens iudici. ergo abſq; pctō poteſt aliquis occidere innocentē.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Exod. 23. Inſontem, & iuſtum non occides.

RESPON. Dicēdū, ꝙ aliquis homo dupliciter cōſiderari pōt. Vno modo, ſm̄ ſe: alio modo, per cōparationem ad aliud. Secundum ſe quidē conſiderādo hominē, nullū occidere licet: qa in quolibet ēt pctōre debemus amare naturā, quā Deus fecit, q̄ per occiſionē corrumpit. Sed ſicut ſupra dictū* eſt, occiſio pctōris fit licita ꝑ comparationem ad bonum cōe, quod per pctm̄ corrumpitur: uita autē iuſtorum eſt conſeruatiua, & promotiua boni cōis, quia ipſi ſunt principalior pars multitudinis. Et ideo[m] nullo modo licet occidere innocentem[n].

*Ar. 2. huius queſt.

Concl. m

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus habet dominiū mortis, & vitæ. Eius enim ordinatione moriuntur & peccatores, & iuſti. Et ideò [d] ille q̄ mandato Dei occidit innocentem, talis non peccat, ſicut nec Deus, cuius eſt executor: & oſtēditur Deū timere, eius mandatis obediens.

D. 4.

AD II dicendū, ꝙ in pēſanda grauitate pcti magis eſt cōſiderādū id qđ eſt ꝑ ſe, q̄ id qđ eſt ꝑ accidens. Vñ ille q̄ occidit iuſtū grauius peccat, q̄ ille q̄ occidit pctōrem. Primò quidem, quia nocet ei, quē prius dēt diligere, & ita magis contra charitatē agit. Secūdò, qa iniuria infert ei, qui eſt minus dignus, & magis contra iuſtitiā agit. Tertiò, quia priuat cōitatem maiori bono. Quartò, qa magis Deū contēnit, ſm̄ illud Lucæ 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Quòd aūt iuſtus occiſus ad gloriā ꝑducatur à Deo, per accidēs ſe habet ad occiſionem.

AD III dicēdū, ꝙ Iudex ſi ſcit aliquē innocentem eſſe, qui falſis teſtibus conuincitur, debet diligentius examinare teſtes, ut inueniat occaſionē liberandi innoxium, ſicut Daniel fecit. Si autem hoc nō poteſt, debet eum ſuperiori relinquere iudicandum. Si autem hoc non poteſt, nō peccat ſecundum allegata ſententiā ferens: quia ipſe non occidit innocentem, ſed illi qui eum aſſerunt nocentem. Miniſter autem iudicis condemnantis innocentem, ſi ſententia intolerabilem errorē contineat, non debet obedire: alias excuſarentur carnifices, qui martyres occiderunt. Si verò non contineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccat, præceptum exequendo: quia ipſe non habet diſcutere ſuperioris ſententiam, nec ipſe occidit innocētem, ſed iudex, cui miniſterium exhibet.

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat alicui occidere aliquē, ſe defendendo.

Porrecta per totum. 361

AD SEPTIMVM ſic ꝑceditur. Vř ꝙ nulli liceat occidere aliquē, ſe defendendo. Dicit. n. Aug.* ad Publicolā, de occidendis hominibus. Ne ab eis quiſquam[h] occidatur, non mihi placet conſiliū, niſi fortè ſit miles, aut publica functione teneat, vt ñ ꝓ ſe hoc faciat, ſed ꝓ alijs accepta legitima poteſtate, ſi eius cōgruat ꝑſonæ: ſed ille q̄ ſe defendēdo, occidit aliquē ad hoc cū occidit, ne ipſe ab eo occidat. ergo hoc vř eſſe illicitū.

4. d. 25. q. 2. ar. 2. q. 2. ad 2 & 3.

* Epi. 154 a medio illius, t. 2. Et habet 23. q. 5. c. de Occidend.

¶ 2 Præt. In 1. de † Libero arbitrio dř. Quō apud diuinā prouidētiā a pctō liberi ſunt, q̄ ꝓ his rebus, quas cōtēni oportet, humana [k] cæde polluti ſunt? Eas aūt res dicit eſſe cōtemnēdas, quas hoīes inuiti amittere poſſunt, ut ex ꝑmiſſis* patet. Horū aūt eſt vita corporalis. ergo ꝓ cōſeruāda uita corporali nulli licitum eſt hominem occidere.

† Li. 1. c. 5. non multum procul a fine, to. 1.

* In diuiſione q.

¶ 3 Præt. Nicolaus Papa dicit, vt habetur in Decretis 1. diſtin. 50.* De clericis, pro quibus cōſuluiſtis. ſ. qui ſe defendendo paganum occiderent, ſi poſtea ꝑ pœnitentiam emēdati, poſſunt ad priſtinum ſtatum redire, aut ad altiorem aſcēdere, ſcito nos nullam occaſionem, dare, nec vllam tribuere licētiā eis quēlibet hominem quolibet modo occidēdi: ſed ad[o] præcepta moralia ſeruanda tenentur communiter clerici, & laici. ergo etiam laicis non eſt licitum occidere aliquem, ſe defendendo.

* In Decretis diſt. 50. ca. de his clericis.

¶ 4 Præt. Homicidiū ē grauiꝰ pctm̄, q̄ ſimplex fornicatio, vł adulteriū: ſed nulli licet cōmittere ſiplicē fornicationē, vł adulteriū vł qđcūq; aliđ pctm̄

SVP. QV. LXIIII. ART. VII.

IN art. 7. eiuſdē q. 64. intellige bene diſtinctionē literæ, ſ. ꝙ dupliciter pōt reſerri occiſio alterius ad conſeruationē uitæ ꝓpriæ. Primò, vt mediū ad finē: ſecundo, vt conſequens ex neceſſitate finis. Et ut in litera dř, multū intereſt altero mō ſe habere Nā & finis, & medium ad finē cadunt ſub intētione, ut patet in medico, qui intendit ſanitatē per potionē, vel dietā. Id aūt quod conſequitur ex neceſſitate finis, nō cadit ſub intētione, ſed præter intentionem exiſtēs emergit, ut patet de debilitatione ægroti, q̄ ſequitur ex medicina ſanante. Et iuxta duos hos modos diuerſimodè occidere pōt licitè perſona publica, & priuata. Nā pſona publica, ut miles, ordinat occiſionē hoſtis, ut mediū ad finē ſubordinatū bono cōi, ut in litera dicitur: perſona autem priuata non intēdit occidere, ut ſeipſā ſaluet: ſed intēdit ſaluare ſeipſum, nō defenſatur uſà ſui defenſione, etiā ſi alterius mortē ex ſua defenſione oporteat ſeq. Et licitè nō occidit, niſi p accidēs, ille aūt per ſe occidit. Et ꝓpterea ad illud requiritur publica authoritas, ad hoc non.

¶ In

mortale ꝓ cōſeruatione ꝓpriæ vitæ: quia uita ſpūalis pferēda eſt corporali. ergo [h] nulli licet defendēdo ſeipſum, aliū occidere, ut propriā uitam cōſeruet.

¶5 Præ. Si arbor eſt mala, & fructus, ut hr̄ Matth.7. ſed ipſa [b] defenſio ſui vr̄ eſſe illicita, ſm illud Rom.12. Nō uos defendentes chariſſimi. ergo & occiſio hois exinde ꝓcedēs eſt illicita.

B

SED CONTRA eſt, ꝙ Exo.22. dr̄: Si effringes fur domum, ſiue ſuffodiēs inuētus fuerit, & accepto vulnere mortu⁹ fuerit, ꝑcuſſor non erit reus ſanguinis: ſed multo magis licitū eſt dſendere ꝓpriam uitam, q̄ propriā domum. ergo ēt ſi aliquis occidat aliquē pro defenſione uitæ ſuæ, non erit reus homicidij.

C

RESPON. Dicēdū, ꝙ nihil ꝓhibet unius actus eſſe duos effectus, quorū alter ſolū ſit in intētione, alius uero ſit pter intentionē. Morales aūt act⁹ recipiūt ſpēm ſm id, qđ intenditᷣ: nō aūt ab eo qđ eſt pter intētionē, cū ſit ꝑ accidens, ut ex ſupradictis * patet. Ex actu ergo alicuius ſe ipſum defendentis duplex effectus ſeq. pōt. Vnus quidē cōſeruatio ꝓpriæ uitæ, alius aūt occiſio iuadētis.[m] Act⁹ ergo hmōi ex hoc, ꝙ intēdit cōſeruatio ꝓpriæ uitæ, nō [d] hēt rōnem illiciti, [e] cū hoc ſit cuilibet naturale, ꝙ ſe cōſeruet in eſſe, quātū pt.

D

Pōt tñ aliqs actus ex bona intētione ꝓueniēs, illicit⁹ reddi, ſi nō ſit ꝓportionatus fini. Et iō[p] ſi aliqs ad defendendū ꝓpriam vitam utat maiori uiolentia, q̄ oportet, erit illicitū. Si verò moderate uiolētiā repellat, erit licita defenſio.[q] Nā ſm iura, vim vi repellere licet cū moderamine iculpatę tutelę[r]. Nec ē neceſſariū ad ſalutē, ut hūc actū moderatæ tutelę ptermittat ad euitādā occiſionē alteri⁹:[t] qa plus tenet hō uitæ ſuę ꝓuidere, q̄ vitę alienę. Sed qa occidere hominē nō licet niſi publica authoritate ꝑp bonū cōe, ut ex pradictis * patet,[x] illicitū eſt ꝙ hō intēdat occidere hoiem, ut ipſum defendat, niſi ei qui hēt publicā authoritatē, q̄ intēdēs hoiem occidere ad ſui dſenſionem, refert hoc ad pulicum bonū,[y] ut patet in milite pugnante contra hoſtes, & in miniſtro iudicis pugnante contra latronē quamuis ēt & iſti peccent, ſi priuata libidine moueatur.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ authoritas Auguſt. intelligēda eſt in eo caſu, quo quis intēdit occidere hominem, ut ſeipſum a morte liberet. In quo ēt caſu intelligitur authoritas inducta ex libro de * libe.arb. Vnde ſignanter dicitur, pro his rebus in quo deſignatur intentio. Et per hoc patet reſponſio. Ad 11.

A

¶In eodē art.7. dubiū occurrit circa illā rōnē reddită in litera. Quare nō tenet̄ hō ptermittere actū tutelæ ꝓpriæ uitæ ad euitādū occiſionē alterius: qa plus tenetur hō uitæ ſuæ ꝓuidere, q̄ uitæ alienæ. Et eſt rō dubij: qa qui defendendo ſe, ſuū occidit inuaſorē, nō ſolū priuat illū uita hac, ſed ēt uita æterna, qm̄ occidit illū in peccati mortalis actu, quo iniuſtè aggredit̄ defenſorē. Cōſtat aūt, q̄ defenſor tenet̄ plus diligere uitā ſpūalem animæ proximi cuiuſcūq; q̄ uitā ꝓpriā corporalē ſecūdum charitatis ordinē. Tenet̄ ergo ptermittere actū tutelæ ꝓpriæ uitæ, ut euitet̄ occiſio alterius, quantū ad uitā ipalē, ſed ut euitet̄ occiſio alteri⁹, quātū ad uitā æternā, qm̄ ponit per hoc extra ſtatū pęnitētię.

¶Ad hoc dr̄, ꝙ licet magnæ charitatis eſſet, ut is, cuius uita ū eſt neceſſaria alienæ ſaluti ſpūali, priuari ſe pateretur uita pręſenti, ut inuaſor hēet ſpatiū pęnitentiæ, & ſic ſe Deo redderet: ad hoc tū non tenet̄, qm̄ ponere uitam ꝓ anima proximi, non eſt act⁹ charitatis, ad quē de neceſſitate tenemur, niſi in caſu, quo tenemur ei⁹ ſaluti prouidere, ut ſuperius in q. 26. ar.5. ad vlti. dictū eſt. Cōſtat aūt, ꝙ hic nō eſt caſus talis, qm̄ iſte in nullo eſt neceſſitatis, ſed iniquæ uolūtatis articulo conſtitutus. Quia igit̄ defenſori incūbit cura ꝓuidēdi ſaluti proprię uitæ, nec tenetur prouidere uitæ corporali, aut ſpūali inuaſoris, cōſequens, eſt, ut cū ordinata dilectione charitatis, amet magis ſalutem ſpūalem proximi, q̄ uitam propriā, & tñ hunc actum tutelæ non prætermittat cum conſequēte damno utriuſq; uitæ alterius: quia ad hunc effectū non tenet̄, niſi in caſu, quia non eſt ſibi cōmiſſa cura de illo, ſed de corpore proprio. Et ſic rō, quę ſuper cura ſuæ corporalis uitæ fundatur, ſtat ſolida, & tanto plus, quātò ſatis a remotis, hoc eſt, per accidens, effectus illius defenſionis. Pōt. n. in inſtanti pęnitere, & eſt alterius ordinis ab effectibus corporalibus, qui etiam per accidens ſunt à defenſione illa.

¶In eodem art.7. in materia 2. argumēti dubium occurrit, An defendēdo res, liceat occidere. Et eſt rō dubij, tum quia homo tenetur plus prouidere alienæ uitæ, q̄ proprijs rebus, tenet̄ nāque præponere uitam alienam omnibus rebus exterioribus, vt patet ex eo, ꝙ qui poteſt, & non paſcit fame morientem, homicida eſt, tum quia Exodi.22. dicitur: ꝙ diurnum furem etiam infringentem domum, ſi quis occiderit, reus erit homicidij.

¶In oppoſitū eſt & ciuilis iuris, & multorū authoritas doctorū.

¶Ad hoc dubium a quibuſdam dr̄, ꝙ dupliciter cōtingit defendere res. ſ. recuperabiles uel irrecuperabiles. Et ꝙ qñ accidit ꝙ inuaſor auferre nititur res meās, ſi ego poſſum res meas etiā ſi auferrentur, recuperare per uiam iudicis, non poſſum defendendo res, occidere raptorem. Si autem non poſſem per viam iudicis recuperare res meas, ſi auferūtur, poſſum dfendēdo res meas, licitè occidere. Nec alia afferūt rō, niſi qa defenſio rerū eſt licita. Et ius hoc concedit, ut in l. furē. ff. ad legē Corneliam de ſica. Alij dicūt, ꝙ licet impune occidere ſaluando res, quātū ad forū ciuile, ſed in foro cōſcientiæ nō licet. Et afferūt ad hoc capitulū, Inter feciſti extra de homicidio. Mihi aūt aliter occurrit ex principijs habitis dicendū. ſ. ꝙ qñ quis nō pōt aliter res ſuas defendere, qn ſequatur ex defenſione occiſio iuaſoris, licitè pt defendēdo occidere illū. Et eſt rō illa eadē, q̄ aſſignatur i lra, qa. ſ. plus tenet aliqs curā hēre rerū ſuarū, q̄ ſūt adminicula vitæ ſuæ & uirtutis, atque fęlicitatis, q̄ alienæ uitæ. Qđ probat̄, qa cuilibet imminet cura rerū ſuarū i ordine pcipuè ad uirtutē: nō aūt cura alienæ uitæ, niſi in caſu neceſſitatis. Conſtat aūt, ꝙ plus tenet̄ quis ꝓuidentiā hēre eorū, quorū cura ſibi imminet ſimpliciter & abſolutè, q̄ eorū quorū cura hō ſibi iminet, niſi in caſu. Et manifeſtat ampli⁹ hoc ex ſupradictis in art.8. q.55. ꝙ. ſ. nō tenetur hō in ſpāli ſingulos pximos diligere ex charitate: neq; ſecūdū actū interiorem, neq; ſcđm act⁹ exteriores. Si igitur nō teneor diligere in particulari inuaſorē, nulla mihi cura eſt de illius uita cōmiſſa. De adminiculis aūt uitæ ꝓpriæ & uirtutū, conſtat oportere me curā hēre. Qđ ſim⁹ at extra caſum neceſſitatis ex eo patet, ꝙ inuaſor ſeipſum ſpōte in tali caſu ponit in ferēdo talē iniuriam pximo, quā ille non pōt euadere, niſi occidendo. In articulo ergo iniquæ uoluntatis & mortis ſeipſum ponit, ut intereat alteri. Signū autem ꝙ hæc ſit authoris intētio, hr̄ ex hoc, ꝙ Augu in 1. de lib.arb. authoritas, loquitur non ſolùm de uita corporali ſed de alijs, quæ inuiti perdere poſſumus. Et in ſpeciali ibi quidem de libertate, & pudicitia loquitur: poſtmodum uerò in proſecutione eiuſdem primi libri ſub eodem ordine. ſ. eorum q̄ inuit. perdere poſſumus, ponit honores, & diuitias. Vnde cum in hac reſponſione author gloſſet illā uniuerſalem. ſ. Pro his rebus, quas contēni oportet, inſinuat ꝙ eadē eſt de omnibus huiuſmodi rō, ita ꝙ ēt Auguſtini ſententia ibidē ſaluat̄ de his, qui intendunt occidere pro ſaluandis rebus &c & pſens doctrina ſaluatur de his, qui non intendunt occidere, ſed ſaluare res, & occiſio ſe habet conſequenter, & per accidens.

E

¶Ad primam igitur obiectionem dr̄, ꝙ licèt maiore dilectione pximi, q̄ rerū, ſtat ꝙ poſſim actum hmōi tutelæ exercere, qm̄ illa maior dilectio proximi non oportet ꝙ ſit, niſi in communi extra caſum: hec autem tutela prouenit ex cura particulari. Et ſicut ſtat me plus diligere ſalutem animæ proximi, q̄ ſalutem meam corporalem, & tamen de proximi ſalute nunquam cogitare, illā nunq̄ in ſpeciali amare, de corporali aūt uita cogitare, & in particulari diligere illam propter iniūctam mihi illius curam, non illius: ita ſtat quòd plus diligo uitam proximi, q̄ res meas, & tamen de illa nunquam curem in ſpeciali niſi in caſu: iſtæ autem me ſolicitent eadem ratione, quia ſcilicet iſtarum in ordine ad uitam, & uirtutem cura mihi imminet, illius nō. Falſum ergo aſſumitur, ꝙ teneat plus prouidere alienæ

Conclu. p

Conclu. 1

*Artic.2. & 3.

Conclu. m

Pars 4.

*In ar.2. huius ar.

*q.43.ar.3. & 1.2. q.1.art.3. & 1.2.q.1. ar.3.& q.19.arti.7.

Conclu. m

D.183.

æ vitæ, q curam habere rerum meatum, vt adminicula sunt vitæ & virtutis, quis teneat plus diligere alienam uitam, q res meas, sed ut declaratū est. motus dilip ēdi. s. in cōi, vel speciali, & cura mihi imminens, vel non imminens, omnia soluunt.

¶ Ad secundam obiectionem dr, q cum illa verba ad præcepta iudicialia spectēt, in foro iudiciali intelligēda sunt, in quo nō discernit, an defensor intēdat occidere p saluandis, an saluare, & ex consequenti sequitur occisio. Sermo autem noster est in foro conscientiæ, ubi intentio discernitur, & iudicatur. Rursus lex illa absolutè loquitur, & nō in casu, in quo non potest aliter vim vitare, est enim sermo: autem in solo hoc casu loquitur. Vnde non excusamus quando potest repellere vim capiendo ipsum, uel quocunque alio modo. Decretalis autem illa, Interfecisti, non est contra dicta: quoniam affirmando cum aduersatiua, Si autem te, tuaque liberādo, interfecisti, oppositum casum tractat, respectu præcedētis, scilicet interfecisti furem, aut latronem, vbi comprehēdi poterat absque occisione. Et licèt non dicat disiunctiuè, te, uel tua, sed copulatiuè, te tuaque: non propterea dicit, quòd si solùm tua, liberando interfecisti, ubi aliter absque occisione saluari nequiueris, homicidij reus es.

*Glos. interlinea-ris ibi.

Porrecta per totam.

362

4. dist. 25. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3.

¶ Ex his autem patet solutio alterius quæstionis ab Aug. ubi supra, & posterioribus mota, an liceat repellendo uiolentiam stupri, adulterij, sodomiæ, & huiusmodi, occidere: quoniā quādo non potest aliter euadere, quæ tunc ad hoc infertur actualiter vim, licitè potest tuendo suorum membrorum libertatē occidere. Et tanto plus licet in defensione hac, quàm in defensione rerum exteriorū, quantò uis hæc magis æstimatis rebus infertur: & periculum consensus magnum ex hoc imminet, q uirtutis bono contrariatur. Vnde Tullius in orōne pro Milone, laudabiliter cōmemorat militē adolescentē, qui ne turpiter pateretur à tribuno militari, ppinquo Caij Marij, ipsum interfecit.

¶ In responsione ad tertium in eodē articulo, considera, quòd materia est iuris positiui irregularitas. Et nouo iure in cle. vnica De homici. statutum est, q is, qui aliter mortem euitare non ualens, suum occidit inuasorem, irregularis non est, quæ lex si tempore authoris extitisset, non scripsisset hoc author.

Ad III dicendū, q̄ irregularitas cōsequitur actum homicidij, etiā si sit absq; peccato, ut patet in iudice, q iuste aliquē cōdēnat ad mortem. Et pp hoc clericus, et si se defendendo interficiat aliquē, irregularis est, quāmuis non intendat interficere, sed seipsum defendere.

Ad IIII dicēdū, q actus fornicationis, vel adulterij nō ordinat ad conseruationē ppriæ uitæ ex necessitate, sicut actus, ex quo quãq; sequit homicidiū.

Ad V dicendum, q ibi prohibetur defensio, quæ est cum liuore uindictæ. Vnde * gl. dicit. Non uos defendentes .i. non sitis referientes aduersarios.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquis casualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr q aliquis casualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatū. Legitur.n. Gen. 4. q Lamech credens interficere bestiā, interfecit hoiem, & reputatū est ei ad homicidium. ergo reatum homicidij incurrit, q casualiter hominem occidit.

¶ 2 Præt. Exod. 21. dicitur. Si quis percusserit mulierē pgnātem, & aborsū fecerit, si mors ei⁹ fuerit subsecuta, reddet animā p anima: sed hoc pōt esse absq; intētione occisiōis. ergo homicidiū casuale hēt homicidij reatū.

¶ 3 Præt. In Decretis dis. 50.* inducunt plures canones, qbus casualia homicidia puniuntur: sed pęnæ nō debent nisi culpæ. ergo ille qui casualr hoiem occidit, incurrit homicidij reatū.

SED CONTRA est, qđ August. dicit ad Publicolā.† Absit, ut ea quæ pp bonum, aut licitū facimus, si quidem pp hoc præter nostrā uoluntatē quicquā mali acciderit, nobis imputetur. Sed contingit quãque, ut pp bonum aliquod facientibus homicidiū cōsequatur casualiter. ergo nō imputatur facienti ad culpam.

RESPON. Dicēdū, q sēm Phil. in 2 * Physi. Casus est cā agens pter intētionē: & iō ea q casualia sunt, simplr loquēdo, nō sunt intēta, neq; uolūtaria. Et qa oē pctm ē volūtariū, sēm Aug. cōsequens est, q casualia, inquātū hmōi, nō sunt pctā. * Cōtingit tñ id, qđ nō est actu, & p se uolitū, uel intentū, esse p accidēs uolitū, uel intentum, sēm quod

*In Decr. d. 50. c. Miror, & ca. Clericū, & ca. De his clericis, & c. Si qs uiduā: † Epis. 154 non multum procul a fine episto.

* Libr 2. text. 49. & 50. to. 2.

Conclu. m

SVPER QV. LXIIII. ARTIC. VIII.

IN art. 8. eiusdem 64. quæst. circa imputationem casualis homicidij, notandum est, quòd cum dupliciter contingat homicidium casuale imputari, scilicet dando operam rei illicitæ, vel dando operam rei licitæ, aliquæ conditiones sunt communes utrique modo, & aliquæ propriæ singulis. Communes quidem sunt tres. Prima est quòd non sit intentio occidendi, quia iam non esset casuale homicidium. Secunda est, quòd mors sequatur ex opere illius, cui imputatur, ut in calce corporis articuli expressè habetur. Et ratio est, quia cum homicidium nō sequatur ex intentione illius, si etiā non sequatur ex illius opere, nulla restat ratio, quare illi imputatur occisio. Et ex hoc capite excusatur non intendens occidere percussor ab homicidio: quādo mors ex mala cura, vel regimine sequitur. Et propterea in particularibus casibus iudicandis oportet diligenter aduertere, an ex illius, cui imputatur, opere mors subsecuta fuerit. Tertia est, q debuerit remouere id, ex quo sequitur homicidiū, ut in medio corporis articuli habetur, ita q ad hoc, q alicui imputetur homicidium, requiritur, q non solum potuerit remouere illud, ex quo mors sequitur, puta, iactum lapidis, gladium accinctum &c. sed etiam quòd debuerit illum auferre hoc est, quòd obligatus fuerit diuino, uel naturali, uel humano iure ad remouendum illud: uel positiuè, puta, auferendo accinctum gladium, vel negatiuè, puta, abstinendo a iactu lapidis. Et ratio huius conditionis est, quia ad hoc, quòd imputetur alicui homicidium, oportet quòd uoluntarium sit directè, uel indirectè. Et cum casuale non sit directè uoluntariū, oportet quòd sit uoluntarium indirectè. Constat autem ex dictis in præcedēti lib. quòd ad uoluntariū indirectè non sufficit, quòd uoluntas possit prohibere, sed requiritur etiam q debeat prohibere: alioquin non ei imputatur. Oportet igitur in casibus iudicādis considerare, si is, cui imputatur, tenebatur ad abstinendū à tali opere, seu remouendum tale qd, unde secuta ē mors. Ex hoc. n. capite excusor ab homicidio, si petenti à me diuite centum aureos, alioquin cogetur ire ad occidendum aliquem, uel aliquos, ut tantùm lucretur, nego, & non do: quia licèt possim dare, & sic phibere homicidia, non tamen teneor dare. Ad proprias aūt conditiones singulorum modorum descendendo, quando datur opera rei licitæ unica opus est conditione, ut scilicet diligentē adhibeat diligentiam. ne mors sequatur ad hoc, ne sibi homicidium imputetur: ex negligentia siquidem imputatur. Dictū est.n. in præcedenti libro, q negligentia eius, ad quod homo tenetur ex pcepto, peccatum mortale est: ueruntamē diligentia secundū naturam negotiorum, tpis, ac personarum censenda est. In quibusdā namq; negotiis diligens est, qui illud ut cōsueuit fieri, facit, ut patet in casu Decretalis, Ioannes. extra de homicidio. Qui.n. pulsat campanas iuxta solitū, nullius est reus negligentiæ, si inde alterius mors sequit. In quibusdā aūt aliqd periculi, à remotis tamen annexum habentibus, diligens est, q ea sic disponit, & facit, ut ea circunspiciat, quæ rationabiliter considerari debent p ętatis conditionibus personarum &c. Fortuita.n. ea quæ inter prudentes communiter non cogitāt, si eueniant, non sunt nobis imputanda, quia homines sumus, & humana ratione gubernamus nos, ac nostros. Verbi gratia, & accidit de facto, quòd Princeps Hispaniæ habens ceruā paruulā sibi domésticam, quasi catellam, aborsa fuerit ex timore canū insequentium ceruam illam fugientem ad solitum gremium dominæ suę. Fuit enim casus non solùm ab ipsa puella inexcogitatus, sed à tot principibus, & uiris, qui principis curam habebant, aut ei assistebant, & ex ea regni successorem expectabant. Et tamen post factum omnes dicimus, quòd debuerat caueri ne in locum, vbi uenatici canes adessent, illa iret cum cerua. Nec hoc de ceruæ tantum occisione, sed catellæ, uel auis posse accidere. Et hoc dixerim, ut in casibus distinguatur, quid

post

cauſa per accidens dr̄ remouēs ꝓhibēs, Vn̄ ille, q nō remouet ea, ex qbus ſeqtur homicidiū ſi dēat remouere, erit quodam modo homicidiū volūtarium. Hoc aūt contingit dupl̄r. Vno mō, qn̄ dans operā rebus illicitis, quas vitare dēbat, homicidiū incurrit. Alio mō, qn̄ nō adhibet debitā ſolicitudinē. Et iō ſm iura, ſi aliqs det operā rei licitę, debitā diligētiā adhibēs, & ex hoc homicidiū ſequatur, nō incurrit homicidij reatū. Si verò det operā rei illicitæ, vel ēt det opera rei licitæ, nō adhibens diligentiā debitā, nō euadit homicidij reatū, ſi ex eius opere mors hōis cōſequatur.

B

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Lamech nō adhibuit ſufficiētē diligētiā ad homicidiū uitādū, & iō reatū homicidij n̄ euaſit.

C

AD II dicēdū q̃ ille q percutit mulierem prægnantem, dat operam rei illicitę. Et ideò ſi ſequatur mors mulieris, uel pueri animati, non effugiet homicidij crimen, præcipuè cum ex tali percuſſione in promptu ſit, quòd mors ſequatur.

AD III dicendum, ꝙ ſecundū canones imponitur pęna his, q caſualiter occidūt, dantes operam rei illicitæ, uel non adhibētes diligentiam debitam.

QVAESTIO LXV.

De Mutilatione membrorum, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderādum eſt de peccatis aliarū iniuriarum, q̃ in perſonam committuntur.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, de mutilatione membrorum.

¶Secundò, De uerberatione.

¶Tertiò, De incarnatione.

¶Quartò, Vtrum pc̄tm̄ hmōi

post factum experientia prudentiores facti faceremus, & quid A inexperti feciſſemus. Neq; .n. ex acta diligētia exquiritur, qualis à ſumma prudentia emanare potuiſſet, ſed q̃ à cōiter prudentibus emanare cōſueuit in hm̄ōi negotijs. Et ex hoc capite, tutè poſſunt ſacerdotes religioſi, ſeruiēdo infirmis, eos ēt in fine vitæ noluere i lecto, ut quietius iaceāt, & reliqua ſeruitia exhibere, cum prudentia quæ in hmōi conſueta eſt. Nec oportet ſcrupulum inde capere, ſi mors forte ex hoc acceleraf. Quicquid .n. licitū eſt conuerſis in hoc opere, licitum eſt ſacerdotibus. Nec illos eſt irregularitatis timor in propoſito, vbi nulla eſt culpa negligentiæ, quæ ita reum faceret conuerſum, ſicut clericum. In quibuſdam autem periculoſis ex ſuo genere actibus diſtinguēdū eſt, qui aūt conſilio proprio, uel alieno, ubi timor adhuc ſupereſt periculi, hæc operatur. Verbi gratia. Tenere infantes tenellos ſecum in lecto, opus eſt ſtatim periculū oppreſſionis afferens: & propterea niſi debitis circunſtantijs honeſtetur, opus eſt illicitū. Et quia eſt contra curam debitā uitæ proximi, cū facili caſu mortis (dormiētes quippe non ſumus noſtrorū motuū dn̄i) mortale peccatū eſt. Si aūt honeſtatur circunſtantijs, puta, qa lectus eſt extenſus, & nō habetur propè ſe, & nutrix conſueuit ſemper inueniri in eodē loco & ſitu, quo ſe incipiēdo dormire poſuit, & implacabilitas infantis hoc exigat, excuſari uidetur, quia non eſt rōnale his cōcurrētibus, periculum timere. Propter quod in cap. Cōſuluiſti, 2. q. 5. non omnino præcipitur parentibus, nec pueros teneant in lecto, ſed admonēdi, & proteſtandi ſūt, ne negligentia prouenire mors ſubſequatur. Et ſimile eſt in alijs actibus licitis periculoſis, ut ſunt ruinæ domorum, iactus lapidum &c. In omnibus .n. his tāto maiori opus eſt conſilio & ſolicitudine, quantò periculū propinquius timetur. Qn̄ verò datur opera rei illicitæ, in litera dicitur, & communiter videtur conſultum, ꝙ imputatur ei homicidium ex illius opere cōſequens: nec oportet hic aliā apponere propriam conditionem. Ego autem nō intelligo indiſtinctè doctrinam hanc, qm̄ didici, ꝙ actus materialiter mortalis, qn̄ non eſt uoluntarius, niſi indirectè, & in cauſa, iudicandus eſt ſecundū illam cām; & per hoc effuſionē humani ſeminis extra matrimonij actū, poſſe eſſe ſolū pc̄tm̄ veniale definitum eſt, qn̄ ſ. in cauſa ſolum fuit peccatum veniale, ut patet ex pollutione nocturna ex veniali delectatione in die habita cōſequēte. Sequendo igitur principia habita de uolūtario, diſtinguendū eſt de imputatione ad pęnā, vel ad culpam: & ſi culpam, mortalem, uel uenialem. Et quo ad pęnam irregularitatis indiſtinctè, intelligo, ꝙ qn̄ dat operam rei illicitæ, imputatur ei homicidium conſequens ex ſuo opere ad pęnā irregularitatis. Quo ad culpā verò, cum diſtinctione intelligo, ꝙ qn̄ dat operam rei illicitæ, uenialiter tamē, ſi eſt diligens ad cauēdam ſequelā periculi, ſicut de dante operam rei illicitæ dictū eſt, nō eſt reus homicidij niſi in ſua cā, quod nihil aliud eſt, q̃ eſſe reum illius rei illicitæ uenialis: & probatur hoc ex ratione uolūtarij ſupradicta. Vnde ſi religioſo alicui ex his, quibus ſtatuto prohibetur equitare, accidiſſet caſus, in cap. Dilectus, uel in ca. Significaſti. extra. de homicidio, licèt daret opera rei illicitæ ſibi equitando ſine licentia & neceſſitate, ac p hoc iudicatus fuiſſet irregularis, nō plus peccaſſet pp homicidiū ſubſecutū, q̃ ſi non fuiſſet ſubſecutū, qm̄ ſolius equitationis reus eſſet. ¶ Et confirmatur authoritate Auguſtini dicentis, quòd Lot nō quantū ille inceſtus, ſed quantum ebrietas præcedens meruit, in culpa fuit: non diſſimile aūt eſt de alijs iudicium. Et ex hoc patet, ꝙ etiam qn̄ dat operam rei illicitæ mortaliter, adhibendo tn̄ omnē diligentiā ne mors ſequatur, licèt ſit reus gehēnæ pp illud pc̄tm̄ mortale, non tn̄ eſt reus homicidij pp eandem rōnem, quia ſ. voluntarium indirectè in ſola cā contra uoluntatē & diligentiā adhibitā, non niſi in cā culpatur. Vn̄ ſi ebrietas Lot fuit peccatū mortale, nō ppea arguēdus eſt inceſtus. Hæc aūt dico, quādo actus peccati mortalis non eſt de genere ſuo via ad mortem. Percutientem enim aliquē, quamuis nolit occidere, nō excuſo ab homicidio, qa percuſſio via ē ad mortem. Sed clericū mortaliter uenationi vacantē ab homicidij culpa excuſo, quādo nobilis laicus uenationi uacās ab homicidij culpa excuſaretur, qa ſ. adhibita eſt oīs diligentia, ne cuiquam noceret uenatio. Eſt igitur caſuale homicidium ſp imputādū danti operā rei illicitæ, ut cōmuniter di, ſed difformiter: quia quo ad pęnam irregularitatis & culpā aliquam ſemper, ſed non ſemper quo ad culpam mortalē, nec ēt ſemper quo ad culpam mortalem iſtius ſpeciei ſ. homicidij. Et q̃a huic doctrinæ oīa conſonant, amplectēda proculdubio eſt. ¶ In reſponſione ad tertium in eodem, aduerte ꝙ percuſſio prægnantis abſq; intētione occidēdi, pōt dupliciter cōtingere. Primo, ut ſit talis, q̃ de genere ſuo nata eſt inducere aborſum vel lædendo corporaliter, uel incutiēdo timorē mulieribus, q̃ ſunt communiter timidæ, & hmōi: & ſi ſic ſequitur homicidium, nō inter caſualia, ſed uolūtaria cōputādū uidetur, qm̄ in promptu ratio eſt, vt actus ipſe occiſio ſit: qm̄ talis actus in pluribus natus eſt facere aborſum: caſuale autē eſt ut in paucioribus, & hoc dico qn̄ ſcienter grauidā ſic percutit. Nam qui ex ignorantia uteri ſic grauiter & grauius percuteret, caſuale incurreret homicidium pp aborſum, etiam ſi ignorātia laboraret culpabili. Nā licèt non excuſetur à culpa homicidij, excuſatur tamē à mō homicidij, quia ſ. non eſt per ſe uolitum ab eo, q ſi ſciret materiæ conditionē, in quā agit, non ageret in illam: & de ſimilibus idem eſt iudicium. Si aūt percuſſio ſit aliqualis, q̃uis indiſcreta, ioco, uel ſerio, uel timor leuis incutiatur imprudēter caſuale eſt homicidium, quod ex diſpoſitione ſingulari mulieris potius prouenit patiētis, quàm ex actione inferentis agentis. ¶ In reſpōſione ad tertium, ubi de canonum pœna agitur, aduerte, ꝙ quia tam author, q̃ alij in Decretis diſt. 50. ut patet in introductione capituli, Clerico. diſtinguūt homicidiū uolūtariū à caſuali, non pp hoc, quia illud eſt uolitum, & hoc nō uolitū &c. ſed pp hoc, ꝙ illud eſt uolitum per ſe, hoc aūt aut nullo modo, aut in cauſa tantum, & indirectè habet uolitionem, ut patet ex hoc, ꝙ de homicidio caſuali diſputātes, diſtinguūt de dāte operā rei licitæ, uel illicitæ. Tota igiť coordinatio horū homicidiorū ſub caſuali homicidio cōprehēdit: & hoc quātū ad culpā, parui aut nihil refert, dūmodo homicidā in ueritate q̃s ſit. Quātū tn̄ ad authoritatē diſpēſandi in irregularitate, multū refert, quia priuilegiati, quibus conceſſum eſt diſpenſare cū irregularibus, niſi ſit ex homicidio uoluntario contracta irregularitas, poſſunt diſpenſare cum irregularibus propter homicidium caſuale, quàmuis culpabile ſiue dando operam rei licitæ, ſiue debita adhibita diligentia ſiue dando operā rei illicitæ.

SVPER QV. LXV. ARTIC. I.

IN q. 65. ar. 1. dubium occurrit, quid nomine membri in materia mutilationis intelligatur, Et eſt ratio dubij, quia quidā uolunt quòd membrum propriè ſit membrum principale, q̃d habet officium, ut pes ad ambulandum &c. Et ex hoc infertur, quòd digitus non ſit membrum.

Conclu. 1

Conclu. 2

D

E

¶In oppoſitũ aũt eſt, quia mẽbra ſunt, ex q̃bus integritas corporis totiꝰ cõſurgit. Conſtat aũt non eſſe ĩtegrum corpus, cui deeſt unus digitus.

Porrecta per totum. 363 ¶Ad hoc dr̃, q̃ cũ mẽbrũ ſit proculdubio pars hõis actũ, iuxta illud ad Rom. 12. Oĩa aũt mẽbra nõ eundẽ actũ habẽt: & in iure canonico inter mẽbra cõputentur non ſolũ mẽbra habẽtia actus ſeparatim, ſed coniunctim, ut patet de teſtibus, quorum officiũ non niſi genitalibus exercetur. Eunuchi nãque ĩter mutilatos cõputãtur, ut patet, & in Decretis diſtin. 55. & extra de corp. vitiatis, conſequens eſt, ut nomine mẽbri ĩ materia mutilationis appelletur nõ ſolũ mẽbrũ principale habẽs ſeparatũ officium, ſed etiã membrũ acceſſoriũ, & conſodale. Et q̃m digitus eſt membrũ habens ẽt proprium officium euidẽtius, q̃ dicta uirilia, ut patet in exercitio muſico, ubi digiti magis q̃ manus exercẽtur: iõ inter mẽbra computandi ſunt. Secus aũt de parte digiti, q̃ ita eſt pars, ut nulliꝰ membri appellationem habeat, ut patet extra, de corpo. uitiatis. c. De presbytero. Vr̃ aũt mihi diſtinguendũ de mutilante, uel mutilato quo ad irregularitatem: q̃a ad mutilãtẽ ſufficit abſcindere digitũ ſibi, uel alteri ad hoc ut ſit irregularis: ad mutilatũ verò non, quia oportet q̃ mẽbrũ abſciſſum inducat uel impotentiã, uel enormẽ defectũ, uel deformitatẽ, ſeu ſcãdalũ &c. ut patet in iure & hoc intellige quantũ eſt ex parte membri. ut patet extra de clericis pugnantibus in duello, capit. Porro. Nam ex parte cauſæ, an. ſ. ex cã rõnabili, & neceſſaria, puta, pp ſanitatẽ, aut culpabiliter, aut pp iuſtitiã, ut iudex, alia eſt cõſiderratio. Et ẽntẽtes. n. ppter ſanitatẽ aut pp neceſſitatem medicinæ, nõ ſunt irregulares, ut patet diſt. 50. ca. Quis culpabiliter aut, ſeu pp iuſtitiam ſe, uel alios mutilantes, ſunt irregulares, ut patere põt ex allegatis hic, & in materia homicidij.

Lib. 2. c. 4. & 30. & libro 4. ca. 13.

Lib. 2. tex. 9. t. 2.

¶In decretis di. 55. ca. Si quis abſciderit, Et ca. Si quis p ægritudinem.

q. 61. ar. 1. & 2. & q. prec. ar. 1. 2. & 5.

iniuriarũ aggrauet ex hoc, q̃ committitur in perſonam coniunctam alijs.

ARTICVLVS I.

Vtrum mutilare aliquem membro ſuo, in aliquo caſu ſuo poſſit eſſe licitum.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr̃ q̃ mutilare aliquẽ membro ſuo in nullo caſu poſſit eſſe licitũ. Dam. n. dicit in 2. lib. q̃ pctm̃ committit̃ p hoc, q̃ recedit ab eo, qđ eſt ſm naturã in id, qđ ẽ G contra naturã: ſed ſm naturã à Deo inſtitutũ eſt, q̃ corpꝰ hõis ſit ĩtegrũ mẽbris, cõtra naturã aũt eſt, q̃ ſit mẽbris diminutũ. ergo mutilare aliquẽ mẽbro, ſemper videtur eſſe peccatum.

¶2 Præt. Sicut ſe hẽt tota aĩa ad totũ corpꝰ, ita ſe habẽt partes aĩæ, ad partes corporis, ut dr̃ in 2. de aĩa: ſed nõ licet aliquem priuare aĩa occidendo ipſum, niſi publica poteſtate. ergo ẽt H ñ licet aliquẽ mutilare mẽbro, niſi forte ſm publicã ptãtem.

¶3 Præt. Salus aĩæ pferenda eſt ſaluti corporali: ſed nõ licet alĩquem mutilare ſe membro pp ſalutẽ aĩæ, puniuntur. n. ſm ſtatuta Niceni cõſilij, q̃ ſe caſtrauerũt pp caſtitatẽ conſeruãdã. ergo pp nullam cauſam aliam. licet aliquẽ membro mutilare.

SED CONTRA ẽ, qđ dr̃ Exo. 21. Oculũ ꝓ oculo, dẽtẽ ꝓ dente, I manũ pro manu, pedẽ ꝓ pede.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ cũ mẽbrũ aliqđ ſit pars totius humani corporis, eſt pp totum ſicut imperfectũ pp pfectũ. Vñ diſponẽdũ eſt de mẽbro humani corporis, ſm qđ expedit toti. Mẽbrũ aũt humani corporis p ſe q̃dẽ vtile eſt ad bonũ totius corporis: p accidens tñ põt cõtingere, q̃ ſit nociuũ, puta, cũ mẽbrũ putridum eſt totius corporis corruptiuũ. Si ergo membrũ ſanũ fuerit, & in ſua naturali diſpoſitione cõſiſtẽs, non põt pſcindi abſq; totius corporis detrimẽto: ſed q̃a ipſe totus hõ ordinat̃ vt ad finẽ, ad totã cõitatẽ, cuius eſt pars, ut ſupra dictũ ẽ, põt cõtingere, q̃ abſciſio mẽbri etſi vergat in detrimentum totius corporis, ordinatur tñ ad bonum cõitatis, inquantum alicui infertur in pœnam ad cohibitionem pctõrũ. Et iõ ſicut per publicã poteſtatem aliquis licitẽ priuat̃ totaliter uita pp aliquas maiores culpas: ita ẽt priuatur membro pp aliquas culpas minores. Hoc aũt non eſt licitum alicui priuatæ perſonæ, ẽt uolente illo, cuius eſt membrum quia per hoc ſit iniuria cõmunitati, cuius eſt ipſe homo, & oẽs partes eius. Si verò membrum pp putredinem ſit totius corporis corruptiuum, tunc licitũ eſt de uoluntate eius, cuius eſt membrũ putridum, membrũ pſcindere pp ſalutem totius corporis: quia unicuiq; commiſſa eſt cura propriæ ſalutis. Et eadem ratio eſt ſi fiat uolũtate eius, ad quẽ pertinet curare de ſalute eius, qui habet mẽbrum corruptiuum. & aliter aũt aliquẽ mẽbro mutilare eſt omnino illicitum.

Conclu. *Conclu.* *Conclu.* *Conclu.* *Conc.*

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ nihil prohibet id, quod eſt contra particularem naturam, eſſe ſm naturam uniuerſalem: ſicut mors, & corruptio in rebus naturalibus eſt cõtra particularẽ naturã eius, quod corrumpitur, cum tamen ſit ſm naturã uniuerſalem. Et ſimiliter mutilare aliquem membro, etſi ſit contra naturã particularem corporis eius, qui mutilatur, eſt tamen ſecundum naturalem rationem in comparatione ad bonum commune.

AD II dicẽdũ, q̃ totius hominis uita nõ ordinatur ad aliquid propriũ ipſius hoĩs: ſed ad ipſam potius omnia quæ ſunt hominis ordinantur. Et iõ priuare aliquem vita, in nullo caſu pertinet ad aliquem, niſi ad publicam poteſtatẽ, cui cõmittitur procuratio boni cõmunis: ſed præciſio mẽbri poteſt ordinari ad propriam ſalutem unius hominis. & ideò in aliquo caſu poteſt ad ipſum pertinere.

AD III dicendum, q̃ membrum non eſt pręſcindendum propter corporalem ſalutem totius, niſi quando aliter toti ſubueniri non poteſt. Saluti autem ſpirituali ſemper poteſt aliter ſubueniri, q̃ p membri præſciſionem, quia pctm̃ ſubiacet uolũtati: & ideò in nullo caſu licet membrum præſcindere propter quodcumq; pctm̃ uitandum. Vnde Chryſoſt. exponens illud Mat. 19. Sunt eunuchi, q̃ ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, dicit, Non per membrorum abſciſionem, ſed malarum cogitationũ interemptionem. Maledictioni. n. eſt obnoxius, qui membrũ abſcindit: etenim homicidæ ſunt, qui talia præſumũt. & poſtea ſubdit, Neq; concupiſcentia mãſuetior ita fit, ſed moleſtior. Aliunde enim habet fontes ſperma quod in nobis eſt, & præcipuẽ à propoſito incontinenti, & mente negligente: nec ita abſciſio membri comprimit tentationes, ut cogitationis frænum.

Homil. 63. I Mat. circa mediũ to. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat patribus verberare filios, aut dominis ſeruos.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ non liceat patribus uerberare filios, aut dominis ſeruos. Dicit enim Apoſ. ad Ephe. 9. Vos patres noliter ad

SVPER QV. LXV. ART. II.

Porrecta per totum. 364 IN art. 2. & 3 eiuſdem quæſt. dubiũ occurrit, quare Author tractans de iniurijs, quæ facto inferuntur in perſonam quatuor enumeratis ſ. homicidio, mutilatione,

Inf. q. 72. ar. 2. ad 2

tione, verberatione, & incarceratione, omiſerit vulnerationē præſertim cū nec ad mutilationem reducatur, vt patet ex eo, ꝙ vulnerās nulli eſt cenſuræ ob noxius, nec ad uerberōnem vt patet ex eo ꝙ non licet patri vulnerare filium, cui tamen licet verberare eundē. ¶ Ad hoc dr̄, ꝙ vulneratio. ut diſtiguit cōtra occiſionē, & mutilationem, ad uerberationem reducitur. Verbera .n. vulnera inferunt: nā continuitatem carnis ſoluunt, in qua diſſolutione vulnus cōſiſtit. Nec obſtat ꝙ patres non pñt vulnerare filios: quoniam hoc de perfectis vulneribus intelligitur, ad q̄ non extendi œconomicā, ſed politicā ptātem ex miniſtris & inſtris patet. Pater namq; manu, flagello, virga, aut ē: talis cædit: iudex āt ferro linguā vulnerat &c. Non fecit ēt author ſpecialem articulum de vulneratione, q̄a non eſt ſimplex iniuria, hñs ſeorſum propriā difficultatē. Hęc namq; in primis vulnus idē oppoſitum: opponitur .n. continuitati carnis, q̄ cū unum cōium ſenſibilium ſit, ad quietē, vel delectationē ſenſus ſpectat, cui opponitur verberatio. Eſt deinde effectus uerberationis q̄ñ acrior eſt, vñ nec differre vr̄ à verberatione, ſed ſignificare excellentiā eiꝰ nihil nāq; refert ferro, vel ligno vulnꝰ infligere &c. Eadem demum rōne licitè, uel illicitè fit qua maior vel minor uerberatio licita uel illicita eſt. Vñ & patri inhibita dr̄ in 2 art. immoderata uerberatio. Nec tñ ſilentio preterijt author vulnera, ſed ea comprehēdit ſubdens illa uerba in litera 3. art. Vel quolibet ſenſum dolore afficiens.

*Li. 10. c. vlt. ante medium tom. 5.

*q. 31. ar. 2.

Concl. m

Conclu. p

iracūdiā ꝓuocare filios veſtros A & infra ſubdit, Et vos Dñi eadē facite ſeruis, ᵇremittētes minas: ſed pp verba aliqui ad iracūdiā ꝓuocant, & ſunt ēt minis grauiora. ergo neq; patres filios neque dñi ſeruos dñt verberare.

¶ 2 Præt. Phil. dicit in 10.* Ethi. ꝙ ſermo paternus hēt ſolū admonitionē, nō āt ᵇ coactionē: ſed q̄dā coactio ē p verbera: ergo parētibus ñ licet filios verberare.

¶ 3 Præ. Vnicuiq; licet ᵇ alteri di B ſciplinā impēdere hoc .n. ptinet ad eleemoſynas ſpūales, vt ſ.* dictū eſt. Si ergo parentibus licet pp diſciplinā filios verberare, pari ratione cuilibet licebit quemlibet verberare, quod patet eſſe falſum. ergo & primum.

Sed contra eſt, quod dr̄ Prouer. 13. Qui parcit virgæ odit filiū ſuum. & infra. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam ſi .n. pcuſſeris eū virga, nō mo- C rietur. Tu virga pcuties eum & animam eius de inferno liberabis. Eccleſ. 33. dicitur. Seruo maleuolo tortura. & compedes.

Respon. Dicendum, ꝙ p verberationē nocumentum quoddam inferī corpori eiꝰ, qui verberatur aliter tñ q̄ in mutilatione. Nam mutilatio tollit corporis integritatē verberatio uero tm̄modo afficit ſenſum dolore: vñ multò minus nocumentum D eſt, q̄ mutilatio membri. Nocumētū āt inferre alicui nō licet, niſi per modum pœnæ pp iuſtitiam. Nullus aūt iuſtè punit aliquem niſi ſit eius iuriſdictioni ſubiectus: & iō ᵐ verberare aliquē non licet, niſi hñti ptātem aliquam ſup illum, qui verberatur licite. ⁿ Et quia filius ſubdiī ptāti patris, & ſeruus poteſtati dñi ᵖ licitē pōt verberare pater filium, & dñs ſeruum cau- E ſa correctionis, & diſciplinæ. ᑫ

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ cū ira ſit appetitꝰ vindictæ p̄cipue concitatur ira, cum aliqs ſe reputat læſum iniuſtè, vt patet p* Phi. in 2. Rhetoricæ. Et iō per hoc, ꝙ patribus interdicitur, ne filios ad iracundiam prouocent, non prohibetur quin filios verberēt cā diſciplinæ, ſed ꝙ nō immoderatè eos affligāt verberibus. Quòd uero indicit dñis, ꝙ remittant ſeruis minas, pōt dupliciter intelligi. Vno mō, vt remiſſe minis vtant, quod ptinet ad moderationem diſciplinæ. Alio modo, vt aliquis non ſp impleat quod comminatus eſt, quod pertinet ad hoc, ꝙ iuditiū quo quis comminatus eſt pœnam, quādoq; per remiſſionis miſericordiam temperet.

*Li. 3. ca. 15. parū a princ. to. 6.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ maior ptās maiorem dēt hēre coactionem. Sicut āt ciuitas eſt pfecta cōitas, ita princeps ciuitatis hēt perfectam ptātem coercendi: & iō pōt infligere pœnas irreparabiles. ſ. occiſionis, vel mutilationis. Pater autem, & dñs, qui præſunt familiæ domeſticæ quæ eſt imperfecta cōitas, habent imperfectam poteſtatem coercendi ſm̄ leuiores pœnas, quæ, non inferunt irreparabile nocumentū: & hmōi eſt verberatio.

Ad tertivm dicendū, ꝙ exhibere diſciplinā volenti cuilibet licet: ſed diſciplinam nolenti adhibere, eſt ſolum eius, cui alterius cura committiī Et ad hoc pertinet aliquem verberibus caſtigare.

Articvlvs III.

Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̄ ꝙ non liceat aliquem hoiem incarcerare. Actᵘ. n. eſt malus ex genere, qui cadit ſ. indebitam materiam, vt ſ.* dictum eſt: ſed ᵇ homo hñs naturalem arbitrij libertatem indebita materia incarcerationis, q̄ libertati repugnat. ergo illicitum eſt aliquē incarcerare.

Porrecta per totum. 365

*1. 2. q. 18 ar. 2.

¶ 2 Prę. Humana iuſtitia regulari dēt ex diuina: ſed ſicut dr̄ Ecc. 15. Deꝰ reliqt ᵇ hoiem i manu cōſilij ſui ergo vr̄ ꝙ ñ ē aliqs coercēdus vīculis, vł carcere.

¶ 3 Præt. Nullus eſt coercendus niſi ab opere malo āᵇ quo quilibet pōt alium licitè impedire. Si ergo incarcerare aliquem eſſet licitum ad hoc, ꝙ cohiberetur a malo, cuilibet eſſet licitum aliquem incarcerare: quod patet eſſe falſum. ergo & primū.

Sed contra eſt, ꝙ Leui. 24. legitur, quendam miſſum fuiſſe in carcerem pp Pc̄m̄ blaſphemiæ.

Respon. Dicendū, ꝙ in bonis corporis tria per ordinē cōſiderant. Primò quidē integritas corporalis ſubſtātiæ, cui detrimentū affert p occiſionē, vel mutilationē. Scd̄ò, delectatio, vel quies ſenſus cui opponiī verberatio, vel quolibet ſenſum dolore efficiēs. Tertiò, motus & uſus mēbrorū, q̄ impediī p ligationē, vel incarcerationē, ſeu quācūq; detētionē. Et iō ᵐ incarcerare aliquē, vel qualitercūque detinere eſt illicitū, niſi fiat ſm̄ ordinē iuſtitię aut in pœnā, aut ad cautelā alicuius mali vitādi. ⁿ

Concl. m

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ hō qui abutitur ptāte ſibi data, meretur eā amittere: & iō homini, qui peccando ab uſus eſt libero vſu ſuorum membrorum conueniens eſt incarcerationis materia.

Ad II. Dicendū, ꝙ Deus q̄ñq; ſm̄ ordinē ſuæ ſapientiæ pc̄tóres cohibet ne poſſint pc̄m̄ implere, ſm̄ Illud Iob. 5. Qui diſſipat cogitationes malignorū, ne poſſit implere manus eorū, quod cœperant: q̄ñq; verò eos permittit, quod voluerint agere. Et ſiīr ſm̄ humanam iuſtitiam nō pro qualibet culpa homines incarcerantur, ſed pro aliquibus.

Ad III. dicendū, ꝙ detinere hoiem ad horā ab aliquo opere illicito ſtatim perpetrando, cuilibet licet, ſicut cum aliquis detinet aliquē ne ſe p̄cipitet, uel ne aliū feriat: ſed ſimpł̄r aliquē includere, uel ligare, ad eum ſolū pertinet, q̄ hēt diſponere

vniuerſaliter

SVPER Q. LXV. ART. IIII.

IN art. 4. eiuſdem, q. 65. aduerte Nouitie tria. Primo, quòd nomine pſonæ alijs coniunctæ ſignificatur filius, pater, mater agnatus, amicus, tutor, cuſtos, ciuis, famulus, & huiuſmodi Importatur .n. his nominibus relatio ſpectãs ad coniũctionem cum alio. Vidua autem pupillus & huiuſmodi, important perſonas ſeparatas ab alijs, vt patet.

Porrecta per totum. 366

¶ Secundo, q. coniunctio cum alijs nõ variat ſpeciem iniuriæ, ſed aggrauat ipſam. Non.n. occiſio Sortis qui non eſt filius, alterius eſt ſpeciei ab occiſione eiuſdem ſi filius eſſet: ſed alteri⁹ grauitatis, ut ſ litera dicitur. Et ratio eſt, quia vnum, & multa nõ uariant ſpeciem.

¶ Tertio, q hic non eſt ſermo de perſonis coniunctis nobis. qui facim⁹ iniuriã, puta de patre meo, principe meo, fratre meo & hmõi. De his .n. nihil in litera dicitur forte quia primo tractãdũ eſt de differenti debito, quod iſtis debemus, vt ex illius diuerſitate, cognoſcamus diuerſitatem iniuſti erga eoſdem tã facto, q̃ verbo &c.

¶ At ſi nõ vis hæc ſpectare, ſcito quòd omnis diuerſitas cõiunctionis mei ad aliquos, penes quam diuerſificantur partes iuſtitiæ, ut pietas, obſeruantia, & huiuſmodi uariat ſpeciem dictarum iniuriarũ, ita quòd homicidiũ in aliam trahitur ſpeciem ſi proprium occidam parentem, in aliam ꝓprium principem, & ſimile eſt de mutilatione, & alijs dictis. Et ratio eſt, quia non ſolum fit contra commutatiuam iuſtitiam auferendo vitam. ſed fit contra pietatem, vel obſeruantiã &c. vt intelliges poſt diſcuſſas iniuriarum ſingulas ſpecies, & partes iuſtitiæ latius manifeſtabitur in q. 117. in fine.

a 1. 2. qu. 73. ar. 9.

vniuerſaliter de actibus, & vita alterius: quia per hoc impedit nõ ſolum à malis faciendis, ſed etiam à bonis agendis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum aggrauetur ex hoc quòd prædictæ iniuriæ inferuntur in perſonas alijs coniunctas.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr q peccatum non aggrauetur ex hoc, q prædictę iniuriæ inferuntur in perſonas alijs coniunctas. Huiuſmodi.n. iniuriæ habent rationem peccati, prout nocumentum alicui infert contra eius voluntatẽ: ſed magis eſt contra hoĩs uoluntatem malum, quod in propriam perſonam infertur, q̃ quod infertur in perſonam coniunctã. ergo iniuria illa in perſonam coniunctam eſt minor.[h]

¶ 2 Præt. In ſacra ſcriptura præcipuè reprehenduntur, qui pupillis & viduis iniurias inferunt vñ dr̃ Eccle. 35. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelã gemitus: ſed vidua, & pupillus non ſunt ꝑſonæ alijs coniunctę. ergo ex hoc q infertur iniuria perſonis coniunctis,[h] non aggrauatur pctm̃.

¶ 3 Præt. Perſona coniuncta hẽt propriam voluntatem, ſicut & principalis perſona. Põt.n. aliquid ei eſſe uoluntarium, quod eſt cõtra uoluntatem principalis perſonæ, ut patet in adulterio, quod placet vxori, & diſplicet viro: ſed hmõi iniuriæ hñt rationem pcti, prout conſiſtũt in[h] voluntaria commutatione. ergo huiuſmodi iniuriæ minus habent de ratione peccati.

SED CONTRA eſt, quod Deut. 28. ad quandam exaggerationem dicitur. Filij tui, & filiæ tuæ tradentur alteri populo uidentibus oculis tuis.

RESPON. Dicendum, q quantò aliqua iniuria in plures redũdat, cæteris paribus, tanto grauius eſt pctm̃: & inde eſt, q grauius eſt pctm̃ ſi aliquis percutiat principem, q̃ perſonam priuatam quia redundat in iniuriã totius multitudinis, vt ſupra* dictum eſt.[m] Cum autem infertur iniuria in aliquam perſonã; coniũctam alteri qualitercunq, illa iniuria pertinet ad duas perſonas: et ideò cæteris paribus ex hoc ipſo aggrauatur pctm̃. Poteſt tñ contingere, q ſm aliquas circunſtantias ſit grauius pctm̃, quod fit contra perſonam nulli coniunctam vel propter dignitatem perſonæ, vel ꝑꝑ magnitudinẽ nocumenti.[n]

AD PRIMVM ergo dicendũ, q iniuria illata in perſonam cõiunctam minus eſt nociua perſonæ, cui coniungitur, q̃ ſi in ipſam immediate inferretur, & ex hac parte eſt minus peccatũ ſed hoc totum quod ꝑtinet ad iniuriam perſonæ: cui coniungitur ſupperadditur peccato, quod aliquis incurrit ex eo, q aliam perſonam ſm ſe lædit.

AD SECVNDVM dicendũ, q iniuriæ illatæ viduas, & pupillos magis exaggerãtur, tum q a magis opponuntur miæ, tum quia idem nocumentum hmõi perſonis inflictum, eſt eis grauius, quia non hñt releuantem.

AD TERTIVM Dicendũ, q per hoc, q vxor voluntariè cõſentit in adulterium minoratur quidem pctm̃, & iniuria ex parte ipſius mulieris: grauius.n. eſſet ſi adulter violenter eam opprimeret. Non tñ ꝑꝑ hoc tollitur iniuria ex parte viri: quia vxor non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir vt dr̃. 1. ad Corint. 7. et eadẽ rõ eſt de filibus. De adulterio tñ, quia non ſolũ iuſtitiæ, ſed etiam caſtitati opponitur, erit locus* infra agendi in tractatu de temperantia.

** q. 154. ar. 9.*

QVAESTIO LXVI.

De peccatis iuſtitiæ oppoſitis, in nouem articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de pctis iuſtitiæ oppoſitis, per quæ infertur nocumẽtũ ꝓximo in rebus. ſ. de furto, & rapina.

ET CIRCA hoc quæruntur nouem.

¶ Primò, Vtrum naturalis ſit homini poſſeſſio exteriorum rerum.

¶ Secundò, Vtrum licitum ſit, quòd aliquis rem aliquam poſſideat quaſi propriam.

¶ Tertiò, Vtrum furtum ſit occulta acceptio rei alienæ.

¶ Quartò Vtrũ rapina ſit pctm̃ ſpẽ differẽs à furto

¶ Quintò, Vtrum omne furtum ſit peccatum.

¶ Sexto, Vtrum furtum ſit peccatum mortale.

¶ Septimò, Vtrum liceat furari in neceſſitate.

¶ Octauò, Vtrum omnis rapina ſit pctm̃ mortale.

¶ Nono, Vtrũ rapina ſit grauius pctm̃, q̃ furtum.

SVPER Q. LXVI. ART. I.

Ferr. uſ. cont. cap. 22.

Concl. m

IN ar. 1. q. 66. nota quòd, quia quod conuenit alicui, conuenit ei ſecundum modum eius, cui cõuenit, per hoc, quando aliquid conuenit ſuperiori & inferiori eminentius cõuenit ſuperiori, quam inferiori. Et inde eſt, q diuerſimodè exteriora quibus veſcimur. quæ imperfectiora ſunt; non ſolum nobis, ſed animalibus, diuerſimodè facta ſunt propter animalia, & propter nos. Nam quia animalia non ſe agunt, ſed aguntur naturę inſtinctu: ideo non conuenit eis habere dominium, & poſſeſſionẽ rerum, quibus ueſcũtur, quamuis ſint facta propter ipſa Homini autem, quia rationis particeps liber eſt conuenit per modum domini & poſſeſſionis, vt ſit ſuper imperfectiora, quæ ſunt propter ipſum facta. Vtimur ergo diuerſimode exterioribus nos, & animalia, non ſolum quia etiam nos ſicut aialib⁹ vtimur, ſed quia vt domini naturaliter ex noſtra natura rationali eis vtimur Animalia autem et inſtinctu naturæ vti dicuntur, & impropriè vti dicuntur eis, quibus veſcuntur, ut patet ex dictis in tractatu de Vti &c. Et ideo nõ ex altero, ſed vtroque ſimul author in litera oſtendit naturam hominis poſſeſſorum rerum exteriorum, ex hoc. ſ. q illa ſunt facta, utpote imperfectiora, & homo habet rationem, & voluntatem. D.

ARTI-

Perreſta per totum.
367 *Ter. cont. c. 22. & 127. h.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum naturalis ſit homini poſſeſſio exteriorum rerum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr, φ nō ſit naturalis homini poſſeſſio exteriorum rerum. Null⁹.n. debet ſibi attribuere quod Dei eſt: ſed dominiū oīum creaturarum eſt proprium Dei, ſecundùm illud Pſal. 23. Domini eſt terra &c. ergo non eſt naturalis homini poſſeſſio rerum exteriorum.

¶ 2 Præt.* Baſilius exponens uerbū diuitis dicētis, Lu. 12. Congregabo oīa quæ nata ſunt mihi, & bona mea, dicit. Dic mihi quæ tua? vnde ea ſumens in uitam tuliſti? ſed illa quæ homo poſſidet naturaliter, poteſt aliquis conuenienter dicere[h] eſſe ſua. ergo hō non poſſidet naturaliter exteriora bona. *In ſerm. ad diuites auaros à medio illius.*

¶ 3 Præt. Sicut * Amb. dicit in lib. de Trini. Dominus nomen eſt poteſtatis: ſed homo non habet poteſtatem ſuper res exteriores, nihil enim pōt circa earum naturam immutare. ergo poſſeſſio [h] exteriorum rerum non eſt homini naturalis. *Lib. 1. de fide, ca. 1. circa medium to mo 2.*

SED CONTRA eſt, quod dr̄ in Pſal omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, ſcilicet hominis.

RESPON. Dicendū, φ res exterior poteſt dupliciter conſiderari. Vno mō, quantum ad eius naturam,[m] q̄ non ſubiacet humanæ ptāti, ſed ſolū diuinæ,[n] cui oīa ad nutū obediūt. *Concl. m* Alio mō, quantū ad vſum ipſius rei, & [p] ſic habet hō naturale dñiū exteriorū rerū, *Conclu. p* qa p rōnem & uolūtatē pōt uti reb. exteriorib⁹ ad ſuā utilitatē, quaſi pp ſe factis. Sp.n. imperfectiora ſunt pp perfectiora, ut s.* habitū eſt. *q. 64. ar. 1.* Et ex hac rōne Phil. pbat in 1.† Polit. φ poſſeſſio rerū exteriorū eſt hoī naturalis. *† Li. 1 c. 5. tom. 5.* Hoc aūt naturale dñium ſup cæteras creaturas, quod competit hoī ſm rōnem, in qua imago Dei conſiſtit, manifeſtatur in ipſa hominis creatione, Gen. 1. vbi dicitur. Faciamus hoiem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris &c.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ Deus habet pricipale dominium omnium rerum. Et ipſe ſm ſuā prouidentiam ordinauit quaſdā res ad corporalē hois ſuſtentationem: & pp hoc hō habet naturale rerum dñium, quantū ad poteſtatem utendi ipſis.

AD SECVNDVM dicendum, φ diues ille reprenēdit ex hoc, φ putabat exteriora bona eſſe principaliter ſua, quaſi nō accepiſſet ea ab alio, ſ. a Deo.

AD TERTIVM dicēdū, φ illa rō procedit de dñio exteriorū rerū quantum ad naturas ipſarū: quod quidē dñium ſoli Deo conuenit, ut * dictum eſt. *In corp. ar.*

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat alicui rem aliquam, quaſi propriam, poſſidere.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr, φ nō liceat alicui rē aliquā, quaſi ppriā poſſidere. Oē .n quod eſt contra ius naturale, eſt illicitum: ſed [b] ſm ius naturale oīa ſunt cōia, cui qdē cōitati cōtrariat ppriętas poſſeſſionū. ergo illicitū eſt cuilibet hoī appriare ſibi aliq̄ rē exteriorē.

¶ 2 Prę. * Baſilius dicit exponēs prædictum uerbū diuitis. Sicut q̄ pueniēs ſpectacula, prohiberet aduenięntes appropriādo ſibi, qđ ad cōem uſum ordinat, ſimiles ſunt diuites, q cōia, quæ præoccupauerūt, æſtimāt [h] ſua eſſe: ſed illicitū eſſet pcludere viā alijs ad potiendū cōib⁹ bonis. ergo illicitū eſt appropriare ſibi aliquam rem communem. *In ſerm. ad diuites auaros, poſt medium illius.*

¶ 3 Præ. * Amb. dicit, & hr̄ in Decretis di. 47. c. Sicut hi.[h] Propriū nemo dicat, φ eſt cōe; appellat aūt cōes res exteriores, ſicut patet ex his q̄ præmittit. ergo ur̄ illicitū eſſe, φ aliquis approprieт ſibi aliquam rem exteriorem. *In ſerm. 81. tom. 3. Et habet di. 47. c. Sicut hi.*

SED CONTRA eſt, quod* Aug. dicit in li. de hæreſib. Apoſtolici dicunt, qui ſe hoc noīe arrogātiſſimè uocauerūt, eo φ in ſuā cōionē nō acciperēt utētes cōiugib⁹, & res pprias poſſidentes, quales hāt catholica Eccl'a, & monachos, & clericos plurimos: ſed iō illi hæretici ſūt, qa ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullā ſpē putāt eos habere, q. utunt his reb⁹, quibus ipſi carent. Eſt ergo erroneū dicere, φ n̄ liceat homini propria poſſidere. *Cap. 40. tom. 6.*

RESPON. Dicendū, φ circa rē exteriorē duo competunt hoī, quorū unū eſt ptās pcurādi, & diſpēſandi: & [m] quātū ad hoc licitū eſt, φ hō ppria poſſideat. *Concl. m* Et eſt ēt neceſſariū ad humanā uitā [n] pp tria. Primò qdē, quia magis ſolicitus eſt unuſquiſque ad pcurādū aliqd, quod ſibi ſoli cōpetit, q̄ id quod cōe oīum, uel multorū: qa unuſquiſq; laborē fugiēs, relinqt alteri id, φ pertinet ad cōe, ſicut accidit in multitudine miniſtrorum. Alio mō, qa ordinatius res humanæ tractant, ſi ſingulis immineat ppria cura alicui⁹ rei pcurāda: eſſet aūt cōfuſio, ſi quilibet indiſtinctè quælibet pcuraret. Tertiò, qa per hoc magis pacificus ſtatus hoīum cōſeruat, dū unuſquiſq; re ſua cōtēt⁹ eſt. Vñ videmus, φ inter eos q cōiter, & ex indiuiſo aliqd poſſidēt, frequentius iurgia oriunt. Aliud uerò quod cōpetit hoī circa res exteriores, eſt uſus ipſarū.[p] Et quantū ad hoc non dēt hō habere res exteriores ut proprias, ſed ut communes, ut. ſ. de facili aliquis eas communicet in neceſſitates aliorū. *Conclu. p* ¶ Vnde Apoſt. dicit 1. ad Timot. ult. Diuitibus hu-

ficiāt ſumptui uiolēter obtētū eſt, hoc eſt, φ nemo pprium dicere debēt quoad uſum, qa quo ad uſum cōe eſt. Et ut cōſtitutis in extrema neceſſitate, naturæ ſupfluū cōicent, qm̄ eis ut cōe debitū eſt. Et nihilominus cōſulit, ut ēt extra hos caſus facile tribuāt neceſſitatē patiētibus: qm̄ tota ſūma chriſtianæ uitę in miā poſita eſt. Sic.n. & poſſeſſores bonæ diſpēſationis meritū, & pauperes patiētiæ coronā hāt abſq; iniqua inæqualitate rerum exteriorum.

¶ In eodem articulo in rñſione ad primū nota, φ cōitatē rerū eſſe de iure naturæ, quoad uſum, pōt dupliciter intelligi. ſ. poſitiuè, & negatiuè. Et ſi intelligatur poſitiuè, eſt ſenſus, φ ius naturale dictat, φ oīa ſint cōia: ſi uerò intelligatur negatiuè, eſt ſenſus, φ ius naturale nō inſtituit pprietates rerū. Et in utroque ſenſu propoſitio eſt uera, ſi ſanè intelligat. In primo quidē ſ. poſitiuè, uerificatur in caſu. ſ. extremæ neceſſitatis. Qñ.n. aliqs eſt in extrema neceſſitate pōt undecūq; ſibi occurrit, ſibi, vel alteri huiuſmodi ſubuenire, nec tenetur ad reſtitutionem: quia ſua tunc naturæ iure re vſus eſt. *Concl. m* In ſecūdo uerò. ſ. negatiuè, uerificatur abſolutè. Nam extra caſus loquendo, ius naturæ non ſtatuit omnia eſſe communia, ut patet ex eo, φ non licet regulariter habere p̄ proprium: ſed nō fecit aliquid eſſe proprium alicui, & aliud alteri. Et quoniā termo literæ eſt de communitate, & proprietate abſolutè, & non in caſu: ideò in litera negatur ſenſus affirmatiuus, & conceditur negatiuus.

¶ In eodem articulo etiam in reſponſione ad primum, dubium occurrit

SVPER Q. LXVI. ART. II.

Ferr. 3. cont. c. 127.

Perreſta per totum.
368 *3. cont. c. 127. ii. Et opuſc. 20. li. 4. c. 4.*

IN ar. 2. eiuſdē qō. nota diſtinctionē de ptāte procurandi, ac diſpenſandi, & de vſu. Et ſi vis hæc penitus penetrare, memēto eorū, q̄ ſcripta ſūt de eleemoſynæ pceptis. Hūtib liquidem ptātē diſpēſandi præcipit & ut ſuperfluū naturæ, & pſonæ cōicēt. Hoc.n. eſt de quo Amb. dicit. Plus q̄ ſ.

occurrit ad hominem, quia, in litera dicitur, quòd proprietas F poſſeſſionum eſt ab humano condicto, quòd pertinet ad ius poſitiuum: & tamen ſuperius in quæſtio. 57. articu. 3. dictum ſit, quòd huiuſmodi proprietas ſpectat ad ius gentium, quod diſtingui conſtat ius poſitiuum.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ in proprietate poſſeſſionũ, inueniuntur duo. Primo, q̃ aliqd ſit unius, & aliquid alterius. Secũdò, quod hic ager ſit iſtius, & ille illius. Quo ad primum, proprietas rerum eſt à iure gentium. Dictat.n. hoc rõ, ut in lra multipliciter oſtenditur. Quo ad ſcdm. eſt à iure poſitiuo, qũ antequam ſit hoc appropriatũ huic, & illud alteri, nihil differt an contrarium fiat. Deffinitum eſt.n. q̃ iur poſitiuum eſt, quod à principio nihil differt, ex 5 Ethic.

10. 57. ar. 2. & 3.

ius ſęculi pręcipe facere tribuere, communicare.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ cõitas rerum attribuitur iuri naturali, non quia ius naturale dictet omnia eſſe poſſidẽda cõiter, & nihil eſſe quaſi proprium poſſidendũ: ſed qa ſm ius naturale nõ eſt diſtinctio poſſeſſio- G nũ, ſed magis ſm humanũ cõdictũ, quod pertinet ad ius poſitiuũ, ut ſupra * dictum eſt. Vnde proprietas poſſeſſionũ nõ ẽ contra ius naturale, ſed iuri naturali ſuperadditur per adinuẽtionem rationis humanæ.

Ad ii. dicendũ, q̃ ille q̃ pueniens ad ſpectacula, ppararet alijs uiã, ñ illicitè ageret: ſed ex hoc illicitè agit, q̃ alios phibet. Et ſiliter diues nõ illicitè agit, H ſi poccupãs poſſeſſionẽ rei, q̃ à principio erat cõis, alijs etiam communicat. Peccat autem ſi alios ab uſu illius rei indiſcretè prohibeat. Vñ * Baſilius ibidem dicit. Cur tu abundas, ille uerò mẽdicat, niſi ut tu bonæ diſpẽſationis merita cõſequaris, ille uerò patientiæ pmijs coronetur.

Ad iii. dicẽdum, q̃ cũ dicit Ambroſius. Nemo propriũ dicat quod eſt cõe, loquit de proprietate quantum ad uſum. Vñ * ſubdit: Pluſquã ſufficeret ſumptui, uiolenter obtentum eſt.

*Loco citato in argum.

*Loco citato in argum.

Articvlvs III.

Vtrum ſit de ratione furti occultè accipere rem alienam.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃, q̃ non ſit de rõne furti, occultè accipere rem alienã. Illud.n. h quod diminuit pctm̃, non ur̃ ad rationem peccati ptinere: ſed in occulto peccare ptinet ad diminutionẽ pc̃ti, ſicut ecõtrariò ad exaggerãdũ pctm̃ quorũdã dr̃ Iſai. 3. Pc̃tm̃ ſuum

SVPER Q. LXVI. ART. III.

In art. 3. eiuſdẽ 66. q. circa rõnẽ furti, occurrit dubium, qa diminuta vr, quod ex duobus apparet. Primò ex hoc, quòd multi diffiniẽtes furtum, apponunt tot particulas, dum dicunt, q̃ furtum eſt cõtrectatio rei alienæ, mobilis, corporalis, inuito domino, animo lucrandi ſiuè ipſius rei, ſiuè uſus, ſiuè poſſeſſionis, quæ ut patet, in literæ rõne non ponuntur. Secundo ex hoc, q̃ iniuſtitiæ deformitas in hac diffinitione non exprimitur acceptionis nomine. Conſtat.n. q̃ acceptio poteſt eſſe iuſta, & iniuſta, & neutra: & tamen in litera exponitur acceptio pro uſurpatione.

¶ Ad hoc retrogrado ordine reſpondendo dr̃ q̃ quia occultatio acceptionis poſita in diffinitione furti, importat duo. ſ. iniuſtitiam rõne generis, & qualitatem, ſeu modum eius, ſ. abſcõditè à dño rõne formalis ſignificati: ideò nihil in diffinitione I omiſſum eſt. Et author in litera acceptionem pro iniuſta acceptione exponit, tum quia totus iſte ſermo eſt de commutationibus inuoluntarijs, & iniurijs, quibus infertur damnum in rebus, ut patet ex titulis quæſtionum, & tractatuum, ac per hoc nõ de acceptione cõiter, ſed de acceptione, q̃ eſt ſpẽs iniuriæ, eſt ſermo: tum quia de rõne occultæ acceptionis eſt nõ ſolũ eius formale, puta, q̃ ex intẽtione fiat latẽdi: ſed ẽt eius cõe. ſ. q̃ fiat cõtra uoluntatem dñi. Iõ.n. ſubiei fugere quærit dñi ſciam, quia vult agere contra illius uoluntatem. Accipit igitur author hãc, iuſtitiæ redundantem conditionem in acceptionem ex implicito in ly, occultã, in prima conditione poſita in litera. Et vſus eſt poſt ly occulta, quo ad explicitum. Et ad utrunque inſinuãdum concludendo diffinitionem, ordinat ſic eam, vt præponat ly occulta, dicens, q̃ propria rõ furti eſt, ut ſit occulta acceptio rei alienæ. Sic.n. etiam nullo prætſuppoſito titulo qõnum, ex vi terminorum conſummata habetur diffinitio furti ſimpliciter, K & non ſolũm ut pars illius tractatus, ut decet diffinitiones.

¶ Ad id autem, q̃ ex alijs doctoribus obijcitur, dr̃ q̃ non phyſicè, ſed more legiſtarum loquuntur, non ſpeciem furti, diffiniẽtes, ſed quid nomine furti in legibus intelligitur. Vnde dicunt, quod nec acceptio ſeruum, nec rerum immobilium eſt furtũ, allegando leges ciuiles. Nos autem qui moralem theologiam ſimul & philoſophiam tractamus, & de ipſa furti ſpẽ loquimur, diffinimus, ut philoſophos decet, & dicimus nullam illarum particularum addendam eſſe diffinitioni, & non per contrectationem, quæ tactum potius, quam uſurpationem rei ſignificat, ſed per acceptionem diffiniendum furtum. Et ut ſigillatim diſcutiantur ly mobilis, & corporalis, falsè adderentur diffinitioni, quia ad furti ſpeciem ſpectat acceptio occulta alieni agri, & alienorum ſeruorum, nõ minus quam alienæ veſtis. Hęc.n. materialiter ſe habent in acceptione iniurioſa alieni, & non uariant ſpẽm. Ly fraudulota, ſuperfluè apponeretur, quia animus furandi non magis requiritur ad furem, q̃ aĩus adulterandi ad adulteriũ: nec rñ oportet ponere in diffinitione adulterij hoc &c. De ipſo nãq; pc̃tõ, ſeu uitio loquẽtes, non niſi ſub gñe volũtarij uerſamur, cum pc̃tm̃ ſub gñe ſit uolũtarij, ſicut quodlibet morale. Ly inuito dño, ſuperfluè adderet, quia ſi occultè accipitur, cõſtat q̃ quantũ eſt ex parte peccãtis, inuito dño accipit, & nihil ad pc̃tm̃ refert, ſi dñs eſt aĩo ſuo inuitus, aut non: ad naturã ſiquidem actus ſpectandum eſt. Ly aĩo lucrãdi, falsè apponeret, quia ſi non aĩo lucrãdi, ſed dãnificãdi fieret, ut ſi acciperet occultè ueſtẽ alienã, ut proiiceret eam in flumẽ, furti rõ * eſſet. Ly ſiuè rei, ſiuè vſus, ſiuè poſſeſſionis, ſuperfluè adderet, qa noĩe rei alienæ, comprehẽdit oẽ q̃ eſt alterius, vt poſſeſſio eius: quicquid ſit illud, ut in litera dicitur.

Porrecta per totum. 369

¶ In eodẽ art. in ſcda conditione, uide primo, q̃ accipere uxorem, uel filiã alienã, non habet propriè rõnẽ furti: ſed propriè furtum eſt accipere, ſeruam alienam, q̃m poſſidemus ſeruos ſicut agros, non autem filias aut uxores.

¶ Nõta ſecũdo, quòd accipere filiam, uel uxorem alienam in ſeruam, non pertinet ad furtum, ſed ad captiuitatem, quæ ſub incarcerationis uitio ſuperius poſito, inter perſonales iniurias comprehenditur, quoniam utrunque libero ſui corporis uſui opponitur. Et tantò grauius eſt captiuare filiam aut uxorem alterius, quantò, vt prædictum ibi fuit, iniuriæ perſonales illatæ perſonis alijs coniunctis grauiores ſunt.

¶ Aduerte tertiò, q̃ occultè accipere eaſdem perſonas non ſimpliciter, ſed ad horam pro concubitu, ſi eis inuitis ſit raptus, eſt tantò grauior, quantò ẽt alter. ſ. maritus, pater, dñs offenditur. Si aũt eis cõſentientibus extra proprias luxuriæ ſpẽs, puta, adulterium, ſtuprum, aut ſimplicem fornicationem, non uideo aliã deformitatem, ſi nõ impeditur propter hoc à ſeruitio domini, cum ſerua, ut ſic, non ſit ſub dñi cuſtodia quo ad concubitum, ſicut filia ſub patre eſt, nec vſus talis ſeruæ ſit domini. Nõ.n. poteſt ipſe ea vti ad venerea, ſed ad alia ſeruitia. Et propterea dr̃, q̃ accipere ſeruam alienam propter coitum, non eſt furtũ: ſicut nec coire cum illa in domo domini ipſo inuito.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad tertium, vbi dr̃, q̃ iniuſta detẽtio habet eandem rationem nocumenti cum iniuſta acceptione, quia hinc habes q̃ non ſolũm occultè accipiendo, ſed etiã occultè detinendo alienam rem incurritur furtum, dubium occurrit, an huiuſmodi detinens continuè peccet, an quandoque, & quando &c. Et eſt ratio dubij: quia detentio contrariatur præcepto negatiuo, ſicut acceptio & cõſumptio. Præcipitur namque q̃ non accipiamus, non conſumamus, nõ detineamus occultè rem alienam. Conſtat autem q̃ pręcepta negatiua uiolantur affirmatione prohibita ſemper, & ad ſemper, ſicut accipiens ſemper actualiter peccat, ita & detinens, & ſimiliter cõſumens. In oppoſitum autem eſt, quia ſequeretur, q̃ detentor dormiens, & orans, & eleemoſynam de ſuo faciens, & nihil aliud cogitans, ſemper actualiter peccaret mortaliter, & non ſolũm quòd eſſet in peccato mortali, quòd uidetur inconueniens.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ quia mortale peccatum commiſſionis, de quo ſolo eſt ſermo, eſt actus uoluntarius deformis, oportet ad hoc, q̃ aliquis hmõi peccato peccet actualiter, quòd actualiter exerceat aliquem actum uoluntarium deformem. Et propterea cum in dubium venit, an aliqs cõtinuè ſi peccet, inſpiciendum eſt, an perſeueret non in ſtatu pc̃ti, ut perſeuerat ille qui ppoſuit occidere aliquem, donec mutet propoſitum: ſed an perſeueret in aliquo actu voluntario illius ſpeciei, ſicut perſeuerat, qui proponit occidere hominem, & delectatur cogitãdo, quod

occiſionis

quaſi Sodoma pdicauerũt, nec abſcõderũt. ergo ñ ẽ de rõe furti occulta acceptio rei alienę.

¶2 Præt. *Ambroſius dicit, & habet. in Decretis d.47. Minus eſt criminis habenti tollere, q̃ cũ poſſis, & abundans, ſit, indigentibus denegare. ergo ſicut furtũ cõſiſtit in acceptione rei alienæ, ita & in detentione ipſius.

¶3 Præt. Hõ põt furtim ab alio accipere ẽt quod ſuum eſt, puta, rem quam apud alium depoſui, vel q̃ eſt ab eo iniuſtè ablata non eſt ergo de rõne furti, ꝙ ſit occulta acceptio rei alienæ.

SED CONTRA eſt, quod *Iſido. dicit in lib. Etymo. Fur à furno dictus eſt, id eſt, à fuſco: nam noctis utitur tempore.

RESPON. Dicendum, ꝙ ad rõnem furti tria concurrunt, quorum primum conuenit ſibi, ſm quod cõtrariatur iuſtitiæ, quæ vnicuiq; tribuit quod ſuũ eſt: & ex hoc competit ei, ꝙ vſurpat alienum. Scdm vero ptinet ad rõnem furti, prout diſtinguitur à pctis, q̃ ſunt contra pſonam, ſicut ab homicidio, & adulterio: & ſm hoc competit furto, quod ſit circa rem poſſeſſam. Si q̃s.n. accipiat id, ꝙ eſt alterius non quaſi poſſeſſio, ſed quaſi pars, ſicut amputet membrum vel ſicut perſona coniuncta, vt ſi auferat filiã, uel uxorem, non habet propriè rationem furti. B Tertia dña eſt, quæ complet rõnem furti, vt. ſ. occultè vſurpet alienum & ſecundum hoc * propria ratio furti eſt, vt ſit occulta acceptio rei alienæ. *

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ occultatio qñq; quidem eſt cà pcti, puta, cum quis utitur occultatione ad peccãdũ, ſicut accidit in fraude, & dolo: & hoc mõ non diminuit, ſed cõſtituit ſpeciem pcti, & ita eſt in furto. C Alio mõ occultatio eſt ſimplex circũſtantia pcti: & ſic diminuit pctm, tum quia ſignum uerecũdię eſt: tũ quia tollit ſcandalum.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ detinere id, quod alteri debet, eandem rationem nocumenti habet cum acceptione iniuſta: & ideò ſub iniuſta acceptione intelligitur, iniuſta detentio.

*Amb. in ſer. 81. nõ procul à fine, to. 3. Et habet d.47. c. Sicut ii, ante mediũ.

*Li. 10. c. 6. incipit. Facũdus dictus eſt à medio illius.

occidet, & ad hoc parat inſtrumẽta, & huiuſmodi. De hoc.n. vĩ affirmandum, ꝙ cõtinuè peccat mortaliter, quandiu hæc exercet, de illo ãt non. Vnde in propoſito, cum detinere alienũ non ſit actio, ſed actionis effectus ab actione non depẽdens, niſi in principio, qñ detinens aurum, uel argentum quod accepit, nihil operatur in detinendo, ex quo repoſuit illud in loco tuto, cõſequens eſt ꝙ detinẽs vt ſic, nõ exerceat aliquẽ actũ voluntariũ ac p hoc non peccat continuè, q̃uis continuè ſit in ſtatu mortalis pcti. De cõtrectatione ãt rei furtiuæ detentæ diſtinguendum eſt, ꝙ aut actus circa illã ſit pp bonũ illius rei puta, ſi ueſtis furtiua excutiat', uel remoueat' à loco humido, vel cuſtodiat' à fure, aut latrone, & hmõi: & ſic nullum pctm eſt, ſicut nec in actibus indifferentibus circa illã, puta, videndo, mouẽdo &c. qm p hoc nullus act' exercet' circa rẽ alienam, q̃ violet iuſtitiã. Aut actus eſt vſus illius rei, puta, induere ſe veſte furtiua, ornare ſe gẽma, aut anulo furtiuo, expendere pecuniã furtiuã, comedere & bibere ĩ uaſis furtiuis & hmõi vt faciũt fures vtẽtes rebus, quas ſunt furati. In his.n non interuenit cõtinuus actus uoluntarius, ſed quandoq; exercetur aliquis actus & quandoq; nullus. Nam induere, & ornare ſe actiones quędam voluntariæ ſunt indutum ãt eſſe, & ſimiliter ornatum eſſe, & huiuſmodi, nõ ſunt actiones, ſed ad prædicamentum habitus ſpectantia. Vnde de his aliquid eſt manifeſtũ. ſ. ꝙ non continue peccant & aliquid obſcurum, an, ſ. quotiens huiuſmodi actus exercent totiens peccent mortaliter. Apparet.n. prima fronte diſtinguendũ eſſe, ꝙ actualiter habere actũ vtendi re aliena, cõtingit dupliciter. Vno modo formaliter, hoc eſt, ꝙ intentio feratr ſuper alieno: & ſic quotiens diſcõtinuato actualiter pctõ tam intus, q̃ extra, vtitur re aliena, totiens peccat mortaliter. Alio modo materialiter, hoc eſt, ꝙ nihil cogitãdo de alieno, utitur re aliena ut ſua: vt ſi cogitat de induendo ſe, de emendo, de comedendo, de bibendo, & nõ cogitat de alieno. Et ſic vĩ ꝙ omnes iſti act' ſint mali eadem numero deformitate, qua fuit mala intentio detinendi, poſſidendi, ac per hoc vtendi rebus his vt proprijs. Sed primũ huius diſtinctionis membrum veritati inhærere mihi vĩ: qm multiplicatur numero pctm non iuxta multiplicationem actuum voluntariorum tam intus, q̃ extra, ut patet ex hoc ꝙ actus exterior, & interior ſunt vnum numero pctm: & multi actus exteriores, & interiores voluntatis ſunt vnum numero pctm, vt patet cum quis deſiderat occidere, & delectatur de cogitata occiſione, & ſperat illam, & intendit ire ad occidendum, & præparat ad hoc gladiũ, & ſagittas, & lãceas &c. Hęc.n. oĩa vno contextu facta uno numero ſunt pctm mortale, ſed iuxta multiplicationem moralem, materialiter tñ moralitati actuum. Dico ãt moralem ad dĩam multiplicationis in eſſe naturæ actuum voluntatis deformium, puta, deſiderare, furari, delectari de cogitato furto, intendere ire ad furandum, & hmõi. Quãmuis.n. ſinguli actus habeant forte ſingulas deformitates morales, ac per hoc plures in eſſe naturæ, in genere tñ moris vna numero tñ eſt eorum moralitas, & ideo ſunt vnum numero pctm, vt dictum eſt. Multiplicatur ãt moralitas numero, ſeu materialiter in genere moris quotiens quis ex non actualiter peccante in tali ſpẽ pcti, fit actualiter peccans in illa. Attendi vero vĩ hęc

A vnitas numeralis penes vnitatem applicationis animæ ad talẽ ſpeciem, ita quòd quandiu anima applicata ad illud per aliquem actum interiorem, vel exteriorem perſeuerat, quantum cũq; actus multiplicetur, in genere naturæ, nõ moris eos multiplicat. Omnes.n. habens rationem vnius numero in gñe moris propter vnitatem perſeuerantem applicationẽ animæ, cuius vnitatẽ atteſtatur in actibus interioribus contextus in exterioribus uerò continuatum imperium paſſiuum operationum dependentium in eſſe, & in fieri ab imperãte, qualia ſunt motus propriorum mẽbrorũ voluntarij. De ſcdo ãt membro dubito, ppea quia ſciẽs rem aliquã eſſe alienam, & vtẽs ea inuito dño, q̃uis nihil de hoc cogitet, non excuſat' à pctõ mortali, ex quo eſt in tali ſtatu ꝙ ſi cogitaret nihilominus vteret' illa re aliena inuito dño. Ex eo nãq; ꝙ huiuſmodi actus uoluntarij ſunt de genere ſuo pctã mortalia, quoniã cuiuſlibet eſt vſus rei aliena inuito domino, & nullus eorũ cedit in idem numero cum altero, quoniam diſcontinuati ſunt intus & extra, apparet quòd totiẽs, quotiens vtuntur ẽt nihil cogitando de re aliena totiens peccãt mortaliter, quãuis durum hoc uideatur. Conclu. Et ſi neutra pars uera vĩ, ſubdiſtinguendum eſt ꝙ actus qui ſine nouo cõ- D tẽptu vtẽdo re aliena exercent' ſunt duplicis dñæ. Quidã cum noua iniuria dñi: & dicunt' actus cũ noua iniuria dñi actus illi q vel reddũt ipſam rẽ deteriorẽ, ita ut nõ eſſet amplius à dño repetenda, ſed eius pretiũ. Fit.n. iniuria tũc noua dño ex hoc, ꝙ cogitur ad cõmutationem rei ſuæ, ſi debet eum recuperare, ut patet de conſumptione ueſtis furtiuæ. Vti n ãq; ueſte conſumendo illã, eſt facere vt dño res ſua ſatisfacere non poſſit, ẽt ſi reddenda eſſet. Et ob hoc addit nouã iniuriã ſup detentionẽ vel ex parte vtentis. q̃a.ſ. reddunt utentẽ impotentẽ ad ſatisfaciendũ dño. ut patet in paupere expendente furtiuã pecuniam nec hñte vñ poſſit ſatisfacere dño. Hmõi.n. expenſio nociua eſt dño addens ſupra detentionẽ, impotentiã reſtituendi, ac per hoc peioris cõditionis reddens dominiũ pecuniæ. Actus ãt ſine noua iniuria dñi ſunt, qui non in damnum dñi redundant, ut ſi res iam deuenit ad ſtatum, in quo dominus nollet eam, ſed eius pretium: de cætero uti ipſa, nouam non addit detentioni E iniuriã. Et ſimiliter ſi expẽdens pecuniam furtiuã hẽt in promptu vñ ſatiſfacere poſſet, ſi uellet, nullam illi detentioni addere iniuriam. Diceret' nãq; ꝙ primis actibus totiens quotiens peccat mortaliter, non ãt ſecundis: ſicut nec ſemel bibendo in uaſe furtiuo, cum ſit actus ſine iniuria. Quãuis de hoc non ſit ſimile quia huius actus. ſ. ſemel bibendi, non eſt de natura ſua talis. ꝙ computetur inter eos, qui fiunt inuito domino. Quòd horum uerius ſit, non facile uideo, qm cũ actus de natura ſua intueor vĩ ꝙ totiens, quotiens utitur re aliena inuito domino, peccat mortaliter. Cum uero conſidero, ꝙ uſus ſine noua iniuria nõ uidetur eſſe inuito domino, cum tantundem eſt ſi talis uſus fiat, & ſi non fiat, uidetur quòd non totiens. quotiens utitur peccat ſed totiens, quotiens cum noua iniuria in affectu, uel in effectu ut declaratum eſt. Cum autem attendo, quod multiplicatio horum actuum eſt in eſſe naturæ, & non moris, unum tantum uidetur eſſe peccatum, dum non renouat affectus ad alienum, Et licet hæc ultima replicatio uia, quæ primò fuit alla-

Ad III. dicendum, ꝙ nihil ꝓhibet id, quod eſt ſimpl'r vnius ſm quid eſſe alterius: ſicut res depoſita eſt ſimpliciter q̀dē deponentis, ſed eſt eius, apud quē deponit̃ quantũ ad cuſtodiã. Et id quod eſt per rapinã ablatum eſt rapientis nõ ſimpliciter, ſed quantum ad detentionem.

G

ARTICVLVS IIII.

Vtrum furtum, & rapina ſint peccata differentia ſpecie.

AD QVARTVM ſic procedit̃. Vr̃, ꝙ furtum, & rapina nõ ſint peccata dr̃ia ſpecie. Furtũ .n. & rapina differunt ſm occultum, & manifeſtum. Furtum .n. importat occultam acceptionem, rapina uero violentam & manifeſtam: ſed in alijs generibus pctõrum occultum, & manifeſtum non diuerſificant ſpeciem. ergo furtum, & rapina nõ ſunt pctã ſpecie diuerſa.

¶2 Prę. Moralia recipiunt ſpēm à[h] fine, vt s̃. dictum eſt: ſed furtũ & rapina ordinantur ad eundē finem, ſcilicet habendum aliena. ergo non differunt ſpecie.

¶3 Præt. Sicut rapit̃ aliquid ad poſſidēdum, ita rapitur mulier ad delectandum. vñ & *Iſido. dicit in li. Etymologiarum, ꝙ raptor dr̃ corruptor, & rapta dr̃ corrupta. ſed raptus dr̃ ſiuè mulier auferatur publicè, ſiuè[h] occultè. ergo & res poſſeſſa rapi dicitur ſiuè occultè ſiuè publicè rapiatur. ergo non differunt furtum, & rapina.

SED CONTRA eſt, ꝙ *Philoſ. in 5. Ethi. diſtinguit furtum à rapina, ponens furtum occultum rapinam vero violentam.

RESPON. dicendũ, ꝙ furtũ, & rapina ſunt uitia iuſtitiæ oppoſita, inquãtum aliquis alteri facit iniuſtum. Nullus ãt patit̃ iniuſtum uolens, ut probatur in * 5. Eth. Et ideo furtum, & rapina ex hoc hñt rõnem pcti, ꝙ acceptio eſt inuoluntaria ex parte eius, cui aliqd ſubtrahit̃: Inuolũtarium ãt dupliciter dr̃. ſ. ꝑ ignorantiam, & uiolẽtiam, ut habetur in 3 *. Ethi. Et ideo[m] aliã rationem peccati habet rapina, & aliam furtum. ergo propter hoc differunt ſpecie.[a]

H

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in alijs gñibus pctõrum non attendit̃ ratio pcti ex aliquo inuoluntario, ſicut attenditur in pctis oppoſitis iuſtitię. Et ideo vbi concurrit diuerſa ratio inuoluntarij eſt diuerſa ſpēs pcti.

I

ea. prima fronte apparet propter unitatem mortalis deformitatis: Si quis tñ conſideret, ꝙ operantes ſcdm habitum, non deliberant circa rationem formalem habitus, ut patet in artificibus, qui utuntur arte quaſi natura ut habes in 10. Ethi. de citharedo manifeſtum fiet, ꝙ detentor quaſi ex habitu operatur de liberatę detentionis. Et ꝑpẽa non cogitat an re ſua, an aliena vtatur. Vñ non eſt ꝓpterea melioris cõditionis, q̃ non detentor, qui vteretur aliено inuito dño, quem conſtat totiens quotiens peccare mortaliter. Et per hoc & excludit̃ media via diſtinguẽs inter actus cum noua iniuria, uel ſine noua iniuria, quia. ſ. non eſt melioris conditiõis detẽtor, q̃ nõ detentor. Sed ſi qs non eſſet detentor rei alienæ, & tñ vteret̃ ea ſciẽter in inuito dño tali uſu, qui conſueuit pretio æſtimari peccaret mortaliter ex natura actus. Detẽtor igitur totiẽs peccat mortaliter, quotiẽs nouus conſũptor quotiẽs nouiter vtẽs eſt, ſicut peccaret totiẽs nõ detẽtor. ¶Reſtat igit̃ ex tribus allatis uijs, ꝙ illa ſola ſit uera, q̃ actus ex natura ſua nouus circa rẽ aliquã iuito dño ſtuet̃. Et ſic ad dubiũ ſ principio motũ patet tñſio, ꝙ detentor quidẽ inquantũ detinet. nõ cõtinuè peccat, ſed quotiẽs renouat cõſenſum detinẽdi. Conſumptor ãt & vtẽs. quotiẽs de nouo conſumit, ſeu utitur tali uſu, qui conſueuit pretio æſtimari ſiuè de hoc cogitet, ſiuè non.

Porrecta per totum. 370

Inf. ar. 9 10. & qu. 73. a. 1. corp. & ad 2. Et 2. co. 12.

1. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar. 6.

Li. 10. c. 17. & incipit Religioſus a medio.

¶Et confirmatur hoc ex diffinitione ſupradicta iuriſtarum ſcilicet quòd furtum eſt contrectatio non ſolum rei, ſed vſus.

¶In eodem art. 3. in reſponſione ad tertium, dubium occurrit duplex. Primum eſt, circa ultima uerba. ſ. Id, quod eſt ꝑ rapinã ablatum, eſt raptoris non ſimpliciter, ſed quantum ad detẽtionem; qm̃ in præſenti materia eſſe alicuius quantum ad detentionem, eſt habere ius detinendi: ſicut eſſe alicuius quantũ ad cuſtodiã, importat habere ius cuſtodiendi. Conſtat autem ꝙ raptor non habet ius detinendi, quia tenetur ad non detinendũ & peccat mortaliter uolendo detinere: & tandiu eſt in ſtatu peccati mortalis, quandiu detinet. Non eſt igitur uerum. quòd res rapta ſit raptoris quantum ad detentionem.

¶Scdm dubiũ eſt, quia in hac reſponſione author ſuſtinet, ꝙ ſi quis rem propriam raptã ab alio occultè accipit ab illo, ꝙ furtum committit: quod multipliciter apparet falſum. Primò, quia ſi eandem ad eodem violenter acciperet, non committeret rapinam, ergo occultè accipiendo non committit furtum.

¶Scdo, quia cõis vr̃ ſententia, ꝙ in re ꝓpria nõ cõmittit̃ furtũ, niſi alius hẽat ius in illa, puta, pignoris, vel cõmodati, & hmõi. Et affert̃ ad hoc ius ciuile. ff. de furtis l. ſi res. §. 1. & l. Si is, qui rem.

¶Tertio, quia ſcdm multos licitum eſt alicui accipere occultè rem ab occupatore non ſolum propriam, ſed & uerè debitam, ſi non põt aliter recuperare ſuũ. Et q̃uis ſcdm iura ciuilia dicẽs ſibi ius, debeat priuari iure, qđ hẽt in re illa, non tñ arguit̃ furtũ.

¶Ad primum dubium, dr̃, ꝙ rem raptam eſſe raptoris, quantũ ad detentionem, dupliciter uerificatur. Primò, quantum ad hoc quòd non poteſt priuata authoritate ab eo auferri inuito. Dominus namque rei non poteſt ſibi ipſi ius dicere: reliqui autem priuati nullum ius habent ab eo tollendi rem illam.

F ¶Secundò, quantum ad hoc, q ipſe tenetur tenere eam nõ ſibi ſed domino reſtituendam. Et propterea ſi dominus rei occultè accipiat illam, iniuriam facit illi qui rapuit, pro quãto raptor incurrit damnum duplum, dum & rem perdidit, & pretium tenetur domino, neſciens rem deueniſſe ad dominum.

¶ Ad argumentum ergo dicitur, quòd raptor detinendo rẽ ſibi peccat mortaliter non autem detinendo reſtituendam domino. Et rurſus, licet raptor nõ habeat iu detinẽdi abſolutè habet tamen ius detinendi contra priuatas acceptiones, quia nullus poteſt, vt dictũ eſt, priuata actione ab eo illud accipere: & ſit illi iniuria accipiendo ab eo occulte rem raptam in cuius ſignum licite poteſt res raptas ab inuaſoribus p[illegible] defendere.

Li. 5. c. 2. in fi. to. 5.

Li. 5. c. 9 ante medium to. 5.

¶Ad ſecundum dicitur, quòd idem eſt ꝓportionaliter iudicium de furtò, & rapina, niſi ꝙ in rapina manifeſte fit iniuria publicæ poteſtati, adhibendo violentiam priuata authoritate. Vnde ſi quis res raptas vult violenter recuperare, oportet ꝙ aut incontinenti vim vi repellendo recuperet, vt fecit Dauid aduerſus latrũculos Amalechitas primi Regum cap. 30. Si enim propria authoritate violentiam inferat rapinæ vitium quo ad modũ, etſi nõ quo ad rem raptam, non effugit. Et ſimile eſt de furto iudicium quòd ſcilicet furti vitium non euadit quoad modum accipiendi, & quoad damnum proximi, quãtum ex parte actus quia. ſ. latet acceptor, & ille remanet obligatus ad reſtitutionem.

Li. 3. c. 1. tom. 5. *Concl.*

¶Ad tertium dr̃, ꝙ accipere occulte rem propriã apud aliũ exiſtentem, contingit dupliciter. Primo, ex intentione accipiendi proprium, & non dãnificandi proximum. Et ſic non eſt ꝓpriè furtum: niſi forte quantum quo ad modum accipiẽdi: & ſic intelligenda ſunt iura. Alio modo, ex intentione accipiendi rẽ illã q̃ eſt propria nõ vt propriã, ſed abſolutè. & ſic eſt furtum, vt in litera dr̃: quia acceptio terminatur ad rem hñtem tũ de ratione alieni, vt inde damnificetur proximus, & in iure cuſtodiæ, uel detentionis, ſaltem pro reſtitutione, & in vinculo reſtituendi, vt declaratum eſt. In neutro tamen modo accipiens tenetur ad reſtitutionem, ſed ad inſinuandum ei, apud quem exiſtebat, quòd liber eſt à vinculo reſtitutionis illud rei.

K

¶Ad tertium dicitur, quòd argumentum tangit duas difficultates. Prima, eſt, an potenti recuperare rem ſuam apud alium, liceat illam occulte accipere, vt recuperet rem ſuam ſine omni damno proximi, ſcandalo. Secũda eſt an eidem liceat accipere res, uel pecunias ſui debitoris, occurrentibus eiſdem conditionibus. Et quia hoc pertinet ad tertium argumentum quinti articuli ſequentis, illuc vſque differatur.

SVPER QVÆST. LXVI. ART. IIII.

IN art. 4. eiuſdẽ 66. q. nota in corpore articuli, ꝙ non eſt intẽtio literæ inferre diuerſitatẽ ſpecificã furti, & rapinę ex diuerſa diſpoſitione mentis perſonæ læſæ. accidit. n. pctõ in eo quia læſus qualitercumq; læſus diſponatur in mente ſua: ſed ex diuerſa rõne obiecti circa quod verſatur. Ex hoc nãq; quod iniuſte acciplẽs iniuſtum facit, patet obiectum acceptionis vtrobiq; eſſe iniuſtum. Et quia iniuſtum alicui claudit in ſe rõnem inuoluntarij illi,

¶ In hac quæſt. multi ſcripſerunt. Alij dicentes cū authore, q̃ iudex poteſt, & debet ſecundùm allegata & probata cōtra ueritatē ſibi certā iudicare. Alij totaliter oppoſitum, quòd nec dēt, nec poteſt ſine peccato mortali. Alij q̃ in cauſis criminalibus, & ciuilibus magnæ importantiæ non, in paruis autem ſic. Nōnulli etiam nolunt, q̃ remedium de remittendo ad ſuperiorē D ſit malum propter allatam in oppoſitum rationem, dicentes, q̃ ſi per impoſſibile caſus hic accideret, præmiſſis omnibus præmittendis deberet iudex manifeſtare populo, quare nō poteſt damnare illum, & relinquere eis curam, an uelint ad ſuperiorem remittere. Sed hi non prouident caſui, quia ſi ſupremo iudici caſus hic accidat: ſ. q̃ ſciat innocētiā, & pars, atq; populus petat iuſtitiam, quid facere debet princeps? quo ſe uertet? Iudicare contra innocentem non pōt ſecundū iſtos: abſoluere non pōt ſcdm iura: ſupſedere non pōt, parte, & populo inſtāte: delegare non pōt, ſcdm iſtos. Erit ergo ꝑplexus Rex, aut Imperator in hoc caſu, niſi renūciet regno, aut imperio, ſcdm illos.

¶ Diſtinguentes aūt in propoſito inter cauſas criminales, aut ciuiles magnas, aut paruas, niſi pro quanto modicū pro nihilo reputaretur, quod tamen in iudicium uenire nō ſolet, irrationabiliter loquūtur: qm̄ aut inuenitur hic facere iniuſtum, aut non. Si eſt hic iniuſtitia, ſequitur q̃ non liceat: & ſi non eſt in- E iuſtitia, conſtat q̃ licet, quæcunque occurrat materia rerū, honoris, uitæ &c. Vt autem ueritas melius eluceſcat, non à rationibus ducentibus ad inconueniens, qm̄ minus efficaces ſunt: ſed à rationibus oſtenſiuis moueri debemus. Et ad oſtendēdū quidem, quòd iudex peccat iudicando contra ueritatem ſibi, ut priuatæ tamen perſonæ notam, in quocunque caſu, unica eſt ratio oſtenſiua, quia ſ. iniuſtum facit damnando innocentem, quod eſt ſecundùm ſe prauum, & nulla poteſt recta intētione, nullo timore, nulla ſcandali intentione, licitum fieri. Ad monſtrandum verò, quòd iudex non peccat, ſed debet quādo non poteſt aliter facere, iudicare contra huiuſmodi ueritatem ſecundum allegata & probata ſ. eſt unica ratio. ſ. quia perſona publica, poteſtate publica, ſcientia publica, & uoluntate publica uti debet in iudicijs ſine ignorantia, imprudentia, & negligentia propria, quicquid inde ueniat: ſed iudex eſt huiuſmodi, & in caſu propoſito omnia iſta concurrunt. ergo.

¶ Ad hoc deducitur tota iſta qō, ut examinent̃ hæ rōnes, & diſcernatur ius earū ad propoſitū. Principiū aūt inueſtigationis huius hinc ſumendū eſt, q̃ tā ſecundū moralē philoſophiā, q̃ ſecundū iura, ex intentione maleficia diſtinguunt̃. Et hoc intūi conſiderat̃, ut dicamus unanimiter, q̃ occidēs ſuum inuaſorē, aliter ſe ſaluare non potēs, ſi intendit occidere, homicida eſt. Si intēdit ſe defendere, ſed occiſio ꝓuiſa ēt conſequit̃ ex actione defenſiua, nō peccat: ab intētione igit̃ iudicis ſpecies, & natura huius operis ſumenda eſt. Conſtat aūt q̃ iudex, de quo loquimur, qui ſ. omnem ſuā prudentiā, ſolicitudinē, ſciētiā, poteſtatem &c. adhibuit ut liberaret innocentē hmōi, conſtat, inquam, q̃ non intēdit ex priuata voluntate occidere, mutilare, & breuiter iniuſtum facere, ſed tale iniuſtum conſtat ſequi ex hoc, q̃ intendit uti publico officio, & vtitur illo. Vndè non eſt iniuſtitia ex hoc actu, quòd iudex faciat iniuſtum innocenti, cum hoc nō intendat priuata, aut publica uoluntate. Sed uidendum reſtat, ſi fortè eſſet iniuſtitia ex hoc, quòd teneretur non uti publico officio in tali caſu propter talem ex ſui officij actione euentum præuiſum, ſcilicet mortem innocentis. Sed ſi diligenter conſideremus, perſona, quæ eſt iudex, tenetur uti officio ſuo parte, & populo inſtante: quoniam ſibi incumbit cura utendi poteſtate publica. Et plus tenetur curam habere publici officij ſuæ curæ commiſſi, quàm uitæ alterius, cuius cura nō ſpectat ad ipſum, niſi ſicut ad iudicem. Et quemadmodum ſuperius in quæſtione de homicidio per hanc rationem concluſum eſt, quòd defendens ſe non tenetur omittere actum defenſionis propriæ per hoc, quòd uidetur ex ipſo ſequi mortem alterius etiam impœnitentis, quia ſcilicet ſibi magis incumbit cura ſui, quàm proximi: eadem efficacia poteſt hic concludi, quòd quia perſonæ iudicis incumbit cura, ut utatur publico officio, & non cura proximi, niſi ratione publici officij: ideò non tenetur abſtinere ab uſu publici officij propter damnum conſequens proximi.

¶ Et confirmatur, quia nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet ſecundùm iura. Cum ergo perſona iudicis ius habeat utendi publico officio ſecundùm legēs, & iura, & allegata & probata, ſequitur quòd non facit damnū alicui vtendo iure officij ſui.

¶ Ratio ergo, ſuper qua fundatur poſitio dicentium iudicem peccare, ſi contra ueritatem ſibi notam iudicet ſecundùm allegata & probata &c. infirma eſt, & non concludit intentū, utpote ex his, quæ ſunt per accidens procedens.

¶ Ratio autem allata pro parte contraria, manifeſtè procedit ex his, quæ conueniunt per ſe actui. Actus namque ſententiæ damnantis eſt actus publicus. Et propterea debet per ſe cauſas habere publicas, ſcilicet perſonam, poteſtatem, ſcientiam, & uoluntatem, quæ præcepto publico, quod iudex facit de pœna huiuſmodi, manifeſtatur. Præceptum enim à uoluntate eſt: nec perſona iudicis aliquem actum propriæ uoluntatis apponit in hoc caſu in damnum innocentis, niſi uti poteſtate, ſcientia, & uoluntate publica, quem actum ſi poſſet omittere, libenter omitteret. Sed quia tenetur ad illum propter coincidentiam perſonæ publicæ cum ſua, ideò non tenetur omittere illum propter damnum alterius, per accidens rariſſimum eueniens ex uſu publici officij. Et quoniam hæc via ſolidum habet fundamentum, & nihilominus tenetur à tot doctoribus, ſcilicet ſancto Thoma, Alexandro de Ales, Ricardo, Petro de Palude, & Petro de Tarantaſia, & multis alijs, ut referunt tractantes materiam hanc, & ortum habet ab Ambroſio ſuper, Beati immaculati in uia, ut patet 3. Quæſtione ſeptima. & ab Auguſtino ſuper, Pſalterio, ut in litera affertur: ideò amplectenda eſt. Nunc ſupereſt ad obiecta reſpōdere.

SED CONTRA eſt, qđ* Augu. dicit ſup Pſalteriũ. Bonꝰ iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſm leges, & iura pronũciat: ſed hoc eſt iudicare ſm ea, quæ in iudicio proponunt, & probantur. ergo iudex debet ſecundũ huiuſmodi iudicare, & non ſecundum proprium arbitrium. G

RESPON. Dicendũ, ꝗ ſicut dictũ* eſt, iudicare ꝑtinet ad iudicẽ, ſm qđ fungitur publica poteſtate: & iõ informari dẽt i iudicando non ſm id, quod ipſe nouit tanquã priuata ꝑſona, ſed ſm id, quod ſibi innoteſcit, tanq̃ ꝑſonæ publicæ. Hoc autẽ innoteſcit ſibi & in cõi, & i particulari: in cõi quidem ꝑ leges publicas uel diuinas, uel humanas, contra quas nullas probationes admittere dẽt: in particulari aũt negotio aliquo per inſtrã, & teſtes, & alia hmõi legitima documẽta, m q̃ dẽt ſeq i iudicando magis, q̃ id qđ ipſe nouit tanquàm priuata perſona. Ex quo tamen ad hoc adiuuari poteſt, ut diſtrictius diſcutiat probationes inductas, ut poſſit earum defectum inueſtigare. Quod ſi eas non poſſit de iure repellere, debet, ſicut dictum * eſt, eas in iudicando ſequi. n H I

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝗ ideò præmittitur in illis verbis de q̃ne iudicibus faciẽda, ut intelligãt ꝗ iudicare debẽt iudices ueritatem ſecũdùm ea, quæ fuerunt ſibi propoſita.

AD II dicendum, ꝗ Deo cõpetit iudicare ſm propriam poteſtatem: & iõ in iudicando informatur ſecundùm ueritatẽ, quam ipſe cognoſcit, non ſm hoc, quod ab aliis accipit. Et eadem ratio eſt de Chriſto, q eſt verus Deus, & homo. Alij autẽ iudices non iudicãt ſecundùm propriam poteſtatem: & ideò non eſt ſimilis ratio.

AD III dicendum, ꝗ Apoſt. loquitur in caſu, quando aliqd non ſolum eſt manifeſtum iudici, ſed ſibi, & aliis, ita ꝗ reus nullo modo crimẽ inficiari poteſt, ut i notoriis, ſed ſtatim ex ipſã euidentia facti conuincit. Si aũt ſit manifeſtũ iudici, & ñ aliis: uel aliis, & nõ iudici, tunc eſt neceſſaria iudicis diſcuſſio.

AD IIII dicẽdũ, ꝗ homo in his, q̃ ad propriã ꝑſonã ꝑtinẽt, debet informare conſciẽtiam ſuam ex propria ſcientia: ſed in his, q̃ pertinent ad publicã poteſtatẽ, dẽt informare cõſcientiam ſuam ſecũdùm ea, q̃ in publico iudicio ſciri poſſunt &c.

Et ad primum, & ſimilia dr, ꝗ occidere innocẽtẽ ꝑ ſe, ita ꝗ litẽ F dat occiſio innocẽ is, eſt cõtra oĩa iura: ſed occidere innocentẽ ꝑ accidens, dãdo. ſ. operã rei licitæ, & neceſſariæ, ut facit utens publico officio, nõ eſt cõtra ius naturale, diuinũ, aut ſcriptum.

¶Ad ſecundũ dr, ꝗ iudex in caſu iſto nullã deſerit veritatem, quã debet amplecti: quia dat operã rei licitæ, & per accidens in detrimentũ veritatis cõſiſtentis in facto actio ſua uertit.

* Ambr. ſ Pſ. 118. ſer. 20. verſ. 4. aſt medi. tom. 4. Auguſ. de ve. relig. c. 31. tom. 1.

¶Ad tertium dr ex litera in ſolutione ſecũdi, ꝗ iudex humanus nõ tenetur iudicare, ſicut iudicat Deus, ſed tenet iudicare ſicut, vult Deus, ꝗ homo iudicet. Statuit aũt ipſe Deus, ut homo iudicet ſecundũ ueritatẽ publicã, ut patet ex eo qđ ſtatuit, ꝗ in ore duorũ vel trium ſtet omne verbũ. Et ꝓpea iudex iudicando ſecũdùm allegata, & probata, iudicat ſecũdũ Deũ, & conſcientiã publicã, ut in litera dr in rñſione ad ultimũ: & non iudicat ſecũdũ ſordes teſtiũ, niſi materialiter, & per accidẽs rariſſimũ, quod homini non imputatur. Eſſet. n. homini imputandũ, ſi uel ex intẽtione, vel ignorãtia, uel imprudentia, uel negligẽtia ſordes teſtiũ ſequeret: ſed qñ ex contingentibus nihil omittit, ſibi non imputatur.

*Ar. prec. & ſup. q6. 60. ar. 2. 5. & 6.

Conclu. m

¶Ad quartum dr, ꝗ ex hoc, ꝗ officiũ iudicis eſt lautiſſimum, nihil aliud hr, niſi ꝗ debet, quantum poteſt ſaluo officio, innocentẽ adiuuare, & non tenetur ꝓpterea renunciare officio.

* In iſto art.

¶Ad quintum dicitur, quòd ridiculum eſt dicere, ꝗ iudex tenetur ſecundum leges & iura, & non ſecũdùm allegata & probata iudicare, cum & leges, & iura ſint de uniuerſalibus, & ſententia debeat eſſe de hoc ſingulari facto. Conſtat. n. quòd ad concluſionem ſingularem, quæ per ſententiam infertur, nõ deſcenditur ab uniuerſalibus legibus & iuribus, niſi per particulares, & ſingulares propoſitiones, quæ per allegata & probata conſtant. Et lex diuina mandat, quòd per allegata & probata iudicetur, dum Deuteronomi. 19. dicitur. In ore duorum, uel trium ſtabit oẽ uerbum. Et in materia mortis, c. 17. dicitur, In ore duorum, uel triũ teſtium peribit, qui interficietur. non obſtante, quòd allegata & probata quandoque uoſẽtius: quia hoc eſt per accidens, & ut in paucioribus. Leges autem, & moralia iudicant per ſe, & quæ ut in pluribus ſunt.

¶Ad ſextum dicitur, quòd finis iuſtitiæ publicæ humanæ non eſt ueritas facti abſolutè, ſed ueritas facti publica homini. Et hoc eſt, quod author rñdẽdo ad tertium dicit ſub alijs verbis, ſcilicet, ꝗ ſi factum ſit manifeſtum iudici, & non alijs: vel alijs, & non iudici, tunc eſt neceſſaria diſcuſſio, hoc eſt, non habetur veritas publica ſicut in notorijs: & propterea eſt neceſſaria diſcuſſio, ut ueniatur ad finem, ſcilicet manifeſtum publicè, ſcilicet iudici, & alijs. Quantumcunque ergo iudici ſoli eſſet manifeſtum, non habetur finis: ſed eſt neceſſaria diſcuſſio, ut perueniatur ad finem, publicam ſcilicet ueritatem. Conſtat autẽ, quòd iudicans ſecundum allegata & probata, iudicat ſecundũ veritatem non ſimpliciter, ſed publicã in humanis iudicijs &c. Et ſimili modo dicunt, quod licet finis iuſtitiæ ſit reddere vnicuiq; ius verè ſuũ: finis tñ iuſtitiæ publicæ humanæ eſt reddere unicuiq; ius ſuũ nõ ſimpliciter, sed quãtũ ptãs, & ſciẽtia publica ſe extẽdere poſſunt: neq;. n. plus exigendũ ab homine eſt.

¶Ad confirmationẽ de epicheia dr, ꝗ epicheia in perſona publica nõ includit ad priuatas operationes, uel omiſſiones: ſed operationes, & omiſſiones conuenientes iudicis officio. In ꝓpoſito aũt ſupponit, quod ex officio iudex non poſſit illũ liberare nec ex iuſtitia, nec ex epicheia, nec ex quacunque prudentia.

*Ar. prec.

¶Ad poſtremum dr, ꝗ licet teſtes ueniant ſic iniecus ut ſupr, iudex tñ non eſt miniſter eorum, ſed iuris: & propterea non incurrit reatum ſequela eorum, nec per ipſum uenit ſcandalũ, ſed per illos teſtes, q abutuntur iure, & iudicis officio.

¶Ad ea aũt quæ obijciuntur deinde contra remedium de remittendo ad ſuperiorem, dr ꝗ argumenta illa non ſunt contra authorem: ſiquidem non dicit, ꝗ remittat ad ſuperiorẽ, ſed ꝗ relinquat ſuperiori iudicandũ: & eſt idem cum illo, qđ arguentes conſulũt, ſcilicet, ꝗ exoneret ſe & relinquat curam alijs, ſi uolunt ad ſuperiorẽ recurrere. Et ſcito, ꝗ ſi caſus diſputatus accideret inferiori iudici, deberet coram populo iurare, quòd ſibi conſtat oppoſitum, & propterea non iudicat: & indicare modũ, quo conſtat ſibi, puta, quia vidi in tali loco &c. Et hoc ipſum deberet ſignificare ſuperiori, ut uel hic habendo ipſum inferiorem iudicem pro uno teſte, innocens adiuuetur coram ſuperioris iudicio. Princeps autem poſſet ſimili modo coram populo iurare, quando ſibi caſus iſte accideret, & conari quantum poteſt, vt populum placet, & partem quietet. Optima autem cautela iudicis in cauſa huiuſmodi eſt, antequàm perueniatur ad vltenora, uel repellere ex officio accuſationem, uel ita præueniendo operari, ut non procedatur in cauſa, quod multis poteſt vijs fieri. De miniſtro autem iudicis ſciente ſententiam eſſe iniquam, dicendum eſt, quòd debet tali uti dexteritate, ut eſ K ſtimationem ſuam infirmet ſententiam iniquam. Et ſi hoc non poteſt, debet petere ut ſubleuetur ab hac executione. Quòd ſi nec hoc poteſt obtinere, ſed oportet ipſum obedire, aut cedere officio, licitè poteſt publica miniſteriali poteſtate uti, à publica ſcientia, & poteſtate principali mota, ſicut de iudice dictum eſt: eadem enim eſt ratio. Propter quod ſecus eſſet, ſi ſententia contineret errorem intolerabilem, aut manifeſtam iniquitatem: quia tunc non ex ſcientia, ſed ignorantia, malitia, imprudentia, aut negligentia publica moueretur. Vnde in capitulo, Paſtoralis, de officio delegati, dicitur, quòd ordinarius exequi debet ſententiam delegati etiam ſi ſciat eã eſſe iniuſtam, ſi non potuit obtinere, ut ſubleuaretur ab onere executionis: & non dicit, ſi ſciunt ipſe, & alij eam eſſe iniuſtam. Et author ſuperius in loco allegato dicit, quòd miniſter non peccat exequendo, ſi ſententia non contineat manifeſtam iniuſtitiam: & non dicit manifeſtam ſibi, ſed manifeſtam abſolutè.

Porrecta per totum.

378 Opuſc.19 c.5.fi.

SVPER Q V. LXVII. ART. III.

IN articulo tertio eiuſdem quæſtionis aduerte, ꝙ licèt ratio in corpore articuli allata ad oſtédédũ iudicem oportere inter duos iudicare, concludat tã in ciuilibus, q̃ in criminalibus, & ita regulariter ſeruandũ ſit; author tñ concludit ſpecialiter ĩ criminalibus dicens, Et ĩõ in criminalibus non põt &c. quia euidentius perſonæ comparere exiguntur in criminalibus. Exigitur namq; præſentia perſonalis, quæ non requiritur in ciuilibus.

¶ In eodẽ art. in rñſione ad ſecũdũ, aduerte quatuor poni in litera ſupplentia uicẽ accuſatoris. Primo, publicã infamiam: & hoc cum proceditur p viam inquiſitionis. Scdõ, manifeſtam rebellionẽ ad Eccleſiã, cui denunciatum eſt crimen: & hoc qñ procedit per viam denunciationis. Túc n. iuxta dñi mãdatum Matt. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit ſicut ethnicus; hoc eſt, excõmunicãdus eſt. Denunciatio n. ex natura ſua ordinat̃ ad bonũ peccantis: ſed ex rebellione denunciati uertitur in ſententiã punitiuam pp cõe bonum. Et ppea in principio nõ eget aliquo ſupplente locũ accuſationis, ſed in tali euentu. Propter iſtũ n. euentum in litera dr̃, Pœna n. infertur denũciato, ſupple propter rebellionẽ &c. Tertiò, publicũ iudiciũ ordinatum. & hoc intelligo uel qñ crimẽ coram iudice, & alijs cõmittitur, ut cum iudex cum ſuis audit blaſphemare, uel uidet occidere &c. Túc n. ſine ulla alia ĩfamia, denunciatione, accuſatione, pp euidentiã facti iudex punit. Vñ & pontifices Iudæorum dixerunt, Audiſtis blaſphemiã, qd adhuc deſideramus teſtes? Et ſanctus Ludouicus Rex Frãciæ legitur pcepiſſe cauterizari linguã eius, quem audierat blaſphemare: niſi fortè quis dicat, ꝙ author de quadã inquiſitionis ſpecie loquitur: quia iudex ex eo, qd ipſe vidit, paulatim inueſtigat ex officio. Et hæc ſufficiãt ẽt p quarto articulo &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudex poſſit aliquem cõdemnare, etiam ſi nõ ſit aliquis accuſator.

AD TERTIVM ſic pcedit. Vr̃ ꝙ iudex poſſit aliquẽ iudicare, ẽt ſi non ſit aliquis accuſator. Humana.n. iuſtitia deriuatur a iuſtitia diuina: ſed Deus pctõres iudicat, ẽt ſi nullus ſit[b] accuſator. ergo vr̃ ꝙ hõ poſſit in iudicio aliquem condemnare, etiam ſi nõ adſit accuſator.

¶ 2 Præt. Accuſator reqrĩt in iudicio ad hoc, ꝙ deferat crimen ad iudicẽ: ſed qñq; põt crimen ad iudicẽ deuenire alio modo, q̃ per[b] accuſationem, ſicut per denũtiationẽ, uel per infamiã, vel etiam ſi ipſe iudex videat. ergo iudex poteſt aliquem cõdemnare abſque accuſatore.

¶ 3 Præt. Facta ſanctorũ in ſcripturis narrant̃, quaſi qdã exemplaria humanæ vitę: ſed Daniel ſimul fuit accuſator, & iudex contra iniquos ſenes, ut patet Daniel.13. ergo nõ ẽ cõtra iuſtitiã, ſi aliqs aliquẽ cõdẽnet tãq̃ iudex, & ipſemet ſit accuſator.

SED CONTRA eſt, ꝙ 1. ad Cor. 5.* Amb. exponens ſententiam Apoſtoli de fornicatore, dicit, ꝙ iudicis nõ eſt ſine accuſatore dãnare: quia Dominus Iudam, cum fuiſſet fur, quia nõ eſt accuſatus, minime abiecit.

*1.ad Corin.5.ſ. 5. Habet̃ 2. q.4. ca. [illegible] quis poteſtatem,

RESP. Dicẽdũ, ꝙ iudex ẽ interpres iuſtitiæ. Vñ ſicut* Phil. dicit in 5. Eth. hoĩes ad iudicem cõfugiũt, ſicut ad quãdã iuſtitiã aĩatã: iuſtitia aũt, ſicut ſupra *dictũ eſt, nõ ẽ ad ſe ipſum, ſed ad alterũ. Et iõ oportet ꝙ iudex inter aliquos duos dijudicet: qđ qdẽ fit, cũ vnus eſt actor, & alius eſt reus. Et iõ[m] ĩ criminibus nõ põt aliquẽ iudicio cõdẽnare iudex niſi hẽat accuſatorẽ[n], ſm illud Actuũ. 25. Nõ eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominẽ, priusq̃ is, q accuſat̃, pſentes habeat accuſatores, locũq; defendẽdi accipiat ad abluẽda crimina, q̃ ei objiciũtur.

*Li.5.c.4. parũ ante mediũ tom.5.

*q.58.artic.2.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Deus in ſuo iudicio utit̃ cõſciẽtia peccantis quaſi accuſatore, ſm illud Rom. 2. Inter ſeinuicẽ cogitationũ accuſãtiũ, aut ẽt defendẽtiũ. Vel ẽt euidentia facti, quantũ ad ipſum, ſm illud

A Geneſ. 4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

AD II dicẽdũ, ꝙ publica infamia hẽt locũ accuſatoris. Vñ ſuper illud Gen. 4. Vox ſanguinis fratris tui &c. dicit gl. Euidẽtia ppetrati ſceleris accuſatore nõ eget. In denũtiatione verò, ſicut ſupra* dictũ eſt, nõ intẽdit̃ punitio peccãtis, ſed emẽdatio: & iõ nihil agit̃ contra eũ, cuius pctm̃ denuntiat̃, ſed p eo: & iõ nõ eſt ibi neceſſarius accuſator. Pęna aũt infert̃ pp rebellionẽ ad Eccleſiã, q̃ qa eſt manifeſta, tenet locum

*q.33.artic.7.

B accuſatoris. Ex eo aũt ꝙ ipſe iudex videt, nõ põt pcedere ad ſententiam ferendam, niſi ſm ordinẽ publici iudicij, quod tenet locum accuſatoris.

AD III dicẽdũ, ꝙ Deus in ſuo iudicio procedit ex ppria notitia veritatis, non aũt homo, ut ſupra *dictum eſt: & iõ homo non poteſt ſimul eſſe accuſator, & teſtis, & iudex, ſicut Deus. Daniel ãt accuſator fuit ſimul & iudex, quaſi diuini iudicij executor, cuius inſtinctu mouebat̃, ut* dictum eſt.

*Ar. pr. 3.

*Artic. 1. ad 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum iudex licitè poſſit pœnam relaxare.

Porrecta per totum.

AD QVARTVM ſic pcedit. Vr̃ ꝙ iudex licitè poſſit pœnã relaxare. Dr̃ enim Iacobi. 2. Iudiciũ 379

C ſine miſericordia ei, q non facit[b] miſericordiã: ſed nullus punitur propter hoc, ꝙ non facit illud, qđ licitè facere nõ poteſt. ergo quilibet iudex poteſt licitè miſericordiam facere, relaxando pœnam.

3. q.46 arti.2. ad 3. Et 1. di.43 q.2. ar.2. ad 3. Et 4. di.46. q.1 art.2. q.2. & q.2. artic.1. q.3. ad 1.

¶ 2 Præt. Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum: ſed Deus pœnitentibus relaxat pęnam, quia non vult mortem peccatoris, ut dicitur Ezech. 18. ergo etiam homo iudex poteſt pœnitenti licitè laxare[b] pœnam.

¶ 3 Præt. Vnicuique licet facere, quod alicui prodeſt, & nulli nocet: ſed abſoluere reum à pœna

D prodeſt ei, &[b] nulli nocet. ergo iudex licitè poteſt reum à pœna abſoluere.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ Deuter. 13. de eo, qui perſuadet ſeruire dijs alienis. Non parcat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum: ſed ſtatim interficies eum. & de homicida dicitur Deuter. 19. Morietur, nec miſereberis eius.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ex dictis* patet, duo ſunt, quantum ad propoſitum pertinet, circa iudicem conſideranda, quorum unum eſt, quòd ipſe habet iudicare inter accuſatorem, & reum: Aliud autem eſt, quòd ipſe non fert iudicij ſententiam quaſi ex

*Artic. 2. & 3.

E propria, ſed quaſi ex publica poteſtate.[m] Duplici ergo ratione impeditur iudex ne reum à pœna abſoluere poſſit.[n] Primò quidem ex parte accuſatoris, ad cuius ius quãdoque pertinet, ut reus puniatur, puta, propter aliquam iniuriam in ipſum cõmiſſam, cuius relaxatio nõ eſt in arbitrio alicuius iudicis: quia quilibet iudex tenetur ius ſuũ reddere vnicuiq;. Alio mõ, impedit̃ ex parte reipublicę, cuius ptãte fungit̃, ad cuius bonũ ptinet, ꝙ malefactores puniant̃. Sed tñ quantum ad hoc differt inter inferiores iudices, & ſupremum iudicem, ſ. principem, cui eſt plenariè poteſtas publica commiſſa.[p] iudex. n. inferior non habet poteſtatem

Conclu. m

Conclu. p

SVP. QV. LXVIII. ARTIC. I.

IN art.1.q. 68.caue ignorantiã illorũ, q putãt neminem teneri ad accuſationẽ, ſed accuſationẽ quaſi eſſe cõtra pceptum diuinũ, Dimitte nobis debita noſtra &c. Non aduertũt iſti, q nõ minus tenetur aliquis ſuccurrere cõi detrimẽto corporali, vel ſpũali, q̃ priuato, quantò bonũ cõe & diuinius eſt, & amabilius, q̃ priuatũ. Cõſtat aũt, q tenetur q̃libet ſciens, & potens ſubuenire periculo corruptelæ ſpũalis, vel corporalis proximi, ſeruatis debitis cõditionibus: multo ergo magis tenetur ſubuenire periculo publico. Scito igit, q quia accuſatio ordinatur ad cõe bonũ, ſi ſciens crimẽ alterius, qd in periculũ multitudinis vergat, & habẽs teſtes, qbus poteſt illud probare, pter p aliam uiam, q̃ per accuſationẽ prouidere bono multitudinis, non tenet ad accuſationẽ, licet licitè poſſet ex zelo iuſtitiæ accuſare, pẽſatis cõditionibus pſonæ puniendæ in exẽplũ aliorum. Si aũt aliter non põt, q̃ per accuſationis uiã, periculo multitudinis obuiare, tenet de neceſſitate ſalutis ad accuſationẽ: alioquin non diligeret bonum cõe opere, & ueritate. Ridiculũ aũt eſt inducere ad hoc illud orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, cum nõ ſuã, ſed pximi, uel vniuſ, ſed multitudinis cauſam agat accuſator huiuſmodi. Et ſi ſuã ageret cauſam, non tenetur ex hac diuina inſtitutione remittere, qn uelit iuſtitiã habere locum ſuum: ſed non ex paſſione, non ex propria authoritate vindicare. ¶ In rñſione ad primum dicitur, q q accuſare phibent, poſſunt, & debent in caſu, vt multitudinis periculo ſuccurrat, iudici reuelare pſonã criminoſam, & teſtes cũ ceteris circũſtãtijs, ut uel ex officio ſuo iudex prouidere poſſit reipublicæ.

Conclu. 2

[b] Tra.116 parum a medio, tomo 9.

* Lib. 5. c. 10. [c] circa finẽ 10. 5.

abſoluendi reũ à pœna contra leges à ſuperiore ſibi impoſitas[a]. Vñ ſuper illud Io. 19. Non haberes aduerſum me poteſtatẽ vllam, dicit * Aug. Talẽ Deus dederat Pilato poteſtatem, ut eſſet ſub Cæſaris poteſtate, ne ei omnino liberũ eſſet accuſatũ abſoluere: ſed [c] princeps, qui hẽt plenariã poteſtatẽ in republica, ſi ille, q paſſus eſt iniuriã, velit eã remitter, poterit reũ licitè abſoluer, ſi hoc publicę vtilitati viderit ñ eſſe nocumẽtũ[d]. F

Ad primvm ergo dicendũ, q miſericordia iudicis hẽt locum in his, q arbitrio iudicis relinquunt, in quibus boni viri eſt, vt ſit diminutiuus pęnarũ, ſicut Phil. dicit in 5.* Eth. In his autẽ quæ ſunt determinata ſm legẽ diuinam, uel humanam, nõ eſt ſuum, miſericordiam facere. G

Ad ii dicẽdũ, q Deus hẽt ſupremam poteſtatem iudicãdi, & ad ipſum ptinet qcquid contra aliquẽ peccatur. Et iõ liberũ ei eſt pœnã remittere, pcipuè cũ pctõ ex hoc pœna maximè debeat, qd eſt cõtra ipſum: non tamen remittit pęnam, niſi ſm quod decet ſuam bonitatẽ quę eſt omnium legum radix. H

Ad iii dicendum, q iudex ſi inordinate pęnã remitteret, nocumẽtũ inferret & cõitati, cui expedit, vt maleficia puniant, ad hoc, q pctã vitent. Vñ Deut. 13. poſt pęnã ſeductoris ſubdit, Vt õis Iſrael audiens timeat, & nequaq̃ vltra faciat qppiã huius rei ſimile. Nocet ẽt pſonæ, cui ẽ illata iniuria, q recõpẽſationẽ accipit p quãdã reſtitutionẽ honoris i pęna iniuriãtis. I

QVAESTIO LXVIII.

De pertinentibus ad iniuſtã accuſationem, in quatuor articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de his, quæ ptinent ad iniuſtam accuſationem. K

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum homo accuſare teneatur.

¶Secundò, Vtrum accuſatio ſit facienda in ſcriptis.

¶Tertiò, Quomodo accuſatio ſit vitioſa.

¶Quartò, Qualiter malè accuſantes ſint puniendi.

Perrella per totum.

380

Articvlvs primvs.

Vtrum homo teneatur ad accuſandum.

AD primvm ſic proceditur. Videt q homo non teneatur ad accuſandum. Nullus.n.excuſatur [b]ab impletione diuini præcepti propter peccatũ, quia iam ex ſuo peccato commodum reportaret: ſed aliqui propter peccatum redduntur inhabiles ad accuſandum, ſicut excommunicati, infames, & illi, qui ſunt de maioribus criminibus accuſati priuſquam innoxij monſtrentur. ergo homo non tenetur ex præcepto diuino ad accuſandum.

¶2 Præt. Omne debitum ex charitate dependet, q̃ eſt finis præcepti. Vnde dr̃ Rom. 13. Nemini quicquã debeatis, niſi ut inuicẽ diligatis: ſed illud, qd eſt charitatis, homo debet omnibus maioribus & minoribus, ſubditis & prælatis. cum ergo ſubditi non debeãt prælatos [h] accuſare, nec minores ſuos maiores, vt per plura capitula probatur, * 2.q.7. videtur quòd nullus ex debito teneatur accuſare.

* 2. q. 7. p multa ca.

¶3 Pręt. Nullus tenetur cõtra fidelitatẽ agere, quã debet amico, quia non dẽt alteri facere, quod ſibi non vult fieri: ſed accuſare aliquem [h] qñq; eſt contra fidelitatem, quam quis debet amico. dicitur.n. Prouer. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat[h] arcanum: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. ergo homo non tenetur ad accuſandum.

Sed contra eſt, quod dicitur Leuit. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſque fuerit quòd ipſe vidit, aut conſcius eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam.

Respon. Dicendũ, q ſicut ſupra * dictũ eſt, hæc eſt differentia inter denũtiationẽ, & accuſationẽ: qa in denũtiatione attẽdit emẽdatio fratris, i accuſatione aũt attẽdit punitio criminis. Pœnæ aũt pſentis uitæ nõ p ſe expetunt, quia non eſt hic ultimũ retributionis tẽpus, ſed inquantũ ſunt medicinales cõferẽtes uel ad emẽdationẽ pſonæ peccãtis, uel ad bonũ reipubl. cuius quies pcuratur p punitionẽ peccantiũ, quorũ primũ intendit in denunciatione, ut dictũ * eſt: ſm autem propriè pertinet ad accuſationẽ. Et iõ [m] ſi crimen fuerit tale, q uergat in detrimentũ reipub. tenet hõ ad accuſationẽ, dummodo ſufficienter poſſit pbare[n], quod ptinet ad officiũ accuſatoris, puta, cũ pctm̃ alicuius vergit in multitudinis corruptelã corporalẽ, ſeu ſpũalem[p]: ſi aũt non fuerit tale pctũ, quod in multitudinem redundet, uel etiam ſi ſufficientem probationem adhibere non poſſit, non tenet ad intentandum accuſationem[q], quia ad hoc nullus tenetur, quod nõ poteſt debito mõ perficere.

* q. 33. ar. 6. & 7. & q. præce. artic. 3. ad ſecundũ.

* q. 33. artic. 7.

Conclu. m

Conclu. p

Ad primvm ergo dicendũ, q nihil phibet, per pctũ reddi aliquem impotentem ad ea, quæ homines facere tenent, ſicut ad merendum uitã ęternã, & ad aſſumendum eccleſiaſtica ſacramẽta: nec tñ ex hoc homo reportat cõmodum, quinimmo deficere ab eis, q̃ tenent facere, eſt grauiſſima pœna, qa virtuoſi actus ſunt qdam hois pfectiones.

Ad ii dicẽdũ, q ſubditi prælatos ſuos accuſare prohibent, qui nõ affectione charitatis, ſed ſua prauitate uitam eorum diffamare, & reprehẽdere quærunt. Vel etiã ſi ſubditi accuſare uolẽtes ſuc-

ſint

rint criminoſi, vt habet* 2.q.7. A alioquin ſi fuerint alias idonei ad accuſandū, licet ſubditis ex charitate ſuos prlatos accuſare.

Ad III. Dicendū, q; reuelare ſecreta in malū perſonæ, eſt cōtra fidelitatē: non aūt ſi reuelentur pp bonum cōe, quod ſemper præferendum eſt bono priuato. Et ideò contra bonū cōe nullum ſecretum licet recipere nec tñ oino eſt ſecretum, quod p ſufficientes teſtes pōt ꝓbari. B

ARTICVLVS II.

Vtrum ſit neceſſarium accuſationem in ſcriptis fieri.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̄ q; non ſit neceſſariū accuſationem in ſcriptis fieri. Scriptura enim adinuenta eſt ad ſubueniendum humanæ memoriæ circa præterita: ſe accuſatio in pręſenti agitur. ergo accuſatio ſcriptura non indiget.

¶2 Præ.* 2.q.8 dr̄. Nullus abſens C accuſare pōt, nec ab aliquo accuſari: ſed ſcriptura ad hoc vr̄ eſſe vtilis, vt h abſentibus aliqd ſignificet, vt patet per* Aug. 10. de Trinita. ergo in accuſatione nō eſt neceſſaria ſcriptura pſertim cum Canon dicat, q; p ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiat.

¶3 Præt. Sicut crimen alicuius manifeſtatur per accuſationē, ita p denuntiationē: ſed in denuntiatione non eſt ſcriptura D neceſſaria. ergo videtur quòd neque etiam in accuſatione.

SED CONTRA eſt, quod dr̄* 2.q.8. Accuſatorum perſonæ ſine ſcripto nunq̄ recipiantur.

RESPON. Dicendū, q; ſicut ſ.* dictum eſt, qñ in criminibus p modum accuſationis agitur accuſator conſtituitur pars, ita q; iudex inter accuſatorem, & eū qui accuſatur, medius conſtituitur ad examen iuſtitiæ, in quo E oportet, quantum poſſibile eſt, ſm certitudinem procedere. Quia verò ea, quæ verbotenus dicunt, facilè labuntur à memoria, non poſſet iudici eſſe certū quid, & qualiter dictū ſit, cum dēt proferre ſententiam, niſi eſſet in ſcriptis redactum. Et ideò rōnabiliter inſtitutum eſt vt accuſatio, ſicut & alia, q̄ in iudicio agunt, redigat in ſcriptis. ▪

AD PRIMVM ergo dicendū, q; difficile eſt ſingula verba pp eorū multitudinē, & uarietatē retinere: cuius ſignū eſt, q; multi eadem verba audientes, ſi interrogarent, non referrent ea. Similiter ēt cum modica verborum dr̄ia ſenſum variet, ideo ēt ſi poſt modicum tp̄s debeat iudicis ſententia promulgari, expedit ad certitudinē iudicij, vt accuſatio redigatur in ſcriptis.

AD SECVNDVM dicendū, q; ſcriptura nō ſolū neceſſaria eſt pp abſentiā pſonę, q̄ ſignificat vel cui eſt aliquid ſignificandū, ſed ēt pp dilationē temporis, vt* dictum eſt iō cum dicit Canon, Per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, intelligendum eſt de abſente, qui peremptam accuſationem mittat non tñ excluditur, quin cum præſens fuerit, neceſſaria ſit ſcriptura. *Ad 1.argum.

AD TERTIVM dicēdū, q; denuntiator nō obligat ſe ad probandum: vñ nec punit̄, ſi ꝓbare nequiuerit. Et pp hoc in denunciatione nō eſt neceſſaria ſcriptura, ſed ſufficit ſi aliquis verbo denunciet eccleſiæ, quæ ex officio ſuo procedet ad fratris emendationem.

ARTICVLVS III.

Vtrum accuſatio reddatur iniuſta propter calumniam, præuaricationem & tergiuerſationem.

AD TERTIVM ſic procedit̄. Vr̄ q; accuſatio non reddatur iniuſta pp calumniam, præuaricationem, & tergiuerſationem. Quia ſicut dr̄* 2.q.3. calumniari eſt falſa crimina intēdere: ſed quandoq; aliquis alteri falſum crimen obijcit ex ignorātia facti quæ excuſat. ergo videtur q; non ſemper reddatur iniuſta accuſatio, ſi ſit calūnioſa. *2.q.3.c. Si quem penituerit.

¶2 Præt.* Ibidem dr̄, q; præuaricari eſt vera h crimina abſcondere: ſed hoc nō vr̄ eſſe illicitum, qa hō non tenetur ad omnia crimina detegenda, vt ſupra* dictum eſt. ergo videtur quòd accuſatio non reddatur iniuſta ex præuaricatione. *2.q.3.c. Si quem penituerit. *Ar. 1 & q. 33. ar. 7

¶3 Præt. Sicut† ibidem dr̄, Tergiuerſari eſt in uiuerſo ab accuſatione * deſiſtere: ſed hoc abſq; iniuſtitia fieri poteſt dicitur enim* ibidem. Si quem pœnituerit criminaliter accuſationem, & inſcriptionem feciſſe de eo quod probare non potuerit, ſi cum accuſato innocente conuenerit, inuicem ſe abſoluant. ergo accuſatio nō redditur iniuſta per tergiuerſationem. †1.q.3 c. Si quem pænituerit. * Loco nunc dicto. *2.q.3.c. Si quem pœnituerit.

SED CONTRA eſt, q; ibidē* dr̄. Accuſatorū teme

*1.q.ca. Accuſaticus, & in ſe. quibus ſtitus ca.

SVPER LXVIII. ART. II. Et III.

IN ar. 2. & 3. & 4. nihil ſpeciale ſcribēdum occurrit, niſi q; ſcias, quod rex literaliter ſic docet & in tertio tria accuſationis vitia q̄ſq. verè crimina iuris redduntur, diligenter notes. ſ. calumnia ex malitia, præuaricatio fraudulenta, & tergiuerſatio inordinata. Et vt intelligas literæ terminos, vocatur ex temeritate accuſare qui uel ex inconſulto caloris impetu accuſat, nō propiciens ꝓba
 negquit, vel qui aud tui credulus accuſat ex iſto autē errore ſ. cepitus ab aliquo teſte idoneo, deficit in ꝓbatione, quia ſ. promiſſit teſtificari, & receſſit, vt non teſtet̄, vel cōſiliū habuit ab aliquo doctore, q; ſufficerent illa quæ hēt ad accuſandum, cū tñ non ſufficerent. — *Porrecta per totum.* 381 — 4.d.19.q. 2.ar.3.q. 1.ad 4. Et d.35.ar. 1.ad 6. Et quo. 11. ar.13.co. — *2.q.8.c. p ſcripta.

¶ In rñſione ad vltimū aduertas, q; princeps pōt accuſationē non ſolum à principio refutare, ſed etiā in progreſſu abolere ſi bono cōi expedire hoc iudicauerit. Et rō eſt, quia accuſatio ad cōe bonum ordinatur: ex hoc.n. ſequitur, q; ille qui curam cōis boni hēt, ſi talis medij ablationē ad finem cois boni prodeſſe magis viderit q̄ ipſius poſitionē, aut pſecutionem, poſſit dēat tale accuſationis mediū tollere: puidendo tñ accuſatori vt ſibi fiat aliàs ſatis, ſi aliqd ſibi debet̄. — * Li. 10. c. 1. aliquātulū à principio tom. 3. — *2.q.8.c. Accuſatorum. *Ar. præcedēt. & q. præc. ar. 3.

¶ Sed occurrit hoc dubiū. An iudex non princeps poſſit abolere accuſationē. Et eſt rō dubij, quia ēt inferior principe iudex hēt curam boni cōis, cui contingit non expedire proſequi accuſationem.

¶ Ad hoc dr̄, q; hic nō eſt q̄ō de accuſatione vitioſa, ſed defectuoſa ſiuè pp temeritatem ſiuè pp calumniam: qm̄ conſtat q; iudex hoc cognoſcens, etiā ſi nō ſit princeps, pōt & à principio nō admittere accuſationes nō legitimas. Et ſi admiſſæ ſunt, poteſt ex quo legitimæ nō ſūt abolere, cum nullam hoc faciat iniuriam immo proſequendo vi facere iniuriā ordini iuris. — *Concl.* m

Nec ēt eſt quæſtio de accuſatione ordinata ad ſatisfaciendum alteri parti, quę paſſa eſt iniuriam: qm̄ conſtat iudicem teneri & ad acceptandum, & ad proſequendum accuſationem talem quia tenetur ius vnicuiq; dicere, ſed quæſtio ē de accuſatione per ſe ad cōe bonū ordinata. Vr̄ āt mihi, q; dr̄ia inter principem & inferiorem iudicē in ꝓpoſito ſit, q; princeps pōt de iure abolere hmōi accuſationes qn̄ expedire vr̄ bono cōi, & non ſolū illas, ſed ēt ordinatas ad ſatisfaciendū parti offenſæ: quia ipſe princeps plenè gerit curam cōis boni ad quod omne bonum, vel malū partis ordinari pōt. Vñ in litera ſimpliciter dr̄, S. princeps abolerit. Iudex aūt inferior pōt ex epicheia, & gnome, hoc eſt, ex æquitate, & altiori iudicio nō admittere à principio accuſationem legitimam pro cōi bono ſi videt illā cōi bono pernicioſam, vt pote ſi cauſatiua ſeditionis pp conditiones accuſati eſt uel pp aliquid hmōi. Inchoatam āt abolere, ſi aliter non poteſt ſuſtinere cōe bonum, ſuſpendendo proſecutionem, vel diſſimulando, pōt: quia lex arctatę poteſtatis pro communi bono ſeruando prætermittēda eſt & vſurpāda eſt quodāmodo maior poteſtas, quæ cōi bono neceſſaria tūc eſt, & ſoli iuris ordini nocet, ſi tñ nocet. — *Porrecta per totum.* 382

ritas tribus modis detegitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur.

[*Ar. 1. huius queſt.] RESPON. Dicendū, q̄ ſicut* dictum eſt accuſatio ordinaẽ ad bonum cōe, quod intendiẽ ꝑ cognitionem criminis. Nullus aũt dẽt nocere alicui iniuſtè, [Concl. m] vt bonum cōe promoueat: et iō m in accuſatione duplici rōne contingit eſſe pc̃tm̃. n Vno modo ex eo, q̄ aliquis iniuſtè agit contra eum, q accuſatur crimina falſa ei imponendo, quod eſt calumniari. Alio mō, ex parte reipublicæ, cuius bonū principaliter intenditur in accuſatione, dum aliquis impedit malitioſè punitionẽ pc̃ti. [Conclu. p] p Quod iterū dupliciter cōtingit, q Vno mō fraudẽ in accuſatione adhibendo: et hoc pertinet ad p̃uaricationẽ. Nam p̃uaricator dr̃ quaſi varicator, q aduerſam partẽ adiuuat, prodita cã ſua. Alio mō, totaliter ab accuſatione deſiſtẽdo, quod eſt tergiuerſari. In hoc.n. q̄ deſiſtit ab hoc qđ cęperat, quaſi tergū vertere vr̃.

AD PRIMVM ergo dicẽdū, q̄ hō non dẽt ad accuſationẽ ꝓcedere, niſi de re oīno ſibi certa, in qua ignorãtia facti locū nō hẽat. Nec tñ q falſum crimen alicui imponit calumniatur, ſed ſolum, q ex malitia in falſam accuſationẽ prorūpit. Cõtingit.n. qñq; ex aĩ leuitate ad accuſationẽ ꝓcedere, q a.ſ. aliqs nimis faciliter credit, quod audiuit: & hoc temeritatis eſt. Aliqñ aũt ex iuſto errore mouetur aliquis ad accuſandum, quæ omnia ſm prudentiã iudicis debent diſcerni, ut non prorumpat eum calumniatum fuiſſe, qui ex leuitate animi, uel ex iuſto errore in falſam accuſationem prorupit.

AD II. dicendum, q̄ non quicumque abſcondit uera crimina, præuaricatur: ſed ſolum ſi fraudulẽter abſcondit ea de quibus accuſationem proponit colludens cum reo, proprias probationes diſſimulando, & falſas excuſationes admittendo.

AD III. dicendū q̄ tergiuerſari eſt ab accuſatione deſiſtere, oīno aĩum accuſandi deponendo nō qualitercūq;, ſed inordinate. Cõtingit aũt aliquem ab accuſatione deſiſtere ordinatè abſq; vitio dupliciter. Vno mō in ipſo accuſationis ꝓceſſu, ſi cognouerit eſſe falſum id, de quo accuſauit, & ſi pari cōſenſu ſe abſoluūt accuſator, & re⁹. Alio mō, ſi princeps ad quẽ ꝑtinet cura boni cōis quod ꝑ accuſationem intenditur, accuſationem aboleuerit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum accuſator, qui in probatione defecerit, teneatur ad pœnam talionis.

[Porrecta per totum. 383 4. d. 41. artic. 5. q. 2. ad 1. Et quol. 11. ar. 13. cor. * 2. q. 3. c. Si quẽ pœnituerit.]

AD QVARTVM ſic ꝓcediẽ. Vr̃, q̄ accuſator, qui in probatione defecerit, nō teneaẽ ad pęnam talionis. Contingit.n. qñq; aliquẽ ex iuſto errore ad accuſationẽ ꝓcedere, in quo caſu iudex accuſatorẽ abſoluit, vt dr̃* 2. q. 3. non ergo h accuſator q in ꝓbatione defecerit, teneẽ ad pœnã talionis.

¶2 Præt. Si pœna talionis ei, qui iniuſtè accuſat, ſit iniungẽda hoc erit ꝑꝑ iniuria in aliquẽ cōmiſſam ſed h non ꝑꝑ iniuriã cōmiſſam in ꝑſonam accuſati quia ſic princeps nō poſſet hanc pœnã remittere h nec ẽt ꝑꝑ iniuriã illatã in rẽpublicã, quia ſic accuſatus non poſſet eum abſoluere. ergo pœna talionis non debeẽ ei qui in accuſatione defecerit.

¶3 Præt. Eidem pc̃tō h nō debeẽ duplex pœna, ſm illud Naũ. 1. Nō iudicabis Deus bis in idipſum: ſed ille qui probatione deficit, incurrit pœnã infamię quam ẽt Papa non vr̃ poſſe remittere, ſm illud * Gelaſij Papæ. Quamquam animas per pœnitentiam ſaluare poſſimus, infamiam tamen abolere nō poſſumus. non ergo teneẽ ad pœnam talionis [*Habeẽ 2. q. 3. c. Euphemiū.]

SED CONTRA eſt, qđ* Adrian⁹ Papa dicit. Qui ñ ꝓbauerit qđ dicit, pęnã quã intulit, ipſe patiaẽ. [*Habeẽ 2. qu. 3. cap. Qui non probauerit.]

RESPON. Dicendum, q̄ ſicut ſ.* dictum, eſt, accuſator in cã accuſationis conſtituiẽ pars, intendens ad pœnam accuſati. Ad iudicem aũt pertinet, vt inter eos iuſtitiæ æqualitatem conſtituat. Iuſtitiæ aũt æqualitas hoc requirit, vt nocumentum quod qs alteri intentat, ipſe patiaẽ, ſm illud Exod. 21. Oculum pro oculo, dentẽ pro dente: & iō m iuſtū eſt, vt ille qui per accuſationem aliquẽ in periculū grauis pœnæ inducit, ipſe ẽt ſilẽm pęnam patiatur. n [*art. 1. & 2.] [Concl. m]

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ſicut * Phil. dicit in 5. Ethi. In iuſtitia non ſp cōpetit contrapaſſum ſimpliciter: quia multū differt, an aliquis voluntariè, vel inuoluntariè alium lędat. Voluntario aũt debetur pęna, ſed inuoluntario debetur venia: & iō qñ iudex cognouerit aliquẽ de falſo accuſaſſe nō voluntate nocendi, ſed inuoluntariè ꝑꝑ ignorantiam ex iuſto errore, non imponiẽ pœnã talionis. [*Li. 5. ca. 9.]

AD SECVNDVM dicendū, q̄ ille qui malè accuſat, peccat & contra ꝑſonam accuſati, & contra rempublicam. Vñ ꝑꝑ vtrumq; punitur. Et hoc eſt quod dr̃ Deut. 19. Cumq;, diligentiſſimè ꝑſcrutantes, inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrẽ ſuum mendaciū, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit: quod ꝑtinet ad iniuriã ꝑſonæ. Et poſtea quantum ad iniuriã reipublicæ ſubdiẽ, Et auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorẽ habeant, & nequaq̃ talia audeant facere. Specialiter tñ perſonę accuſati facit iniuriam, ſi de falſo accuſet: & iō accuſatus, ſi innocens fuerit, pōt ei iniuriam ſuã remittere, maximè ſi nō calumnioſè accuſauit, ſed ex animi leuitate. Si uerò ab accuſatione innocentis deſiſtat ꝑꝑ aliquam colluſionẽ cum aduerſario, facit iniuriã reipublicę: et hoc nō poteſt ei remitti ab eo, qui accuſatur, ſed pōt ei remitti per principem, qui curam reipublicæ gerit.

AD TERTIVM dicẽdū, q̄ pœnã talionis mereẽ accuſator in recompenſationẽ nocumenti, quod ꝓximo inferre intentat: ſed pœna infamiæ ei debetur ꝑꝑ malitiam, ex qua calumnioſè alium accuſauit. Et qñq; quidem princeps remittit pęnam & non abolet infamiã: qñq; aũt ẽt infamiã abolet. Vñ & Papa pōt hmōi infamiam abolere. Et quod dicit * Papa Gelaſius, Infamiã abolere non poſſumus, intelligendū eſt de infamia facti, uel q a eam abolere aliqñ nō expedit: vel ẽt loquiẽ de ĩfamia irrogata per iudicẽ ciuilem ſicut dicit † Gratianus. [* Loco citato in argum.] [† Ibidem.]

QVAESTIO LXIX.

De peccatis quæ ſunt contra iuſtitiam in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de peccatis, quæ ſunt contra iuſtitiam ex parte rei.

SVPER Q. LXIX. ARTIC. I. ET II.

IN articul. 1. & 2. quæſtion. 69. circa confeſſionem accuſati, ſeu rei, nota tres caſus in litera, in quibus

quibus ſolùm tenetur reus fateri veritatem. Primus eſt, cũ præceſſit infamia ſuper aliquo crimine: ſecundus, cum aliqua expreſſa indicia apparuerint: tertius, cum præceſſit ſemiplena probatio. Et quia triplex eſt modus procedendi in criminibus, ſ. per inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem, aduertẽ diligẽtiſſimè, quòd quãdo per viam inquiſitionis proceditur, oportet præcedere infamiã. Et uocatur infamia nõ frequens vox diſcolorũ, ſed frequens uox talis, ut apud probos & prudentes viros reddatur perſona de crimine tali rationabiliter ſuſpecta. Dico aũt de crimine tali, quia inquiſitio nõ poteſt fieri niſi de crimine illo, de quo aliquis eſt diffamatus. Nec eſt verũ id, quod quidã ſcripſerunt, ſ. quòd diffamatus de uno crimine, poſſit inquiri de alijs. Sed hoc eſt manifeſtè cõtra Decretalem, extra de accuſationibus, capit. Inquiſitionis, vbi habẽtur hæc uerba. Inquiſitio fieri debet ſolummodò ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt. Ecce quòd tũ Decretalis illa exigit vult præcedentem infamiam ſuper aliquo crimine: quòd ſi duo, uel plures iurati affirmant aliquem, crimen aliquod eiſdem videntibus commiſiſſe, de quo aliqua non laborat infamia, non eſt cõtra eum procedẽdum inquirendũ &c. Nec id quæ illos mouit, ſ. quia non propter occultationẽ peccati, ſed propter occultationem peccatoris prohibetur hõ de occultis iudicare, concludit intentum eorum: quia falſum eſt, quòd iudicium de occultis ſit prohibitũ non propter occultationem peccati, immò quia peccatum eſt occultum, ideo exemptum eſt ab inquiſitione humana, & iudicio humano: quia omnia iudicia humana ad publicam poteſtatem, ſciamque ſpectant. Caueãt ergo ſuę, & ſubditorum ſuorum conſcientiæ prælati illorum religioſorum, qui diffamato de uno, præcipiunt inquirendo de alijs, de quibus non eſt diffamatus: peccant enim ipſi præcipiendo, & ſubditi non tenentur obedire. Nec excuſantur prælati huiuſmodi ex eo, quòd inquirunt de aliquo, de quo fuit aliqua ſuſpicio aliquando. Oportet. n. infamiam, ſeu clamoroſam inſinuationem præcedere, & non ſimplicem ſuſpicionem, ut dictum eſt.

¶ In ſecundo aũt caſu, cum. ſ. manifeſta apparuerint indicia, nota tria. Primò, quòd indicium dupliciter ſumi poteſt, primo cõmuniter, ut frequenti uſu ſigna indicia vocamus: alio mõ propriè, ut Iuriſtæ indicij nomine utuntur. Et ſic ſumitur in propoſito, & diſtinguitur in indicium perfectum, & imperfectum, adeò ut multi teſtes ſingulares, niſi aliquis eorum ſit omni exceptione maior, non faciant apud eos unum perfectum indicium, & uolunt ad indicium requiri duos teſtes.

¶ Secundò: quòd non ſingulariter, ſed pluraliter author dicit, indicia: quia regulariter unum indicium non ſufficit ad præcipiendum, & ueritatem extorquendam à reo. Dico autem regulariter, quia materia iſta de indicijs multum ex prudentia iudicis pendet, conſideratis conditionibus, & circunſtantijs perſonæ, loci, temporis, conditionis &c.

¶ Tertiò, quòd author dicit, indicia non qualiacumque, ſed manifeſta, quod ad tria refero intelligo. Primo ad factum, cuius eſt indicium, ita quòd manifeſtè indicent tale factum. Secũdò ad perſonam, ita quòd indicent, quòd ipſa perpetrauerit tale facinus. Nam ſicut præcedens infamia de crimine intelligitur non de crimine abſolutè, ſed de crimine huius perſonę, ita quod perſona ſit diffamata de crimine: ita in indicijs oportet ut indicia perſonæ criminoſæ appareant. Tertiò ad proceſſum, ita quòd indicia huiuſmodi manifeſtentur reo, ut ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutum, quòd tenetur obedire iudici præcipienti, & extorquẽti ueritatem: alioquin cum ipſe reputet ſe eſſe occultum, & iſta indicia ſint non iuris, ſed facti, ignorantia facti quod latet ipſũ, niſi Iudex illi manifeſtet, excuſabit eum. Debent quoque ei manifeſtari, ut poſſit ſe ab illis purgare, vel illis opponere rationabiliter: quemadmodum enim præceſſit infamia, manifeſtatur ei, quòd diffamatus eſt ſuper tali crimine.

¶ Sed occurrit hic dubium ad hoſem, quia author alibi dicit, quòd ſi factum eſt notorium v.g. Furtum factũ eſt, ſed neſcitur eius author, nec habentur indicia alicuius, prælato præcipienti ut ſi quis ſcit furẽ, reuelet, tenetur ille, qui furatus eſt, ſeipſum reuelare, ut patet ex allegata collatione habita Pariſijs inter Magiſtros. Et ſimpliciter, quia 5. q. 1. c. Quidã B. Gregorius excõicauit occultum actorem libelli famoſi, niſi ſe reuelauerit &c. vt patet ibi. Et cõtra vr excipi caſus, quando factum eſt notorium, & author occultus à caſibus, in quibus inquiſitio fieri nequit.

¶ Ad hoc dr̃, quòd contionũ ſcr. pturæ ſacræ, & iuri canonico, & rationi eſt, quòd occultus author non teneatur ſe prodere. Cũ. n. contra Cain, & Sodomã procederetur, præceſſit clamor nõ ſolum criminis, ſed perſonæ. Et de Sodoma ꝓ tẽdr̃. Clamor Sodomorum aſcendit ad me, deſcendam &c. De Cain verò inſinuatur, cũ dr̃, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Extra quoque de accuſationibus c. Inquiſitionis, expreſsè dicitur, nullum puniendum de crimine, ſuper quo non laborat infamia. Ecce quòd textus vult, quòd perſona ſit diffamata &c. Naturalis quoque ratio dictat, quòd occulta ſcientiæ publicæ, non ſubſint iudicio publico: conſtat autem quòd perſona, quæ furtũ fecit, aut incendium poſuit, quandoque eſt occultiſſima. Non ſubeſt igitur humano iudicio, ut teneatur ſe prodere.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppoſitũ, ex quo author in libro hoc, vbi ex propoſito magis tractat illam ſententiam non explicauit, dicitur, quòd pro infirma habetur.

¶ Ad ſecundam dr̃, quòd aliud eſt præcipere, quòd ſe reuelet, & aliud eſt præcipere ei diſiunctiuam, ſ. aut probet quod propoſuit, aut pœniteat, aut ſit excommunicatus &c. Gregorius non præcepit primum, ſed ſecundum. Et ſcito, quòd ſicut ante factum poteſt excommunicari quicumque furtum, vel incendium cõmiſerit, & huiuſmodi: ita poſt factum poteſt excommunicari quicumque fecit. Et quia poteſt excommunicari abſolutè, multò magis poteſt excommunicari ſub conditione, quæ pendet ex voluntate rei. ſ. ſi non ſe reuelauerit. Intelligitur ſiquidem lata tunc excommunicatio non ſuper debito reuelandi, ſed ſup commiſſo crimine, & de gratia ſpeciali appoſita eſt illa conditio, qua poſſit reus, ſi uult, euadere excommunicationem. Et hoc directè ſonat canon ille Gregorij. Abſolutè autem præcipere quòd reuelet ſe excedit vires humani iudicij, & propterea non tenetur ille obedire. Et nimis timidi uidentur mihi illi doctores in hoc fuiſſe, qui oppoſitum ſenſiſſe uidentur. Oportet igitur vel infamiam, ſeu clamoroſam inſinuationem, vel indicia manifeſta perſonæ, & criminis ſic præcedere, vt vehementer ſuſpectã reddant perſonam ad hoc, ut teneatur ad præceptum ſuperioris ſeipſum reum prodere. Quando aũt in tertio ſumus caſu. ſ. quando præcedit ſemiplena probatio, conſtat etiam, quòd tenetur. ſed aduertendum, quòd cum plenam probationem efficiant duo teſtes integrarum conditionum, ſemiplenam probationẽ efficit unus teſtis omni exceptione maior. Et eſt ſermo de teſte ſecundum iura, qui. ſ. non actor, non ſecretus depoſitor, ſed uerè teſtis eſt iuratus, non particeps criminis, & ad iudicium concurrens ut teſtis. Hoc eſt, quòd ultra accuſatorem, uel id quod tenet accuſatoris locũ, ut infamia &c. iſte omni exceptione maior teſtetur directè de uiſu cõmiſſionis criminis ab iſto, puta, quia uidit ipſũ occidere illũ, uel furari hoc; ſic. n. eſt verè teſtis ſemiplenè probans.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum peccet aliquis mortaliter ueritatẽ negãdo, per quam condemnaretur.

¶ Secundò, Vtrum liceat alicui ſe calumnioſè defendere.

¶ Tertiò, Vtrũ liceat alicui iudiciũ ſubterfugere appellãdo.

¶ Quartò, Vtrũ liceat alicui cõdemnato, per uiolẽtiã ſe defendere, ſi adſit facultas.

ARTICVLVS I.

Vtrum abſque peccato mortali poſſit accuſatus ueritatem negare, per quam condemnaretur.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vĩ quòd abſque peccato mortali poſſit accuſatus veritatem negare, per quam condemnaretur. Dicit enim * Chryſo. Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neque apud alium accuſes: ſed ſi veritatem confiteretur in iudicio accuſatus, ſeipſum proderet, & accuſaret. non ergo tenetur ueritatem dicere, & ita non peccat mortaliter, ſi in iudicio mentiatur.

¶ 2 Præt. Sicut mendacium officioſum eſt, quando aliquis mẽtitur, ut alium a morte liberet: ita mendacium officioſum eſt, quando aliquis mẽtitur, ut ſe liberet à morte, quia plus ſibi tenetur, quàm alteri: mendacium autem officioſum non ponitur eſſe peccatum mortale, ſed ueniale. ergo ſi accuſatus ueritatẽ in iudicio neget, ut ſe a morte liberet, nõ peccat mortaliter.

¶ 3 Præt. Omne peccatũ mortale eſt contra charitatem, ut ſupra * dictum eſt: ſed quòd accuſatus mentiatur, excuſando ſe à peccato ſibi impoſito, non contrariatur charitati neque quantum ad dilectionẽ Dei, ne-

Correcta per totum.

384

4. d. 17. q. 5. ar. 1. q. 2. ad 1. & 3. & d. 19 q. 2. ar. 3. q. 1. ad 5. & q. 2. co.

* Chryſo. homi. 31. ad hebræos a medio, to. 4.

* q. 24. ar. 12.

que [h] quātū ad dilectionē proximi. ergo huiuſmodi mēdaciū non eſt peccatum mortale. F

SED CONTRA. Oē quod eſt contrarium diuinæ gloriæ, eſt, pctm̄ mortale, qa ex pcepto tenemur oīa in gloriā Dei facere, ut patet 1. ad Corin. 10. ſed ꝙ reus id, quod cōtra ſe eſt, cōfiteaẗ, ptinet ad gloriā Dei, vt patet p illud quod Ioſue dixit ad Acham. Fili mi, da gloriam dño Deo Iſrael, & confitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abſcondas, ut habetur Ioſue 7. ergo mentiri ad excuſandū pctm̄, eſt peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, ꝙ quicūque facit cōtra debitū iuſtitiæ, mortaliter peccat, ſicut s. * dictū eſt. Pertinet aūt ad debitum iuſtitiæ, ꝙ aliqs obediat ſuo ſuperiori in his, ad q̄ ius plationis ſe extēdit. Iudex āt, ut s. * dictū eſt, ſuperior eſt reſpectu eius, q iudicat: & iō [m] ex debito teneẗ accuſatus iudici ueritatē exponere, q̄ ab eo ſm formam iuris exigit. [n] Et iō [p] ſi cōfiteri noluit veritatem, quam dicere teneẗ, uel ſi eā mendaciter negauerit, mortaliter peccat. [q] Si [r] verò iudex hoc exq̄rat, quod non pōt ſm ordinē iuris nō teneẗ ei accuſatus rñdere: ſed poteſt uel p appellationem, uel aliter licitè ſubterfugere: mendacium tamen dicere non licet.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ qn̄ aliquis ſm ordinē iuris à iudice interrogatur, nō ipſe ſe pdit, ſed ab alio proditur, dū ei neceſſitas rñdendi imponitur per eum, cui obedire tenetur.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ mētiri ad liberandū aliquem à morte cū iniuria alteri [s], non eſt mēdaciū ſimpliciter officioſū, ſed hēt aliqd de pnicioſo admiſtū. Cū aūt aliqs mentiẗ in iudicio ad excuſationē ſui, iniuriā facit ei, cui obedire tenetur, dū ſibi denegat, quod ei debet, ſ. confeſſionem ueritatis.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ ille, q mētiẗ in iudicio ſe excuſando, facit & cōtra dilectionē dei, cuius eſt iudiciū, & contra dilectionē proximi, tū ex parte iudicis, cui debitū negat: tum ex parte accuſatoris, q punitur, ſi in probatione deficiat. Vñ & in Pſa. 140. dr̄. Ne declines cor meū in uerba malitiæ ad excuſandas excuſationes in pctīs. Vbi dicit gl. Hæc eſt conſuetudo impudētium, vt deprehenſi, per aliqua falſa ſe excuſet. Et * Grego. 22. Mora. exponens illud Iob 31. Si abſcondi quaſi homo pctm̄ meum, dicit. Vſitatum humani generis uitium eſt, & libendo pctm̄ committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare.

* Li. 22. c. 13. in prī.

ARTICVLVS II.

Vtrum accuſatio liceat calumnioſè ſe defendere.

Porrect. per totum. 385

AD SECVNDVM ſic procediẗ. Vr̄, ꝙ accuſatio liceat calūnioſè ſe defendere. Quia ſm iura ciuilia, in cauſa ſanguinis licitum [h] eſt cuilibet aduerſarium ſuum corrumpere: ſed hoc maximè eſt calumnioſe ſe defendere. ergo nō peccat accuſatus in cauſa ſanguinis, ſi calumnioſè ſe defendat. (Infra ar. 3. cor.)

¶ 2 Præt. Accuſator cum accuſato colludens, pœnam recipit à legibus conſtitutam, ut habetur * 2. q. 3. [h] non autem imponitur pœna accuſato per hoc, ꝙ cum accuſatore colludit. ergo uidetur ꝙ liceat accuſato calumnioſè ſe defendere. H

* 2. q. 3. c. ſi quē pœnituerit.

¶ 3 Præt. Prou. 14. dr̄. Sapiens timet [i], & [k] declinat à malo: ſtultus aūt tranſilit, & confidit: ſed illud qđ fit per ſapientiam, non eſt peccatum. ergo ſi aliqs qualitercumque ſe liberet a malo, non peccat.

SED CONTRA eſt, ꝙ in cauſa criminali iuramētum de calūmnia eſt præſtandum, ut habetur * extra, de iuramento calumniæ, Inhærentes: quod nō eſſet, ſi calumnioſè ſe defendere liceret. ergo non eſt licitum, accuſato calumnioſè ſe defendere.

* In decretali li. 2. ti tu. 7. c. 1.

RESP. Dicēdū, ꝙ aliud eſt veritatē tacere, aliud eſt falſitatē pponere, [m] quorū primū in aliquo caſu liceẗ. [n] Nō. n. aliqs teneẗ oēm ueritatē confiteri: ſed illā ſolū, q̄ ab eo pōt, & dēt reqrere iudex ſm ordinē iuris, puta, cū pceſſit infamia ſuper aliquo crimine, uel aliqua expreſſa indicia apparuerint: vel ēt cū pceſſit pbatio ſemiplena. [p] Falſitatē tn̄ pponere in nullo caſu licet alicui. [q] Ad id āt qđ licitū eſt, pōt aliqs pcedere uel p uias licitas, & fini intēto accōmodas, quod ptinet ad prudētiā: vel per aliquas uias illicitas, & pposito fini incōgruas, qđ ptinet ad aſtutiā, q̄ exerceẗ p fraudē, & dolū, ut ex s. * dictis patet, quorū primū eſt laudabile: ſm uerò uitioſum. [r] Sic ergo reo, q accuſaẗ, licet ſe defendere ueritatē occultādo, q̄ cōfiteri nō teneẗ per aliquos cōueniētes modos, puta, quod nō rñdeat, ad q rñdere non teneẗ, [t] hoc aūt non eſt calumnioſè ſe defendere, ſed magis prudēter euadere. [x] Nō āt licet ei uel falſitatem dicere, uel ueritatē tacere, q̄ confiteri teneẗ. Nequè etiam aliquem dolum, uel fraudem adhibere: [t] quia fraus, & dolus uim mēdacij habent. Et hoc eſt calumnioſè ſe defendere.

Concl. m — Conclu. p — * q. 55. ar. 4. & 5. — Concl. t — Concl. x

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ multa ſm leges humanas impunita relinquuntur, quæ ſm diuinū iudicium ſunt peccata, ſicut patet de ſimplici fornicatione: quia lex humana non exigit ab homine omnimodam uirtutem, quæ paucorum eſt: & non poteſt

¶ In rñſione ad tertiū primi articuli, vbi dr̄ & pbaẗ mendaciū in iudicio ēē pctm̄ mortale, quia eſt cōtra dilectionē Dei, cui⁹ eſt iudicium: & cōtra dilectionem proximi, iudicis. ſ. cui debitū negat, dubiū occurrit. An pp imperfectionē actus ex parte materiæ excuſeẗ a pctō mortali mentiens in iudicio. V. g. In iudicio ſacramenti pniæ reus interrogaẗ à iudice confeſſore. ſ. an dixerit, uel fecerit tale quid quod eſt peccatum mortale, & re⁹ negādo mentitur, an mendacium tale ſit pctm̄ mortale. Et ēē iō dubij, imperfectio actus mentiendi ex parte materiæ, qa. ſ. mentitur in materia non neceſſaria ad iudicium: ex hoc. n. vr̄ excuſari à pctō mortali. Nam ex hoc ꝙ nō tenetur fateri hoc in iudicio, ſequitur ꝙ non eſt mendacium circa debitam iudicij veritatem, ac per hoc q non ſit mortale.

* q. 59. artic. 4. — * q. 67. artic. 1. — Concl. m — Conclu. p

¶ In oppoſitū aūt eſt, ꝙ mēdaciū in iudicio, q̄tū in ſe eſt, ſcur rit iudicij uim &c.

Conclu. r

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ hmōi mendacia in iudicio ſunt pctā mortalia ex hoc ipſo, q ad iudicium ſpectant: & cōtra ueritatem iudicij ſunt, ut patet ex hoc, ꝙ iudicium, quod ſuper hoc mēdacio fundatur, falſum oportet eſſe. Et in foro pœnitentiæ iniuria præcipuè fit Deo, cuius eſt peculiariter iudicium illud, ut patet. Imperfectio autē materiæ habet locū reſpectu actus mentiendi ſecundùm ſe, ſed non ut ſubſtat iudicio, ſicut non hēt locum vt ſubſtat iuramēto. Ita q; ſicut mētiens, in quocunque leui, ſi adhibet iuramentum, peccat mortaliter: ita mentiēs in quocūque leui, ſi ſubmittit mendacium illud iudicio, peccat mortaliter. Ipſa. n. uis iudicij exigit ueritatē iudicandorū, ſicut uis iuramētu exigit iuratorū. Nec uariat hoc, qa nō tenet reus hoc fateri: quia tenetur, ſi fateẗ, fateri ueritatē, ſicut ſi iurat, tenetur iurare ueritatem. Et ſic iſta mentiens mentiẗ contra ueritatem debitam iudicij. nō ſimpliciter & abſolutè, ſed debitam iudicij ex ſuppoſitione, ſ. ſi hoc ſupponitur illius iudicio.

potest inueniri in tanta multitudine populi, quantam lex humana hēt necesse sustinere. Qđ aūt aliquis non uelit aliqđ pctm committere, ut mortem corporalem euadat, cuius periculum in cā sanguinis imminet reo, est perfectæ uirtutis: quia omniū terribilium maximè terribile ē mors, ut dr̄ in 3.[a] Eth. Et ideò si reus in causa sanguinis corrumpat aduersarium suum peccatq; dem inducendo eum ad illicitū, non autem huic peccato lex ciuilis adhibet pœnam: & pro tāto licitum esse uidetur.

B

[a] Li. 3. c. 6. tom. 5.

Ad secvndvm dicendū, ꝙ accusator, si colludat cum reo, qui noxius est, pœnam incurrit, ex quo patet ꝙ peccat. Vñ cum inducere aliquem ad peccandum, sit peccatum, uel qualitercūque pcti participē esse, cū Apostolus dicat dignos morte eos, qui peccantibus consentiunt manifestum est, ꝙ etiā re[*] peccat, cum aduersario colludēdo: non tamen f̄m leges humanas imponitur sibi pœna, propter rationem iam[*] dictam.

C

[*] In solut. ad 1.

Ad tertivm dicendū, ꝙ sapiens non abscondit se calumniosè, sed prudenter.

D

Articvlvs III.

Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

Ad tertivm sic proceditr. Videtur, ꝙ reo nō liceat iudicium declinare per appellationem. Dicit. n. Apost. Rom. 13. Oīs anima[k] potestatibus sublimioribus subdita sit: sed re[r] appellādo, recusat subijci ptāti superiori, s. iudici. ergo peccat.

¶2 Præt.[h] Maius est uinculū ordinariæ ptātis, q̄ propriæ electionis: sed sicut legit[*] 2. q 6. A iudicibus, quos cōis consensus elegerit, non liceat prouocare. ergo multò minus liceat appellare à iudicibus ordinarijs.

[*] 2. q. 6. A iudicib.

¶3 Præt. Illud, quod semel est licitum[h] sp est licitum: sed non est licitum appellare post decimū diem, neque tertio super eodē. ergo uidetur quòd appellatio non sit secundùm se licita.

Sed contra est, quòd Paulus Cæsarem appellauit, ut habetur Act. 25.

Respon. Dicēdum, ꝙ duplici de cā contingit aliquem appellare. Vno quidem modo, confidentia iustæ causæ, quia uidelicet iniustè a iudice grauaṫ. Et[m] sic licitū est appellare:[n] hoc. n. ē prudenter euadere. Vnde[*] 2. qō. 6. dr̄. Omnis oppressus, liberè sacerdotum, si uoluerit, appellet iudicium, & a nullo prohibeaṫ. Alio modo[p] aliquis appellat cā differendæ moræ, ne contra eū iusta sententia proferaṫ: & hoc est calumniosè se defendere, ꝙ est illicitum,[q] sicut[*] dictū est. Facit. n. iniuriam & iudici, cuius officium impedit, & aduersario suo, cuius iustitiam, quātū pōt, perturbat: & ideò sicut dicit[*] 2. q. 6. omnimodo puniendus est,

[*] 2. q. 3. c. Omnis oppressus.

[*] Ar. præs.

Svper qvæst. LXIX. Art. III. et IIII. A

In ar. 3. & 4. eiusdem q. 69. quæstiunculæ multæ occurrūt circa doctrinam traditam in responsione ad secundum 4 art. de fuga iustè damnati ad mortem.

¶ Prima est, quia conclusio ipsa, s. ꝙ liceat iustè damnato fugere, non uī quibusdā uera: quia hoc esset in scādalum custodum qui ex fuga illius molestarentur.

¶ Secunda est, quia detentus damnatus ad mortem, est implicitè damnatus ēt ad carcerem, ac per hoc tenetur subire pœnam carceris inflictam à iudice, & consequenter iustitiam, & obedientiam debitam uiolat fugiens.

¶ Et confirmatur, qa eadem est rō de pœna hac, uel illa, puta, mortis, uerberis &c. Sed detentus propter alias pœnas, & dānatus, non potest licitè fugere, ut quidam dicunt. ergo nec dānatus ad mortem.

¶ Tertia quæstio est, An iste damnatus licitè possit disrumpere uincula, & cō, eteṡ, q bus alligatus est, ut possit fugere.

¶ Quarta est, An possit effringere carcerē licitè: & est rō harū, quia duo hæc nō pñt nisi uiolenter fieri. Et cum hæc sint superioris authoritate facta, inferendo uiolentiā illis, infertur iis actori eorum, & resistitur ei dem. Ex alia aūt parte apparet licitum: qa aliàs uana esset concessio fugæ, & nō posset se a uinculis absoluere.

¶ Quinta quæstio est, An liceat alijs adiuuare hoīem hmōi ad fugiendum, dādo ei cōsilium, & auxiliū. Et est ratio dubij: quia hinc apparet quòd sic eo, ꝙ opem ferunt dāti operam rei licitę, & sicut digni sunt morte, scd̄m Apostolum, qui consentiunt malefacientibus: ita per oppositum qui consentiunt licita facientibus, non errant. Inde uerò apparet ꝙ non, quia turpis est illa pars, q̄ nō cōsonat suo toti. Publica autem ptās. q̄ totum repræsentat, uult illum detineri. Non potest ergo absque publica offensa ab alijs opera dari ad damnati fugam. Et confirmaṫ, quia tales inuenti puniuntur, ꝙ non fieret, si non peccarent.

Porrecta per totum. 386

¶ Sexta quæstio est circa rationem literæ, quia assignat nō causam ut causam. Ex hoc enim quòd nullus ita damnatur, ut ipse sibi mortem inferat, non sequitur, quòd non teneretur damnatus manere in carcere, nisi manere in carcere esset seipsum occidere, quod est manifestè falsum. Manere enim in carcere, & non uolens fugere, non occidit seipsum: alioquin martyres nolentes fugere, fuissent sui homicidæ.

¶ Septima quæstio est, quia hæc etiam propositio, s. Nullus ita condemnatur, ut inferat sibi mortem, patitur instantiam de damnatis ad sumendum uenenum, vt Socrates fuit.

¶ Octaua quæstio est, An damnatus, ut famæ moriatur, teneaṫ comedere si potest, alioquin sui homicidium incurrat: qa hic vi, ꝙ teneatur, qui non comedere est directè se occidere, ut patet in 2 de Anima, & experientia testatur. Inde autem ꝙ non, quia potest patienter sententiam contra se latam sustinere nec tenetur eius executionem impedire, quamuis possit, ut sancti martyres fecerunt, nolentes impedire martyrium suum.

¶ Nona quæstio est pollicita superius in q. 51. ar. 2. ad tertium, An damnatis iustè ut famæ moriātur, possimus licitè ministrare occultè panem. Et est spālis dubitādi rō. quia in loco allegato author excipere uidetur hanc subuentionem ab operibus bnficentiæ concludendo nisi scdm ordinem iustitiæ pateretur.

¶ Ad primā dubitationem dī, ꝙ quia ea, q̄ sunt per accidens, nō mutāt iudicia actuū: & per accidens: quia præter intentionem fugientis est, ꝙ custodum tribulatio cōsequatur: ideò ob hoc damnatus ad mortē non tenetur non fugere, sed licitè potest fugere. Et quia dat operam rei licitę, quicquid mali p̄inde custodibus inferatur à iudice, non imputaṫ fugienti.

¶ Ad secundam dubitationem dī, ꝙ falsū est, ꝙ detentus dānatus ad mortem, sit implicitè damnatus ad carcerem. Neq; .n. ante sniam, neq; in sententia facta est talis condemnatio: sed solùm custoditur, vt dānandus, vel damnatus ad futuram pœnam. Dico autē hoc, quia iudex sicut pōt dānare aliquē ad carcerē amplū, assignando sibi unā insulā p carcere, ut patet ī his qui exulant in circūscripto loco, & p cul dubio teneṅ dānati ad hoc seruare sententiam: ita pōt dānare ad carcerem arctum, & uincula, & nō posset sic damnatus licitè fugere: licèt quidā dixerint, quòd iudex non pōt iuridicè, nisi uiolentia facti capere, detinere, & occidere: hoc. n. circumscriptus sola snīa loc[o] in exilijs manifestat esse falsum. Propter quod si iuris ordo haberet, ꝙ damnatus ad mortē, damnaretur quoque interim ad carcerē, non posset licitè iste fugere: quia ex damnatione ad carcerem, teneretur iste ibi manere, sicut tenenṫ alijs iustis sententijs parere. Nec hoc est damnare eum ad mortem sibi inferendam, sed ad manendum infra terminos loci illius.

Concl. m

Concl. p

E

¶ Ad confirmationem dī, ꝙ non est eadem ratio de omnib[us] pœnis, sed de omnibus pœnis, quæ consistunt solùm in pati.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quòd pœnæ sunt in duplici differentia, quædam sunt, ad quas non aliter quis damnatur, nisi ut patiatur illatas, ut patet de morte, mutilatione, flagellis, tortura, & huiusmodi. Non enim damnatur aliquis, ut se occidat, mutilet, torqueat &c. sed ut patiatur hæc sibi illata. Et de his oībus eadem est ratio, quæ de morte, ut scilicet damnatus, aut damnandus ad aliquid horum, possit licitè fugere, quia non tenetur nisi ad pati, ut infra patebit. Quædam uerò sunt, ad quas sic subeundas aliquis dānatur, ut ipse cooperetur ad eas, ut patet de exilio, & circumscriptione, & pœna pecuniaria. Damnatus

cuius app̄ro iniuſta pronūciat.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ pȓāti inferiori intm̄ aliquis ſubijci dēt, inquantum ordinem ſuperioris ſeruat, à quo ſi exorbitauerit, ei ſubijci non oportet, puta, ſi aliud iuſſerit Procōſul, & aliud Imperator, ut patet per *gl. Ro. 13. G Cum autē iudex aliquē iniuſtè grauat, quantum ad hoc relinquit ordinem ſuperioris pȓātis, ſm̄ quam neceſſitas ſibi iuſtè iudicandi imponitur: & ideò licitum eſt ei, q contra iuſtitiam grauatur, ad directionem ſuperioris poteſtatis recurrere appellando uel ante ſn̄iam, vel poſt. Et quia non p̄ſumit̄ eſſe rectitudo, ubi uera fides non eſt: ideò non licet catholico ad infidelē iudicem appellare ſm̄ illud 2. q 6.* Catholicus qui cauſam ſuam ſiuè iuſtā, ſiuè iniuſtam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocauerit, excommunicetur. Nam & Apoſtolus arguit eos, qui iudicio cōtendebant apud infideles.

Ad II dicēdū, ꝙ ex proprio defectu, uel negligētia ꝓcedit, ꝙ aliquis ſua ſpōte ſe alteri⁹ iudicio ſubiiciat, de cuius iuſtitia

*Eſt Aug. ſerm. 6. de verb. do. to. 10.

1. q. 6. ca. Catholic

tur ſiquidem aliquis, vt eat in exilij locum, & ibi iuxta præfixos F ſibi terminos maneat, ut ſoluat huiuſ. Et ab harum executione non licet ſe ſubtrahere poſt ſententiam, quia damnatus eſt ad faciendum. Ante uerò ſententiam poteſt licitè fugere eadē rōne, qua damnatus ad mortē pōt licitè fugere. ſ. quia non tenet̄ facere, hoc eſt, manere in loco, vnde ſe quæretur ſuum pati, hoc eſt, dānare, ſi ex ſua abſentia cunctaret̄ dānatio: alioquin oſ. non teneret̄ in foro cōſcientiæ ſubire latam poſt ſn̄iam. Religioſi tn̄, quia libertate ſui motus processum extra clauſtra ſe priuarūt, ſupponētes ſe per tria vota p̄latis ſuis, quacunq; ex cā à ſuis p̄latis iuſtè detineantur, non pn̄t licitè extra p̄fixos ſibi terminos fugiēdo exire, cū nec exire poſſint nō detenti clauſtrū ſine licētia p̄elati.

¶ Ad tertiam & quartā quęſtionē ſimul, Henricus de Gandauo quolibeto 9. ar. 21 reſpondet negatiuè: quia ſi frangeret vincula, aut carcerem, reſiſteret iudici in his, i quibus hēt ꝑ tātem, & iniuriā illi faceret: ſicut ſi percuteret ſuos miniſtros cuſtodes. Et quēadmodū, inquit, licitum eſt tranſire p alienum agrum, non tn̄ ſepem illius diſrumpere vt tranſeat: H ita licitum eſt fugere, non tn̄ uincula & carcerem rumpere, vt fugere poſſit. Si quis tamen diligenter diſtinguat inter fugam, vel defenſionē ac inter vim inferre rationalibus, vel irrationalibus, declinabit in partem oppoſitam. Cum. n. inter iudicē, & damnatum iuſtè ad mortem, ſit ex parte iudicis bellū iuſtum, conſequens eſt, ꝙ damnatus non poſſit ſe defendere, nō reſiſtere, pugnando contra eum; ſed ſicut fugere non eſt reſiſtere, pugnare, aut defendere, ſed nō tenere ſeipſum in hoc loco: ita frāgere uincula & carceres non eſt pugnare, ſed abſoluere ſeipſū a continentia vinculorum, & carceris. Multum quoque refert vim irrationalium, uel rationalium repellere. Nam illata vis rebus irrationalibus præciſè non redūdat in authorē eorum: cuius ſignum eſt, ꝙ ſi quis vinculis ſibi ab eccleſiaſtico iudice impoſitis uiolentiam inferat effringendo, non eſt excōicatus. Et ſi quis damnatus, ut deuoretur à leone, pugnet cum leone, & leone ſuperato fugiat, nulli iniuriam facit. Hæc. n. atteſtari uiden- I tur, quòd ſi fugere volens, vim inferat cuſtodibus quòd iniuſtè facit: ſed ſi abſentibus, uel dormiētibus eis frangat uincula, vel carceres, iudici, vel officialibus imputandum videtur, quòd tā debiliter oſtia firmata, vel feræ fabricatæ ſunt, ut potuerint à detento frangi. Vnde non uideo, quare non poſſit damnatus ad mortem, violentiam uinculis, & carceri præciſè, abſque ſcilicet reſiſtentia omni cuicumque cuſtodi inferre. Non enim hoc eſt ſicut percutere miniſtros, aut pugnare contra eos: nec eſt reſiſtere iudici in his, in quibus habet poteſtatem, ſed nō cōtinere ſe ſub circumſcriptione vinculorum, & carceris, & eiſdem, non actori eorum vim inferre. Nec eſt ſimile de fractione ſepis: quia in fractione ſepis agitur de damno, quod infertur domino per ſepis ruinam. Hic autem non eſt quæſtio de damno pretij uinculorum, aut ſerarum carceris: facilè enim dici poteſt, quòd effractor ſoluere tantumdem eſt paratus: ſed eſt quæſtio, an iſte actus effractionis reducatur ad fugam, an ad pugnā. K Nam ſi tenet ſe ex parte fugæ, licitus eſt: ſi ſapit pugnam, illicitus eſt. Propter quod non oportet ueritatem ex ſimilitudinibus ſcrutari, ſed ex proprijs.

¶ Ad quintam qōnem dicunt quidam, ꝙ eadem rōne poſſunt alij opem ferre damnato vt fugiat, ſicut poteſt ipſe fugere.

¶ Mihi diſtinguendum occurrit, quòd quidam homines ſunt velut partes publicæ poteſtatis, ut cuſtodes, miniſtri, officiales, patres reipublicæ, & huiuſmodi, quorum eſt fouere, vel exercere publicam poteſtatem. Et his ratione ſtatus eorum, qui. ſ. eis incumbere fouere publicam poteſtatem, illicitum eſt conſiliū, vel auxilium fugæ præſtare. Eorum enim eſt damnatum, ſeu damnandum detinere, & ſciunt proditores, & colluſores eſſe, in partes detenti fouendo. Cæteri autem, quorum non intereſt publicam fouere poteſtatem, licitè poſſunt cooperari ad fugam damnati. Et ratio eſt, quia regulariter nullus prohibetur a cooperatione actus alteri liciti, niſi per accidens, puta, quia ſtatui, vel officio ſuo hoc repugnat. Apparet namque inductiuè in oībus, ꝙ ſi mihi licitum eſt emere, uendere, bellare, cōtrahere &c. ꝙ dans mihi conſilium, auxilium, uel fauorem, ad actum illū licitè operatur, niſi rōne ſtatus, officij, uel huiuſmōi reddatur ſibi iſta cooperatio illicita: ut clericis redditur illicitum cooperari ad cām ſanguinis, quam uis iuſtā. Et in propoſito, officialibus, q tenent̄ ad cuſtodiā dānati, reddit̄ illicitum cooperari quouiſmō ad fugā. Et ſi opinio in præcedenti qōne de licita effractione carceris a dānato eſt vera, conſequens eſt, vt his, q licitè cooperantur ad fugā, liceat cooperari ad frangēdum uincula, & carceres, eadem ratione ſubminiſtrando dānato incluſo limam, vel aliquod inſtrumētum, quo poſſit ſe abſoluere a uinculis, & carcere. Nec hinc accipias me dicere, ꝙ liceat alijs concurrere ad carcerem, & frangere illum: hoc enim nec ſomniaui. Nam ſi non liceat ire ad frangendum ſerā domus priuatæ multò minus domus publicæ. Multum enim refert, ab intus incluſo frāgi ſeram carceris, & ab extra a liberis, hoc eſt, offendere publicā poteſtatem, cuius carcer: ſicut frangere, uel aperire inuito dn̄o domum priuatam, eſt offendere dominum illius. Illud autem ad licitam fugam ſpectare uidetur: nec tales inuenti punirētur, quia adiuturi erant ad fugam, ſed quia præſumeretur, quòd contra publicam poteſtatem operarentur.

¶ Ad ſextam quæſtionem dr̄, ꝙ ratio literæ eſt optima: ſed non ſic deducenda eſt, vt arguendo deducitur. Soliditas ſiquidem illius rōnis literæ eſt differentia inter damnationem ad pati, & damnationem ad facere: & inſēdit ꝙ dānatus ad pati nō tenet̄ ad facere id, unde ſequatur ſuum pati. Et in promptu rō eſt, qa non eſt damnatus ad facere: unde aſſumit, ꝙ quia nullus damnatur ad mortem ſic, ut ſibi mortem inferat, ſed ut patiatur ideò non tenetur facere id, vnde ſequatur pati mortem, quod tamē faceret, ſi contineret ſeipſum in eodem loco, potens ſeipſum inde mouere. Et hic eſt verus ſenſus huius rationis: & hinc patet ratio dictorum in ſecunde dubitationis ſolutione.

¶ Ad ſeptimam dubitationem dicitur, quòd poſtquàm ort⁹ eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter, cognouiſſe uidentur iudices, quòd hoc non licet, quāuis fortè ueteres concedēdo, opinionē generis mortis, magis quàm iudicando faciebant hæc. Quēadmodum enim non licet damnare aliquem, vt ſeipſum confodiat, ita nec quòd ſeipſum mergat, aut ueneno occidat: qa ſententia debet eſſe de actu iuſtitiæ. Non eſt autem actus iuſtitię ſeipſum occidere, tum quia actus iuſtitiæ eſt ad alterum, & non ad ſeipſum: tum quia eſt contra ius naturæ, & charitatem, ut in quæſtione de homicidio habitum eſt.

¶ Ad octauam dubitationem dicunt quidam, quòd non tenet̄ comedere, ſed poteſt tanquàm patienter ſuſferens ſententiam, abſque cibo expectare mortem: ſed hoc non eſt verum, quia nec priuata, nec publica authoritate poteſt quis ſeipſum licitè occidere. Conſtat autem quòd nolle uti alimento habito, eſt occidere ſeipſum non minus, quam ſeipſum gladio transuerberare: vnde dicendum eſt, quod tenetur comedere, ut ius naturę ſeruet. Nec hoc eſt impedire executionem ſententiæ, tum quia non eſt damnatus ad hoc, ſ. ut ſe occidat non comedendo: ſed ad hoc, ut ſubtracta ſint ſibi alimenta non a quibuſcumque, ſed cuſtodibus, & huiuſmodi. Vnde alij miniſtrantes tali damnato alimenta, non peccant eadem ratione, qua poſſunt adiuuare ad fugam. In cuius ſignum laudabiliter a Maximo Valerio in libr 5. commemoratur Rues Athenienſis, quæ Cimona patrem ſuum lacte proprio pauit, ne inediæ moreretur pœna: quàmuis nullus teneatur tali damnato miniſtrare alimenta, tanquàm in extrema neceſſitate conſtituto. quia ſecundum iuſtitiæ ordinem in illa conſtituitur neceſſitate &c. tum quia ſi ad ſe occidendum eſſet damnatus, ſententia contra ius naturale iniqua eſſet, & non ſeruanda.

¶ Ad nonam quæſtionem ex dictis patet, quid dicēdum eſt. Ad obiectionē aūt ex uerbis authoris ſuperius habitis reſpondetur dupliciter. Primò, quòd ſecundum literalem conſtructionem

illa

Illa exceptio non refertur ad mortem ex famæ, aut ſiti, ſed ad pati aliquod hmõi diſpendium. Inquit .n. Sicut ſubueniendum eis eſſet, ne fame, aut ſiti morerentur, aut aliqd hmõi diſpendiũ, niſi ſcdm ordinem iuſtitiæ paterētur. Vbi patet q̃ exceptio illa, niſi ſcdm ordinem iuſtitiæ, nõ conſtruitur cum illo verbo, morerentur, ſed cũ illo verbo, paterētur. Sc̃do dr̃, & melius, concedendo q̃ exceptio ad totũ refertur, qa de ſimilis diſpendij paſſione litera, expreſſe loquitur excipiendo dum dicit, Aut aliqd hmõi diſpendium, niſi ſcdm ordinem iuſtitiæ pateretur. Vbi patet q̃ excipit ordinem iuſtitiæ, qui patitur q̃s diſpendiũ ſimile vel ſiti. Dicendũ ergo eſt q̃ quia tota illa authoris ſententia fundatur ſuper articulo, ſeu neceſſitatis, in quo hoſtes reipublicę, vel excõicati cõſtituti eſſent, vt patet ex eo q̃ ita incipit. Si eis immineret neceſſitas, de natura deficeret, eſſet eis ſubueniendum &c. iõ exceptio intelligenda eſt, q̃ fiat a debito ſubueniendi. & non à poteſtate ſubueniendi dãnatis ad patiendum ſcdm iuſtitiæ ordinē hmõi diſpendia: ita q̃ ſenſus eſt. q̃ licet neceſſitas deficientis naturę iminēs in hoſte reipublicę, aut excõicato, obliget nos ad ſubueniēdum illis ne famę, aut ſiti moriatur, aut ſimile diſpendium patiantur, non tenemur tñ ad hmõi ſubuentionem ſi ſcdm iuſtitiæ ordinem hæc patiantur, vt qua doctrina patet ſtare, q̃ licitẽ poſſimus dãnatis ad mortem, & hmõi diſpen dia patiẽdũ miniſtrare neceſſaria vitæ.

Porrecta per totum. 387

non confidit. Leuis ẽt animi eſſe vr̃, vt ſemper nõ permaneat in eo, quod ſemel approbauit: & ideò rationabiliter denegat̃ ſubſidiũ appellationis a iudicibus arbitrarijs, qui non hñt poteſtatem, niſi ex conſenſu litigãtium. Sed ptãs iudicis ordinarij non depẽdet ex cõſenſu illius, qui eius iudicio ſubditur, ſed ex authoritate regis & principis, qui eum inſtituit. Et ideò cõtra eius iniuſtum grauamen lex tribuit appellationis ſubſidiũ: ita q̃ ẽt ſi ſit ſi ordinarius, & arbitrarius iudex põt ab eo appellari: quia vr̃ ordinaria poteſtas occaſio fuiſſe, q̃ arbiter eligeret̃, nec debet ad defectũ imputari eius, qui cõſenſit in eũ ſicut in arbitriũ, non vt in eũ, quẽ princeps iudicem ordinariũ dedit.

AD III. dicendũ, q̃ æquitas iuris ita ſubuenit vni parti, q̃ altera non grauetur. Et iõ tempus decem dierũ cõceſſit ad appellandũ, quod ſufficiens æſtimauit ad deliberandũ, an expediat appellare. Si verò non eſſe determinatũ tp̃s in quo appellare liceret, ſp̃ certitudo iudicij, remaneret in ſuſpenſo, & ita pars altera dãnificaret̃. Ideo ãt non eſt conceſſum, vt tertio aliquis appellet ſup eodem, quia non eſt probabile totiens iudices à recto iudicio declinare.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liceat condemnato ad mortem ſe defendere, ſi poſſit.

AD QVARTVM ſic procedit̃. Vr̃ q̃ liceat cõdemnato ad mortem ſe defendere, ſi poſſit. Illud .n. ad quod natura inclinat ſemper eſt [h] licitum, quaſi de iure naturali exiſtens: ſed naturæ inclinatio eſt ad reſiſtendũ corrumpentibus non ſolum in hominibus & aĩalibus, ſed ẽt in inſenſibilibus rebus. ergo licet reo condemnato reſiſtere, ſi poteſt, ne tradatur in mortem.

¶2 Præt. Sicut aliquis ſententiã mortis cõtra latã ſubterfugit reſiſtendo, [h] ita ẽt fugiendo: ſed licitum eſſe vr̃, q̃ aliquis ſe à morte p fugam liberet, ſm illud Eccle. 9. Longe eſt ab homine poteſtatem habente occidendi, & non viuificandi. ergo etiam licitum eſt reo reſiſtere.

¶3 Præt. Prouer. 24. dr̃. [h] Erue eos: qui ducuntur ad mortem & eos, qui trahuntur ad interitum, liberare neceſſe eſt: ſed plures tenet aliquis ſi, quàm alteri A ergo licitum eſt quod aliquis condemnatus ſeipſum defendat, ne in mortem tradatur.

SED CONTRA eſt, quod dicit Apoſtolus [p] Rom. 13. Qui ptãti reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & ipſe ſibi damnationẽ acquirit: ſed cõdemnatus, ſe defendendo, ptãti reſiſtit quãtum ad hoc in quo eſt diuinitus inſtituta ad vindictam malefactorum, ad laudẽ verò bonorum. ergo peccat ſe defendẽdo.

RESPON. Dicẽdum, q̃ aliquid damnatur ad mortem dupliciter. Vno modo iuſtè, & [m] ſic non licet condemnato ſe defendere. [n] Licitum .n. eſt iudici eum reſiſtentem impugnare: vñ relinquit̃, q̃ ex parte eius ſit bellũ iniuſtum, vñ indubitanter peccat. *Concl. m* B Alio modo condemnatur aliquis iniuſtè, & tale iudicium ſiſe eſt violentiæ latronum, ſm illud Ezechiel. 22. Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem. Et iõ [p] ſicut licet reſiſtere latronibus, ita licet reſiſtere in tali caſu malis principibus niſi forte pp ſcãdalũ vitãdũ, cũ ex hoc aliqua grauis turbatio timeret̃. [q] *Concl. p*

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ideò homini data eſt ratio, ut ea, ad quæ natura inclinat, non paſſim, ſed ſecundum rationis ordinem exequatur. Et ideò non quælibet defenſio ſui eſt licita, ſed ſolum quæ fit cum debito moderamine. C

AD SECVNDVM dicendum, q̃ nullus ita condẽnat, quòd ipſe ſibi inferat mortem, ſed quòd ipſe mortem patiatur: & ideò non tenetur facere id, vnde mors ſequatur, quod eſt manere in loco, vnde ducatur ad mortem. Tenetur tamen non reſiſtere agenti, quin patiatur quod iuſtum eſt eum pati. Sicut etiam ſi aliquis ſit condemnatus, vt fame moriat̃, non peccat, ſi cibũ ſibi occultè miniſtratũ ſumat: qa nõ ſumere, eſſet ſeipſum occidere

AD TERTIVM dicendũ, q̃ p illud dictũ ſapientis, non inducit̃ aliquis ad liberandũ aliũ à morte D cõtra ordinem iuſtitiæ: vñ nec ſeipſum contra iuſtitiam reſiſtendo, aliquis debet liberare à morte.

QVAESITO LXX.

De iniuſtitia pertinente ad perſonam teſtis, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderandum eſt de iniuſtitia pertinente ad perſonam teſtis.

ET CIRCA hoc quęruntur quatuor.

¶Primò Vtrum homo teneatur ad teſtimonium ferendum.

¶Secundò, Vtrum duorum, vel trium teſtimonium ſufficiat.

¶Tertiò, Vtrũ alicuius teſtimoniũ repellat̃ abſq; eius culpa

¶Quartò, Vtrũ phibere falſum teſtimoniũ ſit pc̃m mortale.

ARTICVLVS I.

Vtrum homo teneatur ad teſtimonium ferendum.

AD PRIMVM ſic procedit̃. Videtur quòd homo non E teneatur ad teſtimonium ferendum

SVPER Q. LXX. ART. I.

IN art primo quæ[illegible] nota [illegible] articuli doctrinã ſuperius datam, in hoc ſcilicet, q̃ infamia de vno crimine nõ dat ius iudici inquirendi de alijs eiuſdem viri criminibus occultis & ſine infamia de illis, firmari ex pñti doctrina, cum litera dicit, quòd ſi à iudice exigatur teſtimonium in alijs, puta, in occultis, & de quibus infamia non præceſſit, non tenet̃ ad teſtificandũ ſubditus, de quo loquit̃. Par autem, aut maior eſt ratio de reo qa cõtingit occultũ eſſe ſibi pprĩũ crimẽ de quo interrogaret̃,

Porrecta per totum. 388 Infr. ar. 3 ad ii. uõ.

quam

¶ id, de quo iſ poſſet teſtimonium reddere. Qua nãq; rõne teſtis conſcius, & ſubditus nõ tenetur de his teſtificari, eadem, & maiori, vt dictũ eſt, non tenetur ſubditus reuelare interrogatus ¶ In eodem articulo circa calcem corporis, ubi dicitur, q; ſi immineat periculum accuſatori, non eſt curandum, quia ipſe in hoc periculum ſponte ſe ingeſſit dubium occurrit, quia cũ ſuperius author dixerit, q; accuſator quãq; tenetur ad accuſandum tunc. n. ſi ſciens non tenet̃ teſtificari nec tenet̃ curam hẽre de accuſatoris defectus, in qua erit accuſatoris, & teſtiũ cõditio, ut. ſ. vnus teneatur ad accuſandũ & alio non teneatur ad teſtificandũ, niſi coactus à iudice? Tam aperta ãt eſſet iniquitas hæc, ut non egat probatione.

¶ Ad hoc dr̃. q; obiectio procedit ex mala applicatione literę. In lra ſiquidem ponuntur duo caſus circa non coactionem teſtimonium. Primus eſt qñ agit̃ad liberandũ hoiem ab iniuſtitia aliqua: ſcd's eſt, qñ agitur ad cõdemnationem alicuius. Et qm̃ ſermo doctoris eſt formalis, non loquit̃ in hoc ſcdo caſu niſi qñ per ſe agitur ad cõdemnationem alicuius. Et ppea cõſtat, q; non continetur ſub hoc mẽbro caſus, in quo aliquis tenetur

Concl. m

ad accuſandũ ſeu ex obligatiõe accuſauit qa nullus tenetur ad accuſandum de quocumq; crimine, ut pximus cõdemnetur quantũcũq; iuſtè cõdemnari poſſit, ſed ſponte accuſat, quicunq; ſic accuſat. Et ppea lra dicit, q; de accuſatore tali nõ curãdum. Cõtinetur igitur caſus, in quo ac

Concl. p

cuſator ex neceſſitate accuſauit, ſub primo huius lræ caſu, & mẽbro qñ. ſ. agitur ad liberãdum hoiem ab aliquo dãno qm̃ obligatio ad accuſandum eſt qñ imminet periculum ſpirituale vel corporale multitudinis, iuxta ſuperius habita. Conſtat ãt q; ſi pro liberando hoie

Conclu. s

ab aliquo iniquo malo tenet̃ hõ teſtificari ſponte à fortiori pro liberanda multitudine ab infectione hæreſis, uel à ſeruitute tyrannica &c. Vniuerſaliter. n. pro regna ãdum eſt, q; ſi

Concl. x

quis tenetur ad accuſandum conſcij tenetur ad teſtificandũ. F tanto plus, quanto cum minori ſuo periculo põt quis teſtificari, q̃ accuſare, quia non obligat ſe teſtis ad pnã talionis. ¶ Nulla igitur ex dictis conſurgit iniquitas. Vñ in rñſione ad primũ author colligens doctrinã hanc, ad duo capita reducit. ſ. ad authoritatẽ iudicis, & damnum proximi. Et in reſponſione ad ſcdm explicite tenet, q; in huiuſmodi propalare tenetur teſtificando, uel denuntiando prout opus fuerit.

¶ In rñſione ad tertiũ eiuſdem art. aduerte vt ſcias diſcernere inter illa quæ ſciuntur ſub ſacramentalis cõfeſſionis ſigillo, ita q; vere audiuntur ab his cõfeſſionem, & inter illo quæ ſciunt̃ ſub ſigillo cõfeſſionis ñ vere, ſed ad imitationẽ, ſeu ſimilitudinẽ cõfeſſionis, ut frequenter fit à dicẽtibus aliquid in ſecreto. Dico tibi hoc in confeſſione, ſeu in pœnitentia ſeu inchoant. Confiteor Deo, & tibi, & tñ in nullo confitentur ſe peccaſſe: ſed communicant tñ quæ ſunt dicturi, & huiuſmodi. Hec enim ſi acceptatio audientis, ſine qua nihil fit, interuenit, non magis obligant, quàm iuramẽtum de tenendo ſecretum. Et propterea tenetur ea reuelare, ſi ſunt talia, quæ ſint in alterius damnum. Prima autem in nullo caſu reuelare licitum eſt, quia, vt in litera dicitur, illa ſcit vt Deus: & maius eſt vinculum ſacramenti quolibet hominis etiam papæ præcepto ¶ In calce eiuſdem rñſionis ad ſcdm, nota q; ex hoc, q; ſeruare fidẽ eſt de iure naturæ, non ſequitur, ergo prætetire, ſe delinquere ĩ hoc, eſt pcĩm mortale. Poteſt. n. eſſe ueniale vt patet in ſimili. Mentiri. n. eſt contra ius naturæ, & tñ non ſequitur, mẽtiri eſt peccatum mortale. Oportet ergo aduertere ad materiã ſimpliciter, uel ut ab hoc, ut diſcernatur quando reuelare ſecretũ eſt mortale, uel ueniale. Sunt. n. q̃dam, q ſi non ſint noſtræ fidei cõmiſſa, tenemus ſeruare ſecreta, ut occulta adulteria & facta q̃ reuelata eſſent ſemina diſcordię ca hmõi

* 2. q. 20. ad ſi. to. 4 Et hb. 22. cõt Fauſtum ca. 33.

dum. dicit. n. * Aug. in quæſt. Geneſ. q; Abraham dicens de vxore ſua, Soror mea eſt, veritatẽ celari voluit, non mendaciũ dici: ſed veritatem celando, aliq̃ à teſtimonio abſtinet. ergo non tenetur aliquis ad teſtificandũ. ¶ 2 Præt. Nullus tenetur fraudulenter agere: ſed Prou. 11. dicit. G Qui ambulat fraudulẽter, reuelat arcana: q ãt fidelis eſt, celat amici cõmiſſum. ergo nõ tenetur hõ ſemper ad teſtificandũ, pſertim ſuper his, quæ ſunt ſibi in ſecreto ab amico cõmiſſa. ¶ 3 Præt. Ad ea q̃ ſunt de h neceſſitate ſalutis, maximè tenentur clerici, & ſacerdotes: ſz clericis & ſacerdotibus phibet̃ ferre teſtimoniũ i cã ſãguinis ergo teſtificari ñ ẽ de neceſſitate ſalutis. H

Sed contra eſt, quod Aug. dicit. Qui veritatẽ occultat, & qui prodit mendacium, vterq; reus eſt. Ille, qa prodeſſe non vult: iſte, quia nocere deſiderat.

Respon. Dicendum, q; in teſtimonio ferendo diſtinguendũ eſt: quia aliqñ requiritur teſtimonium alicuius, aliqñ non requiritur. m Si requiritur teſtimonium alicuius ſubditi authoritate ſuperioris, cui in his, q̃ ad iuſtitiam pertinent, obedire tenetur, non eſt dubium, quin teneatur teſtimoniũ ferre in his, in quibus ſm ordinem iuris teſtimonium ab eo exigitur: n puta, in manifeſtis, & in his de quibus infamia præceſſit. p Si ãt exigitur ab eo teſtimoniũ in alijs, puta in occultis, & de qbus infamia non præceſſit, non tenet̃ ad teſtificãdum. q Si uerò reqratur eius teſtimonium nõ authoritate ſuperioris cui obedire tenet̃, tunc diſtinguendũ eſt: qa s ſi teſtimoniũ requirat̃ ad liberandum hoiem, uel ab iniuſta morte, ſeu pœna quacumq; uel à falſa infamia, uel ẽt ab iniquo dãno, tunc tenet̃ hõ ad teſtificandum. t Et ſi eius teſtimoniũ non reqratur, tenetur facere quod in ſe eſt, ut ueritatem denũtiet alicui, qui ad hoc poſſit pdeſſe. z Dr̃. n. in Pſa. 81. Eripite pauperem, & egenũ de manu peccatoris liberate. Et Prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. & Roma. 1. dr̃. Digni ſunt morte non ſolũ qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Vbi dicit * glo. Conſentire eſt tacere cum poſſis redarguere. & Super his uerò, quæ pertinent ad cõdẽnationẽ alicuius, non tenet̃ aliquis ferre teſtimonium. niſi cum à ſuperiori compellitur ſm ordinem iuris. Quia ſi circa hoc ueritas occultetur, nulli ex hoc ſpeciale damnum naſcit̃. Vel ſi immineat periculũ accuſatori, nõ eſt curãdũ: qa ipſe in hoc periculũ ſpõte ſe ingeſſit. Alia aũt rõ eſt de reo, cui periculũ imminet eo nolente. q;

* Eſt glo. Ambr. in iſtum locum, to. 5

Concl. &

Ad primvm ergo dicendũ q; Aug. loquitur de occultatione ueritatis in caſu illo, quãdo aliquis non compellitur ſuperioris authoritate ueritatẽ propalare, & qñ occultatio ueritatis eſt nulli ſpecialiter dãnoſa.

Ad secvndvm dicendũ, q; de illis, q̃ hoi ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionem, nullo mõ dẽt teſtimoniũ ferre qa I hmõi non ſcit vt homo, ſed tãq̃ Dei miniſter, & maius eſt uinculum ſacramenti quolibet hominis præcepto. Circa ea verò, quæ aliter homini ſub ſecreto committuntur diſtinguendum eſt. Qñq;. n. ſunt talia, quæ ſtatim cum ad notitiam hominis venerint, homo ea manifeſtare tenetur puta, ſi ptinent ad corruptionẽ multitudinis ſpũalẽ, vel corporalem uel in graue dãnum alicuius perſonæ, vel ſi qd K aliud eſt huiuſmodi, quod quis ppalare tenetur uel teſtificãdo vel denuntiando. Et contra hoc debitum obligari non põt p ſecreti commiſſum, quia in hoc frangeret fidem, qua alteri dẽt. Qñq; uerò ſunt talia, quæ quis prodere non tenetur, vnde põt obligari ex hoc, q; ſibi ſub ſecreto cõmittuntur, & tunc nullo modo tenetur ea prodere ẽt

Sunt

ſunt & qđā, quæ eſsi ſimpliciter poſsēt referri quātū ī notitia nřā ē, occultas tñ habēt rōnes in eo, q̄ fidei nřæ cōmiſit, qa voluit ſecretū ſeruari. Et ꝓpea ex quo ꝓmiſſum eſt acceptando in ſecreto, nō ſolū ſeruādū ē, ſed poſſet pro rei nobilitate eſſe peccatū mortale hmōi reuelatio. Sūt aūt quædā, quorū occultatio nulli ꝓdeſt, reuelatioq; nulli nocet, ú leuiter cōmittūtur, & acceptātur in ſecreto. Et in his ueniale eſt fidē uiolare, qa cū nec ex materia inferat̄ alicui iniuria, aut iniuſtitia, q̄ nō eſt materia pnicioſa, nec ex forma. ſ. uiolatione iuris naturę, ſit cōtra Deū, aut ꝓximum, ſed præter debitū proximo, ratione impfectionis rei, de qua agitur, nō cōtrariatur charitati, ſed præter eā agitur.

*q.64.artic.4.

Porrecta per totum.

389

SVP. QV. LXX. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiuſdē q. in ſolutione ad ſecūdū aduerte, q̄ diſtinctio illa de teſtib⁹, q ſunt ſingulares, uel conteſtes, regulariter hēt locū, ut ꝑ ſingulares nullus dānet̄: qa tñ multi ſingulares teſtes in factis iterabilibus uiolentā ſuſpicionē inducūt, ut ſi unus uidit aliquē cōmittere vnū furtū, & alius uidit eundē cōmittere aliud furtū, & ſint teſtes omni exceptione maiores, iter religioſos, ꝙ̄ q̄s exiſtimat̄ alias tali uitio inuolutus, aut numerus multus taliū conteſtiū cōcurrat, ſi arctatus nō cōfitet̄, ſue miri vř qūq; ſubſecuta cōdēnatio multorū patrū cōſilio fulta. Et licet hoc nō ſit ſecūdū iuris rigoré, ubi tñ abſq; tormentis ꝓceditŕ nō tam ad puniēdū, q̄ ad ſalutē aīæ, & regularis obſeruātiæ fauoré, tolerabile vř, ut hæc ꝓbabilitas ſufficiat ad certitudinē īter eos, q mortui ſunt mundo: Quia tñ reus non pōt ad hmōi ſalam tolerandā cogi, debe ret ex hmōi indicijs ꝑ tormēta, religioſa tñ, ueritas exquiri, ut ſola nō ferat̄, niſi cōtra cōfeſſum, uel cō-

*2.q.4.c. Pręſul. Aliqui codices habēt hoc ca. in q.5.

*Li.1.c.3. cir. princ. & c.7. circa fi. to.5.

Conclu. m

ex ꝑcepto ſuperioris, qa ſeruare fidē eſt de iure naturali. Nihil aūt pōt ꝑcipi homini contra id, qđ eſt de iure naturali.

Ad III dicēdū, q̄ operari, cooperari ad occiſionē hominis nō cōpetit miniſtris altaris, ut ſupra* dictū eſt: & ideò ſecūdum iuris ordinē compelli non poſſunt ad ferendum teſtimonium in cauſa ſanguinis.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſufficiat duorum, uel trium teſtimonium. B

AD SECVNDVM ſic procedit. Vř q̄ nō ſufficiat duorum, vel triū teſtimoniū. Iudiciū.n.[h] certitudinē requirit: ſed non hř certitudo ueritatis per dictum duorū teſtiū. legitur.n.3. Reg. 21. q̄ Naboth ad dictum duorum teſtium falsò cōdemnatus eſt. ergo duorum, uel trium teſtimonium non ſufficit.

¶2 Præt. Teſtimoniū ad hoc, q̄ C ſit credibile, dēt eſſe [h] concors: ſed plerunque duorum, uel triū teſtimoniū in aliquo diſcordat. ergo non eſt efficax ad ueritatem in iudicio probandam.

¶3 Præt.* 2.q.5. dř, Præſul non damnet̄, niſi ſeptuaginta duob. teſtibus, presbyter aūt Cardinalis niſi quadraginta quatuor teſtibus nō deponatur, dyaconus Cardinalis urbis Romę niſi in uiginti octo teſtibus non D cōdēnabitur, ſubdyacon⁹, acolyt⁹, exorciſta, lector, oſtiari⁹, niſi cū ſeptē teſtib. nō cōdēnabitur: ſed magis eſt periculoſū pctm̄ eius, qui in maiori dignitate conſtitutus eſt, & ita [k] minus eſt tolerandū.[h] ergo nec[l] in aliorū condemnatione ſufficit duorū, uel trium teſtimonium.

Sed contra eſt, q̄ dicitur Deuter. 17. In ore duorum, uel triū teſtiū peribit, q interficiet̄. E Et infra 19. In ore duorum, uel triū teſtium ſtabit oē uerbum.

Respon. Dicendū, q̄ ſecundùm Philoſ. in 1.* Eth. Certitudo non eſt ſimiliter quærenda in omni materia. In actibus.n. humanis, ſup q̄bus cōſtituunt̄ iudicia, & exigunt̄ teſtimonia, non pōt hři certitudo demonſtratiua, eo q̄ ſunt circa cōtingētia, & uariabilia. Et iō[m] ſufficit ꝓbabilis certitudo, q̄ ut in A plurib⁹ ueritatē attingat, & ſic in paucioribus a ueritate deficiat.[n] Eſt aūt ꝓbabile, q̄ magis ueritatē contineat dictū multorum, q̄ dictum unius. Et iō [o] cū reus ſit unus qui negat, ſed multi teſtes aſſerunt idem cū actore, rationabiliter inſtitutum eſt de iure diuino, & humano, q̄ dicto teſtiū ſtetur. ¶ Omnis autem multitudo in tribus cōprehenditur, ſ. principio, medio, & B fine. Vnde ſecundùm Philoſo. in 1.* de cœlo. Omne totum in tribus ponimus. Ternarius quidem conſtituitur aſſerentium, cum duo teſtes conueniunt cū actore. Et ideò[o] requiritur binarius teſtium, uel ad maiorem certitudinē, ut ſit ternarius, qui eſt multitudo perfecta in ipſis teſtibus.[p] Vnde & Eccl. 4. dicitur. Funiculus triplex difficile rumpitur.* Auguſt. autem ſuper illud Ioan. 8. Duorum hominū teſtimonium uerum eſt, dicit quòd in hoc eſt trinitas ſecundùm myſterium commendata, in qua eſt perpetua firmitas ueritatis.

uictum, iuxta ſacros canones. 2. qō. 1. Nos in quemquam.
¶ In ſolutione ad tertiū nota duo. Primū eſt, de ſanctitate debita Romanæ Eccleſiæ Cardinalib⁹, q̄ utinā tanta eſſet, ut nullus vnq̄ eſſet in ſcādalū Eccleſiæ. Secundum eſt cōtra latrantes, q̄ malus Cardinalis nō punitur, qa ſ. periculoſius eſt derogare ī opinione hominum dignitati, & authoritati Romanæ Eccleſiæ cōdēnādo Cardinalem, q̄ tolerare illum ſine ſcandalo.

Conclu. p

*Li.1.tex. 2.to.2.

Conclu. o

*Trac.36 in Ioā. in vl. pagina ante fi. t.9

Ad primvm ergo dicendum, q̄ quantacumque multitudo teſtium determinetur, poſſet quandoque teſtimonium eſſe iniquū, cum ſcriptū ſit Exo. 23. Non ſequaris turbā ad faciēdū malum. Nec tñ quia non pōt in talibus infallibilis certitudo haberi, debet negligi certitudo, quę probabiliter haberi poteſt per duos, uel ꝑ tres teſtes, ut* dictum eſt.

*In corp. ar.

Ad II dicēdū, q̄ diſcordia teſtium in aliquibus principalibus circunſtantiis, q̄ uariāt ſubſtātiā facti, puta, in tpe, uel in loco, uel in pſonis, de q̄bus principaliter agitur aufert efficaciā teſtimonij: qa D ſi diſcordant in talibus, uidētur ſingulares eſſe in ſuis teſtimonijs, & de diuerſis loqui, puta, ſi unus dicat hoc factū eſſe tali tempore, uel loco, alius alio tpe, uel loco, non vř de eodem facto loqui. Non tñ præiudicatur teſtimonio, ſi unus dicat ſe non recordari, & alius aſſerat determinatum tps, uel locū. Et ſi in talibus omnino diſcordauerint teſtes actoris, & rei, ſi ſint æquales numero, & pares dignitāte, ſtat̄ ꝓ reo: qa facilior dēt eſſe iudex ad abſoluendū, q̄ ad condemnandum, niſi fortè in cauſis fauorabilibus, ſicut eſt cā libertatis, & huiuſmodi. Si uerò teſtes eiuſdē partis diſſenſerint, E dēt iudex ex motu ſui animi ꝑcipere cui parti ſit ſtādū uel ex numero teſtiū, uel ex dignitate eōrū, uel ex fauorabilitate cauſæ, uel ex cōdōne negotij, & dictorū. Multò aūt magis teſtimoniū unius repellit̄, ſi ſibiipſi aliq̄s diſſideat interrogatus de uiſu, & ſcietia, nō aūt ſi diſſideat īterrogat⁹ de opinione, & fama: qa pt ẜm diuerſa uiſa, & audita diuerſimodè motus eſſe ad rńdēdū. Si verò ſit diſcordia teſtimonij in aliqb. circūſtātiis nō ꝑtinētibus ad ſubſtantiā facti, puta, ſi tps fuerit nubiloſum, uel ſerenū, uel domus fuerit picta, aut nō, aut aliquid hmōi, talis diſcordia non præiudicat teſtimonio: quia homines non conſueuerunt circa talia

multum ſolicitari, vñ facile à memoria elabũtur. Quinimmo aliqua diſcordia in talibus facit teſtimoniũ credibiliꝰ vt * Chryſo. dicit ſup Matth. q̃a ſi in oĩbus concordarent, etiam in minimis uiderẽtur ex condicto eundẽ ſermonẽm proferre, quod tñ prudentiæ iudicis relinquitur diſcernendum.

* Homil. 1. paulo princ. Incipit hæc homil. Oportuerat nos quidem, to. 2

AD III dicẽdũ, ꝙ illud locũ hẽt ſpãliter in epiſcopis, pꝛ̃sbyteris, dyaconis, & clericis eccleſię Romanæ pp eius dignitatẽ: & hoc triplici rõne. Primò quidẽ, q̃a in ea tales inſtitui debẽt, quorũ ſanctitati plus credatũ, q̃ multis teſtibus. Secundò, q̃a hoĩes, qui habẽt de aliis iudicare, ſæpe pp iuſtitiã multos aduerſarios habẽt: vñ non eſt paſſim cre- G dendum teſtibus contra eos, niſi magna multitudo cõueniat. Tertio, q̃a ex cõdẽnatione alicuius eorũ derogaretũ in opinione hominũ dignitati illius Eccłiæ, & authoritati, quod eſt periculoſius, q̃ in ea tolerare aliquẽ pctõrẽ: niſi ſit ualde publicũ, & manifeſtũ, de quo graue ſcandalũ orirɛtur.

Porrecta per totum 390

SVP. QV. LXX. ARTIC. III.

IN art. 3 multa de conditionibus teſtiũ in aliquibus cauſis, uel calib. eſſent dicẽda, niſi iuriſtis hæc relinquenda eſſent à me, quia non ſuſcepi onus in iure, ſed in moralibus ſcribẽdi.

¶ In rñſione ad tertiũ, habes qđ ſupra dictũ eſt de declinando in bonã, uel malã opinionẽ proximi, quo ad actũ iuſtitiæ, uel quo ad actũ cautelæ. Pauper. n. nõ dicatur malus, ſed caueatur ab illo, ne ſit malus mentiendo propter paupertatẽ &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum alicuius teſtimonium ſit abſq; eius culpa repellendum.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̃ ꝙ alicuius teſtimoniũ non ſit repellendum, niſi ꝓpter H culpam. Quibuſdam. n. in pęnã infligitur, ꝙ ad teſtimoniũ non admittanĩ, ſicut patet in his, q̃ infamia notanĩ: ſed pœna non eſt inferẽda niſi ꝓ culpa. ergo vr̃ ꝙ nullius teſtimonium debeat [h] repelli, niſi ꝓpter culpã.

¶ 2 Præt. De [h] quolibet pſumẽdũ eſt bonũ, niſi appareat contrariũ: ſed ad bonitatẽ hoĩs pertinet, ꝙ uerum teſtimoniũ dicat. cũ ergo nõ poſſit cõſtare de cõ I trario, niſi pp aliquam culpam, vr̃ ꝙ nullius teſtimonium debeat repelli, niſi propter culpam.

¶ 3 Præt. Ad ea, q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis, nullus reddit non idoneus niſi pp pctm̃: ſed teſtificari veritatẽ eſt de neceſſitate ſalutis, ut ſupra *. dictũ eſt. ergo nullus dẽt excludi à teſtificãdo, niſi pp culpã.

* Art. 1. huius queſt.

SED CONTRA eſt, quod * Greg. dicit, & habetur 2. q. 4. Quià ſeruis ſuis accuſatus eſt Epiſcopus, ſciendum eſt, quòd minimè audiri debuerunt.

* Greg. in regiſtro li. 12. c. 54 à medio. Et habetur 2 q. 4. ca. Præſu. nõ procul. a fine.

RESPON. Dicendũ, ꝙ teſtimoniũ ſicut * dictum eſt, non hẽt infallibilẽ certitudinẽ, ſed probabilẽ: & iõ [m] quicq̃d eſt, qđ probabilitatẽ afferat in contrariũ, reddit teſtimoniũ inefficax. [n] Redditur autẽ probabile, q̃ aliq̃s in ueritate teſtificãda nõ ſit firmus, qñq; quidem pp culpam [o] ſicut infideles, & infames, itẽ illi q̃ publico crimine rei ſunt, q̃ nec accuſare pñt: qñq; aũt abſq; culpa, & hoc eſt uel ex defectu rõnis, ſicut patet in pueris, amẽtib. & mulieribus: uel ex affectu, ſicut patet de inimicis, & pſonis coniunctis, & domeſticis: uel ẽt ex exteriori cõditione, ſicut ſunt pauperes, ſerui, & illi, quibus imperari poteſt, de quibus probabile eſt, ꝙ de facili poſſunt induci ad teſtimonium ferendũ cõtra ueritatem. Et ſic patet, ꝙ [p] teſtimonium alicuius repellitur & propter culpam, & abſq; culpa. [q]

* Art. pręc. *Conclu. m* *Conclu. p*

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ repellere aliquẽ à teſtimonio, magis ptinet ad cautelã falſi teſtimonij uitandi, q̃ ad pœnam: unde rõ non ſequitur.

AD II dicẽdũ, ꝙ de quolibet pſumendũ eſt bonum, niſi appareat contrarium, dummõ non vergat in periculum alterius: quia tunc eſt adhibẽda cautela, ut non de facili unicuiq; credatur, ſecundùm illud 1. Ioan. 4. Nolite credere omni ſpiritui.

AD III dicẽdũ, ꝙ teſtificari eſt de neceſſitate ſalutis, ſuppoſita teſtis idoneitate, & ordine iuris. Vñ nihil prohibet, aliquos excuſari à teſtimonio ferendo, ſi non reputentur idonei ſecundùm iura.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum falſum teſtimonium ſemper ſit peccatum mortale.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Videtur ꝙ falſum teſtimoniũ non ſemper ſit pctm̃ mortale. Contingit. n. aliquem falſum teſtimonium ferre ex ignorantia facti: ſed talis [h] ignorantia excuſat à peccato mortali. ergo teſtimonium falſum non ſemper eſt peccatum mortale.

manum actū facit ex paſſione, alioquin ſibi imputaretur, & ſic quaſi imperceptibiliter cōfert eligēdo cōſonum paſſioni. Actus quoq; ex collatione virtualiter dupliciter cōtingit. Primo, ille actus dr̄ eſſe virtualiter ex collatione, de quo non in ſeipſo, ſed in ſui principio collatio præceſſit: & hoc mō artifices abſq; actuque actuali delibera-tione, nō tamen abſque virtuali, operantur. Non. n. cum quis pulſat, aut ſcribit, deliberat de ſingulis actibus: ſed deliberauit de initio ſcribendi, aut pulſandi, & vniuerſaliter de vtēdo tūc arte illa. Scdo, actus ille voluntarius dr̄ eſſe ex collatione virtualiter, qui ſic volēti conſonat, vt nolit conferre de illo, vt contingit quando qs operatur ex habitu, ſeu cōſuetudine, aut negligentia. Qui. n. cōſuetudinem ſuam proſequitur in bono, vel in malo, nō deliberat actualiter qñ ſecūdùm illā opatur, nec vnq̄ fortè propoſuit vti illa cōſuetudine: ſed qa refutat collationē, & illud opus acceptat, ac ſi cōtuliſſet, dū ſic acceptat illud, ꝙ fugit oppoſitum, cōſequēs eſt, ꝙ ex collatione virtualiter opatur. Oīs. n. volūtarius actus p̄ter naturales & primos motos ex collatione eſt: ac p hoc deliberatus actualiter vel virtualiter, poſitiuè vel negatiuè, explicitè vel implicitè. Ex eadē quoq; radice patet diſtinctio deliberatiōis à ꝓpoſito qm̄ deliberatio determinationē volūtatis ex collatione ſignificat indifferēter reſpectu p̄ſentis, aut futuri. Deliberamus. n. & nūc pulſare, ſcribere, ire &c. Et deliberamus nos ituros, pulſaturos, miſſuros, & huiuſmodi. Propoſitū aūt & ad futura reſtringit: nullus. n. ꝓponere dr̄, niſi de futuris agēdis, vel omittēdis. Et collationē rōnis præferētis vnū alteri non importat, ſed volūtatis actū ſimplicē ad futurū cōmittendū aut omittendū ſignificat. Cum autem multipliciter contingat in humanis actibus deliberationem interuenire, qualem exigat votum deliberationē, ex ratione, quare ad votū requiritur deliberatio, ſumendum eſt. Si. n. deliberatio exigitur ad hoc, vt votum ſit actus perfectè humanus, conſequens eſt, ꝙ omnis deliberatio ſufficiens ad peccatum mortale ſufficit ad votum: quoniā mortale peccato non eſt in primis motibus quantumque durent, ſed in ſolis actibus perfectis humanis conſiſtit, vt patet de delectatione morola, quæ numquàm eſt peccatum mortale, niſi ratione acceptata. Si verò exigitur deliberatio ad hoc, vt promiſſio ſit diſcuſſa, ac maturè digeſta, nō omnis deliberatio, quæ ſufficit ad peccatum mortale, ſufficit ad votum. Et licèt hic ſecundus dicēdi modus magnæ videatur initi æquitati, quoniam promiſſio tam arduum habens vinculum. ſ. mortis æternæ, nō niſi cōſilio exacto fieri debet, multò magis quàm obligatio ad pœnam proprij capitis, quantò vita æterna pretioſor eſt temporali: primus tn̄ dicendi modus ex authore, ſacris canonibus, & ratione comprobatur verius. Author ſiquidē in litera propterea deliberationem exigi dicit ad votum, quia propoſitū eſt actus voluntatis deliberatæ: ac per hoc docet, ꝙ illa deliberatio ſufficit ad votū, quæ ſufficit ad propoſitum. Cōſtat autem ꝙ omnis deliberatio ſufficiens ad peccandum mortaliter ſufficit ad actū propoſiti. Nam peccatum mortale eſt etiā actus voluntatis deliberatæ. In ſacris quoque canonibus extra de voto, & voti redēpt. cap. Venientis, expreſſe votum factū magis animi facilitate, quàm arbitrio rationis, validum iudicatur. Rationi quoque conſonat, vt ſicut iurans ex conſuetudine mala, aut facilitate, reus eſt periurij in iuramēto aſſertorio, ſi veritas deeſt: ita vouens, ſuo ſe vinculo illaqueat, immò dupliciter hi rei eſſe videntur. Primo, quia actu tanto. ſ. voto, & iuramento tam irreuerenter vtūtur. ſ. abſque exacta diligentia: ſecundo, ꝙ votū, aut iuramentum non ſeruant. Cum his tamen omnibus diſtingue, ꝙ vota dupliciter fiunt, quædam ex diligenti diſcurſu ac propoſito, & hæc plenè ſunt vota, & in his diſpenſandis, aut redimendis, aut cōmutandis, diligens eſt adhibenda prouiſio: quædam verò ex facilitate animi, aut paſſionibus ſtatim fiunt, vt multis pro qualibet re ſtatim vouentibus, contingit: & quidā tot multiplicant faciliter propter eandem rē vota, vt neſciant ad quæ vouendo ſe obligarint. Et talia vota licèt ſint verè vota, & ad peccatū mortale ob-

RESPON. dicendū, ꝙ votum quandā obligationē importat ad aliqd faciendū, vel dimittendū. Obligat aūt hō ſe homini ad aliqd per modū promiſſionis, qui eſt rōnis actus ad quem pertinet ordinare. Sicut. n. hō imperādo, vel deprecādo ordinat quodāmodo qd ſibi ab alijs fiat, ita ꝓmittendo ordinat qd ipſe pro alio facere debeat: ſed promiſſio, quæ ab hoīe fit, homini nō pōt fieri, niſi p verba, vel q̄cūq; exteriora ſigna: Deo aūt pōt fieri promiſſio per ſolā interiorē cogitationē, quia vt

G dr̄ 1. Reg. 16. Hoīes vidēt ea q̄ parent, ſed Deus intuet̄ cor. Exprimuntur tn̄ qñq; verba exteriora vel ad ſuiipſius excitationem, ſicut circa orōnem dictū* eſt: vel etiam ad alios conteſtandum, vt non ſolùm deſiſtat à fractione voti pp timorē Dei, ſed etiam pp reuerentiam hominum. Promiſſio autem procedit ex propoſito faciēdi: propoſitū aūt aliquā deliberationē præexigit, cū ſit actus volūtatis deliberatæ. Sic ergo m ad votū tria ex neceſſitate reqrūt. Primo quidē, deliberatio. Secū

*Q.83.ar.12.

F ligandā, quia ex ꝓpoſito promiſſio talis ſit Deo: nō ſunt tn̄ vſquequaq; obligatiua, pro quanto facilis debet eorū eſſe diſpēſatio, redēptio, aut commutatio, vt in dicto capit. Venientis, apparet. ¶ Ad obiecta autē in oppoſitum dicitur, ꝙ diſtinctio voluntariorū cōtra deliberata, poteſt dupliciter intelligi. Primo, vt ſint actus pfectè humani, ſeu voluntarij, & tn̄ nō ſint deliberati, & ſic eſt falſū. Alio mō, qa ſunt actus aliqui volūtarij, imperfectè tn̄, quia nō ſunt deliberati: & ſic eſt verū, vt patet i primis motibus. Nec eſt verū, ꝙ multa agamus, & iuramēto firmemus ſine deliberatione, niſi qñ nō aduertimus id qd facimus, aut dicimus. Eodē. n. modo excuſaretur a voto, ſi qs non aduerteret ſe vouere. Falſum eſt igitur, ꝙ agere ex paſſione, facilitate, & huiuſmodi, diſtinguatur contra agere ex deliberatione abſolutè: ſed diſtinguitur contra agere ex digeſta deliberatione. Vnde ſi Ricardus p vota ex ſurreptione, intelligit vota ſecundū primos mot°, bn̄ dixit: ſi aūt uota nō ex acta collatione facta, errat.

H ¶ Ad confirmationem autē iam patet reſponſio, ꝙ nō ideò deliberatio diſtinguitur cōtra propoſitū, quia requiratur exacta deliberatio: ſed ideò, qa ex materia propoſiti, & etiam ut conditiones uoti, qđ omnino plenè habet rationē uoti innoteſcant. Dictum eſt enim, ꝙ tale uotum collationem exactā exigit, quæ per liberationem diſtinctam contra propoſitum inſinuatur.

¶ In eodē ar. 1. q. 88. circa ſecūdā conditionē uoti. ſ. propoſitū, dubiū occurrit: quia multi putant, ꝙ propoſitū ſic ſit conditio uoti, ꝙ etiā ſufficit ad uotum qñ cōiungitur alteri actui, puta, ſuſceptioni habitus in religione: & dicūt hoc haberi ex capitulo. Conſulti, extra, de regul. cuius oppoſitum hic docemur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ poſitū cum quocumq; alio, niſi interueniat promiſſio implicita, uel explicita, aut præſumpta, nūquàm, ſufficit ad uotum. Textum autem illius capituli memini me alibi ex poſuiſſe ex textu capituli, Statuimus, ꝙ. ſ. intelligitur de propoſito habente implicitè promiſſionem: quoniam intelligitur de tali uoluntate mutandi uitam, qualis eſt uoluntas perſeuerantis poſt completum probationis annum: quia de uoluntate

I illius: qui renuntiat anno probationis, intelligitur, ac per hoc ſacientis quantū ex ſe eſt nunc, quod facturus eſt probationis tēpore completo. hoc autē eſt promittere. Quia implicitè igitur promittit, renuntians anno probationis, & textus loquitur de propoſito mutandi uitam, renuntiando probationis anno, ut iungendo utrumque capitulum patet, conſequens eſt, quòd propoſitum non faciat uotum, quàmuis ſit illius conditio.

¶ In eodem articulo circa tertiam conditionē, quæ eſt promiſſio in ordine ad alias duas. ſ. deliberationē, & propoſitū, dubiū occurrit: quia ſola promiſſio ſufficit ad uotū, & aliæ duæ conditiones ſuperfluunt. quod ſic probatur: Quia promittēs uoto ſolēni obedientiā &c. ſine propoſito obſeruandi tā eſſentialia, q̄ cæremonialia religionis intendēs tn̄ uere profiteri, & effici religioſus, uouet: & tn̄ ſine deliberatione, & propoſito faciendi. Non exiguntur ergo ad uotū tot cōditiones, ſed ſufficit ſola ꝓ-

K miſſio Deo. Nec putet inexpertus aliquis caſum dictū impoſſibilem: qm̄ de facto fortè ſæpe accidit in diis, quia ideò profitentur, ut habeant redditus annuos, unde luxurioſè ſic uiuant &c.

¶ Ad huius euidentiam ſcito, ꝙ cum uotum ſit promiſſio alicuius operationis, uel omiſſionis (oīs. n. uouēs promittit aut uelle, aut dicere, aut dare &c. aut non uelle, non facere, non dicere &c.) dupliciter poſſunt concurrere dictæ conditiones ad uotum. Primo, ꝙ omnes ſint circa materiā uoti, hoc eſt, ꝙ iſti tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere, circa illud idem obiectum uerſentur, quod eſt materia uoti. uerbi gratia, ꝙ aliquis deliberet ieiunare, proponat ieiunare, promittat ieiunare. Alio modo, ꝙ primi duo actus habeant pro obiecto tertiū actū, & non materiam uoti. uerbi gratia, ꝙ aliquis deliberat promittere ieiunium, proponit promittere ieiunium: & tertius actus habeat pro obiecto ipſam uoti materiā. ſ. ꝙ promittit ieiunium. Iſto. n. modo nō deliberat quis ieiunare, nec ꝓponit ieiunare, ſed deliberat, & proponit promittere ieiunium: ita ꝙ ſ. huiuſ tertius

actu

do, propoſitũ volũtatis. Tertio ꝓmiſſio, in qua perficit rõ voti.[n] Superaddunt verò qñq; & alia duo ad quãda voti cõfirmationẽ. ſ. ꝓnũtiatio oris, ſm illud Pſal. 65. Reddã tibi vota mea, q̃ diſtinxernnt labia mea. & iterũ teſtimoniũ aliorũ. Vñ magiſter dicit. 38. diſ. 4. lib. ſent. ꝙ votum eſt teſtificatio q̃da ꝓmiſſionis ſpontaneæ, q̃ Deo, & de his q̃ ſunt Dei, fieri debet: quàmuis teſtificatio poſſit ad interiorem teſtificationem propriè referri.

B

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ cõceptio boni ꝓpoſiti ñ firmat ex ai deliberatione, niſi ꝓmiſſione deliberationẽ cõſequẽte.

Ad II. dicendũ, ꝙ voluntas mouet rõnem ad promittẽdũ aliquid circa ea, quæ eius voluntati ſubduntur. Et pro tãto, votum à voluntate accipit nomen quaſi à primo mouente.

C

Ad III. dicẽdũ, ꝙ ille q mittit manũ ad aratrũ, iã facit aliquid: ſed ille q ſolũ proponit, nondũ aliquid facit, ſed qñ ꝓmittit, iã incipit ſe exhibere ad faciendũ, licèt nondũ ipleat qđ promittit: ſicut ille qui ponit manũ ad arandũ, nondum arat, iam tñ ponit manũ ad arandũ.

Articvlvs II.

Vtrum votum ſemper debeat fieri de meliori bono.

Ad secvndvm ſic procedit. Vr ꝙ votum non ſemp debeat fieri de meliori bono. Dr. n. melius bonũ, quod ad ſupererogationẽ ptinet: ſed votum non ſolũ fit de his quæ ſunt ſupererogationis, ſed ẽt de his q̃ pertinent ad ſalutem. Nã & in baptiſmo vouent hoĩes abrenũtiare diabolo, & põpis eius, &

actus. ſ. promiſſio cadit ſupra materiã voti, puta, ieiuniũ. In primo ãt mõ oẽs tres act⁹ cadũt ſupra materiã voti, puta, ieiuniũ. ❡ Scito ſecundo, ꝙ promiſſio votiua, ſicut aliæ promiſſiones, triplici animo fieri poteſt. Primo, cum animo promittendi, & ſeruandi promiſſum: & talis eſt vndique vera promiſſio. Secũdo, cum animo promittendi, ſed non cũ animo ſeruandi ꝓmiſſum, & talis promiſſio eſt partim vera, & ptim mẽdax. Vera quidẽ, q̃ ñ ad ipſũ actũ promittendi, quia intendit ſe verè obligare per promiſſionẽ. Mendax autẽ quantum ad rem promiſſam, quia promittendo, obligat ſe ad obſeruationẽ promiſſi, & cũ hoc habet intẽtionẽ fallendi, quia intendit non ſeruare promiſſum: cuius ſignum eſt, ꝙ ſi alicui homini aliquis promitteret reddere depoſitã pecuniã cũ intentione non obſeruandi promiſſum quantumcumq; intendat ſe verè obligare promittendo, deceptum illum qui dedit depoſitum dicimus, & deceptorem ab initio vocamus depoſitariũ. Tertio autem modo fit promiſſio ſine animo obſeruandi promiſſum, & ſine animo promittendi: & hæc fit cum ſolo animo proferendi illa verba promiſſoria propter metum, vel quamcumq; aliam cauſam: & talis promiſſio eſt vndique mendax quo ad homines. Examinemus igitur ſingula, vt propoſitæ ſatiſfiat quæſtioni. In primo modo promittendi. ſ. animo promittendi, & ſeruandi promiſſum plena voti ratio inuenitur, & omnes tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere, ſuper materiam voti cadunt, vt patet. In ſecundo verò modo. ſ. animo promittendi, ſed non animo ſeruadi promiſſum, diminuta, ſeu mõſtruoſa rõ voti inuenitur. Eſt tamen ibi vera ratio eſſentialis voti, & illius vinculũ cum peccato mortali tunc, & quandiu in tali voluntate non ſeruandi promiſſum perſeuerat. Patet enim ibi ſaluari voti eſſentiam, ex eo, ꝙ verè intenditur profiteri, ſeu promittere. Nec minus tenet̃ ſic profitẽs, aut vouens ad obſeruandũ promiſſum, q̃ ille qui vouit animo non ſolũ promittendi, ſed ſeruandi. In hoc aũt modo liquet, ꝙ trium actuũ requiſitorum ad votum, tertius tantum. ſ. promiſſio fertur ſuper materiam voti. Promittit enim caſtitatem, vel ieiuniũ, vel aliquid huiuſmodi. Duo verò antecedentes actus. ſ. deliberare, & proponere, cadunt non ſupra materiam voti, quia nõ intendit ſic promittens ſeruare caſtitatẽ, ſed ſupra ipſum tertiũ actum. ſ. ꝓmiſſionem: qñ ex deliberato propoſito promittit. In tertio autem modo voti. ſ. cum quis profitetur, aut vouet ſola voce, ſine animo promittendi, ratio aut vinculum voti non inuenitur ſecundũ veritatem. vnde nõ eſt ibi votum, ſed voti fictio. Quia tñ homo videt quæ foris ſunt, & ſecundum ea quæ foris aguntur, Eccleſiæ iudicium eſt, & eſſe debet, coram Eccleſia eſt ibi votum. Sicut cum aliquis ſuſcipit ordinem ſacerdotij ab ẽpo ſecundum Eccleſiæ ritum, quàmuis ſuſcipiens non intendat ſuſcipere, ſed ſimulare ſe ſuſcipere, apud Eccleſiam eſt ſacerdos, & habendus eſt, & tractandus vt ſacerdos, licèt in veritate non ſit ſacerdos. Vnde Eccleſia cogit omnes hmõi ad reddẽdum vota ſua, quæ diſtinxerunt labia ſua. Et licèt ſic vouens nõ tenetur ad obſeruandum promiſſum ratione voti, tenetur tñ ratione Eccleſiæ, & ſcandali. Eccleſiæ quidem, quia ſi fraus & dolus nulli debent patrocinari in præiudiciũ vnius perſonæ, multò minus in præiudicium Eccleſiæ. Conſtat autem, ꝙ ſi qs promittat alicui coram teſtibus vnle aliquid, ꝙ ſiuè habuerit animum promittendi, ſiuè non, cogitur à iudice humano obſeruare. Si quis igitur profitetur miniſtris Eccleſiæ, aut vouet coram alijs ſiue habuerit animum, ſiue nõ, cogendus eſt implere, qđ dixit: alioquin nullus poſſet cogi ad ſeruanda ꝓmiſſa, qa ſemper ignoramus animũ promittentis. Et ſi ipſi nõ cre-

Concl. n

dendum eſt, qñ promiſit, cũ eidem credendum erit, dicendo ſe non verè promiſiſſe? Quare magis tunc mendax q̃ nunc? Et ex his patet, ꝙ non eſt credendum ab eccleſia iuranti ſe nõ eſſe profeſſum animo profitendi, niſi oſtendat ſufficientia indicia violentiæ, aut huiuſmodi. Sicut etiam non eſt credendum alteri coniugum iuranti ꝙ non aio coniugij coniugium ſubijt. Et ſi contra hoc dicatur, ꝙ ab aliquibus Eccleſiæ miniſtris datur fides huiuſmodi iuramento religioſorum de ſuo animo in profitẽdo, patet rñſio. ſ. non qđ fit, ſed quod fieri debet ſpectandum eſt. Pñt, ſi volunt, iſti miniſtri facilè videre errorem ſuum ad ſimilia reſpiciendo. Si. n. de proprio aĩo contrario publicis factis ac dictis à ſe, fides dãda eſt iuranti, quotidie matrimonia diſſoluentur, ſacerdotes fient laici, cõtractus oẽs reſcindi poſſent, & breuiter vniuerſa nõ ſolũ eccleſiaſtica, ſed humana conuerſatio deſtrueretur. Et per hoc ẽt patet, q̃tũ ſcandalum daretur non ſeruando hmõi vota. Ex his autẽ haberi poteſt ſolutio quæſtionis, quod ſ. votum non monſtruoſum requirit illas tres conditiones ſic, ꝙ illi tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere cadant ſuper materiam voti. Vnde in litera dicitur, quòd promiſſio oritur ex propoſito faciendi, & non dicitur ex propoſito promittendi. Naturali namque ordine proponere aliquid, facere, aut omittere, deliberati animi circa illud actus eſt: & ſimiliter promittere aliquid ex propoſito, illud idem faciendi prouenit, vbi ſine fallacia agitur. Aſſignantur aũt huiuſmodi tres conditiones neceſſariæ ad votũ perfectum non ad votum diminutum: ſicut ſi diceretur, quòd partes neceſſariæ ad perſonam humanam, ſunt manus, pedes, D cor &c. verũ diceretur de perſona humana pfecta intelligẽdo: cum quo tñ ſtat, quòd humana pſona poſſet inueniri ſine manibus, & pedibus. Et hoc modo votum inuenitur cum ſola promiſſione cadente ſuper materiam voti abſque reliquis conditionibus, ſeu actibus cadentibus ſuper eandem. Diſtinctio igit̃ voti in votum perfectum, & monſtruoſum quæſtionẽ ſoluit. ❡ In rñſione ad ſecundum eiuſdem primi ar. nota vnde venit nomen voti, & tranſumptio ad ſignificandum deſideriũ. Dicitur enim quis voti compos, cum deſiderium ſuum impleuit.

Porrecta per totum. 476

SVPER Q. LXXXVIII. ART. II.

In titulo ar. 2. eiuſdẽ 88. q. aduerte, ꝙ quia in 1. ar. de forma voti determinatũ eſt, conſequenter in hoc de materia voti quæritur, & determinatur. Et quia materia voti dicitur eſſe bonũ melius, hoc eſt, bonũ ſupererogationis, propterea author quærens de materia voti, quærit, vtrum ſit de meliori bono.

E ❡ In corpore eiuſdem 2. ar. aduerte, ꝙ eorum quæ aliquo modo noſtræ ſubſunt voluntati, ſeptem ſunt genera. Quædã neceſſaria ſimpliciter, vt mori. Quædã neceſſaria ad finẽ æternæ ſalutis, vt præcepta. ſ. diligere Deũ, & proximũ, non adulterari, non occidere &c. Quædam expedientia ad æternã ſalutem, vt conſilia, puta, dare eleemoſynam, ſeruire infirmis, mãcipari diuinis obſequijs, & huiuſmodi. Quædã bona, nec tamen de præcepto, nec de conſilio, vt nubere. Quædã indifferentia, vt tranſire extra muros villæ, vti veſte alba, vel nigra, & huiuſ modi, q̃ ſiuè ſic, ſiuè aliter fiant, nihil refert ſcđm rõnem. Quædam impedientia viam æternæ ſalutis, vt peccata venialia, vt dicere verbum otioſum, & huiuſmodi. Quædam contraria æternæ ſaluti vt peccata mortalia, homicidiũ, adulteriũ, blaſphemia &c. Horum autem ſeptem generũ, quatuor extra q̃ſtionem ſunt, qm̃ manifeſtè conſtat de illis. ſ. primo. 5. 6. & 7. Nam clarè patet primum genus. ſ. neceſſariorum abſolute non poſſe eſſe ma-

teriã voti. Nullus.n.vouere põt ſe moriturũ, niſi ſtultus. Tertiũ autẽ genus.ſ. cõſiliorũ, cõſtat eſſe materiã uoti. De bonis.n. melioribus, ad quæ nõ tenemur, uota nos facere experimur. Sextũ uerò & ſeptimũ.ſ. impedimentiũ, & contrariorũ æternæ ſalutis, nõ poſſe eſſe materiã uoti patet, qa, ut in litera dr̃, nõ eſſet promiſſio, ſed comminatio, ſi qs ſe aliquid diſplicẽs Deo facturum decerneret. Tria autẽ genera.ſ. ſecũdũm, & ſimiliter quartũ, ac quintũ, cõnẽ habẽt, & ſimiliter tertiũ genus quoad ſua oppoſita.ſ. nõ facere opera quæ ſunt de cõſilio, ut nõ mutuare, nõ fideiubere, & huiuſmodi. Et cũ bona quoq; ſupererogationis malũ habẽt annexũ, ſub dubio cadũt, ut uouere religionẽ pp auaritiã, & ſimilia. Vñ qnque ſunt tractãda dubia. Primũ eſt, de neceſſarijs ad ſalutem. Secundum, de oppoſitis conſiliorum. Tertium, de bonis ſupererogationis propter malum finem. Quartum, de indifferentibus. Quintum, de bonis non ſub præcepto aut conſilio.

* Sumit ex Caſſiod. & Auguſ. in hoc loco.

¶ Circa ea igitur quę ſunt de neceſſitate ſalutis, duplex occurrit dubitatio. Prima, An talia cadant ſub uoto propriè dicto. Secunda, An in baptiſmo fiat uerè uotũ: & utriuſq; dubij nõ eſt multiplex ſermo doctorũ. In primo ſiquidẽ dicunt multi, q̃ nõ eſt propriè uotũ, & tamẽ q̃ qui uouet non fornicari, ſi fornicatur, peccat dupliciter.ſ. contra uotum, & contra præceptum. In ſecundo quoque quidam negant, quidam affirmãt eſſe uotum.

¶ Dicendũ eſt ad primum, q̃ ſine dubio neceſſaria ad ſalutem poſſunt eſſe materia uoti propriè dicti, & ratio in litera reddit̃, qa ſunt uolũtaria. Effectus uerò uoti in huiuſmodi neceſſarijs ad ſalutẽ, eſt facere idẽ alio modo Deo debitũ à ſeipſo uouente: ita ut non fornicari, quod erat debitũ ſolùm, ut erat caſtitatis, modo eſt etiam debitum, quia eſt religionis. Manifeſtãtur autem hæc ſic. Vouens non fornicari, ſi poſt fornicatur, nõ ſolum peccat peccato luxuriæ, ſed etiã irreligioſitatis, agens contra uotum. Ergo eſt ibi uera ſpecies uoti. Non.n. circũſtantia mutaret ſpeciẽ, niſi eſſet ibi eſſentialis ratio illius ſpeciei. Vbi aũt ſaluatur eſſentialis ratio alicuius, ibi eſt propriè illud, ut patet diſcurrendo. Quia ergo in huiuſmodi tranſgreſſionibus inuenitur eſſentialis ratio ſpeciei, ad quam trahit circunſtantia cõtra uotum, manifeſtũ fit q̃ ibi propriè fuit uotũ. Nec putes me cõtradicere authori in 38. diſt. 4. ubi uotum de neceſſarijs ad ſalutẽ nõ propriè, ſed communiter uotum eſſe dicit: qm̃, ut ibidem patet, æquiuocamus de proprio. Nam nos accipimus in propoſito ly propriè, ut diſtinguitur contra tranſumptiuè, ut denotat ipſam eſſentiã uoti, quia.ſ. ibi ſaluatur eſſentia uoti. Author autẽ ibidem accipit propriè, non ex parte eſſentiæ uoti, ſed ex parte materiæ uoti, & ut diſtinguitur cõtra cõe ſimiliter ex parte materiæ. Et uocat uotum communiter, quia obligat ad ea, ad quæ communiter homines tenentur. Votum uerò propriè, quod obligat ad ea, ad quæ alius non teneretur: unde nulla eſt in hoc controuerſia, ſed opus eſt intelligentia uocabulorum.

¶ Ad ſecundum uerò dubiũ de uoto baptiſmi, dicendũ eſt, q̃ non eſt ibi propriè uotum: nec Chriſtianus qñ fornicatur, peccat dupliciter.ſ. contra præceptum, & cõtra uotum, ſed ſimpliciter.ſ. contra præceptum, grauius tñ quàm infidelis, ut ſuperius didicimus, quia dignior eſt propter ſacramenta, quibus imbutus eſt. Quòd autem non fiat in baptiſmo uotum propriè, manifeſtatur dupliciter. Primo q̃ non ſit ibi uotum explicitè, ex uerbis quæ dicit baptizandus, quæ ſunt tria.ſ. Abrenuntio, Volo, & Credo. Nullum aũt horũ ſignificat promittere, qd̃ eſt proprium uouere. Abrenunciare.n. diabolo, & pompis, & operibus eius, ſignificat abdicationẽ, non promiſſionẽ. Vnde renuntians ſuo iuri, uel beneficio, nihil promittit, ſed ſpoliat ſe illo. Velle quoq; baptizari, abeſt promittere. Credere in Deũ patrẽ &c. nõ eſt promittere. Secundo, manifeſtatur q̃ nõ ſit ibi uotũ implicitè: hoc n. poſſet dupliciter contingere. Primò, rõne eccleſiaſtici ſtatuti, quemadmodum implicitè fit uotum continentiæ in ſuſceptione ſacri ordinis. Secũdò, ratione ipſius rei.ſ. aſſumptionis noui ſtatus, ac pfeſſionis fidei, quaſi hoc habeat uim uoti. Et quidem quòd non inueniatur in baptiſmo uotum ex præcepto Eccleſiæ, manifeſtatur ex hoc, quod adulto, qui baptizatur

fidẽ ſeruare, vt dicit* glo. ſup illud Pſ. 75. Vouete, & reddite dño Deo veſtro. Iacob ẽt uouit q̃ eſſet ei dñs i Deũ, ut hr̃ Gen. 28. hoc aũt eſt maximè de neceſſitate ſalutis. ergo [h] uotũ nõ ſolum fit de meliori bono.

¶ 2 Prę. Iephte i catalogo ſctõrũ ponit̃, ut patet Heb. 11. ſed ipſe filiã innocẽtẽ occidit pp uotũ, vt hr̃ Iudic. 11. cũ ergo occiſio inocẽtis nõ ſit meli' bonũ, ſed ſit ſm ſe illicitũ, uĩ q̃ uotũ fieri poſſit non ſolũ de meliori bono, ſed etiam de [h] illicitis.

¶ 3 Præt. Ea q̃ redũdãt in detrimentũ perſonæ, uel q̃ ad nihil [h] ſunt utilia, nõ hñt rõnẽ melioris boni: ſed qñq; fiunt aliqua uota de imoderatis uigilijs, & ieiunijs, q̃ uergũt i periculũ pſonæ: qñq; etiã fiunt aliqua uota de aliquibus indifferentibus & ad nihil ualentibus. ergo nõ ſemper uotũ eſt melioris boni.

Sed contra eſt, qd̃ dicitur Deuter. 23. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris.

F nullibi inuenit̃ preceptũ q̃ uoueat, ſicut præceptũ eſt ſuſcipientibus ordinẽ ſacrũ, q̃ uoueãt caſtitatẽ: ac per hoc ſi adultus corde cõtrito ſuſcipiat baptiſmũ, nõ intẽdẽs niſi baptiſma ſuſcipere, & ad nihil aliud ſe obligare intẽdens, niſi ad qd̃ baptiſmus obligat, cõſtat q̃ nõ uouet, & nullius eſt reus pcepti, nec eſt alio mõ Chriſtianus iſte, q̃ alij. Et cõfirmat̃, qa Eccleſię nõ eſt multiplicare laqueos in ſacramẽtis neceſſitatis. In cuius ſignũ i ſacramẽto penitẽtiæ, q̃ eſt ſecũda poſt naufragiũ tabula, pænitens renũtiat opibus diaboli per cõtritionẽ, ac cõfeſſionẽ, & uult ſuſcipere pænitentiã & ſuſcipit, & tñ nõ uouet: immò inhibet cõfeſſoribus inducere pænitẽtes ad uouẽdũ abſtinere à peccatis, ne multiplicentur laquei.ſ. pcepti, & uoti. Et cõfirmat̃, qa uouere eſt conſilij, baptizari eſt præcepti. Inconſonum eſt ergo annectere preceptum uoti præcepto baptiſmi: quoniam ſic uouere non eſſet conſilij, ſed præcepti uniuerſaliter, & ſimpliciter, non ſicut in ordine ſacro præcipitur uouere, quia ſuſcipere ordinem non eſt in præcepto. Quod autem non ſit in baptiſmo uotum implicitè ex natura facti, quia ſcilicet aſſumitur
H nouus ſtatus, ſcilicet, chriſtianitatis, & fit profeſſio fidei, quaſi hoc factum habeat uim uoti, uel habeat annexum uotum nouæ uitæ & fidei, ex eo patet, quòd ſecluſis Eccleſiæ ſtatutis cum quis ſuſcipit ſacerdotij ordinem, nouum ſtatum aſſumit, mancipaturque diuinis obſequijs, atque conſecratur ad illa ſine ullo uoto. Ad profeſſionem quoque fidei ſat eſt corde, & ore illam confiteri cum propoſito mutandi uitam. Vnde ſaluator docendos homines eſſe ante & poſt baptiſmum ſtatuit, non exigẽdam promiſſionem, ſed exhibitionem ſui ad baptiſmum prædicandum, dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, non, Qui uouerit. Vnde licèt plus ſit exhibere ſe ad baptiſmum & fidem, quàm promittere, non tamen includit promittere: ſicut donare plus eſt quàm promittere, donans tamen nihil promittit. In promptu autem ratio eſt, quare baptiſmo non oportet, nec expedit adiungere uotum propriè dictum, quia uotum eſt priuata lex à ſe ſibi uoluntariè impoſita. Cum autem quis baptizatur, legem Chriſti uoluntariè ſu-
I ſcipit, habentem ſufficientem uim coactiuam, & inductiuam ad obſeruantiam fidei, & præceptorum. Non eſt ergo opus quòd baptizatus addat ſibi aliam legem obligantem præcisè ad præcepta. Quòd uerò non expediat, patet ex dictis, quia eſt multiplicatio laqueorum ad nihil quodammodo utilium: quoniam æque cauemus, uel non cauemus à caſu cum tali uoto, & ſine tali uoto, ut experientia teſtatur. Sine dubio igitur non eſt uotum in baptiſmo, niſi largè uoti nomine utendo pro uoluntate nouæ uitæ in profeſſione fidei: & ſic fortè multi doctores exponi poſſunt. Quòd ſi aliqui aliter ſenſerint, ſanctum eſt præhonorare ueritatem. In litera tamen in reſponſione ad primum, author non affirmat in baptiſmo eſſe uotum, ſed ſupponendo hoc à Magiſtro ſentent. in 38. diſt. 4. & à Gloſ. dictum, ubi etiam ipſe approbauit, exponit modum quo hæc comprehenduntur ſub uoto, dicens, quòd hoc modo ſub uoto baptizatorum &c. Auguſt. quoque ad Neophytos, ut habetur
K de conſecr. diſtin. 4. cap. 1. dicens, quod ſpopondiſtis abrenunciare diabolo &c. aut largè ſponſionem accepit, aut ritum forte, qui tunc apud eos erat, expreſſit.

¶ Circa oppoſita conſiliorum, dubium nõ ſimpliciter, ſed quorundam uidetur eſſe, An poſſit quis uouere q̃ non mutuabit, aut dabit eleemoſynam, non ingredietur religionem, & huiuſmodi. Et ratio dubij uidetur eſſe, quia quòd licitum eſt facere, licitum eſt uouere. Conſtat autem quòd licitum eſt non mutuare, non ingredi religionem, & huiuſmodi, quia hæc ſunt de conſilio, quod non tenentur ſequi. ergo.

¶ Sed huius opinionis error facilè deprehenditur, ſi conſideremus cui fit uotum, quia.ſ. fit Deo, ut inferius patet. Certum eſt enim, q̃ etſi non diſpliceat Deo te nõ ſequi conſilium ſuũ, diſplicet tamẽ, ei quòd tu promittas ei, te conſilium ſuũ non ſecuturum: quoniã hoc eſſet facere, quòd promiſſio ſibi facta eſſet uinculum contra conſilium ſuum: ac per hoc Deus ipſe ex vna parte daret conſilium, & ex alia parte prohiberet conſiliũ ſuum,

ſeum, dũ acceptaret uinculum contra ſuũ conſilium. Non eſt A ergo Deo acceptabilis promiſſio cõtra conſilia ſua, ac per hoc nõ eſt uotũ: ſed in hoc hẽt locũ illud, In turpi uoto muta decretũ. Immò ſic uouentes, peccãt abutẽdo promiſſione ad Deum.
¶ Sed tunc inſurgit q̃ſ, quale pctm̃ eſt hoc, ueniale, ſ. an mortale. Vt.n. talis uouens nõ ſolũ irreuerentiã Deo exhibere iniuſte
ar. præc. tẽ ei promittẽdo, ſed & blaſphemiã incurrere, attribuẽdo Deo qđ ei nõ cõuenit, ſ. eſſe ſibi gratũ uinculũ cõtra ſua conſilia, & deliberat proponere cõtra ea q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis: quĩ cõſilia in articulo neceſſitatis ſunt præcepta. hoc autẽ eſt peccare mortaliter.
¶ Si diligentius tñ cõſideretur, tria mala ĩ
Conclu. m hmõi uotis inueniri contingit. Primum, ex parte rei pmiſſę, q̃ quandoque, ſ. in articulo neceſſitatis, põt eſſe in pcepto. Et ex hac parte ſi qs tã pertinaci animo uoueret nõ mutuare, nõ dare eleemoſynã, & huiuſ
Conclu. p modi, ut ẽt intendat in articulo neceſſitatis hæc non facere, ſine dubio peccat mortaliter. Secundum, ex parte incluſæ attributionis Deo, quia ſcilicet hic clauditur, q̃ Deo ſit gratum uinculum contra ſua conſilia. Et ſi quis hoc cognoſceret, animaduerteret, & non curaret, blaſphemia eſſet. Sed quoniam hoc magis ſupponitur, quàm fiat à uouente, ſupponit enim ſic uouens Deo acceptum eſſe ſuum votum, iõ hoc malum, niſi fieret ex induſtria, non induceret mortale. Tertiũ ex parte abuſiuæ promiſſionis, quia ſcilicet fit Deo promiſſio ſibi diſplicẽs, iuxta illud, Diſplicet ei ſtulta promiſſio: & in hoc formaliter conſiſtit peccatum iſtud. Et ſi quidem ex intentione aliquis eligeret formaliter diſplicet Deo, cum hoc de genere ſuo ſit mortale, contrarium directè charitati, ſine dubio peccaret mortaliter. Sed cum materialiter eligitur id, quod diſplicet Deo, non oportet eſſe mortale, ut patet cum quis deliberate dicit uerbum otioſum. Conſtat autem quòd talis uouens nõ D ſolum materialiter, ſed etiam ex ignorantia facti excuſabili, quia regnat etiam apud doctos, ut dicitur de Hoſtienſi, facit quod Deo diſplicet. Credit enim ſic uouens ſe obſequium præſtare Deo uouendo, & licite uouere. Propter quod non niſi uenialiter peccant ſi uouentes, & non intendentes contra præcepta Dei uouere, ut communiter accidere uidetur.
¶ Circa bona ſupererogationis, dubium occurrit à Ricardo, in quarto diſt. 38. motum, ſed parum diſcuſſum, An uotum factũ de bono ſupererogationis propter malum finem, ſit uere uotum. Et eſt ratio dubij: quia bonum ſupererogationis propter malum finem, non eſt bonum, ſed malũ formaliter, ut patet de eleemoſyna propter inanem gloriam. Quod autem eſt formaliter malum, non poteſt eſſe materia uoti.
¶ In oppoſitum eſt, quòd ſi quis profitetur religionem Hieroſolymitanam, ſeu aliquam eiuſmodi, ut habeat diuitias unde luxurioſè uiuat, & propter luxurioſè uiuere profitetur, uerè uotũ E emittit boni ſupererogationis. ſ. religionis propter malum finem, ſ. luxurioſam uitam. Poteſt ergo de bono fieri uotũ propter malum finem.
¶ Ad euidentiam huius difficultatis, diſtinguendus eſt ſenſus quæſtionis, & ſingula tractanda ſunt membra, cum ſuis incidẽtibus. Tripliciter igitur poteſt intelligi, quòd homo uoueat bonum ſupererogationis propter malum finem. Primò, ut malus finis ſit finis illius boni, quod dicitur uoueri: ſicut uana gloria eſt finis eleemoſynæ, cum quis uoueret dare eleemoſynã propter inanem gloriam. Secundò, ut malus finis ſit finis non boni quod promittitur, ſed applicationis hominis ad vouendum: ſicut luxurioſa uita eſt finis profeſſionis, cum quis profiteretur aliquam religionẽ ut luxurioſè uiueret. Tertiò, ut malus finis ſit finis ipſius uoti, ita quod ipſum uotũ ordinetur ad malum finem, ut quod eſt ad finem, ordinatur ad finem. Sicut uictoria in bello iniuſto eſſet finis uoti, ſi q's pmitteret Deo q̃ ſi daret illi uictoriam in tali bello, offerret Deo mille aureos.
¶ In primo ergo ſenſu dicendũ eſt, q̃ uotũ nihil ualet, qa nõ eſt uotũ, ſed diabolica promiſſio: qa materia eius nõ eſt aliqđ bonũ, ſed formaliter malũ, ut patet in exẽplo dato, cum qs uouet dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Et ratio eſt, quia iuxta hũc ſenſum ordo promiſſę actionis ad malum finẽ cadit ſub uoto, non ſola actio ſupererogationis, v.g. ly, pp inanẽ
Conclu. o gloriam, determinat ly, dare eleemoſynã, quĩ eſt finis illius dare. Ac per hoc materia talis uoti non eſt ſolũmodo dare eleemoſynam, ſed totũ hoc, ſ. dare eleemoſynam propter inanẽ gloriam, quod conſtat eẽ formaliter malũ. Attẽde ergo in huiuſmodi uotis, ſi malus finis ponit̃ finis actionis ſupererogatiuæ, quę eſt materia uoti, ut uides in exẽplo dato. Et cum hoc inueneris, dicito promiſſionem talẽ non
Conclu. n eſſe uotum: quia ſupererogationis bonũ non nudum, ſed ueſtitum tali propter, ponitur materia uoti. In ſecundo autem ſenſu, quando ſcilicet malus finis ponitur finis ſolius applicationis ad vouẽdũ, vt patet in exemplo profeſſionis propter uitam luxurioſam, dicẽdũ eſt, quòd uotum eſt verè uotum & ualidum, q̃uis talis ſic vouẽdo peccet mortaliter. Et in promptu ratio eſt, quia malus finis iuxta hunc ſenſum non eſt finis uoti, aut actionis, uel omiſſionis ſupererogatiuæ. Non.n. qui profitetur, ordinat ſuum obedire ad luxuriam, ſed eſt finis applicationis ad profitendũ. Nã ſi quæratur, propter quid applicas te ad profitendũ, & tot Deo promittendum, reſpondebis, ut uiuam luxurioſè. Ex fine autẽ applicationis ad uouendũ non adimitur, aut datur natura voti. aut illius vinculum. Diſcute igitur & hoc diligenter: quoniã multas quæſtiones inde ſolues de multis uouentibus propter malum finem, puta, ut complaceant alicui ſcelerato in hoc, qđ vouent: in omnibus.n. huiuſmodi verè uotum eſt & bonum, & ſanctum, ſed applicatio ad uouendum eſt diabolica: propter quam, ut dictum eſt, peccat ſic uouens.
¶ Et ex his patet, quòd obiectiones ad utramque partem allatæ concludunt uerum. Prima iuxta primum ſenſum: & ſecunda, iuxta ſecundum. In tertio verò ſenſu, quando finis malus ponitur finis ipſius uoti, diſtinguendum eſt, quia hoc poteſt dupliciter fieri. Primò, ut promittatur executio uoti pro malo obtinendo fine, v.g. Vouet dux belli iniuſti, ſe añ congreſſum belli oblaturum Deo mille aureos pro obtinenda a Deo uictoria. Et ſic cum talis oblationis mille aureorũ finis ſit malus, redit caſus reprobatus in primo ſenſu. Clarè namque patet, quòd ipſa voti executio, ſ. offerre mille aureos pro iniuſta uictoria, eſt actio formaliter mala, non minus q̃ dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Non eſt ergo ſic facta promiſſio uotum. Secũdo, ut promittatur executio uoti poſt obtentum à Deo finem. Et in hoc ſenſu difficultas emergit: quia ex quo iſte eſt conſecutus uictoriã, licet iniuſtã, & uictoria iſta eſt à Deo, quia oẽ bonũ eſt à Deo, licèt iniuſtitia eius nõ ſit à Deo, cõſequens eſt, q̃ teneatur iſte ſeruare promiſſum bonum, ſ. offerre Deo mille aureos. Et confirmatur, quia plus tenetur ſeruare promiſſum homo Deo, q̃ alteri homini: ſed homo homini tenetur ſeruare promiſſum bonum, quàmuis ex turpi cauſa, ut patet de promiſſa mercede meretrici. ergo homo tenetur ſeruare promiſſum bonum Deo, quàmuis ex turpi cauſa ſcilicet, uictoria iniuſta.
¶ Sed cum nemo, ut Auguſt. dicit, Deo authore fiat malus, aut peior, & quilibet in aſſequẽdo ſuum malum finem fiat peior, conſequens eſt, quòd Deus non ſit author aſſecutionis mali finis: ac per hoc votum tale blaſphemia potius quàm votum eſt, & ad nihil omnino obligat, niſi ad pœnitentiam. Blaſphemũ eſt namque attribuere Deo, quòd ipſe concedat iniuſtam victoriam, non minus quàm quòd ipſe concedat concubitũ alienæ uxoris. Par enim eſt ratio de quolibet malo fine: & con-

RESPON. Dicẽdũ, q̃ ſicut dictum ª eſt, uotum eſt promiſſio Deo facta. Promiſſio autem eſt alicuius, qđ quis pro aliquo uoluntariè facit. Non.n. eſſet promiſſio, ſed cõminatio, ſi quis diceret ſe cõtra aliquem facturũ. Similiter uana eſſet pmiſſio, ſi aliqs alicui promitteret id, qđ B ei non eſſet acceptũ. Et iõ cum oẽ peccatum ſit contra Deum, nec aliqđ opᵘ ſit Deo acceptũ: niſi ſit uirtuoſum, ᵐ conſequẽs eſt q̃ de nullo illicito, nec de aliquo indifferẽti debeat fieri uotũ, ſed ſolùm de aliquo actu virtutis.ⁿ Sed quia uotum promiſſionem uoluntariam importat, neceſſitas autem uoluntatem excludit: ᵖ id quod eſt abſolutè neceſſarium eſſe, uel non eſſe, nullo modo ſub uoto cadit. ᵠ Stultum enim eſſet, ſi quis voueret ſe eſſe moriturum, uel ſe non eſſe uolaturum.ˢ Illud verò quod non habet abſolutam neceſſitatem, ſed neceſſitatem finis, puta, quia ſine eo nõ poteſt eſſe ſalus, cadit quidem ſub voto, inquantum uolũtariè fit, nõ autem inquantum eſt neceſſitatis.ᵗ Illud autem quod neq; cadit ſub neceſſitate abſoluta, neque ſub neceſſitate finis, omnino eſt uolũtarium: & ideò hoc propriiſſimè cadit ſub voto. Hoc autem dicitur eſſe maius bonũ in comparatione ad bonum, quod communiter eſt de neceſſitate ſalutis: ideò ˣ propriè loquendo, uotum dicitur eſſe de C meliori bono.ᶻ

ſtat,q. ſi quis ꝓmitteret Deo offerre ſibi mille aureos,ſi faceret F q̃ cõcũberet cum uxore proximi ſui,blaſphemus eſſet, faciẽs quãtũ in ſe eſt,Deũ lenonẽ. Quòd aũt dr̃ uictoriã eſſe à Deo,verũ eſt:ſed iſte promittit ꝓ uictoria belli iniuſti,q̃ et ſcit,non eſt à Deo.Sicut ẽt delectatio cõcubitus, & ipſe cõcubitus eſt à Deo, ſed nõ cũ uxore aliena,vt ſic,ꝓ quali concubitu & delectatione ille voueret. Confirmatio quoq; nihil adiuuat: cũ ab hoĩe poteſt obtineri turpe obſequiũ, à Deo aũt nõ. Nec ꝓpea minus ſolida eſt hæc doctrina, qa ſic uouens nõ credit ſe blaſphemare:qm̃ ſecundũ naturã uoti iudicium ſit, non ſecundũ iſtius, aut illius ignorãtiã.

¶ Sed qd dicẽdũ eſt, ſi uotũ fieret ſub conditione talis euentus abſolutè, & non ſub conditione determinata ad patrociniũ diuinũ?v.g.Dux ĩ tali bello vouet ſe oblaturum Deo mille aureos,ſi euenerit victoria,& nõ ſi De⁹ dederit, aut non dederit. Rñdeo,q. qa ſub quacũq; uerborũ forma uotũ fiat,ſecũdũ cõtẽtũ & intẽtũ ſenſum iudicandum eſt:iõ cum in huiuſmodi votis bonũ promiſſum, puta,oblatio, aliquẽ ordinem ex intentione uouentis accipiat ad optatum malũ, puta,iniuſtam uictoriam: quoniam promittendo bonum, ſi malum eueniet, ordinat executionem illius boni ad euentum huius mali, oportet inſpicere qualis ſit iſte ordo promiſſi boni ad malum,& ſecundùm illum iudicare.Si enim promiſſum bonum ordinetur quaſi effectiuum,aut imperatiuum mali, puta,ſi dux ſic uouendo intenderet ut ꝑ hoc uotũ aſſequeretur uictoriã, iam patet ex dictis, quòd blaſphemia potius q̃ uotum eſt.Et eadem ratio eſt, ſi oblatio promiſſa ordinetur ad malum,quaſi recompenſatiuũ pro grauarum actione.Vt ſi dux ſic uouẽdo,intẽdat ſe obligare ad grauarum actiones Deo pro beneficio talis uictoriæ: continet enim hoc eandem blaſphemiam. Si verò promiſſum bonum ordinetur I ad malum ſolo euentu,puta,ſi erit uictoria,offerã mille: quod tñ difficile eſt accidere homini rationali,cuius eſt cõferre vnũ alteri,in tali caſu uotũ eſſet uerè uotum,& aduenientе conditione tenetur ſeruare promiſſum. Et multò magis ualidum eſt votum ſimile, ſi bonum pollicitum ordinatur ad malũ, ut punitiuũ,aut ut præſeruatiuum. Exemplum primi.Si quis uoueret,quòd ſi committeret adulterium, offerret mille pro pœnitentia.Exemplum ſecundi. Si committam adulterium,ingrediar religionem,ut quia ſcit ſe nolle eſſe religioſum,& propterea reddat ſibi adulterium magis alienum,quàm ingreſſum religionis. In his namque,& ſimilibus, ubi nulla eſt mala relatio boni ad malum,aut ad Deum, uotum eſt uere uotum, & ligat conditione extante. Aduerte tamen,quòd ſi quis diſcerneret in optato malo,puta,uictoria in bello iniuſto, bonum à malo, & uoueret offerre mille aureos pro conſequendo eo, quod eſt boni in iniuſta uictoria,cum hoc uerè ſit Dei donum,uota huiuſmodi eſſent uerè uota, & ualida: eſſemus enim tunc extra K caſum,quo promittitur bonum ſupererogationis ꝓpter malũ finem, quoniam finis eſſet bonus. Et eadem rõne ualida ſunt uota de bono ſupererogationis propter aſſecutionẽ bonorum temporalium turpibus cauſis annexorum.v.g. Si quis uouet ſe oblaturum ſtatuam argenteã Deo,ſi ex concubina habuerit ꝓlem, ita quòd beneficium optatum ſit generatio, non illicitus concubitus:conſtat enim hoc eſſe Dei beneficium, & licitũ deſiderium. Et ſimiliter ſi quis uouet ſe oblaturum decimã partem turpis lucri,ita quòd beneficium optatum ſit lucrari,non cauſa eius,ut ſi quis luſurus ad hoc ut lucraretur,uoueret Deo daturum in eleemoſynam decimam partem lucri, uotũ eſſet ualidum:quia licet ludere propter lucrum, ſit malũ,ex quo tamen ludit,lucrari non eſt illicitum.Ex his aũt patet,quid dicẽdum eſt de uotis pugnantium illicitè in duello, quia ſcilicet ſi uoueret quis pro incolumitate,aut uita, aut quacunq; alia re, quam licitè optat,obtinenda, uotum uerum eſt. Si autem pro occiſione aduerſarij, aut quauis re illicite optata obtinẽda,blaſphemia potius q̃ uotum eſt. Nec te moueant quorundam verba contra uota cõditionalia pro tp̃alibus obtinendis, quaſi ſit illicitũ uouere pro tp̃alibus tanq̃ ſit emere tp̃alia ꝑ ſpũalibus, aut ſpũalia pro ſpũalibus: extranea nãq; ſunt hæc à propoſito. nulla eſt hic emptio, nulla cõmutatio.Sed oblatio q̃ eſt religionis actus conditionata, ſi diuina largitas tale beneficium conceſſerit. Stultũ enim eſt uotum emittere, quaſi cõmutãdo cũ Deo: bonorum ſiquidẽ noſtrorum nõ ſolũ non eget, ſed nec aliquid ex nr̃is bonis põt ſibi accreſcere.

¶Circa indifferentia verò ad bonũ, & malũ moraliter, diſtinguendum eſt. Nam indifferentia dupliciter aſſumi poſſunt ĩ materiam voti,ſ.ſalua eorũ indifferẽtia, vel tranſlata de indifferẽtiũ ordine ad ordinẽ bonorũ, ſeu expediẽtiũ ad bonũ.Et primo mõ votum nihil ualet: ſecũdo aũt mõ uotum ligat,v.g. Non filare in ſabbatho eſt indifferẽs:quia nec bonum, nec malũ morale importat. & propterea mulier uouens non filare in ſabbatho,nihil uouet. Et ſi adiungatur ad non filare in ſabbatho,nihil uouet.Et ſi adiungatur ad non filare in ſabbatho, reuerentia beatæ Virginis, adhuc nõ filare ĩ retinet ſuam indifferẽtiam: quia negatio filationis ob reuerentiam beatæ Virginis, nullum bonũ morale importat, quoniam nullam affirmationem habet annexam, quæ ſit materia reuerentiæ beatæ Virginis.Ordinare ſiquidem talem negationem in reuerentiã beatæ Virginis,eſt nihil ordinare,ſicut nec ordinare in eiuſdem reuerentiam filare. Nihil namque magis eſt in reuerentiã unũ,magis quàm alterum. Secus autem eſt,cum quis uouet non facere opera ſeruilia in reuerentiam beatæ Virginis: quoniã hoc hẽt annexam expeditionem ad cultum diuinum, ſicut in diebus feſtis.Sed non filare ſtat cum operibus magis impediẽtib. mentem, & non fit ꝑp expeditionem mẽtis iſta negatio filandi, ſed ex ignorãtia uouendi.Nihil ergo ualent huiuſmodi vota,quorum materia relata ẽt ad aliud,indifferens remanet. Sed quando materia abſolutè eſt indifferens, relata aũt ad aliud eſt bona,aut expediens ad bonum,uotum ualet, ut dictum eſt.uerbi gratia.Ire Pariſium eſt quoddam indifferens, & ſi quis uouet ire Pariſium, nullo uoti uinculo aſtringitur: ſed ſi addatur ad ire Pariſium ob uiſitandum beatum Dionyſium, tunc ire Pariſium non eſt indifferens, ſed actus uirtutis, puta, religionis, & propterea uotum ualet. Et ſimiliter ire domũ talis uiri,eſt act⁹ indifferens,ſed ſi meum ire ad illam domum eſt mihi in ſcandalum propter frequentem abuſum ludi,aut occurſum alicuius mulieris, aut aliquid huiuſmodi, tunc non ire domum illam relatum ad ſecuritatem animæ meæ, eſt de genere expedientium, ac per hoc bonorum, & conſultorum à Domino: iuxta illud. Si manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam &c. Et propterea ſi quis ob ſui cautelam uouet non ire illuc, uotum ualet.Sed tunc inſurgit quæſtio, An ceſſante illa ſuperaddita relatione,quæ habet rationem expedientis mihi,ceſſet votum. v.g.Vouit quis non ire ad talem domum, ut fugeret ludũ malum,uel mulierem ibi &c. poſt lapſum temporis in domo illa non eſt amplius huiuſmodi mulier, aut non amplius luditur ibi,an tunc etiam ceſſet voti uinculum,ita quòd liberè poſſit ille ire in domum illam. Et reſpondendum eſt quod licitè poteſt ire in domum illam, quia non ire ad domum illam non eſt amplius materia uoti. Ex hoc namq; nõ ire ad illã domũ erat materia uoti, quia relata erat ad euitandum ſcandalum. Ceſſante ergo fundamento relationis,puta,muliere aut ludo ibi, ceſſat relatio, & mutatur materia illa de relata in non relatã, ac per hoc de expediente in indifferentem, quæ non eſt materia uoti. Sine ergo diſpenſatione aliqua licitè põt ire ad domũ illam in hoc caſu.Et qm̃ de ſimilibus idẽ eſt iudiciũ,docti uiri erunt in huiuſmodi uotis indifferentiũ ſecundũ dicta iudicare.

¶Circa

Ad primum ergo dicendũ,q. hoc mõ ſub uoto baptizatorũ cadit abrenũtiare põpis diaboli,& fidẽ Chri ſeruare: qa uolũtariè fit, licèt ſit de neceſſitate ſalutis. Et ſilr̃ põt dici de uoto Iacob,q̃uis ẽt poſſit ĩtelligi, q. Iacob uouit ſe hr̃e dñm ĩ Deũ G ꝑ ſpãlẽ cultũ,ad quẽ non tenebat, ſicut ꝑ decimarũ oblationẽ, & alia hmõi q̃ ibi ſubdunt̃.

Ad II dicendũ, q. quædam ſunt, q̃ in oẽm euentũ ſunt bona, ſicut opera uirtutis, & alia bona q̃ poſſunt abſolutè cadere ſub uoto. Quædã uerò ĩ omnẽ euentum ſunt mala, ſicut ea q̃ ſecundùm ſe ſunt peccata: & hęc nullo mõ poſſunt ſub uoto cadere. Quędã uerò ſunt q- H dẽ in ſe conſiderata bona,& ſecundũ hoc poſſunt cadere ſub uoto, poſſunt tñ habere malũ euentum, in quo non ſunt obſeruãda. Et ſic accidit ĩ uoto Iepte, qui ut dr̃ Iudicum II. uotũ uouit Dño,dicens.Si tradideris filios Amon in manus meas,q-cunque primus egreſſus fuerit de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti in pace, eũ offeram holocauſtũ Domino.Hoc aũt poterat malũ euẽtum habere,ſi occurreret ei aliquod animal non immolandũ, ſicut aſinus,uel homo: quod ẽt accidit.Vñ & Hier.dicit:In uouendo fuit ſtultus, quia diſcretionẽ non habuit:& in reddendo,impius:Pręmittit tñ ibidem

¶ Circa bona quæ non ſunt præcepta, nec conſulta, ut nubere, A dubium occurrit, An vouens nubere, uerum votum emittat, & conſequenter teneatur nubere. Videtur enim primò, quòd ſic. Primo, quia votum non minus obligat, quàm iuramẽtum: ſed iurans nuptias, tenetur ad illas, niſi ingrediatur religionẽ ergo eodẽ modo uouens. Et confirmatur: quia votum de minori bono, dummodo nõ ſit excluſiuũ maioris, tenet: alioquin votum nõ poſſet fieri niſi de optimo, aut cõpoſſibili cũ optimo, & ſic multa vota perirent, vt patet de uouentibus ꝑpetua ſeruitia hoſpitalibus, & huiuſmodi, q̃ non ſunt cõpoſſibilia cũ optimo. Scriptum eſt.n. Optimam partẽ elegit ſibi Maria. In oppoſitum eſt: quia uoti materia eſt bonum ſupererogationis: cõſtat autem matrimoniũ nõ eſſe bonũ ſupererogationis. ergo. ¶ Ad euidentiã huius difficultatis aliter oportet ꝓcedere, q̃ in indifferẽtibus, q̃ vana ſunt reſpectu Dei & q̃ in formaliter oppoſitis cõſiliorum. q̃ non ſunt de genere bonorũ, quorũ vinculum diſplicet Deo, vt oſtenſum eſt: qm̃ hæc, de quibus eſt q̃ſtio, ſunt bona moraliter, & ut patet, primæ ad Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem ſuã non ſolũ nõ peccat, ſed bene facit. Cõſiderandũ itaq; eſt, q quoddã eſt boni genus, quod non ſolũ eſt tale bonũ opus, ſed cõtinet in ſe ſtatus mutationem, ut patet de matrimonio. Qui.n. matrimoniũ cõtrahit, ſtatũ mutat: qm̃ de ſtatu cõtinentiũ ad ſtatũ tranſit coniugatorũ. Mutatio aũt ſtatus poteſt eſſe duplex, ſ. deſcenſiua, & aſcẽſiua. Et qa mutatio de ſtatu continentiũ ad ſtatum coniugatorum nõ eſt mutatio aſcẽſiua, ſed deſcenſiua, ut patet primæ ad Cor. 7. conſequens eſt q per ſe loquẽdo, nubere eſt deſcendere à ſtatu meliori ad ſtatum minus bonum. Sed qm̃ ſtatus non ſemper conſonat perſonæ, quoniam multi ſunt in ſtatu continentium q̃ non ſunt continentes, quibus dicitur ab Apoſtolo, Melius eſt nubere quàm uri: ideò diſtinguendum eſt, q uotum nubendi dupliciter fieri poteſt. Primò abſolutè & ſic non ualet: quia eſt votum de declinando à ſtatu continentium ad ſtatum coniugatorum, quæ declinatio etſi ſit licita, eſt tamen minus grata Deo, cui ſit promiſſio uotiua, quàm perſeuerantia in ſtatu continentium, in quo manet vouens. Conſtat enim quòd promiſſio de minus grato alicui, quàm id quod habet nõ obligat illi: quia mallet perſeuerare in eo quod habet. Hæc autem eſt huiuſmodi, qa eſt promiſſio de declinando à meliori. Et de Deo ſcriptum eſt, q inouet ad diſponendum aſcenſiones in corde hominis, quem adiuuat. Non eſt igitur, abſolutè loquendo, uotum, cum quis uouet nubere. Secundò, poteſt dictum uotũ fieri propter fornicationem uitandam, quia ſcilicet cognoſcit ſe labilem, & niſi nubat, cadet in crimina multa: & ſecundum antedicta uotum uidetur ualidum: Quia ſi uotum per indifferẽti abſolutè, differenti autem quoad cautelã a malo, obligat, ut dictum eſt, à fortiori votum de bono remedium daturo tot periculis obligat. Et hæc quidem ratio concluderet, ni ſi eſſet differentia in hoc, quòd indifferens relatum ad cautelam, nullã implicat culpam. Matrimonium autem relatum ad uitandam propriam fornicationem, culpam cõtinet uenialem apud Authorem in quarto ſententiarum. diſt. 31. ratione ſuperfluitatis. Nullum autem culpabile poteſt ſub uoto cadere: & propterea hoc ſequẽdo diceretur, quòd nec ſic uotum nubẽdi ualet. Ego autem non uideo ſuperfluitatẽ aliquam in tali remedio reſpectu humanæ naturæ ſic infirmæ, ut eſt. Quoniã ſi in carne præter carnẽ uiuere, angelicum potius eſt, quàm humanum, conſequens eſt q communiter loquendo, ſuperare ac domare cõcupiſcentias ſub perpetua continentia, angelicum quoq; ſit, & heroicæ virtutis, nõ humanæ: ac p hoc humana rõne utendo, ſapientis uiri, qui non põſſe continere, eſſe vt vti tali remedio: & quicquid detrimẽti actualis rõnis in huiuſcemodi matrimonio cõtinget, recõpenſatur nõ ſolũ ex bono euaſionis tot periculorũ, ſed ẽt ex quiete multò maiore paſſionũ concupiſcẽtiæ, vt experiẽtia teſtatur. Et ſic opinor uotũ nubendi factũ pp fornicationẽ uitandam ab impotente ſe continere pp ſuã fragilitatẽ &c. eſſe ualidũ: qa nulla culpa huiõi matrimonio eſſe vr. Nec ꝓpterea arguo Authorẽ, qui abſolutè loquitur de matrimonij uſu propter fornicationem uitãdam. Hoc tamen in loco ꝓprio, Deo dante, dicetur reſolutè examinando matrimonij bona, vt ẽ officium, ut eſt contractus, ut eſt remediũ, vt eſt ſacramentum. ¶ Ad rõnes igitur in oppoſitũ pro quanto inferũt, q uotum nubẽdi eſt abſolutè validũ, rñdendũ eſt. Et ad primam dr̃, q licet non minus obliget uotum, qũàm iuramentũ, tamen alij obligat uotũ, & alij iuramentum. Nã uotum ſoli Deo fit, iuramẽtum aũt homini præſtatur. Ac per hoc ſicut alios cõtractus terũ iuramento inter hoĩes firmatos, tenetur qs ſeruare, ita contractũ pſonarum. Licet Deo minus grata ſit promiſſio matrimonij, q̃ perſeuerantia in ſtatu continentiæ, homini tñ cui facta eſt ꝓmiſſio matrimonij, magis grata, ac p hoc debita eſt obſeruatio promiſſi, q̃ recedere à ꝓmiſſo. ¶ Ad ſecundam dicitur, quòd uotum de minori bono põt dupliciter intelligi, ſcilicet in genere, uel abſolutè. Si in genere bonorũ ſupererogationis, ſic uerũ eſt, quòd ualidum eſt, ut obijciendo probatur. poteſt enim ſub uoto cadere quodlibet ſupererogationis bonũ, quantũcumq; vnum ſit minus alio. Si abſolutè, ſic non eſt uerum vniuerſaliter, ut patet ex dictis.

Porrecta per totum. 471

D ¶ In reſponſione ad ſecundum, nota, quòd Author non dicit. Quædã ſunt q̃ poſſunt bonum, uel malum euentum habere: ſed dicit, Quædam bona in ſe ſunt, q̃ poſſunt bonum, uel malum euentum habere. Nota autem hoc, quia oportet uotum, ſi votum eſt, habere ꝓpriam materiam, ſcilicet bonum, ſicut uotum Iepte, cuius materia propria fuit immolare Deo: ſed quia materia remota voti, q̃ erat materia ſacrificij, ſcilicet animal immolatum, erat incerta, potuit habere bonum, uel malũ euẽtum, ut habuit. Præſuppone igitur ſemper in uoti materia bonitatem, & deinde ſcrutare euẽtus: quoniam ubi deeſſet bonitas, uotum non eſſet. Et propterea dictum eſt, quòd nec illicita, nec oppoſita conſiliorum, nec indifferentia poſſunt eſſe materia uoti: nihil enim horum eſt bonum.

E ¶ In rñſione ad tertium in articulo ſecundo, nota duo. Primò, q litera non dicit, q qñ obſeruatio uoti eſt manifeſtè nociua notabiliter, requiratur recurſus ad ſuperiorem, ẽt in promptu habitũ: ſed dicit, q cõgruẽtius talia uota ſecundũ ſuperioris arbitriũ &c. Et rõ eſt, quia deſinit in tali caſu res promiſſa, ſ. abſtinere, eſſe pro tunc materia uoti, ex quo non eſt pro tunc actus uirtutis talis maceratio corporis, ut in litera habes. Secundò, q vota de uanis & inutilibus, q talia ſunt indifferentia, ſunt deridenda, & non ſeruanda: & ratio eſt, quia non placent Deo uana, aut inutilia, cui ſola bona placent. Vniuerſaliter quippe uerum eſt, q oportet materiam uoti bonã eſſe moraliter: quàmuis, ut patet ex dictis, hoc non ſufficiat ad uoti materiam.

4. d. 38. q. 1. art. 3. q. 1. & ar. 4. q. 1. cor. & ad 3.

q factus eſt ſuper eum ſpiritus dñi: qa fides & deuotio ipſius, ex qua motus eſt ad vouendũ, fuit à Spiritusancto. Propter qđ ponit̃ in catalogo Sanctorũ, & pp victoriã quam obtinuit: & qa probabile eſt eũ pœnituiſſe de facto iniquo, quod tñ aliquod bonum figurabat.

AD III dicẽdũ, q maceratio proprij corporis, puta, per uigilias & ieiunia, nõ eſt Deo accepta, niſi inquantũ eſt opus virtutis: qđ quidem eſt inquãtum cum debita diſcretione fit, ut ſ. concupiſcentia refrænetur, & natura non nimis grauetur. Et ſub tali tenore poſſunt hmõi ſub uoto cadere: propter quod & Apoſtolus Rom. 12. poſtq̃ dixerat, Exhibeatis corpora ueſtra hoſtiã uiuẽtẽ, ſanctã, Deo placentem: addidit, Rõnabile obſequiũ veſtrum. Sed quia in his q̃ ad ſeipſum ptinẽt, de facili fallit̃ hõ in iudicãdo talia uota, cõgruentius ſm arbitriũ ſuperioris ſunt vel ſeruanda, vel ptermittẽda, ita tñ q ſi ex obſeruatione talis uoti magnum, & manifeſtũ grauamẽ ſentiret, & nõ eſſet facultas ad ſuperiorẽ recurrẽdi, nõ dẽt homo tale uotũ ſeruare. Vota verò q̃ ſunt de rebus uanis & inutilib⁹, ſunt magis deridenda, q̃ ſeruanda.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne votum obliget ad ſui obſeruationem.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ q non oẽ uotũ obliget ad ſui obſeruationẽ. Hõ.n. magis indiget his, q̃ per alium hominem fiunt, q̃ Deus, qui bonorũ noſtrorum non eget: ſed promiſſio ſimplex homini facta, C

SVPER QV. LXXXVIII. ART. III.

IN articu. tertio quæſt. 88. nota, quòd fides in morali theologiæ doctrina dupliciter ſumitur. Primò, p uirtute theologali, de qua in principio huius libri tractatum eſt. Secundo, pro uirtute morali, qua (vt Auguſtinus ex Cicerone in quarto de rep. inquit) fit dictorum, ſeu pollicitorum, quæ decus eſt principium:

quæ etiam hoſti ſeruatur, quod dictum eſt. Et de hac modo eſt F ſermo, cum fideles, aut infideles in promiſſionibus ſeruandis dicimus.

¶ In eodem 3. ar. in rñſione ad primũ, caue ne fallaris, neſciens vſum vocabulorũ apud authorẽ, & putes ꝙ ſimplex promiſſio obliget ſecũdum honeſtatẽ, hoceſt, congruitatem. error eſt iſte. Vtitur quidẽ author honeſtatis nomine cõtra legẽ exterius coactiuã, ut patet ſuperius in q. 80. Intẽdit nãq; author, ꝙ debitũ eſt duplex, ciuile, & morale. Et hoc vocat alio nomine debitũ ex honeſtate: & hoc morale, ſeu ex honeſtate debitũ, ſubdiuiditur in debitũ morale ſine quo honeſtas morũ ſeruari nequit, & q̃d eſt pp melius, vt patet ibi. Ex hoc igitur ꝙ ſimplex promiſſio obligat ex honeſtatis debito, intellige ꝙ obligat ſecundum debitum morale, quod ſpectat ad forum conſcientiæ. Vnde & in litera dr̃, ꝙ obligat ex naturali iure: quãuis non poſſit ciuiliter cogi, hoceſt, à iudice damnari. & ex his patet doctrinã in primo articulo traditam de obligatione ſimplicis promiſſionis, eſſe conſonam authori.

H ¶ Aduerte quoq; quantum à ſeipſo in 38. diſt. quarti ſententiarum, differat author hic, dum altius naturam, uimq; promiſſionis contemplatus, ex ipſa uim obligatoriam ad Deũ intulit.

¶ In rñſione ad ſecundum in eodẽ tertio articulo, dubium occurrit, An ille qui uouit hanc religionẽ in hoc monaſterio determinatè, & principaliter, & ſine ſua noua culpa repulſus eſt, teneatur ſeruare caſtitatẽ. Et eſt ratio dubij, quia in uoto religionis, & huius, includitur votum continentiæ: ac per hoc ſi nõ poteſt ſeruare uotũ religionis, quia hoc nõ eſt in poteſtate ſua, tenetur ſeruare uotũ cõtinentiæ, quia hoc eſt in poteſtate ſua, ſicut dr̃ in litera de ea quæ uouit uirginitatẽ, & poſtmodum eſt corrupta, ꝙ tenetur ſeruare quod põt, ſ. continentiam. Et confirmatur, quia in litera dr̃, ꝙ ſi illud, quod quis uouet ex quacunque alia, hoceſt, non culpabili cã impoſſibile reddatur, dẽt homo facere quod in ſe eſt, ut ſaltem habeat promptam uoluntatem faciendi quod põt. Ille igitur qui ſic repulſus eſt, ex quo religio quam uouit, facta eſt ſibi impoſſibilis ex aliorum uolũ- I tate, debet habere promptam uoluntatem faciendi quod põt: conſtat autem ꝙ poteſt continere, ergo tenetur continere.

¶ In oppoſitũ aũt eſt, quia cũ quis uouet quod eſt in alterius poteſtate, ſi ille in cuius eſt poteſtate, non vult, uouens eſt abſolutus ipſo facto, tamquàm uotum conditionaliter factũ non extante conditione: ſed hoc eſt huiuſmodi. ergo. & confirmatur, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis: continẽtia autem acceſſoria eſt ad religionem. ſi ergo iſte eſt abſolutus à uoto religionis, ergo & à uoto continentiæ in religione incluſæ.

¶ Ad hoc dici poteſt, negando quòd in tali uoto claudatur uotum continentiæ. Poteſt enim uotum religionis dupliciter intelligi, ſcilicet ut ſit religionis conſtitutiuè, uel obiectiuè. Nam ſi eſt uotũ religionis conſtitutiuè, hoceſt, conſtituens religionem, conſtat quòd includit tria eſſentialia religionis uota. Et hoc eſt uotum, quod in profeſſione emittitur. Si verò eſt uotum religionis obiectiuè hoceſt, habens religionem pro obie- K cto tantum, quia ſcilicet uouet ſe futurum religioſum, in tali uoto non clauditur uotum continentiæ: cuius ſignum eſt, quòd ſi antequàm fiat religioſus, fornicaretur, non facit contra uotum caſtitatis.

¶ Sed hæc reſponſio licèt benè diſtinguat, malè tamen ſoluere videtur: quia uouens religionem, & eius perſeuerantiam, uouet hinc ad tantum tempus & aſſumere religionis ſtatum, & perſeuerare in eo. In hoc autem ſecundo includitur caſtitatẽ ſeruare: unde & adueniente tempore quo iſſet in mora, ſi fornicaretur, faceret contra uotum caſtitatis. Manifeſtatur autẽ hoc eſſe uerum ex eo, ꝙ ſi habens tale uotũ, ſtatũ matrimonialem ingrederetur, non poſſet exigere debitum, ſicut habens uotum continentiæ non poteſt exigere. Sed quoniam difficultas iſta, ſcilicet, An in tali uoto claudatur uotum continentiæ, non eſt clara, ideò tractanda eſt pñs quæſtio, præſupponendo ꝙ in uoto ſimplici religionis contineatur uotũ continentiæ impli-

nõ obligat ad obſeruãdum ſm inſtitutionẽ legis humanæ: q̃d eſſe vr̃ inſtitutũ pp mutabilitatem humanæ uoluntatis, ergo multò minus ſimplex promiſſio Deo facta, quæ dicitur uotum, obligat ad obſeruandum.

¶ 2 Præt. Nullus obligatur ad impoſſibile: ſed quãq; id quod quis G vouit, fit ei impoſſibile uel quia dependet ex alieno arbitrio, ſicut cũ quis vouet aliq̃d monaſterium intrare, cuius monachi eũ nolũt recipere: vel pp emergentem defectum, ſicut mulier quæ uouit virginitatẽ ſeruare, & poſtea corrumpitur: vel uir, qui uouet pecuniã dare, & poſtea amittit pecuniam. ergo nõ ſemper uotum eſt obligatoriũ.

¶ 3 Præt. Illud ad cuius ſolutionẽ eſt aliqs obligatus, ſtatim h ſoluere tenet: ſed aliqs non ſtatim ſoluere tenetur illud, q̃d vouit, præcipuè cum ſub conditione futura uouet. ergo uotũ non ſemper eſt obligatorium.

SED CONTRA eſt, q̃d dr̃ Eccl. 5. Quodcumq; uoueris, redde. Multoq; melius eſt nõ uouere,

F citè. Aliter ergo dicitur diſtinguendo de intentione vouentis. Aut enim intendit ſe obligare ad continentiam &c. etiam ſi non poſſet recipi in religione: aut ſi cogitaret quòd non eſſet recipiendus, ad nihil intendit ſe eſſe obligatum. & in primo caſu tenetur ad continentiam, in ſecundo non.

¶ Sed quia hæc rñſio particularis eſt, ſ. reſpectu huius qui hẽt talẽ intentionem, & q̃ſtio eſt de uoto abſolutè, oportet ex natura uoti ſatisfacere q̃ſtioni, & nõ ex particularib⁹ intẽtionib⁹ hui⁹, & illi⁹ uouẽtis.

¶ Dicẽdũ eſt ergo, ꝙ quẽadmodũ in habitibus virtutũ, ſublata rõne formali obiecti, non remanet uirtutis habitus, ita & in voto. Formalis autẽ rõ uoti religionis eſt ſtatus religioſus, ad quẽ quaſi materialiter ſe habẽt uota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. Rurſus, cũ oẽ uotũ de eo quod in poteſtate alterius, hẽat implicitã conditionẽ, ſi ille uoluerit, ſeu nõ contradixerit, alioquin tale uotũ eſſet illicitum, aut fatuum: & conſtet quòd uotum de aſſumẽdo religionis ſtatu in hoc monaſterio, ſtat in poteſtate prælati, & capituli, conſequens eſt ꝙ tale uotum ſit formaliter de aſſumendo religionis ſtatu, & perſeuerando in eodem in hoc monaſterio, ſi monaſterio placuerit: materialiter aũt de obſeruanda obediẽtia, caſtitate, paupertate &c. Cũ ergo cõditio nõ extet in propoſito caſu, quia monaſteriũ recuſat eũ, & ſic ratio formalis, q̃ ſub cõditione pẽdebat, ceſſet: cõſequẽs eſt ꝙ uotũ totaliter ceſſat, & licitè põt talis perſona nubere abſq; conſcientiæ ſcrupulo. Et confirmatur hoc, quia ſeruare caſtitatẽ & paupertatem &c. in uoto religionis, ſunt uelut acceſſoria: quia repræſentatur naturali ordine uouẽtibus, quòd in religione ſeruare hæc, opportunum & conſonum, nec multum difficile eſt, q̃ remanſuris in ſęculo aut impoſſibilia, aut adeò difficilia uidentur, ut cõiter uouentes religionem, ſi non remanſuros ſe ſcirent, non uouerent hæc. Hoc autem eſt ſignum, quòd natura talis uoti nõ fertur ſuper hæc, niſi p religionis ſtatum, & non aliter: quoniam quod cõmuniter inuenitur, ſignũ naturæ rei eſt. Reddito ergo huic religionis ſtatu, quem uouit, impoſſibili abſq; ſua culpa, abſolutus eſt à uoto non medio, ſed toto. & ex his patet reſpõſio ad obiectionem in contrarium, quia nõ niſi materialiter, ſeu ſecũdariò clauditur uotum continentiæ ſub formali & principali conditione nõ extante. Ad confirmationem uerò dicitur, quod author intelligitur ſic. Debet facere quod in ſe eſt, circa ea ad quæ remanet obligatio uoti. In propoſito autem caſu non remanet obligatio ad reliqua, non extante conditione circa principale.

¶ In eadem reſponſione circa eundem caſum, dubium occurrit, An ſemel refutatus ab hoc monaſterio, teneatur ulterius expectare, ſ. ſi fortè alias admitteret eum.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ attendendum eſt in hoc caſu ad cauſam repulſæ, an. ſ. ſit temporalis, an perpetua. Nam ſi repellunt illum nõ ſimpliciter, ſed pro nunc, tenetur expectare, ex hoc ipſo, ꝙ non eſt ſimpliciter refutatus. Si autem repellitur totaliter, nõ oportet amplius expectare, manifeſtato eiſdem prius ſuo uoto: quia hoc fortè eſſet inductiuum eorum ad recipiendum eum.

¶ In eadẽ rñſione dubiũ occurrit de eo, qui uouit principaliter religionẽ, aut religionẽ talẽ, puta Prædicatorũ, & repulſus eſt à multis religionibus, aut à pluribus locis eiuſdem religionis, an teneatur quærere per omnes religiones, & per omnia loca.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quãtum eſt ex natura uoti, iſte tenetur omnes requirere, ſi ſpes eſt, quòd alicubi inueniat receptores. Et ratio eſt, quia ex quo obligauit ſe ad id, quod depẽdet à totis, debet omnes, à quibus dependet, requirere. Dixi autem quãtum eſt ex natura uoti, quia ex intentione uouentis poſſet aliter accidere. Nam ſi uouens nõ intẽdebat ſe obligare, niſi ad religiones ſibi notas, & in locis propinquis, nõ tenetur limites ſuę intentionis exire. Vñ adoleſcentula, uel uidua, q̃ uouet ingredi religionẽ, & nullũ in terra ſua, aut propinquis locis inueniẽs monaſteriũ, q̃d illã uelit, p hoc q̃ quieſcit pat ẽter reputãs ſibi eſſe ampli⁹ impoſſibile q̃d uouit, ſatis oſtẽdit facto ſuo, ꝙ nõ itẽdebat ſe obligare ulterius, aut mittere p mũdũ quærẽdo monaſteria. ſimili

modo

modo poteſt diſcerni intentio uouentiũ. Nullus ſiquidẽ in Italia uouen. religionẽ, intenderet ſe obligare ad eundũ in Græciam, Daciam, & ſimilia, ſi hoc ſibi diceretur, quando uouet. A

¶ Sed quid, ſi talis non inuenit niſi monaſteria non reformata parata ad eius receptionem, nunquid obligatur.

¶ Dicendũ: ꝙ ſiue vocentur monaſteria reformata, ſiue non, ſi publicè cõſtat ꝙ non ſeruatur ibi regularis diſciplina, ſed quilibet viuit ad placitu, & reputantur male cõſcientiæ ferè oẽs, nõ tenetur perſona, quæ vouit religionẽ, in ueritate ſubire cõuerſationẽ talium monaſteriorum. Scriptũ eſt.n. cũ peruerſo peruerteris. Secus autẽ eſt, ſi uocarentur vitæ cõis, & tamẽ in veritate benè uiuerent cum timore domini in ſubſtantialibus, & in multis accidentibus ſub prælatorum cura in ueritate: quamuis non ita diſtrictè uiueretur, ut regularis exigit diſciplina. Hoc enim modo omnes antiquæ hodie uidentur eſſe religiones ſecundùm ueritatem: quàmuis ſecundùm uocabula quædam regularis uitæ uocentur, & ſint in reſpectu ad laxiores

¶ In eadem reſponſione, pro quanto ibi tractatur, quando uotũ eſt factũ impoſſibile ex culpa uouẽtis, dubia duo ſimul occurrunt. Primũ eſt, Ad quid tenetur, qui uouit ingredi religionẽ, & poſtmodũ contraxit, & conſumauit matrimonium. Secundũ eſt, Ad quid tenetur, qui vouit perſeuerare in religione, & poſt contraxit, & conſumauit matrimoniũ. In utroque ſiquidem caſu factũ eſt uotum impoſſibile ut obſeruetur, ex culpa uouentis, qui uoluntariè coniugem ſe conſtituit. C

¶ Ad primum horum dicitur, quòd cũ uotum de ingreſſu religionis intelligatur, ſecundum formã Eccleſiæ, ſcilicet ut ingrediatur bona fide probaturus & probandus, manifeſtè patet, ꝙ in tali uoto non clauditur uotum continentiæ, niſi in potẽtia, quæ eſt conditio diminuens: homo enim in potentia, nõ eſt homo, & ſimile eſt de alijs religionis uotis. Vnde durante impoſſibilitate implendi uotum de ingreſſu huiuſmodi, ad ſolã pœnitentiam peccati, quia fecit ſe impotentem, & uoluntatem implendi, quando poterit, remanet obligatus.

¶ Ad ſecundùm uerò dubium, quia ponitur ſub uoto cadere perſeuerantiam in religione, non facilè liquet ad quid remanet obligatus. Diſcordia ſiquidem apparet in principijs, & in applicatione ad concluſionem. In principijs quidẽ, quoniã ut prius tactum fuit uotum ſimplex religionis creditur differre in materia à uoto ſolẽni profeſſionis: ita quòd materia uoti profeſſionis eſt obediẽtia, paupertas, caſtitas &c. Materia autem uoti ſimplicis, cum ſcilicet quis uouet religionem aſſumere, & perpetuò permanere, eſt ipſa profeſſio in ueritate: in hoc enim clauditur, ut perſeueret. Non enim plus tenetur ad perſeuerãdum in religione, qui prius uotũ ſimplex habuit de religione abſolutè, quod includit perſeuerantiam, & poſtmodum eſt profeſſus, quàm qui ſine præcedente ſimplici uoto profeſſus eſt: quoniã nõ plus cadit ſub uoto ſimplici religionis, quàm perſeuerantia debita ex profeſſione, ut patet extra, de uoto cap. Per tuas. vbi Epiſcopo Gebenenſi præhabenti uotũ religionis dicitur, quòd fiat religioſus. Et ſi poſt fuerit iterum ab Eccleſia Gebenenſi factus epiſcopus, poterit eſſe epiſcopus. Idem eſt ergo uouere ſe futurum religioſum, & ſe ingreſſurũ, & perſeueraturum in religione, & ſe profeſſurum religionem. Conſtat autem quòd ſi quis uouet ſe profeſſurum religionem, materia talis uoti eſt ipſa profeſſio, cuius profeſſionis materia ſunt obedientia, paupertas, & caſtitas. Non eſt ergo eadem materia utriuſque uoti religionis ſimplicis ſcilicet, & ſolemnis. Alijs autem uidetur ꝙ materia utriuſque uoti eſt eadem, ſic, quòd tota materia uoti ſolemnis eſt materia uoti ſimplicis, quàmuis non ecõtra: quia etiam ipſum uotum ſolemne eſt materia uoti ſimplicis. Et ratio horum eſt, quia promiſſio eſt propter promiſſum, ac per hoc magis tenditur per uotum ad promiſſum, quam ad obligationem promiſſi: quemadmodum magis tenditur ad terminum, quàm ad uiam. Promiſſio enim, & obligatio propter rẽ promiſſam fit, & ordinatur ad illam, ſicut uia ad terminum. Vnde qui uouet profiteri, cũ profiteri importet promiſſionẽ, & obligationem ad caſtitatem &c. non uouet profiteri, niſi propter eſſe religioſum, obedientem, pauperem, caſtum. Cadit ergo ſub uoto ſuo tota materia profeſſionis, ad quam directè tendit media profeſſione. Et confirmatur, quia ſecundum D E

• Lib. de mẽdacio. c. 20. to. 4. Et epi. 19. poſt mediũ to. 2.

Conclu. m

quàm poſt uotum promiſſa nõ reddere.

RESPON. Dicendum, ꝙ ad fidelitatem hominis pertinet, ut ſoluat id quod promiſit. Vndè ſecundum • Auguſtinum fides dicitur ex hoc, ꝙ fiunt dicta. Maximè autem debet homo Deo fidelitatem, tum rõne dominij, tum etiam ratione beneficij ſuſcepti. & ideo m maximè obligatur homo ad hoc quòd impleat uota Deo facta. n Hoc enim pertinet ad fidelitatem quã homo debet Deo. Fractio autem uoti eſt quędam infidelitatis ſpecies. Vnde Salomon rationem aſſignat quare ſint uota reddenda: quia diſplicet Deo infidelis promiſſio. B

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſecundũ honeſtatẽ ex qualibet promiſſione homo homini obli-

Anſelmũ, votũ ſe habet ad opera, quæ ſunt illius materia, ſicut arbor ad fructus: ita ꝙ qui uouet dat arborẽ, & fructus, & nõ dat arborẽ reſeruãdo ſibi fructus: quoniam nihil uoueret, nec fructus ſolos, ſicut qui facit bonũ ſine uoto. Conſtat autẽ ꝙ promittẽs arborẽ cum fructibus, habet pro materia promiſſionis utrunque, ſ. arborẽ, & fructus, & tenetur ad utrunque. ergo qui uouet profiteri, habet pro materia uoti profeſſionem, & opera ſequentia, ſcilicet obedire &c. Ex hac autẽ diſcordia in principijs, deducitur diuerſa cõcluſio. Nã ſecundùm primam uiam dicitur, quòd in caſu poſito, tenetur tranſgreſſor vltra pœnitentiam ſolummodo ad uoluntatẽ implendi votum quando poterit. Iuxta ſecundam autem uiam tenetur ad hæc, & opera religionis, quæ poteſt facere in illa impotentia profitendi conſtitutus. A

¶ Duabus autem exiſtentibus his extremis opinionibus, media via incedendum eſt, & dicendũ, quòd uotum quo quis ſe obligat ad eſſe religioſum, habet duplicem materiam, ſcilicet proximam ac immediatam, & remotam ac mediatam: & quòd materia eius proxima ac mediata eſt aſſumere ſtatũ religioſum, ſeu (quod idem eſt) profiteri religionem, ſeu, obligare ſe uoto ſolemni ad religionem. Materia autem remota & mediata eſt obedire, cõtinere, abdicare à ſe proprietate rerum. Declaro ſingula Primo, quòd utrunque ſit materia talis uoti: ſecundò, ꝙ primum ſit materia proxima ac immediata: tertiò, quòd ſecũdum ſit materia remota ac mediata. Quòd enim utrunque ſit materia talis uoti, patet ex hoc, quòd ex ui uoti non per accidens ſed per ſe tenetur quicunque eſt aſtrictus tali uoto nõ ſolum ad profitendum religionem, ſed ad obſeruandam religionem nõ minus, quàm iurans alicui accipere illam in uxorem, tenetur non ſolùm contrahere per verba de præſenti: ſed habere ſe ad illam ut uxorem, & ratio vtrobique eſt eadem, quia ſcilicet, profeſſio, & contractus matrimonij uanè promitteretur, niſi propter opera religionis, & coniugij. Quòd uerò profeſſio ſit proxima & immediata materia talis uoti, patet ex hoc, quòd directè abſque ullo medio tale uotum attingit ipſam. Qui enim promittit ſe religioſum fore, promiſſionem ſuam directè, & immediatè applicat ſuper profeſſione facienda, qua conſtituitur religioſus. Quòd autem opera religionis, ſcilicet, obedire, continere &c. ſint mediata, & remota materia talis uoti, patet ex hoc, quòd non cadunt ſub tali uoto. niſi mediante profeſſione, cuius hæc opera ſunt materia. Sicut qui uouet ſuſcipere ordinem ſacrum in Eccleſia occidẽtali, habet pro materia proxima ſuſcipere ordinem, & obligare ſe ad cõtinentiam: pro materia uerò remota habet ipſam continentiã, quæ eſt materia uoti, quæ in ſuſceptione ordinis ſacri emittitur. Duabus autem talis voti exiſtẽtibus materiis diuerſimodè, ſic quòd una non niſi mediante alia cadit ſub uoto, conſequens eſt, quòd ſecundaria ſequatur naturam primæ: mediata, naturam immediatæ quo ad obligationẽ & non obligationem: quia cum uotum ipſum obligatorium ſit, eodem modo materia uoti refertur ad obligationem, quo refertur ad uotũ. Quod igitur non niſi mediante alio eſt materia voti, illud non niſi mediante eodem eſt materia obligationis: ac per hoc cum opera obedientiæ, continentiæ, & abdicationis proprietatis rerũ nõ niſi mediãte profeſſione cadunt ſub ſimplici uoto religionis, oportet ut non niſi mediante profeſſione cadant ſub obligatione dicti voti ſimplicis. & ex hoc manifeſtè ſequitur, quòd quicquid excuſat à profeſſione, excuſet à conſequentibus, ſeu comitantibus uinculis, & operibus. Ac per hoc ſi quis uouit non ſolùm ingreſſum religionis, ſed etiam perſeuerare, ſeu, quod idem eſt, profiteri, & poſtmodum conſumauit matrimonium, non tenetur ad uota obedientiæ, paupertatis, caſtitatis, & reliqua concomitantia, quàmdiu in ſtatu iſto eſt: quoniam ex quo excuſatur à proxima, & immediata materia uoti, ſcilicet profeſſione, excuſatur quoque à remota & mediata, ſcilicet operibus caſtitatis, obedientiæ &c. quæ non niſi mediante profeſſione fuerunt & ſunt materia ſimplicis uoti. Nec refert quo ad hoc, quòd culpabiliter ſe poſuit in hoc ſtatu: quia culpabiliter ſe poſuiſſe in hoc ſtatu, bene facit quòd iſte peccauit, & quòd tenetur pœnitere, ſed non facit quòd non excuſetur a profeſſione. Executio namque a profeſſione eſt C D

gatur, & hæc ē obligatio iuris naturalis. Sed ad hoc quòd aliquis obligetur ex aliqua promiſſione obligatione ciuili, quædam alia requiruntur. Deus aūt etſi bonis nřis nō egeat, ei tñ maximè obligamur: & ita uotum ei factum, eſt maximè obligatoriū.

G Ad II dicendū, q̄ ſi illud qđ quis uouit, ex quacunque alia cā impoſſibile reddatur, debet hoc facere quod in ſe eſt, ut ſaltē habeat promptā uolūtatē faciendi qđ poteſt. Unde ille qui uouit monaſteriū aliquod itrare, dēt dare operā, quantū pōt, ut ibi recipiatur. Et ſi quidē intentio ſua fuit ſe obligare ad religionis ingreſſum principaliter, & ex cōſequēti elegit hāc religionē, uel hunc locū, quaſi magis ſibi congruentē, tenet, ſi non poteſt ibi recipi, aliā religionem intrare. Si aūt principaľ itēdit ſe obligare ad hāc religionē, uel ad hunc locum pp ſpecialē cōplacētiam huius religionis uel loci, non tenet aliā religionē itrare, ſi eū illi recipere nolūt. Si uero icidit i ipoſſi-

effectus nō culpæ, aut meriti, ſed eſt effectus ſtatus, in quo iſte F inuenitur. Unde & in litera ille, cui ex culpa uotum eſt redditum impoſſibile, non dř, q̄ teneatur ad aliquid plus, quàm ille, cui ſine culpa ſua redditū eſt impoſſibile, ꝑter pœnitentiam. ¶Confirmatur aūt hoc tripliciter. Primo, quia ſi q̄s apud nos vouit ſe poſt annum ſuſcepturū ordinem ſacrū & elapſo anno nō impleat uotū, ſed declinet ad alia &c. iſte licèt peccet non implendo uotū, non tñ peccat nō dicēdo officiū diuinum, ad quod obligaret ordo ſacer, quod [illegible] ſuo uoto conſequenter. Et ſimiliter ſi fornicatur, nō peccat cōtra uotū cōtinētiæ, qđ in ordine ſacro fuerat emiſſurus. Secundò, q̄a cū uotū ſit q̄dā ſingularis lex, quam hō ſibiipſi inſtituit, eodē mō iudicandū eſt de obligatiōe uoti, quo iudicatur de obligatione legis. Cōſtat aūt quòd ſi eſſet lex obligatiua alicuius, ut fieret poſt tale tp̄s ſubdiaconus, aut religioſus, & iſte elapſo tpe non obediret legi, ſed uagaretur ad libitū, nō eſſet in eo culpa, ſecundum affectum, & ſpeciem, niſi omiſſionis eius, quod tenebatur ſuſcipere: nec exigeretur ab eo, quare nō ſeruat paupertatē, H continentiam, obedientiam, aut quare nō dicit officiū &c. ſed quare non ſuſcepit ſubdiaconatū, aut religionem. Tertiò, ducendo ad inconueniens: quia ſi deſtruēdo huius ſolutionis fundamentum dicatur, quòd ſub uoto cadūt opera religionis, & profeſſio eorundem, ſequitur quòd habens tale uotum, ſi eſt coniugatus, teneatur ad uotum paupertatis. (Poteſt enim habere ſolam adminiſtrationem bonorum abſque proprietate in matrimonio.) Sequitur quòd teneatur ad uotum obedientiæ in his, quæ non contrariantur coniugio, & ſimiliter caſtitati: immò ſequitur quòd teneatur dicere horas canonicas, ſi profeſſi tenentur, quæ inconuenientia uidetur. Et ſi quis ſequelas ex uoto obedientiæ conſideret, deducet ſubiectionē huius reſpectu regulæ, & ſtatutorū, & cenſurarum illius religionis, quā uouit aſſumere & ex inde tot, ut abſurdum ſit audire. Dicendū eſt igitur ad quæſitum, quòd ad pœnitentiam magnam tenetur, quia magni reatus peccatum incurrit, & ad uoluntatē profitendi religionem quando poterit: nec uideo quòd teneatur I de neceſſitate ſalutis ad aliud, deberet tamen bonis operibus exhibere ſe quaſi religioſum. Unde collige quòd uotum religionis tripliciter dicitur. ſ. uotum de ingreſſu religionis: & uotum de profeſſione religionis: & uotum de ipſa religione, qđ ſolum propriè dicitur uotum religionis, quod ſi fiat ſine Eccleſiæ approbatione, eſt ſimplex: ſi cum approbatione, eſt ſolēne. Unde etiam uidere potes, quàm differens ſit propria materia in primo, ſecundo, & tertio, & quòd eadem eſt materia tertij, & quarti.

¶Ad rationem uerò aliarum opinionum reſpondendo dicit, quòd prima opinio fauet noſtro propoſito, dum ponit diuerſitatem materiæ: & uerum dicit loquendo de materia proxima, & immediata, penes quam cætera penſantur. Secunda autem opinio fundata in ratione cum ſimilitudine nō habet neceſſitatem: quoniam ex hoc quòd promiſſio eſt propter promiſſum, nihil aliud habetur, niſi quòd uana eſſet promiſſio ab K ſque debito promiſſi: at ex hoc optimè infertur, quòd debitor futuræ promiſſionis, eſt debitor ad conſtituendum ſe obligatum ad exequendum id, quod ſub futura promiſſione cadit. Et non ſequitur, quòd iſta promiſſio prima, qua obligo me ad promittendum, cadat ſub executione futuræ promiſſionis, ut patet in exemplo. Si quis promiſit alicui quòd poſt mēſem ducet eam in uxorem, ſub hac promiſſione non cadit, quod teneatur ei reddere debitum coniugale, ad quod tamen obligabitur ex contracto coniugio, quod eſt quaſi ſecunda promiſſio, ad quam ſecundam promiſſionem tenetur ex prima, ut patet.

¶Ad id verò quod additur, quòd magis quæritur opus, quàm promiſſio, ſicut terminus, quàm uia, reſpondetur, quòd reddēdo ſingula ſingulis reſpectu cuiuslibet promiſſionis, uerum eſt, quòd magis quæritur opus quàm promiſſio. Sed error eſt in hoc, quòd reſpectu primi uoti, ſcilicet ſimplicis, opus eſt ipſa ſolēnis profeſſio, & nō opus obedientiæ &c. Ac p hoc cōceditur, q̄ ſicut pfeſſio fit pp obedire, cōtinere &c. ita uotū ſimplex fit pp profiteri. Hoc eſt. n. opus, ad quod ſolūmodo immediatè ordinatur promiſſio talis uoti ſimplicis, & hoc opus eſt terminus uoti ſimplicis: & eſt opus quod tāti meriti, q̄ ſi abſq; culpa ſua non ſequeretur executio obedientię, cōtinētiæ, aut paupertatis, creditur quod euolaret ad cœlum, quantū eſt ex parte huius meriti. Similitudo aūt ex Anſelmo, q̄uis excludi poſſet ex eo q̄ theologia ſymbolica nō eſt argumentatiua: uerum tamē dicitur primò, quòd male aſſeritur ad propoſitum, quia Anſelmus comparat facere cum uoto, uel ſine voto ad donationem fructuum cum arbore, uel ſine arbore, & non comparat uouentem futurum uotum ad promittentē arborem, & fructus. Dr̄ ſecundò, q̄ amiſſa ſimilitudine ad ppoſitum, debet cum grano ſalis intelligi, diſtinguendo q̄ fructus poſſunt dupliciter promitti. Uno mō, ex æquo cum arbore, ac ſi promittat duo diſparata, arborem ex una parte, & fructus ex altera. Alio mō ordine quodam, ſ. mediationis, & immediationis, ita quòd arbor promittatur immediatè, & fructus mediāte arbore. Qui ergo promitteret arborem ſeorſum, & fructus ſeorſum, ad utrunque tenetur, quia duo promiſit: qui uerò promitteret fructus prout ſunt in arbore, non tenetur niſi ad arborē fructuoſam, nihil ſibi reſeruando. Uotum aūt quo quis uouet ſe futurum religioſum, aſſimilatur promittenti arborē cū fructibus ſecundo modo, & non primo: & propterea non obligat niſi ad profeſſionem fructuoſam, immò ex hac ſimilitudine ſequitur contra arguentē. Quia quemadmodū ſucciſa inutilē arbore, et ab ipſo qui promiſerat, non tenetur recompēſare niſi quantum ualeat illa arbor fructuoſa, nec tenetur ſingulis annis dare ei fructus, qui producti fuiſſent: ita ſucciſa facultate profitendi Deo, niſi de fructuoſa profeſſione, & non de operibus ipſis, qui fuiſſent fructus profeſſionis, tenetur.

¶In eadem reſponſione ad ſecundum eiuſdem tertij articuli, dubium occurrit, de illa quæ uouit uirginitatem ratione non continentiæ abſolutè, ſed continentiæ uirginalis, an corrupta culpabiliter teneatur continere. Et eſt ratio dubij, quia ſi iſta fuiſſet præciſa tui caſus, non uouiſſet, ſicut nec uouiſſet, ſi fuiſſet corrupta. Allegatur ſiquidem dictum authoris in 38. diſtinctione 4. ſententiarum, quæſtione 1. articulo 3. quæſtione 1 ad primum, quòd illud quod uotum fiendum impediret, ſi præſens eſſet, etiam uoto facto obligationem aufert: & ſuper hoc diſcretio obligationis uotorum fundanda dicitur. Conſtat autem in propoſito caſu hoc accidere. ergo. In oppoſitum eſt cōmunis doctorum ſententia de uoto uirginitatis: cum tamē rationabile ſit, multas ſi non eſſent uirgines, non fuiſſe ſe aſtrictas voto.

¶Ad hoc dicitur, quòd de uoto dupliciter loqui poſſumus, ſcilicet, aut ſecundùm naturam uoti, aut ſecundùm intentionem uouentis. Et ſi in propoſito eſt dicendum, ſecundùm naturā talis uoti, ſ. uirginitatis, cum ſeruare uirginitatem non conſiſtat in operatione, ſed in non operando, quoniam conſiſtit in negatione ueneræ uoluptatis uoluntariæ, & hæc negatio nō pro quodam tempore, ſed ſemper fit de ratione uirginitatis (exigitur namque ad virginem, quòd nunquàm uoluntariè veneream admiſerit uoluptatem) conſequens eſt, ut uotum uirginitatis ex ſua natura obliget ad nunquàm voluntariè uenereū admittere opus. Et quia uniuerſali negatiuæ quælibet ſingularis affirmatiua contradicit, ideò uoto de nunquàm admittenda venerea, quocūque tempore admittatur, oppoſitum eſt. Idē eſt ergo amore uirginitatis uouere, & uouere amore nunquā admittendi ueneream uoluptatem. Ac per hoc, ſi qua perſona poſt uotum uirginitatis ſemel deliquit, non liberata eſt ab obligatione nunquam delinquendi. Si autem dicendum eſt ſecundum intentionem uouentis, ſic non eſt dubium, quòd uotum ultra limites intentionis uouentis non obligat. Et ſi aliqua hac præciſè intentione uouiſſet, ut ſi uirginitatem contingat ipſam perdere, non vult amplius obligari, non tenetur

ex vo-

ex voto poſt perditā virginitatē de cætero cōtinere. Perinde.n. A eſſet ac ſi uouiſſet, ſe nō prima vice admiſſurā ueneream uoluptatē. Verū talis intentio non probatur in aliqua pſona ex allatis, dubitādo.ſ.ex hoc, q ſi fuiſſet præſcia ſui caſus, nō vouiſſet. Conſtat namq; innumera pacta, ualida eſſe talia, ſ. q ſi aſ fuiſſet a principio pſcientia futurorum, non fuiſſent facta, vt patet de matrimonijs, & profeſſionib. mulier. Similiter nec ex hoc, q ſi fuiſſet nō virgo, non vouiſſet: hoc namq; ſpectat ad excitationem ad votum, & non ad conditionem obligationis. Non enim ex hoc fit uotum conditionale, ſed incitat ad faciendum uotū abſolutè. Authoritas autem allata authoris non ſuffragatur, & malè uidetur intelligi: quoniam author loquitur de impedimento voti, & non de impedimēto uoluntatis uouentis. Et docet, q quicquid impediret uouiſſendum, auſert voto facto obligationē, ut patet de materia impoſſibili ibidē pluribus exemplis. Oportet. uotum habere materiam poſſibilē: quoniam ad impoſſibile nemo tenetur: & non docet, q quicquid impediret uoluntatem uouentis, ſi præſens eſſet, auferat à uoto obligationem. Hæc enim doctrina uniuerſas religiones cum clero eneruaret: quoniam innumeri euentus, ſi præſentes eſſent quando fit uotum, impedirent uoluntatem uouentis, q tamen non auferunt uoto facto obligationem.

¶ Circa eandem materiam, ſ. uotum continentiæ, occurrunt duo dubia mota ab alijs, ſed minus, ut uidetur, benè ſoluta. Primum eſt, an uotum non nubendi, ſit uotum caſtitatis. Secūdū eſt, An cōcubina, uel meretrix, ut ſatisfaciat lenoni ſuo timēti ne eam deſerat, uouens non nubere, poſſit poſt licitè nubere.

¶ Ad primum dubium, quod in quolibeto noſtro primo tractaui, iterum dicitur, quòd uotum non nubēdi æquiualet uoto caſtitatis, quoad propriam materiam uoti caſtitatis, licèt non quo ad communem materiam, uotis & præceptis.

¶ Ad cuius euidentiam ſcito, quòd uotum caſtitati habet duplicem materiam, ſcilicet communem, & propriam. Materia propria eius eſt caſtitas ſupererogationis, quæ directè opponitur operibus matrimonij: quoniam propria materia uoti eſt bonum ſupererogationis. Materia uerò communis eius eſt caſtitas oppoſita luxuriæ: & propter hanc communem materiā fit, ut habens uotum caſtitatis, ſi fornicetur, faciat contra uotum. Iam enim dictum eſt, quòd uotum propriè dictū, cadit ſuper materiam communem, & non ſolùm ſuper propriā, dū dictum fuit, quòd neceſſaria ad ſalutem poſſunt eſſe materia uoti propriè dicti. In uoto autem non nubendi conſtat, quòd ſola caſtitas ſupererogationis clauditur. Aequiualent ergo uotum non nubendi, & uotum caſtitatis, quo ad propriam materiam uoti: quāmuis ille qui habet uotum non nubendi, ſi fornicetur, non faciat contra uotum. Hæc enim differentia ex materia communi uoti, & non ex propria procedit, ut patet ex dictis. Et quia uota ſecundūm propriam materiam uoti primò conſiderantur, iudicantur, diſpenſantur, & commutantur: ideo eiuſdem rationis ſunt ambo, licèt non aduertentes ad huiuſmodi diſtinctionem, aliter dicere uideantur. E

¶ Ad ſecundum dubium ſub dubitatione relictum in 38. diſ. 4. ſententiarum à Petro de Palude, dicitur cum diſtinctione, q aut mulier talis intendit uerè uotum emittere, & obligare ſe ad id, ad quod tale uotum ex ſe natum eſt obligare, quamuis nō intendat ſeruare caſtitatē, ſed luxurioſè uiuere, & de carne continue cogitare, tale uotum eſt obligatiuum: ſicut pfeſſio illius qui propter auaritiam, & commoda luxuriæ, ueræ pfeſſionis uinculum ſubit nihil intendendo obſeruare, ipſum obligat, ut ſupra dictum eſt. Aut mulier intendit obligare ſe ſolū ad nō nubēdū, ut libertius malefaciat, credēs hoc poſſe cadere ſub uoto, & ſic cū finis ſit malus, & id qd eſt ad finē non ſit de gñe ſuo bonū, quia finis eſt libertas peccādi, & materia, q eſt ad finē, eſt non nubere, qd conſtat non eſſe de gñe ſuo bonū, clarè patet, q votū tale nō eſt uotū, ſed pmiſſio de nō impediendo malū, pcedēs ex errore ſupponētis hoc poſſe eſſe materiā uoti: vñ ad nihil obligat tale votū. Et licèt utraq; intētio poſſit accidere, prima tñ cōiter accidere vr: qm intēdūt uoto illo ſe aſtringere, quo bonæ mulieres ſolitæ ſunt aſtringere, cum uouēt non nubere. & hoc lenones ab eis reqrūt, ut tali uinculo arceātur à matrimonio cōtrahendo.

bilitatem implendi uotū ex ꝓpria culpa, tenet inſup de propria culpa pterita pœnitentiā agere: ſicut mulier q̄ uouit uirginitatē, ſi poſtea corrūpatur, non ſolū debet ſeruare qđ poteſt, ſcilicet perpetuam continentiam, ſed etiam de eo, quod admiſit, peccando pœnitere. B

Ad III dicendum, quòd obligatio uoti ex ꝓpria uolūtate, & intentione cauſatur. Vnde dicitur Deutero. 23. Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis: & facies ſicut ꝓmiſiſti dño Deo tuo, & propria uolūtate, & ore tuo locutus es. Et iō ſi in intentiōe & uoluntate uouētis ē obligare ſe ad ſtatim ſoluendū, tenet ſtatim ſoluere. Si aūt ad certū tempus, vel ſub certa cōditione, nō ſtatim tenetur ſoluere, ſed nec dēt tardare vltra q̄ intendit ſe obligare. Dr.n. ibidē. Cum votū uoueris dño Deo tuo, nō tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in pctm̄.

Articvlvs IIII.

Vtrum expediat aliquid vouere.

Ad qvartvm ſic ꝓcedit. Vr q nō expediat aliquid vouere. Non.n. alicui expedit, ut priuet ſe bono qđ ei Deus donauit: ſed libertas eſt unum de maximis bonis, q̄ homini Deus dedit, qua [h] videtur priuari per

¶ In reſponſione ad tertiū eiuſdem tertij articuli, dubiū occurrit de uotis, quæ ſiūt nō ſtatim, nec certo tēpore, ſed ſine determinatione temporis ſoluēda, ut cum quis vouet ieiunare tribus diebus, aut offerre aliquā imaginem &c. & nihil cogitat de tempore, certus tñ eſt, q nō intendebat obligare ad ſtatim. *Porrecta per totum.* 472 3. cont. c. 138.

¶ Ad hoc dicitur, q quando intentio uouentis ignota eſt ſibi ipſi, ita q nihil aliud ſcit de intētione ſua, C niſi q in caſu proponitur, tunc poſſet alicui videri, quòd idem eſſet iudicium de obligatione huiuſmodi votorum, & de obligatione præceptorum affirmatiuorum: quoniam huiuſmodi vota obligant non ad ſemper, quemadmodum affirmatiua præcepta: & ſecundum hoc, ſicut præcepta affirmatiua ſine determinatione temporis obligant ſolum ad tempus neceſſitatis, ita etiam iſta uota non obligarent niſi in articulo neceſſitatis. Sed hoc non rectè dicitur in propoſito: quoniam uotum licet ſit lex quædam ſingularis, non eſt tamen in propoſito de his, quæ ſunt quandoque neceſſaria ad ſalutem, ita ut articulus neceſſitatis determinaturus ſit tempus obligationis, ſicut in præceptis affirmatiuis cōtingit, ut patet de præcepto baptiſmi, & honorandi parentes, & huiuſmodi.

¶ Pręt. Præcepta affirmatiua dantur cōiter hominibus, in quibus eſt tāta varietas, ut unum omnibus neceſſarium tēpus fortè impoſſibile eſſet ſtatuere. Lex aūt votiua eſt ſingularis, uouentem tantum ſponte obligans tempore præfixo à uouente. D

¶ Præt. Obligatio uotiua eſt ex intentione vouentis: contra intentionem autem vouentium communiter uidetur eſſe, quòd expectetur articulus neceſſitatis. Nō eſt igitur de tempore executionis uotorum, ſicut de executione præceptorum affirmatiuorum cenſendum: ſed iuxta ſacræ legis authoritatem allatam in litera, tempus executionis eſt infra tarditatem, ſeu moram iuxta conſcientiam uouentis, quando non eſt tēpus præfixum. Ita quòd ſi conſcientia ſua ſibi dictat, quòd expectare per annum, aut duos annos &c. non eſt contra uinculū ſui uoti, non eſt in mora, non tardat reddere Deo uotum ſuum. Poteſt aūt hoc multipliciter ſcire. Primò, ex recordatione uinculi, quod habet, q numquā occurrit ſibi cum remorſu, quòd non impleuit aut implet, ſed ut poſt implendum. Secundò ex hoc, quòd intentio ſua erat ita obligare ſe promiſſione uotiua, ſicut conſueuit promittere alia, ſcilicet faciendo cum tempore ſatis largè. Tertiò, quia multa tempora ſunt tempora commoda ſecundum ueritatem, quæ tamen ſecundum morem uouentis non reputantur commoda, & ipſe intendebat de tempore commodo in idiomate ſuo. Quòd ſi nec ex his, nec alijs poteſt intentio uouētis haberi, determinatio temporis arbitrio boni uiri, penſatis ſingularibus conditionibus pſonæ, materiæ &c. relinquitur, ſi non poteſt tunc tutiorem partem eligere, ſcilicet reddendo uotum.

SVPER QV. LXXXVIII. ART. IIII.

D. Bon. 4. ſ d. 38. q. 1. art. 1.

In articu. 4. eiuſdem quæſt. 88. aduerte, quòd articulus præſens de utilitate non inquirit, ut diuiſio quæſt. & titulus articuli teſtantur, ita quòd expedire ſignificat in propoſito, utile eſſe, ſicut in Euangelio. Expedit ut unus moriatur pro populo. Propter quod in corpore articu. utilitas uoti monſtratur non reſpectu Dei, ſed noſtri, quo ad utrumq;, ſcilicet promiſſionem, & redditionem, ordine tamen præpoſtero, ab opere

ad principium ꝓcedendo, vt à notioribus, & potiorib⁹ fiat diſciplina.

¶In eodem art. in reſponſione ad primũ circa illud, Talis eſt neceſſitas voti &c. dubium occurrit: quia falſum vr̃ eſſe, ꝙ neceſſitas voti ſit ſimilis neceſſitati nõ peccandi: quia neceſſitas nõ peccãdi eſt neceſſitas ad bonũ, ut diſtinguitur cõtra malũ: neceſſitas uerò uoti eſt neceſſitas ad bonum, ut diſtinguitur contra minus bonũ, quia materia ꝓpria voti eſt bonum ſupererogationis, ut patet ex dictis, ad quod votũ neceſſitat: bonũ autẽ ſupererogationis ut ſic, non opponitur malo, ſed min⁹ bono. igitur.

* Epi. 45. non multũ remote a fine tom. 2.

¶Præterea, uotũ non neceſſitat ad bonum ſupererogationis abſolutè, ſed ad tale bonum ſupererogationis, puta, peregrinationé, ieiunium &c. Hæc aũt bona quandoq; ſunt impeditiua maioris boni, ita ꝙ ſi ille non vouiſſet, quilibet conſuleret ſibi ꝙ eleemoſynas, aut aliquid aliud maius ſupererogationis opus faceret, q̃ peregrinaretur. Ergo uotum neceſſitat ad bonũ, habens per accidens annexũ impedimentum melioris. Cõſtat autem, ꝙ neceſſitas non peccandi nõ neceſſitat ad hmõi bona, ſed ad bonũ. Non eſt ergo talis neceſſitas uoti, ſicut neceſſitas nõ peccandi. Nec eſt habẽs ſimilitudinẽ quandã cũ confirmatione beatorum propter eaſdẽ rationes, quorum oppoſitum in litera dicitur.

* ar. 1. & 2

* Epi. 45. poſt medium illius tom. 2.

¶Ad hæc dubitationem breuiter dr̃, ꝙ ſimilitudo, ſi in omnibus curreret, non eſſet ſimilitudo, ſed identitas: ſufficit nanque ꝙ teneat quo ad id, in quo fit aſſimilatio. Hoc autem eſt in propoſito firmitas, ſeu neceſſitas ab bonum. In hoc autẽ conſtat, ꝙ voti neceſſitas ſimilis eſt libertati à pctõ, & confirmationi in bono, q̃ eſt in beatis, quicquid ſit de neceſſitate ad tale bonũ &c. & hoc

* Eãdem epi. 45. a medio tomo 2.

Pœnela. m

neceſſitatẽ, quã votũ imponit. F ergo non uidetur expediẽs homini, quòd aliquid uoueat.

¶2 Præt. Nullus debet ſe [h] periculis inijcere: ſed quicumq; uouet, ſe periculo inijcit, quia qđ ante uotũ ſine periculo poterat ꝓteriri, ſi nõ ſeruat̃ poſt uotũ, periculoſum eſt. vnde Aug. *dicit in epiſtola ad Armentariũ, & Paulinã. Quia iã uouiſti, iam te obſtrinxiſti, aliud facere tibi nõ licet. Nõ talis eris, ſi nõ G feceris qđ uouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale uouiſſes: minor enim tunc eſſes, nõ peior. Modo autem tãto, quod abſit, miſerior ſi fidem Deo fregeris, quãto beatior ſi perſolueris. ergo non expedit aliqd uouere.

¶3 Præt. Apoſtolus dicit primæ ad Cor. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut, & ego Chri: ſed nõ legit̃ [h] neq; Chriſtũ aliqd uoluiſſe, nec [h] Apoſtolos. ergo videt̃ H ꝙ nõ expediat aliquid uouere.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſalm. 75. Vouete, & reddite Domino Deo ueſtro.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ * ẽ, votũ eſt ꝓmiſſio Deo facta. Alia aũt rõne promittit̃ aliqd homini [c] & alia rõne Deo. Homini qdẽ promittimus aliquid ꝑ eius utilitatem, cui utile eſt & qđ ei aliquid exhibeamus, & ꝙ eũ de futura exhibi- I tione prius certificem⁹: ſed ꝓmiſſionẽ Deo facimus non ꝑ eius utilitatem, ſed ꝑ noſtrã. Vñ Auguſtinus * dicit in prædicta epiſtola. Benignus exactor eſt, & non egenus, & q nõ creſcat ex redditis, ſed in ſe creſcere faciat redditores. Et ſicut id qđ damus Deo, nõ eſt ei utile, ſed nobis, q̃a qđ ei reddit̃, reddẽti addit̃, ut Auguſtinus ibidẽ * dicit: ita ẽt ꝓmiſſio, qua Deo K aliqđ uouemus, nõ cedit in ei⁹ vtilitatẽ, quia nobis certificari nõ indiget, ſed ad utilitatẽ noſtrã inquantũ uouendo uoluntatem noſtrã immobiliter firmamus ad id, qđ expedit facere: & iõ [m] expediẽs eſt uouere [n].

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ ſicut non poſſe peccare non diminuit libertatem: ita etiam neceſſitas firmatæ uolũtatis i bonum, non diminuit libertatem,

ut patet in Deo, & in beatis: & talis eſt neceſſitas uoti, ſimilitudinẽ quãdã habẽs cũ cõfirmatione beatorũ. Vñ Aug. dicit * in eadẽ epiſtola, ꝙ felix neceſſitas eſt, q̃ in meliora compellit.

Ad II dicendũ, ꝙ qñ periculũ naſcitur ex ipſo facto, tunc factũ illud nõ eſt expediẽs, puta, ꝙ aliquis per pontẽ ruinoſum trãſeat fluuiũ: ſed ſi periculũ immineat ex hoc, ꝙ hõ deſicit ab illo facto, nõ deſinit ꝑ hoc eſſe expediens. Sicut expediẽs eſt aſcendere equum, q̃uis periculũ immineat cadenti de equo: alioqn oporteret ab omnibus bonis ceſſare, q̃ ẽt ꝑ accidẽs ex aliquo euẽtu poſſunt eſſe periculoſa. Vñ dr̃ Eccleſiaſtes. 11. Qui obſeruat uẽtũ, non ſeminat: & q conſiderat nubes, numquã metet. Periculũ autem vouẽti nõ imminet ex ipſo uoto, ſed ex culpa hominis, q uoluntatẽ mutat tranſgrediẽs uotũ. Vñ Aug. dicit * in eadẽ epiſtola. Nõ te uouiſſe pœniteat, imò gaude iã tibi ſic nõ licere, qđ cũ tuo detrimẽto licuiſſet.

Ad III dicẽdum, ꝙ Chriſto ſm ſe non competebat uouere, tum quia Deus erat: tum ẽt quia inquantum homo, habebat firmatam uoluntatẽ in bono quaſi cõprehenſor exiſtẽs, quàmuis per quandam ſimilitudinem ex perſona eius dicatur in Pſal. 65. * ſecũdum gloſſam. Vota mea reddam in cõſpectu timentium eum: Loquitur autẽ de corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. Apoſtoli autẽ intelliguntur vouiſſe pertinentia ad ꝑfectionis ſtatum, quando Chriſtum relictis omnibus ſunt ſecuti.

ſufficit ad propoſitum, ubi ſuſtinetur ꝙ neceſſitas uoti non opponitur libertati, quia eſt neceſſitas ad bonum: ſicut neceſſitas confirmatorũ nõ opponitur libertati, quia eſt neceſſitas ad bonũ. Pro plenitudine tñ doctrinæ ſcito, ꝙ uotũ de bono, qđ quandoq; per accidẽs impediret maius bonũ, non ita neceſſitat ad tale bonũ, qn relinquat uiam ad melius per commutationem uel propria poteſtate, ſicut cum cõmutatur in uotũ religionis: uel authoritate ſuperioris, cum commutatur in alia, ut inferius patet.

* Eadem epi 45. nõ remote a fine to. 2.

SVP. Q. LXXXVIII. ART. V.

In art. 5. eiuſdẽ 88. q. dubium occurrit circa proceſſum literę. Nam ex hoc, ꝙ uotum eſt promiſſio Deo facta, & promiſſio eſt ordinatio promiſſorum in eũ cui promittitur, optimè ſequitur, ergo uotũ eſt ordinatio eorum, q̃ quis uouet, in Deũ: & tamen in litera infertur, ergo eſt ordinatio in diuinũ cultum. Aliud eſt enim ordinari in Deũ, & aliud ordinari ĩ Deũ per uiã cultus. Charitas namque ordinat in Deum, & non per uiam cultus.

* Epi. 45. nõ remote a fine tom. 2.

¶Ad hoc di, ꝙ quia ſermo ſei, nõ res ſermoni debet ſubijci, & in vnaquaq; materia ſermones intelliguntur ſecũdum ſubiectam materiã, idẽ non eſt facienda uis in uerbis, ubi conſtat de rebus. Conſtat autem ꝙ Deo promittimus quicquid ꝓmittimus ſub ratione reuerẽtię, quoniã promittitur ut offerẽdũ Deo. Diuinam autẽ reuerentiam conſtat ad cul-

* Pſ. 21. eſt Aug. ibid.

Porrecta per totum.

Articvlvs v.

Vtrum uotum ſit actus latriæ, ſiue religionis.

AD qvintvm ſic procedit̃. Videtur ꝙ uotum non ſit actus latriæ, ſiuè religionis. Oẽ. n. opus virtutis [a] cadit ſub uoto: ſed ad eãdẽ uirtutẽ ꝑtinere vr̃, ꝓmittere aliqd, & facere illud. ergo uotum ꝑtinet ad quãlibet uirtutẽ, & nõ ſpecialiter ad religionẽ.

¶2 Præt. Secundum * Tullium, ad religionem pertinet cultum, & cæremoniã Deo offerre: ſed ille qui uouet, nondum aliquid Deo [b] offert, ſed ſolum ꝓmittit. ergo uotum non eſt actus religionis.

¶3 Præt. Cultus religionis nõ debet [b] exhiberi niſi Deo: ſed uotũ nõ ſolum fit Deo, ſed etiã ſanctis, &

Inf. q. 18. ar. 2. cor. Et 3. contra c. 138. Et op. 17. cap. 12. & opuſc. 18. cap. 3.

* Lib. 2. de inuentione in fol. 4. anie finẽ libri.

platis, qbus religioſi ꝓfitētes obedientiā uouent. ergo uotū non eſt religionis actus.

Sed contra eſt, qđ dicit̃ Iſaiæ 19. Colēt eū in hoſtijs, & muneribus, & uota uouebunt dño, & ſoluēt: ſed colere Deū ē ꝓpri. religiōis, ſiuē latriæ. ergo uotū ē act⁹ latriæ, ſiue religiōis.

B

Respon. Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra dictū * eſt, opus uirtutis ad religionē, ſeu latriā ꝑtinet per modū imperij, ſm ꝙ ad diuinā reuerentiā ordinat̃, qđ eſt proprius finis latriæ. Ordinare aūt alios actus in ſuum finē, ꝑtinet ad uirtutē imperantē, nō ad uirtutes imperatas. Et ideò [m] ipſa ordinatio actuū cuiuſcūq; uirtutis in ſeruitiū Dei, eſt ꝓprius actus latriæ.[n] Manifeſtū eſt aūt ex * p̃dictis, ꝙ uotū eſt qđā ꝓmiſsio Deo facta: & ꝙ ꝓmiſsio nihil eſt aliud, q̃ ordinatio qđā eius, qđ ꝓmittitur in eum, cui ꝓmittitur. Vñ uotū eſt ordinatio qđam eorum, quæ qs uouet in diuinum cultū, ſeu obſequiū. Et ſic patet, ꝙ [p] uouere ꝓpriè eſt actus latriæ, ſeu religionis.[q]

C

Ad primum ergo dicendū, ꝙ illud qđ cadit ſub uoto, qñq; ē actus alterius uirtutis, ſicut ieiunare, & cōtinētiā ſeruare. Qñq; uerò ē act⁹ religiōis, ſicut ſacrificiū offerre, uel orare: utrorūq; tñ ꝓmiſsio Deo facta ad religionē ꝑtinet, rōne iam * dicta. Vñ patet, ꝙ uotorum quoddā ꝑtinet ad religionē rōne ſolius ꝓmiſsionis Deo factæ, q̃ eſt eſſentia uoti: qñq; etiam rōne rei promiſſæ, quę eſt uoti materia.

Ad secundum dicēdū, ꝙ ille q ꝓmittit, inquantū ſe obligat ad dādū, iā quodammō dat: ſicut dr̃ fieri aliqd, cum ſit cauſa eius, qa effectus uirtute continetur in cauſa. Et inde eſt ꝙ nō ſolùm danti, ſed etiam promittenti gratiæ aguntur.

Ad tertium dicēdū, ꝙ uotū ſoli Deo fit, ſed ꝓmiſsio ēt pōt fieri homini: & ipſa ꝓmiſsio boni, q̃ fit homini, pōt cadere ſub uoto, inquātum eſt quoddā opus uirtuoſum. Et ꝑ hunc modum intelligēdum eſt uotum, quo qs uouet aliqd ſanctis, uel p̃latis, ut ipſa ꝓmiſsio facta ſanctis, uel p̃latis cadat ſub uoto materialiter, inquantū. ſ. homo

D

ad cultū Dei pertinere, & propterea ex hoc, ꝙ voto promiſſa ordinātur in Deū, infertur. ergo ordinatur in cultū. Non ergo ex hoc ꝙ aliquid ordinātur in Deū, ſed ex hoc ꝙ aliquod promiſſum ordinatur in Deū, concluditur. ergo ordinatur in cultū diuinum. Vnde et ſi credere, & ſperare, qui ſunt actus theologalium virtutum, & amare Deū, ſi ex voto fiāt, ordinātur vt exeūt a ſubiecto in diuinā reuerentiam, finē religionis, licèt hoc ſit per accidens.

¶ In reſponſione ad ſecundum ar. eiuſdē q. 88. aduerte, q. pro [illegible] po[illegible] pariter accipi. Primo [illegible] ordinat ad [illegible] illam, & [illegible] in litera. [illegible] dicitur [illegible] dare, ſcilicet niſi in cauſa.

Q.83. ar. 7. & ar. 1. ad 1.

Alio modo, ſumit̃ vt eſt in ſe quidā [illegible] actus, quo mens nīa ſe ſubijcit Deo, dum promittit illi aliquid. Et ſic q ꝓmittit Deo, dat Deo non rē dandā, ſed mentē ſecundū [illegible] ſicut dictū eſt, quo eſt oblatio mentis, & ſic vouens cultū Deo offert [illegible] in actu. Vnde Iſaias inter actus religionis nō ſolùm poſuit reddere vota, ſed vouere, dicens. Vota vouebūt Dño &c. vt in litera habes.

Conclu. m

* Ar. 1. & 2.

¶ In rñone ad tertiū eiuſdē quinti articuli, dubiū occurrit de votis, quæ fiunt ſanctis: qm̃ malè videt̃ interpretatā in litera, quia eodē modo promittimus ſanctis, quo accidit Deo. ſ. quia non intercedunt duę promiſſiones, ſicut accidit in votis, quæ fiunt in manus prælatorum. vt patet ex ipſa vocum differentia. Dicimus namque, Voueo tibi ſancte Petre, & non dicimus. Voueo tibi Domine Abbas: ſed voueo Deo & ſanctis, quòd ero tibi obediens.

Conclu. p

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ſancti ſunt medij inter Deum & homines, & medium vtriuſque naturam ſapit, ideò diuerſa de ſanctis ſentiuntur in propoſito. Si enim conſiderētur ſancti vt homines, ſeu creaturæ rationales capaces ſecūdùm ſe honoris, obedientiæ &c ſic promiſſiones quæ eis fiunt, nō ſunt vota, ſed poſſunt eſſe materia voti. Et in hoc conueniunt ſancti cum hominibus viatoribus, & ſic conſiderat eos litera loquens de ſanctis ex ea parte, qua diſtinguuntur à Deo, & verum dicit. Si autem conſiderantur ſancti ut ſunt dij participatiuè, immò ut in eis eſt, & honoratur Deus, ſic promiſſiones eis factæ ſunt uota, quoniam Deo in ipſis fiunt. Et quoniam uoti nomé ſonat promiſſionem Deo factam, ideò cū abſolutè quis uouet ſancto alicui intelligitur uouere Deo in illo ſancto: ſicut blaſphemās aliquem ſanctum, intelligitur blaſphemare Deū in ſancto illo, vt ſuperius dictum eſt, quia blaſphemia ſolius Dei eſt. Simile namque eſt de vouere, quoniam ſoli Deo ſit. Et confirmatur, qa aliter ſanctis, aliter hominibus aliquid promittitur. Sanctis nāque promittitur ſicut Deo. ſ. nō ratione utilitatis ſanctorū, aut certificationis eorundem, ſicut ſit hominibus, vt patet in litera articuli præcedētis. eadem ergo ratione votum ſit Deo, & ſanctis. Nec obſtat ꝙ vouere ſit actus latriæ, ſeu religionis: quoniā eiuſdem virtutis actus eſt vouere, & orare: & conſtat ꝙ oramus ſanctos in ordine ad Deum. Et confirmatur hoc ex eo, ꝙ vouentes nō recurrunt ad ſanctos, niſi ſicut orantes ad eoſdem recurrūt. Et cū certa ratione neſciamus, an ſancti noſtra vota cognoſcāt, quāmuis piè hoc credamus, cōſequens eſt, vt vouēdo ſanctis ad Deum in ipſis recurramus. Conſonat quoque huic interpreta-

A

tioni modus vouendi, quia. ſ. ſanctis abſolutè vouemus, ſicut Deo, prælatis aūt non: ſed vouere nos dicimus Deo, aut ſanctis, ſeruare quæ homini promittimus, vbi manifeſtè ſanctos contra homines diſtinguimus, ponentes illos ex parte Dei. Et hoc de facto ſeruatur in profeſſione fratrum ordinis Prædicatorū uouentium Deo, Beatæ Mariæ, beato Dñico, & oībus ſanctis, ꝙ erunt obedientes prę lato ſuo.

¶ In eadem reſponſione dubium occurrit, An quando in voto concurrunt duæ promiſſiones, altera vt materia, altera vt eſſentia voti, ſi quis tranſgreſſor voti extiterit, peccatū duarum ſpecierum incurrat. verbi gratia. Voueo Deo, quòd ero obediens prælato meo. Si ſum innobediens, an peccem ſolùm cōtra votum, an etiam contra obediētiæ virtutem, vt ſic peccatum ſit & in ſpecie ſacrilegij, & in ſpecie inobedientiæ. Et eſt ratio dubij, quia ſi ſic dicitur, pari ratione vouens ieiunare die ſabbathi, frangēdo poſtmodum ieiunium peccabit etiā dupliciter. ſ. peccato gulæ, & peccato ſacrilegij: quod videtur falſum, cum contingat frangere votum ieiunij abſque violata ſobrietate. Si verò non ſic dicitur, pari ratione frangens ieiunium præceptum ab Eccleſia, non peccaret contra ſobrietatem, ſeu abſtinentiam, ſed ſolùm contra obedientiam, cuius oppoſitum ſuperius, & inferius habetur. Eſt enim votum lex ſingularis, ſicut præceptum lex communis.

* In corp. ar.

¶ Ad cuius euidentiam primo ſciendum eſt, quòd inter præcepta legis, & vota, eſt conuenientia ſecundū aliquid, & differentia ſecundùm aliquid. Conueniunt ſiquidem in hoc, quòd tam præcepti, quàm voti materia eſt actus virtutis: præcipit ſiquidē lex quæ ſunt iuſtitiæ, manſuetudinis, temperantiæ &c. Differunt vero in hoc, ꝙ materia præcepti eſt actus neceſſarius ad virtutem, ſine quo. ſ. virtus ſaluari nequit, ſiuè iſta neceſſitas ſit ex natura actus abſolutè, vt patet de honoratione parentū (ſine ea ſiquidem nō poteſt ſaluari pietas, & de furto, homicidio, adulterio &c. cū quibus non ſtat virtus) ſiuè iſta neceſſitas ſit ex poſitione legis, vt patet de coniunctione carnali cum cōſanguineis, vel affinibus in ſecundo, & alijs gradibus. Eſt enim huiuſmodi abſtinentia neceſſaria ad caſtitatē, nō ex natura actus & virtutis, vt patet in antiquorum ſanctis matrimonijs in talibus gradibus, ſed ex legis determinatione. Et ſimile eſt de ieiunio reſpectu abſtinētię, extractione homicidæ de Eccleſia reſpectu ſacrilegij, & alijs eiuſmodi. Materia vero voti eſt actus ſupererogationis, nec ex voto ſit talis actus neceſſarius ad virtutē illam: quoniam uotum non reſpicit virtutem illam vt finē, ſicut lex, cuius eſt facere homines virtuoſos, ſed ſit ex voto talis actus neceſſarius ad virtutē religionis ex hoc ipſo, ꝙ aſſumitur vt materia voti, ita quòd actus voto promiſſus, puta, ieiunare ſabbatho, qui erat ſuper erogationis reſpectu operātis, & uirtutis illius, ad quē ſpectat actus ille, puta, ieiunare, factus eſt ex ui uoti neceſſarius reſpectu operantis, & reſpectu religionis cuius eſt uouere, & reddere uota, & non eſt factus neceſſarius reſpectu illius uirtutis, cuius actus ieiunare eſt, puta, abſtinentiæ, ita ꝙ ſicut præceptum poſitum ſubſternit actum ieiunij uirtuti abſtinentiæ, tamquàm neceſſarium ad illam, & propterea frangens

E

ieiunium

ieiuniū Eccleſiæ, peccat cōtra abſtinentiā, & non cōtra obedientiā formaliter, ſi deſit contēptus, uita votū ſubſternit actū ieiunij virtuti religionis, tanq̃ neceſſariū ad illā. Et ppea frangens ieiunū uotiuū peccat cōtra religionē, & nō contra abſtinentiā formaliter, ſi deſit ſuperfluitas gulæ oppoſita abſtinentiæ.

¶ Sciendū ſcdo, q̄ ſicut pmiſſio facta Deo, eſt actus religionis, ita promiſſio facta homini, eſt actus fidei, q̃ eſt virtus moralis. Et ideò ſ[illegible] eſt, q̄ eiuſdē virtutis eſt promittere, & reddere pmiſſa. Eſt. n. fides, vt Tullius, & Aug. dicūt, qua fiunt dicta. Fidei igitur actus eſt pmittere nomine: [illegible] valde diuerſa ſunt, quæ cōtingit hominē homini pmittere materia pmiſſionis nō hēt certam & determinatam virtutē. Contingit. n. pmittere homini actū iuſtitię neceſſariū, vt reddere depoſitū, vel mutuū, aut cōferre officiū reipublicæ patri digniori: & actū fortitudinis ſupererogationis, vt pugnare p amico: vel liberalitatis, vt donare prædiū &c. Quibus præmiſſis rñdetur quæſito cū diſtinctione, q̄ qñ in voto ſunt duæ pmiſſiones, ſi pmiſſio quæ dr̃ materia voti, ſecundū ſe obligat ad mortale, tunc tranſgreſſor voti peccat cōtra votū, & cōtra fidē, & vlterius cōtra illam virtutē, q̃a actus promiſſus erat neceſſari⁹ ad virtutē. Vt patet, ſi q̄s nō ſolū promitteret homini reddere depoſitū, ſed voueret Deo q̄ ſeruaret promiſſum hoi. Trāſgrediēdo namq; votū, triplicē deformitatē incurreret, ſacrilegij, infidelitatis, & iniuſtitię. Si autē promiſſio illa facta homini abſolutè nō obligat ad mortale, ſed obligatio ad mortale eſt ſolùm ratione adiuncti voti, tunc tranſgreſſor nō incurrit peccatū niſi cōtra votū, & hoc loquendo de peccato, qđ pfectè eſt peccatū. ſ. mortale. Qđ dico, q̃a poſſent aliæ deformitates leues adiungi. Vnde q̃a promiſſio de obediētia, quæ fit prælatis ex ſe abſolutè obligat ad mortale, [illegible] nū[illegible] voto formaretur, q̃ā eſt in perpetuæ obligationis vinculū: ideo trāſgreſſor voti obediētiæ peccat dupliciter & contra votum, & contra obedientiam.

Ferreſtā per totum.
474
Inf q. 189 ar. 12. cor. Et 3. q. 28 ar. 4. cor. Et 3. cōtr. c. 138. Et opu. 17. c. 12. & opuſc. 18. c. 13 Li. 2. c. 24. in prin. & eſt c. vl. li.
†Li. 5. tex. 6. tom. 3.
*Ar. 4. huius queſt.
Anſel. in
*Ar. prec.

¶ Ex his patet ſolutio primæ obiectionis, & ſimiliū, aſſumēdo p regula, q̄ qñ actus cadēs ſub voto nō eſſet neceſſarius, ceſſante voto, tūc trāſgreſſio vnius eſſet ſpeciei: qñ vero eſſet neceſſari⁹, tūc vltra trāſgreſſionē voti fieret cōtra illā virtutē. Et indē eſt, q̄ licet coniugatus, & [illegible] cū [illegible] habere [illegible] [illegible] tus vti vxore ſua poſt votū petendo debitū, peccat contra votū, & nō cōtra caſtitatē. Nō cōiugatus verò, ſi cognoſcens mulierē, peccat contra votum, & contra caſtitatem.

¶ Scdē quoq; obiectioni [illegible] ſ. nō eſt par rō de præcepto, & voto, licet votum quædā ſingularis lex ſit, qñ præceptum ordinatur ad virtutē illā, cuius actū præcipit, cuius ſignū manifeſtū eſt, q̄ iudex capiēs in eccleſia homicidā, eſt ſacrilegus. Homo autē capiēs nocturnū [illegible], & cognatā cōſanguineā quatro gradu cōmittit inceſtū, quē tñ nō cōmitteret, ſi Eccleſia reſtringeret cōſanguinitatē ad tertiū ſolū gradū. Cōmittentes ſiquidē hæc, ſacrilegij, & inceſtus rei dñr, & nō rebellionis, aut inobediētiæ: hoc enim teſtatur, q̄ præcepta ordinant actū ad virtutē illā, cui ſubſeruiūt. Votum verò ordinat actū ad religionis virtutē, cui actū quē pro materia aſſumit, ſubſeruit: [illegible] votū [illegible] aſſumit talē actū in materiam religionis: ſicut præceptū, vt dictū eſt, aſſumit talē actum in materiā talis, vel talis virtutis. Nō eſt ergo in voto ſupererogationis, n ſi ſimplex trāſgreſſio voti [illegible] eſt tranſgreſſio [illegible] [illegible] ſio obediētiæ debitæ ſuperiori, cui contemptus opponitur, quod in voti tranſgreſſione nō habet locum: quia nō ē ſuperiore, ſed ā ſe pſo votū eſt, niſi fortè adeſſet contemptus diuini præcepti de voto ſeruando.

D. 1175.
*Ca. 8. circa princ. tom. 6.
*Ca. 84.
*Ar. pc. ad. 2.
*Li. 2. c. 4. tomo. 5.
*Q. 14. ar. 1.

vouet Deo ſe impleturū, quod ſanctis, vel prælatis promittit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum magis ſit laudabile, & meritorium facere aliquid ex voto, quàm ſine voto.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videt᷑ q̄ magis ſit laudabile & meritoriū facere aliquid ſine voto, q̃ cum voto. Dicit. n. *Proſper in ſecūdo de vita cōtēplatiua. Sic abſtinere, vel ieiunare debemus, vt nō nos [h] neceſſitati ieiunādi ſubdam⁹, ne iā nō deuoti, ſed inuiti rē voluntariā faciamus: ſed ille qui uouet ieiunium ſubdit ſe neceſſitati ieiunandi. ergo melius eſſet ſi ieiunaret ſine uoto.

¶ 2 Præt. Apoſt. dicit 2. Corint. 9. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo [h] nō ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarē. n. datorē diligit Deus: ſed q̃dā ea q̃ uouēt ex triſtitia faciūt, & hoc uïr pcedere ex neceſſitate, q̃ uotū imponit, q̃a neceſſitas cōtriſtās ē, ut dr̃ 5. † Metap. ergo meli⁹ ē aliqd facere ſine uoto, q̃ cū uoto.

¶ 3 Præt. Votū neceſſariū eſt ad hoc, q̄ [h] firmetur uolūtas hominis ad rē quam uouet, ut ſupra *habitū eſt: ſed non pōt firmari melius uolūtas ad aliquid faciēdum, q̃ cū actu facit illud. ergo non melius eſt facere aliquid cum uoto, quàm ſine uoto.

SED CONTRA eſt, q̄ ſup illud Pſal. 75. Vouete, & reddite, dicit glo. Vouere uolūtati cōſulitur: ſed conſiliū nō eſt niſi de meliori bono. ergo melius eſt facere aliqđ melius ōpus ex uoto, q̃ ſine uoto, K quia q̄ facit ſine uoto implet tm̃ unū conſiliū, ſcilicet de faciēdo: qui autē facit cum uoto, implet duo conſilia, ſcilicet uouendo, & faciendo.

RESPON. Dicēdū, q̄ [m] triplici ratione facere idē op⁹ cū uoto eſt meli⁹, & magis meritoriū, q̃ facere ſine uoto. [n] Primo q̃dē, q̃a uouere ſicut *dictū eſt, eſt actus latriæ, q̃ eſt pcipua inter uirtutes morales. Nobilioris aūt uirtutis eſt op⁹ melius, & magis meritoriū, un [d] actus inferioris uirtutis eſt melior, & magis meritorius ex hoc, q̄ imperat᷑ à ſuperiori uirtute, cuius actus ſit p imperiū: ſicut act⁹ fidei, uel ſpei melior eſt ſi imperet᷑ à charitate. G Et ideò actus aliarū uirtutū moraliū, puta, ieiunare, qđ eſt actus abſtinētiæ & cōtinere, qđ ē act⁹ caſtitatis, ſunt meliora, & magis meritoria ſi fiāt ex uoto, q̃a ſic iā pertinēt ad diuinū cultū, quaſi quædā Dei ſacrificia. Vñ* Auguſt. dicit in lib. de virginitate, q̄ neq; ipſa uirginitas, q̃a uirginitas eſt, ſed q̃a Deo dicata eſt, honorat᷑, q̃ fouet, & cūſeruat cōtinētia pietatis. H Secūdo, q̃a ille q̄ uouet aliquid, & facit, plus ſe Deo ſubijcit, q̃ ille q̄ ſolùm facit. Subijcit. n. ſe Deo nō ſolùm quantū ad actū, ſed ēt quantū ad poteſtatē, q̃a de cætero non pōt aliud facere: ſicut plus daret homini, qui daret ei arborē cū fructibus, q̃ qui daret ei fructus tm̃, ut dicit* Anſelmus in libro de ſimilitudinibus: & inde eſt, q̄ ēt promittētibus gratiæ agunt, ut * dictū eſt. I Tertio, q̃a per uotū immobiliter uoluntas firmatur in bonū. Facere aūt aliquid ex uolūtate firmata in bonū, pertinet ad perfectionē uirtutis, ut patet p* Philoſ. in 2. Ethic. Sicut ēt peccare mēte obſtinata, aggrauat peccatū; & dr̃ peccatum in Spiritum ſanctum, ut ſupra * dictum eſt.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ authoritas illa eſt intelligēda de neceſſitate coactionis, q̃ inuoluntariū cauſat, & deuotionem excludit. Vñ ſignanter dicit: Ne iā nō deuoti, ſed inuiti rē uoluntariam faciamus. Neceſſitas autem uoti per immobilitatem ſit uolūtatis, undè & uoluntatem cōfirmat, & deuotionē auget: & ideò ratio non ſequitur.

AD 2m. dicendum, q̄ neceſſitas coactionis, inquātū eſt cōtraria uolūtati, triſtitiā cauſat, ſm* Philoſ. Neceſſitas aūt uoti in his, q̄ ſunt benè diſpoſiti, inquantum

SVP. Q. LXXXVIII. ARTIC. VI.

IN 6. eiuſdem q. 88. nota, quòd tūm in 4. art. de uoluntate voti, & in quinto de ſpecie bonitatis voti, in ſexto comparatiua ſecundum

Loco citato in arg.

volũtatẽ confirmat, nõ cauſat triſtitia, ſed gaudiũ. Vnde † Aug. dicit in epla ad Armentariũ, & Paulinã. Nõ te vouiſſe pęniteat immò gaude iã tibi ſic non licere, qđ cũ tuo detrimento licuiſſet. Si tñ ipſum opus ẽm ſe conſideratum, triſte, & inuoluntarium redderetur poſt uotũ, dũ tñ remaneat uoluntas uotũ implendi, adhuc ẽ magis meritorium, q̃ ſi fieret ſine uoto: quia ĩpletio voti eſt act⁹ religionis, q̃ eſt potior uirtus quàm abſtinentia, cuius actus eſt ieiunare.

Ad III. dicẽdum, ꝙ ille q̃ facit aliquid ſine uoto, hẽt immobilẽ uoluntatem reſpectu illius opis ſingularis qđ facit, & tũc qñ facit: non aũt manet uoluntas eius omnino firmata ĩ futurum, ſicut vouẽtis, qui ſuam uoluntatem obligauit ad aliquid faciẽdum, & antequàm faceret illud ſingulare op⁹, & fortaſſe ad pluries faciendum.

† Epl. 45. nõ remote a fine. to. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum votum ſolemnizetur per ſuſceptionem ſacri ordinis, & per profeſſionem ad certam regulam.

AD SEPTIMVM ſic procedit. Vř ꝙ uotum non ſolemnizetur per ſuſceptionẽ ſacri ordinis, & ꝑ profeſſionem ad certam regulã. Votum.n. ut* dictũ eſt, eſt promiſſio Deo facta: ea uero quæ exterius aguntur ad ſolennitatẽ ꝑtinẽtia, non uidẽ

* Infr. ar. 9 co. Et 4. d. 38. q. 1. artic. 2. q. 3. Et quol. 3 ar. 18. co. Et quol. 8. artic. 10. cor.

Ar. 1. huius qſt.

eandum bonitatem quæſtio agitur, an. ſ. ſit melius opus cũ voto, quàm ſine. Et additur in titulo magis meritorium in habẽtibus charitatem, quorum ſolummodo opera ſunt meritoria. ❡ In reſponſione ad ſecũdum eiuſdem 6. art. dubium occurrit. An ille quem pęnitet vouiſſe, ita ꝙ diſplicet ei vouiſſe, et ſi eſſet in ſtatu libertatis, ſicut erat antequã vouiſſet, nollet vouere, ex quo tñ voto aſtringitur, vult ſeruare votum ſuũ, peccet, & ſi peccat, an peccet mortaliter. Vt enim q̃ nõ peccet, quia velle ſuũ fertur in obiectum licitum abſque aliqua mala circunſtantia. Manifeſtatur aſſumptũ, quia idẽ eſt obiectum illius, & obiectum vnius alterius non habentis votũ, qui refutat obligare ſe voto quem conſtat non peccare. Differẽtia nãque inter iſtos duos non eſt ex parte obiecti, ſed ex parte modi volendi: quia habẽs votum fertur in libertatem a voto conditionaliter, ſ. ſi eſſet in ſtatu libero: non habens vero votum fertur in libertatem abſolutẽ, quia eſt in ſtatu libero.

❡ In oppoſitũ autem eſt, quia actus cadens ſuper materia repugnante, eſt malus: ſed actus pænitendi in propoſito cadit ſup materia repugnante, quia ſuper bono. ſ. voto emiſſo, pęnitẽtia enim non debet eſſe niſi mali præteriti. ergo hmõi pęnitentia peccatum eſt. Et vt q; ſit mortale, tum quia ex hoc ipſo q; habet materiam repugnantem, eſt actus malus ex ſuo genere: tũ quia aliquis non religioſus dolens ſe eſſe, fuiſſe, & fore religioſum paratus in vouere religioſe ex quo eſt, eſſet in bono ſtatu. Dolor enim iſte nihil aliud eſt, quàm pęnitentia voti religionis, cum voluntate non vouendi religionem, ſi eſſet liber.

❡ Ad euidentiam horũ, tria videnda ſunt. Primò, quid dicendum ſit de pęnitentia voti abſolutè. Secundò, quid de pęnitentia voti talis, puta, religionis, vel peregrinationis. Tertiò, quid de pęnitentia ſubſecutorum bonorum operum.

❡ Quo ad primum ſciendũ eſt, q; aliud eſt loqui de pęnitentia voti, & aliud de pęnitentia eius qđ eſt ſeciſſe votum. Nam pęnitentia voti eſt dolere de promiſſione: qui aũt dolet de promiſſione promiſſionem non ſeruat, vt patet in his qui de malis promiſſionibus propoſitis & deliberationibus dolentes propoſitũ deliberationemq́, mutant, & promiſſionem non ſeruant. Propter quod pænitentia voti peccatum mortale eſt manifeſtè, & de tali pęnitentia non eſt præſens qõ. Pęnitentia autem eius qđ eſt feciſſe votum, eſt dolor de præterita applicatione ſui ad vouendum, & non de voto ipſo. Dolet.n. talis pęnitens, q; ſe ſubiecit voto, & non mutat propoſitum adimplendi promiſſa propoſita, & deliberata. Et de hac pęnitentia eſt præſens qõ, quæ vocatur abuſiuè de voto, quia eſt de voto quo ad eius omiſſionẽ. De hmõi igitur pęnitentia abſolutè loquendo, dicendum eſt, ꝙ eſt de genere actuum, qui abſolutè ſumpti malè ſonant, qui tñ adiunctis quibuſdam conditionibus honeſtantur. Sicut occidere hoiem, male ſonat: ſed ſi adiungantur debitæ conditiones. ſ. pp iuſtitiam &c. eſt actus honeſtus. Non ſolum namq; votũ, ſed ẽt applicare ſe ad vouendum, eſt actus bonus, ac per hoc male ſonat q; ſit materia pœnitentiæ, quoniam pęnitentia malorum eſt: ſed ſi cauſæ aliquæ rationabiles adiungantur, poterit actus honeſtari. Neq; enim emiſſio voti eſt ita de gñe bonorũ, vt non poſſit licitè eſſe materia actus nolitionis, vt patet in eo, qui vult non vouere, & licitè refutat vouere. Nec obſtat ꝙ emiſſio voti eſt præterita, quia eiuſdem rationis eſt actus præteritus, & futurus. Eiuſdem ſiquidem rationis eſt velle occidere hominem, & velle occidiſſe hominem. Similiter non obſtat, ꝙ actus præteritus eſt iam acceptatus: qm̃ ipſa acceptatio præterita, & futura eiuſdem eſt rationis, & idem eſt de ipſa iudiciũ, & applicatione ad vouendum. Ratio autem quare aliqđ bonũ poteſt licitè eſſe materia nolitionis, ac per hoc pęnitentiæ, eſt quia tale bonũ non eſt neceſſarium ad ſalutem. Quæ enim ſũt neceſſaria ad ſalutem, non põt licitè refutari, & ſimiliter non

poteſt eorum eſſe pęnitentia ſine peccato mortali vt patet.

❡ Quo ad ſecundum differentia eſt inter vota maximorum, & diuturnorum bonorum, & alia vota. Nam pęnitentia votorũ maximorum ac diuturnorum ratione ſuæ materiæ, infert remiſſiorẽ voluntatem in bono, quàm fuerit, q̃ ſine detrimẽto virtutis pſeuerans non eſt. Nã vbi prius iſte, quẽ modo pęnitet feciſſe votũ religionis aut continentiæ, perſeuerabat in complacẽtia inchoata virtuſque. ſ. eius quod eſt facere tale votum, & ipſius voti, modo mutata volũtate circa primũ, nõ pſeuerat in illo, qđ eſt quaſi radix tanti boni. Et conſequenter magis ex neceſſitate, q̃ amore pſeuerat in conſeruãdo continentiam, & religionem, quod ſine peccato veniali non eſt, nec parui periculi ad diſponendum ad mortale. Cui enim minus cõtinentia, aut religio placet, non facilè tot pericula euadet, aut remedia oportuna ſuſcipiet, caſtigando corpus &c. Pænitentia aũt aliorũ votorum, vt peregrinationis, ieiunij, & hmõi, rõne materiæ non inferunt remiſſionẽ voluntatem in bono, qñ ſunt particularia quædam parua bona: & conſtat facilè aliquẽ iſta bona refutare pp meliora. Vnde hmõi votorum pęnitentia nec ratione formæ nec ratione materiæ, eſt peccatum, ſi ex rationabili cauſa ſit: alioquin veniale peccatum eſt.

❡ Quo ad tertium, diſtinguendũ eſt, ꝙ aut pęnitẽtia eſt de operibus bonis factis ex voto, præſuppoſito uoto, & ſic eſt manifeſtè peccatũ mortale. Hoc.n. nihil aliud eſt, quam dolere de præterita obſeruatione voti, quam conſtat fuiſſe de neceſſitate ſalutis. Aut pęnitentia eſt de ipſis eiſdem operibus non pſuppoſito voto, ſed magis cũ eradicatiue voti. v. g. Plantauit quis arborem fructiferam in horto ſuo, multo tpe fructus protulit, pænitet poſt multum temporis dominum plantaſſe in ſuo horto arborem illam, velletq́ue caruiſſe ſemper illa arbore, & fructibus perceptis, potius quàm habere illam cum fructibus. Sic in propoſito, pęnitet aliquem ſe profeſſum eſſe, velletq́ue nunquã profeſſum eſſe, non curans q; etiam non feciſſet tot bona, quæ fecit ſeruando profeſſionem ſuam &c. Pęnitentia ſiquidẽ illa non eſt de obſeruatione voti, ſed de ipſa applicatione ad votũ cum ſubſecutis, nullo præſuppoſito vinculo. Et talis pęnitẽtia eiuſdem eſt rationis, cum pęnitentia talis voti ſecundo loco diſcuſſæ. Ac per hoc, ſi habet pro materia maxima diuturnaq́ue bona, vt caſtitatem, vel religionem, peccatum tãto grauius eſt, quanto remotioris a bono voluntatis eſt, dum oĩa refutaret bona peracta ſi poſſet, intra latitudinem tamen venialium valdo proximorum caſui ad mortale. Si vero habet pro materia particularia parua bona, poſſet eſſe ſine peccato, ſi rationabilis cauſa ſubſiſteret. Et ex his patet reſponſio ad obiecta.

Porrecta per totum.

175

SVPER Q. LXXXVIII. ART. VII.

IN ar. 7 q. 88. dubium occurrit, in quo cõſiſtit ſolemnitas voti. Et eſt ratio dubij, tum ipſa rei obſcuritas, tum diuerſitas opinionum, tum neceſſitas ſciendi hoc: quoniam hinc multarum quæſt. ſolutiones pendent. Et ne in æquiuoco laboremus, quid nominis præponamus. Solemnitatis nomine in propoſito nuncupamus illud, vnde votum habet quòd dirimat matrimonium. In hoc enim ſecundum omnes differt votum ſolẽne à voto ſimplici, quòd votum ſolemne non ſolum impedit, ſed ẽt dirimit matrimonium ſi cõtrahatur. ita quòd matrimoniũ poſt contractum, eſt nullum: votum autem ſimplex impedire ſolummodo matrimonium poteſt.

❡ Eſt igitur triplex de hoc opinio. Prima eſt, ꝙ ſolẽnitas voti cõſiſtit in benedictione, ſeu conſecratione vouentis. Dupliciter enim ſolẽnizatur votum. ſ. per profeſſionem religionis approbatæ, & per ſuſceptionem ſacri ordinis & in ſuſceptione ſacri ordinis manifeſtè interuenit conſecratio vouentis. In profeſſio-

be vero interuenit benedictio, vt patet ex 6. c. Eccleſiaſticæ Hierar. vbi ritus conſtituendi monachum ponitur, & in pontificali ſeu ordinario Romanæ Eccleſiæ, vbi etiam ordo conſtituendi monachũ habetur, licèt aliter quàm tempore Dionyſij fiebat.
¶ Sed hæc opinio falſa eſt, tum qñ ſolemnitas voti non conſiſtit in eo, ſine quo votum ſolẽne inuenitur: ſed votũ ſolẽne religionis ſine omni benedictione vouentis inuenitur. ergo ſolemnitas eius nõ conſiſtit in benedictione vouẽtis. Patet minor dupliciter. Primò, quia profeſſio tacita, voluntate deliberata, acceptata eſt verè votum ſolẽne, non præſumptum, ſed vere actũ, & tñ ſine omni benedictione fit. Secundò quia profeſſio explicita non fit in oĩbus religionibus approbatis cum benedictione, vt patet in ordine Prædicatorũ, ubi ſolæ veſtes benedicũtur poſt profeſſionẽ immediatè. itaq; ẽt hoc fit poſtq̃ eſt ſolẽni voto alligatus ille cuius veſtes benedicuntur. Tum, qñ ſolemnitas voti non cõſiſtit in eo, cum quo ſtare poteſt, ꝙ uotum coniunctum ſit ſimplex: ſed conſecratio ſacri ordinis eſt huiuſmodi, q; cum ipſa ſtare põt, ꝙ votũ continentiæ illi annexũ ſit ſimplex. ergo ſolẽnitas talis voti nõ cõſiſtit in conſecratione. Patet minor ex hoc, ꝙ eccleſia poſſet ſtatuere, ꝙ de cætero ſuſcipientes ordinem ſacrum, nõ niſi ſimplex votũ continentię emittant. Tunc. n. qlibet vouere caſtitatẽ ſuſcipiendo ſacrũ ordinẽ, & tñ nõ niſi ſimplex votũ hret. Tum qñ concurrentib. ſimul voto, & conſecratione, ſeu voto religionis, & benedictione, remota eccleſiæ inſtõne, aut approbatione, non conſtituiſſent votũ ſolẽne, vt patet ex eo, ꝙ ſi qs ſecluſo Eccleſiæ ſtatuto ſuſcipiens ſubdiaconatũ, vt totaliter ſacris mãciparetẽ, voueret continentiã, non ꝓpterea aſtringeretẽ voto ſolẽni, & tñ concurrerent ſimul cõſecratio, & votum tũc cõſecrat omnis emiſſum. Et ſimiliter, ſi quis profiteretur aliquam religionẽ, quæ nunc eſt approbata ſemota approbatione, puta, ꝙ deſineret eſſe approbata, & poſt aliquis eã profiteretur, & benedicerentur, ut de monachis eſt ordinatũ, non propterea aſtringeretẽ voto ſolẽni. Non habet ergo votũ continentiæ ex hoc, ꝙ fit cũ ſuſceptione ſacri ordinis, ꝙ ſit ſolẽne: neq; votum religionis ex hoc quòd fit cum benedictione, quòd ſit ſolemne.
¶ Secunda aũt opinio eſt, ꝙ ſolemnitas voti conſiſtit in exhibitione ſui ipſius, ita quòd votũ ſimplex habet ſolã promiſſionẽ: votum aũt ſolemne habet promiſſionẽ & exhibitionẽ, nõ promiſſorum in ſeipſis, ſed in ſua radice: qũ a habet exhibitionẽ ſuiipſius in nouo ſtatu, in quo radicaliter continentur oĩa pmiſſa. Nam & qui profitetur religionẽ, & qui ſuſcipit ſacrũ ordinẽ, non ſolũ promittit ſeruire &c. ſed ipſo facto mutat ſtatũ, ẽtiã ſi nõ mutaret veſtes, habitationẽ, & conuerſationẽ, vt patet.
¶ Sed nec hæc opinio eſt vera: qñ mutatio ſtatus, mãcipando hoiem ad diuinum cultũ & religioſa opera, ſtare põt cum uoto ſimplici, vt patet, ſi Eccleſia inſtitueret, ꝙ in ſacro ordine, & religione aliqua votum ſimplex fieret. Et rurſus in ſacro ordine mancipatur homo ad diuinum cultum ſine dependentia ab annexo uoto, ut patet in Eccleſia primitiua, & orientali vſq; in hodiernum diem. In religionibus vero quantumcumq; aliquis exhiberet ſeipſum, & conuerteret, niſi Eccleſiæ authoritas interueniret, nunquam votum religionis eſſet ſolẽne, vt patet de votis profitentium religionẽ nõ approbatam, quàmuis ſanctã.

tur ordinari ꝑ ad Deũ, ſed ad homines. ergo ꝑ accidẽs ſe habẽt ad uotum. non ergo ſolemnitas talis eſt propria conditio uoti.

¶ 2 Præt. Illud qđ ꝑtinet ad cõditionẽ alicuius rei, vr̃ poſſe cõpetere oĩb⁹ illis, in quib. res illa inuenitur: ſed multa pñt ſub voto cadere, q̃ non ꝑtinent neque ad ſacrũ ordinẽ, neq; ꝑtinẽt ad aliquã certam regulã, ſicut cũ quis vouet peregrinationẽ, aut aliquid hmõi. ergo ſolẽnitas q̃ fit in ſuſceptione ſacri ordinis, vel in profeſſione certæ regulę non ꝑtinet ad cõditionẽ uoti.[h]

¶ 3 Præt. Votũ ſolẽne idẽ [h] ur̃ eſſe, qđ votũ publicũ: ſed multa alia uota pñt fieri in publico, q̃ uotũ, qđ emittitur in ſuſceptione ſacri ordinis, uel profeſſione certæ regulæ, & hmõi ẽt uota pñt fieri in occulto. ergo nõ ſolum hmõi uota ſunt ſolemnia.

Sed contra eſt, ꝙ ſolũ huiuſmodi uota impediũt matrimoniũ contrahendũ, & dirimũt iam contractũ: quod eſt effect⁹ voti ſolemnis, ut infra* dicetur in tertia huius operis parte.

*Nõ cõpleuit morte pͥuentus.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ unicuiq; rei ſolẽnitas adhibeẽ ſꝫm illius rei conditionẽ, ſicut alia ẽ ſolẽnitas nouæ militiæ. ſ. in quodã apparatu equorũ, & armorũ, & cõcurſu militũ: & alia ſolẽnitas nuptiarũ, q̃ cõſiſtit in apparatu ſpõſi, & ſpõſæ, & cõuentu propinquorũ: uotũ aũt eſt promiſ-G ſio Deo facta. Vñ ſolẽnitas uoti attendit ſꝫm aliquid ſpũale, qđ ad Deum ꝑtineat. i. ſꝫm aliquam ſpũalem benedictionẽ, uel conſecrationem, q̃ ex inſtitutione Apoſtolorũ adhibetur in ꝓfeſſione certæ regulę, ſcđo gradu poſt ſacri ordinis ſuſceptionẽ, ut dicit Dion. 2. c. Eccleſiaſticę Hier. Et huius rõ eſt, qa ſolẽnitates nõ cõſueuerunt adhiberi, niſi qñ aliquis totaliter mãci-H paẽ alicui rei. Nõ. n. ſolẽnitas nuptialis adhibeẽ, niſi in celebratione matrimonij, qñ uterq; cõiugũ ſui corporis poteſtatẽ alteri tradit. Et ſilr̃ [m] uoti ſolẽnitas adhibetur, qñ aliquis ꝑ ſuſceptionẽ ſacri ordinis diuino miniſterio applicaẽ. Et in ꝓfeſſione certę r̃læ, qñ ꝑ abrenũtiationẽ ſęculi, & ꝓpriæ uolũtatis aliq̃s ſtatũ ꝑfectionis aſſumit.[n]

F ¶ Eſt igitur tertia opinio, quæ eſt veritas, ꝙ ſolemnitas voti cõſiſtit in hoc, ꝙ Eccleſiæ authoritate ſtatutum eſt tale votum eſſe ſolẽne. ſ. per quod homo inhabilis eſt ad matrimoniũ, vt in uoto ſacri ordinis, & in voto regularis obedientiæ, caſtitatis paupertatiſque, vt eſt votũ religionis. Probatur aũt hoc eſſe verum tam ex eo ꝙ Eccleſia poſſet ſtatuere ꝙ quicumque coram tribus voueret continẽtiam, faceret votum ſolemne continẽtiæ, ita quòd ipſo facto eſſet voto ſolemni aſtrictus: ſicut ſtatuit, ꝙ quicunq; ſuſcipit ordinẽ ſacrũ, emittat votum continentię, quod uoluit eccleſia eſſe ſolẽne. Conſtat autẽ ꝙ in cauſa dicti ſtatuti nulla benedictio, nulla conſecratio, nulla mutatio ſtatus, niſi conſequẽs dictum votũ interueniret. Sola ergo eccleſię authoritate præueniente votum, quod in ſe eſſet ſimplex, eſt ſolemne.
¶ Et cõfirmatur hoc ex ꝓfitentib. tria vota de facto, hoc eſt ſine Apoſtolica authoritate. ſ. obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis in religione nõ approbata ad hoc ꝙ ſit ſimpliciter religio, vt multis perſonis tertij habitus ex deuotionis feruore inuẽtum eſt cõtigiſſe. Huiuſmodi enim vota nõ excedunt vim voti ſimplicis ex hoc ſolo, quòd authoritas Eccleſiæ deeſt. Secus autem hoc eſſe de eiſdem perſonis tertij habitus tria religionis vota profitentibus de licentia ſedis Apoſtolicæ, Sixtus quartus per bullam declarauit. Et hoc eſt, quod in ſexto Bonifacius octauus determinauit dicens, quòd ſolemnitas uoti ſola Eccleſiæ inſtitutione eſt inuenta. Et propterea Apoſtolica authoritate decreuit duo tantũ vota eſſe ſolemnia. ſ. religionis approbatæ, & ordinis ſacri. Et ſi contra dictam doctrinam obijciatur, quòd contradicit authori in litera, quo ad primæ opinionis reiectionem, & in 4. ſent. diſt. 38. tam quoad ſecũdæ opinionis refutationem, q̃ quo ad tertiæ opinionis aſſertionem: Reſpondeo ꝙ quantũ ad primã opinionem ſpectat, in æquiuoco fortè ſumus quia author de ſolemnitate cæremoniali de facto ordinata in huiuſmodi votis adhibenda loquitur: ego aũt de ſolemnitate, qua ipſum vo-K tum abſolutè in ſe habet, quòd ſit ſolemne. Veruntamen de benedictione cuius meminit in litera, latior erit ſermo.

Concl. m

¶ Quantũ vero ad ſecundã, & tertiã opinionẽ, nõ cõtradico authori. Ad cuius euidentiã ſcito, ꝙ exhibitio ſuiipſius, & ſtatutũ Eccleſiæ, pñt dupliciter conſiderari. ſ. ſeorſum: & ſic neutrũ ſufficit ad ſolemnitatẽ voti. Et propterea ſecunda opinio ponẽs in ſola exhibitione conſiſtere ſolemnitatẽ, refutata eſt, & ab ipſo authore refutatur. 4. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 2. q. 3. dum dicit, ꝙ quantumcunq; aliquis profiteatur, niſi ſeruato poſitiuo iure hoc faciat, non eſt votum ſolemne. Propterea quoque tertia opinio ab authore ibidem refutatur, ꝙ ſ. ſuper ſimplici ſtatuto Eccleſiæ fundatur. Oportet namque iuxta ſedm diſtinctionis propoſitæ membrum, ambo ſimul concurrere. ſ. & Eccleſiæ authoritatem, & ex parte vouentis impotentia tradendi ſe ipſum alteri, quæ impotentia, quia negatio eſt, fundatur ſup affirmatione: aut approbatæ exhibitionis ſuiipſius, vt author uoluit, & tõm conſonat, quaſi Eccleſia ꝓp hoc inhabilitet ad carnis, ſeu mundi opera, quia approbat exhibitionem ad Dei cultum, ſeu famulatum: aut approbat ſic votũ, ut ex hoc ipſo, ꝙ votum eſt ſic, hoc eſt, cum inhabilitatione vouentis ad matrimoniũ &c. approbatũ prius ab Eccleſia, impotentia illa cõſequaẽ. Vtroque

ſiquidem

ſiquidē modo Eccleſia facere pōt, ex quibus patet primò, q ad A ſolēne votū duo exiguntur. Nā ex parte vouētis requiritur q vo-ueat: ex parte aūt Eccleſiæ, q votū ſit inhabilitās hoīem ad ma-trimoniū &c. Hāc. n. inhabilitantē vim nō poſſe votū ex priua-ta poteſtate habere, ſed ab Eccleſia ſolū, manifeſtè patet ex eo, q ſublata Eccleſiæ ap-probatione, & inſtitu-tione, quātumcunq; aliqs ſuſcipiēdo ſub-diaconatū voueret ca-ſtitatem, & quicq; aliud pfeſſionē alicu-ius religionis faceret, numquā ſolēni voto ligaret, numq̄ inhabi-lis eſſet ad matrimo-niū, q̄uis peccaret cō-trahēdo, vt pote con-tra votū ſimpliciter agens: & in hac vi cō-ſiſtit ſolēnitas voti. Pa-tet ſecundò, q hæc vis inhabilitans ſecū-dūm præſentes Eccle-ſiæ inſtitutiones con-uenit voto rōne exhi-bitionis ipſius vouen-tis ad cultū ordinis ſa-cri, vel famulatū re-ligionis approbatæ. Cuius ſignum euidēs eſt, q ſi quis ſuſcipe-ret ordinem ſacrum à non epiſcopo, ac per hoc non ſuſciperet vt in veritate ſacrum ordinē, nō aſtrin-geretur voto ſolēni ad caſtitatem. Hoc. n. ideò eſt, quia, Eccleſia vim inhabilitātem ſtatuit in voto mediante ordine: & ſimile eſt de profeſſione omnino inualida. Et propterea ius canoni-cum, & omnes dicunt, quòd votum ſolemnizatur per ſuſceptio-nem ordinis ſacri, vel per profeſſionem religionis approbatæ. Patet tertio, q hæc vis inhabilitans nō neceſſario exigit talem exhibitionem ad hoc, q poſſit ineſſe voto ex noua conſtitutio-ne Eccleſiæ: quia poſſet Eccleſia ſtatuere, q vouens coram tribus continentiam emittere, intelligatur votum inhabilitans ad matrimonium, ſeu votum ſolemne continentiæ, quod idem eſt. Et ex his omnibus apparet, q omnes opiniones aliquid ve-ri dixerunt, & q doctrina hæc non contrariatur authori.

D. 12.M.

¶ In eodem 7. artic. tam in corpore, q̄ in reſpōſione ad primū, aduerte, q in voto ſolemni per ſuſceptionē ſacri ordinis, mani-feſtè inuenitur aliquid aliud à voto ſpectans ad Deū. ſ. ipſe or-do ſacer. In voto autē profeſſionis, benedictio ſpiritualis, cuius meminit author, non inuenitur vniuerſaliter. vt cōſuetudo Ec-cleſiæ teſtatur. Non enim miniſtri Eccleſiæ inuocant, vt Deum benedicere putemus, iuxta authoritatem literæ, quæ nō adduci-tur ab authore ad probādum, q in profeſſione ſit benedictio, ſed ad hoc, q qn̄ per miniſtros Eccleſiæ fit benedictio, Deus eſt qui benedicit. Quare autem author benedictionem ad votum ſolemne omnis approbatæ religionis extenderit, ratio eſſe vr, quia attendit ad id, qđ de iure fieri debere debet, & non ad id quod fit: quaſi præſumatur, q profitentes abſq; benedictione, intelliguntur profiteri cū benedictione, ſicut ab Apoſtolis, & Eccleſia inſtitutū eſt de monachis. Sicut profitentes tacitè per habitus geſtationem poſt annū &c. præſumuntur vouere ſolen-niter ſicut ab Eccleſia inſtitutum eſt. Ratio verò, quare benedi-ctionem huiuſmodi tanti fecerit, videtur eſſe, quia aliter ſtabi-liter fundare indiſpenſabilitatem voti ſolemnis religionis iu- E xta decretalem allatam inferius in arti. 11. non poterat.

¶ Ad cuius clariorē notitiā ſcito, q in votis ſolēnibus, q̄ habet Eccleſia, vidit author tria inueniri. ſ. votū, mancipationem ad diuinum cultum, ſeu famulatum: & conſecrationē ſeu benedi-ctionem. Et ſupponit, vt inferius patet, q votū religionis eſſet indiſpenſabile per quācūq; Eccleſiæ authoritatē: & propterea oportuit quòd indiſpenſabilitatem fundaret ſuper aliquo, qđ non ſubijceretur eccleſiaſticæ authoritati quoad illius muta-tionem. Et quia tam votum, quàm mancipatio ad Dei famula-tum, vtpote hominū opera, ab eccleſia mutari poſſunt, ad opus Dei recurſum habuit. ſ. conſecrationē, & benedictionem, vt in his conſtituendo ſolemnitatem voti, indiſpenſabile conclude-ret votum ſolemne quo ad id, quod per ſe ad ſolemnitatē ſpe-ctat, vt in dicto articulo inferius patet. Hæc eſt radicalis ratio, quæ coegiſſe videtur authorem ad ponendum, q ſolēnitas vo-ti cōſiſtit in conſecratione, vel benedictione diuina. Altera au-tē rō, quæ in hac litera affertur ex ſimilitudine ſolēnitatū ſaliſ actibus, ſeu ſtatibus ſ. militiæ, & nuptiarū, fundata ſuper rōne cōmuni, qa. ſ. ſolēnitas vnicuiq; rei adhibetur ſecūdūm illius rei conditionē, efficaciter infert q ſolēnitas cæremonialis in voto debet fieri ſecundùm aliqđ ſpectans ad Deū, puta, ſcđm puri-tatem mentis, cōfeſ-ſionem, & cæremo-nias eccleſiaſticas ad Dei cultū pertinētes: ſicut etiā ipſum votū ad Dei cultū ptinet. cū ſit religiōis actus. Hoc enim optimè in-fertur ex ratione, & ſimilitudine militiæ. & nuptiarū: ſed toto conceſſo, non habe-tur q ſolēnitas, qua votū habet vim diri-mendi matrimoniū, conſiſtat in his cære-monijs, aut diuino effectu p eas. Videt ſi-quidē mihi, q hoc in loco diſtinctio illa lo-cum habeat. ſ. de pri-ma impoſitione no-minis, de trāſlatione eius ad aliud ſignifi-candū. Solēnitas nā-que ſi ſecūdùm pro-priā ſignificationē ſu-mitur, cæremonia-lia, & præcipuè ſacra importare videt, quæ ſingulari quodā rīte fiunt: & indè tranſla-tū eſt ad alia, Et à conſuetudine Eccleſiæ factū eſt, vt cū de voto agit, ſignificet in voto vim dirimēdi mrīmoniū, ſeu id vndè vo-tū habet vim talem. Vnde author ad propriā vocabuli ſignifica-tionē more ſuo aſpiciēs, & in cæremonialibus ſignificatis noīe ſolemnitatis, diuinū opus cōtemplatus, ad ipſum diuinū opus ſ. ſpiritualem benedictionē, ſolemnitatis nomen applicauit, vo-lens q ex tali diuino opere votum habeat vim dirimendi ma-trimonium &c. Vt autē ex dictis patet, hęc benedictio non inue-nitur in omni vero voto ſolemni. Et vbi inuenitur, per accidēs ſe habet ad ſolemnitatem voti non cæremonialem, ſed legiti-mam, de qua eſt qō: quæ voti ſolemnitas ideò vocari pōt legiti-ma, quia legi ſancita, & hoc nomine nuncupata, legis vim ha-bet. Hæc autem ideò dicta ſint, vt mens literæ percipiatur, & vt ſcias ſolemnitatem duplicem eſſe in voto. ſ. cæremonialē, & le- D gitimam quæ ratione cæremoniarum adiunctarum ſortita vi-detur nomen ſolēnitatis. Sed de nomine non eſt qō, ſed de re.

*In corp. art.

¶ In eadem reſponſione ad primum eiuſdem ſeptimi articuli, dubiū occurrit, An diſtinctio voti ſimplicis, & ſolēnis ſit ſpecifi-ca, ſic, q transgreſſor vtriuſq; ſimul incurrat deformitates dua-rum ſpecierum. verbi gratia. Habens votum ſolemne & ſim-plex continentiæ, ſi fornicatur, peccet cōtra continent. à latriā voti ſimplicis, & latriam voti ſolemnis. Apparet enim ex dictis authoris in 4. di. 38 q diſtinguantur hæc vota ſpecie, ſicut ve-getatiuum, & ſenſitiuum: & cōſequenter, quòd duarum ſpecie-rum mala incurrat tranſgreſſor vtriuſque.

¶ In oppoſitū videtur eſſe, quia nihil eſt vinculi, nihil virtutis in voto ſimplici, quod non ſit in ſolemni. Et ſimiliter quicquid tranſgreſſionis eſt in voti ſimplicis violatione, clauditur in vio-latione ſolemnis. Nulla ergo alia additur deformitas ex viola-tione ſimplicis voti de eodem.

E ¶ Ad hoc dicitur, q quemadmodum oculus hominis, & oculus leonis ſunt eiuſdem ſpeciei, inquantum ſunt potentiæ viſiuæ propter identitatem formalē obiecti vtriuſq;, puta, coloris: po-tentiarū. n. diuerſitas, vel identitas formalis, penes obiecti for-malis diuerſitatem, vel identitatē attenditur. Et ſunt diuerſarū ſpecierū, inquātum ſunt naturalia membra hominis, & leonis, iuxta illud Auer. in 1. de anima. Membra hominis, & mēbra leo-nis differunt, quia anima hominis differt ab anima leonis. Hęc ſiquidem diſtinctio ex parte ſubiecti, ſeu habētis, ſe tenet: ita vo-tum ſolemne, & votum ſimplex, ſi ad actus referantur, præſup-poſita identitate materiæ, eiuſdē ſunt ſpeciei, quia vtrūq; cultū Deo affert p̄ promittendo idem. Si autem referantur ad vouen-tem, ſic claudunt in ſe diuerſitatem ſpecificam, ſaltem propter inhabilitatem vouentis ad oppoſita, puta, ad matrimoniū, ad habendum proprium &c. Propter quod votum ſolēne dicitur habere plenē vim obligatiuā, ſimplex autem non: quoniā ſim-plex votum cōtinentiæ ſic obligat ad cōtinentiam, q tamen vis poten-

A ᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dicēdū, q hmōi ſolēnitas ptinet nō ſolū ad hoīes, ſed ad Deū, inquantū hēt aliquā ſpiritualē conſecra-tionē, ſeu benedictionē, cuius Deus eſt author, etſi hō ſit mi-niſter, ſm illud Num. 6. Inuoca-bunt nomē meum ſuper filios Iſrael, & ego bñdicā eis: & ideò B votū [d] ſolēne hēt fortiorē obli-gationē apud Deū, quàm uotū ſimplex, & grauius peccat, qui illud trāſgredit. Quod aūt dr, q uotū ſimplex non minus obli-gat apud Deū, quàm ſolemne, intelligendum eſt quantum ad hoc, quòd utriuſque tran-ſgreſſor peccat mortaliter.

A ᴅ ꜱᴇᴄᴠɴᴅᴠᴍ dicendū, q particularib' actibus nō cōſue-uit ſolēnitas adhiberi, ſed aſſū-ptioni noui ſtat', ut * dictū eſt. Et ideò cū qs uouet aliqua par-ticularia opera, ſicut aliquā pe-regrinationē, uel aliqđ ſpecia-le ieiunium, tali uoto non con-gruit ſolēnitas, ſed ſolùm uo-to, quo aliqs totaliter ſe ſubij-cit diuino miniſterio, ſeu famu-latui, in quo tñ uoto quaſi uni-uerſali multa particularia ope-ra comprehenduntur.

C A ᴅ ᴛᴇʀᴛɪᴠᴍ dicēdū, q uota ex hoc q fiunt in publico, pñt habere quādā ſolēnitatē huma-nā, nō aūt ſolēnitatē ſpiritualē, & diuinā, ſicut hñt uota præ-miſſa, etiā ſi coram paucis fiāt. Vnde aliud eſt uotum eſſe pu-blicum, & aliud eſſe ſolemne.

potentiam ad matrimonium,& eius opus. Solẽne autẽ ſic obligat, ꝙ vouens eſt inhabilis ad matrimoniũ, & eius opus, itaq; ſi contrahat, matrimonium eſt nullum: & ſi vtatur illo, peccat mortaliter, etiam reddendo debitum. Et quoniã diſtinctio ſpecifica vitiorũ ex parte obiecti attenditur (vnde non eſt hic diuerſitas) ideò eiuſdẽ ſpeciei eſt transgreſſio voti ſolemnis ſolum, & coniuncti cũ voto ſimplici præcedente, vel ſequente. Immò eiuſdem eſt ſpeciei transgreſſio ſolemnis & ſimplicis, & differunt ſolũ ſecundùm magis & minus graue, Vndè in litera dicit, quòd grauius peccat, qui ſolemne transgreditur. Ad obiectionem autem ex 4. ſentent. dicitur, ꝙ diſtinctio ſpecifica, qua ſenſitiuũ in homine differt ſpecie à ſenſitiuo puro, puta, in leone, non eſt ex parte obiecti, vt patet de oculis, & cæteris ſenſibus, ſed ex parte habentis. Vnde ex hoc non habetur aliquid contra determinationem factam.

Porrecta per totum. 476. Inf. q. 189 ar. 5. Et 4. di. 32. ar. 4 & di. 38. q. 1. ar. 1. q. 4. Et opuſ. 17. c. 12.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum illi, qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti, impediantur à vouendo.

AD OCTAVVM ſic procedit. Videtur ꝙ illi qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti, nõ impediantur à vouẽdo. Minus.n. vinculũ ſuperatͬ à maiori: ſed obligatio qua quis ſubijcitur homini, eſt minus vinculum, q̃ votum per quod aliquis obligatur Deo. ergo illi, qui ſunt alienæ poteſtati ſubiecti, non impediuntur à vouendo. G

¶ 2 Præt. Filij ſunt ĩ poteſtate pr̃is: ſed filij poſſunt ꝓfiteri ĩ aliqua religione ẽt ſine volũtate parentũ. ergo nõ impeditur aliquis à vouendo per hoc, ꝙ eſt ſubiectus poteſtati alterius.

¶ 3 Præt. Maiꝰ eſt facere, q̃ ꝓmittere: ſed religioſi q ſunt ſub ꝑtãte ꝑlatorũ, pñt aliqua facere ſine licẽtia ſuorũ ꝑlatorũ, puta, dicere aliquos pſalmos, vl̃ facere aliquas abſtinentias. ergo vr̃ ꝙ multò magis poſſint hmõi Deo vouendo promittere.

¶ 4 Præ. Quicũq; facit, qđ de iu-

SVPER QVAEST. LXXXVIII. ART. VIII.

D. Bon. 4. ſ. d. 38. q. 3. a. 1.

IN ar. 8 eiuſdem Sã. q. dubium occurrit, An votũ ſubditi de eo, in quo ſubijcitur, obliget ſubditum ad mortale antequã innoteſcat ſuperiori. Verbi gratia. Vouet religioſus quotidie dicere ſeptem pſalmos pænitentiales, nec hoc votum indicat prælato ſuo, ſi interim trãſgreditur tale votum, an peccet mortaliter. Videtur enim ꝙ non peccet, ſaltem mortaliter, quia tale votum vſquequo innoteſcat prælato, nõ eſt firmũ, vt patet, & in litera dicitur in reſponſione ad tertium & ad quartum. Et ſi nõ eſt firmum. ergo nõ eſt votum, quoniam de ratione voti eſt firmitas. Et ſi non eſt votum, ergo non habet vim obligatiuam ad mortale. In oppoſitum eſt, quia votum conditionatũ extante conditione obligat ad mortale: ſed huiuſmodi votum eſt cõditionatum, vt in litera dicitur in reſponſione ad vltimũ, & conditio extat: nã conditio ſubintellecta eſt, ſi ſuperior nõ contradixerit, & hæc extat quandiu ſuperior neſcit tale votũ. ergo huiuſmodi votum obligat ad mortale neſciente ſuperiore. H

¶ Ad euidentiam huius difficultatis ſciendum eſt, quòd bonũ ſupererogationis quod ſubditus vouet, põt dupliciter ſe habere ad ſubditum vouentem. ſ. vt inhibitum in cõmuni, vel in particulari vel vt non inhibitum. Habet enim ſe ad religioſum, vt inhibitum in communi, opus peregrinationis, quia nõ põt ſine licentia exire clauſtrum: vt inhibitum verò in particulari, opus mortificationis verberando ſe, & huiuſmodi, ſi à prælato prohibentur fieri ſine ſua licentia. Vt nõ inhibitũ vero opus orationis, quando ſibi vacat. Si igitur ſubditus vouet opus ſupererogationis inhibitum, ſubintelligitur conditio affirmatiua. ſ. ſi ſuperior conſenſerit, quoniam aliter materia voti nõ eſſet opus virtuoſum. Opus enim inhibitum ſtante inhibitione cõſtat nõ eſſe opus virtuoſum. Votum autem eſt promiſſio facta Deo, & nõ debet eſſe ridiculoſa. Vnde tenetͬ ſubditus conſenſum ſuperioris requirere, anteqàm ſit in mora perſoluẽdi votum. Niſi enim ipſe ſuperiorem teneretur requirere de relaxando inhibitione, ſeu concedenda licentia, vana & ridiculoſa eſſet promiſſio. K

¶ Et confirmatur, quia in promiſſione quæ fit homini cũ conditione, ſi cõſenſerit amicus, vel cognatus &c aut implicitè ſubintelligitͬ quis debeat requirere cõſenſum, aut ſpecificatur quis teneatur, ſi inter rationales homines ſit cõtractus. In voto autẽ inter hominem & Deum ſit quaſi contractus quidã, & cũ non expectetur qđ Deus ꝓcurare debeat cõſenſum ſuperioris, reſtat vt vouens teneatur ad ſuperioris conſenſum requirendũ. Tempus autem requirendi, vt dictum fuit, eſt antequàm ſit in mora implendi promiſſum. Si autẽ ſubditus vouet Deo opus ſupererogationis nõ inhibitum, tunc conditio ſubintellecta eſt negatiua. ſ. ſi non cõtradicat ſuperior. Et ratio eſt, quia actus ſupererogationis, qui eſt in poteſtate ſuperioris nõ inhibitꝰ, eſt verè actꝰ virtutis, & ſtãte conditione non inhibitionis, eſt in poteſtate vouentis durãte cõditione. ergo põt eſſe materia voti. Nõ requiritur ergo ad hoc, ꝙ tale votũ ſit verè votum cõditionatũ, cõſenſus ſuperioris: quoniam in nullo poteſtatem ſuperioris lædit.

F ¶ Et propterea ad dubium motũ dicitͬ, ꝙ ſi ſubditus quicunq; puta, puella, vxor, religioſus &c. voueat non inhibita, quæ ſunt in poteſtate ſuperioris, tenetͬ ea implere, ſuperiore nihil de hoc ſciente, & peccat mortaliter tranſgrediendo, durante cõditione non contradictionis ſuperioris. Et ad obiectionem in oppoſitũ dicitur, ꝙ votum tale non eſt firmũ ſimpliciter & abſolutè, quia non habet materiam quæ abſolutè ſit in poteſtate vouẽtis, ſed in poteſtate alterius, eſt tamen firmum durante conditione, & propterea obligat durante conditione, & non obligat abſolutè. Et ex his patet ſenſus literæ: & quare author ſua diſtinctione ponat conditionem affirmatiuam, & negatiuam dicendo, Si ſuperiori placuerit, vel non renitatur. Facta eſt. n. hæc diſiunctio propter diuerſam diſpoſitionem materiæ promiſſæ ſecundùm eſſe inhibitum, vel non eſſe inhibitum, vt declaratum eſt.

¶ Sed hic occurrit dubiũ nõ pertranſeundũ ſilẽtio, An ſuperioris cõſenſus, vel contradictio in votis ſubditorum referatur ad opus, qđ eſt materia voti: an ad vinculũ voti. Eſt nãq; dubitare de hoc, quærere, cũ quis ſit ſubditus vouet, verbi gratia, Peregrinationem vel ieiunium, ſi ſuperior negat licentiam peregrinãdi, aut inhibet ieiuniũ. an teneatur manifeſtare ſuperiori vinculũ facti voti de hoc, an ſufficiat, ꝙ ſuperior neſciens contradicat operi. Ex hac ſiquidem cogitatione multa dependent. Vt.n. ꝙ contradictio, vel diſſenſus referatur ad vinculũ voti: qm̃ contradictio ſuperioris nihil aliud eſt, quàm irritatio voti: non irritatur autem uotum à ſuperiore neſciente. Et confirmatur qa Numeri trigeſimo, vbi de hmõi votis eſt ſermo, conſenſus, vel cõtradictio ſuperioris refertur manifeſtè ad votum, vt patet ibi in litera de patre reſpectu puellæ, & viro reſpectu vxoris.

¶ In oppoſitũ aũt eſt, quia oppoſitorũ eadẽ eſt rõ: ſed ad conſtituendũ uoti conditionatũ validũ, ſufficit ſuperioris cõſenſus ad opus, vt patet ex dictis. ergo ad deſtruendam obligationem huiuſmodi voti ſufficit ſuperioris diſſenſus reſpectu operis.

I ¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quia conſenſus, vel diſſenſus ſuperioris exigitur ad votũ rõne materiæ, quia. ſ. id qđ voto promittitur, eſt in poteſtate ſuperioris, & ad hoc ꝙ ſit materia voti, oportet ꝙ ſit actꝰ virtutis, nec põt eſſe actus virtutis, niſi ſit à ſuperiore non inhibitus, ideo cõtradictio, vel cõſenſus ſuperioris directè ad opus reſpicit, qđ eſt uoti materia. Et propterea ſi opus inhibetͬ, deſinit eſſe materia uoti, durãte inhibitione. Et obligatio uoti nõ ſe extẽdit ad illud: & ſi opus nõ inhibetͬ, iã hr̃ materia uoti, & obligatio uoti extẽdit ſe ad illud, durãte nõ inhibitione. Ex eo aũt ꝙ ceſſat obligatio uoti rõne materiæ ſubtractæ ab eo cuius eſt, ſequitur ꝙ nõ tenetur indicare uoti ſui uinculũ ſuperiori: qm̃ indicatione opus eſt, qñ obligatio remaneret reſpectu illius operis tunc exequendi, non aũt qñ deſinit eſſe. Sicut nec habẽs uotum ſimplex continentiæ, tenetur coniugi indicare uotũ ſuũ: ſed põt licitè reddere debito eadem rõne, quia. ſ. actus concubitus reddendo debitũ, deſinit eſſe materia uoti caſtitatis, durãte cõiungio. Nec obſtat ſi dicatur, quia ſi indicaret uoti ſui uinculũ ſuperiori inhibenti opus, fortè concederet illud, qm̃ licèt hoc fortè accideret, nõ tñ ad hoc tenetur ex ui uoti. Sicut nec talis coniux tenetur petere à coniuge, ꝙ nõ teneatur reddere debitũ, uel ꝙ non petat debitum. Et rõ eadẽ eſt quæ iã dicta eſt, quia. ſ. obligatio uoti deficit ꝑ ſubtractionẽ materiæ, durãte tali ſtatu, ſeu inhibitione. Dixi aũt ex ui uoti, quia ſecus eſſet qñ intentio alicuius uouẽtis fuiſſet obligare ſe ad manifeſtandũ uotũ illi, in cuius poteſtate eſt materia quã promittit. K

¶ Ad obiectionem uerò in oppoſitum dr̃, ꝙ aliud eſt uotũ irritare, & aliud eſt uoti deſinere ab obligatione totaliter, uel nũc ꝑ defectum materiæ totaliter, uel ad tempus. Irritatio namque requirit notitiam uoti, aut ſaltem ſuperioris uoluntatem irritatiuam uotorũ ſubditi. Et de irritatione loquitur ſcriptura, quæ notitiã ſuperioris põderat. Deſitio aũt ab obligatione defectu materiæ non exigit niſi materię defectũ ſiuè ſciẽter, ſiue ignorãter dñs materiæ illã auferat. Et de hac eſt ſermo in pręſõtiarũ. Sed qm̃ idẽ nõ eſt petere aliquã rẽ, uel aliquod opus abſolutè, & petere hæc eadẽ ut exhibenda Deo ex ſuſcepto beneficio

re facere non pōt, peccat: ſed ſubditi ñ peccat uouēdo, q hoc numq̄ inuenit prohibitū. ergo uī q de iure poſsint uouere.

SED CONTRA eſt, qd̄ Nume. 30. mandatur, q ſi mulier in domo patris ſui, & adhuc in puellari ætate aliquid uouerit, nō tenetur rea uoti, niſi pr̄ eius conſenſerit: & idē dicit de muliere habēte uirū. ergo pari rōe nec aliæ perſonæ alterius poteſtati ſubiectæ pñt ſe uoto obligare.

RESPON. Dicēdum, q ſicut ſupra dictū eſt, uotū eſt promiſſio quædā deo facta. Nullus aūt pōt p promiſſionē ſe firmiter obligare ad id, qd̄ eſt in poteſtate alterius, ſed ſolū ad id quod eſt oīno in ſua poteſtate. Quicunq; aut eſt ſubiectus alicui, B q̄tū ad id, in quo eſt ſubiectus, nō eſt ſuę poteſtatis facere qd̄ uult, ſed dependet ex uolūtate alterius, & ideò non pōt ſe per uotum firmiter obligare in his, in quibus alteri ſubijcitur, ſine conſenſu ſui ſuperioris.

ficio per voti, & vniuerſaliter vt promiſſa Deo, & negat quiſque A quis concedere aliquid abſolutè ſubdito, qd̄ vt Deo exoluendū concederet: ideo tutius eſt dicere, q tenetur petere rē, vel opus vt promiſſa Deo. Nec eſt ſimile de coniuge habente votum caſtitatis, quia nō eſt vti actu venereo reddēdo debitū, nec ēt ſub cōditione cadit ſub voto caſtitatis. Votū aūt ſubditi cōditionaliter cōprehendit opus ēt inhibitum, & hæc via eſt regulariter amplectenda. In caſib⁹ aūt prima via ſufficere vr̄, non tamen ad irritandū votum, vt dictum eſt.

¶ In eodem art. circa vota ſubditorum occurrit aliud dubiū, An ſubditus vouens cū licentia ſuperioris, qui poſt votum factum reuocat licētiam, teneatur adimplere votum. Et vr̄ q nō, Primo, quia hæc Auguſtini ſnīa ſumpta ex 30. c. Numeri, vt patet p ipſum Auguſtinū in eodē loco, cuius verba in parte allegātur à Magiſtro ſententiarū in 32. diſt. 4. & habentur in Decretis. 33. q. 5. c. Manifeſto. Vbi gratianus in fine c. Mulierē. expreſſè hoc explicat. ¶ In oppoſitum aūt eſt, quia ſuperior reuocans peccat, vt patet ex eo q Nume. 30. di de viro reuocante, q portabit iniquitatē ſuam. Et conſtat q ideò peccat, quia iniuſtè inhibet rem deo cū ſuo conſenſu promiſſam, nō dari. Iniuſtis aūt inhibitionibus non eſt obediendū, ſed contradicendū. Igitur ſubditus tenetur fidē pmiſſam Deo ſeruare contra volūtatē ſuperioris iniuſtā. ¶ Ad eius euidentiā præmittenda ſunt duo. Et primo, q cum conſenſus, vel diſſenſus ſuperioris in voto ſubditi, reſpiciat directè materiam voti, quæ quia non eſt ipſius vouentis, ſed ſuperioris, non pōt eſſe materia ſubditi, nullus. n. pōt obligare deo qd̄ ſuum non eſt, conſequens eſt, vt qn̄ ſuperior concedit ſubdito vouere aliquid, puta, ieiuniū, vel orationem, facit actum illū qui eſt materia voti, eſſe vouentis, non ſimpliciter & abſolutè, ſed ad promittendū, & exhibendum Deo quod exigitur. Et ſufficit ad hoc, q res ſit materia voti ſubditi, vt manifeſtius patet in exemplo rerū corporalium. Vir nanq; concedens vxori vt voueat tale vas argenteū Deo, non facit p hanc conceſſionem, q illud vas ſit ſimpliciter & abſolutè vxoris: ſed facit q illud vas ſit vxoris quo ad promittendū, & exinde exhibendū Deo. D Nam vxor non pōt per illam conceſſionem facere quicqd vult de illo vaſe, ſed ſolū promittere, & exinde exhibere illud Deo. Non transfertur ergo p hmōi conceſſionē, vaſis dñium in vxorem ſimpliciter, ſed ſcdm quid. ſ. quo ad promittendū, & inde exhibendum Deo: ſed remanente dñio vaſis apud virū, vxor ſit domina eiuſdem vaſis, quo ad hæc tm̄. Sicut ſi vir concederet tale vas alicui vt daret illud in pignus, non pro ipſo Dño, ſed pro eo cui conceditur vas, dñium vaſis abſolutè remaneret apud virum & is cui conceſſum eſt, eſſet dñs quo ad hoc, quod eſt dare illud in pignus. Eſſet enim vas ſuum quo ad hoc, & nō ſimpliciter. Cum igitur ſuperior conſentit inferioris voto, facit vt materia voti ſit ſua. ſ. ipſius ſubditi. Sua aūt non ſimpliciter ſed ad promittendū, & ex inde exhibendū Deo. Et propterea remanet poſt conceſſionē dñium ſimpliciter illius materiæ apud ſuperiorem. Secundò ſciendum eſt, q qn̄ aliquid cōceditur alicui non abſolutè, ſed ad aliquem actum, res illa ſic conceſſa, nō tranſit in actuale dominium eius cui eſt ſic conceſſa, niſi per a- E ctum illum ad quem eſt conceſſa: ac per hoc donec exerceatur actus ille, res ſic conceſſa non eſt, ēt quo ad hoc, extra dominium ſuperioris qui conceſſit, niſi in potentia, quia. ſ. ſubditus pōt rem illam aſſumere in materiam talis actus. v. g. proſequēdo exemplum poſitum, Vas conceſſum a viro vxori ad vouendum illud Deo, vel ad dandum in pignus, quia non eſt conceſſum abſolutè, ſed ad actum promittendi, & exinde exhibendi, Deo, uel dandi in pignus, ideò non tranſit etiam in dominiū vxoris quo ad hoc. ſ. q ſit ſuum vt materia pmiſſionis &c. niſi in potentia, donec promittat illud Deo. Nam antequàm promittat illud Deo, non eſt illud vas ſuum in actu, vt materia promiſſionis, ſed in potētia, quia. ſ. poteſt illud promittere. Vnde ſi vxor nunquam promiſſionem reduceret ad actum, nunquam vas conceſſum ſibi ad actum promiſſionis tm̄, efficeretur actu ſuum ſcdm quid. ſ. vt materia promiſſionis ſuæ. Ex his aūt principijs rñdedū eſt ad quæſitū, q ſubditus qui vouit de conſenſu ſuperioris poſtea reuocantis ſeu inhibētis exhibitionē rei voto promiſſę, excuſatur à peccato non ſeruando votū: ſuperior verò peccat mortaliter reuocando, ſeu inhibendo. Quòd. n. ſubditus excuſetur, ſequitur ex eo, q res conceſſa ſibi ad promittendū, & exhibendū, licet facta fuerit actualiter ſua vt materia promiſſionis qn̄ vouit, non tn̄ facta eſt ſua in actu, ſed in potētia, vt materia exhibitionis. Et propterea ex quo ſuperior antequā ab eo transferatur dñium, quo ad hoc q res ſit materia exhibitionis rem illā retraxit ad ſe, ſubditus cuius nō erat adhuc actu etiā ſcdm quid res illa, nō tenetur ad exhibendum qd̄ ſuū nō eſt. Quòd verò ſuperior mortaliter peccet inhibendo. ſequitur ex hoc, q licèt apud ſuperiorē remanſerit dñium illius rei exhibendæ Deo, remanet tn̄ dominium obligatum ad exhibēdū rem illam Deo rōne voti ſui ſubditi, quo res illa obligata eſt Deo de conſenſu ipſius ſuperioris. Et ppea tamquàm violator, & deluſor vinculi ad Deū, mortaliter peccat. Et propterea lex diuina Numeri 30. maritum qui poſt conſenſum reuocauit, portare ſuam iniquitatem ſtatuit: vxori aūt C non iuſſit vt inuito marito exequeretur, inſinuans per hoc, vt Aug. expoſuit, vxorem eſſe excuſatam ad obſeruationem voti. Et per hoc patet rñſio ad obiectionem in oppoſitum, quia. ſ. iniuſtè inhibere, aut præcipere contingit dupliciter. Vno modo, vt a iuſtis exequendis ad quem tenemur, abſtineamus, aut iniuſta faciamus, vt ſi quis præciperet furari, aut non credere in Deum: & ſic non eſt obediendum iniuſtè mandantibus. Alio modo, quia tantum ipſe præcipiens, aut inhibens peccat inhibendo, ſeu præcipiendo: & ſic iniuſtè inhibentibus, aut præcipientibus eſt parendum. Et ſic eſt in propoſito, qm̄, vt dictū eſt, ſubditus non tenetur ad exhibendum Deo, qd̄ debebat eſſe ſuū & impeditum eſt ne ſit ſuum, ſed ſuperior impediens poſt vinculum, ne ſit ſubditi ad exhibēdum Deo vt conſenſerat, in culpa ſolus eſt. Caue aūt hoc in loco ne ex dictis accipias, aut inferas, q ſi prælatus conſentiat voto ſui ſubditi, nō poſſit ſine peccato in voto illo poſtea diſpenſare: hoc nāq; non eſt dictum, nec clauditur ſub data doctrina, ſi formaliter intelligatur vt intelligi debet. Sermo namque habitus fuit de ſuperiore, & ſubdito, inquantū hmōi, inquantū. ſ. ſuperior eſt dñs, aut quaſi dñs materiæ voti, & ſubditus dñio illius caret. Magna aūt eſt dña inter ſuperiorem, & eccleſiaſticum prælatum. Nam vir eſt ſuperior reſpectu vxoris, & pater reſpectu filij, & dñs reſpectu ſerui, non tn̄ eccleſiaſticus prælatus. Et rurſus ſuperioris poteſtas eſt ad irritandum vota: eccleſiaſtici aūt prælati vt ſic, poteſtas eſt ad diſpenſandum, vel cōmutandum vota. Et ſuperioritas cōuenit alicui in propria perſona, eadem rōne qua eſt dñs vel quaſi dñs materiæ promittendæ, vt patet de patre, marito &c. Prælato aūt eccleſiaſtica conuenit alicui in pſona Dei, vt inferius in hac eadē q patet ab authore. Vñ hæc duo inueniūtur & ſeparata, & cōiuncta. Qn̄ ſunt ſeparata, vt cōtingit in votis ſæcularium v. g. in votis mulierum habentium viros, poteſtas ſuperioris eſt in marito: poteſtas aūt pl̄ati eſt in epō. Et tunc maior eſt poteſtas ſuperioris quàm prælati, quia ſuperior vtpotè dñs materiæ voti, pōt irritare votum, vtpotè de re ſua ſine ſe factum. Prælatus aūt, vtpotè diſpenſator, non dñs, pōt diſpenſare, uel commutare. Et ppea uxorum vota totius à viris irritantur, quàm a prælatis diſpenſetur: & ſimile eſt de aliorum ſubditorum uotis, quo ad id, in quo ſunt alienis. Qn̄ uerò ſunt cōiuncta in eodē ſuppoſito, ut cōtingit in prælatis religioſorū, qui ſunt & tanquā domini materiæ uouēdæ, & tamq̄ diſpenſatores uotorum in perſona Dei, non ſunt deterioris conditionis ex hoc, q ſunt coniuncta hæc duo in uno, q̄ ſi eſſent ſeparata. Et propterea ſicut in uotis uxoris de conſenſu mariti factis, pōt eps diſpenſare, ita in uotis religioſorū de ſuperioris cōſenſu factis, pōt ipſe idem, inquantū prælatus, in perſona Dei diſpenſare. Nā qn̄ conſenſit uoto ſubditi non ut prælatus in pſona Dei, ſed ut quaſi dominus materiæ pmittēdæ conſenſit. Vnde ſi poſtea in perſona dei diſpenſet, aut cōmutet, non eſt reuocator conceſſionis, aut inhibitor ſeruandæ promiſſionis, ſed diſpenſator. Nec hoc eſt authorizare in facto proprio, ut quidam

actumare

Ar. 1. q. præced.

Concl.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ ſub ꝓmiſſione Deo facta nó cadit niſi qđ eſt uirtuoſum, ut ſupra † dictū eſt. Eſt aūt cōtra uirtutem, ut id, qđ eſt alterius, homo offerat deo, ut ſupra * dictū eſt. Et ideò non pōt oīno ſeruari rō uoti, cum quis in poteſtate alterius cōſtitutus uouet id, qđ eſt in poteſtate alterius, niſi ſub cōditione, ſi ille, ad cui⁹ poteſtatē ꝑtinet, nó contradicat.

Ad II dicendū, ꝙ ex quo hó uenit ad annos pubertatis ſi ſit liberæ cōdōnis, eſt ſuæ poteſtatis, quantū ad ea q̄ ꝑtinent ad ſuā perſonā, puta, ꝙ obliget ſe religioni ꝑ uotum, uel ꝙ matrimoniū cōtrahat: nō aūt eſt ſuæ poteſtatis quantū ad diſpenſaſationē domeſticā. Vnde circa hoc nō pōt aliquid uouere, qđ ſit ratū ſine cōſenſu patris. Seruus aūt quia eſt in pōteſtate domini, ēt quantū ad perſonales operationes, nō pōt ſe uoto obligare ad religionē, per quā ab obſequio dñi ſui abſtraheret.

† Ar. 2. huius q̄ſt.

* Q. 32. ar. 7 & q. 36. ar. 5.

æſtimare uidentur, q̄m nihil de proprio facto iudicat: ſed de uoto ſubditi tamq̄ rato & firmo, cui per accidens coniungit, ꝙ ex propria conceſſione ipſius qui diſpenſat, fuerit ratum. Quæ enim ſunt per accidens, tamquam externa relinquuntur.

¶ Circa uota ſubditorū aliud adhuc dubiū incurrit, An ſi irrita ea ſunt ab habēte poteſtatem non ꝑpetuā ſint ſemp irrita, aut ceſſante ſtatuto ſubiectionis illius reuiuiſcāt. Verbi gratia. An puella teneať ad exequendū ſuū uotum à patre irritatū, poſt quā çtate puella ſui iuris facta, facta ē ſui iuris.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ ſiuè uotum fuerit perpetuū, ſiuè tp̄ale, ex quo eſt factū de eo, qđ eſt nō ſuū, ſit ſuperior, à cuius poteſtate túc eſt illud qđ uoto promittitur, irritat uotū amplius nō teneť. Et rō eſt, quia ſi teneretť poſtquàm eſt facta perſona illa ſui iuris, aut abſoluto illo prælato qui irritauit, iſta obligatio cum non ſit poſtea de nouo adueniens, non eſſet niſi ratione continuati uinculi ipſius uoti. Sed uinculum uoti ex quo fuit irritum, deſijt eſſe, & cōſtat ꝙ illud quod non eſt, continuari nō pōt. Non ergo tenetur quis ad implendum uotum ſemel irritum: & hoc aperte in ſacris canonibus patet extra, de conuer. coniu. c. Quidā. &c. Placet. ubi uir profeſſus irritante uxore ſuū uotū, illa mortua, nó tenetur ad religionē. Sed aduerte, ꝙ ſi perſona ſubdita uoueret nunc aliquid non pro nūc, ſed pro tp̄e quo illud erit ſuum, ꝙ uotum tale eſt firmum, adeò ꝙ non pōt à ſuperiore irritari. Verbi gratia. Vxor uouet ieiunare q̄n erit uidua, & ſic de alijs. Et rō eſt, quia res ꝓmittitur pro illo tp̄e quo non erit in poteſtate ſuperioris. Etiā conſtat, ꝙ ideò ſuperior habet poteſtatē irritandi, quia eſt dñs, aut quaſi dñs materiæ quæ promittitur, cuius oppoſitum hic accidit, & non ratione ſuperioritatis reſpectu perſonæ uouētis niſi quatenus ipſa perſona uouentis eſſet uoti materia. Super hoc enim fundamento tota hæc doctrina fundata eſt, & benè.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem 8. ar. primo declarādus eſt uerus ſenſus literæ: deinde diſcutienda ſunt dubia q̄dā de uotis religioſorum. Scito igitur ꝙ reſponſio iſta cōiter uř malè intellecta, q̄m intelligitur ꝙ hæc litera reddat pro rōne, quare nullum uotum religioſi eſt firmum: quia nullum tempus eſt, in quo prælatus non poſſit ſubditum occupare. Et quia rō iſta I ineſſicax inuenitur, aut reprehenditur author, aut excuſatur cum gloſſis. Et ſalua eorum reuerentia, omnium error accidit, quia uerba literæ ſcd̄m planam eius conſtructionem non conſiderauerunt. Litera namq; in principio reſpōſionis ponit cauſam, quare nullum uotū religioſi eſt firmum tali contextu, ꝙ primo explicat ipſam rem, quæ eſt cauſa, dicens ꝙ religioſus ſubditus eſt prælato quantū ad ſuas operationes ſcd̄m ꝓfeſſionem regulæ, Et ſtatim ſubdit aduerbium cauſale ad inferendā dictam concluſionē, dicens, Et ideò nullum uotū religioſi eſt firmum, niſi ſit de conſenſu prælati. Sed q̄m in contextu literę in ly ideò, & ly nullū uotum, mediat una parentheſis, quia interponitur totum hoc. ſ. (Etiam ſi aliquis ad horā aliquid facere poſſit, quando ad alia non occupatur à prælato, q̄a tamē nullum tempus eſt exceptum, in quo prælatus non poſſit eū circa aliquid occupare) idcirco malè intellecta eſt hæc litera. Vbi aduerte duo. Primo, quod rō illius interpoſitionis fuit, ut reſponderet non tacitæ, ſed expreſſæ obiectioni in argumento, & in ipſa interpoſitione replicatę. ſ. Etiā ſi religioſi poſſint aliqua bona K facere ſine licentia prælatorū. ergo poſſunt promittere. Scd̄o, quia illa concluſio, Nullum uotum religioſi eſt firmū, eſt concluſio illata in cōtextu lr̄æ ex duobus. Primo, ex propoſitione poſita in principio reſponſionis tamq̄ cā concluſionis, ut dictū eſt. Secundo, ex illa aduerſatiua interpoſita. ſ. Quia tamen nullum tēpus eſt &c. non tamq̄ a cauſa concluſionis, ſed tamquā a particulari cauſa excludēte particularem obiectionem. ſ. de uotis, quotū adimplet[illegible] eget tp̄e. Non. n. oīa uota, ēt propriiſſimè reipū boni ſupererogationis, egent tp̄e in executione, ut patet de uoto abſtinētię. Propter hoc. n. ſcd̄m ꝑlenā cōſtructionē literæ, illa cōcluſio utriq; deſeruit. Hic eſt proculdubio ſenſus lr̄æ.

¶ Circa concluſionē autem ipſam. ſ. Nullum uotum religioſi eſt firmum, dubium multiplex oritur. Primū eſt, de eius rōe, qua ſ. ratione habeatur ueritas illius concluſionis. Secundū eſt F de eius ueritate. Nam uř hīc inſtantiam in tribus generibꝰ rerum. Primò, quo ad inhibita, ſeu mandata ex regula, ſeu ſtatutis religionis. Vř enī ꝙ poſſint talia à religioſis uoueri firmiter: q̄m non eſt ſubditus prælato contra regulā, aut ſtatuta, ut ſi q̄s uoueret ieiunare feria ſexta, aut tenere ſilentium in dormitorio. Secundo, ex his quæ ſunt ex genere ſuo pc̄tā uenialia, ut non dicere uerbum otioſum, uř ꝙ religioſus poſſit hæc firmiter uouere, quia in his non eſt ſubditus alicui hoī. Tertiò, in his q̄ ſunt peccata mortalia, ut non furari. In his namque nulli ſubditur: & ſimile eſt iudicium de actibus uirtutum neceſſarijs ad ſalutem, ut cōicari ſemel i anno, colere Deum.

¶ Ad primum dr̄, ꝙ ideò religioſus non pōt uouere, quia Eccleſia ſic ſtatuit, ut hř 20. q. 4. canone Monacho, ubi dř. Monacho non licet uota uouere, ꝙ ſi uouerit, frāgēdū eſt. Sed cū textus iſte ſit ex Baſilio a Gratiano acceptus, & a Concilio, aut apoſtolica ſede, non oſtendatur hīc robur, nulla ex hoc loco eccleſiæ, ſed Baſilij authoritas hī. Et propterea dicens Ricardus, ꝙ Eccleſia diuina authoritate hoc ſtatuit, ſi ſtatutum Eccleſiæ attuliſſet, feciſſet ſatis. Accommodationes uerò quas affert, taceo H quia rōnem efficacem quærimus. Ad rōnem igitur in litera poſitā me cōuerto. ſ. quia religioſus ſubditus eſt prælato quantum ad ſuas operationes ſcd̄m profeſſionē regulæ. Ex hoc. n. hř, ꝙ cum omne uotum habeat pro materia operationes ipſius religioſi, conſequens eſt ut religioſus nō ſit dñs materiæ uoto promittēdæ. Et ſi quidē oēs religioſi operationes ſint ſubditæ prælato, manifeſtè rō currit uniuerſaliter. Si aūt aliquæ ſic, & aliquæ nō, oportet uidere unā uniuerſalis ſequela habeať. Principiū aūt huius euidentiæ hinc ſumendum eſt, ꝙ operationes religioſi quo ad duo pñt ſubijci prælato. Primò, quo ad exercitationē, quia. ſ. prælatus pōt illas, uel earum omiſſiones præcipere exequendas a ſubdito, ut ſunt ire ad chorum, ſeruire infirmis &c. Secundò, quo ad qualitatem operationis, quia. ſ. p̄latus pōt de operatione illicita facere licitā diſpēſando, ut comedere bis feria ſexta, loqui tp̄e ſilentij, & hmōi, quę ſunt operationes ſcd̄m regulā illicitæ, quas tn̄ ſcd̄m regulam pōt, q̄n ei uidebitur, prælatus diſpenſando facere licitas huic ſuo ſubdito. Conſtat ꝙ operationes neceſſariæ ad ſalutem, aut q̄ ſunt peccata ex ſuo genere ſiue uenialia, ſiuè mortalia, neutro modo ſubſunt prælatis religioſorum. Operationes uerò ſupererogationis ſuperexcedentes profeſſionem aliquo modo ſubſunt, & aliquo modo nō ſubſunt prælatis. Nam quo ad exercitationem. ſ. ꝙ fiant a ſubditis, non ſubſunt prælatis. Votum meum, inquit Bernardus, non augeat prælatus ſine mea uoluntate. Non. n. poteſt prælatus regulariter præcipere ieiunium, q̄n ſcd̄m regulam nō tenetur religioſus ieiunare: quod tamen pōt in caſu, q̄n. ſ. tale op⁹ ad ea quæ dicta ſunt regulæ foret opportunum. Quo ad omiſſionem uero ſubſunt prælatis omnia, excepto tranſitu ad altiorem religionem, ſeu ſtatum. Poteſt enim prælatus religioſi ſuo ſubdito quodlibet aliud ſupererogationis opus inhibere, quia illæ operationes poſſunt ordinari ad ea quæ regulæ ſunt, in quibus directè religioſus eſt ſubditus prælato. Opera aūt illicita ex regula, quæ prælatus pōt facere licita ſuo ſubdito diſpenſando, conſtat ꝙ ſubſunt prælato quo ad qualitatem, quia poteſt ſecundum regulam de illicitis facere licita. Et ēt quo ad exercitationem, quia præſuppoſita diſpenſatione poteſt præcipere ſuo ſubdito eorum executionem in ordine ad ea, quæ ſunt ſecundum regulam. Poteſt enim prælatus religioſo ſubdito præcipere, quòd loquatur tp̄e ſilentij, aut bis comedat tempore ieiunij, quando diſpenſando, uinculum regulæ aufert quo ad illum tūc, & neceſſitas, aut pietas hoc ſuadet. Et ratio eſt, quia nihil prohibitum in regula, diſpenſabile tamen a prælato eſt, qđ non poſſit diſpenſatum ad ea quæ ſunt regulæ rationabiliter ordinari. Religioſus autem ſubditus prælato ſecundum regulam, non ſolum ſubditus eſt quo ad operationes, & omiſſiones contentas in regula, ſed quoad eas, quæ ad contenta ſub regula rationabiliter ordinari poſſunt. Alioquin oporteret inter prælatum & ſubditum diſceptationes eſſe, an facere, uel omittere hoc, uel illud propter bonū conuentus, aut obſequiū &c. tenetur,

aetur, qa non eſt hoc expreſſum in regula. Ex quib. omnib. colligitur, ꝙ religioſus ſubditus eſt p̄lato in operationib. exercendis & omittẽdis, omnib. q̃ nõ ſunt de neceſſitate ſalutis, aut peccata, excepto exercitio excedente regulā, & trāſitu ad arctiorē religionē, vel ſtatū: quæ quia ſp intelligunt̃ excepta, iõ abſolutè uerificatur, ꝙ religioſus ẽ ſubditus p̄lato in oĩbus operationib. & omiſſionibus ſuis. Vñ facilè patet rõ, quare nullū religioſi uotū ꝓpriè, ſ. reſpectu boni ſuperogationis, operatiõis, vel omiſſionis, ẽ firmū, qa ſ. eſt ſubditus p̄lato quoad hęc ſecundū regulā: qa eſt ſubditus ei in oĩbus ſuis operationib. & omiſſionibus, q̃ ſunt, aut pñt eſſe oportunę ad regulā, & ad ea q̃ regulæ ſunt. Et ꝓpterea licet religioſus nõ ſubſit p̄lato in oĩbus abſolutè, qa tñ eſt ſubditus ei in oĩbus ſuis, q̃ ſunt, uel eẽ pñt oportuna ſecũdū regulā, iõ bñ infert, ꝙ eſt ei ſubditus in oĩb⁹ ſuis operationib. & omiſſionib. ſuperogatiõis reductiuè ſaltẽ ad regulā, & ea quæ ſunt regulæ. Et propterea nullū illius uotū de huiuſmodi ẽ firmū, vtpote factū de eo quod eſt in poteſtate alterius directè, vel reductiuè: quod magis rñdendo ſingillatim ſingulis dubiis patet.

¶ Vnde ad primum dubiū de uoto eorū, quæ ſunt ſtatuta in regula, dicitur, ꝙ tale uotum eſt uotum ſupererogationis, quando fit de his, quæ ſunt diſpenſabilia a p̄lato: quia eſt de his quę ſunt religioſo ex diſpenſatione licita, & ad quorū oppoſita poteſt cogi a prælato diſpenſante cum eo: qm̃, ut dictū eſt, horum oppoſita ſunt quandoque opportuna ad ea, q̃ religionis ſunt, ꝑpter quod p̄lato commiſſa eſt authoritas diſpenſandi. Nec hoc eſt præcipere contra, aut præter regulam, ſed ſecũdū regulam, qm̃ ſecundū regulā habet p̃tātē diſpenſatiuā: & conſtat ꝙ diſpẽſatione facta, regula nõ obligat. Vñ nihil contra, aut præter eā agitur, ſed ſecundū eam præcipit actū opportunū ad ea q̃ regulæ ſunt. Quo fit ut huiuſmodi vota dupliciter derogãt poteſtati prælati. Primò, quo ad qualitatem actus, quia prælatus põt facere diſpenſando de actu illicito licitum huic ſuo ſubdito. Et ſi uotum ſubditi eſſet ualidum, quantũcunq; prælatus faceret licitū, eſſet illicitū huic qui uouit. Secundò, quo ad exercitationē, ſeu omiſſionē, qa prælatus põt diſpenſando præcipere ſubdito ſuo oppoſitum illius inhibiti, ſeu mandati: & ſi uotū eſſet ualidum, nõ poſſet hoc præcipere. Et ſi bñ proſpexeris, horum inconuenientium cauſa eſt uſurpatio dominij ſuarum operationum. Nam firmitas talium uotorum ex ſola uoluntate ſubditi dominium præſupponit in ſubdito, ut poſſit ſup tales operationes, & quo ad qualitatem reddendo ſibi eas illicitas lege proprij uoti, & quo ad exercitationē obligando ſe ad illa omittenda, aut exequenda, & dicat prælatus quicquid vult. Nõ ſunt ergo firma talia uota ſine conſenſu prælati. Nec obſtat ꝙ prælatus non poſſit hæc facere licita, aut præcipere, niſi diſpẽſando: quoniam poteſtas diſpenſatiua, & factiua de illicito licitū, & præceptiua omnium reductiuè opportunorum ad ea quæ ſunt regulæ, eſt poteſtas prælati ordinaria, contra quam conſtat omne uotum ſubditi eſſe infirmum.

¶ Ad ſecundum uerò dubiū de uoto uitandi ea, quæ ſunt peccata uenialia, ut nõ dicere uerbū otioſum, & huiuſmodi, dr̃ ꝙ huiuſmodi uota religioſorum ſunt firma non minus q̃ ſi a ſęcularibus fierent: quia nõ ſunt de his q̃ ſubſunt poteſtati prælatorū directè, uel reductiuè quo ad qualitatē, aut exercitationē ut patet. Vñ huiõi uota non põt prælatus irritare, ſed põt ea cõmutare in perſona Dei. Et quandoq; ſunt adeò indiſcreta, ut mereret̃ puniri uouẽs ꝓ eo, ꝙ tãto ſe exponit periculo peccãdi mortaliter. Nec author, nec iura de hmõi uotis loquunt̃, cũ de uotis religioſorũ loquunt, qa nõ ſunt d bono ſuperogationis.

D.1107.

Ad III. dicẽdū, ꝙ religioſus ſubditus eſt prælato quantū ad ſuas operationes ſecundum ꝓfeſſionem regulæ. Et ideò etiā ſi aliquis ad horam aliquid facere poſſit, quando ad alia non occupatur a prælato, quia tamen nullum tempus eſt exceptum, in quo prælatus non poſſit eū circa aliud occupare, nullum uotū[a] religioſi eſt firmum, niſi ſit de cõſenſu prælati: ſicut nec uotū puellæ exiſtẽtis in domo, niſi ſit de cõſenſu p̄ris? nec vxoris, niſi ſit de conſenſu viri.

Ad IIII. dicẽdum, ꝙ licet votum eorū qui ſunt alterius poteſtati ſubditi, non ſit firmum ſine conſenſu eorum quibus ſubiiciuntur, non tamen peccant uouendo, quia in eorum uoto intelligitur debita conditio, ſcilicet, ſi ſuis ſuperiorib. placuerit, uel non renitantur.

¶ Ad tertium demum dubium dr̃, ꝙ uota de his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutē, a quocunq; fiant, uera vota ſunt & firma: qm̃ in his nullus prælato ſubeſt. Nec oportuit hæc excipi, quia, ut dictum eſt, non habent propriam uoti materiam, ratione cuius ſubditi non poſſunt vouere ſine voluntate ſuperioris.

ARTICVLVS IX.

Vtrum pueri poſſint uoto ſe obligare ad religionis ingreſſum.

AD NONVM ſic procedit̃. Videtur ꝙ pueri non poſſint uoto ſe obligare ad religionis ingreſſum. Cum.n. ad uotū req̃rat animi deliberatio, nõ cõpetit uouere, niſi illis, q̃ habẽt vſū rõnis: ſed hoc deficit in[b] pueris ſicut & i amẽtib. uel furioſis. Sicut ergo amẽtes, & furioſi non poſſunt ſe ad aliq̃d uoto aſtringere: ita ẽt nec pueri, ut vr̃, poſſunt ſe uoto obligare religiõi.

¶ 2 Præt. Illud quod rite põt ab aliquo fieri, non põt ab aliquo irritari: ſed uotum religionis a puero, uel puella factū ante annos pubertatis, põt a parentib. reuocari, uel a tutore, ut hr̃ 20. quæſt. 2. ca. Puella. ergo uidetur ꝙ puer, uel puella ante 14. annos non poſſit rite[B] uouere.

SV. Q. LXXXVIII. ARTIC. IX.

IN art. 9 eiuſdẽ. 88. q̃. notãda ſunt primo tria, dãde dubia ſunt mouenda. Nota ergo primo dñam originis reſpũ efficaciæ in voto ſimplici, vel ſolẽni. Nam voti ſimplicis efficacia ex deliberatione animi eſt, qua quis intẽdit ſe obligare, quod promittendo Deo fit, ut dictū eſt. Voti aũt ſolẽnis efficacia oritur ex ſtatuto Eccleſię ſiue hoc fiat media cõſecratione, aut bñdictione, ut de facto fieri author interpreta: ſiue fiat ſine benedictione, & cõſecratione, vt p̄declaratū eſt. Et ex hoc ſequitur, ꝙ antè factum Eccleſia hẽt maiorem p̃tātē ſupra uotum ſolẽne, q̃ ſupra ſimplex, quoniam ſtatuta Eccleſię ſunt in eius poteſtate. Singulorum autẽ animi interiores motus, in quibus perficit̃ uotū ſimplex, nõ ita ſubſunt Eccleſiæ, ut patet. Et ex hac dñia ſequitur ſecundo notandum, ꝙ. ſ. Eccleſia poteſt ante factum, uotum ſolemne irritum facere ſi fiat, ut patet ex litera dicente, quòd quantumcunque aliquis ſit doli capax, non poteſt obligari uoto ſolemni religionis propter Eccleſiæ ſtatutum. Ex hoc ergo quòd Eccleſia ſic ſtatuit, inhabiles ſunt impuberes ad uotum ſolemne religionis. Et quia plus eſt inhabilitare omnes huiuſmodi impuberes, q̃ habilitare aliquem unum puberem: ideo ſicut poteſt prohibere oẽs impuberes doli capaces, qui ſecundum naturæ ius poſſent ſolemniter ꝓfiteri: ita poteſt prohibere ne aliquis, puta, Petrus, profiteat̃, irritum & inane decernendo ſi ſecus factum fuerit. & iõ iam dicta eſt ſuperius. Et bene aduerte, ꝙ non loquimur de quocũque uoto ſolemni, ſed religionis tãtum: nam ſecus eſt de uoto ſolemni continentiæ. Tale namque uotum, ſi impubes eſt doli capax, ſuſcipiendo ſacrum ordinem emittit.

Porrect. per totum.

477

Inf. q. 189 art. 5. cor. Et 4. d. 27 q. 1. art. 3. cor. Et di. 38. q. 1. ar. 1. q̃õ. 3. Et op. 17. ca. 12. & c. 13 ad 10.

¶ Tertiò, notandum eſt, ꝙ author eſt malè intellectus in illis verbis, Si verò ante pubertatis annos attigit uſum rationis poteſt, quantum in ipſo eſt, ſe obligare. Interpretati namq; ſunt, quòd de omni uoto, etiam religionis loquatur, & impugnauerunt: cum tñ clare conſtet, ꝙ loquitur de uoto diſtincto contra uotum religionis, ut patet per ſequentia, ſ. Quantumcunq; autem ſit doli capax, antè annos pubertatis non poteſt ſe obligare uoto ſolemni religionis. Et ſcito quòd uotum ſolemne religionis, quod non ualet pro ſolemni, propter defectum ætatis non remanet habens uim uoti ſimplicis, declarante, ſeu ſtatuẽte hoc Eccleſia, extra de reg. iur. c. 16. Qui in textu, ubi dicitur ꝙ profeſſus ante completum annum 14. poteſt liberè redire ad ſæculum. Quod non diceret Eccleſia, ſi talis, quantum in ipſo eſt, teneretur ad religionem, aut continentiam.

¶ Occurrit autem primo dubium circa illud, Nec tamen propter hoc, ſcilicet quòd impuberes ſunt doli capaces, in aliquo eximuntur a cura parentum. Videtur namque quòd hoc ſit falſum, quoniam impubes ſi malitia ſupplet ætatem, poteſt contrahere uerum matrimonium, ut patet extra de deſponſatione impuberum. Et ſi poteſt contrahere ac per hoc dare poteſtatem ſui corporis alteri homini inuitis parentibus: ergo ante annos pubertatis eximitur a poteſtate parentum, cuius oppoſitum dicitur in litera. Et rurſum, ſi poteſt corpus ſuum dare inuitis parentibus homini, ergo Deo: cum non debeat eſſe magis liber ad dandum alteri homini, ſi iuſta eſt eccleſiaſtica lex, quàm Deo. Et confirmatur, quia Eccleſia uidetur hoc approbare, vt patet uigeſima

quæſ. 1 capi. Firma. vbi profeſſio uirginitatis, & nuptiæ æquiparātur quo ad ipſ. ¶ Ad hoc dr̄ primo, ꝙ aliud eſt impuberē eſſe doli capacem, & aliud eū eſſe talē, ut malitia ī eo suppleat ætatē reſpū matrimonij, quīa primum importat ſolius animæ diſpoſitionē, ꝙ ſ. habeat uſum rōnis liberum: ſecūdū autem importat animæ & corporis ſimul diſpoſitionem, q̄ ſn tūc malitia dr̄ in propoſito ſupplere ætatē, ꝙ & vſum rōnis habet, & corpus potens ad generandū, alioqn malitia ñ ſuppleret ętatē facientem corpus potēs ad gñandum, nec poſſe corp⁹ ſuū facere alterius de pſenti ad gñationis actū, quod facit contrahens matrimoniū de pñti, ꝑꝑ qđ dr̄ de pñti, aliter eſſet promiſſio corporis potius, q donatio. Author aūt non loquit̄ hic in caſu, quo à iure dr̄, ꝙ malitia ſupplet ætatē añ annos cōis pubertatis, ſed ī caſu quo eſt doli capax, & malitia ſupplere diceretur ætatē quo ad actū interiorē uoti: & iō obiectio non eſt cōtra authorē. Sed quid dicēdū eſt ad obiectionē ſubiunctā, ſ. ꝙ añ annos pubertatis, ſi malitia ſupplet ætatē, ꝑt quis corpus ſuū inuitis parentib. dare homini, ergo Deo? Dicēdum eſt, ꝙ cum iſta ex poſitiuo iure pendeāt, oportet ueram doctrinā iuri conformari, & dicere, ꝙ vtique verū eſt, ꝙ quando malitia ſupplet ætatē, immò ēt añ, ſi ſit doli capax. poteſt puer dare corpus tā Deo, q̄ homini: ſed ñ pōt dare tali mō, ſ. ꝑ ſolēne uotū religionis, Eccleſia ſic ſtatuēte. Cū quo ſtat, ꝙ poſſit illud dare, qa pōt alio mō illud dare Deo, ſ. per uotū ſolēne continentiæ ſuſcipiēdo ordinē ſacrū: quia Eccleſia acceptat tale uotū, immò ſtatuit tale uotū eſſe ſolēne ēt in tali puero doli capace, qđ patet ex eo, ꝙ Eccleſia exigit à tali, ꝙ ſe ſ ſacro ordini, quē ſpōn-

F ¶3 Præt. Religionē intrantibus annus ꝓbationis cōcedit ſm regulā B. Benedicti, & ſecundum ſtatutū* Innocētij 4. ad hoc, ꝙ probatio obligationē uoti præcedat. ergo illicitum vr̄ eſſe, ꝙ pueri uoto obligentur ad religionem añ probationis annū.

Sed contra. Id qđ nō eſt ritè factū, nō ē ualidū, ēt ſi à nullo reuocet̄: ſed uotū puellæ añ annos pubertatis emiſſum, ualidū ē, ſi infra annū à parētib⁹ nō reuocet̄, ut* hr̄ 20. q. 4. ca. Puella. G ergo licitè, & ritè pñt pueri obligari ad religionem, etiam ante annos pubertatis.

Respon. Dicēdū, ꝙ ſicut ex ſup.* dictis patet, duplex eſt uotū, ſ. ſimplex, & ſolēne. Et quia ſolēnitas uoti in quadā ſpūali bñdictione, & cōſecratione cōſiſtit, ut* dictū eſt, quæ fit ꝑ miniſteriū Eccłiæ: iō ſolēnizatio uoti ſub diſpēſatione Eccleſiæ cadit. H Votū aūt ſimplex efficaciā hēt ex deliberatione animi, qua qs ſe obligar̄ itēdit. Qđ āt talis obłō robur nō hēat, dupl̄r ꝑt cōtingere. Vno qdē mō ꝑꝑ defectū rōnis, ſicut patet in furioſis, & in amētibus, q ſe uoto nō pñt obligare ad aliqd, dum ſunt in furia, uel amentia. Alio mō, qa ille q uouet, eſt alterius ptāti ſubiectus, ut ſup.* dictum eſt. Et iſta duo cōcurrūt in pueris añ annos pubertatis, I quia & patiūtur rōnis defectū ut i pluribus, & ſunt naturalr̄ ſub cura parētū, uel tutorū, q ſunt eis loco parētū: & iō eorum uota ex duplici cā robur nō habēt. Cōtingit tñ ꝑꝑ naturæ diſpoſitionē, q̄ legib. humanis nō ſubdit, in aliqb. licet paucis, accelerari rōnis uſum, q ob hoc dr̄ doli capaces. Nec tñ ꝑꝑ hoc in aliquo eximunt̄ a cura parentū, q̄ K ſubiacet legi humanæ reſpicienti ad id, qđ frequēti⁹ accidit. Eſt ergo dicēdum, ꝙ ſi[m] puer, uel puella añ pubertatis annos nōdū hēat uſum rōis, nullo mō ꝑt ad aliqd ſe uoto obligar̄. Si verò añ pubertatis annos attigit vſum rōnis, ꝑt qdē, quātū in ipſo eſt, ſe obligare, ſed uotū ei⁹ ꝑt irritari ꝑ parētes, quorū curæ remanet adhuc ſubiectus. Quātūcunq; tū ſit doli capax, añ annos pubertatis non pōt[d] obligari uoto ſolēni religionis ꝑꝑ Eccłiæ ſtatutū, qđ reſpicit id, qđ ī plurib. accidit. Poſt annos autem pubertatis poſſunt iām ſe uoto religionis obligare vel ſimplici, uel ſolemni, abſque uoluntate parentum.[a]

Ad primum ergo dicendū, ꝙ rō illa procedit de pueris, qui nōdū attigerūt uſū rōis, quorū uota ſunt inualida, ut* dictū ē.

Ad ii dicendū, ꝙ uota eorū, qui ſunt in ptāte aliorū, habēt conditionē implicitam, ſ. ſi nō reuocentur à ſuperiori, ex qua licita redduntur & ualida, ſi cōditio extat, vt* dictum eſt.

Ad iii dicendum, ꝙ ratio illa procedit de uoto ſolēni, qđ fit per profeſſionem.

Articulus x.

Vtrum poſſit in uoto diſpenſari.

Ad decimum ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ in uoto diſpēſari nō poſſit. Minus.n. eſt cōmutari uotū, q̄ in eo diſpenſari: ſed uotū non pōt commutari. dr̄.n. Leuiti. 27. Aial, qđ immolari pōt Dño, ſi qs uouerit,[h] ſanctū erit, & mutari nō poterit, nec melius malo, nec peius bono. ergo multò minus pōt diſpenſari in uoto.

¶2 Præt. In his q̄ ſunt de lege naturæ, & in ꝑceptis diuinis, ñ pt ꝑ hoiem[k] diſpenſari, ꝑcipuè in ꝑceptis primæ tabulæ, q̄ ordinant̄ directè ad dilectionē Dei, q̄ eſt ultimus ꝑceptorum finis: ſed ipler̄ uotū ē đ lege naturæ, & ē ēt ꝑceptū legis diuinæ, ut ex ſ.* dictis patet, & ptinet ad ꝑcepta primę tabulę, cū ſit act⁹ latrię. ergo i uoto diſpēſari ñ pt.

¶3 Præt. Obłō* uoti fundat̄ ſup fidelitatem, quam hō dēt Deo, ut* dictum eſt: ſed in hac nullus pōt diſpēſare. ergo nec ī voto.

Sed contra. Maioris firmitatis eſſe videtur quod procedit ex cōi uoluntate, q̄ quod procedit ex ſingulari uoluntate alicuius perſonæ: ſed in lege, quæ habet robur ex communi uoluntate, poteſt per hominem diſpenſari. ergo uidetur quod etiam in uoto per hominem diſpenſari poſſit.

Resp. Dicēdū, ꝙ diſpenſatio uoti intelligenda eſt ad modum diſpenſationis, quæ fit in obſeruātia alicuius legis: quia ut ſupra* dictum eſt, lex ponitur[d] reſpiciendo ad id, quod eſt ut in pluribus bonum. Sed quia contingit huiuſmodi in aliquo caſu non eſſe bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari caſu legem non eſſe

te ſuſcepit, recognoſcat. Et conſtat quòd vult ordini ſacro inſeparabiliter annexū eſſe uotum continētiæ in Eccleſia occidētali. Et ſi inſtetur, ergo doli capax puer pōt inuitis parentib. facere uotum ſolemne continentiæ, & ſe eximere à poteſtate parētum. Rńdendū eſt, ꝙ id, quod eſt inconueniens abſolutè, poteſt per accidēs fieri nō incōueniēs, Et ſic eſt in propoſito, quoniam totum hoc eſt ratione ordinis ſacri, & nō rōne propriæ ptāis pueri. Exēptio namque, & uotū cōſequūtur ordinem ſacrum in ꝓpoſito: author verò & doctores loquuntur abſolutè.

¶ Ad confirmationē aūt dr̄, ꝙ ponderāda ſunt uerba canonis: qīa ibi expreſſè de ętate eſt ſermo, & nō de malitia ſupplente ætatem. Quare autē canonicū ius in matrimonio, & uoto ſolēni continentiæ ordinis ſacri malitiā, uel uſum rōnis ſupplere admiſit ætatē, & nō in uoto ſolēni religionis, iō duplex eſſe potuit. Prima propter mortē ciuilem, quæ in profeſſione religionis interuenit, quæ ardua ualde mutatio eſt, q̄ in alijs non inuenitur. Secūda, ꝑꝑ ſacramēta eccleſiaſtica in illis interuenientia, ſ. ordinis, & matrimonij. In ꝓfeſſione nāque religionis nullū īteruenit ſacramētū.

SV. Q. LXXXVIII. ARTIC. X.

§ Ea. 4. ſ. d. 38. q. 2. a. 2

In artic. decimo eiuſdē 88. quæſtio. nota primo, quòd in litera

*17. q. 2. c. Conſaldus ex Alexandro

*20. q. 2. c. puella.

*Ar. 7. huius quæſ.

*Ar. 7. huius quæſ.

*ar. præc.

Concilio. ...

*In corp. artic.

*ar. 8. & 9

Porrecta per totū m.

478

4. diſt. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. cor. & ad 2. & q. ſtio. 2.

*Ar. 3. huius quæſ.

*Ar. 3. huius quæ

*1. 2. q. 9? art. 4.

D. 918.

ſeruãdã: & hoc ꝓpriè eſt diſpẽſare in lege. A Nam diſpẽſatio vr̃ importare quãdã cõmẽſuratã diſtributionẽ, vel applicationẽ cõis alicuius ad ea, q̃ ſub ipſo cõtinentˀ, ꝑ quẽ modũ dr̃ aliqs diſpẽſare cibũ familiæ. Silr̃ aũt ille qui vouet, quodammõ ſibi ſtatuit legẽ, obligãs ſe ad aliqd qđ eſt ſm ſe, & ut in pluribꝰ bonũ. Põt tñ cõtingere, ꝙ in aliquo caſu ſit vel ſimplr̃ malum, vel inutile, uel maioris boni impeditiuũ, B qđ eſt cõtra rõnẽ eiꝰ, qđ cadit ſub voto, vt ex* pdictis patet, & iõ [m] neceſſe eſt, ꝙ determinetˀ in tali caſu votum nõ eſſe ſeruãdũ. Et ſi qdẽ abſolutè determinetˀ aliqđ uotũ nõ eſſe ſeruãdũ, dr̃ eſſe diſpenſatio voti. Si aũt ꝓ hoc, qđ ſeruandũ erat, aliquid aliud imponatˀ, dr̃ cõmutatio voti. Vñ minus eſt votum cõmutare, quam in uoto diſpenſare. C Vtrumq; tamen in poteſtate Eccleſię cõſiſtit [n].

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ aĩal, qđ immolari poterat, ex hoc ipſo ꝙ vouebatˀ, ſanctũ reputabatur, quaſi diuino cultui mãcipatũ. Et hæc erat rõ, quare nõ poterat commutari: ſicut nec mõ poſſet aliqs rẽ quã uouit, iã cõſecratã, puta, calicem vel domũ, cõmutare in melius, vel in peius. Aĩal aũt qđ nõ poterat ſãctificari, qa ñ erat ĩmolatitiũ, D redimi poterat & debebat, ſicut ibidẽ lex dicit. Et ita ẽt nũc cõmutari poſſunt uota, ſi conſecratio non interueniat.

Ad ii. dicẽdũ, ꝙ ſicut ex iure naturali, & p̃cepto diuino tenetˀ hõ implere uotũ, ita ẽt tenetur ex eiſdẽ obedire ſuperiorũ legi, uel mãdato. Et tñ cũ diſpẽſatˀ in aliqua lege humana, non fit ut legi humanæ nõ obediatˀ, qđ eſt cõtra legẽ naturæ, & mãdatũ diuinum, E ſed fit vt hoc, qđ erat lex, nõ ſit ĩ hoc caſu. Ita ẽt authoritate ſuperioris diſpenſantis fit ut hoc, qđ cõtinebatˀ ſub uoto, nõ cõtineatˀ, inquãtũ determinatˀ in hoc caſu hoc nõ eſſe cõgruã materiã uoti. Et iõ cũ plãtus Eccleſiæ diſpenſat in uoto, nõ diſpẽſat in p̃cepto iuris naturalis, vel diuini, ſed determinat id, qđ cadebat ſub obligatione deliberõnis humanę, q̃ ñ potuit oĩa circũſpicere.

Ad iii. dicẽdũ, ꝙ ad fidelitatẽ Deo debitã nõ ꝑtinet, ꝙ hõ faciat id, qđ ad vouẽdũ eſt malũ, uel inutile, *vel maioris boni ĩpeditiuũ, ad qđ tẽdit uoti diſpẽſatio. Et iõ diſpẽſatio uoti ñ eſt cõtra fidelitatẽ Deo debitã.

Articvlvs xi.

Vtrũ in voto ſolemni continentiæ poſſit fieri diſpenſatio.

Ad vndecimvm ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ ĩ voto ſolẽni cõtinẽtiæ poſſit fieri diſpenſatio. Vna enim rõ diſpẽſandi in uoto eſt, ſi ſit impeditiuũ melioris boni, ſicut* dictũ eſt: ſed uotũ cõtinẽtiæ ẽt ſi ſit ſolẽne, põt eſſe impeditiuũ melioris boni: nã bonũ cõmune eſt diuinius, q̃ bonũ unius. Põt aũt ꝑ continentiã alicuius impediri bonum totiꝰ multitudinis, puta, ſi ꝑ cõtractũ matrimoniũ aliquarũ pſonarũ, q̃ continentiã uouerunt, poſſet pax patriæ procurari. ergo [h] vr̃ ꝙ etiam in ſolemni uoto continentiæ poſſit diſpenſari.

¶ 2 Præt. Latria eſt nobilior uirtus q̃ [h] caſtitas: ſed ſi qs uouerit aliquẽ actũ latriæ, puta, offerre Deo ſacrificiũ, põt in illo uoto diſpenſari. ergo multò magis põt diſpenſari in uoto continẽtiæ, quod eſt de actu caſtitatis.

¶ 3 Præt. Sicut uotũ abſtinentiæ obſeruatũ põt uergere in periculũ pſonæ, ita [h] ẽt obſeruatio uoti cõtinẽtię: ſed in uoto abſtinentię ſi uergat in corporale periculũ uouentis, põt fieri diſpẽſatio. ergo pari ratione in uoto cõtinentię. põt diſpẽſari.

¶ 4 Pręt. Sicut ſub ꝓfeſſione religionis, ex qua uotũ ſolẽnizatur, cõtinetˀ uotum cõtinentię, ita ẽt uotũ paupertatis, & obediẽtię: F ſed in uoto paupertatis, & obedientię põt [h] diſpenſari, ſicut patet in illis q̃ poſt ꝓfeſſionem ad epiſcopatum aſſumuntur ergo uidetur quòd in ſolemni uoto cõtinentię poſſit diſpẽſari.

Sed contra eſt, quod dicitur Eccl. 26. Omnis [h] ponderatio non eſt digna animæ continentis.

¶ Præt. Extra, de ſtatu* mona. in fin. illius Decretalis. Cum ad monaſterium, dicitur: Abdicatio proprietatis, ſicut etiam cuſtodia caſtitatis, adeò annexa eſt regulæ monachali, ut contra ea nec ſummus Pontifex poſſit indulgere.

Resp. Dicẽdum, ꝙ in ſolemni uoto continentiæ tria poſſunt conſiderari. Primo quidem, ma-

---

in litera tres cãæ enumeratæ pro rõne diſpenſandi in voto, ſe tenẽ: omnes ex parte materiæ voti, uti patet applicando. Eſſe nãq; malũ, uel inutile, vel maioris boni impeditiuũ ad materiã uoti ſpectat. Neq; enim author oẽs cãs diſpenſandi cõplecti intẽdebat, qa non de his erat qõ: ſed ſat fuit oſtendere, ꝙ diſpẽſari põt ĩ uoto ex natura ipſiꝰ materiæ voti, q̃ põt reddi uel mala, uel inutilis, uel maioris boni impeditiua. Inferius autẽ in art. vltimo huius q. de cauſa diſpenſandi tractabimus.

*Ar. 2. huius quęſt. Concl. m

¶ Nota ſecũdo, ꝙ inter diſpenſationẽ ꝓpriè dictã. & cõmutationẽ uoti, hoc intereſt, ꝙ diſpẽſatio aufert uoti materiã, & uinculũ, qa decernitˀ abſolutè non ſeruandũ: commutatio aũt aufert à uoto materiã, & nõ uinculum. Nã remanet uinculũ, ſeu obligatio uoti ſup alia materia cadẽs. Tenetur. n. ex uoto adimplere id ĩ qđ cõmutatũ eſt, & non ex p̃cepto, propriè loquendo. Vñ nullum interuenit p̃ceptum in cõmutationibꝰ uotorum, ſed habente poteſtatẽ cõmutandi cõmutante, cõcurrit ſola paſſiua acceptatio eius qui uouit, & ſic facta eſt cõmutatio. Et hoc rõni cõſonat, ut ẽt in exequendo cõmutatum actus latriæ inueniatur, ſicut inueniebatˀ in exequẽdo ꝓmiſſũ uoto.

¶ Nota tertio, ꝙ licet veteris legis ratio in rñſione ad primũ dicta optima uideatur, utpote ſup litera ſua data, q̃ uocat huõi animal conſecratum domino: tñ quia lex illa non eſt moralis, ſed ceremonialis, hodie nõ ligat. Non deſunt tñ dicẽtes, ꝙ lex illa nõ uetat mutabilitatẽ aĩalis oĩno, ſed ex ꝑtẽ uouentis, illud, ita ꝙ nõ licebat uouẽti illud mutare in meliꝰ, licuiſſet tñ ſacerdotis authoritate hoc facere. Primũ tñ cõſonat literæ ſtatuẽti alias mutatiões medijs ſacerdotibus agendas, & iſtam abſolute prohibenti.

SV. QV LXXXVIII. ART. XI.

In art. eiuſdẽ q. 88. declarãda eſt litera quãtũ ad tria. Primũ eſt, ꝙ opinio iſta de indiſpenſabilitate voti ſolẽnis religionis, non eſt authoris abſolutè, ſed cũ duabus limitationibus, q̃ habentur in litera. Prima limitatio eſt, quia Decre. extra, de ſta. mona. c. Cum ad monaſterium, ſenit hoc. Inchoat. n. ſic author, Sed qa Decretalis inducta expreſſe dicit, ꝙ nec ſummus Põtifex põt cõtra cuſtod. ã caſtitatis monacho licentiã dare: iõ &c. Secũda limitatio eſt, ꝙ opinatiuẽ author hoc ſentit. Vñ ſtatim ſubdit, Iõ aliter vr̃ dicendũ. Eſt igitˀ illa nõ ſentẽtia, ſed opinio authoris quatenꝰ ex Decretali depẽdet. Et qm̃ eiuſdẽ eſt interpretari canonem, cuius eſt cõdere illum, ſi author vidiſſet ſũmũ Põti. declaraſſe, ꝙ Decretalis illa intelligitˀ ſtãte monachatu, ꝓculdubio nõ ſuſcepiſſet onus huius opinionis ad defenſionẽ illius Decretalis nõ interpretatæ. Vr̃ aũt pluries à Rom. Põtif. interpretata Decretalis illa, ut diximus, dum diſpẽſauit cũ multis religioſis, ut contraherent matrimoniũ, ut de rege Aragonũ, Petrus de Palude in 38. diſt. 4. refert. Et de Cõſtantia filia Rogerij regis, vxoreq; Hẽrici ſexti, q̃ erat ſanctimonialis in Panormo, & iã quinquagenaria, vt hiſtoriæ tradũt, diſpẽſata à Papa Celeſtino 3. quæ genuit ex tali coniugio Federicũ 2. Secũdum eſt, ꝙ nõ incẽdit author, ꝙ ſicut cõſecratio ordinis imprimit chara-

* Alias, qđ ad vitãdũ malũ eſt inutile.

Porrecta per totum. 479. Inf. q. 186. ar. 8. ad 3.

* ar. pręc.

* In Decretali li. 3. ar. 36. c. 6. in fi.

¶ Ad euidentiam huius q̃ſt. ſciendum eſt, ꝙ iura coacta, ſeu ex metu, ex triplici capite pñt conſiderari, ſ. ex parte iurantis, & ex parte cogentis, & ex parte materiæ. Et ſi conſiderentur ex parte iurantis, obligatoria inueniuntur: quia non eſt ibi violẽtia ſimpliciter, ſed mixta, q̃ vt dr̃ in 3. Eth. licẽt hbeat aliqđ de inuolũtario, conſtituit tñ uoluntarium oĩbus conſideratis, ut patet de proijciente merces in mare tpe tempeſtatis: nec in hoc aliqua eſt difficultas. Si uerò conſideretur ex parte cogentis, non ſunt obligatoria: qm̃ iniuſtè cogendo non meretur ſibi obſeruari iurm̃, ad qđ coegit: ſicut nec ſimplicẽ promiſſionẽ, ad quã coegit. Si aũt cõſideretur ex parte materiæ, tunc oportet ſcđm ſubiectam materiã dicere. Si. n. materia eſt actus uirtutis, iurm̃ eſt obligatorium. Et ſi materia non eſt actus uirtutis, iurm̃ non eſt obligatorium, quia uergeret in deteriorem exitum: qm̃ actus iuro promiſſus oportet ꝙ ſit licitus, ac per hoc bonus morali- D ter in indiuiduo, cũ non detur indifferens in indiuiduo. Et ſi non caret in indiuiduo neceſſitate, aut pia utilitate, otioſus, ac p hoc nõ licitus eſt. Oĩs aũt actus bonus moraliter, alicuius uirtutis eſt actus: qm̃ virtus eſt, q̃ bonum reddit habentẽ, & actũ eius bonum, ut dr̃. 2. Eth. Qñ ergo actus qui materia eſt iuri, nõ eſt actus virtutis, iurm̃ vergit in deteriorem exitum: quia obligaret ad actum otioſum ſaltẽ. Et quia hæc ſola cauſa ſufficit ad irritum reddendũ iurm̃, & cõis eſt tam coactis, q̃ ſpontaneis iuris, ideò penſanda eſt. Et vt in propoſito caſu examineť materia, quia cõiter hmõi iura coacta fiunt de actu, qui eſt redemptio vexationis propriæ, vt in caſu propoſito, incidens in latronem promittit ei centum ducatos pro vita ſua &c. ideò ſciendum eſt, ꝙ in hmõi promiſſionibus non cadit ſub promiſſione donare latroni, aut vſurario, & hmõi, centũ: ſed ſolũ exhibere exteriori actu in illius poteſtate, centũ: qm̃ hoc ſufficit ad redemptionẽ vexationis. Iſte aũt actus, qui eſt exhibere centũ latroni, aut uſurario, nullius uirtutis eſt actus, niſi ut induit formã redemptionis. Et ſic ſi redimit vexationem alterius, eſt actꝰ miſericordiæ: ſi propriam, eſt charitatis, cuius eſt uelle ſibi ipſi bonũ, quod redimendo vexationem propriã fit, dum minus damnũ maiori damno præponitur. Quo fit, vt actus iſte qui eſt exhibere centũ latroni, uel uſurario, licet ut terminatur ad recipientẽ, ſit illi nociuus, ut tñ exigit ab agente ſub forma redẽptionis, ſit actus ſanctus. Et propterea iuro aſtrictus ad redemptionem uexationis ſuæ, uel alterius, tenetur adimplere, non propter illum cui exhibetur, ſed propter uinculum ad virtutis actum. Propter quod dicitur extra, de iureiur. c. Debitores, ꝙ qui iurauit ſoluere uſuras, cogendus eſt ad ſoluendum.

¶ Sed tunc duo inſurgunt dubia.

¶ Pri-

¶ Primum eſt, quia ſecundum hoc obligatio ad ſoluendū eſt ꝑ quanto iſte actus induit formam redemptionis. Et ex hoc ſequeretur, ꝙ poſtquam homo euaſit periculum vexationis, non tenetur ſoluere redemptionem promiſſam cum iurō præteritę vexationis. v. g. Ioannes eſt iniuſtè captiuus, & occidendus, niſi det centum: promittit ſub iuro detentori, dare ſibi centum ſi cum liberet. Liberatur ſub hac fide, & redit ad partes ꝓprias vbi nō timet amplius vexari. Nunqd tenebitur dare centum. F

¶ Qm̄ illa ſolutio ſi fiat, non erit redemptio vexationis, qm̄ vexatio ꝑterita non eſt vexatio, ſicut nec hō mortuus eſt hō.

¶ Secundū dubium eſt. Quare ſimplex ꝓmiſſio redemptionis non obliget, & iurm̄ obligat: cum vtriuſq; materia actus virtutis ſit vnus & idem. * q. ꝓced. ar. 3. ad 2.

econtrà ſuper rem, quā aliquis iurō firmauit. Tenet. n. aliquis, vt faciat verū eſſe id qđ iurauit, alioquin deeſt veritas iurō. Si āt eſt talis res, q̄ in eius poteſtate non fuit, deeſt iurō diſcretionis iudicium: niſi fortè qđ erat ei poſſibile, q̄n iurauit, reddat̄ ei īpoſſibile ꝑ aliquem euentum, G puta, cum aliquis iurat ſe pecuniam ſoluturum, quę ei poſtmodum vi, uel furto ſubtrahitur. Tunc enim vr̄ excuſatus eſſe à faciendo quod iurauit, licèt teneat̄ facere qđ ī ſe eſt, ſicut * ēt ſupra, circa obligationē uoti diximus. Si uerò ſit quidē poſſibile fieri, ſed nō dēat, uel q̄a eſt ꝑ ſe malū, uel q̄a eſt boni īpeditiuū, tūc iurō deeſt iuſtitia. Et iō iurm̄ nō eſt ſeruādū in eo caſu, quo eſt peccatū, uel boni īpeditiuū: ſm̄. n. Aug. vtrumq; eorū uergit in deteriorē exitum. Sic ergo dicendū eſt, ꝙ quicunq; iurat aliquid ſe factūrū, obligat̄ ad id faciendū ad hoc ꝙ ueritas impleatur, ſi tamen alij duo comites adſint, ſcilicet, iudicium, & iuſtitia.

¶ Ad primū horū pōt prima facie dici, ꝙ quia ceſſante uexatione ceſſat redēptio illius, & ceſſante forma redēptionis ab actu exhibendi centū, actus ille illicitus eſt, quia hēt ſpēm mali, quia nociuus ſpiritualiter proximo multipliciter, & quia prodigalitatis actus eſt expendere qñ, & quare non oportet, cōſequēter iurm̄ non obligat. Et ꝙ iura, & doctores, dum dicunt ꝙ iurā iſta obligant, intelligi debent ſtante forma redemptionis. H ita ꝙ quàmdiu actus iuratus habet rōnem redemptionis, tamdiu obligatur iſte ex iurō: cum aūt non habet rōnē redemptionis, nō tenetur: quia actus ille non eſt materia iuri, niſi ſub illa forma. Et propterea quotieſcunq; ceſſauit vexatio, & periculum, non obligatur amplius. Hoc tn̄ dictum, licèt ſit verum quo ad Maiorem, ſ. quòd ceſſante forma redemptionis, ceſſat materia talis iuramenti, falſum tamen ſubſumit, ſ. quòd exhibitio iſta non fiat ſub forma redēptionis. Tum quia actus fit ſub forma qua iuratus eſt: conſtat autem quòd eſt iuratus ſub forma redemptionis. ergo exercetur, quandocumque exercetur, ſub forma redemptionis inchoatæ in iurō, conſumandæ in exhibitione, & cum dicitur, Vexatio non eſt, ac per hoc non pōt redimi: dicendum eſt, ꝙ quia vexatio fuit, & redemptio eſt iam inchoata olim qñ erat vexatio, dum iuramento promiſſa eſt, ideò conceditur quòd iſte actus non habet nouam formam redēptionis, ſed antiquā, ſub qua cōſumandus eſt. Hæc. n. rō concludit, I ꝙ non eſt noua redemptio, ſed non ꝙ non ſit actus ſub inchoata iam iurando redēptionis forma: Tum quia iurm̄ huiuſmodi promiſſionibus ideò exigitur, & apponitur, vt Deus ipſe inuocatus in teſtem conſumandæ promiſſionis habeatur veluti fideiuſſor: alioquin nec detentor, nec vſurarius relinqueret ꝓmiſſorem ſub ſola iuramenti fide abſq; pignore, & alia fideiuſſione, quod, vel quam oporteat promiſſorem illū redimere. Vnde ſicut iniuria fieret fideiuſſori hoi, ſi non adimpleretur promiſſum: ita iniuria fit Deo, ſi non impleretur promiſſum. Et hoc ſacris canonibus latis conſonat, & communi proborum hominum conceptioni, qua perfidus æſtimaretur, qui huiuſmodi promiſſa per nomen Domini, non adimpleret.

¶ Ad ſecundum verò dubium dicitur, ꝙ quia promiſſio homini fit non intuitu actus virtutis, ſed ſub ratione vtilis, q̄uis debeat virtutis eſſe ille actus vtilis illi, cui promittitur, & actus redemptionis non eſt vtilis ſecundum veritatem illi cui promittitur: ideò promiſſio non obligat illi ſiuè ſit coacta, ſiue non. Et K de coacta quidem habes in litera: de non coacta habe. in d. c. Debitores, vbi dicitur, quòd licèt promiſerint ſoluere vſuras, non tamen ſunt cogendi ad hoc, niſi iurauerint. Iuramentum verò promiſſorium, quia reſpicit actum ſub ratione boni, & veri, hoc eſt, vt bonum quod iuratur, fiat verum in executione, ideo obligat ad actum redemptionis, qui eſt bonus vt exit ab agente, quamuis ſit malus in recipiente.

¶ Ex his ergo ad principalem quæſtionem dicitur, quòd iurā promiſſoria tam coacta, quàm voluntaria, ſi habent materiam bonā moraliter, obligant in foro conſcientiæ. Et ratio eſt, quia ſeruata non declinant in peiorem exitum. Vnde quo ad obligationem in foro conſcientiæ non eſt recurrendum ad voluntarium multum, vel paruum, ſed ad materiam, ut declaratum eſt.

¶ An autem ſit differentia inter iſta iuramēta in hoc, quòd facta metu cadente in conſtantem, obligent ad ueniale tantū, ſiue autem tali metu obligant ad mortale, quidā in dubium verterunt, vt Pan. in c. Si verò, extra, de iureiurando. Nec deſunt tenentes talem differentiam pro uera: quia, extra, de iureiurando. c. Verum, dicitur, quòd tales ſi non ſeruauerint iuramenta, non ob hoc ſunt tamquàm pro mortali crimine puniendi.

¶ Sed hi grauiter errant, qm̄ iurm̄ obligatorium obligat de præcepto: & uoluntas coacta eſt uoluntas ſufficiens ad vinculum peccati mortalis. & hoc tenet expreſsè Pan. ibidem. Verba autem illius Decretalis potius ſūt contra iſtos, ſi rectè inſpiciantur: quia ibi dr̄, ꝙ non eſt dicēdū iſtis vt non ſeruent, ne detur eis materia deierandi: deierarēt ergo non ſeruando. Quod autem ſubditur, ꝙ non ſunt tamquàm pro mortali puniendi, ad iudiciū præſentis clementiæ ſpectat, non ad diuinæ animaduerſionis iudicium, quod non ſubeſt ſtatutis canonici iuris. Communicant ergo omnia promiſſoria iurā in hoc, ꝙ ſi habent actum virtutis pro materia, obligant ad mortale in foro conſcientiæ. *Hr 22. q. 4. c. ſi aliquid. & c. inter cętera. Conel.

¶ Ad primam aūt obiectionem dr̄, quòd ſequela non ualet, ſed procedit ex malo intellectu literæ. Poteſt ſiquidem habere duplicem ſenſum. Primus eſt, vt in iuramento promiſſorio ſit velut duplex promiſſio ſuper eadem materia, vna homini, altera Deo exhibita. Et hic ſenſus eſt falſus: & tamen iuxta hunc ſenſum procedit obiectio cum prima confirmatione. Clarū quippè eſt, ꝙ ſi promiſſio eſt facta duobus hominibus, vnus eorum non poteſt remittere ius alterius, quantò minus homo poteſt relaxare ius Dei? Alter ſenſus eſt, quòd ſunt duæ obligationes, hoc eſt, duæ rationes vnius obligationis, ſcilicet iurm̄, & promiſſio facta coactori. Et hic eſt verus & internus ſenſus literæ, & vt patet, eſt abſq; obſcuritate aliqua verus. Et quia iurm̄ obligat iurantem vt reddat Deo ſua iurā, & promiſſio obligat vt reddat hoi cui promiſit: ideò duæ dictæ ſunt obligationes ex duplici capite, Deo. ſ. & homine. Iuxta hunc autem ſenſum non tenēt ſequelæ: quia, vt in litera dr̄, iurm̄ ſeruaſſe intelligitur, qui de mihi propter me promiſſo, fecit quod ego uolui. Nec oportet ſolicitum te eſſe de actu virtutis promiſſo non ſeruato: quia ex quo mihi ſatisfactum eſt, iam non eſſet actus virtutis exhibere mihi aliquid vt debitum, aut ut redemptionem vexationis, quoniam & ratio debiti, & redemptionis abolita eſt.

¶ Ad ſecundam aūt confirmationem ſimiliter negatur ſequela, & dicitur ꝙ eccleſia nullum iſtorum iuramentorum, quando habet materiam virtuoſam, ſtatuit irritum eſſe: nec ēt ſi cōſtat de iurō, reddendum illi ius ſtatuit contra iurm̄. ſed præabſoluto a iurō ſuccurrit. Circa irritanda tn̄ hmōi iuramenta Eccleſia magis reſpicit ad hoc, an ſcilicet ſponte, uel magno metu factum fuerit iuramentū, quàm ad materiam, ut patet ex hoc, quod pari exiſtēte materia, ſ. redemptione vexationis propriæ, Eccleſia cogendum ducit eum, qui non ex metu iurauit, ut patet in d. cap. Debitores, extra, de iureiurando de illo qui iurauit ſoluere vſuras, quod nihil aliud eſt, quàm redimere uexationem ſuam: & irritanda ducit iuramenta coacta, ut habes extra de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt. c. Abbas. Et ratio eſt, quia princeps boni publici curam habet: & ad ipſum ſpectat reddere homines alienos a coactionibus aliorum. In odium ergo coactionis communi bono nociuæ, lex irritanda coacta iuramenta dicit, ut patet in dicto capitulo. Si vero. Quo fit, ut is qui coactè iurauit, dum ſe præſentat prælato vice Dei petens relaxationem, paratum ſe offerat ad ſatisfaciendum, quoniam ſine relaxatione non vult contrauenire, & prælatus ex cauſa rationabili materiam iuramento ſubtrahat, dum relaxando iuramentum, quaſi ex officio ſuo volens bono communi prouidere, ſubtrahit hanc materiam quaſi fautricem mali, & maioris boni impeditiuam. Aliam rationem innuit Alexander Papa 15. quæſt. 6. cap. Si ſacerdotibus, quia ſcilicet, quæ fiunt coactè, non exeunt de corde: vnde iuxta Domini ſententiam, exeunt periuria, adulteria & c. ſed de neceſſitate exeunt. Et procul dubio utraque ſimul concurrit communiter, & ſufficit ad relaxandum. Sed aduertendum eſt, ne relaxatio cedat in domini blaſphemiam, aut Eccleſiæ contemptum, vt ſi quis iniuſte cap-

Ad primum ergo dicēdũ, ꝙ aliud ē de ſimplici verbo, aliud de iuramento, in quo diuinum teſtimonium imploratur. Sufficit enim ad veritatem uerbi, ꝙ aliquis dicat id, quod proponit ſe facturum, quia hoc iam verũ eſt in ſua cauſa .ſ. in ꝓpoſito facientis: ſed iuramentum adhiberi nõ debet niſi in re de qua aliquis firmiter certus eſt: & ideò ſi iurm̃ adhibeatur pp reuerentiã diuini teſtimonij, qđ inuocatur, obligatur hõ, ut faciat eſſe verum id, qđ iurauit, ſecũdum ſuã poſſibilitatẽ, niſi in deteriorem exitũ uergat, ut * dictũ eſt.

*In corp. art.

Ad II dicendũ, ꝙ iuramentum poteſt uergere in deteriorẽ exitũ dupliciter. Vno modo, C quia ab ipſo principio hẽt peiorẽ exitum, uel quia eſt ſecundũ ſe malũ, ſicut cũ aliquis iurat ſe perpetraturũ adulterium: ſiuè qa ē maioris boni impeditiuũ, puta, cũ aliquis iurat ſe non intraturũ religionem, uel ꝙ non B fiet clericus, aut ꝙ nõ accipiet ꝑlationẽ in caſu, in quo expedit eũ accipere, uel ſi qd aliud ē huiuſmodi. Huiuſmodi.n. iuramentum à principio eſt illicitũ, differenter tamen: quia ſi qs iuret ſe facturum aliquod peccatũ, & peccat iurãdo, & peccat iurm̃ ſeruãdo. Si quis aũt iurat ſe non facturum aliqđ melius bonum, quod tñ facere nõ tenetur, peccat quidem iurando, inquantum ponit obicem

ſtè captiuus apud infideles, ꝓ redimẽda uita ſub iurõ promittet A decẽ millia ducatorũ & non eſſet ei relaxandũ iurm̃ tamẽ factũ ab infideli, ne nomẽ dñi blaſphemaretur ab infidelib. & ſimile eſt in ſimilib. Et queadmodum non ſp ſunt relaxãda talia iura, ita non ſp egent relaxatione, qñ.ſ. hmõi cõſumatio redēptionis ꝓpriæ vexationis manifeſtè ꝑiudicialis ē bono aliorũ ſpũali, vel ꝑpalis: ut ſi quis timore mortis iurauit ſe ceſſurũ eſſe iuri Eccleſiæ cũ ꝑ eſt, & euidenter cõſtet de damno ſpũali animarum ex tali ceſſione, non tenetur ſic ſe redimere pp iurm̃: immo iurando peccauit, ꝑmittẽdo actũ malum pro ſui redẽptione: quia nõ ſunt facienda nec permittenda mala, ut eueniant bona. Et ſimile eſt in omnibus, quãdo actus promiſſus ē illicitus ex circunſtãtiis adiacentibus, licèt abſolutè ſit licit*, ut in exẽplo dato de renunciatione apparet. Stant ergo iſta duo ſimul, & ꝙ coacta iuramẽta obligẽt coram Deo, & ꝙ Eccleſia relaxet & rationabiliter abſque alia commutatione.

¶ Ad ſecundam rationem principalem tendentem ad hoc, ꝙ in iuramento promiſſorio coacto non ſaluatur materia iuramenti, ſ. actus uirtutis iam patet reſponſio: quia ſaluatur actus virtutis, ſ. redemptio propriæ uexationis renunciando, uel dãdo, & ſi quid eſt aliud eiuſmodi: eſt.n. talis actus, ut dictum eſt, charitatis. Nec obſtat, ꝙ ſit ſpiritualiter nociuus proximo, & quaſi fouens malignitatem cogentium: quoniam hæc omnia non habet actus iſte, inquantum actio, ut ſcilicet exit ab agente, ſed inquantum paſſio, hoc eſt, ut recipitur a patiente. Et cõſiderare hæc, ad habentem publici boni curam ſpectat, q propterea relaxat iuramentum, & nõ ad perſonam oppreſſam, cui ſat eſt ſe redimere.

¶ Ad ultimã denique rationẽ principalem de promiſſione deſinente dicitur, ꝙ promiſſio & iuramentum promiſſoriũ, habent quidem eandem materiam, ſed non ſub eadem rõne. Nã quia promiſſio alteri fit, reſpicit actum in ordine ad alterũ: iuramentũ uerò, quia de proprijs ẽt fieri põt, reſpicit actũ eundẽ abſolutè undecunque habeat rationem actus uirtuoſi. Et hinc fit, ut promittens latroni cum iuramento redimere uexationẽ ſuam dando illi centum, habeat iuramentum obligatorium, promiſſionem autem non. Nam latroni non tenetur ſeruare promiſſum, ſed pp diuinum teſtimonium tenetur conſumare charitatis actum in fauorẽ ſuimet, non latronis, ſanctè inchoatum. Solue ergo diſtinguendo, & dicendo, ꝙ promiſſionẽ mediare inter iuramentum & materiam, intelligitur dupliciter. Vno modo, quantum ad rem, quæ iurando promittitur: & ſic eſt uerum. Alio modo, quo ad rationem, qua res promiſſa ſub iuramento cadit: & ſic non eſt uerum uniuerſaliter, ut declaratum eſt. Et propterea ſtat, quod deſinit ius promiſſionis, qa deeſt illius ratio. & non deſinat ius iuramenti ſuper eodem, qa non E deeſt illius ratio. Deficit ſiquidem materia ratio, qua ſubdatur promiſſioni obliganti huic homini cogenti, non tamen deeſt eidem materiæ ratio, qua ſubdatur iuramento, ut declaratum eſt. Et per hæc patet reſponſio ad primam confirmationem.

¶ Ad ſecundam autem, ſ. ꝙ confirmatio nihil dat, dicitur, ꝙ cõfirmatio cadens ſuper uno & eodem actu ſecundum omnino eandem rationem, nihil aliud facit niſi firmitatem, ſed confirmatio cadens ſuper eodem actu, ſecundùm tamen aliam rationem, ex hoc ipſo firmat actum eundem ſecundum aliã rationem. Et ſic eſt in propoſito, ut declaratum eſt.

¶ In eadem reſponſione ad tertiũ, dubium occurrit. Quomodo iuramentum de non denunciando, eſt contra publicam iuſtitiam, cum denunciatio ordinetur ad medelam peccantis, & non ad publicam iuſtitiam, nec proprium commodum denũciãtis. Et augetur dubium, quia paſſus diſpendium in propoſito, nõ ſpectat ad correctionem eius, qui eum coegit, nec mouetur propter bonum coactoris, ſed proprium.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quia denũciatio ordinat̃ ad publici officij exercitiũ, primarius aũt finis officij publici, eſt bonũ publicũ: ideò denũciatio ẽt ordinatur ad cõe bonũ. Vñ maximè tenemur denũciare prælatis crimina, q̃ ſunt in damnũ ſpũale, uel corporale multitudinis, ut ſeminantes hæreſes, & proditores patriæ, & hmõi. Quod autẽ dr̃, ꝙ accuſatio ad bonũ publicum, denunciatio vero ad bonũ peccantis intẽdit, intelligendum eſt quo ad principales terminos, non quo ad uſũ, hoc eſt, publicũ officium, quod tã denũciator, quàm accuſator implorat ſic, ꝙ accuſatio ad bonũ publicũ principaliter, ut terminum ordinatur: denunciatio uerò ad bonum eius q errauit principaliter ordinatur, ut terminum. Ita quòd nullus tenetur accuſare, niſi propter bonum publicum: denunciare autem tenet̃ quandoque propter publicum, quandoque propter priuatum. & ultra hoc, quandoque poteſt denunciare, etiam ſi non teneatur. Spectat ergo ad publicam iuſtitiam denunciatio ſiuè propter bonum commune, ſiuè propter bonum priuatum fiat: quia ad publici officij iuſtitiæ exercitium ordinatur. Vndè licèt paſſus diſpendium non ſperet correctionem coactoris, ſperat tamen ſemper tria. Primum eſt, commune bonum, quod ſic compellendo coactores ad reſtituendũ, uel coercendo eos publica poteſtate. Secundum eſt, ꝙ coactor releuabitur ab onere reſtituendi de cætero, ac per hoc facilius conuerti poterit. Tertium eſt, propria ſubuentio de ſibi debito unde iuramentum tale abſolutè eſt nullum, quia eius materia eſt negatio actus opportuni ad publicam iuſtitiam, mihi etiam utilem.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem ſeptimi articuli, dubiũ D occurrit. An iuramentum doloſè factum, ſ. ſine intentione ſeruandi, obliget ad ſeruandum. Et eſt ratio dubij, quia author in litera dicit, quòd debet iuramentum tale ſeruari. & Iſido. ut habetur. 22. quæſtio quinta, cap. Quacunque, plus dicit, ſcilicet quòd Deus iuramentum ſic accipit, ſicut ille cui iuratur intelligit. Multi autem doctores in hoc conuenire uidentur, quòd iuramentum factum non cum animo ſe obligandi, non obligat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum quæſtio hæc locum non habeat, niſi in iuramento promiſſorio, ex natura promiſſorij iuramenti ueritas deducenda eſt. Sunt igitur in promiſſorio iuramento tria extra, & tria intus, ſcilicet in animo. Eſt ſiquidem exterius ipſum iuramentum, eſt & promiſſio, & hæc duo in præſenti, quando ſcilicet iuratur, ſunt. Eſt & obſeruatio in futuro tamen. Interius autem in animo iurantis tria ſunt, ſcilicet animus ad iurandum, animus ad promittendum, ani- mus ad obſeruandum. Hæc namque omnia clarè patent in promiſſorio iuramento, ſi iuramentum, & non magis periurium eſt, inuenire. Quocirca tripliciter contingit ex defectu debitæ intentionis iurare. Primo, ſi deficit ſolum animus ad obſeruandum. Secundò, ſi cum hoc deficit etiam animus ad promittendum. Tertiò, ſi cum his deficit etiam animus ad iurandum. Exemplum primi patet in his, qui profitentur religionem etiam cum iuramento, ut habeant unde luxurioſe uiuant. Exemplum ſecundi patet in his, qui licèt iurent ſe facturos, in corde tamen non promittunt, ſed mendacibus uerbis ſimulant ſe promittere. Exemplum tertij eſſet in his, qui licèt ore proferant uerba iuramenti ſibi nota, non intendunt tamen iurare, ſed mendacibus uerbis ſimulant ſe iurare. Vnde ſingillãtim ſingulos modos huius doloſi iuramenti diſcutiendo, dicamus, quod ſi primo modo iuretur, ſcilicet cum animo iurandi, & promittendi, ſed non obſeruandi, iuramentum proculdubio obligat ad obſer-

uandum: quia defectus animi ad obſeruandum non excludit uinculū iuri, ſed rectitudinem intentionis. Si uerò iuretur cū animo iurandi, ſed non promittendi, nec obſeruandi, quibuſdā ui, quòd iurm non obliget, quia animum obligandi ſe nō habuit, quia obligatio iurandi ex animo eſt. Et confirmatur per illud Grego. 22. q. 5. c. Humanę aures, ubi dr, quòd diuina iudicia talia foris audiunt nra uerba, qualia ex intimis proferuntur. Quia ergo ex corde nō proferūtur animo obligādi, ſequitur quòd non obligent.

¶Præterea. Iuramentum promiſſoriū nihil aliud eſt, quàm promiſſio firmata iuramento. Vbi ergo nulla eſt promiſſio, licèt ſit promiſſionis ſimulatio, nullū eſt iuramētum promiſſorium, & conſequēter non obligat ad obſeruandum.

¶Sed ſi diligentius cōtemplati fuerimus, inueniemus, ſalua iſtorum reuerentia, falſum eſſe quod dicunt, & in multis à ueritate alienum. In primis alienū à ueritate eſt quod ſupponunt, ſ. quòd obligatio poſſit ſeparari à iuramento, quaſi in poteſtate hominis ſit iurare, & non obligari ex iuramento: hoc enim falſum eſſe conſtat in iuramento aſſertorio. Oportet namque ſi iuratur, obligationem adeſſe ad dicendum uerū. Et proportionaliter eſt apud perſpicaciter ſpeculantes in iuramēto promiſſorio. Nam quia iuramētum promiſſorium, ut ex dictis patet, includit duas ueritates. ſ. aſſertoriam præſentis promiſſionis, & executoriam futuræ obſeruationis, ſuper utranque. n. cadit iuramentum promiſſorium. ſ. & quòd nunc promittit, & quòd in futuro exequetur: idcirco iuramēto promiſſorio duplex obligatio inſeparabiliter annexa eſt, una reſpū præſentis promiſſionis, & altera reſpectu futuræ executionis. Ac per hoc ſicut non eſt in poteſtate iurantis ſeparare à iuramento obligationē ad hoc, quòd in præſenti uerè promittat: ita non eſt in poteſtate eius ſeparare ab eodem iuramēto obligationē ad hoc, ut in futuro uerè exequatur. Alienum deinde à ueritate eſt, quòd obligatio iuramenti ex noſtro ſit animo: eſt namque ex natura ipſius iuramenti obligare. Alienum denique à ueritate eſt, non progredi ex intimis cordis talem obligationē: quoniam ex hoc ipſo, quòd habet animum iurādi, oportet, uelit nolit habeat animū ſe obligandi: quia obligatio à iuramento inſeparabilis eſt, per intellectum abſque contradictione non minus, quàm eſſe diſciplinabilem ab homine. Alienum demum à ueritate eſt, quòd ubi nulla eſt promiſſio, nullum ſit iuramētum promiſſorium. Oportebat dicere. Vbi nulla eſt, nec eſſe debet promiſſio, ibi nullum eſt iuramentum promiſſorium: ſed ſi promiſſio nō ſit ex dolo, debeat tamen eſſe, & iuramentum interuenit, ibi eſt iuramentum promiſſorium, obligatorium ad promiſſionē in præſenti, & executionem in futuro. Alioquin iuramenti uis periret, & iuramentum ſimul eſſet, & non eſſet: quia ſi non obligat, non eſt: & ſi eſt, obligat: in propoſito autem eſſet, & non obligaret, ac per hoc eſſet, & non eſſet.

¶Dicendum eſt ergo, ſi iuratur animo iurandi, licèt non promittendi, nec obſeruandi, tenet iuramentū non ſolum in foro iudiciali, ſed in foro conſcientiæ, & obligat ad obſeruandū. Et ratio eſt, quia ſub iuramēto promiſſorio cōtinetur futura executio duobus modis, ſ. in ſua cauſa, quæ eſt promiſſio præſens: & in ſeipſa, quòd ſ. ponatur in eſſe tempore futuro. Et primū horum patet manifeſtè: ſecundum uerò probatur ratione, & authoritate. Ratio eſt, quia ſi iuramentum caderet ſuper executione in ſua cā tantum, iuramentum promiſſorium nunquam uiolaretur ex defectu executionis, quod eſt manifeſtè falſum. Probatur ſequela, quia ſenſus iuramenti promiſſorij eſſet, Iuro me promittere. Qui enim iurat ſe promittere, iurat executionem promiſſi in ſua cauſa tantum. Tale autem iuramētū, ſ. Iuro me promittere, nō obligat niſi ad ueritatem aſſertoriam, ſcilicet, quòd uerū ſit me promittere, ut patet. Ac per hoc ſi ſic iurans in ueritate promiſit, conſummauit opus iuramenti. Et ſi poſtmodum pœnitet promiſiſſe, & non ſeruat, non eſt periurus: quia nō iurauit ſe ſeruaturū, ſed ſe promittere, quod fuit uerū. Et

Spirituiſancto, qui eſt boni propoſiti inſpirator: non tamē peccat iuramentum ſeruando, ſed multò melius facit, ſi non ſeruet. Alio modo uergit in deteriorem exitum propter aliquid, quod de nouo emerſerat, quod fuit impræmeditatum: ſicut patet in iuramēto Herodis, qui iurauit puellæ ſaltanti ſe daturum, quod petiſſet. Hoc enim iuramētum poterat eſſe à principe licitum intellecta debita cōditione, ſcilicet, ſi peteret quod dare deceret, ſed impletio iuramenti fuit illicita. Vnde* Ambro. dicit in 1. de Officiis. Eſt cōtra officiū nōnunquàm promiſſum ſoluere ſacramentum, ſicut Herodes qui necem Ioannis præſtauit, ne promiſſum negaret.

* Lib 3. c. 12. t. 1. Et habet. 22. q. 4. c. Eſt etiam cō tra.

Ad III. dicēdum, quòd in iuramento quod quis coactus facit, duplex eſt obligatio. Vna quidē, qua obligatur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem: quia ille qui uim intulit, hoc meretur, ut ei promiſſum non ſeruet. Alia aūt eſt obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen eius promiſit: & talis obligatio non tollitur in foro cōſcientię, quia ma-

ſic nullus erit periurus ex defectu obſeruationis iuſti promiſſorij ſummo, ſi rectè inſpiciatur, ſequitur ex hac opinione, quòd nullū iurm erit promiſſorium, ſed oīa ſunt aſſertoria. Et accidit hic error, quia non diſcernitur dfia inter duo, ſ. iurm promiſſorium, & iurm aſſertoriū promiſſionis. Nā aſſertoriū promiſſionis, eſt ſicut aſſertoriū intentionis, locutionis, & aliorum actuū noſtrorum. Et quia executio continet in aſſerta promiſſione, ut in [illegible] ſ. 16. ut dictū eſt, tale iurm non eſt de executione, niſi in ſua cā. Iurm uerò promiſſorium non ſolū obligat ad aſſertionē promiſſionis, ſed ad executionem ponendā in eſſe futuro tpe. Et ideo ſi non obſeruatur omittēdo executionē iurati, periuriū incurrit: ſicut ſi non ſeruatur omittendo promiſſionem aſſertā, periurium incurrit. Patet igitur, quòd iuramentum promiſſorium obligatiuam uim habet ex natura ſua ad duo, ſcilicet ad promiſſionem ut aſſertam, quod includit habere uim ad executionē in ſua cauſa: & ad executionem in ſepſa, ut ſcilicet ponatur in eſſe. Et propterea ſi omiſſum fuit primum, ſcilicet promiſſio, non ſequitur quòd omittendum ſit ſecundum, ſcilicet executio, ſed potius quòd primo malo additur ſecundum malum, omittendo in futuro executionem. Authoritas eſt S. Tho. in hoc art. in reſponſione ad primum, ubi clarè habes hanc diſtinctionem de ueritate executionis in ſua cauſa, uel in ſeipſa. Et differentiam inter ſimplex uerbum de futuro, & iuramento firmatum, quòd ſcilicet ad illud ſufficit ueritas futuri in cauſa, ad hoc autem ultra hoc exigitur ueritas futuri in ſeipſo: quia obligatur, inquit homo ut faciat eſſe uerum id quod iurauit. Quid clarius, quamuis breuè?

¶Ex quibus patet ſolutio obiectorum in contrarium, & quàm bene dicatur in litera, quòd iurans in dolo, tenetur ſeruare iuramentum ſecundùm ſanum intellectum eius, cui præſtatur: & quàm benè dixerit Iſido. quòd doloſum iuramentum Deus ipſe intelligit, ſicut ille cui iuratur: ſi enim Deus ſic accipit, in foro conſcientiæ obligat. Si autem tertio modo iuratur, ſcilicet ſolo exteriori actu ſine animo obſeruandi, ſine animo promittendi, ſine animo iurandi, tunc nulla eſt obligatio ex iuramento ad executionem in foro conſcientiæ abſolutè: quia nullum eſt in ueritate iuramentum, ſed in apparentia tantùm. Dixi autem abſolutè, quia ex ſuppoſitione ſcandali iudicis, uel partis exigentis ſeruari iuramentum, tenetur in foro conſcientiæ obſeruare propter iuramentum externus, ne ſcandalizet, quantum ex ſe eſt, audientes non ſeruari iuramentum. Neque enim meretur, ut credat ſibi dicenti, ſe non ex animo iuraſſe, ſed ſibiipſi imputet, quod ſe ſic illaqueauit.

¶In eadem reſponſione ad quartum, dubium occurrit, An iurans coactè alicui ſimulatoriis uerbis, animo non ſe obligādi, nec adimplendi, peccet mortaliter ſic iurando. Et eſt ratio dubij quia quidam ſcripſerunt, quòd non, ſi habet aliquam tacitam in mente conditionem, puta, Si debebo, uerbi gratia, Iurat dare latroni centum aureos, in mente tamen ſua intendit, ſi ſum obligatus, & non aliter. Et afferunt, quòd licet uti extra iudiciū ſimulationibus huiuſmodi, ut patet 22. q. 2. cap. Vtilem, ex authoritate Hieronymi. In oppoſitum autem eſt, quia iuramentum mendax eſt mortale.

¶Ad hoc dicitur, quòd hic eſt opus duplici diſtinctione. Prima eſt, de uerbis quæ in huiuſmodi iuramentis aſſumuntur: quia aut ſunt falſa, aut ſunt duplices ſenſus habentia, & in uno uero, & in alio falſa: aut abſolutè uera, ſed ſic artificioſè compoſita, ut audiens alium ſenſum, non uerum accipiat. Secūda diſtinctio eſt, quia aut eſt ſermo in materia præiudiciali alteri, ut ſunt emptiones, vēditiones, actus iudicij, & huiuſmodi: aut ſine cuiuſquàm præiudicio. Et tunc dicitur, quòd in quacunque materia ſit, ſi uerba ſunt falſa, tale iuramentū eſt peccatum mortale. Et ratio eſt, quia ibi eſt mendacium iuramēto firmatum: quia ibi eſt falſæ uocis ſignificatio, cum intentione fallendi iu

ramento

ramento firmata. Vnde 22. q. 2. c. In dolo. dicit Aug. In dolo iurat, qui aliter facturus eſt, q̄ promittit. Vbi Gratianus in ſequenti c. exponens, dicit ille in dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente eſt nō ſic ſe facturum, ut promittit. Nec excuſatur ꝑ implicitā ſubauditionē in mente retentā: qm̄ hmōi ſubauditio nō excuſat, quin ſit falſa uocis ſignificatio cum intentione fallendi illum, vt intelligat ſibi promitti, qđ ille non promittere intendit. Et breuiter habetur ꝑ vniuerſali regula, ꝙ mēdacio interueniēte, ſp iuramentū eſt mortale. Et quia vbicumq; deficit anim⁹ ꝓmittēdi, aut obſeruandi in iuramento promiſſorio, interuenit mēdaciū, ideò ſp eſt mortale. Vbi autē deficit & animus iurandi, & ſolum exterioris iuramenti apparentia interuenit, mortale quoq; peccatū eſt. Et ratio eſt, q̄ exterius iuramentum applicatur mendacio, quod eſt materia omnino contraria iuramento tam interiori, q̄ exteriori. Sicut ſi quis non animo colendi, ſed ſolò actu exteriori, coleret idola, vt de Marcellino dicitur, peccaret mortaliter, quia actū exterioris cultus applicaret cui nō debetur: ita in propoſito actū exterioris iuramēti, qui eſt actus latriæ applicaret materiæ contrariæ, ſcilicet mendacio, dum diceret, Deus eſt mihi teſtis, ꝙ ſic faciam, & non intendit facere. Eſt enim hoc exhibere Deo irreuerentiā coram hominibus, quibus mēdacium manifeſtū fieri debet in non obſeruando. Et ſcriptum eſt. Quicumq; me erubuerit coram hominibus, hunc & filius hominis erubeſcet coram angelis Dei. Si vero non interueniunt uerba falſa, ſed plures ſenſus habentia, & in vno vera, & alio falſa, & à iurante intenduntur in ſenſu quo ſunt uera, ſi non eſt in iudicio, aut materia præiudiciali, quāuis ſit intentio vt audiens fallatur, abſque peccato mortali fit tale iuramentum, quia ueritas, & iuſtitia adſunt, licèt diſcretio deficiat: quoniam nō debet diuinū teſtimonium his immiſceri, quaſi duplicitatibus. Si autem artificiosè compoſita uerba dicuntur, cum iuramento uera quidem, ſed non penetrabilia ab audiente niſi falſo, ceſſante præiudicio iuris, & hominis, abſque peccato fieri poteſt: quoniam contingit huic iuramēto omnes tres adeſſe comites, cum ſ. ex rōnabili cauſa fit. Nec obſtant verba Iſidori allata, ſcilicet quacumque arte verborum &c. quoniam intelligenda ſunt, quando falſa, aut præiudicialia ſunt, quoniam doloſa ſunt tunc.

¶ Ad obiectionem autem in principio allatam, quia ſcilicet ſimulatio vtilis, eſt licita, dicitur, quod accipiendo ſimulatione pro mendacio falſum eſt, quòd quandoque ſit aſſumenda: accipiendo autem largè pro fictione, poteſt quandoque aſſumi. Hoc autem ſecundo modo dicit inferius in q. de ſimulatione author, quòd Hieronymus ſimulationē accepit: in noſtro autem caſu manifeſtè concurrit mendacium.

¶ Ex his autem in tot dubijs de iuramentis coactis, & ſimulatis diſcuſſis patet, quòd ſi quis animo euadēdi iurat redire ad carcerem, in foro conſcientiæ tenetur redire ad carcerē, quantumcumque iniurioſum ſiuè iniuſtè, ſiuè iuſtè patiatur. Et ratio in promptu eſt, quia materia eſt licita, & ſancta. Nam velle pati iuſtum, & uelle pati iniuſtum, ſanctum eſt: materia autē exiſtente ſancta, iuramentum non perdit uim ſuam obligatoriam, ut patet ex dictis. Nec iura, quæ afferuntur in oppoſitum à quibuſdam, ſcilicet extra de his quæ metus cauſa c. 1. & 15. q. 1. c. Lotarius, aliqui probant in contrarium: ſed iuramenta metu facta in foro iudiciali tractant. Et hoc particulare ſit ſcriptum, ut de ſimilibus idem intelligatur iudicium.

¶ Sed reſtāt circa diſcuſſam materiā adhuc dubitationes duæ. Prima eſt, An iurare ſuper vero cum animo nō iurandi, ſit peccati mortale. Secunda eſt, An iurare cum animo ſe non obligandi, ſit interpretandum prò iurare cum animo non iurādi.

¶ Eſt autem primi dubij ratio, quia iurando uerū animo non iurandi, nec Deo, nec homini fit iniuria: qm̄ Deus nō affertur ex iuramēto exteriori in teſtē falſi, quia iuratur uerū: nec homini detrimētū aliquod affertur: quia in nullo homo læditur, niſi in notitiam vnius ſingularis, ſcilicet, ꝙ iſte habet animum iurandi, in quo fallere non excedit limites peccati venialis.

¶ In oppoſitū aūt eſt, ꝙ veritas ſermonis dēt eſſe comes iuramēti, & ſi deſit in materia iuramēti, hoc eſt, in eo, qđ iuramēto cōfirmat, ē mortale. ergo à fortiori, ſi deſit in forma, hoc eſt, i ipſa iuratiōne, q͞a ſ. iuratio ipſa eſt mēdaciū, magis eſt mortale.

¶ Secūdi aūt dubij rō eſt, q͞a intēdens ſe nō obligare, intendit q̄cquid annexū neceſſario eſt ad hoc, ꝙ eſt ſe non obligare: ſed ad iuramentū cū aīo nō obligādi annectitur neceſſario anim⁹ nō iurandi. ergo iurare cum aīo non ſe obligandi, interpretādū eſt pro iurare cū animo non iurandi.

¶ In oppoſitum autē eſt, quia mentiens in vno non eſt interpretādus mētiri in duobus: ſed iurans cum animo ſe non obligandi, mentitur in materia iuramenti, ſcilicet in promiſſione, ad quam non intēdit ſe obligare, vt dicit. ergo non eſt cēſendus mentiri etiā in forma iuramenti. Conſtat enim quò iurare cum animo nō iurandi, eſt mentiri in ipſa iuratione.

¶ Ad euidentiam primi dubij ſciendum eſt, quòd in hac quæſtione non eſt difficultas ex parte materiæ, quia ſupponitur, ꝙ verum dicatur, & iuſtum: ſed ex parte ipſius actus iurandi, in quo mendacium inuenitur, quia iurat uerbo, & non mente. Et propterea oportet ex parte mēdacij uidere ſi ſit pernicioſum: apparet enim quòd non, quia mentiendo, dum dicit: Deus eſt teſtis, non attribuit aliquid non competens Deo: quoniam uerum eſt, quòd Deus eſt teſtis, omnis ueritatis, ſed attribuit ſibijpſi, quod non conuenit, ſcilicet ſe inuocare in teſtem Deū: in hoc enim mentitur, hoc in nullius iniuriam uidetur eſſe. Sed ſi ſubtilius inſpexerimus, apparebit hoc mendacium pernicioſum ex propria natura, quoniam directè cōtrariatur fini iurationis, ſcilicet confirmationi ueritatis: ideò enim iuramus, vt ueritatem confirmemus. Iurare namque non cum animo iurandi, eſt confirmare, & non confirmare ueritatem. Nam quia iurat actu exteriori, firmat ueritatem inquantum eſt ex ſpecie actus exterioris: quia vero non iurat mente, non confirmat ueritatem. Vnde actus iſte ſic peruerſus in ſeipſo, ut ſibiipſi ſit contrarius, eſt pernicioſus toti generi humano, utpote quantum in ſe eſt, tollens à iuramento exteriori finem quare fit, ſcilicet confirmationem ueri. Et ſimiliter, quātum ex ſe eſt eneruans fidem dandam exteriori iuramento. Magis autē apparet directè pernicies huiuſmodi ficti iuramenti, conſiderando iuramētum in ordine ad Deum. Nam ſic iurare, eſt ex ſuo genere illudere diuino teſtimonio quia ex actu exteriori inducit diuinum teſtimonium, & ex actu interiori diſſentit inuocationi diuini teſtimonij, quod nihil aliud uidetur, quàm quædam diuini teſtimonij illuſio: & per hoc patet ſolutio obiectionis in oppoſitum. Nec putes me immemorem ſupraſcriptorū, ſcilicet, quòd iurans ſecum animo non iurādi, non iurat, ac per hoc non iurat. Cū enim homo ſibijpſi loquitur, non habet locum mēdacium nec in materia, nec in forma: ſed ſola ibi interuenit vana, & fatua ꝓlatio illorum uerborum tamquam nihil ſignificātium: ita quòd omnia uerba, etiam ipſa iuratio, materialiter proferuntur, & ſupponunt, nec contingunt hæc perſonis ſani capitis in hoc.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quòd cum quis fatuè ſecum ſibijpſi iurat, cum animo non ſe obligandi, iurare illud ꝓ uano habendum eſt: quia cum nulla ſit ibi materia, quoniā uerba quæ dicūtur, materialiter ſumuntur, iuramentum ſuper nihilo proferatur, ac per hoc indiſcretè: ſed cum quis alteri promittit, aut dicit ſub iuramento cum animo ſe non obligandi, iuramentum pro iuramento cum animo iurandi interpretandum eſt. Et ratio eſt, quia in iuramento animus iurādi concurrit directè, & manifeſtè ipſi iurāti. Ac per hoc nunquàm interpretandum eſt deeſſe animū iurandi, niſi manifeſta ſit huiuſmodi

gis debet damnum tēporale ſuſtinere, q̄ iuramentum violare. Pōt tñ repetere i iudicio quod ſoluit, vel prælato denunciare, non obſtante ꝙ contrarium iurauit, q͞a tale iuramentum vergeret in deteriorē exitum: eſſet enim contra iuſtitiā publicam. B Romani aūt Pōtifices ab hmōi iuramentis homines abſoluerūt, nō quaſi decernētes hmōi iuramenta non eſſe obligatoria, ſed quaſi huiuſmodi obligationes ex iuſta cauſa relaxātes.

Ad IIII. dicēdū, ꝙ qñ non eſt eadē iurātis intentio, & eius cui iurat, ſi hoc prouenit ex dolo iurantis, debet iuramentum ſeruari ſ͞m ſanum intellectum eius, cui iuramētum præſtatur. Vnde *Iſidor. dicit. Quacumq; arte verborum quis iuret, Deus tñ q cōſciētiæ teſtis eſt, ita accipit, ſicut cui iurat ītelligit. Et ꝙ hoc intelligatur de doloſo iuramēto patet per id, qđ ſubditur, dupliciter reus fit, q & nomē Dei in vanū aſſumit, & ꝓximum dolo capit. Si aūt iurans, dolum nō adhibeat, obligatur ſ͞m intentionem iurantis. Vnde *Gre. dicit 27. Moraliū. Humanæ aures talia verba noſtra iudicāt, qualia foris ſonāt. Diuina verò iudicia talia foris audiūt, qualia ex intimis proferuntur.

* Lib. 2. de ſummo bono. ca. 31. a medio.

* Lib. 27. cap. 7. ante med.

modi intentio iurantis. Regulare ſiquidẽ ac naturale eſt, ut iurantes habeant animũ iurandi. Et quũ ex aio non ſe obligandi, non niſi indirectè, & occultè ſequitur intentio nõ iurandi: ideo ex animo non ſe obligandi non eſt interpretandũ iuramentũ, quod ſit factum animo non iurandi. Quinimmo ex errore vr F
pcedere animus iſte non ſe obligãdi, quia ſcilicet putant poſſe ſe ſeparare obligationem à iuramento.

Porrecta per totum. 488 ¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiectionẽ pro contraria parte. Non enim quicũque vult aliqd, vult omne neceſſario annexum ſibi incognitum, quod credit nõ eſſe annexũ: immo, ex errore vult implicitè cõtradictoria latentia apud eum.

SVP. QV. LXXXIX. ART. VIII.

IN art. 8. eiuſdẽ 89. q. nota pro intellectu literę tria. Primũ eſt, q in obſeruatione tam uoti, quàm iuramẽti concurrũt duo, ſcilicet ipſa obſeruatio voti, uel iuramenti, & actus ſeruatus, q promiſſus, vel iuratus erat, puta, dare centum aureos. Commune eſt autem uoto, & iuramento, q ipſa obſeruatio utriuſque ſpectat ad religionem: quoniam ex diuino aliquo cauſatur, ut litera di, & ad diuinum cultum ſpectat reddere Deo tã uota, quàm iuramẽta. Sed differentia inter uotum, & iuramentum eſt quoad actus ſeruatos: quia in uoto etiam actus ſeruatus eſt actus religionis, imperatus tñ. In iuramento autẽ actus ſeruatus relinquitur ſuæ naturæ, & nõ eſt fact⁹ religionis act⁹, vt in articulo quinto huius quæſtionis diximus. Secundum eſt, quòd licet fidelitas & reuerentia, diuerſarum uirtutum ſint, inter homines, vt patet ex diſtinctione virtutũ ordinatarum ad honorandũ, & ad fidẽ ſeruandã, (*Conclu.* m) in ordine tñ ad Deũ fidelitas, & reuerẽtia eiuſdẽ uirtutis ſunt ſcilicet religionis. Decet.n. vt q̃ in inferioribus diuiſa ſunt, in ſuperiori vniantur. Tertiũ eſt, q dictum literæ, Omnis infidelitas irreuerentiam continet, ſi ſecundum ſubiectã materiam reſtringatur, ſcilicet reſpectu domini, clarum eſt. Maxima nã que, ut in litera ſubditur, irreuerentia domini uidetur infidelitas ad eum. Si uerò uniuerſaliter, ut ſonat, intelligẽdũ eſt, nõ caret ſcrupulo, cũ fides etiam ſit ſuperiorum ad infimos. Veruntamen uerificatur ratione contemptus annexi: quia quicumque infidelis alicui eſt, ipſum parui pendere uidetur, ac per hoc dehonorare, quod ad irreuerentiam ſpectat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum maior ſit obligatio iuramenti, quàm voti.

AD OCTAVVM ſic pceditur. Vr q maior ſit obligatio iuramenti, q̃ uoti. Votum enim eſt ſimplex[h] promiſſio: ſed iuramẽtũ ſupra pmiſſionẽ adhibet diuinũ teſtimoniũ. ergo maior eſt obligatio iuramẽti, q̃ uoti. G

¶ 2 Præt. Debilius ſolet[i] p fortius confirmari: ſed uotũ interdum confirmatẽ iuramẽto. ergo iuramentum eſt fortius, q̃ uotum.

¶ 3 Præt. Obligatio uoti cãtur ex[k] animi deliberatione, ut ſupra* dictum eſt: obligatio autẽ iuramẽti cãtur ex diuina ueritate, cuius teſtimonium inuocatẽ. Cum ergo ueritas Dei excedat deliberationem humanam, uidetur q obligatio iuramẽti ſit fortior, quam obligatio uoti. H

**q. 88. artic. 1.*

SED CONTRA. Per uotũ obligatur aliquis Deo, p iuramẽtũ aũt obligatẽ aliquis interdũ homini. magis aũt obligatur hõ Deo, q̃ homini. ergo maior eſt obligatio uoti, q̃ iuramenti.

RESP. Dicẽdũ, q vtraq; obligatio, ſcilicet uoti, & iuramenti, cauſatur ex aliquo diuino, aliter tamẽ, & aliter. Nam obligatio uoti cauſatur ex fidelitate, quam Deo debemus, ut.ſ. ei promiſſum ſoluamus. Obligatio autem iuramenti cauſatur ex reuerentia quam debemus ei, ex qua tenemur q uerificemus id, quod per nomẽ eius pmittimus. Omnis autem infidelitas irreuerentiam cõtinet, ſed non conuertitur. Vr enim infidelitas ſubiecti ad dominũ eſſe maxima irreuerẽtia: & iõ[m] uotum ex rõne ſua magis eſt obligatorium, quàm iuramentũ[n]. I K

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q uotum eſt promiſſio non quæcumque, ſed Deo facta, cui infidelem eſſe grauiſſimum eſt.

AD II. dicendũ, q iuramẽtũ nõ adhibetẽ uoto quaſi aliquid firmius, ſed ut p duas res immobiles maior firmitas habeatur.

AD III. dicendum, quòd deliberatio animi dat firmitatẽ uoto, quantum ex parte uouentis eſt. Habet tamen maiorem firmitatis cauſam ex parte Dei, cui uotum offertur.

ARTICVLVS IX.

Vtrum aliquis poſſit in iuramento diſpenſare.

AD NONVM ſic proceditẽ. Vr q nullus poſſit diſpenſare in iuramento. Sicut enim ueritas requiritur ad iuramentũ aſſertorium, quod eſt de præterito, uel præſenti: ita ad iuramentum promiſſorium, quod eſt de futuro: ſed nullus poteſt cũ aliquo diſpenſare q de præſentibus, uel præteritis iuret contra ueritatem. ergo etiã nullus poteſt diſpenſare, q non faciat aliquis eſſe uerum id, quod cum iuramẽto in futurum promiſit.

¶ 2 Præt. Iuramentũ promiſſorium inducitur ad utilitatẽ eius, cui fit pmiſſio: ſed ille, ut uidetur, non[l] põt relaxare, quia eſt contra reuerentiã diuinam. ergo multo minus p aliquẽ aliũ poteſt ſuper hoc diſpenſari.

¶ 3 Præt. In uoto quilibet epiſcopus poteſt diſpenſare, exceptis quibuſdam uotis, quæ ſoli Papæ reſeruantur, ut ſupra* habitum eſt. ergo pari ratione in[l] iuramento, ſi eſſet diſpenſabile, quilibet epiſcopus poſſet diſpenſare: quod tamen uidetur eſſe contra iura. non ergo uidetur quòd in iuramento poſſit diſpenſari.

SVPER QVAEST. LXXXIX. ART. IX.

IN ar. 9. eiuſdem 89. q. nota conuenientiam, & differentiam inter uotum, & iuramentum, quo ad diſpenſationis authoritatem. Nã conueniunt in hoc, q utrobiq; diſpenſatio, commutatio, irritatio, aut relaxatio fit ratione materiæ, ut habes clarẽ i litera. Differũt verò in duob⁹ ad ppoſitum, ſ. in qualitate materiæ, & in pſona cui fit. Nã uoti ppria materia eſt ſolũ bonum ſupererogationis, & ſoli Deo uotũ fit. Iuramenti autem propria materia eſt non ſolum bonũ ſupererogationis, ſed etiam bonũ de neceſſitate ſalutis, ut reddere debitũ, ſeruare fidem &c. & uniuerſaliter quodcumq; licitũ: ita tamen quòd non ponatẽ obex Spiritui ſancto. Et ſit iuramentum non ſolũ Deo, ſed frequentiſſimè homini. Et hinc prouenit duplex differentia. Prima eſt, q in uotis diſpẽſandis, ſeu cõmutãdis attẽditur quid magis Deo acceptum ſit, ut prædictũ eſt. In iuramentis aũt oportet reſpicere ad præiudicium hõis, cui factũ eſt, & in cuius fauorem factũ eſt. Et hinc ſequitur altera, ſ. q homo non põt uotum relaxare, q̃a nõ fit homini: ſed iuramentũ põt hõ homini relaxare, ut in litera dicitur in rñſione ad ſecundum: quia fit homini pp ipſum hominẽ, & q prælatus eccleſiaſticus, et Papa, nõ hẽt ita poteſtatem ſuper iuramenta, ſicut ſupra uota: Quia non eſt ita in poteſtate Papæ auferre ius tertij in rebus nõ eccleſiaſticis, ſicut eſt i poteſtate ſua cõmutare in aliquid gratius Deo, quia eſt Dei uicarius, & nõ eſt uicarius illi⁹ hominis: nec ita eſt ſuper eũ, ut poſſit illum rebus ſuis priuare ad libitum. Et hoc non eſt pp defectum poteſtatis Papæ, aut excellentiam iuramenti, ſed ex natura cõtractus iuramento firmati, ſ. inter hominem & hominẽ. Quocirca ceſſante pĩudicio hominis, ita iuramenta ſubijciuntur Eccleſię poteſtati, ſicut & uota. Et cũ iuramentum ſit minus obligatiuum, q̃ uotum, ut præhabitum eſt, conſequens eſt, ut omnia iuramenta ſubſint inferioribus Papæ, quę ſi eſſent uota, ſubeſſent eiſdẽ: quia cui cõceſſum eſt poſſe ordinare i maius, cõceſſum eſt poſſe & in minus. Et ſimiliter uidentur reſeruata ela iuris Papæ, quæ ſi eſſent vota, eſſent Papæ reſeruata, ut iuramentũ de caſtitate, & huiuſmodi. Et ex hac radice Eccleſia diſpẽſat in iuramẽtis coactis, quia ſ. ceſſat præiudiciũ hõis, & audacia malorũ coercetur diſpẽſando.

Porrecta per totum. 489

**q. præc. artic. 11. ad 3.*

Sed contra eſt, ꝙ votū eſt maioris obligationis, quàm iuramentū, vt ſupra * dictum eſt: ſed in voto poteſt diſpenſari. ergo in iuramento.

* Ar. præ.

Resp. Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra * dictū eſt, neceſſitas diſpenſationis tā in lege, q̄ in voto, eſt propter hoc ꝙ id qđ in ſe, vel vniuerſaliter conſideratum eſt vtile, & honeſtum ſm aliquem particularem euentū poteſt eſſe inhoneſtum & nociuū: quod B non pōt cadere nec ſub lege, nec ſub voto. Quod autem aliquid ſit inhoneſtū, vel nociuū, repugnat his, quæ debēt attendi in iuramento. Nā ſi ſit inhoneſtum, repugnat iuſtitiæ, ſi ſit nociuum, repugnat iudicio: & ideò m pari ratione etiam iuramento diſpenſari poteſt. n

* Ar. 10. q. præced.

Concl. m

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ diſpēſatio quæ fit in iuro, non ſe extēdit ad hoc, ꝙ aliqd contra iurm̄ fiat. Hoc n. eſt impoſſibile, cum obſeruatio iuri cadat ſub præcepto diuino, quod eſt indiſpenſabile: ſed ad hoc ſe extendit diſpenſatio iuri, vt id qđ ſub iuro cadebat, ſub iuramento non cadat, quaſi nō exiſtens debita materia iuramenti, ſicut & de voto ſupra * diximus. Materia autem iuramenti aſſertorij, quod eſt de præterito, vel præſenti, in quandā neceſſitatē D iā tranſit, & immutabilis facta eſt: & ideò diſpenſatio non referretur ad materiā, ſed referretur ad ipſum actū iuri. Vndè talis diſpenſatio directè eſſet cōtra præceptū diuinū: ſed materia iuri ꝓmiſſorij eſt aliquid futurū quod variari pōt, ita. ſ. ꝙ in aliquo euentu poteſt eſſe illicitū, & nociuum, & per conſequens nō eſſe debita materia iuri, & ideò diſpenſari poteſt in iuro promiſſorio: quia talis diſpenſatio reſpicit materiam iuramenti, & non contrariatur E præcepto diuino de iuramenti obſeruatione.

* q. præc. art. 10. ad 2.

Ad secundum dicēdū, ꝙ hō pōt alteri ꝓmittere aliquid ſub iuro dupliciter. Vno modo, qñ ꝓmittit aliquid pertinēs ad vtilitatem ipſius, puta, ſi ſub iuro promittat ſe ſeruiturum ei, vel pecuniā daturum: & a tali pro- A miſſione poteſt abſoluere ille, cui ꝓmiſſio facta eſt. Intelligit̄ enim iā ei ſoluiſſe promiſſum, qñ facit de eo ſm eius vtilitatem. Alio modo, promittit aliquis alteri, qđ pertinet ad honorē Dei, vel vtilitatē aliorū, puta, ſi aliquis ſub iurm̄ promittat alicui ſe intraturū religionem, vel aliqd opus pietatis facturū: & tūc ille, cui ꝓmittitur, nō pōt abſoluere ꝓmittentē, quia promiſſio non eſt facta ei principaliter, ſed Deo: niſi fortè ſit interpoſita cōditio rōne cuius poſſit. ſ. ſi illi videbit cui ꝓmittitur, vel aliqd aliud tale.

Ad tertium dicēdū, ꝙ qñque illud qđ cadit ſub iuro promiſſorio, eſt manifeſtè repugnās iuſtitię, vel qa eſt peccatū, ſicut cū aliqs iurat ſe facturū homicidiū: vel quia eſt maioris boni impeditiuū, ſicut cū ali- C quis iurat ſe nō intraturū religionē. Et tale iurm̄ diſpēſatione nō indiget, ſed in primo caſu tenetur aliquis tale iurm̄ nō ſeruare: in ſecundò aūt caſu licitum eſt & ſeruare, & non ſeruare, vt ſupra * dictū eſt. Qñque verò aliquid ſub iuro d promittitur, de quo dubiū eſt, vtrum ſit licitum vel illicitū, proficuum vel nociuum aut ſimpliciter, aut in aliquo caſu: & in hoc pōt qlibet epiſcopus diſpenſare. Qñque verò ſub iuro promittitur aliquid, qđ eſt manifeſtè licitū, & utile. Et in tali iuro non uidetur habere locum diſpēſatio, uel cōmutatio, niſi aliquid melius occurrat ad cōmunem utilitatem faciendum: quod maximè uidetur pertinere ad poteſtatē Papæ, qui habet curā uniuerſalis Eccleſiæ: uel etiam abſoluta relaxatio, quod etiam ad Papam pertinet in omnibus generaliter, quæ ad diſpenſationem rerum Eccleſiaſticarum pertinent, ſuper quas habet plenitudinem poteſtatis. Sicut & ad unumquemque pertinet irritare iuramētum, quod à ſibi ſubditis factum eſt, circa ea quæ eius poteſtati ſubduntur: ſicut pater poteſt irritare iuramentū puellæ, & uir uxoris, ut dicitur Num. 30. ſicut & ſupra de uoto * dictū eſt.

* Ar. 7. ad 2
D. 799.

* q. præc. ar. 8. & 9.

Articvlvs x.

Vtrum iuramentum impediatur per aliquam conditionem perſonæ, vel temporis.

Porrecta per totum.

490
3. diſt. 39. in expo. lit.

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur ꝙ iuramentum non impediatur per aliquam conditionem perſonæ, uel temporis. Iuramentum enim ad confirmationem inducitur, ut patet per Apoſtolum ad Hebræ. 6. ſed cuilibet conuenit h confirmare dictum ſuum, & quolibet tempore. ergo uidetur quòd iuramentum non impediatur per

¶ eodē art. in reſpōſione ad tertiū, nota ꝙ dupliciter contingit fieri relaxationē iuri, ſ. directè, vel indirectè. Directè quidē fit duabus vijs, aut rōne materiæ, quia. ſ. materia eſt poteſtati relaxantis ſubdita, vt contingit in patre reſpectu filij, & viro reſpectu vxoris, & dño reſpectu ſerui, & huiōi: aut rōne publici officij, quia. ſ. ſic expedit facere, quis ille, qui iurauit licitè poſſet ſeruare, vt contingit in iuramētis coactis. Et vtraq; via vtit̄ Eccleſia in relaxatione iuramēti. Prima qdē in diſtributione, ſeu diſpēſatione & rerū eccleſiaſticarū, & officiorū eccleſiaſticorū, ſuper qbus Papa habet plenitudinē poteſtatis in diſpēſando, ſeu diſtribuendo. Et hoc mō relaxari poſſunt iurā facta à bñficiatis de rebus Eccleſiæ, diſponente Papa aliter de rebus illis. Et ſimiliter iurā de cōferendis, aut ſuſcipiendis bñficijs, officijs, aut gradibus eccleſiaſticis, ſic relaxātur, vt pluries fieri videmus, dū relaxātur iurā Baccalaureorū in theologia, de non ſuſcipiēdo alibi magiſteriū. Oium aūt horū cauſa eſt, quia hęc ita ſubſunt inferioribus poteſtatibus, vt Papa ſit magis potēs ſuper hæc diſpēſanda, diſtribuēda, committēda, inhibēda, cōmunicāda, q̄ quęcūque inferior poteſtas tā perſonalis, q̄ collegialis, vt nulli iniuriā faciat vtēdo iure ſuo. Immò in ipſo iuro intelligitur ſemp ſuperioris ius exceptū, vt patet extra de iureiurādo. capitulo. Veniētes. Secūda aūt via, ſ. ex publico officio, vtitur Eccleſia, qñq; quidē in pœnā eius, cuius iurm̄ erat præſtitū, vt patet de relaxatione iurī exhibiti excōmunicato 15. quæſt. 6 c. Nos ſanctorū, & cap. Iuratos. Qñq; verò & in pœnā, & in odiū humanę ſeruitutis, vt fit in relaxatione iuramētorū coactorū, vt patet, extra, de iureiurādo. ca. Si vero. Qñq; verò pp̄ bonū publicum. Sed hic opus eſt ſale, ne cuiquàm fiat p̄iudiciū. Indirectè autē relaxātur ab Eccleſia iurā ex naturali ſequela, vt ſi deponit Epiſcopū, ex naturali ſequela oēs iuro aſtricti illi quatenus Epiſcopo non tenentur ei amplius. Et ſimiliter ſi remouet ſtatuta alicuius religionis, vel collegij ex naturali ſequela nō tenētur qui uouerūt, aut iurarūt ſeruare ſtatuta: quia nō ſunt amplius ſtatuta. Et ſimiliter ſi priuat iuſtè regē regno, oēs qui illi perſonæ iurauerāt ſe fore ſuos illū in regno, non tenentur amplius: quia ex hoc ipſo, ꝙ iudicatus iuſtè eſt indignus regno, nullus tenetur eum amplius fouere in eodē. Conſueuit tñ vt videtur, Eccleſia & qñ directè, & qñ indirectè relaxat iuramētum, mētionem facere de talis vinculi relaxatione, vt ex ſcientia poteſtatem habentis, intelligatur proceſſiſſe relaxatio, ne ſurreptio opponat̄. Et de votis & iuramentis pro nunc dicta ſufficiant, & pro tota hac quæſt. 89.

aliquam conditionem perſonæ, vel temporis.

¶2 Præt.[h] Maius eſt iurare per Deum, q̃ per Euangelia Vũ[a] Chryſ. dicit. Si aliqua cauſa fuerit, modicum uidetur facere, q iurat per Deũ: ſed qui iurat ꝑ Euangelia, maius aliquid feciſſe uidetur. Quib⁹ dicendum eſt: Stulti, ſcripturæ propter Deũ factæ ſunt, non Deus propter ſcripturas: ſed cuiuslibet conditionis perſonæ, & quolibet tempore in cõi locutione conſueuerunt iurare per Deum. ergo multo magis licitum eſt eis iurare per Euangelia.

[a] Homil. 44. ſ Matth. in opere impfecto a medio illius tom. 2.

¶3 Præt. Idẽ [h] non cauſatur ex cõtrariis cauſis, qa contrariæ cauſæ ſunt contrariorũ: ſed aliq excluduntur à iuramento ꝑꝑ defectum perſonæ, ſicut C pueri añ quatuordecim annos, & ẽt illi, qui ſemel fuerunt periuri. non ergo uidetur, quòd aliq ꝓhibeantur iurare uel propter dignitatem, ſicut clerici, aut etiam propter temporis ſolemnitatem.

¶4 Præt. Nullus hõ uiuẽs in hoc mũdo eſt tãtæ dignitatis ſicut angelus. dr̃. n. Matthe. 11. ꝙ q minor eſt in regno cęlorũ, maior eſt illo. ſ. Ioanne Baptiſta adhuc in mundo uiuẽte; ſed angelo cõuenit iurare. dicitur. n. Apoc. 10. ꝙ angelus iurauit per viuentem in ſęcula ſęculorum. ergo [h] nullus homo propter dignitatem debet excuſari à iuramento.

Sed contra eſt, ꝙ hr̃ [a] 2. q. 5. Presbyter uice iu D ramẽti ꝑ ſanctã cõſecrationẽ interrogẽt. Et † 22. q. 5. dr̃. Nullus ex eccleſiaſtico ordine cuiquã laico qcquã ſuper ſancta Euangelia iurare p̃ſumat.

[a] 2. q. 5. c. Presbyter † 22. q. 5. ca. Nullus ex Eccleſiaſtico.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ in iur̃o duo ſunt cõſideranda. Vnũ qdẽ ex parte Dei, cuius teſtimoniũ inducit̃: & quantũ ad hoc debet̃ iur̃o maxima reuerẽtia. Et ꝑꝑ hoc [m] a iur̃o excludunt̃ pueri añ annos pubertatis, q non cogunt̃ ad iurandũ:[n] qa nondũ hñt perfectũ uſum rõnis, quo poſſint cũ reuerentia debita iurm̃ p̃ſtare. Et iterũ [p] piuri, q ad iurm̃ non admittunt̃,[q] quia ex retroactis p̃ſumit̃, ꝙ debitã reuerentiam iur̃o non exhibebunt. Et ꝓpter I hoc ẽt, ut iuramento debita reuerẽtia exhibeat̃, dr̃ [a] 22. q. 5. Honeſtũ eſt, ut q in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat cum oĩ honeſtate, & timore Dei. Aliud aũt eſt cõſiderãdũ ex parte hoĩs, cuius dictũ iur̃o confirmatur. Nõ. n. indiget dictũ hominis confirmatione, niſi qa de eo dubitat̃. Hoc autẽ derogat dignitati perſonæ, ut dubitet̃ de ueritate eorũ q̃ dicit: & iõ [a] pſonis magnę dignitatis nõ cõuenit iurare. Propter qđ dr̃ [a] 2. q. 4. c. Si qs presbyter, ꝙ ſacerdotes ex leuica iurare non debent: tũ pro aliqua neceſſitate, uel magna utilitate licitũ eſt eis [a] iurare & præcipuè pro ſpiritualibus negotiis: pro quibus ẽt iuramẽta competit p̃ſtare in ſolemnibus diebus, quibus eſt ſpiritualibus rebus vacandũ: non aũt tunc ſunt iuramenta præſtãda pro rebus tẽporalib⁹, niſi fortè ex magna neceſſitate.

Concluſionis pars 1.

[a] 22. q. 5. ca. Honeſtum.

3

[a] 2. q. 4. vel 5. (ſecũdũ aliques codices) ca. Si qs presbyter.

4

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ quidã ſunt, qui dictũ ſuum confirmare non poſſunt ꝑꝑ defectũ eorum: & quidam ſunt, quorum dictum adeò debet eſſe certum, quòd confirmatione non egeat.

Ad II dicendũ, ꝙ iuramentum ſm ſe conſideratum, tantò fortius eſt, & magis obligat, quantò maius eſt id, per quod iuratur, ut [a] Auguſ dicit ad Publicolam: & ſecundùm hoc, maius eſt iurare p F Deum, quàm per Euangelia. Sed põt eſſe ecõuerſò propter modum iurandi, utpote ſi iuramentũ, quod fit per Euangelia, fiat cũ quadã deliberatione, & ſolẽnitate: iuramentum autem quod fit per Deum, fiat leuiter, & abſque deliberatione.

[a] Epiſ. 154. aliquãtulũ a principio.

Ad III dicẽdũ, ꝙ nihil prohibet aliquid tolli ex contrariis cauſis per modum ſuperabundantię, & defectus: & hoc modo aliqui impediuntur à iuramento, qa ſunt maioris authoritatis, q̃ quòd eos iurare deceat: aliqui uerò, qa ſunt minoris authoritatis, quàm quòd eorum iuramento ſtetur.

Ad IIII dicẽdum, ꝙ iuramentum angeli inducitur non ꝑꝑ defectum ipſius, quaſi non ſit eius ſimplici dicto credendum, ſed ad oſtendẽdum id, quod dr̃, ex infallibili Dei diſpoſitione procedere. Sicut etiam & Deus aliquando in ſcripturis iurans inducitur, ad oſtẽdendum immobilitatẽ eius quod dicitur, ſicut Apoſtolus dicit ad Hebr. 6.

QVAESTIO XC.

De aſſumptione diuini nominis per modum adiurationis, in tres articulos, diuiſa.

Postea cõſiderãdum eſt de aſſũptiõe diuini noĩs per modũ adiurationis.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum liceat adiurare homines.

¶ Secundò, Vtrum liceat adiurare Dęmones.

¶ Tertiò, Vtrum liceat adiurare irrationales creaturas.

Articvlvs I.

Vtrum liceat adiurare hominem.

Ad primvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ nõ liceat hoĩem adiurare. Dicit. n. [a] Origenes ſuꝑ Matth. Aeſtimo qm̃ nõ oportet, ut uir q vult ſm Euangelium viuere, adiuret alterum. Si. n. iurare nõ licet quantum ad euangelicum Chriſti mandatum, notum eſt, quia [h] nec adiurare alterũ licet.

¶2 Præt. Manifeſtum eſt, ꝙ Princeps ſacerdotum Ieſum illicitè [b] adiurauit per Deum viuum.

¶3 Præt. Quicunq; [h] adiurat aliquẽ, quodammodo ipſum compellit: ſed non licet alium inuitũ cogere. ergo uidetur quòd nec liceat alium adiurare. K

¶4 Præt. Adiurare eſt [h] aliquẽ ad iurandũ inducere: ſed inducere aliquẽ ad iurandũ eſt ſuperiorũ, qui inferioribus iuramenta imponũt. ergo inferiores ſuperiores ſuos non pñt adiurare.

Sed contra eſt, ꝙ ẽt Deũ ꝑ aliqua ſacra obſecramus, eum obteſtantes. Apoſtolus etiã fideles obſecrat ꝑ miſericordiã

SVPER QV. XC.

In omnibus tribus articulis quæſ. 90. de adiuratione, ſola vna propter ſecũdũ articulũ occurrit dubitatio, quantum ſcilicet ualeat ratio litteræ toties repetita de actibus pertinẽtibus ad quandam ſocietatem cum Dæmone: conſurgunt ſiquidẽ hic duo dubia, An ſ. ceſſante omni inuocatione, reuerentia, & pacto, tam explicitè quàm implicitè, liceat homini uti operatione Dæmonum ad opera non excedẽtia uires naturales eorũ, nec mala, nec propter malum finem. Alterum eſt, ſi nõ eſt licitum, an ſit peccatũ mortalè uti huiuſmodi operibus Dæmonum, puta, locutione, executione, ſeu ſeruitio. Et eſt rõ dubitandi, quia non apparet hic malum ex genere, ſed ex periculo, quia ſcriptũ eſt, Cum peruerſo peruerteris: vel quia prohibitum. 1. ad Corinth. 10. Nolo vos fieri ſocios dęmoniorum, & experientia quotidiana teſtatur, cum arreptitiæ perſonę occurrunt, multos cum dæmonibus colloqui abſque ſcrupulo conſcientiæ. Et author infertius quæſtione nonageſima quinta, art. 5. ad primum dicit. loquit̃ere aliquid à Dæmone ſponte occurrente, quandoque licet propter utilitatem aliorum.

¶ Ad euidentiam huius

Porrectio per totum.

491

Sup. q. 85. articu. 17. ad 1.

[a] Origenes Hom. 35. in Matthe. non multũ remote a. n. te medio mo 3.

Dei, vt patet Rom. 12. qđ vř ad quandā adiurationē pertinere. ergo licitum eſt alios adiurare.

RESPON. Dicendū, ꝙ ille, qui iurat iuramento promiſſorio ꝑ reuerētiam diuini nominis, qđ ad confirmationem ſuæ ꝓmiſſionis inducit, ſeipſum obligat ad faciēdū qđ promittit, quod eſt ſeipſum immobiliter ordinare ad aliqd agēdū. Sicut aūt hō ſeipſum ordinare poteſt ad aliquid agendum, ita ēt alios, ſuperiores quidē deprecando, inferiores aūt imperādo, ut ex ſupra * dictis patet. Cum ergo utraq; ordinatio ꝑ aliquod diuinū confirmaꝛ, eſt adiuratio. In hoc tñ differunt, ꝙ hō eſt ſuorū actuū dominus, non autem eſt dominus eorum, q̄ ſunt ab alio agēda: & iō ſibijpſi poteſt neceſſitatē imponere ꝑ diuini nominis inuocationē. Non autem hāc neceſſitatem pōt alijs iponere, niſi ſubditis, quos poteſt ex debito pſtiti iuramenti cōpellere. Si m ergo aliqs ꝑ inuocationē diuini nominis, uel cuiuſcūq; rei ſacræ alicui nō ſibi ſubdito, adiurādo neceſſitatem agēdi aliqd imponere intēdat, ſicut imponit ſibijpſi iurando, talis adiuratio illicita eſt: n quia vſurpat poteſtatē in aliū, quā nō hēt: tñ ꝑꝑ aliquā neceſſitatē ſuperiores inferiores ſuos tali gñe adiurationis conſtringere poſſunt. Si o verò intēdat ſolūmodo ꝑ reuerētiā diuini nominis, uel alicuius rei ſacræ, aliqd ab alio obtinere abſq; neceſſitatis impoſitione, talis adiuratio licita eſt reſpectu quorūlibet q.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Origenes loquiꝛ de adiuratione, qua aliqs alicui neceſſitatē imponere intēdit, ſicut imponit ſibijpſi iurando. Sic. n. Princeps ſacerdotū pſumpſit domi num Ieſum Chriſtū adiurare.

AD II dicendum, ꝙ illa ratio procedit de adiuratione, quæ neceſſitatem imponit.

AD III dicēdū, ꝙ adiurare, non eſt aliquem ad iurandum inducere, ſed ꝑ quandam ſimilitudinē iuramēti à ſe inducti, aliū ad aliqd agendum prouocare. Aliter tñ adiuratione utimur ad hominem, & aliter ad Deū. Nā adiurādo hominē, ei⁹ voluntatem ꝑ reuerentiam rei ſacræ immutare intēdimus, qđ qdē nō intendimus circa Deū, cuius voluntas eſt immutabilis: ſed ꝙ à Deo per æternam eius uoluntatem aliquid obtineamus, non eſt ex meritis noſtris, ſed ex eius bonitate.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat dæmones adiurare.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vř ꝙ non liceat dæmones adiurare. Dicit. n. * Origenes ſuper Mat. Non eſt ſm poteſtatē datā à Saluatore h adiurare dęmonia, iudaicum. n. eſt hoc: nō autem debemus Iudæorum ritus imitari, ſed potius uti poteſtate à Chriſto data. ergo non eſt licitum dæmones adiurare.

¶ 2 Præt. Multi nigromanticis incātationibus dæmones inuocāt ꝑ aliqd diuinū, quod eſt adiurare. Si ergo licitū eſt h dæmones adiurare, licitū ē nigromāticis incantationibus uti, qđ patet eſſe falſum. ergo & primū.

¶ 3 Pręt. Quicūq; adiurat h aliquē, ex hoc ipſo aliquam ſocietatē cum ipſo facit: ſed nō licet cū dæmonibus ſocietatē facere, ſm illud 1. Cor. 10. Nolo uos ſocios fieri dæmoniorum. ergo non licet dęmones adiurare.

SED CONTRA eſt, quod dicit Marc. vlt. In nomine meo dęmonia eijciēt: ſed inducere aliū ad aliquid agendum ꝑꝑ nomen diuinum, hoc eſt adiurare. ergo licitum eſt dęmones adiurare.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſicut * dictum eſt, duplex eſt adiurandi modus. Vnus quidem ꝑ modum deprecationis, uel inductionis ob reuerētiā alicuius ſacri: alius aūt per modum compulſionis. m Primo aūt mō non licet dęmones adiurare, n qa ille modus adiurādi vř ad quandā beneuolentiā, uel amicitiā

ius difficultas ſciendum eſt, ꝙ hic non eſt quæſtio de inuocatione dæmonum, ut patet ex titulo dubij: qm̄ illa eſt manifeſte illicita, & pctm̄ mortale, ſpectans ad apoſtaſiam, ut infra loco proprio patet: ſed quæſtio eſt de colloquijs, & admiſſione ſeruitiorum, & hmōi, qñ dæmon ſponte ſe offert, aut occurrit. Et dicendū eſt, ꝙ dupliciter hō pōt huiuſmodi cōmunes actus exercere cum dæmone, aut tamq̄ cū hoſte, aut tamq̄ cum ſocio, ſeu non hoſte. Si enim homo inquirit aliquid loquendum, vel faciendū à dęmone tamquàm ab hoſte, nullum pctm̄ eſt: qm̄ dati ſunt nobis ī hoſtes, & hoſtiliter ad eos nos hēre debemus. Et qm̄ cū his hoſtibus nulla eſt induciarū conceſſa libertas, ut ſaltem poſſit hō cum dæmone quaſi treugæ tēpore conuerſari, cōſequēs eſt, ut ſemper hoſtiliter ad eos nos habere oportet. Ad hoſtes aūt dupliciter nos inculpabiliter exhibemus, ſ. expulſiuè, uel cōpulſiuè. Et propterea his ſolis duobus modus per ſe loquēdo, licitè ad dæmones nos habemus, uel expellēdo, ut in exorciſmis & orationib⁹ ſupra arreptitios fit: vel cōpellēdo, ut ſancti uiri ſæpe faciunt ꝑcipiendo eis diuina poteſtate, qua ſe eos cōpellere poſſe ſciūt, ut aliqua dicant, uel faciāt non ut ſpontanei, ſed ut hoſtes in captiuitate ſeruitutis redacti: quomō De⁹, & angeli utuntur miniſterio dæmonum. Si uerò homo ad dęmonē ſe habeat, non ut hoſtem, peccatum eſt q̄nque mortale, qñq; ueniale. Nā habere ſocialem actum cum dæmone, eſt peccatū mortale ex ſuo genere: quia actus ſocialis hēt materiam repugnantē nō qualitercumq;, ſed perniciosè. Et ꝙ ſit materia repugnans, patet ex eo, quòd ſocialis actus terminatur ad hoſtē Dei cæleſtis patriæ, & noſtrum. Conſtat. n. hoſtē repugnare ſocietati, cū ſocietas oīs ſub amicitia cōprehendatur honeſti, delectabilis, uel utilis. Nulla autē cum hoſte amicitia eſt cōceſſa. Quòd aūt ſit repugnans perniciosè, patet ex eo, ꝙ eſt cū hoſte in his, in quibus eſt hoſtis. Nā non pōt in dæmone diſtingui duplex genus uoluntariorū, quoddā ꝑtinens ad hoſtilitatem, & quoddā non, ut inter hoīes adinuicē inimicos contingit: ſed oīa uoluntaria dæmonis, hoſtilia ſunt ꝑꝑ eorum peruerſam, ac obſtinatam uoluntatē in malo, in tm̄ ut in quolibet ſuo uolūtario opere peccent mortaliter, ut in ꝑcedenti habitum eſt libro. Oīs aūt amicitia cum hoſte, in his quæ hoſtilia ſunt, eſt pnicioſa, utpote hoſtilitati cōtraria. Vñ ſequitur, ꝙ ſi cum dæmone exercetur act⁹ ſocialis ꝑfectè, eſt pctm̄ mortale: ſi uerò imperfectè, eſt pctm̄ ueniale. Habet autē rationē actus ſocialis ꝑfectè, ut in dæmonis uoluntaria cōfabulatione, ſeruitio, doctrina, & ſimilibus: hæc. n. ſocialis ſunt uitæ. Imperfectè autē, ſi quis ex leuitate, uel curioſitate, nō credens ſe diuinam amicitiam offendere, cū occurrente dæmone in aſſumpto corpore, uel arreptitio, ꝑ modum trāſeuntis loquitur, inquit curioſa, facit aliquid uanū ab eo fieri, puta, mouere lapidem, tūdet ꝑ tunc. In his namq; actib⁹, licet ſit perfecte ratio humani actus, non tñ eſt perfecte ratio actus ſocialis: & rōne hui⁹ imperfectionis à mortali excuſantꝛ. Sicut in quolibet genere peccati mortalis actus ꝑꝑ imperfectionē, ſunt pctā uenialia. Cum his autem omnibus ſtat, ꝙ per accidens licitum eſſe poteſt ab occurrente dæmone inquirere, & cum eo loqui propter aliorum utilitatē, ut author in allegata authoritate dicit, ſi caſus accidat, quaſi teſtimoniū ab hoſte oblato exigēs. Et tūc tamquàm cū hoſte hæc agenda ſunt, & per modum tranſeuntis. Ex quo namque hoc eſt per accidens, non exigitur cōpulſio, nec expulſio, niſi quo ad finē, hoc eſt, quòd finis proximus ſit imminēs utilitas, hoc expoſcens ad honorem Chriſti: quod raro, aut numquàm accidere uidetur, niſi his qui poſſunt dæmones compellere. Qm̄ mendax cum ſit, & hoſtis, nulla poteſt eius uerbis fides dari, niſi adſit uirtus compulſiua.

*q. 83. artic. 1.

Concluſ. m

Concluſ. p

Porrecta per totum 492

* Homil. vlt. ſ Mat. ſup illud: Adiuro te, dic nobis ſi tu es Chriſtus tom. 3.

* Ar. pręc.

Concluſ. n

pertinere, qua non licet ad dæmones uti. Secundo aũt [p] adiurationis modo, qui eſt ꝑ compulſionem licèt nobis ad aliquid vti, & ad aliquid non licèt. ¶ Dæmones.n.in curſu huius vitæ nobis aduerſarij conſtituunt: non aũt eorũ actus noſtræ diſpoſitioni ſubduntur, ſed diſpoſitioni diuinæ, & ſanctorũ angelorũ, quia vt * Aug. dicit in 3. de Tri. ſpũs deſertor regitur ꝑ ſpiritũ iuſtum. Poſſumus ergo dæmones adiurãdo ꝑ uirtutem diuini nois, tanq̃ inimicos repellere, ne nobis noceãt ſpiritualiter, uel corporaliter, ſm poteſtatẽ diuinã datam a Chriſto, ſm illud Luc. 10. Ecce dedi uobis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpẽtes, & ſcorpiones, & ſupra oẽm uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Non tñ licitũ eſt eos adurare ad aliquid ab eis addiſcendũ, uel ẽt ad aliquid per eos obtinendũ: quia hoc pertineret ad aliquam ſocietatem cũ ipſis habendam, niſi fortè ex ſpeciali inſtinctu, uel reuelatione diuina, aliqui ſancti ad aliquos effectus, dæmonũ operatione utantur: ſicut legitur de beato Iacobo, ꝙ per dæmonem fecit. Hermogenem ad ſe adduci.

Conclu. p · *Li. 3. c. 4 circa mediũ tom. 3.*

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Origenes loquitur de adiuratione, quæ non fit poteſtatiuè per modum compulſionis, ſed magis per modum cuiuſdam beneuolæ deprecationis.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ nigromãtici utunt̃ adiurationib. & inuocationib. dæmonũ ad aliq̃d ab eis addiſcendũ, uel adipiſcendũ: & hoc eſt illicitum, ut * dictum eſt. Vnde † Chryſ. dicit Marc. 1. exponens illud uerbum Dñi, quod ſpiritui immundo dixit. Obmuteſce, & exi ab homine. Salutiferũ hoc nobis dogma datur, ne credamus dæmonibus quantumcumque denuntient ueritatem.

** In corp. ar.* · *† In cõcio. de 2. d Lazaro iter princ. & med. to. 2*

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ rõ illa ꝓcedit de adiuratione, qua implorat̃ auxiliũ dæmonũ ad aliquid agendũ, uel cognoſcendum: hoc.n. vr̃ ad quandam ſocietatem ꝑtinere. Sed ꝙ aliquis adiurãdo dæmones repellat, hoc eſt ab eorũ ſocietate recedere.

ARTICVLVS III.

Vtrum liceat irrationalem creaturam adiurare.

Porrecta per totum.

492

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ non liceat adiurare irrationalem creaturã. Adiuratio.n. fit ꝑ locutionẽ: ſed fruſtra ſermo dirigitur ad eũ q̃ nõ [h] intelligit, qualis eſt irrationalis creatura. ergo uanum eſt, & illicitũ irrationale creaturã adiurare.

¶ 2 Præt. Ad eum uidetur competere adiuratio, [h] ad quem pertinet iuratio: ſed iuratio non pertinet ad creaturam irrationalem. ergo uidetur quòd ad eam non liceat adiuratione uti.

¶ 3 Præt. Duplex eſt adiurationis modus, ut ex ſupra * dictis patet. Vnus quidẽ per modum deprecationis, quo non poſſumus vti ad irrationalem [h] creaturã, quæ non eſt dña ſui actus. Alia aũt adiuratio eſt per modum compulſionis, qua etiam, ut vr̃, ad eam [h] uti non poſſumus: quia non eſt nr̃m creaturis irrationalibus imperare, ſed ſolũ illius, de quo dicitur Matt. 8. Quoniam uenti, & mare obediunt ei. ergo nullo modo, ut uidetur, licet uti adiuratione ad irrationales creaturas.

** Art. 1. & 2. pręced.*

SED CONTRA eſt, quod Simon & Iudas leguntur adiuraſſe dracones, & eis præcepiſſe, ut inde-
F ſertum locum diſcederent.

RESPON. dicendum, ꝙ creaturæ irrationales ab alio agũtur ad proprias operationes. Eadem [d] aũt actio eſt eius, quod agitur & mouetur, & eius q̃d agit & mouet, ſicut motus ſagittæ ẽt eſt quædam operatio ſagittantis: & ideò operatio irrationalis creaturæ non ſolũ ipſi attribuit̃, ſed principaliter Deo, cuius diſpoſitione oia mouentur. Pertinet ẽt ad diabolũ, qui ꝑmiſſione diuina utitur aliquibus irrationalibus creaturis ad nocẽdum hominibus. Sic ergo adiuratio, qua quis utitur ad irrationalẽ creaturã, põt intelligi dupl'r. Vno modo, ut adiura-
G tio referatur ad ipſam irrationalẽ creaturã ſm ſe: & ſic [m] uanũ eſſet irrationalẽ creaturã adiurare. Alio modo, ut referat̃ ad eum, a quo irrationalis creatura agit̃, & mouet̃: & ſic [p] dupliciter adiurat̃ irrationalis creatura. ¶ Vno quidẽ modo, ꝑ modũ deprecationis ad Deũ directę, q̃d ꝑtinet ad eos q̃ diuina inuocatione miracula faciunt. Alio mõ, [d] ꝑ modũ cõpulſionis, q̃ refert̃ ad diabolũ, q̃ in nocumentum nr̃m vtitur irrationalib. creaturis: & talis eſt modus adiurãdi in Eccleſię exorciſmis, ꝑ quos dæmonũ ptãs excludit̃ ab irrationalib. creaturis. Adiurare aũt dæmones ab eis auxiliũ implorando,
H non licet. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

D 34. · *Conclu. m* · *Conclu. p* · D 82.

QVAESTIO XCI.

De aſſumptione diuini nominis ad inuocandum per orationem, uel laudem, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de aſſumptione diuini nois ad inuocãdũ ꝑ orationẽ, uel laudẽ. Et de oratione quidem iã dictum eſt. Vnde nũc de laude reſtat dicendũ.

I CIRCA primum q̃runtur duo.

¶ Primò, Vtrum Deus ſit ore laudandus.

¶ Secundò, Vtrum in laudibus Dei ſint cantus adhibendi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus ſit ore laudandus

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Deus nõ ſit ore laudãdus. Dicit n.* Phil. in 1. Ethi. Optimorũ [h] nõ eſt laus, ſed maius aliquid, & melius: ſed Deus eſt
K ſuper oia optimus. ergo Deo non debetur laus, ſed aliquid maius laude. Vnde Eccle. 43. dr̃, ꝙ Deus maior eſt omni laude.

¶ 2 Præt. Laus Dei ad cultũ ipſi⁹ ꝑtinet, eſt.n. religionis act⁹. ſed De⁹ mẽte colit̃ magis, q̃ ore. unñ Dñs Matt. 15. contra quoſdã inducit illud Iſa. Pp̃s hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longè eſt a me. ergo la⁹ Dei magis [h] conſiſtit in corde, quàm in ore.

¶ 3 Præt. Homines ad hoc ore

SVPER Q. XCI.

ART. I. ET II.

IN duob⁹ articulis q. 91. nota primo finem cantus conſiſtere in excitatione devotionis propriæ, vel alienæ ad Deum. Et cum oia q̃ ſunt ꝑ finem, non ſint ꝑ ſe appetenda, nec facienda, niſi inquantum ſunt vtilia ad finem, conſequens eſt, vt in eccleſiaſticis officijs in eccleſijs perſoluendis, debeat im cantari, quantum expedit excitãdæ deuotionis cantantium, ſi alienę deuotionis ratio ceſſat, & nõ plus. Et quia non poteſt prælatus ſingulorum affectus in ſtatera hic, & ſi haberet, ꝓ plus eſt cõis deuotionis, non ſingularis rationem habere in communib⁹: ideò prudentia opus eſt in iſtis, ut pr̃latis conditionibus perſonarum &c. quantum pro excitanda, & cõſeruanda deuotione expedire videbitur, cantetur. Ratio verò alienæ deuotionis ſic habenda eſt, ut propria non deſtruatur. Non.n. debet noſtra eſſe tibi[illegible] aliena ſubuentio, ſecundũ Apoſtoli doctrinam, 2. ad Corinth. 8. Et David,

Porrecta per totum.

493

3. diſ. 9. q. 1. art. 3 q. 3. cor. & ad 2. Et 4. d. 15. q. 4. art. 2. q. 1. cor. Et Pſ. 32. Et Eph. 5. lect. 7. * lib. 1. c. pen. to. 5

David, cũ dixiſſet. Sẽper laus eius in ore meo, ſubiungit, Magnificate dñm mecũ, nõ cõtra me. Vndè a duobus cauendũ eſt, ſ. ne ideo cantetur, quaſi ipſe cantus ſecundum ſe ſit Deo gratior, & ne cantetur cauſa delectationis nr̃æ, uel alienæ in eccleſiaſticis officijs, ut patet ex fine. Et ex authoritate Aug. ex 10. confeſſionum in litera allata.

¶ Nota ſecũdo, ꝙ tpe Diui Thomę Eccleſia nõ utebatur organis.

¶ In cuius ſignũ, adhuc Romana Eccleſia corã ſummo Pontifice nõ utitur. Et ſi rõnem in litera allatã ex 8. Polit. attentius meditati fuerimus, apparebit, ꝙ in eccleſiaſtico officio, ad qd ſuſcipiẽdæ diuinæ interioris diſciplinę gra cõuenimus iuxta illud, Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendã illi ſalutare Dei: nõ ſunt admittẽda talia inſtrumenta muſica. Tantoq́; magis excludẽda ſunt, quãtò diuina diſciplina interior excellentior eſt oibus diſciplinis humanis huiuſmodi inſtra repellẽtibus. Et licèt per ſe loquendo hoc ſit uerũ, põt tñ ꝑ accidens tolerari extenſa iã conſuetudo organorũ, ꝑꝑ nimiã elongationem hoium à diuino cultu, ut uel ſic allecti, diuinis interſint. Qui tñ organa in Eccleſia medicinam animæ à remotis eſſe cogitauerit, parce illis utetur, ne ſanis noceat minuẽdo, uel tollẽdo eorũ deuotiones. Et licèt organorũ uſus licitus iam in Eccleſia ſit

Contra. m

cauſa excitandæ deuotionis, illicitus tñ eſt cauſa delectationis eadem ratione, qua cantus.

¶ Sed occurrit hic dubiũ, An pulſare in organis inter officia eccleſiaſtica ſonos ſæcularium uanitatũ, ſit peccatũ mortale. Et eſt rõ dubij, quia quidã propter irreuerentiã diuini cultus, putant ꝙ ſic. Alij aũt uidentur hãc reſpuere ſententiã, quia ſonus abſtrahit a materia hac, uel illa, &

Cõcl. pars.

ſonus qui ab uno applicatus eſt ad materiã uanam, poteſt ab altero applicari ad materiam ſpiritualem, ut patet.

¶ Ad euidentiam huius oportet vitare ambo extrema, ne ſ. tãti faciamus abſtractionem ſoni à materia, vt omnis ſonus æq; admittẽdus ſit in Eccleſia, quoniam eadem eſt ratio de cantu, & ſono, quoniam cantus abſtrahit etiam à materia, & poteſt vnuſmet cantus applicatus ad malam materiam, euam applicari ad ſpiritualẽ nõ minus, q̃ unuſmet ſonus. Conſtat autẽ ex authoritate Hieronymi in litera allata, quæ habeť in Decretis diſ. 92. ca. Cantantes, ꝙ non oĩs cantus eſt in Eccleſia licitus. Nõ igitur oĩs ſonus eſt in Eccleſia licitus. Neq; etiã oẽm irreuerentiã, ſeu indecentiã diuinis admiſtã, mortale peccatũ dicamus. Contingit nãq; uel ꝑꝑ imperfectionem actus, puta q̃a in re modica, uel ꝑꝑ pietatẽ intentionis, indiſcretam tñ habẽtis media, uenialiter tantum peccare in melius dedecentibus diuina.

¶ Inter hæc igiť, & ex his ꝓcedẽdo, dicẽdũ eſt, ꝙ dupliciter contingit pulſare in diuinis officijs organa cũ ſonis rerũ uanarũ, ſ. ꝑ ſe, & ꝑ accidẽs, hoc eſt, ex intẽtione ingerendi illa uana, & nõ ex intẽtione ingerendi illa uana, ſed tantũmodo ſonũ illũ. Et primo quidẽ modo, ſi res illæ ſunt nõ ſolũ uanæ, ſed ꝓuocatoriæ ad impudicitiã, & hmõi, manifeſtè eſt peccatũ mortale non ſolũ inter eccleſiaſtica, ſed extra: q̃a hoc eſt mortale ex ſuo genere, & tãto grauius, quãto eſt inter diuina. Si uerò ſunt ſolũ uana, tũc nõ deeſt peccatũ ſupſtitionis ĩ tali actu. Eſt nãq; talis actus in prima ſpecie ſupſtitionis, qua Deo cultus exhibeť mõ indebito. Cõſtat nãq; ꝙ ſonus inter diuina, pars diuini cult⁹ eſt, & ꝑ ſolẽnitate diuini cultus adhibetur ab eccleſia, & ꝙ mõ indebito colitur Deus, qñ ſonus uanitatũ ex intẽtione admiſceť loco ſolẽnitatis eccleſiaſticæ. Cõtrariať autẽ talis actus ex ſuo genere diuino cultui. Primò, quo ad finẽ: quia actus iſte ex ſuo genere eſt excitatiu⁹ mentis, & effectus ad uana, & ꝑ hoc directè contrarius actui diuini cultus excitatiui ad deuotionẽ. Secundò, quo ad ueritatem ex parte colẽtis: quia cult⁹ diuinus ꝑ miniſteriũ pulſantis ab Eccleſia Deo reddẽtus, falſificatur, ita ꝙ falſarij ſunt oẽs ſic pulſantes, & ꝓcurãtes, aut cõſentientes, qui ex parte Eccleſiæ cultum cõtra modũ ab ea iuſſum, Deo exhibent, quantum eſt ex natura talis actus, vt inferius in quæſt. 93. artic. 1. ex litera habere potes. Et quoniam ſuperſtitio ex ſuo genere eſt mortale peccatum, & actus iſte ex ſuo genere contrariatur fini diuini cultus: ideò ex intentione pulſare in eccleſiaſticis officijs ſiuè mala, ſiuè vana, peccatum eſt mortale

D. 806.

*In commentario ſuo in Pſ. 64. to. 8. adducta et tranſlatione ſua in Pſ. eundẽ tomo 4.

* Cap. 1. nõ multũ remote ante medium.

*In corp. ar.

*In corp. ar.

Porrecta per ſetum.

494

Locus art. 1. adductus.

laudanť, ut ad meliora ꝓuocentur. Sicut.n. mali ex ſuis laudib⁹ ſupbiũt, ita boni ex ſuis laudibus ad meliora ꝓuocanť. vñ dr̃ Prouer. 27. Qũo probať in conflatorio argentũ, ſic probať hõ ore laudantiũ: ſed Deus per verba hoium non prouocatur ad meliora, tum quia immutabilis eſt, tũ quia ſummè bonus eſt, & non habet quo creſcat. ergo Deus non eſt ħ laudandus ore.

B

SED CONTRA eſt, quod in Pſ. 62. dicitur. Labijs exultationis laudabit os meum.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ verbis alia rõne vtimur ad Deũ, & alia rõne ad hoiem. Ad hoiem.n. vtimur verbis, vt cõceptũ nr̃i cordis, quẽ nõ põt cognoſcere, niſi verbis nr̃is ei exprimamus: & iõ laude oris ad hoiem vtimur, vt vel ei, vel alijs innoteſcat, ꝙ bonã opinionẽ de laudato habemus, vt ꝑ hoc & ipsũ q̃ laudať ad meliora ꝓuocemus, & alios, apud quos laudať, in bonã opinionẽ, & reuerentiã, & imitationem ipſius inducamus: ſed ad Deũ verbis vtimur, non quidẽ ut ei, q̃ eſt inſpector cordiũ, noſtros cõceptus manifeſtemus, ſed ut nosipſos, & alios audiẽtes ad eius reuerentiã inducamus: & iõ [m] neceſſaria eſt laus oris, nõ qdem ꝑꝑ Deũ, ſed ꝑꝑ ipſum laudantẽ, cuius affectus excitať in Deũ ex laude ipſius, [n] ſecundũ illud Pſal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendã illi ſalutare Dei. Et inquantũ homo per diuinam laudẽ affectu aſcendit in Deũ, intantum per hoc retrahitur ab his, quæ ſunt cõtra Deũ, ſm illud Iſa. 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas. Prodeſt etiam laus oris ad hoc, ꝙ aliorũ affectus ꝓuoceť in Deũ. unde dr̃ in Pſal. 33. Semper laus eius in ore meo & poſtea ſubditur. Audiant manſueti, & lętentur. Magnificate dominum mecum.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ de Deo dupliciter poſſumus loqui. Vno mõ, quantũ ad eius eſſentiã: & ſic, cũ ſit incõprehenſibilis, & ineffabilis, maior eſt omni [d] laude. Debeť aũt ei ſm hanc cõparationẽ reuerẽtia, & latriæ honor: unde & in Pſal. 64. ſm tranſlationẽ * Hierony. dr̃. Tibi ſilet laus Deus, quantũ ad primũ: &, Tibi reddetur uotum, quantũ ad ſecundũ. Alio modo ſm effectus ipſius, qui in noſtrã utilitatem ordinantur: & ſm hoc debetur laus Deo. unde dicitur Iſa. 63. Miſerationũ Dñi recordabor: laudẽ Dñi annuntiabo ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dñs. & * Diony. dicit 1. cap. de diui. nom. Omnẽ ſanctum theologorum hymnum, ideſt, diuinam laudẽ inuenies ad beatos thearchię, ideſt, diuinitatis proceſſus, manifeſtatiuè, & laudatiuè Dei nominationes diuidentem.

C

AD 2m dicendũ, ꝙ laus oris inutilis eſt laudãti, ſi ſit ſine laude cordis. Tũc.n. loquitur Deo laudẽ, dũ magnalia operũ eius recogitat cum affectu. Valet tñ exterior laus oris ad excitandũ interiorẽ affectum laudãtis, & ad prouocandum alios ad Dei laudem, ſicut * dictum eſt.

D

AD 3m dicendũ, ꝙ Deum non laudamus propter utilitatem ſuam, ſed propter utilitatem noſtram, ut * dictum eſt.

ARTICVLVS II.

E

Vtrum in diuinis laudibus ſint cantus aſſumendi.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videť ꝙ cãtus nõ ſint aſſumẽdi in laudẽ diuinã. Dicit.n. Apoſt. ad Coloſ. 3. Docentes, & commonentes uoſmetipſos in pſalmis, & in hymnis, &

ex

ex ſuo genere.In cui⁹ ſignũ Leuit. 10. Filij Aarõ deuotati ſunt: q̃a ignẽ alienũ in diuino cultu appoſuerũt. Simile nãq; accidit in propoſito: q̃ñ ignis alieni amoris,ſ. carnis,vel mũdi in diuino apponiˆ cultu loco antiphonarum, & laudũ diuinarũ. Par ſiquidẽ eſt ex intẽtione talium,ſono vocis naturalis, aut artificialis hæc in diuino cultu ꝓferre. Conſtat autẽ,ꝙ naturali voce hæc diuino admiſta cultui pniciosiſſima eſſent: ergo &c. Si q̃s tñ neſciens diuino ſe cultoi per hoc facere iniuriã, ſed putãs vanitatẽ ſolũmodo in hmõi interuenire, & ex hmõi ignorantia ingerat pulſando vana delectationis cã, ſicut etiã ꝑdicatores vana aliqua inter ꝑ dicandũ immiſcẽt non tamq̃ prædicatores, ſed pſonæ priuatæ, vanæ delectationis grã, talis nõ niſi materialiter ſuperſtitionẽ cõmittit, & excuſaˆ à mortali ſuperſtitioſo, ex quo paratus erat,ſi cognouiſſet, nõ patrare hoc facinus, ſicut de alijs ſuperſtitionibus ignotis inferius diceˆ. A grauiſſimo tñ peccato, & forte mortali, ſacrilegij nõ excuſatur,q ex intẽtione inter diuina immiſcet talia mundana,quæ ſi verbis exprimeret ibidẽ, null⁹ excuſaret à mortali. Et reduciˆ hoc crimẽ ad eã ſacrilegij ſpeciẽ, qua rebus ſacris iniuria fit vtẽdo diuino cultu in hac parte, vt re quadã nõ ſacra,ex quo nõ vt partẽ diuini cultus iſte pulſans diceret ſe hęc inferre, ſed potius vt extranea interponere, Et nihilominus ꝓ quãto etiã loco ſacro iniuria fit, dũ in dicato ad Dei laudẽ loco ꝓphana hæc fiũt, ad aliã ſacrilegij ſpeciẽ ſpectat, qua loco ſacro iniuria fit. Si verò hoc fit pter intentionẽ cuiuſcũq; materię ex ſola intẽtione ſoni talis ꝓꝑ ſuã conſonantiã,tunc ſecundũ ſe nullũ peccatũ eſt: ſed rõne vſus,vel euẽtus põt ibi eſſe peccatũ.Rõne vſus,ſi accõmodatus cõmuniter eſt talis ſonus ad materiã dedecẽtẽ ſacra: Qm̃ idem eſt de tali ſono iudicium,qđ eſt de cãtu theatrali, aut tragico, qui propter talẽ vſum prohibiti ſunt in Eccleſia. Rõne verò euẽtus, ſi cõmuniterˆ ex tali ſono excitantur auditorũ animi ad mala, vel vana. Propter qđ q̃ñq; põt interuenire etiã peccatum mortale in huiuſmodi, vt ibi patet,ſi ſonus aliquis alicubi ex conſuetudine excitatiuus eſſet ad venerea, aut valde diſtractiuus clericorũ, præcipuè a diuinis. Et quãmuis pia intentio,vt ſcilicet per huiuſmodi ſonorũ delectationẽ,infirmorũ valde, aut malorum animi recreati, attentius vacent diuinis, alleuiet dicta peccata, non tamen excuſat totaliter: quia nõ ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Et ſunt dicta omnia hęc accipienda,ſi deſit in his ſcandalum puſillorum.

*Ad Eph. 5.10. 9. hr̃ in decr. diſ.92. ca. cantãtes.

*Lib.4.re giſtri cap. 88. paulo a prin. Et hr̃ di. 92. ca.in ſancta Romana.

*Li.9.ca. 7.tom.1.

*Art.præced.

*Li.8.Polit.c.5.6. & 7.

†Li.1.c.1. Concl.

*Li. 10.c. c.33.to.1.

*Li.9.c.6. circa finẽ tom.1.

b cãticis ſpũalibus:ſed nihil debemus aſſumere ĩ diuinũ cultũ ꝑter ea, quæ nobis authoritate Scripturæ traduntˆ. ergo videtˆ ꝙ non debemus vti in diuinis laudibus cãticis corporalibus, ſed ſolum ſpiritualibus.

¶ 2 Præt.* Hierony.ſuper illud ad Epheſ.5. Cãtantes,& pſallẽtes in cordib⁹ veſtris dño,dicit. Audiãt hęc adoleſcẽtuli:audiãt hi,q̃bus in Eccleſia eſt pſallẽdi officiũ,Deo h nõ voce,ſed corde cãtandũ: nec in tragœdiarũ mopũ guttur,& fauces medicamine liniẽdæ ſunt, vt in Eccleſia theatrales moduli audiantˆ, & cãtica.nõ ergo in laudes Dei ſunt cantus aſſumendi.

¶ 3 Præt.Laudare Deũ cõuenit h paruis, & magnis, ſm illud Apoc.19.Laudẽ dicite Deo nr̃o oẽs ſancti ei⁹, & q̃ timetis Deũ puſilli,& magni:ſed maiores,q̃ ſunt in Eccleſia, nõ decet cãtare dicit.n.* Gregor.& hr̃ in decretis diſt.92.ca.in ſancta Romana Eccleſia. Pręſenti decreto conſtituto,vt in ſede hac ſacri altaris miniſtri cantare non debeant.ergo cantus non conueniunt diuinis laudibus.

¶ 4 Prę.In veteri lege laudabatˆ Deus in muſicis inſtrumẽtis, & humanis cãtibus, ſm illud Pſ. 32. Cõfitemini dño in cithara, in pſalterio decẽ chordarũ pſallite illi. Cãtate ei cãticũ nouũ: inſtrumẽta muſica, ſicut citharas,&pſalteria ñ aſſumit Eccl'ia ĩ diuinas laudes,ne videatˆ iudaizare.b ergo pari rõne nec cãt⁹ in diuinas laudes ſũt aſſumẽdi.

¶ 5 Pręt.Principalior eſt la⁹ mẽtis,q̃ laus oris:ſed la⁹ mẽtis impeditˆ p h cãtus, tũ q̃a cãtantiũ itẽtio abſtrahitˆ a cõſideratiõe eorũ q̃ cãtant, dũ circa cantũ ſtudẽt. tũ ẽtiã q̃a ea quæ cãtantur,minus ab alijs intelligi poſſunt, q̃ ſi ſine cantu proferentˆ. ergo cantus non ſunt in diuinis laudibus aſſumendi.

Sed contra eſt, quod beatus Ambroſius in Eccleſia Mediolanenſi cantus inſtituit, vt* Auguſt. refert.lib.9.confeſſ.

Reſp. Dicẽdũ,ꝙ ſicut dictũ* eſt,Laus vocalis ad hoc neceſſaria eſt, vt affectus hoĩs ꝓuocetˆ in Deũ: & ideò quęcũq; ad hoc

F vtilia eſſe poſſunt,ĩ diuinas laudes cõgruenter aſſumuntˆ. Manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ ſecundũ diuerſas melodias ſonorũ, animi hoĩum diuerſimodè diſponuntˆ, vt patet ꝑ Philo.in 8. * Politic. & ꝑ boet. † in prologo muſicę & ideò * ſalubriter fuit inſtitutũ,vt in diuinas laudes cãtus aſſumeretˆ, vt animi īfirmorũ magis ꝓuocarentˆ ad deuotionẽ. a Vndè* Auguſt.dicit in 10. con- G feſſ.Adducor cãtandi cõſuetudinẽ approbare in Eccleſia, vt ꝑ oblectamẽta auriũ, infirmorũ aĩus in affectũ pietatis aſſurgat.Et de ſeipſo * dicit in 9.cõfeſ.Fleui in hymnis, & canticis tuis ſuaue ſonãtis Eccleſiæ tuę, vocibus commotus acriter.

Ad primvm ergo dicendũ,ꝙ cãtica ſpiritualia poſſunt dici nõ ſolùm ea,quæ interius canũtur ſpiritu,ſed etiam ea quæ ex- H terius ore cantantur, inquantũ per huiuſmodi cantica ſpiritualis deuotio prouocatur.

Ad secvndvm dicẽdũ,ꝙ Hiero.nõ ſimpl'r vitupat cantũ,ſed reprehẽdit eos,q̃ in Eccl'ia cantãt more theatrico non ꝑ deuotionẽ excitandã, ſed ꝑ oſtentationẽ, vel delectationẽ prouocandã. Vnde Auguſt. dicit in* 10.confeſ.Cũ mihi accidit,vt me amplius cantus q̃ res quæ cãtatur, mouet, pœnaliter me peccare confiteor,& tũc mallẽ nõ audire cãtantẽ.

*Li. 10.c. 33.nõ ꝓcul a fine, to.1.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ nobilior modus eſt ꝓ- I uocãdi hoĩes ad deuotionẽ per doctrinã,& prædicationẽ,q̃ per cantũ.Et iõ dyaconi, & prælati, q̃bus cõpetit ꝑ ꝓdicationẽ, & doctrinã aĩos hoium ꝓuocare in Deũ, nõ dñt cantibus inſiſtere,ne per hoc à maioribus retrahantur. Vnde ibidem * Gre. dicit. Conſuetudo eſt valde reprehenſibilis, vt in diaconatus ordine conſtituti, modulationi vocis inſeruiant,quos ad prædicationis officium,& eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat.

*Lib.4.regiſtri. ca. 88. circa princ.

Ad qvartvm dicẽdũ,ꝙ ſicut Philoſ.dicit in* 8. Polit.Neq; fiſtulas ad diſciplinã eſt adducẽdũ,neq; aliqđ aliud artificiale organũ, puta,citharam,& ſi qđ tale alterum eſt: ſed quæcũq; faciunt auditores K bonos. Huiuſmodi.n. d muſica inſtrumenta magis aium mouent ad delectationẽ, q̃ per ea formetur interius bona diſpoſitio.In veteri autem teſtamento vſus erat talium inſtrm̃, tum quia populus erat magis durus, & carnalis, vndè erat per huiuſmodi inſtrumenta prouocandus,ſicut & per promiſſiones terrenas: tum etiam quia huiuſmodi inſtrumenta corporalia aliquid figurabant.

*Li.8.c.6. circa me. tom.5.

D. 966.

Ad qvintvm dicẽdũ, ꝙ ꝑ cantũ, quo q̃s ſtudioſè ad delectandũ vtitˆ, abſtrahitur animus a cõſideratione eorum, quæ cantantur: ſed ſi aliquis cantet propter deuotionem, attentius cõſiderat quæ di-

cuntur:

A cuntur, tùm quia diutius moratur ſuper eodē: tùm quia, ut Aug. dicit in 10. confeſſ. Oēs affectus ſpiritus nr̄i pro ſua diuerſitate habent proprios modos in uoce, atq; cantu, quorum occulta familiaritate excitanť. Et eadē ēt eſt rō de audientib. in qb⁹ etſi aliqñ non intelligant, quæ cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur. ſ. ad laudem Dei: & hoc ſufficit ad deuotionem excitandam.

* Li. 10. c. 33. inter princ. & medium tom. 1.

QVAESTIO XCII.

De vitijs religioni oppoſitis, in duos articulos diuiſa.

B POſtea conſiderandum eſt de uitijs religioni oppoſitis. ¶ Et primo, De illis quæ cum religione conueniunt in hoc, ꝙ exhibent cultum diuinum. ¶ Secundò, De vitijs manifeſtā contrarietatem ad religionē habentib. per contenptū eorum, q̄ pertinent ad diuinum cultū. Primum aūt horum pertinet ad ſuperſtitionem: ſm aūt ad irreligioſitatem. Vndè primò conſiderandū eſt de ipſa ſuperſtitione, & de partib. eius. Deindè de irreligioſitate, & partibus eius.

CIRCA primum q̄runtur duo.

¶ Primò, Vtrum ſuperſtitio ſit vitium religioni contrariū.

¶ Secundò, Vtrum habeat plures partes, ſeu ſpecies.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſuperſtitio ſit vitium religioni contrarium.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ ſuperſtitio non ſit vitium religioni contrariū. Vnū enim contrariorū non ponit̄ in diffinitione alterius: ſed religio ponit̄ in diffinitione ſuperſtitionis. dr̄. n. ſuperſtitio eſſet religio ſupra modū ſeruata, vt patet i gl. ad Coloſſ. 2. ſuper illud, Quę ſunt rōnem habentia ſapientię in ſuperſtitione. ergo ſuperſtitio ñ ē vitiū religioni cōtrariū.

¶ 2 Præt. Iſidor. dt̄ i lib. Etym. Superſtitioſos ait Cicero appellatos, q totos dies deprecabant̄, & immolabāt, vt ſui ſibi liberi ſuperſtites fierēt: ſed hoc ēt poteſt fieri ſm veræ religionis cultū. ergo ſuperſtitio non eſt vitium religioni oppoſitū.

¶ 3 Præt. Superſtitio quendam exceſſum importare vr̄: ſed religio non pōt hr̄e exceſſum, qa ſicut ſupra dictum eſt, ſm eā non contingit æquale Deo reddere eius, quod debemus. ergo ſuperſtitio non eſt vitium religioni oppoſitum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in lib. de decem chordis. Tāgis primam chordam, qua colit vnus Deus, & cecidit beſtia ſuperſtitionis: ſed cultus vni⁹ Dei pertinet ad religionem. ergo ſuperſtitio religioni opponitur.

*c. 9. a medio, to. 9.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, religio eſt uirtus moralis. Oīs aūt virtus moralis in medio cōſiſtit, ut ſupra habitū eſt: & ideò duplex uitiū uirtuti morali opponitur. Vnū quidē ſm exceſſum: aliud autē ſm defectū. Contingit aūt excedere mediū virtutis nō ſolū ſm circunſtantiam, q̄ dr̄ quantum, ſed ēt ſm alias circūſtantias. Vnde & in aliquibus virtutib. ſicut in magnanimitate, & magnificentia, uitiū excedit virtutis mediū, non qa ad maius aliquid tēdat q̄ uirtus, ſed fortè ad min⁹. C Tranſcendit tñ uirtutis mediū, inquantū facit aliquid, cui non dēt, uel qñ non debet, & ſimiliter ſm alia hmōi, ut patet per Philoſophū in 4. Ethic. Sic ergo ſuperſtitio eſt vitiū religioni oppoſitū ſm exceſſum, non qa plus exhibeat in cultū diuinū, q̄ vera religio, ſed quia exhibet cultū diuinū vel cui non debet uel eo modo quo non debet.

*q. 81. a. 5

* 1. 2. q. 64. ar. 1.

* Li. 4. c. 3 & 5. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ſicut bonum metaphoricè dr̄ i malis, prout dicimus bonum latronem: ita ēt nomina uirtutū qñque tranſumptiuè accipiunt̄ in malis, ſicut prudentia qñque ponit̄ pro aſtutia, ſm illud Luc. 16. Filij huius ſæculi prudētiores filijs lucis ſunt, & ꝑ hūc modum ſuperſtitio dr̄ eſſe religio.

AD II dicendum, ꝙ aliud eſt etymologia nois, & aliud eſt ſignificatio nois. Etymologia attenditur ſm id, a quo imponit̄ nomen ad ſignificandū: nois verò ſignificatio ſm id, ad qđ ſignificandum nomen imponit̄, quæ qñque diuerſa ſunt. F Nomē enim lapidis imponitur a læſione pedis, non tñ hoc ſignificat: alioquin ferrū, cū pedē lædat, lapis eēt. Siľr ēt nomē ſuperſtitionis nō oportet ꝙ ſignificet illud, a quo nomē eſt impoſitū.

SVPER Q. XCII.

Hic do Hiſco Tra. 3. p. 3. pa. 3. q. 9.

IN q. 92. articulis duobus, quædam occurrunt ſcribenda ſpectantia ſpecialiter ad ſcđm articulum. Et primò, ꝙ duæ ponuntur in litera ſpecificæ diſtinctiones ſuperſtitionis. Prima penès diſtinctionem obiectorū, ſ. Creatoris, cui debetur cult⁹ latriæ, q̄ĩ idebitè exhibetur, & creaturæ, cui cultus latriæ non debetur. Scđa, penès diſtinctioné finium diuini cultus: qđ nō eſt ſic intelligendū, quaſi cultus diuinus habeat plures fines principales, cū vnus ſit eius adequatus finis. ſ. diuina reuerētia: ſed quia ſub vno principali fine ſunt & alij fines ſecundarij, qui in litera numerantur. Deinde, ꝙ quemadmodum in diuino cultu inueniuntur tria genera diuinorū, primò, ſacrificia, oblationes, decimæ, vota, & huiuſmodi, q̄ directè in Dei reuerentiā ſunt: ſecundò orationes, cōtēplationes, lectiones, & hmōi, q̄ ad inſtructioné noſtrā ordinanť: tertiò, ſacra, benedictiones, ſacramentalia, ieiunia, feſta, & hmōi, q̄ directè conſiſtunt in ritū inſtituto a Deo, & ordinantur ad dirigendos noſtros actus, vt ſunt actus regenerationis, confirmationis, ordinis, matrimonij &c. ita in cultu ſuperſtitioſo ēt primo idolatria, q̄ diuinā reuerentiā exhibet creaturæ: ſecūdo diuinatio, q̄ tot modis inſtructioné à dæmone q̄rit: tertio augurū obſeruatio, qua tam multipliciter & operationes ſuas cōſtruunt, continent, laxant, & aliquas creaturas qnq; aſſumūt

Porrecta per totum.

495 Inf. q. 94. art. 1. cor. Et q. 95. ar. 1. cor. & q. 122. art 3. cor. Et 3. di. 9. q. 1. art. 1. q. 2. ad 3.

*Gl. interlinearis, ibid.

*Lib. 10. c. 38. Icipit, Sapiēs di ctus, ante med.

*q. 81 ar. 3 ad 3.

ad ſua opera, quaſi ſacramentalia q̄dā.

¶ In ſolutione ad primum eiuſdē ſecundi articuli aduerte diligēter tā ſpeculatiuè, ꝙ licet prima fronte appareat, ꝙ quemad modū religio eſt virtus vna ſcđm ſpeciē, eo, ꝙ actus eius adæquatus eſt vnus, ſ. colere Deum, qm̄ i hoc actu clauditur & diuina reuerétia, & hominis ſeruitus reſpū Dei, ad q̄ duo ordināt ur oīa religiõis opera, vt ſuperius in q. 81. ar. 3. ad ſcđm diximus: ita in ſuperſtitione colente creaturā, vna eſt ſpecies, cuius propriū eſt colere creaturā, & illā venerādo ſacrificijs, & illi ſubijciēdo hominem: & in hoc ꝙ inſtrui ꝑ illam curat, & in hoc ꝙ ſignis illius ſe ſubijcit, obſeruando illa: Quia tñ ex cōib⁹ patet, ꝙ multa ad vitiorū diſtinctioné ſufficiunt, q̄ non ſufficiunt ad diuerſificandū virtuté, vt patet in materijs moraliū, i quib. una exiſtēte virtute, duo ſunt vitia. Et rō ſuffragatur cōis, qa ad conſtitutioné boni multa exiguntur: ad malum aūt, quodlibet ſufficit, ut in litera ex Dionyſio dr̄: tñ in ſpeciali intuitus eſt author, ꝙ illi tres fines, ſ. reuerentia, inſtructio, & directio, licèt non ſufficiant ad diſtinguendā religioné, ſufficiunt tñ ad diſtinguendam ſuperſtitioné. Quo fit vt inuolutus vno malo, puta diuinationé non ſit inuolutus altero, puta, idolatriæ: religionis autem virtuté nemo habeat, niſi qui integrè omnibus polleat.

¶ In ſolutione ad ſecūdum aduerte, ꝙ qa vis argumenti ſtat in hoc, ꝙ ſicut religio ē in ordine ad Deum: ita ſuperſtitio cōtraria eſt in ordine ad creaturam, puta, dæmonem, cui cultus exhibetur. Sed diuinatio, & obſeruatio eſt in ordine ad euētus & actus noſtros. ergo non ſunt ſuperſtitionis ſpecies. ideò tñ ſolutio directè ſatisfacit argumento, dicēdo, ꝙ diuinationes, &

*c. 9. a medio, 10. 9.

Concl.

D 926

& obſeruationes inquantum dæmoniacę, ſunt ſpecies ſuperſtitionis, & non inquantū humana opera. Sicut & ſub religione cōprehenduntur opera hominum inquantū diuina, p aſſumptionē alicui⁹ diuini, vt ſupra patuit: ita quā oib. iſtis ſaluatur ordo aliqs reuerentialis ad dæmonē, inuocando ipſum, & ſubijciendo ſe uelt tutis ei⁹: ſicut in religionis multis operibus accidit reſpectu Dei, vt patet i iuro, ſacramentis, & hmõ. Et tu benè ſeruabis hoc in corde tuo, vt inde poſtmodum diſcernas in obſeruationibus, & diuinationibus, rationem peccati mortalis, vel venialis, vt infra declarabimus.

Porrecta per totum. 496

Inf. q. 94. ar. 1.

* Lib. 2. c. 23. to. 1.

Ad iii dicendū, q religio non pōt hr̃e exceſſum ſm quātitatem abſolutam: pōt tamen hr̃e exceſſum ſm q̄titatem proportionis, prout, ſ. in cultu diuino ſit aliqd, qđ fieri non debet.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſint diuerſæ ſuperſtitionis ſpecies.

Ad secvndvm ſic procedit. Vr̃ q non ſint diuerſæ ſuperſtitionis ſpecies, quia ſm * Philoſ. in 1. Topico. Si vnum oppoſitorum [h] dr̃ multipliciter, & reliquum: ſed religio, cui opponitur ſuperſtitio, non habet diuerſas ſpecies, ſed omnes eius actus ad vnam ſpeciem referuntur. ergo nec ſuperſtitio habet diuerſas ſpecies.

¶ 2 Præt. Oppoſita ſunt circa idē: ſed religio, cui opponit ſuperſtitio, eſt circa ea, quib⁹ ordinamur in Deum, vt ſupra habitum ● eſt. non [h] ergo ſpecies ſuperſtitionis, quæ opponitur religioni, poſſunt attendi ſm aliquas diuinationes [h] humanorum euentuum, uel ſecundum aliquas obſeruationes [h] humanorum actuum.

* q. 81. art. 1. & 5.

¶ 3 Præt. Ad Coloſſ. 2. ſuper illud, Quæ ſunt rationem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione, dicit glo. * ideſt, in ſimulata religione. ergo [h] etiam ſimulatio debet poni ſpecies ſuperſtitionis.

* Gl. ordinaria ibi. ſup illud: Ad ſaturitatem carnis, ex Ambr.

Sed contra eſt, quòd † Auguſt. in 2. de doctr. chriſt. diuerſas ſpecies ſuperſtitionis aſſignat.

† Lib. 2. c. 20. vſque ad 24. c. 3

Respon. Dicēdū, q ſicut ſupra ● dictum eſt, uitium ſuperſtitionis conſiſtit in hoc, quòd tranſcēdit virtutis medium ſm aliquas circunſtantias, vt ſupra dictum † eſt. Non enim quælibet circunſtantiarum corruptarum diuerſitas variat peccati ſpeciem, ſed ſolum qñ referuntur ad diuerſa obiecta, vel diuerſos fines. Secundū hoc enim morales act⁹ ſpeciem ſortiūtur, ut ſupra * habitum eſt.[m] Diuerſificātur ergo ſuperſtitionis ſpecies. Primò quidē, ex parte obiecti.[n] Poteſt enim diuinus cultus exhiberi, vel cui exhibendus eſt, ſ. Deo uero, modo tñ indebito, & hæc eſt prima ſuperſtitionis ſpecies: vel ei, cui non debet exhiberi, ſ. cuicumq; creaturæ, & hoc eſt aliud ſuperſtitionis genus, quod in multas ſpecies diuiditur, ſm diuerſos fines diuini cultus. Ordinatur enim primo diuinus cultus ad reuerentiam Deo exhibendam: & ſm hoc, prima ſpecies huius generis eſt idolatria, quæ diuinā reuerentiā indebitè exhibet creaturę. Secundo, ordinatur ad hoc, q homo inſtruatur a Deo, quē colit: & ad hoc pertinet ſuperſtitio diuinatiua, q̄ dæmones conſulit p aliqua pacta cum eis inita uel tacita, vel expreſſa. Tertiò, ordinatur diuinus cultus ad quandam directionem humanorum actuum ſm inſtituta Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet ſuperſtitio quarundam obſeruationum. Et hæc tria tangit * Aug. in 2. de doctr. chriſt. dicen: ſuperſtitioſum eſſe quicquid inſtitutum eſt ab hominib. ad facienda, & colenda idola ptinens: & hoc ptinet ad primum. & poſtea * ſubdit: Vel ad cōſultationes, & pacta quædā ſignificationum cū dæmonib. placita, atq; fœderata, qđ pertinet ad ſm. & poſt pauca ● ſubdit: Ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ, & huiuſmodi, quod pertinet ad tertium.

* Ar. pce. † 1. 2. q. 72. ar. 9.

Concl. m * 1. 2. q. 1 ar. 3. & q. 18. ar. 4. 5 6. 10. & 11

Cōcluſionis pars.

* Lib. 2. c 20. I prin. to. 3.

* Eodē lo co nūcdicto.

* Eo. c. 20 parum a princ.

Ad primvm ergo dicēdū, q dr̃ ſicut Dionyſ. dicit ● 4. cap. de diuin. nomin. Bonum contingit ex vna, & integra cauſa: malum autem ex ſingularibus defectibus. Et ideo uni uirtuti plura vitia opponuntur, vt ſupra * habitum eſt. Verbum autem Philoſophi [d] veritatem habet in oppoſitis, in quibus eſt eadem ratio multiplicationis.

Ca 4. p. 4 4. inter med. & ſi nem.

* Ar. pce. & ſupr. q. 10. ar. 5. D. 714. & 958.

Ad secvndvm dicēdum, q diuinationes, & obſeruationes aliquæ ptinent ad ſuperſtitionē, inquantū dependēt ex aliquib. operationib. dæmonū: & ſic ptinent ad quædam pacta cum eis inita.

Ad tertivm dicēdū, q ſimulata religio ibi dr̃, quando traditioni humanæ nomen religionis applicatur, prout in glo. ſequitur. Vnde iſta ſimulata religio nihil eſt aliud, quam cultus Deo vero exhibitus modo indebito: ſicut ſi aliquis tempore gratiæ uellet colere Deum ſecundum ueteris legis ritum. Et de hac ad literam loquitur gloſ.

QVAESTIO XCIII.

De ſpeciebus ſuperſtitionis, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de ſpeciebus ſuperſtitionis.

¶ Et primò, De ſuperſtitione indebiti cultus veri Dei.

¶ Secundò, De ſuperſtitione idolatriæ.

¶ Tertiò, De ſuperſtitione diuinationum.

¶ Quartò, De ſuperſtitione obſeruationum.

Circa primū quæruntur duo.

¶ Primò, Verū i cultu veri Dei poſſit eſſe aliqd pnicioſum.

¶ Secundò, Vtrum poſſit ibi eſſe aliquid ſuperfluum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in cultu veri Dei poſſit eſſe aliquid pernicioſum.

Ad primvm ſic proceditur. Vr̃ q in cultu veri Dei nō poſſit eſſe aliquid pernicioſum. Dicitur enim Ioel 2. Omnis, quicumq; inuocauerit [h] nomē domini, ſaluus erit: ſed quicumque colit Deum quocumque modo, inuocat nomen eius. ergo omnis cultus Dei confert ad ſalutem. nullus ergo eſt pernicioſus.

¶ 2 Præt. Idē Deus eſt, qui colitur a iuſtis quacumq; mūdi ætate

SVP. Q. XCIII. ART. I. ET II.

In duobus articulis q. 93. notandū eſt, q duo culpabilia in cultu veri Dei cōmittuntur, ſ. falſitas, & ſuperfluitas, quorū primum manifeſte mortiferū ſ. & ó ſub pernitioſi nomine in litera proponitur primus artic. Secundus autem in ſuperfluitatis ſtat nomine. Et in promptu horum ratio eſt, qa ſ. in ipſo actu diuini cultus requiritur veritas: quia oportet Deū adorare in veritate, vt dr̃ Ioan. 4. Et requiritur commenſuratio, ſeu proportio ad ſpiritum: quia vt ibidem dr̃, oportet Deum adorare in ſpiritu. Opponitur autem ueritati falſitas, & proportioni ad ſpiritum ſuperfluitas. Quicquid nāque extra neceſſariū, aut vtile ad ſpiritualem eſt cultum, totū ſuperfluum eſt. In corpore primi articuli dubium occurrit de ritu Iudæorum, quo modo in eo inueniatur mendacij ratio. Nam mendacium in verbo, eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi: & proportionaliter mēdacium in facto debet

Porrecta per totum. 497

het eſſe falſa facti ſignificatio cũ intentione fallendi: Cõſtat autem, q iudæi modo utentes ueteri cultu, nõ habent intentionẽ fallendi: quis factis falſum ſignificãtibus, credentes ſe uerum ſignificantia facta exercere, utantur Non eſt ergo in eorũ ritu mẽdaciũ, ſed factũ pernicioſum. Et ĩ in litera mendaciũ reputat.

¶ Ad hoc dicitur q in litera nũquam dicitur, niſi in communi, quòd mẽdacium eſt cũ aliquis exterius ſignificat contrariũ ueritati ſiue uerbo, ſiue facto, & propterea nõ ſumit in particulari, q in tali cultu, ſ. ueteris legis apud Iudæos, nunc ſit mẽdaciũ pernicioſum, ſed q ſit cultus pernicioſus, & q ſit falſitas pernicioſa. Sat. n. eſt quæſtioni mota, q in ueniat in cultu ueri Dei aliquid pnicioſũ, ſiuè falſum, ſiuè mẽdaciũ. Vnde ſicut Iudæus dicens corde, & ore Chriſtũ nõ ueniſſe, ſed uenturũ, non mentitur: ſed falſum pnicioſum dicit: ita colens Deum ritu ueteris legis, profitente facto Chriſtũ uenturum, nõ mẽtitur, ſed factũ tal. um pnicioſe exercet i cultu Dei. Quãmuis poſſet dici q in iſtis falſis eſt mẽdacium quãtũ eſt ex parte actus exterioris, ſ. uerbi, uel facti falſi, licèt nõ ſit mendacium ex parte intentionis interioris: & q in litera diſtinguitur mendacium ex parte rei ſignificatæ, cõtra id, quod eſt ex parte colentis Prima reſponſio, adiuncta hac ſecunda, amplectẽda eſt: quia falſitatem ſignificare in diuino cultu diſtinguitur i litera ex parte rei, & ex parte colẽtis. Inchoauit tñ author à mendacio pernicioſo in hoc corpore articuli: quia pernicioſa eſt huiuſmodi falſitas, ſicut mendaciũ pernicioſum: & quia, ut tactum, eſt, ex parte exterioris actus eſt pernicioſum mẽdacium: nec excuſat Iudæorum ignorãtia tale crimẽ, ſicut nec infidelitatẽ eorundem. In eod. art. quo ad falſum cultum ex parte colentis nota tria. Primo, q cultus iſte eſt pernicioſus iuxta authoris ſententiam, quoniam cum dixiſſet, Et ideò ſi per cultum exteriorẽ aliquid falſum ſignificetur, erit cultus pernicioſus, ſtatim ſubdidit, Hoc autem contingit dupliciter, ſ. ex parte rei ſignificatæ, & ex parte colentis. Vtrumq; ergo falſum, eſt ex genere peccatum mortale. Secundò, quòd tunc eſt falſitas, qñ contra Eccleſiam, non autem ſi præter Eccleſiæ inſtitutionẽ fieret. Vndè author in hoc articulo falſitatẽ ex parte colentis inſtituit in hoc, quod eſt eſſe contra Eccleſiæ inſtitutionem, ſeu conſuetudinem: quia falſitas cultus contra Eccleſiam eſt.

¶ In ſequenti uero art. ſuperfluitatẽ dicit, qñ eſt cultus præter, uel contra cõſtitutionem, ſeu conſuetudinẽ Eccleſiæ. Perſpice igitur differentiã inter cõtra, & præter. Illud pnicioſum, hoc ſuperfluũ conſtituit. Illud contrariatur ueritati, & ideò pernicioſum: hoc utilitati, & ideò minus malũ, & eſt ueniale, licèt poſſit eſſe mortale pp contẽptum, uel præceptũ. Et ideò admiſcetur in litera ſequẽtis artic. ly contra cõſuetudinem communẽ. Tertio, q falſitas iſta habet locũ & in cultu communi, & in cultu ſingulari. Et propterea in litera non dr, Et hoc in cultu cõmuni: ſed dr, Et hoc præcipuè in cultu cõmuni. Inſinuãs per ly præcipuè, q hoc etiã poteſt habere locum in cultu ſingulari, puta, in ieiunio, uel oratione ſingulari non impoſita ab Eccleſia, ut ſi quis contra modum Eccleſiæ ieiunaret in Dominica, aut oraret ſic in propria perſona, quòd nihil ad Eccleſiam, cum quilibet ſit pars Eccleſiæ, & in perſona Eccleſię præceptum habeat orandi à Domino, dicente. Orabitis. Pater noſter: Panem noſtrum: Dimitte nobis &c. Ad falſitatem autem cõmunis cultus ex parte colentis non ſolum ſpectat, ſi ſacramenta contra Eccleſiæ ritum celebrentur, ut habes 16. q. 5. ca. Quicumque, ſed etiam reducitur, ſi miracula falſa quis prædicet, aut docendo ſcribat. Prædicatores namque, & doctores in perſona Eccleſiæ dicere, & prædicare conſtat. Nec excuſantur quacumque pia intentione à pernicioſo cultu: quia, quantum in ſe eſt, fidem Chriſti euacuant ueritate.

Conclu. p · *Conclu. m* · *Porrecta per totum.* 493

* Lib. 12. Epi. ult. in terr. 3. In fine regiſtri ad de cẽ interrogat. Aug ca. 3. · * Ex epiſ. 18. 19. inter opera Aug. to. 2. · * Lib. de mẽdacio cap. 14. in prin. to. 4. · * q. 81. ar. 7. · * 1. ad Corin. 11. ſuper illud: Quicũq; ederit panẽ, to. 5. † Eſt gloſ. Ambr. circa fin. cõmentarij ad col. ca. 2. to. 5. · Sup q. 81. ar. 5. ad 1. Et q. 92. ar. 1. cor. & ad 3. Et infra q. 104. ar. 2. ad 2.

te: ſed ante legẽ datã, iuſti abſq; pctõ mortali colebãt Deũ qualitercũq; eis placebat, vndè & Iacob proprio voto ſe obligauit ad ſpecialem cultum, vt habetur Geneſ. 28.[h] ergo etiã modo nullus Dei cultus eſt pernicioſus.

B ¶ 3 Pręt. Nihil pnicioſũ in Ecclia ſuſtinet: ſuſtinet autem Ecclia diuerſos[h] rit⁹ colẽdi Deũ. vñ * Greg. ſcribit Aug. epo Anglorũ, pponenti, q ſunt diuerſę Eccleſiarũ conſuetudines in miſſarũ celebratione. Mihi, inquit, placet, vt ſiuè i Romanis, ſiuè in Galliarũ partibus, ſeu in qualibet Eccleſia aliquid inueniſti, quod plus oipotenti Deo poſſit placere, ſolicitè eligas. ergo nullus modus colendi Deum eſt pernicioſum.

C SED CONTRA eſt, qđ * Aug. dicit in epiſt. ad Hiero. & hr in gl. ad Galat 2. Quòd legalia obſeruata poſt veritatẽ euangelij diuulgatã, ſunt mortifera, & tñ legalia ad cultum Dei pertinent. ergo in cultu Dei poteſt eſſe aliquid mortiferum.

RESPON. Dicendũ, q ſicut * Aug. dicit i lib. cõtra mẽdaciũ. Mendaciũ maximè pnicioſum eſt, qđ fit in his, quæ ad chriſtianã religionẽ ptinẽt. Eſt aũt mẽdaciũ, cũ aliquis exterius ſignificat cõtrariũ veritati. Sicut aũt ſignificat aliqd uerbo, ita ẽt ſignificatur aliqd facto, & in tali ſignificatiõe facti cõſiſtit exterior religionis cult⁹, ut ex ſupra * dictis patet: & ideò ſi per cultũ exteriorẽ aliqd falſũ ſignificet, erit cultus pnicioſus. Hoc aũt contingit dupliciter. Vno qdẽ modo, ex parte rei ſignificatæ, à qua diſcordat ſignificatio cult⁹: & [m] hoc mõ, tpe nouæ legis, peractis iã Chriſti myſterijs, pnicioſum eſt uti cæremonijs ueteris legis, quibus Chri myſteria ſigurabant futura: [n] ſicut ẽt pnicioſũ eſſet, ſi qs nõ cõfiteret Chrm eſſe paſſũ. Alio mõ, põt cõtingere falſitas in exteriori cultu ex parte colẽtis, & hoc præcipuè in cultu cõi, q p miniſtros exhibet i pſona totius Ecclię. Sicut. n. falſarius eſſet, q aliqua, pponeret ex parte alicuius, q̃ nõ eſſent ei cõmiſſa: [p] ita uitiũ falſitatis incurrit, q ex parte Ecclię cultũ exhibet Deo cõtra modũ diuina authoritate ab Eccleſia conſtitutũ, & in Eccleſia conſuetũ. ¶ Vñ * Amb. dicit. Indignus eſt, qui aliter celebrat myſteriũ, q̃ Chrs tradidit. Et pp hoc etiã † gloſ. dicit ad Coloſ. 2. q ſupſtitio eſt, qñ traditioni humanæ religionis nomen applicatur.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q cũ Deus ſit ueritas, illi inuocãt Deũ, qui in ſpiritu, & ueritate eũ colũt, ut dicit Io. 4. Et ideò cultus continens falſitatẽ, non pertinet propriè ad Dei inuocationem, quæ ſaluat

D AD II. dicendũ, q antè tps legis, iuſti per interiorẽ inſtinctũ inſtruebãtur de modo colẽdi Deũ, quos alij ſequebantur. Poſtmodum uerò exterioribus pceptis circa hoc hoies ſũt inſtructi, q̃ pterire peſtiferũ eſt.

AD III. dicẽdũ, q diuerſæ cõſuetudines Eccleſię in cultu diuino, i nullo ueritati repugnãt: & ideò ſunt ſeruandæ, & eas præterire illicitum eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum in cultu Dei poſſit eſſe aliquid ſuperfluum.

E AD SECVNDVM ſic proceditur. Videt q in cultu Dei nõ poſſit eſſe aliquid ſuperfluũ. Dicit. n. Eccle. 43. Glorificantes Deum quantumcunq; poteritis, ſuperualebit adhuc: ſed cultus diuinus ordinatur ad Deum glorificandũ. ergo nihil ſuper-

SVP. Q. XCIII. ARTIC. II.

IN 2. eiuſdem q. art. uide in litera reſolutionẽ ſuperfluitatis, ſ. quia in exterioribus ſolum conſiſtens, ad interiorẽ Dei cultum nõ pertinet. Cum n. cultus, exterior ad interiorem ordinetur, ſi aliquis extra fiat cultus, qui ad interiorem nõ ordinetur, ſuperfluus eſt. Et quia ad interiorẽ Dei cultum non rectè ordinatur,

natur, q͂d p̄ter Eccleſiæ inſtitutionẽ, aut conſuetudinẽ ſit: ió, dato φ aliquis p̄ter. Eccleſiæ morẽ, ad interiorẽ deuotionẽ intẽderet noua ordinare, ſuperfluitatis uitio nõ caret, & exterius nõ colit: nã interius peccat, ab Eccleſiæ regula declinãs. Quale aũt peccatũ ſit in hmõi ſuperfluitate, quæ inter ſupſtitiones numerat, in litera nõ exprimit. Eſt tñ cõiter ueniale, niſi contẽptus eccleſiaſticæ diſciplinæ, aut interioris cultus adſit, quia nõ eſt ibi perfecta ſuperſtitionis rõ. Nec tñ leue habendũ eſt peccatũ hoc: qñ infra ſuperſtitionis latitudinẽ continet, quæ diuino opponitur cultui. Omne autem peccatum in his, quæ Dei ſunt, magnum eſſe conſtat.

* Enchir. c.3. to.3.

* Li. 2. ca. 18. ſ med. to. 3.

fluum [h] in eo poteſt eſſe.

¶ 2 Præt. Exterior cultus eſt ꝓfeſſio q̃dã cult⁹ interioris, quo Deus colit fide, ſpe, & charitate, ut Aug. dicit * in Enchirid. ſed in fide, ſpe, & charitate non poteſt eſſe aliquid ſuperfluum. [h] ergo neq; in diuino cultu.

¶ 3 Præt. Ad diuinũ cultũ pertinet, ut ea Deo exhibeamus, q̃ à Deo accepimus: ſed oĩa nr̃a à Deo accepimus. ergo ſi totum quicq̃d poſſumus, facimus ad Dei reuerentiã, nihil [h] ſuperfluum erit in diuino cultu.

Sed contra eſt, q͂d Augu. dicit * in 2. de doctr. chriſt. φ bonus, uerusq; chriſtianus etiã in literis ſacris ſuperſtitioſa figmenta repudiat: ſed per ſacras literas Deus colendus oſtenditur. ergo etiam in cultu diuino poteſt eſſe ſuperſtitio ex aliqua ſuperfluitate.

Concl. m

Respon. Dicendũ, φ aliquid dr̃ ſuperfluũ dupliciter. Vno modo, ſm abſolutã quantitatẽ: & [m] ſm hoc non poteſt eſſe aliquid ſuperfluum in diuino cultu: [n] quia nihil poteſt homo facere, quod non ſit minus eo, q͂d Deo debet. Alio modo poteſt eſſe aliquid ſuperfluum ſm quantitatem proportionis quia. ſ. non eſt fini proportionatũ. Finis autem diuini cultus eſt, ut homo Deo det gloriã, & ei ſe ſubijciat mẽte, & corpore: & ideò quicquid homo faciat quod pertinet ad Dei gloriam, & ad hoc, φ mens hominis Deo ſubijciatur, & etiã corpus per moderatam refrænationẽ concupiſcentiarũ, ſecũdum Dei, & Eccleſiæ ordinationem, & conſuetudinẽ eorũ, quibus homo conuiuit, non eſt ſuperfluũ in diuino cultu. [p] Si autẽ aliquid ſit, quod quantũ eſt de ſe, non pertinet ad Dei gloriã, neq; ad hoc, φ mens hominis feratur in Deum, aut φ carnis cõcupiſcentiæ moderatæ refrænentur: aut etiam ſi ſit præter Dei, & Eccleſiæ inſtitutionem, uel contra conſuetudinẽ communem, quæ ſm * Auguſt. pro lege habenda eſt, totum hoc reputandum eſt ſuperfluum, & ſuperſtitioſum: [q] quia in exterioribus ſolùm conſiſtens, ad interiorem Dei cultũ nõ pertinet. Vnde * Aug. in lib. de uera religione, inducit, quod dicitur Luc. 17. Regnũ Dei intra uos eſt: loquitur contra ſuperſtitioſos, qui ſcilicet exterioribus principalem curam impendunt.

Conclus. p

* In epiſ. 86. parũ a princ. to. 2. Et de Eccl. dogm. c. 22. Ca. 3. a med. tom. 1.

Ad primvm ergo dicendum, φ in ipſa Dei glorificatione implicatur, quòd id quod fit pertineat ad Dei gloriam, per quod excluditur ſuperſtitionis ſuperfluitas.

Ad secvndvm dicendum, φ per fidem, ſpem, & charitatem, anima ſubijcitur Deo: unde in eis nõ põt eſſe aliquid ſuperfluũ. Aliud aũt eſt de exterioribus actibus, qui q̃nq; ad hæc non pertinent.

Ad tertivm dicẽdũ, φ ratio illa procedit de ſuperfluo, quantum ad quantitatem abſolutam.

QVAESTIO XCIIII.

De idolatria, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de idolatria. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum idolatria ſit ſpecies ſuperſtitionis.

¶ Secundò, Vtrũ ſit peccatum.

¶ Tertiò, Vtrum ſit grauiſsimũ peccatorum.

¶ Quartò, De cauſa huius peccati. Vtrum autem cum idolatris ſit communicandum, dictum eſt ſupra, cum de infidelitate ageretur.

Articvlvs primvs.

Vtrum idolatria rectè ponatur ſpecies ſuperſtitionis.

Ad primvm ſic ꝓceditur. Videt φ idolatria nõ ponat rectè ſpecies ſuperſtitionis. Sicut. n. hæretici ſunt infideles, [h] ita & idolatræ: ſed hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, ut ſupra * habitum eſt. ergo & idolatria, non autem ſuperſtitionis.

¶ 2 Præt. Latria ꝑtinet ad uirtutẽ religionis, cũ opponit ſupſtitio: ſed idolatria [h] ur̃ uniuocè dici cũ ea latria, q̃ ad uerã religionẽ pertinet. Sicut. n. appetitus falſæ beatitudinis cũ appetitu ueræ beatitudinis uniuocè dr̃: ita cultus falſorũ Deorũ, qui dicitur idolatria, uniuocè uidetur dici cum cultu ueri Dei, qui eſt latria ueræ religionis. ergo idolatria non eſt ſpecies ſuperſtitionis.

¶ 3 Præt. Illud q͂d [h] nihil eſt, nõ põt eſſe alicui⁹ generis ſpecies, ſed idolatria nihil eſſe ur̃. dicit. n. Apoſt. 1. ad Cor. 8. Scimus q͂ nihil eſt idolũ in mũdo. & infra 10. Quid ergo? dico φ idolis immolatũ ſit aliquid, aut φ idolum ſit aliquid? quaſi dicat non: immolare autem idolis propriè ad idolatriam pertinet. ergo idolatria, quaſi nihil exiſtens, non poteſt eſſe ſuperſtitionis ſpecies.

¶ 4 Præt. Ad ſupſtitionẽ pertinet exhibere cultũ diuinũ, cui nõ debet: ſed cultus diuinus ſicut non debetur idolis, ita nec alijs creaturis. unde ad Ro. 1. Quidã uituperãtur de hoc, φ coluerunt, & ſeruierũt potius creaturis, q̃ creatori. ergo inconuenienter huiuſmodi ſuperſtitionis ſpecies idolatria

SVPER QV. XCIIII. ART. I.

Ferr. 3. cont. c. 120.

In art. 1. q. 94. nota duo ꝓ claritate literæ. Primo, φ cũ circa principiũ corporis articuli dr̃, Hmõi aũt cultus diuinus, ſicut creaturæ inſenſibili exhibebat &c. ita cuã econuerſo &c. Senſus eſt, φ ſicut exhibẽdo ſenſibilia ſacrificia inſenſibili creaturæ aſcẽdebat à ſenſibilib⁹ ad inſenſibilia, ita cultũ exhibendo idolis, deſcẽdebat ab inſenſibilib⁹ rebus repreſentatis, uel concretis, ad ſenſibilia idolorum, ut idolis ipſis cult⁹ exhiberetur, diuerſimodè tñ, ut in litera ſubiũgit. Secũdo, φ cũ narrat opinionẽ de mũdo aiato, ly ſicut hõ dr̃ ſapiẽs pp aiam, non pp corpus, referendũ eſt ad ly, qui uero æſtimabant totũ mundũ eſſe uerũ Deũ, nõ pp corporalẽ ſubſtantiã, ſed pp aiam. Ita φ ſẽſus eſt, φ ſicut dicimus, Hõ eſt ſapiens, ita illi dicebãt, Mundus eſt De⁹: uterq; n. dr̃ de toto, rõne partis, ſ. aiæ. Et quia mũdũ dicebãt Deũ, quælibet pars mũdi erat pars Dei, q̃uis nõ deitatis: ſicut q̃libet pars hoĩs eſt pars ſapiẽtis, q̃uis nõ ſapientiæ, ió cuilibet parti mundi cultũ exhibebãt, tanq̃ parti totius ſubiecti deitatis: Quẽadmodũ aliquis ueneratur manus uiri ſapiẽtis tanquàm partẽ totius ſubiecti aiæ ſapientis.

¶ In reſponſione ad primũ eiuſdẽ articuli, dubium occurrit, An chriſtianus cõmittẽs actũ idolatriæ, ſalua integre interiori fide, incurrat pœnas cenſurarũ eccleſiaſticarũ in foro cõſcientiæ: ita φ in ueritate, & non ſolùm in foro exteriori ſit excommuni-

Porrecta per totum.

499

3. di. 9. q. 1. ar. 1. q. 3. ad 3. Et 3. contra Gent. ca. 120.

nominatur, ſed deberet [h] potius nominari latria creaturæ.

SED CONTRA eſt, q̃ Act. 17. dr̃, q̃ Paulus cũ Athenis expectaret, incitabatur ſpũs eius in ipſo, uidens idolatriæ deditam ciuitatem. & poſtea dixit: Viri Athenienſes, p omnia quaſi ſuperſtitioſos uos uideo. ergo idolatria ad ſuperſtitionẽ ptinet.

RESPON. Dicendum, q̃ ſicut ſupra dictũ* eſt, ad ſuperſtitionem ꝑtinet excedere debitum modũ diuini cultus. Quod quidẽ pcipuè fit, qñ diuinus cultus exhibetur, cui non debet exhiberi: debet aũt exhiberi ſoli ſummo Deo, ſ. increato, vt ſupra* habitũ eſt, cum de religione ageret. & ideo cuicumq; [m] creaturę diuinus cultus exhibeatur, ſuperſtitioſum eſt.[n] Hmôi aũt cultus diuinus ſicut creaturæ inſenſibili exhibebat per aliqua ſenſibilia ſigna, puta, ſacrificia, ludos, & alia hmôi: ita ẽt exhibebatur creaturæ repræſentatæ p aliq̃ ſenſibilẽ formam, ſeu figura, q̃ idolum dr̃. Diuerſimodè tñ cultus diuinus idolis exhibebatur. Quidam.n.p quandã nefariam artẽ imagines quaſdã cõſtruebant, q̃ uirtute dæmonum aliquos certos effectus habebant: vñ putabant in ipſis imaginib. eſſe aliquid diuinitatis, & p cõſequens, q̃ diuinus cultus eis deberet. Et hæc fuit opinio Hermetis Trimegiſtij, ut Aug.* dicit in 8. de ciu. Dei. Alij verò nõ exhibebant cultũ diuinitatis ipſis imaginib. ſed creaturis, quarũ erant imagines: & utrumque horũ tangit Apoſt. ad Roma. 1. Nam q̃tum ad primũ dicit. Mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei ĩ ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, & uolucrium, & quadrupedũ, & ſerpentiũ. Quãtum aũt ad ſm ſubdit. Coluerũt & ſeruierunt potius creaturæ, q̃ creatori. Horũ tñ fuit triplex opinio. Quidam.n. æſtimabant quoſdã hoĩes Deos fuiſſe, quos p eorũ imagines colebãt, ſicut Iouem, Mercurium, & alios huiuſmodi. Quidã uerò æſtimabãt totũ mundum eſſe vnũ Deũ nõ pp corporalẽ ſubſtantiam, ſed pp aĩam, quam Deum eſſe credebãt, dicentes Deũ nihil aliud

A eſſe, q̃ animam motu, & rõne mundum gubernantem: ſicut homo dr̃ ſapiens pp animam, non pp corpus. Vnde putabãt toti mundo, & oĩb. partib. eius, eſſe cultũ diuinitatis exhibendum, cœlo, aeri, aquæ, & oĩbus hmôi partib. & ad hæc referebant noĩa, & imagines ſuorum Deorum, ſicut Varro dicebat, vt narrat* Aug. in 7. de ciu. Dei. Alij verò, ſ. Platonici, poſuerũt B unum eſſe ſummũ Deum cãm oĩum, poſt quẽ ponebant eſſe ſubſtantias quaſdã ſpirituales a ſummo Deo creatas, quas Deos noĩabant, participatione, ſ. diuinitatis, nos aũt eos angelos dicimus: poſt quos ponebãt aĩas cœleſtium corporũ, & ſub his dæmones, quos dicebãt eſſe aerea quædã aĩalia, & ſub his ponebant aĩas hoĩum, quas p virtutis meritũ ad Deorũ, uel dæ- C monũ ſocietatẽ aſſumi credebant, & his oĩb. cultum diuinitatis exhibebãt, ut Aug.* narrat in 18. de ciu. Dei. Has aũt duas vltimas opiniones dicebant ptinere ad phyſicã theologiã, quã philoſophi cõſiderabãt in mũdo, & docebant in ſcholis. Aliã uerò de cultu hoĩum, dicebant ptinere ad theologiã fabularẽ, quæ ſm figmenta poetarum repræſentabatur in theatris. D Aliã verò opinionẽ de imaginib. dicebant pertinere ad ciuilẽ theologiã, quæ p Pontifices celebrabatur in templis.[p] Oĩa aũt hæc ad ſuperſtitionẽ idolatrię pertinebant:[q] unde Aug. dicit* in 2. de doctr. chriſt. Superſtitioſum eſt, q̃cq̃d inſtitutũ ab hoĩb. eſt ad faciẽda, & colẽda idola, uel ptinẽs ad colẽdũ, ſicut Deum, creaturã, ptẽve ullã creaturæ.

F AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ſicut religio non eſt fides, ſed fidei proteſtatio p aliqua exteriora ſigna: ita ſuperſtitio eſt q̃dã infidelitatis proteſtatio p exteriorẽ cultũ, quã quidem proteſtationem nomen idolatriæ ſignificat, non aũt nomẽ hæreſis ſed ſolũ falſam opinionẽ. Et iõ hæreſis eſt ſpẽs infidelitatis: ſed idolatria ẽ ſpẽs ſuperſtitionis.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ nomẽ latriæ dupl'r põt accipi. Vno.n. modo ſignificat huma-

* q. 92. ar. 1.
* q. 81. art. 1.
* Lib. 7. c. 16. & c. 6. to. 5.
* Li. 18. c. 14. to. 5.
* Lib. 8. c. 23. to. 5.
* Lib. 2. c. 20. i prin. tom. 3.

communicatus. Et ẽ iõ dubij, quia cenſuræ ſunt latæ contra hæreticos. In caſu autem propoſito nulla eſt infidelitas in aĩa ſcdm ueritatem. ergo non incurrunt in foro conſcientiæ huiuſmodi cenſuras. Et cõfirmatur, q̃ ſicut dicens nõ ex intentione infideli, ſed loco verba hęretica, puta, q̃ mortuo corpore eſt mortua ẽt anima non eſt excõicatus: ita dicens facto cult* & non ex intentione idolũ eſſe Deũ, non eſt excõicatus. Pro parte aũt affirmatiua eſt, quia talis eſt verè apoſtata, ac per hoc excõmunicatus. ¶ Ad euidentiã h[uius] ſciendum eſt, q̃ dupliciter contingit aliquem actũ humanũ pernicioſum exercere, ſ. ex aĩo affectu illo vitio, vt ſi quis ex auaritia furetur, ex luxuria fornicetur, ex infidelitate neget Chrm, ex interiori idolatria offerat extra ſacrificium idolis: & de iſtis nulla eſt q̃ő. Alio modo cõtingit fieri ex aĩo refutante ſcdm ſe illud crimẽ, ſed pp alium affectũ conſentiente in actũ exteriorem pernicioſum, vt ſi mulier exoſam habens libidinẽ timore permittat ſe cognoſci. Et ſimiliter hõ exoſum habẽs furtum compulſus à dño, conſentit in exteriorem actũ furti. Et ſimiliter retinens perfectã intus fidẽ, timore victus conſentit in exteriorẽ actũ negandi fidẽ, vt fecit Petrus, aut deſpiciẽs idola in mente ſua, timore, vt Marcellinus, thura exterius offerat idolis. Aut amore populari idem faciat, vt Seneca. Et de hmôi. eſt q̃ő præſens, & iã ex datis exẽplis põt patere ſolutio q̃õnis, q̃ quẽadmodum non excuſatur in foro conſcientiæ a furto, fornicatione, negatione fidei, & idolatria q ex alieno affectu hos actus pnicioſos exterius committit, quia voluntariè cõmittit actus exteriores talium vitiorũ: ita nõ excuſatur in foro conſcientiæ ab eccleſiaſticis cẽſuris latis cõtra committentes talia crimina: ita q̃ ſi eſſet lata excõmunicationis ſententia cõtra fures, illi qui in ſolum exteriorem actum furti conſentiendo, furatus eſt,* proculdubio eſſet excommunicatus in foro conſcientiæ, quia voluntariè furtum commiſit. Similiter Chriſtianus ille, qui ĩ ſolũ exteriorẽ actũ negandi fidẽ cõſenſit, eſt in foro cõſciẽtiæ excõicatus: quia voluntariè conſenſit in actum infidelitatis, & illũ exercuit negando Chriſtum verbo, ut Petrus fecit. Et ſimiliter qui ſolum actum idolatriæ exterius commiſit, excõicatus eſt in foro conſcientiæ: quia actum infidelitatis, & apoſtaſiæ voluntariè exercuit. Eſt enim idolatria ex proprio genere infidelitatis proteſtatio, ut in hac litera dr̃. Et oĩum horum, & ſimilium cõis iõ eſt, quia ille in foro conſcientiæ eſt idolatra, fur &c. Non eñ ſolum dr̃ in foro cõſcientiæ fur, aut idolatra, qui ex affectu furti, aut idolatriæ furatur, aut idola colit: ſed ẽt qui uoluntariè exercet exteriorem actum furti, aut idolatriæ. Concurrunt.n. tunc ad hanc denominationem & actus exterior, & actus interior: quàmuis actus interior videatur quaſi extraneus ab exteriori. Et p hoc patet reſpõſio ad primam obiectionẽ in oppoſitum, dicendo, q̃ hic eſt infidelitas exterior volũtaria. Et quia actus voluntatis quo conſentit in actum exteriorem ad eandẽ ſpeciem ſpectat, in qua eſt actus exterior, iõ in hoc dicto, ſ. infidelitas exterior voluntaria, includitur interior voluntatis act* infidelitatis. Ac per hoc voluntariè negãs Chriſtũ ſolo verbo, non ſolũ extra, ſed ẽt intus, aliquo modo infidelis, q̃uis abſolutè non ſit intus infidelis.

¶ Ad ſecundum dr̃, q̃ dicitur, cognoſcendo quod dicit verba

Conclu. a
Conclu. p

con-

contra fidem ſeriò, proculdubio eſt excõicatus, ut dictũ eſt. Dicens aũt ioco, excõicatus nõ eſt: quia non dicit illa verba, vt ſunt uerba infidelitatis, grauiſſimè tamen peccat.

SVP. Q. XCIIII. AR. II. ET III.

IN art. 2. & 3. ſimul q. eiuſdem 94. dubia duo occurrunt. Alterũ de cõparatione idolatriæ exterioris tñ voluntariæ ad infidelitatẽ. Alterũ, de cõparatione idolatriæ ad oĩa alia crimina. Eſt aũt rõ primi dubij, quia vr ꝙ infidelitas interior ut peccatum grauius, q̃ mendaciũ pniciosũ, quo quis non ex animo colit idola, vt Seneca, aut Marcellin⁹. In oppoſitũ autẽ eſt authoritas Aug. in litera 2. articuli allata, dicentis de Seneca, ꝙ eo damnabilius colebat idola, quo illa, q̃ mendaciter agebat, ſic ageret, vt eum populus veraciter agere exiſtimaret. Et in litera tertij articuli i rñſione ad primum dr, ꝙ infidelitatẽ grauius eſſe peccatũ arguebat, defendendo contrarium. Si uerò ſit exterior tñ idolatria abſque interiori infidelitate, additur culpæ falſitatis, quaſi culpa falſitatis ęquet infidelitati interiori. ¶ Secundi autem dubij rõ eſt, quia odiũ Dei ex genere ſuo eſt grauius peccatum q̃ idolatria: quia directè opponitur amori Dei in ſe ipſo. Idolatria aũt opponitur exteriori cultui ipſi⁹ Dei, & odium Dei tollit, quãtum ex ſe eſt, diuinum eſſe, idolatria minuit. Odium Dei annullat Deum: idolatria æqualẽ illi dat, vnde ex genere ſuo odium Dei grauius eſt quocumque alio. Et augetur dubium, quia author i litera in primo argumento tertij articuli, tangit hanc difficultatem de odio, infidelitate, & deſperatione, & ſoluendo pertranſit. ¶ In oppoſitũ aũt eſt authoritas literæ. ¶ Ad hæc dubia re-

Porrecta per totum.
497
3. Cõtra, c. 10.

num actũ ad cultũ Dei ptinẽtẽ: F & ſm hoc non variatur ſignificatio huius noĩs latria, cuicumque exhibeatur, quia illud cui exhibetur, non cadit ſm hoc i eius diffinitione. Et ſm hoc latria uniuocè dicetur, ſm hoc, ꝙ pertinet ad ueram religionẽ, & ſm ꝙ ptinet ad idolatriã. Sicut ſolutio tributi uniuocè dr ſiuè exhibeatur uero regi, ſiuè falſo. Alio modo accipit latria ꝓut eſt idẽ religioni: & ſic cũ ſit G virtus, de rõne eius eſt ꝙ cult⁹ diuinus exhibeatur ei, cui debet exhiberi, & ſm hoc latria æquiuocè dr de latria ueræ religionis, & de idolatria. Sicut prudentia ęquiuocè dicitur de prudentia quæ eſt uirtus, & de prudentia quæ eſt carnis.

AD III dicẽdũ, ꝙ Apoſtolus intelligit idolum nihil eſſe in mundo, qa imagines illæ, q̃ idola dicebantur, non erant aĩatæ, aut aliquã virtutem diuinitatis H habẽtes, ſicut Hermes ponebat quaſi eſſet aliquid cõpoſitũ ex ſpiritu & corpore. Et ſimiliter intelligendũ eſt, ꝙ idolis nõ eſt aliquid immolatum: quia ꝑ huiuſmodi immolationem carnes immolatitiæ aliquã ſanctificationẽ non cõſequebanť, ut Gẽtiles putabant: neq; aliquã immunditiam, ut putabant Iudæi.

AD IIII dicẽdum, ꝙ ex cõi cõſuetudine, qua creaturas quaſcunq; colebant Gentiles ſub quibuſdã imaginib. impoſitum eſt hoc nomẽ idolatria ad ſignificandũ quẽcumq; cultũ creaturæ, ẽt ſi ſine imaginib. fieret.

ARTICVLVS II.

Vtrum idolatria ſit peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditᷣ. Vr ꝙ idolatria non ſit peccatum. Nihil enim eſt peccatũ, quod uera fides in cultum Dei aſſumit: ſed uera fides imagines qualdã [h] aſſumit ad diuinũ cultum. Nã & in tabernaculo erãt imagines Cherubin, ut legitur Exod. 25. & in Eccleſia quædã imagines ponunť, quas fideles adorãt. ergo idolatria, [h] ſm quã idola adoranť, nõ eſt peccatũ. ¶ 2 Præt. Cuilibet ſuperiori eſt reuerẽtia exhibenda: ſed angeli & aĩæ ſanctorũ ſunt nobis ſuperiores. ergo ſi eis exhibeať [h] re-

uerentia ꝑ aliquẽ cultũ uel ſacrificiorum, uel aliquorum huiuſmodi, non erit peccatum. ¶ 3 Præt. Summus Deus interiori [h] cultu mentis eſt colendus, ſm illud Ioan. 4. Deum oportet adorare in ſpũ & ueritate. Et Augu. dicit * in Enchiridio, ꝙ Deus colitur fide, ſpe, & charitate: põt aũt cõtingere ꝙ aliqs exterius idola colat, interius tñ a uera fide nõ diſcedat. ergo vr ꝙ ſine ꝑ iudicio diuini cultus poſſit aliquis exterius idola colere.

SED CONTRA eſt, qđ Exod. 20. dr. Non adorabis ea, ſ. exterius, neq; coles, ſ. interius, ut gl. exponit: & loquitur de ſculptilibus, & imaginibus. ergo peccatũ [m] eſt idolis exteriorem, uel interiorem cultum exhibere. [n]

RESPON. Dicendum, ꝙ circa hoc aliq dupliciter errauerũt. Quidã. n. putauerunt, ꝙ offerre ſacrificiũ, & alia ad latria pertinentia non ſolũ ſummo Deo, ſed ẽt alijs ſupradictis eſſet debitũ, & ꝑ ſe bonũ, eo ꝙ cuilibet ſuperiori naturæ diuinã reuerẽtiã exhibendã putãt, quaſi Deo propinquiori: ſed hoc irrationabiliter dr. Nã etſi oẽs ſuperiores reuereri debeamus, non tñ eadẽ reuerentia oĩb. debeť, ſed aliqđ ſpãle ſummo Deo debeť, qui ſingulari rõne oẽs excellit: & hoc eſt latrię cultus. Nec põt I dici, ſicut quidã putauerũt, hæc uiſibilia ſacrificia dijs alijs congruere, illi uerò ſummo Deo tamq̃ meliori meliora, ſ. puræ mentis officia: quia ut Auguſt. dicit in 10. * de ciu. Dei, exteriora ſacrificia ita ſunt ſigna interiorum, ſicut uerba ſonantia ſigna ſunt rerũ. Quo circa ſunt orantes atque laudantes ad eum dirigimus ſignificantes uoces, cui tñ res ipſas in corde quas ſignificamus, offerimus: ita ſacrificãtes K non alteri uiſibile ſacrificium offerendũ eſſe nouerimus, q̃ ei, cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium nosipſi eſſe debemus. Alij uero æſtimauerunt latriæ cultum exteriorem non eſſe idolis exhibendum tamquam per ſe bonũ, aut opportunũ, ſed tamq̃ vulgari conſuetudini conſonum, ut Aug. in * 6. de ciu. Dei, introducit Senecam dicentem: Sic, inquit, adorabimus, ut & meminerimus huiuſmodi cultum magis ad amorem, q̃ ad rem ꝑtinere. Et in lib. de * uera religione, Auguſt. dicit, non eſſe religionem a philoſophis quærendã, qui eadem ſacra recipiebant cum populis, & de ſuorum deorum natura, ac ſummo bono diuerſas cõtrariaſque ſententias in ſcholis perſonabant. Et hunc etiam errorem ſecuti ſunt quidam hæretici

* Ench. c. 3. to. 3.
* Li. 10. c. 19. circa prin. to. 5
* Lib. 6. c. 10. to. 5.
* Cap. 5. i prin. to. 1

trogrado ordĩne diſcendũ eſt: quia primum eſt de ſpecie, ſecũdum de genere, vt doctrina ordinata ſit à magis cõi ad minus cõe. Sciendũ eſt igitur, ꝙ comparatio hoc in loco fit inter peccata ſecundũ ſua genera, ut ex pluribus locis tertij articuli apparet. Et quia duorum generũ peccata contingit ſe habere ex additione, ut ſcilicet unum includatur in altero quãmuis non econuerſo: idcirco quando comparatio fit inter peccatum ex additione ſe habens ad aliud, & reliquum ſecundum ſe ſolum, facilis eſt comparatio: quoniam conſtat, ꝙ includens eſt grauı⁹ incluſo, nec pp hoc mouenda eſſet ſolẽnis quæſtio. Sic autẽ eſt in ꝓpoſito, quia idolatria ſecundum ſuum genus, claudit in ſe infidelitatem, & odium Dei, quoniam utriuſque proteſtatio eſt. Colens nãque idola, quantum in ſe eſt, tollit a Deo ſuam ſingularẽ excellẽtiam, qua ſolus eſt Deus: hæc eſt autem ſua deitas: quod ad odium Dei ſpectat, & negat huiuſmodi ſingularitatẽ, quod ad infidelitatem ſpectat: ac per hoc grauius peccatum illis ſecundum ſe eſt.

Concl.

ſeſ. Et ꝓpterea author, qui non mouit q̄ſnē de idolatria in reſpectu ad iſta, ſed vniuerſaliter in reſpectu ad oīa peccata, pertranſiuit facile in reſponſione ad primū tertij articuli, materiam iſtam tamquàm claram.

¶ Ab obiectionē aūt ſ oppoſitū dr̄, ꝙ aliud eſt cōparare peccata ſecūdū ſua gn̄a, & aliud comparare pc̄tm̄ vnius gn̄is ad ſūmitatē alterius gn̄is, vt in argū fit comparando idolatriā ad ſummū odiū Dei, puta, quo qs vellet Deū totaliter non eſſe. Huic enī ſūmo oporteret è regione ponere aliud ſummum, puta, idolatriam ex tali odio, & ſic idolatria inueniretur grauior.

Li. 6. c. 10. tom. 5.

¶ Ad primū autē dubium dr̄, q̄a idolatria tm̄ exterior eſt & ꝓteſtatio infidelitatis, & odij Dei, iō retinet grauitatē ſui gn̄is, ac ꝑ hoc eſt grauior ſecundū ſuū genus infidelitate, & odio Dei. Et includit prẹter ſui gn̄is grauitatē, grauitatē mēdacij ꝑnicioſi. & ꝓpterea ab Aug. dānabilior dr̄, & ab authore ſuſtinet̄: & non dr̄ in lr̄a, ꝙ tale mendacium adæquet, aut excedat īfidelitatē interiorē, ſed, vt dictū eſt, declarat̄ qd idolatriæ exteriori ſcd̄m ſe cōueniat, ſ. ꝙ p̄ſupponat infidelitatē interius, ac ꝑ hoc etiam ſi interior deſit infidelitas, exterior tn̄ quam idolatria ex proprio gn̄e ex hoc, ꝙ eſt interioris īfidelitatis ꝓteſtatio, hēt, nō amittit. Cum his tn̄ ſtat, ꝙ ex parte peccātis grauius pc̄tm̄ ſit deliberare intus negare fidem Chr̄i, & intus odio hr̄e Deū, q̄ volūtarie extra tm̄ idola colere: qm̄ in peccatis intus maior deordinatio ipſius peccātis inueniretur.

1. p. q. 25. art. 3.

In cor. ar.

Porrecta ꝓ totum.

501

1. 2. q. 102. ar. 3. ad 11.

Et mal. q. 2. ar. 10.

Li. 8. c. 10. circa pric.

aſſerētes nō eſſe ꝑiculoſum, ſi qs ꝑſecutionis tp̄e deprehenſus, exteriꝰ idola colat, dū tn̄ fidē i mēte ſeruet: ſed hoc apparet manifeſtè falſū. Nā cū exterior cultꝰ ſit ſignū iteriotis cultꝰ, ſicut eſt ꝑnicioſū mēdaciū, ſi qs uerbis aſſerat contrarium eiꝰ, qđ ꝑ uerā fidē tenet in corde: ita ēt eſt ꝑnicioſa falſitas, ſi qs exteriorē cultū exhibeat alicui cōtra id, qđ ſentit in mēte. Vñ Aug. dicit cōtra Senecā i 6. * de ciu. Dei: ꝙ eo dānabiliꝰ colebat idola, quo illa quę mēdaciter agebat, ſic ageret, vt eū populꝰ ueraciter ager̄ exiſtimaret.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ neq. in ueteris legis tabernaculo, ſeu tēplo, neq; ēt nūc, imagines i Eccleſia iſtituunt̄, ut eis cultus latrię exhibeatur, ſed ad quādā ſignationē, ut per hmōi imagines mētibꝰ hoīum imprimat̄, & confirmet̄ fides de excellētia angelorum, & ſc̄tōrū: ſecus autē eſt de imagine Xp̄i, cui ratione diuinitatis latria debetur ut dicetur * in Tertio.

Ad II & III patet reſponſio per ea, quæ dicta * ſunt.

Articvlvs III.

Vtrum idolatria ſit grauiſſimum peccatorum.

Ad tertivm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ idolatria nō ſit grauiſſimū pc̄tōrum. Peſſimum.n. opponit̄ optimo, ut dr̄ 8. Eth. ſed cultus interior, qui cōſiſtit in fide, ſpe, & charitate, eſt melior, q̄ cultus exterior. ergo īfidelitas, h deſperō, & odiū Dei q̄ opponunt̄ cultui interiori, ſūt grauiora pc̄tā, q̄ idolatria, quæ opponit̄ cultui exteriori.

¶ 2 Præt. Tantò aliqđ pc̄tm̄ grauius eſt, quantò magis eſt contra Deum: ſed directius aliquis h vr̄ ꝯ̄ Deū agere blaſphemando, uel fidē impugnādo, q̄ cultum Dei alij exhibēdo, qđ ptinet ad idolatriam. ergo blaſphemia, uel impugnatio fidei, eſt grauius peccatum, quàm idolatria.

¶ 3 Præt. Minora mala maioribus malis h puniri ur̄: ſed peccatum idolatriæ punitum eſt peccato contra naturam, ut dr̄ ad Roma. 1. ergo peccatum contra naturam eſt grauius peccato idolatriæ.

Lib. 20. cō tra Fau. c. 5. & 9. circa prine tom. 6.

¶ 4 Præt. Aug. * dicit 20. contra Fauſt. Neque uos, ſ. Manich. paganos dicimꝰ, aut ſchiſma paganorū, ſed cū eis hr̄e q̄dā ſimilitudinē, eo ꝙ multos colatis deos. Verū in hoc eſſe eis lōgè deteriores, q̄ illi ea colunt, q̄ ſunt, ſed pro dijs colēda non ſunt: uos aūt ea colitis, quæ omnino non ſunt. ergo h uitium hr̄ticæ prauitatis eſt grauius, q̄ idolatria.

¶ 5 Pręt. Sup illud ad Galat. 4. Qūo conuertimini iterū ad infirma, & egena elementa, dicit gl. Hier. Legis * obſeruātia, cui dediti tūc erāt, erat pc̄tm̄ h pene par ſeruituti idolorū, cui an̄ cōuerſionē uacauerāt. nō ergo pc̄tm̄ idolatrię eſt grauiſſimum.

Id habet ſn̄ia gl. ut interlinearis. in hoc loco.

Sed contra eſt, ꝙ Leuit. 15. ſuper illud qđ dicitur de immunditia mulieris patientis fluxum ſanguinis, dicit * gl. Omne peccatum eſt immunditia animæ, ſed idolatria maximè.

Gl. ord. ſuper illud Docebitis filios Iſrael, vt caueant immunditias.

Resp. Dicendū, ꝙ grauitas alicuius pc̄ti pt̄ attēdi dupliciter. Vno mō, ex parte ipſius pc̄ti, & ſic m pc̄tm̄ idolatrię grauiſſimū d eſt. n Sicut.n. i terrena republica grauiſſimum eē vr̄, ꝙ aliqs honorē regium alteri impendat, q̄ verò regi, quia q̄tum in ſe eſt, totum reipublicę ꝑturbat ordinem: ita i peccatis, quæ contra Deum committuntur, quæ tamē ſunt maxima, grauiſſimum eſſe videtur, quòd aliquis honorem diuinum creaturę īpendat: q̄a, quātum eſt in ſe, facit alium Deum in mundo, minuens principatum diuinum. Alio modo, poteſt attendi grauitas peccati ex parte ipſius peccantis: ſicut dr̄ grauius eſſe pc̄tū eius q peccat ſcienter, q̄ eius q peccat ignoranter p. Et ſm̄ hoc nihil ꝓhibet grauius peccare hr̄ticos, q ſcienter corrūpūt fidē, quā acceperunt, q̄ idolatras ignorāter peccātes. Et ſimiliter ēt aliqua alia peccata poſſunt eſſe maiora propter maiorem contēptum peccātis q.

Conſ. in D. 716.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ idolatria pręſupponit interiorem infidelitatem, & adijcit exterius indebitum cultum. Si verò ſit exterior tātum idolatria abſque interiori infidelitate, addit̄ culpa falſitatis, vt prius dictum * eſt.

Art. præc.

Ad II dicendum, ꝙ idolatria includit magnā blaſphemiā, inquātum Deo ſubtrahitur dominij ſingularitas, & fidem opere impugnat idolatria.

Ad III dicendum, ꝙ quia de rōne pœnę eſt, ꝙ ſit contra voluntatem, peccatum per qđ aliud punit̄, oportet eſſe magis manifeſtum, vt ex hoc hō ſibiipſi, & alijs deteſtabilis reddatur. Non autem oportet, ꝙ ſit grauius: & ſm̄ hoc, peccatum quod eſt contra naturam, minus eſt peccatum, q̄ idolatriæ: ſed quia eſt manifeſtius, ponitur quaſi cōueniens pœna peccati idolatrię, vt. ſ. ſicut homo per idolatriam peruertit ordinem diuini honoris: ita per peccatum contra naturā, propriæ naturę cōfuſibilem peruerſitatem patiatur.

Ad IIII dicendum, quòd d hæreſis Manich. etiam quātum ad genus peccati, grauior eſt quàm peccatum aliorum idolatrarum, quia magis derogant diuino honori, ponentes duos deos contrarios, & multa vana fabuloſa de Deo fingentes: ſecus autem eſt de alijs hæreticis, qui vnum Deum confitentur, & cum ſolum colunt.

D. 703. & 716.

Ad V dicendum, ꝙ obſeruatio legis tp̄e gratiæ non eſt omnino æqualis idolatriæ ſm̄ genus peccati, ſed penè æqualis: quia vtrumque eſt ſpecies peſtiferæ ſuperſtitionis.

SVP. QV. XCIIII. ART. IIII.

Ferr.3.10.c.c. 120.

Porrecta per totum.

502 2.diſt. 15. q.1.art.2. cor. Et 3. contra c. 120. Et po. q.3.art.4. cor.

IN art. 4. eiuſdem 94.q. dubium occurrit, quo pacto verificetur, q oēs dij gentium dæmonia, & cũ licet colerent multos deos, colebãt & vnum ſummum Deum, de quo non põt dici, q ſit dęmõ, quia eſt verus Deus. Rurſus colebant motores cœlorum, quos cõſtat non eſſe dęmones. Quomodo igitur omnes dij gentiũ dæmonia?

¶Ad hoc dr dupliciter. Primò, vt in lra dr, q dæmonia erãt cauſæ ois cultus idolatriæ. Et propterea oēs dij gentium erãt dæmonia cauſaliter, licet non eſſentialiter. Secundò, dr, q oēs dij gentiũ erant ẽt eſſentialiter, aut participatiuè dæmonia, inquantum erãt dij gentium: qm nõ venerabantur ſecundum id, quod in veritate erant, ſed ſecũdum id, quod non erant, hoc eſt, ſecundum deitatem, cum non eſſent dij, niſi vnus, qui non adorabatur ẽt ſecũdum id, quod erat, ſed ſecundum id, quod ipſi de eo concipiebant. Ac per hoc non adorabãt ipſum Deum ſecũdum ſe, ſed id, qđ ipſi vocabant Deum, quod non eſt verus Deus. Et ſic oēs dij gẽtium aut erãt dæmonia, aut figmẽtia dæmoniaca, quæ participatiuè dæmonia erant, & dicuntur.

Lib.8.Etymol. c.11. paulo à princip.

Lib.21.c.6 à med.illius tom.5

¶In ratione ad ſecũdum, cum legis idolatriã excluſam per virtutem Chriſti in ſexta ætate, non intelligas, q hoc ſit p oi parte ſextæ ætatis perfectæ: ſed quoniã ex magna parte excluſa eſt, & excludentur reliquiæ in eadẽ ætate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum cauſa idolatriæ fuerit ex parte hominis

ADQVARTVM ſic pcedit. Videtur q cauſa idolatriæ non fuerit ex parte hois. In homine.n. nihil eſt niſi vel natura, vel virtus, vel culpa: ſed cã idolatriæ nõ potuit eẽ ex parte naturę hois, quin poti⁹ naturalis rõ hois dictat, q ſit vnus Deus, & q nõ ſit mortuis cult⁹ diuin⁹ exhibẽdus, neq reb⁹ inanimatis. Similiter ẽt nec idolatria habet cam in hoie ex parte virtutis, qa nõ põt arbor bona malos fructus facere, vt dicitur Matth.7. neq ẽt ex parte culpę, quia, vt dr Sapien.14. Infandorũ idolorũ cultura ois mali eſt & initiũ, & finis, ergo idolatria nõ hẽt cãm ex parte hois.

¶ 2 Præt. Ea, quæ ex parte hois cãnt, oi tpe i hoib⁹ inueniuntur. Nõ aũt ſp fuit idolatria, ſđ
H in ſcđa ætate legit eẽ adinuẽta vel à Nẽbroth, qui, vt dr, cogebat hoies ignem adorare: vel à Nino, q imaginẽ pr̃is ſui Beli adorari fecit. Apud Græcos ãt, vt Iſid.* refert, Promethe⁹ primus ſimulacra hoium de luto finxit. Iudęi verò dñt, q Iſmael prim⁹ ſimulacrũ de luto fecit. Ceſſauit ẽt in ſexta ętate idolatria ex magna parte, ergo idolatria ñ habuit cãm ex pte hois.

¶ 3 Pręt. Aug.* dicit 21. de ciu. Dei. Neq potuit primũ, niſi ĩ illis, ſ. demonib⁹ docẽtib⁹, diſci qd quiſq; illorũ appetat, quid exhorreat, aut quo inuitet nomine, aut quo cogatur, vñ magicę artes, earũq artifices extiterunt: eadem aũt rõ vr̃ eſſe de idolatria: ergo idolatriæ cauſa non eſt ex parte hominum.

SED CONTRA eſt, quòd dr̃ Sapiẽ.14. Superuacuitas hominum hæc, ſ. idola, adinuenit in orbem terrarum.

Concl. RESPON. dicẽdũ q idolatriæ eſt duplex cã. Vna qdẽ diſpoſitiua, & hæc
K fuit ex parte hoium: & hoc tripliciter. Primo qdẽ ex inordinatione affectus, put. ſ. hoies aliquẽ hominẽ, vel nimis amãtes, vel nimis venerantes, honorẽ diuinũ ei impenderunt. Et hæc cã aſſignatur Sap.14. Acerbo luctu dolens pr̃, citò ſibi rapti filij fecit imaginẽ, & illũ, q tũc quaſi hõ mortuus fuerat, nũc tamq̃ Deum colere cępit. Et ibidẽ ẽt ſubdit, q hoies, aut affectui, aut regibus deſeruiẽtes,
F incõicabile nomen, ſ. diuinitatis, lignis, & lapidibus impoſuerunt. Secundò, pp hoc, q hõ naturaliter de repræſentatione delectat, vt Philoſ. dicit in * Poetria ſua. Et iõ hoies rudes à principio videntes per diligẽtiã artificũ imagines hominum expreſſiuè factas, diuinitatis cultum eis impenderunt. Vñ dr̃ Sapiẽ.13. Siquis artifex faber de ſylua lignum rectum ſecuerit, & p ſciam ſuæ artis figuret illud, & aſſimilet imagini hois, de ſubſtantia ſua, & filijs, & nuptijs votũ faciens, inquirit. Tertiò, pp ignorantiã veri Dei, cuius excellẽtiã hoies non conſiderantes, quibuſdam creaturis pp pul- Cap.1.in prin.illius. tom.6.
G chritudinẽ, ſeu uirtutẽ, diuinitatis cultũ exhibuerunt. Vñ dr̃ Sap.13. Neq; opibus attendẽtes, agnouerunt quis artifex eſſet, ſed aut ignẽ, aut ſpiritũ, aut citatũ aerẽ, aut gyrũ ſtellarũ, aut nimiã aquã, aut Solẽ, aut Lunã, rectores orbis terrarum, deos putauerunt. Alia aũt cã idolatrię fuit cõſumatiua ex parte demonum, qui ſe colendos hoibus errãtibus exhibuerũt, in idolis dando rñſa, & aliqua, q̃ videbantur hoibus mirabilia, faciendo. Vnde & in Pſ.95. dicitur: Omnes dij gentium dæmonia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q cã diſpoſitiua idolatriæ fuit ex parte naturæ hois defectus, vel p ignorantiã intellectus, vel p inordinationem affectus, vt dictum * eſt. Et hoc ẽt ad culpã pertinet. In corp. ar.
Dr̃ aũt idolatria eſſe cã, initium, & finis ois peccati: quia non eſt aliqđ genus peccati, quod interdũ idolatriã non producat, vel expreſſè inducendo per modum cauſæ, vel occaſionẽ prębendo p modũ initij, vel per modum finis, inquãtum peccata aliqua aſſumebãtur in cultum idolorũ, ſicut occiſiones hoium, & mutilationes membrorũ, & alia huiuſmodi. Et tamen aliqua peccata poſſunt idolatriam præcedere, quę ad ipſam hoiem diſponũt.

AD II dicendum, q in prima ætate nõ fuit idolatria pp recẽtẽ memoriã creationis mũdi, ex qua adhuc vigebat cognitio vni⁹ Dei in mẽte hoium.
I In ſexta aũt ætate idolatria eſt excluſa p virtutẽ, & doctrinam Chriſti, qui de diabolo triũphauit.

AD III dicẽdum, q ratio illa procedit de cauſa conſumatiua idolatriæ.

QVÆSTIO XCV.

De ſuperſtitione diuinatiua, in octo articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de ſuperſtitione diuinatiua.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum diuinatio ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ſit ſpecies ſuperſtitionis.

¶ Tertiò, De ſpeciebus diuinationis.

¶ Quartò, De diuinatione, quę fit per dæmones.

SVP. QV. XCV. ARTIC. I.

Ferr.3.cont.c.154.

IN artic. 1. quæſtio. nonageſimæ quintę nota tria. Primo, quòd quia diſputatio de cauſis ad vtrumlibet non eſt moralis, ideò hic pertranſeundo, & cautè tamen loquendo dicitur, quòd ſecundum ſe conſideratæ ſunt neutræ: quoniam oportet eas ad alteram declinare partem, quando cauſant. Secundò, quòd tam de effectibus cauſarũ ad vtrumlibet, quam de

¶Quintò, De diuinatione, quę fit per aſtra.

¶Sextò, De diuinatione, quæ fit per ſomnia.

¶Septimò, De diuinatione, q̃ fit per auguria, & alias huiuſmodi obſeruationes.

¶Octauò, De diuinatione, quę fit per ſortes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diuinatio ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ diuinatio nõ ſit peccatum. Diuinatio .n. ab aliquo diuino ʰ noïatur: ſed ea, quæ ſunt diuina, magis ad ſanctitatẽ ꝑtinent, q̃ ad peccatũ. ergo videtur ꝙ diuinatio non ſit peccatum.

¶2 Pręt. Auguſt. dicit* in lib. de lib. arb. Quis audeat dicere diſciplinam ʰ eſſe malũ? & iterũ. Nullo modo dixerim aliquam intelligentiã ʰ malã eſſe poſſe: ſed aliquæ artes ſunt diuinatiuæ, ut patet per Philoſ.* in lib. de memoria. Videtur ẽt ipſa diuinatio ad aliquam intelligentiã veritatis pertinere. ergo vr̃ ꝙ diuinatio non ſit peccatum.

¶3 Pręt. Naturalis ʰ inclinatio non eſt ad aliquod malum, q̃a natura non inclinat, niſi ad ſimile ſibi: ſed ex naturali inclinatione homines ſolicitantur prænoſcere futuros euentus, quod pertinet ad diuinationẽ. ergo diuinatio nõ eſt peccatũ.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Deut. 18. Non ſit qui Pytones conſulat, neq; diuinos. Et in decretis. 26.* quæſt. 5. dicitur. Qui diuinationes expetunt, ſub regulis quinquennij iaceant ſecundùm gradus pœnitentiæ diffinitos.

RESPON. Dicendum, ꝙ nomine diuinationis intelligitur quædam prænunciatio futurorum. Futura autem dupliciter prenoſci poſſunt. Vno quidem modo in ſuis cauſis: alio modo in ſeipſis. Cauſæ aũt futurorũ tripliciter ſe habent. Quædam enim producũt ex neceſſitate, & ſemper, ſuos effectus. Et huiuſmodi effectus futuri per certitudinem prænoſci, & prænũciari pòſſunt ex conſideratione ſuarũ cãrum, ſicut aſtrologi A p̃nũciant eclipſes futuras. Quędã verò cauſę ꝓducunt ſuos effectus non ex neceſſitate, & ſp, ſed vt in pluribus, raro tñ deficiũt. Et ꝑ hmôi cãs pñt p̃noſci effect⁹ futuri, nõ q̃dẽ ꝑ certitudinẽ, ſed ꝑ quãdã coniecturã: ſicut aſtrologi ꝑ cõſideratione ſtellarũ q̃dã p̃noſcere, & p̃nũciare pñt de pluuijs, & ſiccitatibus, & medici de ſanitate, vel morte. Quędã verò cauſę ſunt, B q̃ ſi ſm ſe cõſiderent̃, ſe hñt ad vtrũlibet: qđ p̃cipuè vr̃ de potẽtiis rõnalibus, q̃ ſe hñt ad oppoſita ſm* Phil. Et tales effect⁹ vel ẽt ſi q̃ effectus, vt in paucioribus caſu accidũt, ex naturalibus cauſis ꝑ conſiderõnẽ cãrũ p̃noſci non pñt: q̃a eorũ cauſæ nõ hñt inclinationẽ determinatã ad hmôi effect⁹. Et iõ effectus hmôi p̃noſci non pñt, niſi in ſeipſis cõſiderent̃. Hoïes aũt C in ſeipſis hmôi effectus cõſiderare pñt ſolũ dũ ſunt pñtes, ſicut cũ hõ videt Sortẽ currere, & ambulare: ſed cõſiderare hmôi in ſeipſis, anteq̃ fiãt, eſt Dei ꝓpriũ, q̃ ſolus in ſua æternitate videt ea, q̃ futura ſunt, quaſi pñtia, vt in 1. habitũ* eſt. Vnde dr̃ Iſa. 41. Annunciate q̃ ventura ſunt in futurũ, & ſciemus q̃a dij eſtis vos. Si quis ergo hmôi futura p̃nũciare, aut p̃noſcere quocũq; mõ p̃ſumpſerit, niſi Deo reuelãte, manifeſtè vſurpat ſibi qđ Dei eſt, & ex hoc aliq̃ diuini dñr. Vnde dicit Iſid. in li.* Etym. Diuini dicti quaſi Deo pleni. Diuinitate .n. ſe plenos ſimulãt, & aſtutia quadã fraudulẽtię hoïbus futura cõiectãt. Diuinatio D ergo nõ dr̃, ſi q̃s prænunciet ea, quæ ex neceſſitate eueniunt vel vt in pluribus, q̃ humana rõne præſci pñt: neq; ẽt ſi quis futura alia cõtingẽtia, Deo reuelãte, cognoſcat. Tunc .n. nõ ipſe diuinat .i. qđ diuinũ eſt facit, ſed magis qđ diuinũ eſt, ſuſcipit. Tunc aũt ſolùm dr̃ diuinare, qñ ſibi indebito modo vſurpat p̃nunciationẽ futurorum euentuum. Hoc aũt conſtat eſſe peccatũ: vnde ᵐ diuinatio ſp eſt peccatum. Et ꝑp hoc Hier.* dicit ſup Micheam, quòd diuinatio ſemper in malam partem accipit̃.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ diuinatio non dicitur ab ordinata participatione alicuius E diuini, ſed ab indebita vſurpatione, vt dictũ* eſt.

AD II dicendum, ꝙ artes quędam ſunt ad prenoſcendum futuros euẽtus, qui ex neceſſitate, uel frequenter ꝓueniunt, q̃ ad diuinationẽ non pertinent: ſed ad alios futuros euentus cognoſcendos non ſunt aliquæ veræ artes, ſeu diſciplinæ, ſed fallaces, & vanæ ex deceptione dæmonum introductæ, vt dicit Auguſt. in 21. de ciuit. Dei.

AD III dicendum, ꝙ homo habet naturalem inclinationem ad cognoſcendum futura ſecundũ modum humanum, non autem ſecundùm indebitum diuinationis modum.

q. 14. art. 13. & q. 57 ar. 3. & q. 86. ar. 4

Lib. 8. c. 9. a medio. Et refert. 26. q. 4. c. igit, circa princip.

Concl. m

A med. cõmẽtarij n cap. 3. Micheæ, to. 6

In corp. artic.

de cauſalibus cautè in litera dicit̃, quòd per conſiderationem cauſatum prænoſci non poſſunt: & intẽlit de cauſis, vt p̃dixerat, p̃ſideratis .ſ. ſecũdm ſe. Nam ſic, vel ſunt neutræ, vt potentiæ rõnales: vel ſunt ad oppoſita caſualiũ, vt cauſæ naturales, & ſic nõ hñt determinationẽ aliquã ad huiuſmodi effectus. Cũ his tñ ſtat ꝙ ꝑ eaſdẽ cãs p̃paratas, ſeu diſpoſitas, p̃cognoſci aliquo mõ poſſint cãrum harum effectus, vt patet inter hoïes p̃cognoſci ex diſpoſitione naturæ, aut conſuetudinis, aut paſſionis alicuius, qđ faciet in tali euentu, q̃uis certitudo deſit. Et ſimiliter ſi q̃s ſeminis defectuoſi, & matricis huius cognoſceret diſpoſitionẽ, coniiceret de monſtro. Conſiderandũ eſt ergo ad qualiter ſe hñtem cãm referatur effectus futurus, cum præcognoſcendus ex cã dr̃. Et hoc patet maximè in materia diuinationis obſeruare, quia ſuper hoc fundãtur oẽs excuſationes, vt inferi⁹ apparebit diffuſius. Tertio, quid diuinationis noïe intelligẽdũ eſt apud Theologos, & i Eccleſia. Q̃m, vt in litera dr̃, intelligitur indebita vſurpatio p̃nunciationis futurorũ euẽtuũ. Et dr̃ indebita ab indebito modo præcognoſcendi ea, quia .ſ. nec media diuina reuelatione, nec vigore naturalis luminis, ſed dęmoniaca vanitate implicitè, vel explicitè, vt patebit, hr̃, aut iactat̃. Et quia in hoc conſiſtit formalis rõ diuinationis, & in materialibus diuinationis multa eſt ambiguitas propter incertitudinẽ noſtræ ſciæ, & elõgationem, ac occultationẽ cauſarum reſpectu noſtri: ideò tota præſentis q̃õnis doctrina formaliter eſt intelligẽda, & in quolibet articulo ſecũdũ materiã meditandũ, ac ſecũdum vniuſcuiuſq; naturam ſuſpẽdendum, aut decernẽdum iudiciũ eſt. ¶ In reſponſione ad ſecũdum eiuſdẽ articuli aduerte, ꝙ Ariſtoteles in principio libelli de memoria, & reminiſcentia, incidẽter affert reſpectu futurorum, eſſe ſciam ſperatiuam: quam q̃dã diuinatiuam vocãt. Qualis ſit autem, aut ex q̃bus ꝓcedat, non inuenio in eo. Vnde an hoc retulerit ad dogmata cõiiciendi ex cauſis, & ſignis, vt aſtra, complexiones, lineæ naturales, ſomnia ꝓ aliqua parte, & hmôi credũtur, an ad artes vanas, quæ de facto tũc erant apud idolatras, ſicut, & poſt fuerunt apud Chriſtianos, vt patet 26. q. 1. Sortilegi, neſcio. Author parum de intentione illius hoïs curans, ad rõ ſe conuertit tradendo, permanens in formali, vt dictum eſt. Naturalia namq; ſiuè ſigna ſint, ſiuè cauſæ, vt in pluribus verificantur.

Porrecta 8 notum.

503

2. di. 15. q. 1. art. 3. ad 4. Et 3. cõtra c. 154. Et Iſai. 3. lec. 4. princip.

Li. 1. ca. 1. tom. 1.

Parũ a principio libri tom. 2.

26. q. 5. c. Q diuinationes.

Li. 9. Met. text. 3. & 18. tom. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum diuinatio ſit ſpecies ſuperſtitionis.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ diuinatio nō ſit ſpēs ſuperſtitionis. ᵇIdē .n. nō pōt eſſe ſpēs diuerſorū generū ſed diuinatio vr̃ eſſe ſpecies curioſitatis, vt Aug. * dicit in lib. de veram religione. ergo vr̃ ꝙ non ſit ſpecies ſuperſtitionis.

G

¶2 Præt. Sicut religio eſt cultus indebitus: ſed diuinatioᵇ nō vr̃ ad aliquem cultum indebitum pertinere. ergo diuinatio non pertinet ad ſuperſtitionem.

¶3 Pręt. Supſtitioᵇ religioni opponit̃: ſed in vera religione nō inuenitur aliquid diuinationi ꝑ cōtrariū rñdens. ergo diuinatio non eſt ſpēs ſuperſtitionis.

SED CONTRA eſt, qđ Origenes dicit* in Periarchon. Eſt q̃dā opatio dęmonū in miniſterio ꝑſciæ, q̃ artibus qbuſdā ab his, q ſe dæmonibus mācipauerūt nūc ꝑ ſortes, nunc ꝑ auguria, nūc ꝑ cōtēplationē vmbrarū, cōprehendi vr̃. Hæc aūt oīa opatione dæmonum fieri non dubito: ſed, vt* Aug. dicit in 2. de doct. chriſ. Quicqd ꝓcedit ex ſocietate dęmonū, & hominū, ſuperſtitioſum eſt. ergo diuinatio eſt ſpēs ſuperſtitionis.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut ſ̄ * dictum eſt, ſuperſtitio importat indebitū cultū diuinitatis.

¶SVPER QVÆST. XCV. ARTIC. II.

Ferr. 3. contr. c. 154

IN art. 1. eiuſdem 95. q. vide in primis, quòd ratio ſuperſtitionis in diuinationibus eſt, quia auxilium dæmoniacū aſſumitur: & ideò ad hoc oportet ſemper inſpicere, & hinc ſcire, ꝙ diuinatio ex genere ſuo mortale peccatū eſt, & ab Eccleſia damnata, tamquàm diabolici cultus pars ex ꝓpria natura operis, vt diffuſè hēs in Decretis 26. q. 1. 2. 3. 4. 5. & 7. vbi materiā iſti⁹ quæſtionis tractatam videre potes.

Porrecta § totum.

504

Infra ar. 3 cor. princ. Et 2. di. 25 q. 1. ar. 3. ad 4. Et 3. cōt. c. 154.

* Cap. 38. & præced. tom. 1.

¶In eod. art. nota, ꝙ duplex in litera ponitur inquiſitio pro diuinatione, ſ. manifeſtè pernicioſa, quæ. ſ. eſt cum expreſſa dæmonum inuocatione: & vana, quæ. ſ. eſt quando aliquis futurum præcognoſcere tentat, vnde præcognoſci non poteſt. Et hæc propter admiſtionem occultam dęmonum eſt pernicioſa, ſed occultè, vt ampli⁹ infra patebit. Et hoc oportet ſeruare pro fundamentis in tota materia diuinandi: quoniam in his conſiſtit formale, ad quod oportet reſoluere. Ex his enim non ſcimus, an talis inquiſitio, puta, per ſomnia, per ſortes, per aſtra, per lineas, &c. ſit vana: ſed tantum in quo formalis ratio dæmoniacæ inquiſitionis reſpectu futurorum conſiſtat, ſcilicet aut in expreſſa inuocatione, aut tacita, ꝑ hoc quòd vana ſit futuri inquiſitio. Si noſſe autem vis, an talis inquiſitio ſit vana, oportet formale ad talem materiam applicare, & videre ſi inde futurum poteſt, vel non poteſt præcognoſci. Et propterea oportebit in ſingulis articulis ſequentibus ſingula examinare, quantum Deus dederit, ne homines docti nos derideant tamquàm rudes auferentes à rebus eas, quæ in eis occultæ ſunt conditiones, & dæmoni attribuentes: & ne ſapientes in occultis ſuis, quaſi ſine ratione dicta omnia promiſcuè deſpiciant, ſed habeant rationes, quibus obedire debet humana ratio. & vt viri boni peccatū non timeant, vbi peccatum non eſt.

¶Occurrit tamen antè oīa dubium, quare vana inquiſitio futurorum ſit pernicioſa. An ex propria natura, an quia prohibita, & damnata ab Eccleſia. Et eſt ratio dubij, quoniam vana appellatur in propoſito inquiſitio ex defectu à fine, quia ſcilicet non poteſt aſſequi intentum finem, qui eſt cognitio futurorum, ſeu occultorum, vt patet ex diffinitione in litera poſita, quæ iā prænotata eſt. Inquiſitio autem ſic vana non eſt ex genere ſuo pernicioſa: quoniam multas conſtat eſſe inquiſitiones vanas non pernicioſas, vt ſi quis quærat Smaragdum in cerebro gallinæ. Nec etiam ex eo, quod ad cognitionem tendit, pernicioſa eſt: quādoquidem & uanè inquirere ſpeculatiuam cognitionem, puta, geometricā à iuriſconſulto, aut practicā ēt in agibilibus, puta, cōſilium de aliquid agendo à puero, ſtultum nō pernicioſum eſt. Nec etiam ex eo, ꝙ ad futura, vel occulta terminatur, pernicioſa eſt: qm̄ ſiquis à ſamet futura, aut occulta ab homine inquireret, vanè inquireret: qm̄ ille nō pōt dare de his notitiā, non tñ pernicioſè inquireret. Et breuiter in hmōi inquiſitionibus magis relucet hominem ſtultum, q̃ pernicioſum eſſe. Et cōfirmatur, quia ſicut non eſt pernicioſum ex ſuo genere committere vanitati fortunæ futurum dominium exterioris rei, & cum periculo perdendi, vt fit in omnibus ludis fortunæ: ita nō eſt pernicioſum cōmittere fortunæ vanitati cognitionem ſingularium, quæ non ſunt de perfectione intellectus, ſine cuiuſque damno: hoc autem importat vana inquiſitio futurorum. Non eſt ergo ex propria natura pernicioſa vana inquiſitio futurorum, ſed ex Eccleſiæ prohibitione, iuxta dictum Gratiani 26. quæſt. 2. cap. Sors.

¶In oppoſitum autem eſt, quia hæc inueniuntur in vtroque teſtamento damnata, ſcilicet à Moyſe, & Paulo Apoſtolo. Huiuſmodi autem non ſunt mala, quia prohibita, ſed ideo prohibita, quia mala.

¶Ad euidentiam huius ſciendum eſt, vanas occultorum inquiſitiones dupliciter fieri poſſe. Primò, vt vana: ſecundo, vt vtilia

F ad cognitionem occultorū. Si fiant vt vana, ſic conſtat, ꝙ fiunt vt in veritate ſunt, quia vana in veritate ſunt. Et ſic cum vacare vanis inquantum huiuſmodi, nullam maiorem culpam, q̃ vanitas ſit, ponat, conſequens eſt, quòd exercere inquiſitiones vanas vt vanas, licèt ſit ſecundùm ſe malum, non tamen pernicioſum eſt. Vnde veniale tm̄ peccatum eſt, ſi quis vtatur huiuſmodi inquiſitionibus vanis, hoc eſt, nō expectans, notitiam ex ipſis niſi à caſu. Si verò fiāt vt vtilia, cum non ſint ſecundum veritatem vtilia ratione ſui, ſed ratione ſecretæ virtutis dęmoniacæ, inquiſitiones iſtæ ex genere ſuo ſunt pernicioſæ: quoniam uti vanis vt vtilibus, ſecundum ſecretam vim dæmoniacam, manifeſtè pernicioſum eſt. Nec obſtat ſi dicatur, quòd inquiſitiones iſtæ, vt vtiles, non fiunt ſecundum ſecretam, vim dæmoniacam, ſed ſecundùm ſecretā quandā uim nobis incognitam. Dicunt

Homil. 26 in Nume. a med. to. 1

Li. 2. c. 20. tom. 3.

q. 92. ar. 1. & q. 94. artic. 1.

H enim inquiſitores iſti, quòd non inuocant, nec inuocare intēdunt dæmonē, ſed vti talibus, quia experiuntur illa eſſe vtilia ad huiuſmodi cognitionem occultorum. Hoc, inquam, nō obſtat: qm̄ ex quo ſecreta illa virtus in veritate eſt uirtus dæmoniaca, niſi homo vtens illa excuſetur propter ignorātiam, diabolicæ ſe ſocietati immiſcet tacitè ex hoc ipſo, quòd vtitur vanis ut utilibus ſecundum ſecretam uim ignotā. Debet. n. curam habere operum ſuorum, ut ſciat quid facit. Qn̄ verò ignorantia in iſtis excuſet à mortali, & quando non, ex communibus ignorantiæ regulis iudicandum eſt. Rōni autem conſonū eſt, vt credentes abſque hæſitatione aliqua inquiſitiones aliquas, quæ in veritate ſunt vanæ ſecundum ſe, vtiles autem ex dæmone, eſſe vtiles ex diuina, aut naturali, ſecreta tñ virtute: & pro tanto eis vtentes, ac eis inhærentes, ſic tamen ꝙ parati ſunt nullo modo facere, ſi ambiguum eſſet, ꝙ ex dæmone eſſent, excuſentur à mortali: niſi fortè laborarent ignorātia affectata, aut craſſa, & ſupina. Hos enim non audeo excuſare. Talis enim videtur ignorantia, qui vtuntur quodam verſiculo Pſalmiſtæ ad hoc, vt annulus ſuper protenſo filo moueatur. Conſtat enim ex Deo non eſſe inditam uirtutem ſacris verbis ad huiuſmodi leuitates, nec ex natura ineſſe verbis illis hanc virtutem, ex dæmone igitur. Et hoc vnum dixerim, vt ex hoc alia ſcias iudicare, diligenter notans, quòd extra de ſortilegijs. cap. Ex tuarū, presbyter in ſecreto loco cum infami ad inſpectionem aſtrolabij pp furtum inueniendum ex zelo, & ſimpliciter accedens, non modicam peccati maculam contraxiſſe dr̃. Iſte ſiquidem animum inuocandi dæmonem non habuit: inuocauit tamen tacitè de facto non ex ignorantia excuſante: quia cum infami, & in loco priuato, presbyter. Rō autem excuſans prima eſt, quia non per ſe, ſed per accidens, & materialiter tantum tales immiſcent ſe tacitè cum dæmonibus. A toto autem omnino excuſantur, qui credulitatem hanc falſam ex conſilio ſapientis acceperunt, & propterea his vanitatibus ſe immiſcuerunt. Sunt igitur huiuſmodi vana, quatenus pro vtilibus habentur, ſecundum genus ſuum ſuperſtitioſa, ac per hoc inquantum uana, & inquantum ſuperſtitioſa: ideò ſunt prohibita, quia mala, & non econuerſo. Et ex hoc, quòd licet Eccleſia moneat abſtinere etiam à licito vſu aſtrologiæ, ſomniorum, linearum, & huiuſmodi in prænunciationibus, propter periculum declinandi in uſum illicitum, ſicut accidit in vſu iuramenti: non tamen abſolutè prohibet in communi loquendo, niſi quatenus ſunt uana, aut ſuperſtitioſa. Dixi autem in communi loquendo, quia in tali materia, puta, in electionibus, quia debet eligi melior, & non debet cōmitti fortunæ electio: ideo in ſpeciali ſunt prohibitæ ſortes, extra de ſortileg. cap. ultim. Et hæ etiam ſunt prohibitæ, quia malæ ſecundum ſe in tali materia: & ſimile eſt in prohibitione ſortiū ex paginis Euangelicis, quo ad ſæcularia negotia, propter ſcilicet diuinam irreuerentiam, ut Auguſt. dicit 26. quæſtio. 2. Hi qui.

I

K

Quòd

Quòd aũt ꝓhibitiones oẽs de his ſic ſint intelligẽdæ, ſ. in quã- tum uana, aut ſuperſtitioſa, aut alias mala, manifeſtat ex quatuor. Primò, ex ſtudio doctorum ad diſcernendum ad quid aſtra, ſomnia, auium motus &c. ſunt vtilia ſecundùm nãm: & ad quid non, concludendo ꝙ vti eis ſecundum ꝙ ſunt ex natura vtilia, nõ eſt peccatum. Si. n. eſſent mala aliqua, quia prohibita, non oporteret hanc diſcretionẽ facere. Secundo, ex hoc ꝙ tot textus, qui hñr in Decret. c. 26. p̃ totã qõẽs diuinationẽ, incantationẽ, vel ſuperſtitionem afferendo, hæc ſpectare ad ritũ paganorum, culturã, vel ſocietatẽ dæmonum inſinuant. Tertio, ex hoc, ꝙ ius diuinum in hac materia. Deut. 18. Nõ inueniatur in te, qui obſeruet ſomnia, & auguria: exponitur ſecundum dictam gl. ſed vana, aut ſupſtitioſa. Multò ergo magis ius humanũ, vbi aliter non exprimitur, interpretabimur ſic. Quartò, ex hoc ꝙ Apoſ. Gal. 4 non dixit, obſeruatoribus tpum, ꝙ in vanum in eis laborauerit: ſed dixit, Timeo ne vanum in vobis laborauerim, ſignãs ſe timere, ne tpa ſupſtitioſè obſeruauerit: & ſic in vanum in eis laboraſſet, vt ẽt Aug. exponit, vt hr̃ 26. q. 7. c. Quis exiſtimaret. Hoc. n. mõ timẽs Eccleſia ne ad ſuperſtitioſa filij ſui declinẽt horret, damnat, punitq; hęc, non inijciẽdo laqueũ aĩabus, ſed prohibendo, q̃ mala ſunt, & monendo ne ẽt licitis in hmõi ſe implicent, ne paulatim declinent in pernicioſa. Et ſi chriſtiani intelligerẽt celſitudinem gradus ſui (quia diuinæ facti cõſortes naturæ aſciti ſunt in membra Chriſti, & datum eſt eis omnibus præeſſe naturalibus, & dæmonibus, iuxta Dñi promiſſionem Mar. vlt. vbi di: Signa aũt eos qui crediderint, hæc ſequentur &c.) neq; a ſignis cęli, neq; ab alijs quæ gentes, q̃ hoĩes non chriani timent, metuẽrent ſibi, ſed chriãnitatis virtute ſuper oĩa ſeipſos agerẽt, fęliciſſimè oĩa calcãtes.

q.59. in p̃fatione, & ar.3. ad 1.

¶ Ad obiectiones aũt in oppoſitum allatas in principio dubij. iam patet rñſio: quia loquũtur de inquiſitionib. iſtis, quatenus vanæ ſunt, & infra vanitatem ſiſtunt, excepta vltima confirmatione, ad quam dr̃, ꝙ non eſt eadem rõ de dñio rei tpalis, & de cognitione: qm̃ caſus fortuitus ex conuentione hoĩm poteſt eſſe vtilis ad tranſlationem dñij, vt patet in ludis fortunæ, & in ſortibus diuiſorijs. Non ſubeſt autem humanæ voluntati, ꝙ caſus fortuitus ſit vtilis ad cognitionem occultorum: & ideo argumentum non valet.

¶ Gratianus autem in oppoſitum allatus verificatur quo ad monitionem Eccleſiæ, vt diximus, & quo ad ceſſationem inqſitionis per ſortes nõ vanas, ſed a Deo olim probatas, pp̃ rõem in hoc art. ad tertium ab authore aſſignatam ex dr̃ia inter legem nouam, & veterem: Quãmuis fuerit etiam alia ratio, ſ. ꝓnitas illius populi ad idolatriam, in qua videbant rñſa dari gẽtilibus. Vnde Saul, cum non haberet a Deo reſponſum, ad Pytonis ſe conuertit diuinationem. 1. Reg. 28.

¶ In reſponſione ad primum, & ſecundum eiuſdem 2. art. nota, ꝙ diuinatio, licèt ſubiectiuè ſit in intellectu, in quo eſt tam inquiſitio, q̃ cognitio, ſiue debitè, ſiue indebitè habeatur, quia tñ includit ordinem ad voluntatem, cuius eſt vti pacto cũ dæ-A moniis: ideo author ex hac parte ponit ipſam ſpeciẽ eſſe ſupſtitionis, quæ vitium in voluntate eſt, ſicut religio eſt virtus in voluntate. Et licèt vti pacto dæmonis, abſolutè loquendo, videatur ad ſocietatem, & non ad cultum ſpectare, ac per hoc diuinationem non eſſe ſpeciem ſuperſtitionis, cuius eſt exhibere cultum creaturæ &c. ſi tamen diligentius attendamus, quod ratione diuinæ excellẽtiæ ſubiectionem profiteri Deo religionis eſt, videbimus, ꝙ ratione affectatæ excellentiæ diuinæ à dæmone, ꝓfiteri ſe ſubiectum dæmoni, implorando illius conſilium, vel auxiliũ, ſuperſtitionis eſt. Conſtat autem, quòd vti pacto cum dæmone, eſt profiteri ſe indigẽtem dæmone, ac per hoc illi ſubditũ. Omnis enim indigẽs, quatenus indigens eſt, ſubijcitur illi, cuius opera indiget. Propter quod propheta deitatem ex nullius indigentia prob. t, dicens. Dixi domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Ad cultum autem Dei pertinet aliquid dupliciter. Vno mõ, cũ aliquid Deo offertur vel ſacrificiũ vel oblatio vel aliqd hmõi. Alio mõ, cum aliquid diuinum aſſumitur, ſicut ſ. dictum* eſt de iuro: & ideo ad ſuperſtõnem pertinet non ſolùm cum ſacrificium demonib. offertur p̃ idolatriam, ſed ẽt cum aliquis aſſumit auxilium dæmonum ad aliquid faciendũ, vel cognoſcendum. Oĩs aũt diuinatio ex operóe dęmonum ꝓuenit, vel quia expreſsè dęmones inuocantur ad futura manifeſtanda: vel qa dæmones ingerunt ſe vanis inquiſitionibus futurorũ, vt mentes hoĩum implicent vanitate. De qua vanitate dr̃ in Pſal. 39. Nõ reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Vana aũt inquiſitio futurorum eſt, qñ aliquis futurum p̃noſcere tentat, vñ p̃noſci nõ pt. Manifeſtũ eſt ergo, ꝙ diuinatio ſpẽs ſuperſtõnis eſt.

C

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ diuinatio pertinet ad curioſitatem quantum ad finem intẽtum, qui eſt p̃cognitio futurorum: ſed ꝑtinet ad ſuperſtõnẽ, quantum ad modum operóis.

D

Ad II. dicendum, ꝙ hmõi diuinatio pertinet ad cultum dæmonum, inquantum aliquis vtitur quodã pacto tacito, vel expreſſo cum dæmonibus.

Ad III dicendum, ꝙ in noua lege mens hoĩs arcet a tpalium ſolicitudine: & ideo non eſt in noua lege aliquid inſtitutum ad pręcognitionem futurorum euentuum de tpalib. rebus. In veteri aũt lege, q̃ ꝓmittebat terrena, erãt conſultationes de futuris ad religionẽ pertinentibus. vñ dr̃ Iſa. 8. Et cum dixerint ad vos: Quærite a Pytonibus & a diuinis, q̃ ſtrident incantationib. ſuis, ſubdit quaſi rñſionem: Numquid non populus a Deo ſuo requiret viſionẽ ꝓ viuis, & mortuis? Fuerũt tñ in nouo teſtõ ẽt aliqui prophetæ ſpiritũ hñtes, qui multa de futuris euentib. prædixerũt.

C

ARTICVLVS III.

Vtrum ſit determinare plures diuinationis ſpecies.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ non ſit determinare plures diuinõnis ſpẽs. Vbi. n. eſt vna [h] ratio peccãdi, non vñr plures eſſe peccati ſpecies: ſed in oĩ diuinatione eſt vna rõ peccandi, q̃a. ſ. vtitur aliquis pacto dæmonum ad co-

D

SVP. QV. XCV. ART. III.

IN art. 3. eiuſdẽ. q. 95. nota, penes qd diſtinguntur expreſſa à tacita inuocatione dæmonis, ſ. penès intentionem hominis, quam intellige dupliciter haberi pro expreſſa. Primò, cũ inuocat dæmonem. Secundò, cum aliquid facit quod ſcit ex diaboli virtute operari, vt faciunt incantatores. Vtriq; namque expreſsè dæmonem inuocant ex intentione, verbo, vel facto. Et tunc interuenit pactum factum, & ſi non cum illo homine, factum tamen cum aliquo alio, qui aſſiſtet illis operibus oſtendendo, vel operando. Tacita autem inuocatio dæmonum, tunc ſolummodo eſt, quando aliquis talibus ſe implicat, vt dignum ſit dęmonem ſe illis immiſcere, quàmuis hoc ſit præter intentionem talis hominis, vt in multis enumeratis in litera habes.

Porrecta § totum.

505 Opuſc. 25. cap. 4.

¶ In eod. art. circa apparitiones dæmonum nota, ꝙ quinq; modis contingunt huiuſmodi viſiones: Tribus ſecundum ſenſus exteriores, & duobus ſecundùm interiores: Contingit ſiquidem exterius à dæmone induci, primò verum corpus aliunde acceptum, vt cum verum ſemen, & veſtem, & huiuſmodi, offert, aut tunc formatum commiſcendo naturalia actiua, & paſſiua, vt ſerpentes factos per magos Pharaonis, Exod. 7. & volucres factos loco ſociorum Diomedis ſubmerſorum, vt Auguſt. dicit 18. de ciuitate Dei. Contingit ſecundò non verum corpus, ſed ſimilitudinem aliquam corpoream offerre exterius, ex naturalium tamen operatione cõſurgentem, vt Aug. dicit ibidem de Archadibus, & ſocijs Vlyſſis. Et in phialis aquę, vel polito corpore apparent quandoque ſimilitudines, quædam à dæmone procuratæ, cum ad huiuſmodi inuocatur. Et frequenter accidit, cum dæmones in aſſũptis corporibus humanis apparent uigilantibus, conuerſantur cum eis familiariter colloquentes, & concumbentes, quandoque etiam munera vera afferentes eiſdem. Non enim habent veras carnes, & vera oſſa, nec membra: ſed carnis, & membrorum ſimilitudinem non ſolum viſibilem, ſed palpabilem, & ſolidam, ita vt ſentiantur tanquam humanæ perſonæ, vt à multis fide di-

E

F gnoſcendum futura.ergo diuinationis nō ſunt plures ſpēs.

¶2 Præt. Actus humanus ſpēm ſortit̄ ex fine,vt ſ̄ * habitū eſt: ſed oīs diuinatio ordinat̄ ad vnum finem,ſ.ad prenunciationē futurorum. ergo omnis diuinatio eſt vnius ſpeciei.

¶3 Præt. Signa h non diuerſificāt ſpēm peccati. Siuè.n.aliqs detrahat verbis, vel ſcripto, vel nutu,eſt eadē ſpēs peccati: ſed diuinationes nō vn̄r differre,niſi ſm̄ diuerſa ſigna, ex qbus accipitur præcognitio futurorum.ergo nō ſunt diuerſę diuinationis ſpecies.

SED CONTRA eſt, qd* Iſid. in lib. Etymol. enumerat diuerſas ſpecies diuinationis.

RESPON. Dicendū, ꝙ ſicut dictū* eſt,oīs diuinatio vtit̄ ad ꝑcognitionē futuri euentus aliquo dæmonum conſilio, uel auxilio. * Quod quidē vel expreſsè imploratur,vel ꝑter intētionē hoīs ſe occultè demō ingerit ad ꝓnunciandū futura qda,q̄ hoībus ſunt ignota, eis aūt cognita ꝑ modos,de qbus in primo dictum eſt. Dęmones aūt expreſsè inuocati, ſolēt futura ꝓnunciare multipliciter. Qn̄q; qdē ꝓſtigioſis qbuſdam apparitionibus ſe aſpectui, & auditui hoīum ingerentes ad ꝓnunciādū futura:& hæc ſpēs vocat̄ ꝓſtigiū,ex eo ꝙ oculi hominū ꝑſtringunt̄. Qn̄que aūt ꝑ ſomnia: & hęc vocatur diuinatio ſomniorū. Qn̄que verò per mortuorum aliquorū apparitionem, vel locutione: & hęc ſpēs vocat̄ nigromātia, qa vt dicit* Iſid. in li. Etymol. Nigrū Græcè mortuus, mātia verò diuinatio nuncupat̄: qa qbuſdā ꝑcātationib⁹ adhibito ſanguine, vn̄r reſuſcitati mortui diuinare,& ad interrogata r̄ndere. Qn̄q; verò futura ꝓnunciant ꝑ hoīes viuos,ſicut in arreptitijs patet. Et hęc eſt diuinatio ꝑ Pytones. Et vt* Iſido. dicit: Pytones à Pytone Apolline ſunt dicti,q dicebat̄ eſſe author diuinandi. Qn̄q; verò futura ꝓnuntiāt ꝑ aliquas figuras,vel ſigna q̄ in rebus inaīatis apparent, q̄ qdē ſi appareāt in aliquo corpare terreſtri,puta,ī ligno,vel ferro, vel lapide polito, vocat̄ geomantia. Si aūt in aqua, hydromantia: ſi aūt in aere, aeromantia, ſi autem in igne Pyromātia: ſi aūt in viſceribus aīaliū immolatorū in aris demonū, vocat̄ aruſpiciū. Diuinatio aūt q̄ fit abſque expreſſa demonum inuocatione, in duo gn̄a diuidit̄, quorum primū eſt, qn̄ ad ꝓnoſcendū futura aliqd cō ſideramus in diſpoſitionibus G aliquarū rerū. Et ſi qdē aliquis conet̄ futura ꝓnoſcere ex conſideratione ſitus, & mot⁹ ſiderū, hoc ꝑtineret ad aſtrologos, q & genethliaci dn̄r, ꝑꝑ nataliū conſiderōnes dierū. Si verò ꝑ motus, vel voces, auium, ſeu quorūcūq; aīalium, ſiuè ꝑ ſternutationes hoīum, vel mēbrorum ſalt⁹, hoc ꝑtinet gn̄aliter ad auguriū, qd̄ dr̄ à garritu auium, ſicut auſpicium ab inſpe H ctione auiū, quorum primū ꝑtinet ad aures, ſm̄ ad oculos. In auibus.n. hmōi ꝑcipuè cōſiderari ſolēt. Si verò hmōi cōſideratio fiat circa verba hoīum abſq; intentione dicta, q̄ qs retorquet ad futurū, qd vult prænoſcere, hoc vocat̄ omen. Et ſicut Valerius Max. * dicit ominū obſeruatio aliquo cōtractu religioni annexa eſt: qm̄ non I fortuito motu, ſed diuina ꝓuidētia cōſtare credit̄, q̄ fecit: vt Romanis deliberantibus vtrū ad aliū locū migrarēt, fortè eo tp̄e cēturio qdā exclamauit. Signifer, ſtatue ſignum, hic optimè manebim⁹: quā vocē auditā ꝓ omine acceperunt, trāſeūdi cōſiliū omittētes. Si aūt cōſiderent̄ aliquæ diſpoſitiones figurarum in aliqb. corporib. viſui occurētes, erit alia diuinationis ſpēs. Nā ex lineamētis man⁹ cōſi K deratis diuinatio ſumpta, chiromātia vocat̄, quaſi diuinatio manus. Chiros.n. gręcè dr̄ manus. Diuinatio uerò ex quibuſdam ſignis in ſpatula alicuius animalis apparētibus, ſpatulamātia vocatur.

Ad ſecundum autē diuinationis genus, quod eſt ſine expreſſa dęmonum inuocatione, pertinet diuinatio, quæ fit ex conſideratione eorum, quæ eueniunt ex quibuſdam, quæ ab hominibus ſeriò fiunt ad aliquid occultum inquirendum, ſiuè per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem geomantiæ: ſiuè per conſiderationem figurarum, quæ proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto: ſiuè ex quibuſdam ſchedulis ſcriptis, vel nō ſcriptis in occulto repoſitis, dum con-

gnis ex propria experiētia narrant hus audiui. In duobus tn̄ deficere ab humanis ꝑcepi corporibus. Primò, in temperamēto carnis. Nā confeſſus eſt ipſe mendacij pater, cū eius caro quaſi glacialis moleſta eſſet tactui humanæ carnis, ſe nō poſſe meli⁹ facere. Non pōt.n. ſic commiſcere naturalia abſq; vera gn̄atione hoīs, vt carnē humanā efficiat. Et ſimili rōne non pōt ſemē humanū efficere ꝑꝑ perfectionem horū, & ſimilium effectuū requirentiū propria naturalia actiua ꝑfecta, & ex hoc patet, ꝙ veriſſimū eſt ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionē dixit, Palpate, & videte, quia ſpūs, ſeu dęmonium, carnē & oſſa nō hēt. Io. 20. & Lucę vlt. Secundò, in delectatione tactus, & concubitus. Eſt.n. tanto perſonarum humanarum commiſtio naturalis delectabilior, quantò verum ſuper excedit veriſimili. Et hæc ſunt dicta & pro declaratione veritatis & pro confutatione ſapientū in oculis ſuis negantium dæmones, qui ſi Eccleſiæ non credunt, accipiāt fidei chriſtianæ teſtimoniū vel ab hoſte. Ex eiſdem namq; cognoui, ꝙ volunt dæmones ꝑſonas has fidem Chriſti relinquere. Quorſum hoc, ſi fides Chriſti dæmoni nō diſpliceret? Neq; ſomnia, aut extaſes, aut ſubita, momētaneaue aliqua, ſed diuturnas familiaritates, ſicut inter hoīes ſenſibiliter cū effectib. ſenſibilibus nō vetularū, non inſenſatarū, aut malenconicarum, vt aiūt, ꝑſonarū, narro. Sed quia hēt Moyſē, & ꝓphetas, & ſcriptū eſt, ꝙ fides donū Dei eſt, non hominū voluntatis: & non eſt volentis, neq; currētis, ſed miſerentis Dei, idō &c. Cōtingit tertio ſcdm̄ exteriorē ſenſū apparere aliqua, quæ nec ī veritate, nec ī ſimilitudine extra ſūt, ſed ex parte videntis eā eſt. Et talia vn̄r ꝓręſtigia dæmone cōmouente humores, aut ſpūs hominū. Sicut accidit febrici tantibus videre ſimilitudines in parietibus, & hmōi, vt Philoſ. dicit in lib. de ſomno, & vigilia. Contingit & ſecundūm interiorem ſenſum apparitiones dæmonē cāre, vel ī alienatione à ſenſibus, ſiuè per nimiam attētionem, vt accidit ſuperbis contēplatiuis, qui à dæmone illudūtur in varijs imaginibus, ſiuè per vnctionē corpoream vt accidit ijs, qui ire ſe credunt veſpere quintæ feriæ ad ludos Dianæ, vel ſimilia diabolica. Sūt hęc in imaginatione, vt experiētia teſte uſum eſt à fide digna ꝑſona, quæ mihi narrauit ſe vetulam illā, quæ promiſerat ſe iturā in ſuā camerā, nocte illa inueniſſe nudā in propria camera inſenſibiliter conſtitutā: vndè & poſtea conuertit eā ex tali confuſione. Ego quoque ab vna muliere amante quendā ſcio, ꝙ diabolus vnxit eā nudam ſuadens illi, ꝙ ſic duceret eā ad domū ſui dilecti, & poſtmodum poſtquàm fuit extra ſe multo tp̄e, & crederet ſe cū ſuo dilecto fuiſſe &c. inuenit ſe in ſuo loco ita laſſatā, ꝙ refocillatione indiguit &c. Et niſi ego declaraſſē ei, ꝙ imaginatio fuit, & ex tali nuditate ita læſa eēt, neſciret fortè vſq; hodie, ꝙ illud nō fuerit in veritate. Per hæc tamen non negamus quin diabolus, Deo ꝑmittente, qn̄q; perſonā aliquā voluntariam etiam corporaliter ducat de loco ad locum. Sed hoc rariſ-

q.92.ar.2. & 1.2.q.1. art.1.

Lib.8. c.9.

Art. præc.

Alias, petitione.

q.57.ar.3.

Lib.8. c.9. parum ante med.ij.

Li. 8. Ety. c. 9. a medio.

Lib. 1. c. 5. in princ.

ſideratur quis quam accipiat, vel ét ex feſtucis inæqualibus propoſitis, quis maiorem, vel minorem accipiat, vel taxillorum ꝓiectione, quis plura puncta proiiciat, vel ét dum conſideratur quid aperienti librum occurrat, quę oĩa ſortium nomen habent. Sic ergo patet m triplex diuinationis genus, n quorum primum eſt per manifeſtã dæmonum inuocationẽ, quod pertinet ad nigromanticos. Secundum ât eſt ꝑ ſolã cõſiderõem diſpõnis, vel motus alterius rei, qđ pertinet ad augures. Tertiũ eſt, dum facimus aliquid vt nobis manifeſtet̃ aliqđ occultum, qđ ptinet ad ſortes, ſub quolibet ât horũ multa cõtinentur, vt patet ex* dictis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in oĩb. ꝓdictis eſt eadẽ gñalis rõ peccandi, ſed non eadem ſpecialis. Multo enim grauius eſt dęmones inuocare, q̃ aliqua facere, quibus dignum ſit, ut ſæ dæmones ingerant.

AD II dicẽdum, ꝙ cognitio futurorum, vel occultorum eſt vltimus finis, ex quo ſumitur gñalis rõ diuinationis. Diſtinguunt̃ autem diuerſæ ſpẽs ſ̃m propria obiecta, ſiue materias, prout. ſ. in diuerſis rebus occultorum cognitio conſideratur.

AD III. dicendum, ꝙ res, quas diuinantes attendunt, cõſiderant̃ ab eis non ſicut ſigna, quib. exprimãt quod iã ſciunt, ſicut accidit in demõſtratione, ſed ſicut principia cognoſcendi. Manifeſtum eſt ât, ꝙ diuerſitas principiorum diuerſificat ſpẽm, ét de ſciis demõſtratiuis.

tariſſimè vr̃ accidere: ſiue quacũq; alia cã alienatio à ſenſibus contingat, vel ſine alienatione à ſenſibus opat̃ dæmõ in hoĩe, quemadmodum ex infirmitate accidit phreneticis, q vidẽt, & audiunt q̃ non ſunt. Facit aũt dæmon hęc oĩa intus in ſenſib⁹, commouendo humores ſpũs, componendoq; diuerſimode, vt diffusè habes ab authore in q. diſputatis de malo, qõ. 16. q̃ eſt de dæmonibus.

¶ In eod. arti. 3. q. 95. circa duo reliqua gña diuinationis, vbi nõ expreſsè inuocat̃ dæmon, aduerte, ꝙ quia hinc non habes, niſi diuinationẽ ſumptã ex iſtis enumeratis in
Concl. m
lr̃a eſſe illicitã, & ſuperſtitionis ſpeciẽ, & diuinatio ſonat indebitã uſurpationẽ diuinæ cognitionis, non potes hinc damnare iſta, niſi quatenus diuinationis ſunt opa, ac ꝑ hoc ſi aliqua horum ſint, q̃ pñt aliter fieri, q̃ diuinatiuè, cohibe ĩnſam, & liguã, & diſcute pri⁹ ſingula quot modis fieri pñt, anteq̃ dãnes opa abſolute, & tolerabili intẽtione facta. Et licet
In corp. artic.
hoc difficile ſit, conabor ꝓ virib⁹ illud efficere non exeundo terminos morales, in ſingulis art. ſeq. cuncta tangendo.

¶ In rñſionibus argumentorũ aduerte, ꝙ author ſpecies diuinationis tot diſtinxit ex parte intellectus, qa, ſ. ex diuerſis principijs formalibus adinuicẽ nõ reſolubilibus, nec ad alia unius ſpeciei conſtitutiua principia procedunt, puta, ex lineis, ex vocib⁹, ex ſortib⁹ &c. Hæc.n. nec adinuicẽ reducunt̃, nec reſoluunt̃ ĩ aliqua principia ſpecifica, ſed gñica, aut analoga, iuxta eorũ conuenientiã. Et qm̃ formalium pricipiorũ diuerſitas infert formalẽ diuerſitatẽ obiectorũ, idõ author in rñſione ad ſecũdum, diuerſitatem formalem obiectorũ cum dixiſſet, probauit eã in reſponſione ad tertium ex diuerſitate principiorum. Non ergo intelligas in reſponſione ad ſecundum, per diuerſas materias rerum, in quibus cognitio quæritur, diuerſitatem rerum conquiſitarum, puta, auri, argẽti, vel veſtis &c. ſed diuerſitatem declaratam in corpore articuli, puta, in terra, in lineis, in vocibus &c.

¶ SVPER QVÆST. XCV. ARTIC. IIII.

Ferr. 3. contr. c. 154

IN art. 4. eiuſdem 95. q. primò declarandi ſunt termini: deinde diſcutiendæ ſunt rõnes concluſionis. In primis ſcito primo, ꝙ ly illicita, tã in titulo huius articuli, q̃ in titulo quatuor ſequentium articulorum, ſic abſolutè comprehendat illicitum quouis modo, ſ. venialiter, vel mortaliter, & nõ ualeat argumentum, Hoc eſt illicitum, ergo mortale, vbi tñ quæritur de licito, vel illicito ex ſuo gñe, & eſt ſermo de gñe contrario

A virtuti neceſſariæ ad ſalutem, dubium non eſt, ꝙ pctm̃ mortale principaliter quæritur: qm̃ oẽ ſic illicitum, peccatum mortale eſt, niſi ꝑꝑ imperfectionem actus ſit veniale. Et quia ſic eſt in propoſito, qm̃ de diuinatione, & vniuerſaliter de ſpeciebus ſuperſtitionis eſt qõ, & ſuperſtitio vitium eſt gñcum, contrariũ religioni neceſſariæ ad ſalutem æternam: ideò & cum inquirit̃, & cũ in cõcluſione princip. i rñſiua dr̃, ꝙ eſt illicita, intelligit de illicito ex ſuo gñe, ac ꝑ hoc de mortali peccato. Eſt ergo hic ſenſus, ꝙ inuocatio dæmonũ eſt mortale peccatũ ex ſuo genere.

Corr. [illegible] g ritum.

506

Inf. q. 96. art. 1. cor. Et 3 cont. c. 154

ARTICVLVS IIII.

Vtrum diuinatio, quæ fit per inuocationes dæmonum, ſit licita.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ diuinatio, q̃ fit ꝑ inuocationes dęmonum, non ſit illicita. Chrs. n. nihil illicitum
B commiſit, ſ̃m illud 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit: ſed Dñs a dęmone h interrogauit, qđ tibi nomẽ eſt? qui rñdit, Legio: multi. n. ſumus, vt hr̃ Mar. 5. ergo vr̃ ꝙ liceat a dęmonib. aliquid occultum interrogare.

¶2 Pręt. h Sanctorum aĩæ non fauent illicitè interrogãtibus: ſed Sauli interroganti de euentu futuri belli a muliere hñte ſpiritum Pytonis apparuit Samuel, & ei futurum euentum
C prædixit, vt legitur 1. Re. 28. ergo diuinatio, q̃ fit ꝑ interrogationẽ a dæmonib. nõ ẽ illicita.

¶3 Præt. Licitum eſſe vr̃, veritatem ab aliquo ſciẽte h inqrere, q̃ vtile eſt ſcire: ſed q̃nque vtile eſt ſcire aliqua occulta, q̃ ꝑ dæmones ſciri pñt, ſicut apparet in inuentione furtorum. ergo diuinatio, q̃ fit per inuocationem dæmonum, nõ eſt illicita.

SED CÕTRA eſt ꝙ dr̃ Deu. 18
D Nõ inueniat̃ in te q Ariolos ſciſcitetur, neq; Pytones cõſulat.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ m oĩs diuinatio, q̃ fit ꝑ inuocationes dęmonũ, eſt illicita duplici rõne, quarũ prima ſumit̃ ex parte principij diuinationis, quod. ſ. eſt pactum expreſsè cum dęmone initum per ipſam dæmonis inuocationem: & hoc eſt oĩno illicitum. Vnde contra quoſdã dr̃ Iſa. 28. Dixiſtis, percuſſimus
E fędus cũ morte, & cũ inferno

¶ Scito ſecundo, ꝙ ly pactum cum dæmone initum, põt dupliciter accipi. Vno mõ, pro conuentione aliqua cum dęmone facta, puta, Tu facias, aut dicas hoc, & ego hoc. Alio mõ, pro ſociali actu cum dæmone. Et licet hæc vocabula pactum, & fœd⁹, ſonent conuentionẽ, ac per hoc cũ toties replicantur, hæc verba, vñr ſic accipiẽda: ſi quis tñ diligenter conſideret intentionem, & verba authoris, hãc primã interpretationẽ nõ exiget, ſed in ſcda permanebit, ſ. de actu ſociali. Et intentio quidẽ authoris manifeſta eſt, qm̃ intendit, ꝙ inuocatio dęmonũ ſit illicita, vt per totum, & ſpãliter in rñſione ad primũ patet, ubi diſtinguit inquiſitionẽ inuocatiuã dæmonis cõtra inquiſitionem per occurſum dęmonis. Verba aũt authoris ad hoc in litera clara ſunt in prima rõne, cum dicit, ꝙ. ſ.
Concl. m
eſt pactum expreſsè cum dęmone initum per ipſam dæmonis inuocationẽ. Ex his namq; ſubiũctis verbis, ſ. per ipſam dæmonis inuocationẽ, explanauit in quo cõſiſteret pactum, ſ. in ipſa inuocatione: ita ꝙ inuocatio expreſſa, eſt pactum expreſſum, & inuocatio tacita, eſt pactum tacitum. Conſtat autem ꝙ inuocatio eſt actus ſocialis. ergo.

¶ Amplius in q. ſequenti in art. 1. ad tertium, authoris uerba ſunt iſta. Exquirere cognitionem futurorum à dæmonibus, nõ ſolum eſt peccatum propter hoc, quòd ipſi futura non cognoſcunt, ſed propter ſocietatem cum eis initam, quæ etiã in propoſito habet locum. Vbi clarè manifeſtat, ꝙ appellatione pacti intelligit ſocietatem: ita quòd quando legeris pactum, uel fędus initum, intellige ſocietatem initam expreſsè per inuocationẽ, tacitè per opus, cui merito dęmon ſe immiſcet. Et bene hæc nota, ꝙ actus inuocationis, ſeu cuiuſcunque recurſus ad dæmonem, eſt ſaltem ſocietas inita, quia eſt initium ſocietatis cum dæmone, & uocatur pactũ initũ, ſicut etiã ſocietas inita: qm̃ ſocietas claudit in ſe pactum, fœdus, ſeu conuentionem, &

logicè. qm̃ non me impedio, an iuris intentio ſit, ꝙ cõtra ſortilegos cum iniuria ſacramentorum &c. inquiſitores procedãt. Gaudeat vnaquæque ſcientia ſuis terminis.

¶In rñſione ad ſecundum aduerte, ꝙ iſtorum duorum modorum dicendi, quos ex Aug. author aſſert, neuter vr̃ certus, & vterq; habet pro ſe fauorem. Quòd.n. verè fuerit anima Samuelis, Eccleſ. 46. dr̃, vbi hñr hęc verba de Samuele. Poſt hæc dormiuit, & notum fecit regi, & oſtẽdit illi finẽ vitæ ſuæ. Quòd verò fuerit dæmon in forma Samuelis ſ Decretis 26. q. 5. cap. Nec mirum, habetur ex Aug. de ciuit. Dei. Sub iudice igitur lis eſt.

dominante arte magica, vel potentia, ſed diſpenſatione occulta, quæ Pytoniſſam, & Saulem latebat, ſe oſtẽderet ſpiritus iuſti aſpectibus regis, diuina eum ſñia percuſſurus. Vel non verè ſpiritus Samuelis a requie ſua excitatus eſt, ſed aliquod phantaſma, & illuſio imaginaria, diaboli machinationib. facta, quã ſcriptura Samuelem appellat, ſicut ſolent imagines, rerũ ſuarum nominibus appellari.

AD III dicendum, ꝙ nulla vtilitas tp̃alis p̃t cõparari detrimento ſpiritualis ſalutis, quod imminet ex inq̃ſitione occultorum p dęmonum inuocationẽ.

ARTICVLVS V.

Vtrum diuinatio, quæ fit per aſtra, ſit illicita.

AD QVARTVM ſic pcedit̃. Vr̃ ꝙ diuinatio, q̃ fit p aſtra non ſit illicita. Licitũ eſt.n. ex conſiderõne cauſarum prænunciare effectus h, ſicut medici ex diſpõne ægritudinis prænunciant mortem: ſed corpora cœleſtia ſunt cauſa eorum, quę fiunt in hoc mundo, vt ẽt Dionyſ. dicit 4. c. de diu. nom.* ergo diuinatio, quę fit per aſtra, non eſt illicita.

¶2 Præt. Sciẽtia humana ex experimentis originem ſumit, vt patet per Philoſ.* in 1. Metaph. ſed per multa experimenta aliqui cõperierunt, ex conſiderõne ſiderum aliqua futura poſſe prænoſci. ergo nõ videtur eſſe (B) illicitum h tali diuinatione vti. Lib. 1. c. 1. nõ lõge a prin. to. 3.

¶3 Præt. Diuinatio dr̃ eſſe illicita, inquantum innititur pacto cum dæmonibus inito: ſed hoc non fit in diuinatione, quæ fit per aſtra, ſed ſolùm conſideratur diſpoſitio creaturarũ Dei. ergo videtur, ꝙ huiuſmodi diuinatio non ſit illicita.

SED CÕTRA eſt, quod Aug. dicit in 4. confeſ. Illos planetarios, quos Mathematicos vocant, conſulere nõ deſiſtebam, (C) quaſi nullum eſſet ſacrificium, & nullæ preces ad aliquem ſpiritum ob diuinationem dirigerentur: qđ tamen chriſtiana, & vera pietas expellit & dãnat. Lib. 4. c. 1. in prin. to. 1.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ ſicut dictum* eſt, diuinationi, quę ex opinione falſa, vel vana procedit, ingerit ſe operõ dæmonis, vt hoĩum aĩos implicet vanitati, aut falſitati. Vana autem, aut (D) falſa opinione vtit̃, ſi q̃s ex conſiderõne ſtellarum futura velit præcognoſcere, q̃ per ea præco- Ar. 1. & 2.

¶SVP. QV. XCV. ARTIC. V.

Ferr. 3. contr. c. 154.

IN tit. art. 5. nota tã pro ipſo, q̃ pro tribus ſequentibus articulis, ꝙ titulus min⁹ dicit, q̃ ſignat. Dixit namq;, An diuinatio talis ſit illicita, & ſignificat an inquiſitio futurorum talis ſit illicita. De diuinatione namque oĩ definitum eſt, ꝙ eſt illicita; ſed an in tali materia, ſeu via, aut modo inquirendi notitiam futurorum ſit diuinatio propria, diſcutiendum reſtat.

Porrecta p rotum. 507 2. diſt. 15. q. 1. art. 3. ad 4. Et 3. cõ. c. 154. co. Et Gal. 4. lect. 4.

¶In art. eodem repete primo, in quo formaliter conſiſtit illicita p cęleſtia inquiſitio occultorum, ſ. in hoc, ꝙ eſt vana, aut falſa: ita ꝙ ſola illa inquiſitio occultorum per aſtra eſt illicita, quæ eſt vana, aut falſa, & ne ſit q̃ð de vanitatis vocabulo, in litera declaratur, ꝙ tunc eſt vana, aut falſa, qñ per ea vult quis præcognoſcere, quæ per ipſa cęleſtia præcognoſci non poſſunt. Formale ergo ad quod oportet reſolui inquiſitionem, & conſultationes aſtrorum, eſt, ſi id quod quærit, poteſt per cæleſtia præcognoſci. Si enim poteſt præcognoſci, non eſt inquiſitio vana, aut falſa, non eſt illicita, non eſt ſuperſtitioſa, non eſt digna vt dæmon ſe immiſceat, non eſt prohibita. Et ratio in promptu eſt, quia naturalis ſciẽtiæ opiniones, & coniecturæ non ſunt prohibitæ, ſed à Deo nobis in perfectionem intellectus adminiculumq; datæ. Si autem per cęleſtia corpora cognoſci nequeunt, inquiſitio ipſa ex ſua temeritate (E) meretur vt dæmon ſe immiſceat, & quandoque vera, quandoque falſa, prout permittitur iuſtè à Deo, dicat. Et tunc væ hoĩ illi, qui ad hæc tendit: quoniam diuinatio eſt, ſuperſtitio eſt, pernities eſt animæ, vt ex añdictis patet: & huiuſmodi inquiſitio damnata eſt ab Eccleſia, & prohibita. Oportet autem & in hoc formali diligenter diſtinguere modum cognoſcendi, ſeu inhærendi. Nam multum refert, an aliq̃s ex cęleſtib⁹ velit ſcire per certitudinem quid futurum ſit: aut ſcire p cõiecturam, quantum. ſ. eſt ex tali inclinatione. Primo namque mõ, ſ. per certitudinem inquirere cognitionem futurorum contingẽtiũ ex cęleſtibus, eſt vanum, & ſuperſtitioſum, diabolicum, ac damnatum ab Eccleſia. Et ratio eſt, quia futura contingentia nõ de neceſſitate cauſantur à cœlo. Secundo autem modo, inquirere cognitionem inclinationũ, ſiue hominum, ſiue aliarũ corporearum ad electiones nr̃as, quæ naturæ facultatem non excedunt, & alia caſualia, ſiue fortuita, non eſt malum, nec damnatum. Et rõ eſt, quia huiuſmodi inclinationes ſunt effectus cor- (A) porum cæleſtiũ, vt nunc nunc manifeſtabitur. Conari autem ad cognoſcendum effectus cauſarum naturalium per eas, nõ eſt malum. Propterea author in litera concludendo dicit, Si quis vtatur ad cognoſcendum per certitudinem futura opera hominum &c. non dixit ad cognoſcendum, ſed dixit ad cognoſcendum per certitudinem, vt differentiã iſtam, quam declarauimus, intelligeres.

¶In eodem articu. 5. nota regulam vniuerſalem de ſignis corporeis naturalibus, ſcilicet, quòd tribus modis contingunt. Primo, vt ſint non ſolũ ſigna, ſed cauſæ ſignificantes. Secundo, vt ſint effectus ſignificantes cauſam. Et tertio, vt ſint effectus multi vnius & eiuſdem cauſæ. Et tunc vnus effectus eſt ſignum alterius effectus prop̃ter connexionem talẽ in cauſa, quia ſcilicet repræſentant cauſam etiã alterius effectus. Exẽplum primi, aſtra sũt in ſigna, vt ſcriptura dicit in principio Geneſis. Exemplum ſecundi, in litera ponitur fumus ſignum ignis. Exemplum tertij, iris, ſeu arcus ſignum ſerenitatis, q̃ eſt effectus cauſæ communis ſibi, & ſerenitati. Ad aliquid hoc in memento recurrere, quando ſigna corporalia in natura dicuntur, ſi reſolutè appetis intelligere, & loqui. Et hæc bene nota propter imagines, auguria, ſomnia &c.

¶In eodem 5. art. circa exemptionem eorum, quæ fiunt, & sũt per accidens à cauſalitate corporum cęleſtium, qualia ſunt caſualia, & fortuita, nota duo ſimul, & quomodo ſe habet rei veritas iuxta communem philoſophiæ doctrinam, & quãtum, & ad quid valeat ratio literæ ad hæc allata.

¶Scito igitur, quòd ea, quæ iunguntur per accidens, ſiuè ſecundum locum, vt locus ſepulchri, & locus theſauri, cum quis fodiendo ſepulcrum inuenit ibi theſaurum, ſiuè ſecundùm tempus, vt tempus tonitrui, & tempus deambulationis animalis, puta, bouis cum boue deambulante, tonat, ſiuè quomodocunque aliter iunguntur per accidens, poſſunt dupliciter conſiderari. Primo, vt ſic, hoc eſt, inquantum ſint entia per accidens, hoc eſt, quòd conſideretur hoc totum, locus ſepulchri, & locus theſauri, & ſic de alijs. Secundo, ſecundum ambas ſeorſum, puta, locus ſepulchri ſecundùm ſe. Nec ſolùm poſſunt dupliciter conſiderari, ſed ẽt poſſunt referri ſecundùm rei veritatem ad diuerſas cauſas. ſ. naturales, vel rationales. Et eſt tanta internas relationes diſtantia, ꝙ quocunque cõſiderata, ẽt per accidens, ſi ad rõnales cãs referãtur, pñt habere cãm per ſe. Imò oĩa hñt diuinã prouidentiam pro per ſe cauſa: qm̃ nihil ei comparatum eſt præter illius intentionem. Si aũt referantur ad cauſas naturales, quales ſunt oĩa corpora, ſic ſecũdum ſuas partes pñt habere ſuas per ſe cauſas: ita ꝙ hic ſit locus theſauri, ab aliqua eſt cauſa: & ſimiliter, ꝙ hic ſit locus ſepulcri, ab aliqua cã eſt. Seu in naturalibus, ꝙ bos deambulet hora tertia, aliquã habet cauſam: ſed hoc totum ꝙ tempus ambulationis, & tempus tonitrui, ſit vnũ & idem, nullam habet vnam naturalem cauſam: quia hoc totum non eſt vnum, ſed multa ſimpliciter. Omnis autem cauſa naturalis determinata eſt ad vnum, & ad hoc affert ratio literæ. Notanter autem dixi, vnam cauſam naturalem,

quoniam

gnoſci nõ poſſunt. Eſt ergo cõſiderandum, qđ p cęleſtiũ corporum inſpectionẽ de futuris poſſit pcognoſci. Et de his quidem, q̃ ex neceſſitate eueniũt, manifeſtum eſt, q̧ per conſiderationem ſtellarum põt pręcognoſci, ſicut aſtrologi prænunciãt eclipſes futuras. G Circa præcognitionẽ verò futurorũ euẽtuũ ex cõſideratione ſtellarũ, diuerſi diuerſa dixerũt. Fuerũt .n. qui dicerent, q̧ ſtellę potius ſignificãt, q̃ faciant ea, quæ ex earum conſideratione prænũciantur: ſed hoc irrationabiliter dr̃. Omne enim corporale ſignũ, vel eſt effectus eius, cui⁹ eſt ſignum, ſicut fumus ſignat ignem, à quo cauſatur: uel ꝓcedit ab eadem cã, H & ſic dũ deſignat cauſam, per conſequens ſignat effectum, ſicut iris q̃nq; ſignificat ſerenitatem, inquantum cã eius, eſt cauſa ſerenitatis. Nõ poteſt autem dici, q̧ diſpoſitiones cęleſtiũ corporũ, & mot⁹, ſint effectus futurorũ euentuum: nec iterum põt reduci in aliquam ſuperiorẽ cauſam cõem, quæ ſit corporalis. Poſſunt autem reduci in vnã I

cauſam cõem, quę eſt prouidẽtia: ſed alia rõne diſponuntur à diuina prouidentia motus, & ſitus cęleſtium corporũ, & alia rõne euentus contingentium futurorum: quia illa diſponuntur ſm rõnem neceſſitatis, vt ſp, & eodem mõ proueniant, hęc autem ſm rõnem contingentiæ, vt variabiliter contingant. Vnde non põt eẽ, q̧ ex inſpectione ſiderum accipiatur præcognitio futurorũ, niſi ſicut ex cauſis præcognoſcunt̃ effectus. Duplices aũt effectus ſubtrahunt̃ cauſalitati cęleſtiũ corporũ. Primò quidẽ oẽs effectus per accidens contingẽtes ſiue in reb⁹ humanis, ſiue in rebus naturalibus, quia vt ꝓbat̃ in * 6. Metaph. ens per accidẽs nõ hẽt cauſam, & pcipuè naturalẽ, cuiuſmodi ẽ uirtus cœleſtiũ corporũ: quia qđ p accidens fit, neq; eſt ens proprie, neque vnũ: ſicut q̧ lapide cadente fiat terręmotus, vel q̧ hoĩe fodiẽte ſepulcrũ inueniatur theſaurus. Hæc. n. & hmõi non ſunt ſimpliciter vnũ, ſed ſimpliciter multa. Operatio autem naturæ ſp terminatur ad

Lib. 6. tex. 4. 5. & 6. to. 3.

qm̃ illud totum hẽt multas cauſas naturales concurrentes ſimul per ſe, q̃nque non inconuenit, puta, Martem & Saturnum concurrentes in tali ſigno, & aſpectu &c. Nec contra hoc afferť iſta rõ. In cauſis namque naturalibus inueniuntur duo, ſ. virtus cauſatiua, & cõditio cauſarum, vt appropinquatio ſitus &c. Rõ illę inducta eſt ad oñdendum, q̧ cauſę naturales ex virtute cãtiua non põt in ens p accidens ſecũdum ſe totum. An autẽ poſſint ex concurſu cauſarum q̃nque, nihil in lĩa dr. Sed hæc altioris ſunt ſpeculationis, & tractata in 115. q. primi libri. Nec tñ pp hæc q̃ dicta ſunt, ne profitentes philoſophiam, derideant rõnem quaſi inſufficientem, ſupponẽda ſunt caſualia, ſeu fortuita corporibus cœleſtibus, oĩbus ſimul ſumptis: qm̃ ſecundũ veritatem à toto cœlo non neceſſario eueniunt hæc pp naturã poſſibilis, ſeu potẽtiæ contradictionis inuẽtam in iſtis inferioribus, q̃ ſunt materia actionum cęleſtium, vt ibidem declaratũ eſt. Excipiũtur ergo a cęleſtium corporũ omnium ſimul actionibus neceſſario inferẽtib⁹ effectus, duo gña rerum, ſ. entia per accidens, caſualia, vel fortuita, & oĩa voluntaria, vt ſic. Vtraque tñ cęleſtibus cauſis ſubeſſe aliquo mõ non eſt negandum: qm̃ caſualia, ac fortuita ſecundum partes conſtat ad inclinationes aliquas ex cœlo deriuatas, ſequi, vt author expreſsè dicit in lib. 3. contra gent. c. 92. dicens. Põt eſſe, q̧ ex inclinatione cęleſti inclinatur aliquis ad eligendum aliqđ, cui coniungatur per accidens aliqđ commodum, & ex alia inclinatione aliud, & ex tertia tertium, nõ aũt ita q̧ ex vna inclinatione inclinet̃ ad oĩa. hęc ille. Vnde habes, q̧ non minus, [illegible] eſt iudicium de concurſu cauſarũ cęleſtium cauſantium inclinationes, & q̧ põt ſimul cõcurrere inclinatio ad inueniendum theſaurum cum inclinatione ad fodiendum puteum, cum non ſit maior rõ de cõcurſu harum, q̃ aliarum. Veruntñ ſcito, q̧ cõiter iſtæ inclinationes non exeũt ſimul in opa, ſed cõcurrit cõiter inclinatio cęli cũ aliqua actione ordinata ad cognitum finem. Ita q̧ Sortes. v. g. inclinatus ad ſubmerſionem in aqs, ſtimulat̃ p modum paſſionis ad eundum iuxta aquas, vel in aquas, neſciens pp qđ ita incitatur: & K pp aliqđ negotium occurrẽs nauigat, vel ad aquas vadit ex alio propoſito, & ſic ſubmergit̃. & ſimile eſt in alijs. Vñ vides, q̧ ſubmerſio euntis ad tale negotium, ibi eſt effectus caſualis, ſeu fortuitus, & per accidens. Et totum hoc non hẽt vnã, ſed duas cauſas. ſ. cęlum, & propoſitum hoĩs ad eundum: & q̧ ille hõ nõ neceſſitat̃ à cęlo, ſed incitatur per modum paſſionis, hoc eſt, p modum, quo illa triſtitia, amor, odium &c. incitat voluntatem noſtram. Et q̧ ſi in illo hoĩe eſſet tunc vna alia inclinatio cęleſtis ad tale negotium ibi tractandum, quale elegit, tunc tale p accidens eſſet ſcđm vtramque ſui partem à cœlo non neceſſario, ſed inclinatiuè: ac per hoc, totum hoc, ſ. ſubmerſio euntis ad tale negotium, eſſet, inclinatiuè tñ, à cęlo pp cõcurſum inclinationum ſimul. Simili quoq; mõ ſortimur a cœlo inclinationes ad eligendum multa: quibus inclinationibus fit q̃nque, vt ille inclinet̃ ad eligendum caſta, alter venerea, alter naturalia, alter contra naturam, alter religioſa, alter ambitioſa. Habent enim electiones, & opa nr̃a pro cauſis q̃nque nõ ſolã, aut

F puram voluntatem, ſed voluntatem motã à corporibus, in quibus ſunt iſtæ inclinationes à natura prouenientes. Et ppea, q̃uis opa nr̃a, vt ſunt à voluntate, non ſubſint cœlo, vt tñ ſunt à corporalibus, ſubſunt cęlo, ſicut ſubſunt paſſionibus noſtris. Et quemadmodum ſapiens dñatur paſſionibus ſuis, ita dñabitur aſtris. Videat ergo vir ſapiens, vt cum inſtigatur ad mala, aut periculoſa, nõ ſectet̃ ſtimulos hos, ſicut nec paſſiones ſeq[illegible] debet. Cum autẽ ad bona, ſi rõ non obſtet, ſectetur illa, etiã ſi neſciat pp quid: quoniã ad bona agitur quodãm modo a ſuperioribus cauſis. Cauẽdus ergo triplex eſt error in hmõi. Primo, vt non quæramus ex cęleſtibus ſupernaturalia, qualia ſunt myſteria fidei. Secundò, vt nullum contingentium quæramus ex cęleſtibus cognoſcere p certitudinem. Tertiò, vt cognitioni p cõiecturam, quam ex cœleſtibus hẽt q̃rimus, non inhæreamus ſecundum affectum, & executionem tãquàm legi, vt faciunt fortè multi principes, qui non exirẽt domo, aut equitarent ſine calculo cœleſti, habentes quinternos, diarios, vel hebdomad[illegible]os, tamquàm leges ſuorum operum, aſtrologorum computo conditos. Iſte namque error parum, aut nihil diſtat à ſecundo. Secũdus namque eſt error in intellectu contra naturam, & gratiam: iſte autem in voluntate cõtra naturæ, & gratiæ libertatem. Et errantes in ſecundo digni ſũt venia, quia ignorante peccant: errantes autẽ in tertio digni ſunt duplici pęna, qa ſcienter corpora cœleſtia non p uſq̃ paſſiones nr̃as poſſe, ſubiiciũt ſeipſos corporalibus, & in captiuitatem ſeipſos redigunt, non in obſequiũ Chr̃i, ſed diaboli. Et verificatur de eis illud propheticum: Hõ cũ in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hõ namque ſcđm rõnis dñium ſuper corporalia oĩa in honore eſt. Et qui hoc non intelligit facto, ſed tãquam ſubditus corporalibus opatur ex propoſito, cõparat̃ iumentis, immò vilior iumentis, q̃ natura, non vilitate animi ſubſunt corporalibus. Et ppea iuſtè à Deo ſimilis factus eſt illis, quia. ſ. curam de eo habet Deus, ſicut de iumentis. ſ. pp bonum aliorum, non pp bonum ſui: & ppea traduntur dęmonibus gubernandi, qui tales ſunt. Quilibet. n. horum trium errorum peccatum mortale eſt ex ſuo gñe: quia inhæſionem importat animi humani ad cęleſtia corpora ſupra eorum facultates. Hoc. n. patet ex dictis ſuperſtitioſum, & dæmoniacum eſſe. Sapientes autem, ſi cęleſtes influxus noſſe volunt, non utuntur eis ut legibus, ſed dñantur eis vtentes rõnis iudicio, atque grã diuinæ lumine, & adiutorio, ſi Chriſtiani ſunt. Et ex his patet, quõ intelligendum eſt, q̧ corpora cœleſtia non ſunt ſupra electiones, & opera noſtra voluntaria: & quõ damnata, vel nõ damnata eſt conſultatio aſtrologorũ circa natiuitates hominum, & [illegible]quentia, & hmõi. Hæc. n. ſi ad certitudinem cognitionis contingentium ordinentur, vel, q̧ idem eſt, ſi vt lege vtendũ eſt tali figura natiuitatis &c. diabolica ſunt, damnata ſunt. Et hoc intendit Aug. in 4. confeſſ. &c. Si autem fiant ad coniecturam habendum naturalium inclinationum, & dñandum corporalibus ſapientis, mala non ſunt, prohibita non ſunt, ut patet ex antedictis. Et ſcito, q̧ licet quandoque veritas aliqua ex iſtis habeatur,

habeatur, tam debilis tñ eſt ratio coniecturæ, vt vix coniectura ſit. Et hoc propter humanam ignorantiam, maximè partis cauſarum cęleſtium, & proximarum. Totum.n.id, quod cognoſcimus in hmôi. non meretur dici pars quantumcumq; minima eorum, quæ ignoramus de eodem effectu: Quoniam aſtra ſunt nobis ignota, quomodo ſe habeant adinuicem, & ad nos, & quotidiè vſquequo completus ſit ſemel totus curſus cęleſtium, qui ante triginta ſex millia annorum non côpletur: quotidie inquam, eſt nouus ſtellarum cęli ſitus, qui numq̃ fuit conſideratus, ad quem relati planetæ & aſtra, quis ſcit, q̃ cauſalitatem induât, mutent, perdant? &c. Taceo de calculo motuum, qm̃ impoſſibile fortè eſt habere inſtruméta, qbus adamuſſim ſciât ortû, & occaſum, vt ab ipſis audio aſtrologis.

Lib. 3. tex. 42. com. 2

aliquid vnū, ſicut & procedit ab vno principio, quod eſt forma rei nãlis. Secundo aũt ſubtrahuntur cauſalitati cœleſtiũ corporum actus liberi arbitrij, quod eſt facultas voluntatis, & rõis. Intellectus.n. ſiue rõ, non eſt corpus, nec act⁹ organi corporei, & per ꝯñs nec voluntas, q̃ eſt in rõe, vt patet p Philoſ.* i 3. de Aĩa. Nullum aũt corpus p̃t imprimere in rem incorpoream. Vñ impoſſibile eſt, ꝙ corpora celeſtia directè imprimãt in intellectum, & voluntatem. Hoc.n. eſſet ponere intellectũ non differre a ſenſu, quod Ariſto. in lib.* de Aĩa, imponit his qui dicebant, ꝙ talis voluntas eſt in hoĩb⁹, qualé in die inducit pr̃ virorum deorumque, ſ. Sol, vel cœlum. Vñ corpora cæleſtia non pñt eſſe per ſe cã operõnũ liberi arbitrij. Pñt tñ ad hoc diſpoſitiuè inclinare, inq̃tum imprimunt in corpus humanum, & per conſequens in vires ſẽſitiuas, q̃ ſunt actus corporalium organorum, q̃ inclinant ad humanos actus. Quia tñ vires ſenſitiuæ obediũt rõi, vt patet per Philo. in 3. de Aĩa. & 1.* Ethic. nulla neceſſitas ex hoc libero arbitrio imponit, ſed contra inclinationem cęleſtium corporum hõ p̃t p roẽm operari. Si m quis ergo conſiderõe aſtrorũ vtatur ad p̃cognoſcendos futuros caſuales, vel fortuitos euentus, aut ẽt ad cognoſcẽdum per certitudinem futura opera hoĩm, p̃cedit hoc ex falſa, & vana opinione. Et ſic operatio dæmonis ſe immiſcet: vñ erit diuinatio ſuperſtitioſa, & illicita n. Si p vero aliquis vtaẽ conſiderõe aſtrorum ad p̃cognoſcẽdum futura, quæ ex cœleſtib. cãntur corporib⁹, puta, ſiccitates, & pluuias, & alia hmôi, non erit illicita diuinatio⁹, nec ſuperſtitioſa q. Et ẽm hoc patet rñſio ad primũ.

Lib. 2. tex. 159. to. 2.

AD II dicendum, ꝙ hoc, ꝙ aſtrologi ex conſiderõe aſtrorum frequenter vera prænunciant, cõtingit dupliciter. Vno quidé mõ, qa plures hoĩm paſſiones corporales ſequũtur: & ideò actus eorum diſponunẽ, vt in pluribus, ẽm inclinationem cęleſtium corporum. Pauci autem ſunt, i. ſoli ſapientes, q rõne hmôi inclinationes moderentur: & ideò aſtrologi in multis vera prænunciant, & p̃cipuè in cõibus euentibus, qui depẽdent ex multitudine. Alio mõ pp dæmones ſe immiſcentes. Vnde Aug. in* 2. ſuper Gen. ad lr̃am dicit. Fatendum eſt, qñ a Mathematicis uera dicuntur, inſtictu quodam occultiſsimo dici, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur: quod tñ ad decipiendos hoĩes fit ſpirituũ immundorum, & ſeductorum operatione, qui quædam uera de temporalibus reb. noſſe permittuntur. Vnde * concludit. Quapropter bono Chriſtiano ſiue Mathematici, ſiue quilibet impiè diuinãtium, & maximè dicentes uera, cauendi ſunt, ne conſortio dæmoniorum aĩam deceptam pacto quodam ſocietatis irretiant. Et per hoc patet reſponſio ad Tertium.

Li. 1. Eth. c. ul. to. 5. li. 3. de Anima, tex. 42. & 47. to. 2.

Lib. 2. c. 17. nõ procul a fin. to. 2.

Eodẽ. c. 17 in fin. to. 3

ARTICVLVS VI.

Vtrum diuinatio quæ fit per ſomnia, ſit illicita.

AD SEXTVM ſic proceditur. Vr̃, ꝙ diuinatio, quę fit per ſomnia, non ſit illicita.

SVP. QV. XCV. ART. VI.

Ferr. 3. cont. c. 154.

IN art. 6. eiuſdẽ. q. 95. circa cauſas, & ſignificationes ſomniorum, aduertenda ſunt multa. Primo, quoad cauſas naturales intrinſecas, quot modis ſiãt, & qd ſignificent, ad medicos, & phyſicos ſpectat; Significant ſiquidẽ ſemp ſuas cãs naturales, vt humores aliquos cauſantes motus illos in phantaſia, vt in lr̃a dr̃: vel ſuperfluitatem potus vini cauſantis diſtorſionem ſomniorũ, vt Ariſt. inquit de ſom. & vig. & alia huiuſmodi. Secũdo, quoad cãs extrinſecas naturales, & p̃cipuè corpora cęleſtia, ꝙ qñq; cęleſtia corpora vnũ & eundẽ effectũ p̃ducunt in duplici eſſe, ſ. in eſſe materiali naturali, & in eſſe p̃portionali, ſeu ꝯformi. V. g. Pluuia futura primò producit̃ in quodã effectu cõformi ipſi pluuiæ in aĩali crocitãte, & deinde p̃ducit̃ in eſſe materiali, qñ actualiter pluit. Et tunc crocitatio auis eſt ſignũ pluuiæ, tamquàm coeffectus vnius communis cauſæ vtriuſq;. Et hoc mõ ſomnia, quæ à corporibus cęleſtibus habemus, ſunt ſigna futurorum euentuum. Præcauſant namque in hominibus motus phantaſiæ cõformes ipſi communi cauſæ, & effectui futuro: ita ꝙ ſomnium, & futurus effectus, ſunt effectus vnius communis cauſæ cęleſtis, & propterea ſomnium ſignificat illũ effectum futurum. Et propterea author dicit in litera, quòd ſecũdum hoc, pręcognitiones futurorũ plurimũ fiunt ex ſomniis. Qualis aũt huiuſmodi conformitas ſit, non uidetur rõne comprehendi: quoniam in ordine ad cãm ut eſſe analoga q̃dã ſimilitudo, qñ phantaſia noſtra non niſi analogicè cœleſtibus cauſis ſimilis efficit̃. Non.n. eſt in phantaſia ſimilitudo ſideris talis, qñ a tali ſidere mouetur, ſed motus conformis, & analogicè correſpondens, vt effectus proportionatus tali ſideri in tali patiente. In ordine verò ad futurum effectum, qñq; vr̃ habere rõné idoli, ſeu ſimilitudinis. Quemadmodũ apparent in ſpeculo immagines rerũ & experimur in nobis intus habere multorũ ſimulacra. Et hoc Ariſt. in lib. de ſomno & vigilia expreſſit: & dixit artificioſiſſimũ eſſe ſomniorum iudicẽ, qui põt ſimilitudines inſpicere, qm̃ plures impediunt hmôi ſimilitudines pp motus noſtros proprios, ſicut cõtingit in aquis motis idola diſſipari. Et talia fuiſſe ſomnia Ioſeph de manipulis, & Sole, & Luna, & ſtellis, patet, nõ curando à quo fuerint. Quandoque aũt habet rationem non ſimilitudinis, ſed p̃portionis, ſicut ſi motus crocitantis repræſentat pluuiam, non ꝙ fiat in imaginatione animalis imago pluuiæ, ſed quia fit motus qdã correſpõdẽs pluuiæ. Et hoc vr̃ frequenter accidere. Talia auté videntur fuiſſe pincernæ, & piſtoris in carcere cum Ioſeph ſõnia. Sed qa latẽt nos proportiones, & correſpõdentię motuũ phantaſiæ in nobis ad futuros, vel exiſtentes effectus, quia motus cui reſpõdeat effectui: nõ artificioſiſſimus iudex, & interpres ſomniorum eſſet, ſi qs ſciret aut cuius cauſæ cęleſtis ſit effect⁹ talis motus phãtaſiæ, aut cui effectui correſpondeat: ſed hoc ſcire p certitudiné impoſſibile eſt: qm̃ id quod hẽt multas cauſas, neutram determinatè monſtrat, ut in 2. Poſteriorũ patet. Conſtat aũt nullũ eſſe ſomniũ à cęlo, qđ nõ poſſit ex alia cã p̃uenire, & conſequenter non ſignificare illum effectum, quẽ ſignificaret, ſi à cœlo eſſet. Et hoc benè nota tu, qui philoſopharis. Et pp hoc ego, qui tot habui in vita mea ſomnia vera de remotis præcipuè, hoc modo, ſ. per huiuſmodi correſpondentiam, & aliquam ſimilitudinem, vt ſi ea ſcripſiſſẽ cum ſuis euentibus, quorũ fortè aliqui adhuc pendent, nõ mirarentur philoſophi & Theologi, ſed ſtuperent, incertus de cã eorundem, ſto ſuſpenſus, nec vnquàm me, aut mea illis credidi, ne fortè illuſio dæmoniaca ſe immiſceat. Fateor tñ ꝙ paucorum, aut nullorum interpretationem determinatam noui ante euentum. Tertiò, quoad cautelam in ſignificationibus ſomniorum, quoniã oportet omnes cautelas, quæ circa cognitioné futurorum

Conel. m

Concl. p

Ferre. 9a p totum.

508

3. cõtra c. 54. Et opu. 25. c. 4.

turorum ex corporibus cœleſtibus dictæ ſunt, adhibere. Et tantò plus oportet hic eſſe cautiorē, & minus cōiicere ex ſomnio, quātò ſomniū incertiſſimus effectus eſt cęli. Si.n. cognita cęleſti cā in alijs cōiecturarū generibus trepida reſtat cōiectura futurorum, quid dicēdū eſt, qñ ēt ignorat̃, q; hoc iudiciū, ſ. ſomnium à cęleſti eſt cā? Ex ſomnijs igit̃ ſolis ſuſpicioni locus relinquit̃ circa futura contingentia. Quarto, quo ad peccatū, quia inuenit̃ in adhæſione ad ſomnia peccatū oībus ſupradictis tribus modis, quibus inuenit̃ in ſequendo cęleſtia: & vltra hæc inuenit̃ error in attribuēdo ſōniū vni determinatę cauſæ, puta, cęlo. Eſt enī iſte error contra oēm rōnem, vt Ariſt. docet in 2. Poſteriorū: qñ, vt dictū eſt, effectus potēs puenire à pluribus cauſis, nullam earum determinate infert. Incerta eſt ergo oīs ex ſōnio cōiectura pendens ex cā extrinſeca. Et ſi qs icerta cā vt certa vteret̃, proculdubio vanè inquireret quo ad modū, pro quāto ſupponeret certū, qđ eſt dubiū, & conſequēter acciperet coniecturā certā, q̄ eſt dubia. Et periculosè iſte erraret, non tñ perniciosè, ſi infra latitudinē coniecturæ maneret. Quòd.n. periculosè erraret, patet, q͡a faciſe poſſet decipi à dæmone, ex quo īdicia, q̄ incertum eſt eſſe à cęlo, accipit vt certa à cęlo. Nō perniciosè aūt pro quanto infra latitudinē coniecturę ex cęlo, hēti poſſibilis veriat̃. Vñ author in litera duobus modis ſuperſtitionē eſſe in ſōnijs cōcludit, qñ. ſ. eſt expreſſa inuocatio dæmonū, vel qñ ſomnia extēdunt̃ ad ea q̄ nō ſe pñt extēdere, vt ſunt habere certitudinē de cōtingentibus, & alijs quæ ſubterfugiūt ēt cęleſtia corpora &c. Tunc.n. eſt tacita cum dęmone ſocietas. Nihil aūt horū accidit in propoſito caſu, ſed aut mentis cōpos non eſt, aut ignorās valdè, aut pertinax, qui ſic erraret, niſi tot ſigna cęleſtis influxus hēret, vt minus grauiter peccaret. Mortale tñ nō videt̃, niſi rōne contemptus.

Art. 2. & 5.

Vt.n.[h] inſtructione diuina nō eſt illicitū: ſed in ſomniis hoīes inſtruunt̃ a Deo. dr̄.n. Iob 33. Per ſomniū in viſione nocturna qñ irruit ſopor ſuper hoīes, & dormiunt in lectulo, tūc aperit, ſ. Deus, aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. ergo vti diuinatione, quæ eſt p ſomnia, non eſt illicitum.

¶2 Præt. Illi qui interpretantur ſomnia, propriè vtuntur diuinatione ſomniorum: ſed ſancti viri leguntur ſomnia interpretari, ſicut Ioſeph eſt interpretatus ſōnia pincernę Pharaonis, & magiſtri piſtorum, vt legitur Gen. 40. & ſomniū Pharaonis, vt legit̃ Gen. 41. & Daniel interpretatus eſt ſōniū Regis Babylonis, vt hr̄ Dan. 2. & 4. ergo diuinatio[h] ſōniorū nō eſt illicita.

¶3 Præt. Illud, quod cōiter hoīes experiuntur, irrōnabile eſt negare: ſed oēs experiuntur ſomnia hēre aliquā ſignationē futurorū. ergo vanū eſt negare ſōnia hr̄e vim diuinationis. ergo [h] licitū eſt eis intendere.

SED CONTRA eſt, q; dicitur Deut. 18. Non inueniatur in te qui obſeruet ſomnia.

RESP. Dicendū, q; ſicut dcm̄ eſt, * diuinatio, q̄ innitit̃ falſæ opinioni, eſt ſuperſtitioſa, & illicita. Ideo cōſiderare oportet, quid ſit verum circa p̄cognitionē futurorū de ſōniis. Sunt āt ſōnia futurorū euentuum qñq; q̄dem cā, puta, cū mēs alicuius ſolicita ex his q̄ videt ī ſōniis, inducit̃ ad aliquid faciēdū, vel vitandū. Qñq; verò ſōnia ſunt ſigna aliquorum futurorū euētuum, inquantum reducunt̃ ad aliq̄ cām cōem ſomniis, & futuris euentibus: & ſm hoc plurimum p̄cognitiones futurorum in ſomniis fiunt. Eſt ergo conſiderādū q̄ ſit cā ſomniorum, & an poſſit eſſe cā futurorum euētuum, vel ea poſſit cognoſcere. Sciēdum eſt ergo, q; ſomniorū q̄dem qñq; eſt cā interius, qñq; exterius. Interior āt ſomniorū cā, eſt duplex. Vna q̄dem aīalis, inquantum. ſ. ea occurrūt hoīs phantaſiæ in dormiendo, circa q̄ eius cogitatio & affectio fuit immorata in vigilando. & talis cā ſomniorum non eſt cā futurorum euentuum: vnde hmōi ſomnia p accñs ſe hñt ad futuros euentus, & ſi qñq; ſimul cōcurrāt, erit caſuale. Qñq; verò cā intrinſeca ſomniorū eſt corporalis. Nam ex interiori diſpōe corporis format̃ aliquis motus in phantaſia cōueniēs tali diſpōni, ſicut hōi in quo abundant frigidi humores. occurrunt in ſomniis q; vel ſit in aqua, vel niue: & pp hæc medici dn̄t eſſe intendendum ſomniis ad cognoſcendum interiores diſpōnes. Cā aūt ſomniorum exterior, ſimiliter eſt duplex. ſ. corporalis, &

G ſpūalis. Corporalis quidē, inquantum imaginatio dormientis immutat̃ vel ab aere cōtinenti, vel ex impreſſione cęleſtis corporis, vt ſic dormienti aliquæ phantaſię appareant conformes cęleſtium diſpōnum. Spūalis aūt cā eſt, qñq; quidem à Deo, q miniſterio angelorum aliqua hoib. reuelat in ſomniis, ſm illud Nu. 12. Si quis fuerit inter uos propheta Dñi, in viſione apparebo ei, vel per ſomniū loquar ad illum. Qñq; verò operōe dęmonum aliquæ phantaſiæ dormientib. apparēt, ex quib. qñq; aliqua futura reuelant his, qui cum eis hñt pacta illicita. Sic ergo dicendum, q; [m] ſi quis vtatur ſom- Concl.

H niis ad præcognoſcenda futura, ſm q; ſomnia p-cedūt ex reuelatione diuina, vel ex cā nāli intrinſeca, ſiue extrinſeca, quantum p̄t ſe virtus talis extendere, nō erit illicita diuinatio.[n] Si p aūt hmōi diuinatio cauſetur ex reuelatione dæmonum, cū quibus pacta hr̄ expreſſa, q͡a ad hoc inuocantur: vel tacita, quia hmōi diuinatio extenditur ad qđ ſe non poteſt extendere, erit diuinatio illicita & ſuperſtitioſa. Et per hoc patet rñſio ad obiecta. ¶

ARTICVLVS VII.

I *Vtrum diuinatio quæ fit per auguria, & omina, & alias huiuſmodi obſeruationes exteriorum rerum, ſit illicita.*

AD SEPTIMVM ſic p-cedit̃. Vr̄ q; diuinatio, q̄ fit p auguria, & omina, & alias hmōi obſeruationes exteriorū rerū, nō ſit illicita. Si.n. eſſet illicita, ſancti viri ea nō vterent̃: ſed Ioſeph legit̃, q; augurijs[h] intēdebat. Legit̃.n. Gen. 44. q; diſpēſator Ioſeph dixit: Scyphum quē

K furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dñs meus, & ī quo augurari ſolet. & ipſe poſtea dixit fratrib. ſuis: An ignoratis, q; nō ſit ſimilis mei ī augurādi ſcīa? ergo vti tali diuinatione nō eſt illicitū.

¶2 Præt. Aues aliqua circa futuros euēt⁹ tpum naturaliter cognoſcunt, ſecūdum illud Hier. 8. Miluus in cęlo cognouit tp̄s ſuum, turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tēpus aduētus ſui: ſed naturalis cognitio eſt ī fallibilis, & à Deo. ergo vti

SVP. QV. XCV. ARTIC. VII.

Ferr. 3. cont. c. 154.

Porrecta per totum.

509

3. cont. c. 154. Et op. 35. ca. 3. & 5. Et Iſa. a le. 1. pria.

IN art. 7. eiuſdem quæſt. 95. duo tantum ſcribenda ſunt: quoniam ex dictis in præcedentibus patet, quomodo ſigna, ex auibus, & animalibus ſumuntur, & quæ ſubſunt cœleſtibus corporibus. Primum eſt, quòd cum in litera dicit̃, quòd non extendantur ſigna animalium, niſi ad ea quæ aliqualiter poſſunt ad huiuſmodi animalia pertinere, & redditur ratio: quia conſequuntur cognitionem, & inſtinctum ad neceſſaria ſuæ vitæ, non intelligas, p hoc excluſa humana à ſignis animalibus, tanquàm nihil pertinentia ad illa animalia. Oportet namque recolere, quòd vna eademque cœleſtis cauſa mouet animalia, & humana, diſpoſitiuè

tamen

tamen quo ad vo'untaria, ac per hoc eff.-ctum quando.q; causat in aiali conforme effectui causando in humanis.v.g. Cęlum inclinans humana ad bella, causat in aialibus diſpoſitiones colericas, ex qbus ꝓdeūt tales mot⁹, aut voces, mugitus, garrit⁹ &c. aialium. Vndè cognitor hmôi cōformitatū, conjecturā ſumet futuri belli iter hoies Et ſic verificat̃, ꝙ motus aialium ſunt rōne pertinentiū ad ſe, & cū hoc ſignificant qñq; cōis causæ cęleſtis coeffectum in humanis. Quòd aūt directè ex quæ in auib⁹ ſunt, ad noſtra referātur & ſtultū, & ſupſtitioſum eſt. Sed m eſt, ꝙ accipere qñq; omé orone præmiſſa, vel tamq̃ ex diuina datū prouidentia, non eſt peccatū, vt in rñſione ad tertiū hēs. ſi tñ ex hoc pſona non ſe imprudēter periculo exponat mali, qm̃ non ppea excuſaretur: ſua enim credulitas, aut oratio nō dēt facere holem ꝑcipitē. Oportet.n.diuinū ꝑcipere lumen, aut pceptum ad hæc,& non ex ſola hac facili credulitate, aut fiducia moueri ad opus. Omen nāque ad cognitionem, non ad operationem licitum ex nrā erga Deū fiducia, intelligitur.

cognitione auiū ad præcognoſcendū futura, qđ eſt augurari, non videtur eſſe illicitum.

¶ 3 Pręt. Gedeon in numero sāctorū ponit̃, vt patet ad Hebr. 11. ſed Gedeon vſus [h] fuit omine ex hoc, ꝙ audiuit recitationē,& interpretationē cuiuſdā ſomnij, vt Iud. 7. dr̃. Similiter Eliezer ſeruus Abrahæ, vt legitur Geneſ. 14. ergo videtur ꝙ talis diuinatio [h] nō ſit illicita.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Deut. 18. Nō inueniatur in te qui obſeruet auguria.

RESPON. Dicendū, ꝙ motus, vel garritus auiū, vel q̃cūque diſpoſitiones, in hmôi rebus conſideratę, manifeſtū eſt, ꝙ nō sūt cā futurorū euētuū: vñ ex eis futura cognoſci non pñt, ſicut ex cauſis. Relinqt̃ ergo, ꝙ ſi ex eis aliqua futura cognoſcant̃, hoc erit inquantum ſunt effect⁹ aliquarū cārum, q̃ C ēt ſunt cauſantes, vel ꝓcognoſcentes futuros euētus. Cā aūt opationum brutorum aialium eſt inſtinct⁹ qdā, quo mouent̃ motu naturali: nō.n.hñt dñiū ſui actus. Hic aūt inſtinct⁹ pōt ex duplici cā ꝓcedere. Vno qdē mō, ex cā corporali. Cū .n. bruta aialia nō hēant niſi animā ſenſitiuam, cuius oēs potētię ſunt actus corporaliū organorum, ſubiacet eorum aīa di D ſpoſitioni cōtinentium corporum, & primordialiter cęleſtium: & iō nihil ꝓhibet aliquas eorum opationes eſſe futurorū ſigna, inquātum conformant̃ diſpoſitionibus corporū celeſtiū, & aeris continentis, ex quibus ꝓueniunt aliq futuri euentus. In hoc tñ duo conſiderari oportet. Primū quidē, vt opationes hmôi non extēdant̃, niſi ad ꝓcognoſcenda futura, q̃ cauſant̃ per motus cęleſtium corporum, vt ſ̃ dictum* eſt. Secundo, vt non extendant̃, niſi ad ea, q̃ aliqualiter pñt ad hmôi aialia pertinere. Conſequunt̃.n.p cęleſtia corpora cognitionē quandam naturalē, & inſtinctum ad ea, q̃ eorū vitæ ſunt neceſſaria: ſicut ſunt immutationes, q̃ fiunt per pluuias, & ventos, & alia hmôi. Alio modo, inſtinctus hmôi cauſantur ex cā ſpūali.ſ. vel ex Deo, vt patet in columba ſup Chr.ſtū deſcēdente, & in coruo qui pauit Heliā, & in cete qui euomuit, & eiecit Ionam. Vel ēt ex dæmonibus, q vtuntur hmôi operationibus brutorū aialium ad implicādos aīos hoium vanis opinionibus. Et eadē rō vr̃ eſſe de oibus alijs hmôi, pterq̃ de ominibus: qa verba humana, q̃ accipiuntur pro omine, non ſubduntur diſpoſitioni ſtellarum: diſponuntur tñ ſm̃ diuinam prouidentiam,

Art. 5.&c. huius. q.

A & qñq; ſm̃ dęmonum operationem. Sic ergo dicēdum, ꝙ m oīs hmôi diuinatio ſi extendatur vltra illud, ad qđ pōt pertingere ſm̃ ordinē naturæ, vel diuinæ prouidentiæ, eſt ſuperſtitioſa, & illicita. [a] Concl.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc quod Ioſeph dixit, nō eſſe aliquem ſibi ſimilem in ſcīa augurandi, * ſm̃ Auguſt. ioco dixit, non ſeriò, referens fortè hoc ad illud, quod vulgus de eo opinabatur: & ſic etiam diſpenſator eius locutus eſt.

In lib. q. ſup Gen. c. 145. to. 4

AD II. dicendum, ꝙ illa authoritas loqtur de cognitione auium reſpectu eorum, quæ ad eas ptinēt: & ad hæc ꝓcognoſcēda, conſiderare earū vo-B ces, & motus non eſt illicitū, puta, ſi quis ex hoc, quòd cornicula frequenter crocitat, prædicat pluuiam cito eſſe futuram.

AD III. dicendum, ꝙ Gedeon obſeruauit recitationem, & expoſitionem ſomnij, accipiens ea ꝓ omine, quaſi ordinata ad ſui inſtructionē à diuina prouidētia. Et ſimiliter Eliezer attēdit verba puellæ, oratione præmiſſa ad Deum.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum diuinatio ſortium ſit illicita.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ diuinatio ſortiū nō C ſit illicita: Quia ſup illud Pſ. 30. In manib. tuis ſortes meę. * dicit gl Auguſt. [h] Sors nō eſt aliqd mali, ſed res in humana dubitatione diuinam indicās voluntatem.

¶ 2 Pręt. Ea q̃ a ſanctis [h] in ſcripturis obſeruata legunt̃, nō vident̃ eſſe illicita: ſed ſancti viri tā in veteri, q̃ in nouo teſtō inueniunt̃ ſortib. vſi eſſe. Legit̃ D eñ Ioſue 7. ꝙ Ioſue ex ꝓcepto Dñi, iudicio ſortiū puniuit Achā, q de anathemate ſurripuerat. Saul ēt ſorte deprehēdit filiū ſuū Ionatā mel comediſſe, vt hr̃ 1. Reg. 14. Iouas ēt à facie Dñi fugiēs, ſorte deprehēſus eſt, & in mare deiectus, vt legit̃ Ionę 1. Zacharias ēt ſorte exiit vt incenſum poneret, vt legit̃ Lucę 1. Matthias ēt eſt ſorte ab Apoſtolis in apoſtolatū elect⁹, E vt legit̃ Act. 1. ergo vr̃, ꝙ diuinatio ſortium non ſit illicita.

¶ 3 Pręt. Pugna pugilum, q̃ monomachia dr̃.ſ. ſingularis concertatio, & iudicia ignis: & aquæ, q̃ dñr vulgaria, vñr ad ſortes ptinere, qa p hmôi aliqua exqruntur occulta: ſed hmôi non videntur, [h] eſſe illicita, qa & Dauid cum Philiſtæo ſingulare inijſſe certamē legit̃, vt hr̃ 1. Reg. 17. ergo videtur ꝙ diuinatio ſortium non ſit illicita.

SVP. QV. XCV. ART. VIII.

Ferr. 3. cont. c. 154.

IN art. 8. eiuſdē. q. 95. aduerte vnde ſortes primo iudicandæ ſunt, ſcilicet ex cauſa, an expectetur ſortium euentus à Deo, an à cœlo, an à fortuna, an à dæmone. Hic enim oportet primum iacere lapidem: quoniam hoc ſpectat ad rationem ſortis in communi. Multa autem alia cōſideranda sūt, quæ ſpectant ad rationem ſortis talis, puta, diuiſoriè, vel conſultoriè, vel diuinatoriè. Et propterea primo circa examen cauſarū verſabimur, & deinde ad ſpecialia deſcendet ſermo. Si igitur ſortes ea ratione exerceantur, vt à Deo fiat diuiſio, conſilium, vel cognitio, neceſſitas requiritur inducens ad ſortes, vt in litera dicitur, vt Dei tentatio euitetur cum alijs cōditionibus in litera explanatis, ſcilicet, vt ſit reuerentia ex parte hominis recurrentis ad ſortes: proportio ex parte actus, ſcilicet diuina oracula, puta, Euangelia & huiuſmodi, non conuertantur ad ſortes pro temporalibus: & diſpoſitio ex parte materiæ, vt ſcilicet, non ſit materia prohibita fieri p ſortes,

Porrecta ꝑ totum.

510

3. cont. c. 154. Et op. 25. c. 4. & 5 Et Eph. 1. lect. 4. fin. * Augu. in Pſ. 30. concione 2. de medio Pſ. declinādo ad fi. to. 8.

tes, vt ſunt electiones ſpiritualium prælatorum, vt patet extra de ſortilegijs, cap. vlt. Si verò ſortes exerceantur, vt effectus expectetur a cœlo, diſtinguendum eſt: quia aut expectatur à cęlo ratione ſubiectionis actuum noſtrorum concurrentium ad ſortes, quales ſunt extrahere paleã, aut ſchedulam, iacere plura puncta, & hmôi. Et hoc in litera dãnatur, quia actus noſtri non ſubſunt cœlo. Ego aũt intelligo hanc dãnationẽ, qñ quis vtitur noſtris actibus, tãquàm abſolutè atq; ſimpliciter ſubiectis cœlo, & nõ qñ quis vtitur eiſdem vel vt non deliberatis, & tamquàm non humanis, vel vt aliqualiter cęlo ſubditis quo ad inclinationẽ: ad illa tamen quę cęlo ſubſunt. Qm̃ primo modo eſt ibi falſitas: ſecundo autẽ nõ eſt certa falſitas. Et ꝓpterea non eſt damnanda, ſed vitanda, ac timenda. Et iuxta hũc ſenſum intellige authoris verba in tertio contra gent. c. 154. cũ dicit de ſomnijs, & iſtis &c. quòd reducere ea in corpora cœleſtia habet modicã rationem: & ideò exiſtimandum eſt, ꝙ ab aliquo cognoſcente fiãt. Accipe hęc vt dicta ꝓ tutiore parte ad conſulendum, quæ ſanioris doctrinæ ſunt, nõ ad dãnationẽ defendentium hæc fieri quandoq; à cœlo. Et hæc dixerim, vt q legunt, aut docent, non ſint præcipites, ſed caueãt ſibi, & alijs: non damnent tamen, eos qui ſeruatis ſuperius dictis, tñ ſibi de cęlo promittunt. Aut expectatur euentus ſortiũ à cęlo rõne talis tpis, puta, quia occurrit tũc tempus ſuę exaltationis ſcd̃m aſtrologiam, & propterea ſperat ꝙ oĩa in quibus agitur de ipſo cælum inclinabit ſecũdùm ſuas vires in exaltationem ipſius, & ſic fortè cadet ſors ſuper illum illa hora: conſolatio quippe iſta licet leuis ſit, damnanda tñ nõ eſt. Et hæc oĩa toleranda præcipuè ſunt, qñ ſortes non fiunt p̄cisè pp cæleſtẽ actionẽ, ſed partim à fortuna, partim a cęlo, partim a diuina prouidentia ſperatur. Si autem fortunæ committitur euentus per ſortes, tunc ex genere ſuo nullum peccatũ apparet: ſed rõne cauſæ, puta, ſi ex leuitate fiant, vel ratione materiæ, puta, quia in his, quæ per electionem fieri debent, aut aliũde, q̄ ex fortuna cognoſci, aut haberi debent, peccatum eſt. Et qm̃ tam conſilia, q̄ futurorum, & occultorum cognitiones, & magiſtratus, & q. officia ex diuina, aut humana prouidentia, agenda ſecundùm rectam rationem ſunt: ideò nec ſors conſultoria, nec diuinatoria, nec diuiſoria prælationum, & magiſtratuum debet eſſe fortuita. K

¶ Eſt tñ hic dubitandi locus. Qm̃ in litera dicitur nõ eſſe pctm̃ vti ſortibus diuiſoriis in tpalibus dignitatibus, quæ ad terrenã diſpoſitionem ordinantur. Conſtat namq; ꝙ hmôi ſortes fortunæ committuntur, ſub diuina tñ prouidentia, ſicut in rerũ diuiſione. Et ratio dubij eſt, quia in dignitatibus diſtribuendis agitur de malo cõis reip. qm̃ p̄t facilè reſp. incidere in malos rectores, & conſequenter contingit exaltari prauos, & opprimi bonos &c. In diuiſione autem rerũ nulli fit iniuria, ex quo dominium rerum committunt voluntariè fortunę dominium earũ.

¶ Sed hæc ambiguitas facilè ſoluitur, ſi perpenderimus quõ intelligatur, ꝙ ſors eſt licita in dignitatibus temporalibus. Intelligitur namque quantum eſt ex ſuo genere, concurrentibus cæteris quæ ad actum licitum exiguntur. ſ. quòd non ſtultè fiat, ꝙ ſine iniuria alicuius &c. Vnde dupliciter contingit vti ſortibus F in dignitatibus temporalibus. Primo promiſcuè, vt vnuſquiſq; de populo bonus & malus, aptus & ineptus, ſorti ſubſit principatus, vel huiuſmodi regiminis habendi. Et hoc, quia eſt contra naturalem dignitatem rationalis creaturæ, cui datum eſt, vt ratione prouideat ſibi & alijs, & contra cõe reip. bonum, quod quilibet tenetur tutari, & non in diſcrimen ponere, vt hic accideret: ideò peccatũ eſt non ſuperſtitionis, ſed fatuitatis, & iniquitatis cõtra cõe bonũ. Alio mõ, contingit vti ſortibus in dictis dignitatib. poſt nolatos multos, qui pro idoneis ad hmôi officia cõtenẽtur, ſic, ꝙ ſuper illos tñ nolatos, ſeu cõſcriptos ſortes cadere poſſunt. Et ſic ſortes in litera licitè dicũtur in dignitatibus tpalib*, tanq̄ terrenæ hæ adminiſtrões paruipendẽdæ ſint, vtpote ad terrena ordinatę, & propterea nõ ſicut in ſpiritualibus oporteat in electione, & Spiritusſãcto oĩno permanere. Agitur quoq; in tpalib. dignitatib. de re humana tpali: in ſpiritualib. aũt de re diuina, & æterna hæreditate. Et ꝓpterea in illis pax ciuiũ præcipuũ bonũ eſt, ad quod ordinantur ſortes. in iſtis pax Dei, q̄ exuperat oẽm ſenſum, bonum eſt, quod a ſolo Spũſãcto effici p̄t. Et ꝓpterea ſortes repelluntur in dignitatib. ſpũalibus, & non in tpalibus. Si deniq; à dęmone euẽtus ſortiũ expectatur, clariſſimè ſortilegij crimen incurritur. Et ſcito, ꝙ licèt circa expreſſam dæmonum expectationem idem ſit iudicium in ſortibus, & alijs: circa tacitam tamen varium eſt iudicium pp fortunæ admiſtionem. In alijs namque ſupradictis, ſ. aſtris, ſomniis, & ſignis, ſtatim cum vires naturæ exceduntur, ad Deum, aut dæmonem oportet ſe reſoluere dantem operam his: & ſic neglecto Deo, tacita dæmonum incurritur ſocietas. In ſortibus autem, quia fortunę ſe ſępe committunt vtentes non ſolum iocosè, ſed seriò, ſortibus, ſiue prudenter, ſiue ſtolidè hoc faciant: ideo a tacita dæmonũ inuocatione remotior eſt ſortium vſus.

¶ Circa duella, quæ in reſponſione ad tertium tractantur, dubium occurrit, an ſit licita in aliquo caſu ſaltem ex parte requiſiti: Et an principes licitè poſſint in caſu duella concedere. Et eſt ratio dubij: quia ext. de Purgatione vulg. c. Cura ſuſcepti, in K nullo caſu tolerandum dicitur duellum. Et 2. quæſt. 5. can. Monomachiam, duella damnantur. Quidam tamen dicunt licita eſſe in caſu. Et quantum hactenus reperi, vnus caſus ponitur, in quo innocẽs conuictus, morti adiudicatur, aut duello. Inquiũt ꝙ in hoc caſu licitè poteſt acceptare duellum: quia licitum eſt mihi pugnare, quando alio modo non poſſum euadere. Alter caſus, ſi tamen alter dici debet, vniuerſalior ponitur a Nicolao de Lyra ſup. 1. Reg. c. 17. Quando. ſ. lis aliqua criminalis, vel ciuilis non poteſt aliter terminari, quàm duello. Tunc enim ille qui non poteſt aliter ſe, aut ſua ſaluare, niſi acceptando duellum, poteſt, inquiunt, illud acceptare. Et ratio aſſignatur, quia licitum eſt pro defenſione & ſui, & rerum ſuarum, pugnare. De principibus quoque refert idem ibidem, aliquos tenere, quòd in omni caſu peccant mortaliter, concedendo duella. Sibi tamen videtur hoc durum: quia Sanctus Ludouicus Rex Francorum, & Carolus Magnus, & multi Prælati hæc ſuſtinuerunt: & quia licitum eſt tolerare minus mala, vt euitentur maiora, quæ, niſi duella fierent, euenirent, vt vaſtationes, & incen-

26. q. 5. c. Sortes.

SED CONTRA eſt, quod in Decr. 26. q. 5.* dr̃. Sortes, quib. cuncta vos v̄ris diſcriminatis prouinciis, quas patres damnauerunt, nihil aliud q̄ diuinationes, & maleficia decernimus. Quãobrẽ volumus oĩno illas dãnari, & vltrà inter Chr̃ianos nolum* noiari, & ne exerceant, anathematis iterdcõ ꝓhibem*. G

Art. 3. huius quæſt.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupradcm̃ * ẽ, ſortes ꝓpriè dñr cum aliquid fit, vt eius euentu conſiderato aliquid occultum innoteſcat. Et quidem ſi q̄rat̃ iudicio ſortiũ, quid cui ſit adhibẽdum, ſiue illud ſit res poſſeſſa, ſiue ſit honor, ſiue dignitas, ſeu pœna, aut actio aliqua, uocat̃ ſors diuiſoria. Si aũt inq̄rat̃ quid agere oporteat, uocatur ſors cõſultoria. Si verò quærat̃ quid ſit futurum, uocat̃ ſors diuinatoria. Actus aũt hoĩm, qui req̄runt̃ ad ſortes, non ſubduntur diſpõni ſtellarũ, nec ẽt euẽtus ipſorũ. Vñ [m] ſiquis ea intẽtione ſortibus vtatur, quaſi huiuſmodi actus humani, qui requruntur ad ſortes, ſecundùm diſpoſitionẽ ſtellarum ſortiant̃ effectũ, vana & falſa eſt opinio, I & per conſequens non carens dæmonum ingeſtione: ex quo talis diuinatio erit ſupſtitioſa, & illicita [n]. Hãc aũt cã remota neceſſe eſt, ꝙ ſortialium actuũ expectetur euentus vel ex fortuna, vel ex aliqua ſpũali cã dirigente [p]. Etſi quidẽ ex fortuna, quod locum hr̃e p̄t ſolùm i diuiſoria ſorte, non v̄r hr̃e niſi fortè vitiũ vanitatis [q], ſicut ſi aliqui non valentes aliquid cõcorditer diuidere, velint ſortibus ad diuiſionẽ vti, quaſi fortunę exponentes q̄s quã partẽ accipiat. Si verò ex ſpũali cã expectetur ſortium iudiciũ, q̄nq; quidem expectatur ex dęmonibus, ſicut legit̃ Ezec. 21. ꝙ Rex Babylonis ſtetit in biuio, in capitę duarũ viarum, diuinationem q̄rens, cõmiſcens ſagittas interrogauit idola, exta conſuluit: & [r] tales ſortes ſũt illicitę & ſm̃ canones prohibentur [s]. Q̄nq; verò expectat̃ a Deo, ſm̃ illud Prou. 16. Sortes mittunt̃ in ſinum, ſed a Dño temperantur: & [u] talis ſors ſm̃ ſe nõ eſt malum, vt Aug.* dicit. Poteſt tamen in hoc quadrupliciter peccatũ icidere [x]. Primò q̄dẽ, H

Concl. prima.

Concl. 2

Concl. 3

Loco citato in arg. 1

&incendia pauperum, & homicidia, & quia author hic dicit, quòd duella accedunt ad communem ſortium rationem, Sortibus enim in multis caſibus vti licet.

¶ Ad euidentiam huius materiæ inchoare oportet à perſcrutatione, an duellum ſit malum ex genere. Si enim eſt malum ex ſuo genere, vt mendacium vel adulterium, nulla ratione eſt licitum. Et ſi non eſt malum ex ſuo genere, poteſt quandoque eſſe licitum. Duellum igitur cum bellum ſit duorum, ex belli ratione conſiderandum eſt. Et quoniam bellum non eſt malum ex ſuo genere, multa namque ſunt bella iuſta, & vnum & multa nõ variãt ſpeciem, eiuſdem enim ſpeciei eſt homicidium factũ ab vno, & à multis, contingit proculdubio eſſe bellum iuſtũ inter me & alterum, ſicut inter regnum & regnum. Nam quemadmodum iuſtum ſuſcipitur defenſiuũ bellũ à regno impetito &c. ita & iuſtum ego habeo bellum aduerſus inuaſorẽ, & licitè me defendendo occido illum. Et rurſus ego publicus miniſter iuſtitiæ iuſtum habeo bellum aduerſus reum inuaſorẽ, ita q; ex intentione licitè occido illum. Non eſt ergo duellum, hoc eſt, duorum bellum, iniuſtum ex genere, ſed põt eſſe iuſtũ ex vna parte. Oportet ergo ad cauſam inſpicere ſuſcipiẽdi belli talis. Notanter aũt dixi, ly, ſuſcipiendi, & ly, talis. Dixi ſuſcipiendi: quia indicere duellum nunq̃ licet, vt patebit. Dixi, talis: quia aliqua cã põt eſſe iuſta cã ſuſcipiendi belli, q̃ non eſt iuſta cauſa belli talis. ſ. ſingularis, vt patebit. Sex aũt cauſæ finales vĩr potiſſimæ, ad quas ſingularis pugna ordinatur. Prima eſt manifeſtatio veritatis, dum. ſ. aliqui confidunt, q; victoria ſua erit teſtis veritatis, q; ſ. ipſe eſt innocens, aut habet ius, & hmõi. Et tale certamen propriè vocatur duellum, & inter purgationes vulgares computatur, & damnatur ab Eccleſia, extra de Purgatione vulgari, & in c. Monomachiam. 2. q. 5. Et hmõi duellũ licet, vt in litera dicitur, magis accedat ad rõnem ſortiũ, malum tñ eſt ex ſuo genere ſortilegium, quia in propria ratione claudit repugnantiam ad rectam rõnem, ſ. inducere in teſtimonium, quod non eſt teſtimonium: qm̃ conſtat habentes ius ſuccumbere quandoque in duello, vt patet in cap. Significantibus, extra de Purgatione vulgari. Nec ſolum hmõi duellum eſt malum ex ſuo genere, vt mendacium, ſed etiam eſt pernicioſum ex ſuo genere: quia contra rectam rõnem eligit vterq; percutere proximum, & contra rectam rõnem vita vtriuſq; ex propoſito exponitur mortis, & vulnerum periculo, cũ Dei tentatione, & diuini fit vſurpatio iudicii, vt in litera dicit, & diabolica inuentio adimplet, vt in decretis loco allegato dr̃, & in lra tangitur in c. Conſuluiſti, ibidem. Secunda cã, eſt oſtẽtatio virium, vt Goliath Philiſtæis indicebat duellũ 1. Reg. 17. Et tale duellum committere eſt pernicioſum ex ſuo genere, pp eandem cauſam, quia. ſ. contra rectam rõnem eligit vterque alterum velle percutere. Cõſtat namque à rõne alienum eſſe, vt pro oſtentatione virium quis pugnet. Et propterea Dauid excuſatur, q; Spirituſancto motus pugnauerit cum Philiſtæo. Erãt aũt in hac ſicut & prima cã principes concedentes quaſi ſpectaculi cã cum in bellis ſunt, certamina quaſi ſingularia, puta, decem hinc, & decem inde ad oſtentationem virorum fortium. Diabolica ſunt hæc, & ſicut duella iudicanda, eadẽ rõne. Nec excuſat eos tp̃s belli, & conflictus partialis hoſtiũ cũ hoſtibus: Qm̃ iuſti cã belli in hoc partiali conflictu locũ non habet: quia habens iuſtum bellum, vt ſic, non ad oſtentationẽ pugnat. Tertia cã, eſt euitatio ignominiæ, quia. ſ. reputatur vilis, & degeneris animi, ſi non acceptat duellum. Et hæc cã licet apud idiotas plurimũ valere videat, apud tñ ſapientes nulla eſt. Et quia rebus vtendum eſt vt ſapientes, non vt plures: ideò ſcd̃m rectam rõnem non eſt rationi cõſona cauſa hæc. Et propterea duellum tale committere, malum pernicioſum eſt ex ſuo gñe pp eandem rationem: quia contra rectam rationem vterque alterum eligit percutere &c. Quarta cauſa, eſt terminatio litis criminalis, aut ciuilis, qñ. ſ. non poteſt aliter terminari lis, niſi duello acceptato. Alioquin aut non acceptans duellum, iuſtitiam non poteſt conſequi: aut liti ſuccumbit cum ſuo, & multorum qñque magno damno. Et hic oportet conſiderare, q; ad hoc, q; actus moralis ſit licitus, oportet medium non eẽ diſproportionatum fini: huic autem fini, qui eſt terminatio litis proportionatum eſt mediũ, aut conuenientia partiũ, aut ſnĩa iudicis, aut pugna bellica ex parte habentis iuſtitiam cũ conditionibus requiſitis ad iuſtum bellum. Et propterea tunc tñ

ſi abſq; vlla neceſſitate ad ſortes recurrat. Hoc.n. vr̃ ad Dei tẽtationẽ ptinere. Vnde Ambroſ. dicit * ſup Lucã. Qui ſorte eligit, humano iudicio non cõprehendit. Secundò, ſi qs ẽt in neceſſitate abſq; reuerentia Dei ſortibus vtat. Vnde ſuper Act. Apoſt. dicit † Beda. Sed ſi q neceſſitate aliqua compulſi Deũ putãt ſortibus exemplo Apoſtolorũ ꝯſſe conſulendũ, videãt hoc ipſos Apoſtolos nõ niſi collecto fratrũ cętu, & precibus ad Deũ fuſis egiſſe. Tertiò, ſi diuina oracula ad terre-

*cap. 1. in tit. de ingreſſ. Zachariæ in templum, ante me.. tom. 5.

A duellum eſt licitum ad talem finem. ſ. ad terminandas lites, & contentiones, qñ habet rõnem iuſti belli. Quod an ſit poſſibile, hinc apparere poteſt. Bellum iuſtum aut eſt vindicatiuum, aut defenſiuum. Si eſt vindicatiuum, hoc eſt, q; indicitur bellũ ad vindicandam iniuriam illatam patriæ &c. indicens bellum gerit perſonam iudicis, vtpote vtẽs publico gladio contra extraneos impugnatores reipublicæ eadem rõne, qua vtitur cõtra internos perturbatores, vt patet ex ſupradictis, cũ de bello tractaretur. Huiuſmodi autem iudex, & vindex fungit perſona, & officio agen-
B tis. Agens aũt debet ſuperexcedere patiens, vt poſſit illud ſibi ſubijcere. Et propterea huiuſmodi bellum nõ debet niſi à potentiori indici, & ſic potentiori, vt licet varius ſit euentus belli, humana tñ rõne quaſi certa ſit victoria, aut ſaltem nõ ſuccumbere: quemadmodum iudex contra internos perturbatores pacis non procedit, niſi habens tot ſatellites, vt ſit quaſi certus, q; capiet malefactores &c. Hoc aũt in duello ſeruari non põt: quia in ſingulari certamine, aut par eſt vtriuſque conditio, aut vni facile poſſunt accidere in illo actu aliqua, quæ fortiorem faciant ſuccumbere. Et pp hanc rõnem, quàmuis indicere bellum qñque ſit licitum, indicere tñ duellum, nunq̃ eſt licitum: quia eſt contra rectam rõnem ex ſuo gñe. Si uero bellum iuſtum eſt defenſiuum, prout patria aliqua indictũ ſibi bellum oportet, aut ſuſtinere, aut ſuccumbere, tũc ſuſcipiẽs bellum gerit perſonam, ac officium & reſiſtentis, & propulſan-
C tis a ſe iniuriam: & ideò oportet imitari tũc res naturales, quæ quantum poſſunt, reſiſtunt contrarijs ſuis. Et debet in hmõi bello fortificari, quantum fieri poteſt, virtus reſiſtitiua & propulſatiua iniuriæ. Contrarium autem huius fit in duello: quia dum vnus ſolus ponitur ad reſiſtendum vni, & ad propulſandum iniuriam ab eodem, debiliter, ac nimis periculoſe conſulitur huic defenſioni. Et propterea, niſi actualiter vnica pſona inuadatur, debet defendi iuſtitia cum multitudine forti, & nõ committi vnius periculo ſecundum rectam rõnem a ciuitate, ſeu principe, cuius eſt bellum etiam defenſiuũ aſſumere. Aliena eſt ergo natura duelli à natura iuſti belli tã defenſiui, quàm vindicatiui. Et propterea nulla ex parte inuenitur duellum eſſe proportionatum medium ad terminationẽ litis tã ciuilis, q̃ criminalis. Et quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, patiatur potius, qui non põt iura ſua aliter tueri. In vno tñ caſu licitum mihi vr acceptare duellum, qñ. ſ. accuſator euiden-
D ter calumniatur, & præualet contra me innocentem ad mortem, vel mutilationem. Tunc enim ex quo accuſator impetit me iudicis gladio iniuſtiſſimè, ſine dubio occidet, vel mutilabit me, ego non habens aliud refugium, habeo iuſtum bellum defenſiuum contra eũ. Et ppterea ſi ipſe offert mihi duellũ, ego poſſũ acceptare de conſenſu principis, & tueri me meliori mõ quo poſſũ. Hoc.n. licet ſcd̃m apparẽtiã ſit duellum, ſcd̃m veritatem nõ eſt niſi defenſio contra inuadentẽ ſe pſonali et ad mortẽ, vel mutilationẽ. Differt.n. ſcd̃m rẽ nihil, occidere me gladio ꝓprio, & alieno. Vñ & Nathã dixit ad Dauid: Vriã interfeciſti gladio filiorũ Amõ. Secus aũt eſt in alijs cauſis, qm̃ defenſio armata non eſt mihi licita, niſi contra inuadentẽ me armis: in alijs autem cauſis ſola ſnĩa iniuſta fit inuaſio. Nec opus eſt uiolẽtia in executione ex parte iudicis: qm̃ reo nõ reſiſtẽte abſq; armis oĩa fiunt. Quinta cauſa, eſt indulgẽtia multitudinis, qñ. ſ. inter duas patrias eſt bellum, & parcẽdo multi-
E tudini reſoluit de conſenſu partium totum bellum in duellũ, vt legit de Coſdroe filio, & Heraclio, in legenda exaltationis S. Crucis. Ob hanc ſiquidem cauſam nõ eſt licitũ ſubire duellũ. Et rõ eſt, quia declinatur à natura belli ex vna parte iuſti, ad naturam duelli, qd̃ rõni rectæ aduerſari patet ex dictis. Nec verba authoris in hac lrã fauent duello, tanquã cuidam ſorti, ſed damnant duella, vt ferrum candens, & aquã feruentẽ, minus tñ, q̃ illa: quia non expectat miraculum. Et pp hoc dixit, q; magis appropinquat ad ſortis rõnem. Nã ly, magis, comparationẽ ad prædicta dicit. Cum.n. oĩa poſuerit in gñe ſortis, dixit duella magis participare de ſortis rõne, q̃ ignẽ, & aquã, & non dixit eſſe puras ſortes. Fateor tñ q; in caſu, quo pars habens iuſtum bellum cognoſcit vires ſuas, & q; oportet aut confligere & ſuccumbere, aut acceptare duellũ, q; licitè acceptat duellum. Transfert.n. quaſi certum caſum in dubiũ, & in ſpẽ victoriæ vtendo oĩbus ſuis viribus. Nec ſolũ licitũ eſt tali parti in prædicto neceſſitatis articulo conſtitutæ acceptare, ſed ẽt

† Beda in ſ.. com. .. 1. cap. Act. to. 2.

proro-

prouocare tale duellum, reſoluendo bellum in duellum: quia ex parte ſui vtit̃ oĩb⁹ viribus ſuis melius in duello, q̃ in bello, & ꝓpea non peccat. Ex parte verò alteri⁹ partis ſupponit̃, q̃ hẽat bellũ iniuſtũ, & non ſolũ ille qui in duello cõparebit, ſed oẽs parati ſunt ad inuadendum iniuſtè pñiã, vel exercitum, perſonas &c. Ac per hoc offerendo duellum, abducunt̃ à maiori malo, auferẽdo materiã maioris mali non vt faciant totum hoc, ſ. minus malum, ſed vt facturi malũ, peccent minus, qđ eſt officiũ angelorum, vt patet de decẽ viris, qui occiſuro eos obtulerunt, vt acciperet ſuos theſauros. Sexta cã, eſt defenſio. Et ſi quidẽ aliquis actualiter impetat̃, nõ eſt dubium, q̃ vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ: ſed hoc non propriè eſt duellum, quia duellum ſonat duorũ bellum ex condicto. Et ꝓpea cũ ex rõne mõſtratum ſit, q̃ duorũ bellũ ex cõdicto nõ ẽ conueniens medium ad defenſionem litis, aut diſcordiæ ciuilis, aut criminalis, quia non põt hẽe rõem iuſti belli ex quacunq; parte, niſi in duobus caſibus ſupradictis: ιõ non eſt licitum duellum pro defenſione. Vñ aũt ĩ hoc quidã falli, q̃ nõ diſcernũt inter hæc duo. ſ. bellum, & duellũ. Et putant q̃ quia licet pugnare ꝓ ſe, & ſuis, ιõ licet duellum cõmittere, qđ tñ mõſtratũ eſt nõ ſequi: quia alia eſt rõ de bello, & alia de duello, vt patet ex dictis. Et ex his patet, quid de principib⁹ cõcedentib⁹ duella, dicendum ſit. Cõſtat.n. q̃ peccãt cõcedẽdo, nõ peccãt autem permittendo ex vrgenti cauſa: ſicut nec peccant permittẽdo vſuras, & meretrices.

Ep. 119. c. 10. in fi. tom. 2. — *In fi. cõm. cap. 1. Act. Apoſ. to. 2* — *Concl. q.* — *Epiſt. 180. Iter med. & fin. to. 2* — *Lib. 2. cap. 18. tom. 3.*

na negotia conuertant̃. Vñ Auguſ. † dicit ad inquiſitiones Ianuarij. His q̃ de paginis euãgelicis ſortes legũt, etſi optandũ ſit vt poti⁹ faciãt, q̃ ad dæmonia cõſulẽda cõcurrant: tñ iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitę huius vanitates, diuina oracula velle conuertere. Quartò, ſi in electionib⁹ eccleſiaſticis, q̃ Spũſsã cti inſpirõne fieri debent, aliq ſortib⁹ vtant̃. Vñ ſicut Beda dicit* ſuper Act. Apoſt. Matthias añ Pentecoſtẽ ordinatus ſorte q̃rit̃, q.a.ſ. nõdũ erat plenitudo Spũſſancti i Eccleſia effuſa. Septẽ aũt Diaconi poſtea nõ ſorte, ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. Sec⁹ ãt eſt i tpalib⁹ dignitatib⁹, q̃ ad terrenã diſpõnẽ ordinant, in quarũ electione plerũq; hoĩes ſortibus vtunt̃, ſicut & in tpaliũ rerũ diuiſione. ¶ Si verò neceſſitas immineat, licitũ eſt cũ debita reuerẽtia ſortib⁹ diuinũ iudiciũ iplorare. r Vñ Aug. dicit i epiſ.* ad Honor. Si inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, q̃ eorũ ꝑſecutionis tpe maneãt, ne fuga fiat oĩum, & q̃ eorum fugiant, ne morte oĩum deſerat̃ Eccleſia, ſi hæc diſceptatio aliter nõ potuerit terminari, q̃tũ mihi vr̃, q̃ maneãt, & q̃ fugiant, ſorte eligẽdi ſunt. Et in primo de doctr. chriſt.* dicit. Si cui abundaret aliqđ, qđ oporteret dari eis q̃ nõ hẽrẽt, nec duob⁹ dari potuiſſet, ſi tibi occurrãt duo, quorũ neuter aliũ, vel indigentia, vel vrgẽte aliqua neceſſitate ſuparet, nihil iuſti⁹ faceres, q̃ vt ſorte eligeres cui dãdũ eẽt, quod dari vtrique non poſſet. Et per hoc patet reſponſio ad Primum, & Secundum.

G H

K Ad III dicẽdum, q̃ iudiciũ ferri candentis, vel aquę feruẽtis, ordinat̃ qđẽ ad alicui⁹ peccati occulti inquiſitionẽ ꝑ aliqđ, qđ ab hoĩe fit, & in hoc cõuenit cum ſortibus: inquantũ tñ expectat̃ aliqs miraculoſus effect⁹ à Deo, excedit cõem ſortiũ rõem. Vñ hmõi iudiciũ illicitũ reddit̃, tũ q.a ordinat̃ ad iudicanda occulta, q̃ diuino iudicio reſeruant̃: tũ ẽt q.a hmõi iudiciũ nõ eſt authoritate diuina ſancitũ. Vñ 2. q. 5.* in decreto Stephani Papæ dr̃. Ferri candentis, vel aq̃ ſeruẽtis examinatione cõfeſſionẽ extorqueri à quolibet, ſacri nõ cẽſent canones. Et qđ ſctõrũ patrũ documẽto ſancitũ nõ eſt, ſupſtitioſa adinuẽtione nõ eſt ꝓſumendũ. Spõtanea.n. cõfeſſione, vel teſtiũ approbatione publicata delicta, habito prę oculis Dei timore, cõceſſa ſunt nr̃o regimini iudicare. Occulta verò & icognita illi ſũt relinquẽda, q̃ ſolus nouit corda filiorum hoĩum. Et eadem rõ vr̃ eſſe de lege duellorum, niſi q̃ pl⁹ accedit ad cõem rõem ſortium, inquantum non expectatur ibi miraculoſus effectus, niſi fortè quando pugiles ſunt valde impares virtute, vel arte.

2. q. 5. cap. Conſului. — *Ri: an med.*

QVÆST. XCVI.

De ſuperſtitionibus obſeruantiarum, in quatuor articulos diuiſa.

POſtea conſiderandum eſt de ſuperſtitionibus obſeruantiarum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, De obſeruãtijs ad ſcientiam acquirendam, quæ traduntur in arte notoria.

¶Secundò, De obſeruantijs q̃ ordinantur ad aliqua corpora immutanda.

¶Tertiò, De obſeruãtijs q̃ ordinant̃ ad cõiecturas ſumẽdas fortuniorũ, vel ifortuniorũ.

¶Quartò, De ſuſpenſionib⁹ ſacrorum verborũ ad collum.

SVP. QV. XCVI. ARTIC. I.

IN art. 1. q. 96. duo tñ notãda occurrũt. Alterum eſt finis artis notoriæ, ſ. ſcia ꝑ infuſionẽ, & ꝓpea inefficax eſt. Si.n. finis eſſet ſcia ꝑ diſciplinã à dęmone docẽte colloquẽdo, licet eſſet illicita, q̃tum tñ eſt ex ꝑtãte naturali dęmonis eſſẽt efficax: quia poſſet facilè docere aliquẽ meli⁹, q̃ quicunque philoſophus, aut Aſtrologus, ſi Deus ꝑmitteret. Alterum eſt in rñſione ad tertiũ, q̃ ſola ſocietas nõ cõſumata, ſed inita cũ dæmone, cõſtituit illicitum peccati mortalis, quod conſtat in obſeruantijs artis notoriæ committi. Qđ nota, propter caſus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vti obſeruantijs artis notoriæ ſit illicitum.

I AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q̃ vti obſeruantijs artis notoriæ nõ ſit illicitum. h Dupliciter enim aliquid dicitur illicitum. Vno modo, ſecundum genus operis, ſicut homicidiũ, vel furtum. Alio modo, ex eo quòd ordinatur ad malum finem, ſicut cum aliquis dat eleemoſynam propter inanem gloriam: ſed ea quæ obſeruantur in arte notoria, ſecundum genus operis non ſunt illicita; ſunt enim quædã ieiunia, & orationes ad Deum: ordinãtur etiam ad bonum finem, ſcilicet ad ſcientiam acquirẽdam. ergo vti huiuſmodi obſeruationibus non eſt illicitum.

Porrecta per to um. — *501* — *1. Par. 64 ar. 1. ad 5.*

¶ 2 Præt. Daniel 1. legitur, quòd pueris abſtinẽtibus h dedit Deus ſcientiam, & diſciplinã in omni libro, & ſapientia: ſed obſeruantiæ artis notoriæ ſunt ſm aliqua ieiunia, & abſtinentias quaſdam. ergo videtur q̃ diuinitus ſortiatur ars illa effectum. non ergo illicitum eſt ea vti.

¶ 3 Præt. Ideò videt̃ eſſe inordinatũ, à dęmonibus inquirere de futuris, quia ea h nõ cognoſcunt, ſed hoc eſt ꝓpriũ Dei, vt dictũ* eſt: ſed veritates ſciarũ dęmones ſciunt, quia ſciæ ſunt de his q̃ ſunt ex neceſſitate, & ſp, quæ ſubiacent humanę cognitioni, & multò magis dęmonum, qui ſunt ꝑſpicaciores, vt Aug.* dicit. ergo non vr̃ eſſe pcc̃m vel arte

q. 95. ar. 1 — *li. de Diuinatione dæmonũ cap. 3. & 4. to. 3. Et li. 2. ſuper Gen. c. 17. nõ ꝓcul à fine, to. 3*

notoria,

notoria,etiam ſi per dęmones ſortiatur effectum.

Sed cõtra eſt,qđ dr̃ Deut.18.Nõ iueniat̃ in te q̃ q̃rat à mortuis veritaté,q̃ qdé inqſitio ĩnitit̃ auxilio dęmonũ: ſed p̃ obſeruãtias artis notorię inq̃rit̃ cognitio veritatis p̃ qdã pacta ſignationũ cum dęmonib. inita. ergo vti arte notoria nõ ẽ licitũ.

¶2 Præt. Illud pct̄m dr̄ eſſe in Spiritumſanctum, per qd̄ tollūtur ipedimenta pcti, ut s̄ dictū eſt:* ſed per inobedientiã contēnit hō præceptum, quod maxime retrahit hominem à peccãdo. ergo inobedientia eſt peccàtum in Spūmſanctum, & ita eſt grauiſſimum peccatum.

¶3 Pręt.Apoſt.dicit ad Rom.5. Quòd p vnius inobediētiã peccatores multi cōſtituti sūt: ſed cã vr̄ eſſe potior effectu. ergo inobedientia vr̄ eē grauius peccatū, q̃ alia quæ ex ea cauſant̄.

SED CONTRA eſt, ꝙ grauius eſt contemnere p̄cipientem, q̃ p̄ceptum: ſed q̃dam peccata sūt contra ipſam perſonam p̄cipiētis, ſicut patet de blaſphemia, & homicidio. ergo inobedientia nō eſt grauiſſimum peccatū.

RESP. Dicendum, ꝙ nō oīs inobediētia eſt ęquale pct̄m. Pōt.n. vna inobediētia eſſe grauior altera dupliciter. Vno mō ex parte p̄cipientis. Quãuis eñ oēm curã hō apponere debeat ad hoc, ꝙ cuilibet ſupiori obediat, tñ magis eſt debitū ꝙ hō obediat ſupiori, q̃ iferiori ptãti, cuius ſignū eſt, ꝙ p̄ceptū inferioris p̄termittit̄, ſi ſit p̄cepto ſuperioris contrarium. Vñ cōſequens eſt, ꝙ quanto ſuperior ē ille q p̄cipit, tãto ei inobediētē eē ſit grauius, & ſic inobedientem eſſe Deo, eſt grauius q̃ inobedientē eſſe homini. Secūdo, ex parte præceptorum. Nō enim præcipiēs, æqualiter vult impleri oia q̃ mãdat. Magis eñ vnuſquiſq p̄cipiēs uult finem,

& id qđ eſt fini propinquius. Et ideo tãto eſt inobediẽtia grauior quanto præceptũ, qđ quis pterit, magis eſt de itẽtione illius qui præcipit. Et in pceptis qđ Dei manifeſtũ eſt, ꝙ quãto præceptũ dat̃ de meliori, tanto eſt eius inobediẽtia grauior: quia cũ voluntas Dei p ſe feratur ad bonũ, quãto aliquid eſt melius, tãto Deus vult illud magis impleri. Vñ qui inobediens eſt pcepto de dilectione Dei, grauius peccat, q̃ qui inobediens eſt præcepto de dilectione pximi. Volũtas aũt hoĩs non ſp magis fert̃ in melius: & ideo vbi obligamur ex ſolo hoĩs pcepto, non eſt grauius pctm̃ ex eo, ꝙ maius bonũ præteritur, ſed ex eo, ꝙ præteritur illud, quod eſt magis de intentione præcipientis. Sic ergo oportet ſm diuerſos inobediẽtiæ gradus cõparare. Nã inobedientia, qua cõtemnit̃ Dei præceptũ, ex ipſa rõne inobediẽtiæ grauius eſt pctm̃, q̃ pctm̃ quo peccatur in hoĩem, ſi ſecerneretur inobedientia Dei. Et hoc ideo dico, quia qui contra proximũ peccat, ét contra Dei præceptũ agit. Si tñ in aliquo potiori præceptũ Dei contemneret, adhuc pctm̃ grauius eſſet.[u] Inobedientia aũt qua cõtẽnitur præceptũ hoĩs, leuior eſt pctõ quo contẽnitur ipſe præcipiens,[x] quia ex reuerentia præcipientis procedere debet reuerentia præcepti. Et ſimiliter[y] pctm̃, quod directè pertinet ad contemptũ Dei, ſicut blaſphemia, vel aliqđ hmõi grauius eſt ét ſemota per intellectum inobedientia à pctõ, q̃ eſſet illud pctm̃, in quo contemnitur ſolum Dei præceptum.[z]

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ illa cõparatio Samuelis non eſt æqualitatis, ſed ſimilitudinis: quia inobedientia redundat in contemptum Dei, ſicut & idolatria, licet idolatria magis.

AD II dcẽm, ꝙ non oĩs inobediẽtia eſt pctm̃ in Spũſctm̃, ſed ſolum illa, cui obſtinatio adhibetur. Non .n. contemptus cuiuſcumque, quod pctm̃ impedit, cõſtituit pctm̃ in Spũſctm̃. Alioquin cuiuſlibet boni contẽptus eſſet pctm̃ in Spũſctm̃, quia per quodlibet bonum põt F hõ impediri à pctõ: ſed bonorũ illorum contemptus facit pctm̃ in Spũſctm̃, quæ directè ducunt ad pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum.

AD III dicendum, ꝙ primũ pctm̃ primi parentis, ex quo in oẽs pctm̃ emanauit, non fuit inobedientia ſm ꝙ eſt ſpeciale pctm̃, ſed ſuperbia, ex qua hõ ad inobediẽtiam proceſſit. Vñ Apoſtolus in verbis illis vr̃ ac- G cipere inobedientiã ſm ꝙ gñaliter ſe habet ad oẽ peccatum.

QVÆST. CVI.

De Gratia, ſiue gratitudine, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de gratia, ſiue gratitudine, & ingratitudine.

¶Circa gratiam autem quæruntur ſex.

¶Primò, Vtrum gratia ſit ſpecialis uirtus ab alijs diſtincta.

H ¶Secundò, Quis teneatur ad maiorem gratiarum actiones Deo, vtrum innocens, vel pœnitens.

¶Tertiò, Vtrum ſemper teneat̃ homo ad gratias pro beneficiis humanis reddendas.

¶Quartò, Vtrum retributio gratiarum ſit differenda.

¶Quintò, Vtrum ſit menſuranda ſm acceptum beneficium, vel ſecundum dantis affectum.

¶Sextò, Vtrum oporteat aliqđ maius rependere.

ARTICVLVS PRIMVS.

I *Vtrum gratia ſit ſpecialis uirtus ab alijs diſtincta.*

Porrecta p rerum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ gratia non ſit virtus ſpecialis ab alijs diſtincta. Maxima enim beneficia à Deo, & à parentibus accepimus: ſed honor, quem Deo retribuimus, ptinet ad virtutem religionis: honor ãt, quem retribuimus parentibus, pertinet ad uirtutem pietatis. ergo grã,[h] ſiue gratitudo non eſt virtus ab aliis diſtincta. (Inf. q. 107. a. 1. cor. Et 12. q. 6. ar. 3. cor.)

¶ 2 Præt.[h] Retributio proportionalis pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, vt patet per Philo. in 5. Eth.† ſed grẽ reddunt̃ ut retributio ſit, vt ibidem K dicitur. ergo redditio gratiarum, quæ pertinet ad gratitudinem, eſt actus iuſtitiæ. non ergo gratitudo eſt ſpecialis virtus ab alijs diſtincta. (lib. 5. ca. 4. tom. 5.)

¶ 3 Præt.[b] Recompenſatio requirit̃ ad amicitiam conſeruãdã, vt patet p Phil. in 8. & 9. Eth.* ſed amicitia ſe habet ad omnes virtutes, pter quas hõ amatur. ergo gratia, ſiue gratitudo, ad quam pertinet recompenſare beneficia, non eſt ſpãlis virtus. (li. 8. c. pen. & li. 9. c. 2. tom. 2.)

SED CONTRA eſt, ꝙ Tullius† ponit gratiam, ſpecialem iuſtitiæ partem. (lib. 2. de inuent. in f. 4. aũ fi. lib.)

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, ſm diuerſas cauſas, ex qbus aliquid debet̃, neceſſe eſt diuerſificari debiti reddendi rationem, ita tñ ꝙ ſemper in maiori, illud qđ minus eſt, continetur. (Q. 101. ar. 1. & 1. 2. q. 60. art. 3.)

In

---

tra hominem, ſecluſa Dei inobedientia. (Concl. ſ) V. g. Inter pctm̃ quo qs contemnit præceptum Dei, & peccatũ quo qnis offendit proximũ adulterio, homicidio, furto &c. & in hac cõparatione dr̃, ꝙ inobedientia Dei eſt grauius peccatum. Secunda eſt inter inobedientiam Dei, & peccatum contra proximum, incluſa inobedientia Dei. Et in hac cõparatione dr̃, ꝙ adhuc inobedientia eſſet grauius peccatum, ſi tñ in aliquo potiori q̃ ſit offenſa illa proximi, præceptũ Dei cõtemneret. Tertia eſt inter peccatum quo contemnit̃ præcipiens, & peccatũ quo contemnit̃ præceptũ. Et hæc, quia tractatur inter hoĩem & ſuum pceptum, & ſimiliter inter Deum & ſuum præceptum, ideo quatuor dicit pñs comparationes. Vna tamen eſt formaliter hæc tertia, & in ea dr̃, ꝙ grauius eſt pctm̃ quo contemnit̃ hõ præcipiẽs, puta, deſpectus ſuperioris, q̃ inobedientia. Et ſimiliter grauior eſt blaſphemia, qua contemnit̃ Deus, quã inobedientia pceptorum eius: & hoc ét ſecluſa à pctõ blaſphemiæ inobediẽtia, hoc eſt, contemptu præcepti. (Concl. u) Hic eſt ſenſus lr̃æ. Et ſic diuerſi gradus inobedientiæ diuerſis aliorum peccatorum gradibus ſunt comparati, vt in lr̃a applicando propoſuit. (Concl. y) Et hinc patet, quibus peccatis quæ inobedientia eſt grauior, & quib⁹ nõ. Rõ primæ comparationis eſt, quia p ſe loquendo, totum genus pctõrum in Deum excedit totum gen⁹ peccatorum in pximũ, cæteris paribus. Inobedientia autem Dei formaliter eſt pctm̃ ĩ Deum vt patet, diſtinguẽdo peccata aut in Deum, aut in ſe, aut proximum. Hæc enim diſtinctio in pcedenti libro reliquis prælata eſt. Et peccatum tã in ſe, q̃ in proximum conſtat comprehendi ſub pctõ in hominẽ, quod minus graue, q̃ inobedientiã Dei eſſe lr̃a dicit. Rõ ſecundæ comparationis eſt inæqualitas rerum præceptarũ, vt ſi quis peccet in proximum furto, contemnendo diuinum præceptum, & aliter inobediẽs quoque Deo periuret, quia præceptũ periurij potius eſt præcepto furti, peior eſt iſta inobedientia, q̃ peccatum in proximum cum inobediẽtia diuina. Rõ verò tertiæ comparationis aperta eſt in litera: quia præcipiens longè maius quid eſt, q̃ ſuum præceptum. Et memento intelligere terminos formaliter. ſ. de inobedientia formaliter, quæ ſolum eſt, cum quis iõ tranſgredit̃, vt faciat contra præceptum, vt prius dictum eſt, & in litera habes.

In Deo aũt primò & principaliter inuenit̃ cá debiti, eo q ipſe eſt primum principium oĩum bonorum nr̃orum. Scd̃ar.ò aũt in patre, q̃a eſt ꝓximum nr̃ę gñationis, & diſciplinę principium. Tertiò autem in pſona, q̃ dignitate p̃cellit, ex qua cõia bñficia procedunt. Quartò aũt in aliquo benefactore, à quo aliqua particularia & priuata bñficia pcepimus, ꝓ q̃bus particulariter ei obligamur. Quia ergo non quicquid debemus Deo, vel patri, vel pſonę dignitate p̃cellẽti, debemus alicui benefactorum, à quo aliqđ particulare bñficium recepimus,

Concl. indè eſt q[m] poſt religionẽ, qua debitum cultũ Deo impendimus; & pietatem, qua colimus parentes; & obſeruantiã, qua colimus pſonas dignitate p̃cellentes, eſt gr̃a, ſiuè gratitudo: q̃ bñfactorib. gra

D. 677. tiam recompenſat: & diſtinguitur[l] à præmiſſis virtutibus, ſicut quodlibet poſteriorum diſtinguitur à priori, quaſi ab eo deficiens.[a]

Ad primvm ergo dicẽdum, q ſicut religio eſt q̃dã ſupexcellens pietas, ita eſt & quedã excellens gr̃a, ſiuè gratitudo: vñ & gr̃arum actio ad Deum

Q. 13. ar. 17 ſ. poſita[*] eſt inter ea, quę ad religionem pertinent.

Ad II. dicendum, q retributio ꝓportionalis ptinet ad iuſtitiã cõmutatiuã, q̃ attendit̃ ſm̃ debitũ legale, puta, ſi pacto firmet̃, vt tñ ꝓ tanto retribuatur: ſed ad virtutẽ gr̃ę, ſiuè gratitudinis retributio ptinet, q̃ fit ex ſolo debito honeſtatis, quam. ſ. aliquis ſpontè facit: vnde & gratitudo eſt minus grata ſi ſit coacta, vt Seneca dicit in lib. de Beneficijs.

Ad III. dicendum, q cum vera amicitia ſ. virtutẽ

Fundm̃ ꝓuocatiuũ, & conſeruatiuũ amicitiæ. fundet̃, q̃cq̃d eſt virtuti ꝯ̃rium in amico eſt amicitię impeditiuũ, & q̃cq̃d eſt virtuoſum, eſt amicitię ꝓuocatiuum. Et ſm̃ hoc p recompenſationem bñficiorum amicitia ꝯſeruat̃, q̃uis recõpenſatio bñficiorum ad virtutẽ gratitudinis ſpãliter ptineat.

Articvlvs II.

Porrecta ꝑ totum.

Vtrum magis teneatur ad gratias reddendas Deo innocens quàm pænitens.

553 Ad secvndvm ſic ꝓcedi tur. Vr̃ q magis teneatur ad gratias reddendas Deo innocens, q̃ pęnitens. Quãtò. n. aliquis maius donũ a Deo percepit, tãtò magis ad gratiarum actiones[b] tenet̃: ſed maius eſt donum innocentiæ, quàm iuſtitię reſtitutę. ergo videtur quòd magis teneatur ad gratiarum actionem innocens, q̃ penitẽs.

¶ 2 Prę. Sicut benefactori debet̃ gr̃arũ actio, ita & dilectio: ſed Aug. dicit in 4. Confeſ.[*] Quis hoĩm ſuam cogitans infirmitatem, audet virib. ſuis tribuere caſtitatem, atque innocentiam ſuam, vt minus amet te, quaſi minus fuerit ei neceſſaria mĩa tua, qua condonas peccata cõuerſis ad te? & poſtea ſubdit.[*] & ideò tantundem, immò amplius te diligat: quia per quem me videt tãtis peccatorũ meorum lãgũoribus exui, per eum ſe videt tantis peccatorum languoribus non implicari. ergo etiam[a] magis tenetur ad gr̃am reddendã innocens q̃ pęnitẽs.

¶ 3 Prę. Quantò gratuitum bñficium eſt magis continuatum, tantò[b] maior ꝓ eo debet̃ gr̃arũ actio: ſed in innocente magis continuat̃ diuinæ gr̃æ bñficiũ, q̃ in pęnitente. dicit. n. Aug. ibidem.[*] Gr̃æ tuæ deputo, & mĩæ tuæ, quia peccata mea tanq̃ glaciem ſoluiſti: gr̃æ tuæ deputo, & q̃cunq; non feci mala. q. d. n. facere non potui? Et oĩa mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſpõte feci mala, & q̃ te duce nõ feci. ergo magis tenet̃ ad gr̃arũ actiones inocens, q̃ pęnitens.

Sed cõtra eſt, q dr̃ Lu. 7. Cui plus dimittit̃, plus diligit. ergo eadem ratione plus tenetur ad gratiarum actiones.

Resp. Dicendũ, q actio gr̃arum in accipiẽte reſpicit gr̃am dantis. Vñ[m] vbi eſt maior gr̃a ex parte dantis, ibi requirit̃ maior gr̃arum actio ex parte recipientis[n]. Gr̃a ãt eſt, quia gratis dat̃. vñ dupliciter p̃t eſſe ex parte dantis maior gr̃a. Vno mõ, ex quantitate dati, & hoc[p] mõ innocens tenetur ad maiores gr̃arum actiones,[q] quia maius donum ei dat̃ a Deo, & magis continuatum cæteris paribus, abſolutè loquendo. Alio mõ, p̃t dici maior gr̃a, q̃a magis datur gratis: &[s] ſm̃ hoc magis tenet̃ ad gr̃arũ actiones pęnitẽs, q̃ innocens:[t] quia magis gratis dat̃ illud qđ ei dat̃ a Deo. Cum n. eſſet dignus pęna, dat̃ ei gr̃a. Et ſic, licet illud donum, quod dat̃ innocenti, ſit abſolutè conſideratum maius, tñ donum, q dat̃ pęnitenti, eſt maius in comparatione ad ipſum: ſicut etiã paruum donum pauperi datũ, eſt ei maius q̃ diuiti magnum. Et quia actus circa ſingularia ſunt,[u] in his quæ agenda ſunt magis conſideratur qđ eſt hic, vel nunc tale, q̃ quod eſt ſimpliciter tale,[x] ſicut Philoſophus dicit in 3. Ethicorum,[*] de voluntario, & inuoluntario. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Lib. 3. c. 1. tom. 5.

Svp. Qvæst. CVI. Art. II.

Omiſſo 1. ar. q. 106. in ti. 2. ar. aduerte q non eſt, quæſtio de quocumq; beneficio præſtito innocenti & pęnitenti, ſed de ipſo bñficio innocentię, & pęnitentiæ, quis eorũ teneatur ad maiores gr̃as, innocens ꝓ innocentia, an pęnitens pro pœnitentia.

¶ In corpore articuli eiuſdẽ aduerte, q donum innocentię dr̃ in litera donum maius

Li. 2. confeſ. c. 7. in medio, tomo 1. ſm̃ ſe q̃ pęnitentiæ. cęteris parib. in hoc ſenſu, q ſi iuſtitia innocentis eſt, v. g. vt quatuor, & iuſtitia pęnitentis eſt etiã vt quatuor: & ſola dr̃ia inter iſtos eſt, quia illa eſt iuſtitia innocentis,

Rod. lib. 2 c. 7. in fine to. 1 iſta pęnitens, tunc rectè fit comparatio inter innocentem & pęnitentem cęteris paribus. Nam ſi iuſtitia innocens, ſeclusa rõne innocẽtiæ eſſet vt decẽ, & pęnitens vt quatuor, aut econuerſo, ꝑuenſis eſſet comparatio. Cũ ergo dr̃ q donum qđ datur innocenti eſt abſolutè maius cęteris parib[us], ſenſus eſt, q ipſa innocentia mai[us] eſt bonum ſm̃ ſe q̃ pęnitentia, & q donum par, maius eſt ſm̃ ſe adiunctum innocentiæ, q̃ adiunctũ pęnitentię.

¶ In corpore eiuſdem 2. art. dubium occurrit. Primò, q̃a non vr̃ verum, q donum innocentiæ ſit mai[us] abſolutè, tum quia innocẽtia negationem offenſæ importat, negatio autem non auget bonitatem rei, licet q̃ñq; ſit illius conditio: tum q̃a, vt dr̃ in 1. Eth. albedo decem dierum non eſt ꝑfectior albedine vnius diei, ac per hoc innocentia, q̃ nihil; aliud formaliter dicit, q̃ cõtinuitatem in non offendendo, non eſt maius bonum q̃ iuſtitia æqualis reſtituta.

Lib. 2. c. 7. aũ medium tom. 1. Ergo ly dimiſſa ſũt ei peccata multa, Luca 7. intelligitur dupliciter.

Concl. m

¶ Dubium occurrit ſecundò, quia non vr̃ verum, q datum pœnitẽti ſit maius huic,[o] q̃ datum innocenti, tum quia exemplũ literæ non eſt ſimile, qm̃ comparat modicum & magnum datum pauperi, & datũ diuiti, ꝑſuppoſito q iſte ſit pauper, & ille diues. Præſens. n. qđ licèt præſupponat, q pœnitens fuerit peccator, non tñ præſupponit, q alter ſit innocens, & aliquid magnum ei detur, ſed de ipſo dono, quo conſtituitur innocens, q̃rit. Et eſſet ſimile, ſi diceret̃ q maius eſt modicum quod datur pauperi, q̃ ditare aliquẽ. Et tunc hoc negaret̃, quia plus tenetur regi ditatus a rege à natiuitate ſũa, q̃ ali[us] pauperculus ſubleuatus à neceſſitatibus ſuis: tũ q̃a in beneficijs ſuperuenientibus meritis, vel demeritis pſonarum, locũ habet comparatio quid mai[us] in ſe, vel huic: ſed in bñficijs conſtitutiuis ipſarum perſonarũ in bonitate, ſuppoſita ęqualitate naturę, non habet locum hmôi diſtinctio, quia quantũ eſt

Concl. p

Concl. ſ

Concl. v

eſt donum in ſe,tñ eſt huic cui dať,quem cōſtituit bonum. Ac per hoc cum innocentia conſtituat innocentem, quantũ donũ eſt innocentia ſiñ ſe,tñ donum eſt huic, q eſt innocẽs, & pñr; quia maius donum eſt in ſe,vt in lr̃a dr̃:ergo maius donum eſt etiam huic,cuius oppoſitum in litera dicitur.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo teneatur ad gratiarum actiones omni homini benefacienti.

AD TERTIVM ſic ꝑcedit. Vr̃ q̃ hō nō teneať ad grãrum actiones oĩ hoĩ benefaciẽti. Pōt.n.aliqs ſibi bñfacere,ſicut,& ſibijpſi nocere, ſ̃m illud Eccl.14. Qui ſibi nequã eſt,cui alij bonus erit? ſed hō ſibijpſi non pōt grãs agere qa grãrum actio vr̃ tranſire ab vno in alterum.ergo non omni benefactori debetur gratiarum actio. G

¶2 Prçt. Gratiarum actio eſt q̃dam[h] grẽ recōpenſatio:ſed aliqua beneficia non cum gratia dantur, ſed magis cum contumelia,& tarditate,vel triſtitia. ergo non ſemper benefactori H ſunt gratiæ reddendæ.

¶3 Præt. Nulli debetur gratiarum actio ex eo q̃ ſuam utilitatem procurat, ſed quandoque aliqui aliqua bñficia dant propter ſuam utilitatem.[h] ergo eis non debetur gratiarum actio.

¶4 Præt.[h] Seruo non debetur gratiarũ actio,quia hoc ipſum qđ eſt,domini eſt:ſed quandoque contingit ſeruum in dñm beneficium facere, uel beneficum eſſe. ergo non oĩ benefactori debetur gratiarũ actio.

¶5 Prçt. Nullus tenetur ad id, quod facere non poteſt honeſte, & utiliter:ſed quandoque contingit, quòd ille qui beneficium tribuit, eſt in ſtatu magnæ fçlicitatis, cui inutiliter[h] aliqd recompẽſaretur ꝑ ſuſcepto beneficio. Quandoque ẽt

¶Dubiũ tertiò occurrit, qa magnitudines duæ doni,q̃ in lr̃a explicantur.ſ.ſiñ ſe, vel ſiñ ꝑportionẽ ad eũ
Porrecta 2 totum, cui dať.ſunt diuerſarum rōnum,ac p hoc
554 iunctæ ſimul non faciunt mai⁹,ſed multiplex. ſicut lõgitudo, & latitudo nō faciũt maius, ſed multiplex quantum. Et ſ̃m hoc donum pęnitẽtis hĩs duas magnitudines, vnã, qa eſt in ſe alicuius bonitatiſ, & i hac exceditur à dono innocentiæ:& alterã ex ꝑportione ad eũ cui dať,quia dať inimico q dr̃et puniri,& i hac excellit innocẽtiam, qa innocentia hanc magnitudinẽ nō hẽt. Sicut ſuperficies paruiſſima excedit lineam quantũcunq; magnã qa hẽt latitudinem, qua linea caret. Scd̃m hoc,inquam,non dẽret concludi,q donum pęnitentis eſt maius, ſed q eſt pluribus modis bonum,q̃ donũ innocentiæ. Et pñr in proceſſu literę cōmittitur ſophiſma figuræ dictionis,mutando multa in maius.

¶Dubium quartò eſt,quia dato q iſtæ duæ magnitudines iunctæ ſimul faciant maius,non apparet,nec probatur q in ꝑpoſito illa vna magnitudo innocẽtiæ excedatur ab vtraq; ſimul iuncta in dono pęnitentiæ. Nō.n.apparet iō,quare iuſtitia vt quatuor,v.g.data vtrique,ſ. innocenti,& pęnitenti, ſit maius bñficium,qa data demerenti,q̃ qa data ad pſeruandum ne demereatur:hæc.n.conditio vr̃ magis beneficum aium concedẽtis oñdere. In cuius ſignum dicimus,q maius beneficium conceſſum fuit B.Virgini ſi pſeruata eſt a peccato originali,q̃ ſi mundata eſt ab illo,Oporteret naq; in lr̃a probari,q iſte modus dandi,ſ.magis gratis,ſit tantæ excellentiæ, q excedat illam maiorem bonitatem,quam habet innocentia in ſe. I

¶Dubium quintò eſt,quia ex rōnè lr̃æ,videlicet,In his quæ agenda ſunt,penſandum eſt magis id,qđ eſt hic,& nunc,q̃ qđ abſolutè conuenit,non hr̃ intentum authoris. Nec ſimilitudo ex 3.Ethic.eſt ad propoſitum,qm̃ penſando innocentiam in rerũ natura in hoc ſingulari,puta,in Adam poſitam,& in eodem iuſtitiam reſtitutam per pęnitentiam cęteris paribus,fit cōſideratio,& iudicium vtriuſq; hic,& nunc,& reſpectu huius:& nō hic de vno ſiñ ſe,& de altero conſideratis oĩbus circũſtantijs actualiter concurrentibus,vt de volũtario,& inuoluntario in 3.Eth. fit. Eſt ergo vitium ęquiuocationis in lr̃a,de ly ſiñ ſe, ſeu in ſe, vt capit in ꝑpoſito,& vt capit in 3.Ethi. Nã in 3.Eth. capiť ſiñ ſe,hoc eſt,non conſideratis circũſtantijs actualiter tunc interuenientibus:hic verò capiť ſiñ ſe,vt diſtinguitur contra ſiñ qd. Nã qđ non eſt maius niſi huic,non eſt maius niſi ſecundũ qd. K

¶Dubium ſexto principale eſt, qa falſa vr̃ concluſio huius articuli,videlicet, Pęnitens tenetur ad maiores gratias,quam innocens, cæteris paribus:quoniam innocentia eſt melior, & magis dilecta a Deo,vt in prima parte,quæſt.20.art.4.ad quartum,author dixit,ac per hoc cōſtituit hunc hominem meliorẽ,& magis dilectum à Deo q̃ pęnitens ſit. Alioquin effectus formalis ſeparaƚetur à forma, ſi bonitas melior non conſtitueret meliorẽ habentem,& conſequenter magis ad gratiarum actiones obligatũ. Tantò namq; magis quis gratias agere debet,quantò melior eſt factus à Deo. Et ſic lr̃a iſtius articuli concludens q oĩb. conſideratis pęnitens magis tenetur quàm innocens, non permanet ſolida:quoniam omnibus conſideratis innocens actualiter eſt melior,& magis dilectus à Deo,& ſupra pęnitentem in vniuerſo locãdus,ac per hoc ad maiores gratias tenetur, quàm penitens. Et confirmatur, quia author in tertio ſententiarum diſt.32.art.5.quæſt.2. ad tertium dicit, q liberare inimicum, quàmuis ſit maius reſpectu illius qui liberatur, non tamen eſt

F maius ſimpliciter. Cuius oppoſitum hic concluditur.

¶Ad euidentiam horum ſciendum eſt,quòd innocentia & pęnitentia ſe habent ſicut ſanitas non interrupta,& ſanitas reparata,& cęteris paribus ſumptæ,puta,q tanta ſit ſanitas reparata in iſto,quanta eſt ſanitas in altero conſeruata, poſſunt dupliciter conſiderari. Primò,vt ſunt in genere donorum,ſeu beneficiorum. Si primò modo ſumantur,ſic innocentia excellit, & importat dignitatem irrecuperabilem, ſicut virginitas. Vnde quãtũcunq; peccator reſurgat per pęnitentiã ad tantam, vel maiorem charitatem, nũquàm tamen reſurget ad tantam dignitatem: & propter iſtã dignitatem innocentia cōſtituit hunc hominem meliorem, & magis dilectũ à Deo. Si autem conſiderentur ſecundo modo, ſic dico duo. Primò,q pęnitentia ſimpliciter excellit, quia eſt maius donum quàm innocentia:ſecundo, q innocentia eſt maius donum in ſe. Hęc ſic manifeſtantur. Donum dupliciter, vt in litera diſtinguitur,dicitur magnum,vel ſecundum quantitatẽ rei q̃ datur,& ſic innocentia eſt maius donum: & ꝓpterea dictum eſt,quòd eſt maius donum in ſe. Nam conſideratis duabus quãtitatibus,ſ.boni innocentiæ,& boni pęnitentiæ,maior eſt quantitas innocentiæ q̃ pęnitentiæ:ſicut cōparatis virginitate,& caſtitate viduali,maior inuenitur virginitas, ꝓp quod in lr̃a dr̃, q eſt maius donum,& magis continuatum. Vel ſiñ quantitatẽ proportionalem,referendo.ſ.donum pęnitentiæ huic ſuppoſito malè merito de Deo,& donum innocentiæ illi alteri ſuppoſito non malè merito:& ſic maius donum inuenitur pęnitentia q̃ innocentia,quia pęnitentia eſt maius donum huic, quàm ſit donum innocentiæ illi,vt in literæ exemplo manifeſtatur. Et I qm̃ eſſe maius donum proportionaliter conſtituit maius donum ſimpliciter,ſicut eleemoſyna,vel oblatio maior proportionaliter,ex Domini ſententia eſt maior ſimpliciter, vt patet de vetula Lucæ 21.de qua dixit Dñs q plus oĩbus obtulit: iō pœnitentia dr̃ ſimpliciter donum maius. Simile namq; eſt in ꝑpoſito,niſi q ibi eſt ſermo de quantitate proportionali reſpectu dãtis,hic verò reſpectu recipientis:ſed hoc non variat veritatem intentam. Nam ſicut in illis oblationibus ſi comparemus duo minuta,& argentum oblatum ab alijs ſecundùm ſuas quantitates,ſic conſtat q alij plus dederunt quàm vidua: ſed ſi ſpectemus ad proportiones hinc & indè,videbis q minutum fuit pl⁹ viduę,q̃ argentum alteri,& quia vidua obtulit plus ſibi, q̃ quicunque alius ſibi,iudicatur a Dño ſimpliciter q plus oĩbus obtulit: Ita in propoſito,vt iam dictum eſt,ſi ad pęnitentiam & innocentiam reſpiciamus quantæ ſint,maior inuenitur innocentia: ſed ſi ſpectemus ad proportiones horum donorum ad eos K quibus dantur,ſic,cum plus ſit pęnitentiæ donum huic malemerito de Deo,q̃ innocentiæ illi: iō ſimpliciter concludendũ eſt,q pęnitentiæ donum eſt maius. Et quia gratiarum actio directè reſpicit quantitati doni,quatenus donum eſt, iō concludiť q ſimpliciter loquendo, pęnitens plus tenetur ad gratiarũ actiones. Hæc eſt intentio literæ:& (vt ſingulis dubijs reſpondendo patebit) huc omnia tendunt.

¶Ad primum ergo dubium dicitur,q innocentia non eſt negatio,ſed dignitas eſt negationẽ interruptionis exigens, & ideò bonitatem auget.

¶Ad obiectionem autem ex 4.Ethic.dr̃, q licet ſanitas decem dierum non ſit maior ſanitas intenſiuè,vt Ariſt.ibi intẽdit, eſt tñ maius bonum,q̃ ſanitas vnius diei. Duratio namque,& non interruptio,licèt non augeant rationem ſpecificam formæ, cuius ſunt extraneæ conditiones, augent tamen rationem tranſcendentem,ſub qua comprehenduntur. Duratio namque eſt quædam bonitas,& quoddam donum,ac magnum beneficiũ. Et propterea augent rationem boni,& doni,ac beneficij. Et iō

ſanitas

cõtingit, ꝙ bñfactor mutat̃ de virtute in vitium, & ſic vr̃, ꝙ ei honeſte ᵘ recõpẽſari non põt. Qñq; ét ille q accepit bñficiũ, pauper eſt, & oĩno recõpenſare non põt. ergo vr̃ ꝙ non ſp teneatur homo ad gratiarum recompenſationem. B

¶ 6 Præt. Nullus debet ꝓ alio facere, ⁿ qđ ei non expedit, ſed eſt ei nociuũ: ſed qñq; cõtigit, ꝙ recõpenſatio bñficij eſt nociua, vel inutilis ei, cui recõpẽſatur. ergo nõ eſt ſp bñficiũ recõpenſandũ p gratiarũ actionẽ.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ primæ ad Theſ. vlt. In omnibus gratias agite.

B RESP. Dcdm, ꝙ oĩs effectus naturaliter ad ſuã cãm cõuertitur. Vñ Diony. dicit 3. c. de diu. no. ꝙ * Deus oĩa in ſe cõuertit.

A ſanitas vt quatuor conſeruata, licet nõ ſit maior ſanitas, quàm æqualis ſanitas reſtaurata, eſt tñ maius donum ex hoc ipſo, ꝙ eſt maior extenſiuè extenſione durationis. Et ſimile eſt de innocentia, quæ continuationem ſanitatis aiæ importat, quod videlicet, eſt maius bonum ſimpliciter, q̃ pœnitentia, & eſt maius donum in ſe, q̃ pęnitẽtia in ſe. ¶ Ad ſm̃ verò dubium dr̃, ꝙ datum pęnitenti eſſe maius huic, q̃ datum innocẽti, clare patet. Et ad primam obiectionem dr̃, ꝙ exemplum literæ currit. nam ſicut in exẽplo ſunt duo data, videlicet paruum, & magnum, & duæ perſonæ quibus datur, vilicet pauper & diues: in propoſito ſunt duo data, videlicet, pœnitentia, quæ eſt vt paruum quid, & innocentia, quæ eſt quid magnum, & præſupponuntur duæ perſonæ, videlicet, male merita de Deo, quæ eſt vt pauper, & non male merita, quæ eſt vt diues. Datus namq; innocentia ſimpliciter, & abſolutè, præſuppoſitæ (ordine naturæ ſaltẽ) perſonæ non male meritæ, vtpote quæ nunquàm oſtẽdiſſe ſupponitur, quæ ſola eſt ſuſceptiua doni innocentiæ totalis, quod Dico pp innocentiã ſm̃ partem, ſ. à peccato actuali tñ: in quo ſenſu appellamus innocentes paruulos occiſos ab Herode in Chriſti natiuitate.

¶ Ad ſecundã verò obiectionẽ dr̃, ꝙ vtrũq; horũ bñficiorũ eſt ſuperueniẽs nõ meritis & demeritis, ſed demeritis & non demeritis perſonarũ. C Et hęc diſtinctio pſonarũ ſm̃ demeritũ, vel non demeritũ ſufficit ad diſtinguendũ in beneficijs magnitudinẽ in ſe, vel huic: & ſic eſt in propoſito, vt patet ex dictis. Vnde falſum eſt, ꝙ quanto maius eſt in ſe, quàm aliud in ſe, tanto maius eſt, huic quàm aliud illi alteri.

¶ Ad tertium dubiũ dr̃, ꝙ aliud eſt eſſe magnitudines diuerſarũ rõnum, vt ſunt linea, & ſuperficies: & aliud eſt magnitudines attendi ſm̃ diuerſa, vt magnitudo caloris attendat̃ ſm̃ ſubiectũ, vel ſm̃ agens. Et in propoſito duæ magnitudines, ſ. rei in ſe, & in comparatione ad alterũ, non ſunt diuerſarũ rõnũ ſic, ſed attenduntur ſm̃ diuerſa, ſ. ſm̃ quantitatẽ ſuã, & ſm̃ proportionẽ ad alterum: & vna iſtarũ ſuperueniẽs alteri facit maius, vel minus. Ducatus. n. aureus ſm̃ ſe eſt quoddam bonũ vtile paruæ quantitatis; relatus aũt ad pauperem mendicũ fit de paruo magnum, & fortè maximum bonũ vtile illi: relatus aũt ad regem, pro nihilo hr̃. D Nullus ergo eſt error, ſi paruum in ſe donum, magnũ dr̃ relatũ ad malemeritũ de Deo: nec eſt verũ, ꝙ donũ innocentiæ, nullam habeat magnitudinem relatũ ad eum cui datur, qm̃ gratis datur huic, ac per hoc habeat duas magnitudines, alterã in ſe, ſm̃ quam eſt tantæ bonitatis: alterã in proportione ad eum cui datur pro quanto gratis, & non ex debito datur illi, cui datur. Nullum igitur ſophiſma in litera committitur, nec mutatur maius in multa, aut econuerſo: ſed quantum proportionatum ſic vni, comparatur quanto ſic proportionato alteri in ratione doni, quod eorum maius.

¶ Ad quartum dubium dr̃, ꝙ falſa eſt imaginatio in argumento, dum quærit, ꝙ magnitudo innocentiæ abſolutè debeat excedi ab vtraq; ſimul iuncta magnitudine pęnitentiæ. Nam verſatur hoc in qõne, vt patet in exemplo allato de oblatione viduæ. Nam cum dr̃, ꝙ vidua plus obtulit q̃ alij, non comparamus vtramq; quantitatẽ oblationis viduæ quantitati abſolutè pecunię oblatę ab alijs, ſed vtranq; vnius vtriq; alterius, vt vna E informat̃ altera, hoc eſt, quãtitatẽ minuti, vt ſubſternit̃ relatio ni ad viduã quantitati aurei, vt ſubſtat relationi ad diuitẽ. vt patet ex verbis Dñi, Luc. 21. Reddit. n. rõnem, quare vidua obtulit plus, quia obtulit ſibi neceſſarium, alij aũt minus, quia ſibi ſuperfluũ obtulerunt: vbi apparet ꝙ quantitas exceſſa eſt quantitas aurei non abſolutè, ſumpta, ſed vt relata eſt relationi ſuperflui ad dantem. Et ſic in propoſito donum innocentiæ non abſolutè, ſed relatum ad eum cui datur, dicitur excedi à dono pęnitentię non abſolutè, ſed relato ad male meritũ de Deo, cui datur: & hoc eſt verũ. Nec obſtat exemplũ de præſeruatione beatæ. Virginis, tum quia perſona illa, cui donũ pręſeruationis cõceſſum ſm̃ aliquos fuit, erat obnoxia peccato ex vi carnis ſuæ per propagationẽ immediatè genitã, & cõſequẽter donũ tale fuit ét redemptiuũ, & liberatiuũ perſonæ. Ac per hoc ex cõditione miſerabili perſonę donũ illud reddit̃ maius, q̃ in ſe ſit. Non ſic aũt in innocentia accidit, vbi perſona non ſupponitur obnoxia peccato, quàmuis potens peccare: tum qa A in caſu illo diceret̃, ꝙ beata Virgo accepiſſet maius bñficium ſ. a quãtitatẽ bñficij, ſed nõ maius ſibi, ita ꝙ mũdata à pctõ recepit maius ſibi, præſeruata aũt recepiſſet maius nõ ſibi, ſed abſolutè: & ideo fuiſſet melior, dignior, & magis dilecta à Deo.

¶ Ad quintũ dubiũ dr̃, ꝙ nulla interuenit ęquiuocatio, ſed eodẽ mõ ſumit̃ hic ſm̃ ſe, & ſumit̃ in tertio. Ethicorum. Eſt. n. ſenſus literæ, ꝙ dona innocentiæ, & pęnitentiæ cõparant̃ dupliciter. Vno modo, ſm̃ ſe, hoc eſt nuda, ſm̃ id tm̃, quod ſunt: & ſic donum innocentiæ inuenit̃ maius, & qđ conuenit alicui hoc mõ, vocat̃ in 3. Ethicorum conuenire illi abſolutè. Alio mõ, prout actualiter in rerum natura exercentur, hoc eſt, vt ſunt veſtita tali relatione, ſeu proportione ad talem perſonam, vel finem: & ſic donum pęnitentiæ inuenitur maius, qm̃ ſumendo ex vna parte donum innocentiæ veſtitũ proportione ad eum cui datur. ex alia parte donum pęnitentiæ veſtitum proportione ad eum cui datur, inuenitur, ꝙ donum pęnitentiæ eſt maius huic, q̃ donum innocentiæ illi, quia maius eſt male merito donum charitatis, vt quatuor, quàm non male merito idem donum cum dignitate innocentiæ, qm̃ ille eſt in contraria diſpoſitione ad tale donum, iſte non. Et qm̃ hoc eſſe maius donum huic, q̃ illud illi, eſt eſſe maius C donum conſideratis donis, prout ſunt actualiter in actu exercito veſtita ſuis relationibus ad ſingularia: iõ concluditur donũ pęnitentiæ eſſe maius, ſimpliciter loquendo. Et quia qđ conuenit alicui hoc mõ, diſtinguitur in 3. Eth. contra id, qđ cõuenit ei abſolutè conſiderato, ideo optimus eſt proceſſus literæ.

¶ Ad ſextum dubium, quod eſt principale, dr̃ ꝙ verum eſt ꝙ innocens, cæteris paribus, eſt magis dilectus à Deo, & melior, & in ſuperiori ſede locandus, & habet maius bonum à Deo, q̃ pęnitens, & maius donum ſm̃ ſe, q̃ pęnitens: ſed quia habet minus donũ ſibi, iõ minus tenetur ad gratiarũ actiones, q̃ pęnitẽs. Ita ꝙ penes aliud attenditur quãtitas vinculi ad gratiarũ actiones, & penes aliud quãtitas bonitatis, & dilectionis Dei in iſtis ſ. innocente, & pęnitente. Nã quantitas bonitatis, & dilectionis Dei attẽditur penes magnitudinẽ rei, quam in ſe habet: ille. n. eſt melior, qui maiorẽ habet bonitatẽ, & idẽ magis diligitus a Deo, ſed q̃titas gratitudinis attẽdit̃ penes magnitudinẽ doni D relati ad eum, cui datur. Ille. n. tenetur eſſe plus gratus, qui plus ſibi recipit. Et quia magnitudo iſta in proportione conſiſtens, creſcit ex demerito perſonę cui datur, ideo non eſt mirandũ ſi minus bonus magis tenetur ad gratiarum actiones, cuius ſignũ manifeſtũ eſt, ꝙ quanto quis ad æqualem charitatem ex peiore ſtatu reſurgit, tanto maius donum recipit, & tanto magis tenetur ad gratiarum actiones, & non tñ ppea eſt melior. Notanter aũt dixi, in iſtis, quia ſimpliciter loquendo, quanto quis eſt melior, tanto magis tenetur ad gratiarum actiones Deo, à quo eſt omne bonum: ſed in iſtis, ſ. pęnitente, & innocente, inuenitur aliter per accidens, ſeu ratione materiæ, quia. ſ. pęnitentiæ donum augetur ex demerito pſonæ cui datur. Et ppea author ſpecialem quæſtionẽ mouit de gratitudine maiore inter iſtos: & hinc patet quàm bona fuerit diſtinctio præpoſita de his quę dantur, vt ſunt in genere bonorum, vel vt ſunt in genere donorum. Non ergo contradicunt ſibi inuicem dicta authoris. E Sed alibi docuit innocentem ſimpliciter eſſe meliorem, & magis dilectum q̃ pęnitentem, cæteris paribus: hic verò docet pęnitentem recipere maius donum ſimpliciter, & plus teneri ad gratiarum actiones Deo, quæ ſtare ſimul patet. Et ppea nomine doni hic authorem vſum fuiſſe perſpice, & vide q̃ doctior ſeipſo author fuerit hic, q̃ in 4. ſententiarum diſt. 22. qõ. 1. ar. 2. q. 2. vbi adhuc non penetrauerat pęnitentiam eſſe ſimpliciter maius donum pęnitenti, q̃ innocentiã huic. Cum his tñ intellige, ꝙ propriè, & exactè loquendo, innocens tenetur minus ad gratiarum actionem, ſic tamen, ꝙ tenetur ad maiores gratias agendas. Pęnitens verò ſic tenetur magis ad gratiarum actionem, ꝙ tamen non tenetur ad maiores gratias agendas. Vt ſic ex parte beneficiari modus vinculi reſpondeat modo dandi ex parte dantis: & quantitas gratiarum reſpondeat quantitati rei datæ à donante. Patet namque in litera, quòd ſecundum hæc duo magnificatur gratia donantis, & quòd pęnitenti magis gratis datur, innocenti verò maior gratia datur.

tamq̃ omnium cã. Sp.n. oportet ꝙ effectus ordinetur ad finẽ agentis. Manifeſtum eſt ãt ꝙ bñfactor, inquantum hmõi eſt cã bñficiati. Et ᵃ iõ nãlis ordo requirit, ut ille q̃ ſuſcepit bñficium, per grãrum recompẽſationẽ conuertat̃ ad bñfactorem ſm modum utriuſq;. Et ſicut de pr̃e dictum eſt ſ̃, * bñfactori q̃dem inquantũ hmõi debet̃ honor & reuerentia, eo ꝙ habet rationem principij: ſed per accidẽs debetur ei ſubuentio, vel ſuſtentatio, ſi indigeat. ᵃ

Concluſ. — Q. 101. ar. 2. & q. 31. ar. 3.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ſicut Seneca dicit in lib. de Benef. * Sicut non eſt liberalis qui ſibi donat, nec clemẽs qui ſibi ignoſcit, nec miſericors q̃ malis ſuis tangit̃, ſed qui alijs: ita ẽt nemo ſibip ſi bñficium dat, ſed naturæ ſuę paret, q̃ mouet ad refutanda nocua, & ad appetenda proficua. Vñ in his, quę ſunt ad ſeipſum, non habet locum gratitudo, & ingratitudo. Non.n. põt hõ ſibi aliquid denegare, niſi ſibi retinendo. Metaphorice tamen illa, q̃ ad alterum proprie dicuntur, accipiuntur in his q̃ ſunt ad ſeipſum, ſicut de iuſtitia dicit Philoſ. in 5. Eth. * inquantum, ſ. accipiũtur diuerſæ partes hominis, ſicut diuerſæ perſonæ.

lib. 5. ca. 9. parum a principio. — lib. 5. c. vl. tom. 5.

Ad II dicendum, ꝙ boni animi eſt, vt magis attendat̃ ad bonum, q̃ ad malum. Et ideo ſi aliquis bñficium dedit non eo modo quo debuit, nõ ideo debet recipiens a grãrum actione ceſſare: min⁹ tñ, q̃ ſi modo debito præſtitiſſet, quia etiam bñficium min⁹ eſt: quia ut Seneca dicit in lib. de Beneficijs. * Multum celeritas fecit, multum abſtulit mora.

Nota. — li. 2. c. 5. in princ.

Ad III dcdm, ꝙ ſicut Sen. dicit in 6. de Benef. † Multum intereſt, verum aliquis bñficium nobis det ſua cã, an ſua & nr̃a. Ille qui totus ad ſe ſpectat & nobis prodeſt, quia & aliter ſibi prodeſſe non poteſt, eo mihi loco hñdus vr̃, quo qui pecori ſuo pabulum proſpicit, ſi me in cõſortium admiſerit: ſi duos cogitauit, ingrat⁹ ſum & iniuſtus, niſi gaudeã hoc illi profuiſſe, quod proderat mihi. Summæ malignitatis eſt non vocare hoc beneficium, niſi quod dantem aliquo incommodo afficit.

† l. 6. c. 13. circa medium. — Nota.

Ad IIII dicẽdum, ꝙ ſicut Sen. dicit in 3. de Benef. * Quamdiu ſeruus præſtat quod a ſeruo exigi ſolet, miniſterium eſt: vbi pluſq̃ a ſeruo neceſſe eſt, beneficium eſt. Vbi enim in affectum amici trãſit, incipit uocari bñficium. Et ideo etiam ſeruis ultra debitum facientibus gratiæ ſunt habendæ.

lib. 3. c. 21. in prin.

Ad V dcdm, ꝙ ẽt paup ingratus non eſt, ſi faciat q̃d poſſit. Sicut.n. bñficium magis in affectu conſiſtit, q̃ in effectu: ita ẽt recompenſatio magis in affectu conſiſtit. Vñ Sen. dicit, in 2. de Benef. * Qui grate bñficium accipit, primam eius penſionẽ ſoluit. Quòd grate aũt ad nos bñficia peruenerint, indicemus effuſis affectibus: q̃d non ipſo tm̃ audiente, ſed vbiq; teſtemur. Et ex hoc patet, ꝙ q̃tumcunq; in fęlicitate exiſtenti põt recõpenſatio bñficij fieri per exhibitionem reuerentiæ, & honoris. Vñ Philoſ. dicit, in 8. Eth. * ꝙ ſuperexcellenti quidem hẽt fieri honoris retributio, indigenti aũt retributio lucri. Et Sen. dicit in 5. de Benef. † Multa ſunt p q̃ quicquid debemus, reddere & fęlicibus poſſum⁹, fidele conſilium, aſſidua conuerſatio, ſermo cõis, & ſine adulatione iocundus. Et iõ non oportet, vt

lib. 2. c. 22. in fi. illius. — lib. 8. c. ul. circa medium, to. 5. † videt̃ inferri ex c. 13. lib. 5.

hõ optet indigẽtiã eius, ſeu miſeriã, qui bñficium dedit ad hoc, ꝙ bñficium recõpenſet̃: quia ut Sen. dicit in 6. de Benef. * Si hoc ei optares, cuius nullũ bñficium haberes, inhumanum erat uotum: quantò inhumani⁹ ei optas, cui bñficium debes? Si aũt ille qui bñficium dedit, in peius mutatus eſt, debet tñ ſibi fieri recompenſatio ſm ſtatum ipſius, ut. ſ. ad virtutem reducat̃, ſi ſit poſſibile. Si aũt ſit inſanabilis pp malitiam, tunc alter eſt effectus q̃ prius erat: & ideo non debetur ei recompenſatio beneficij ſicut prius, & tamen quantum fieri põt ſalua honeſtate, memoria debet haberi præſtiti bñficij, ut patet per Philoſ. in 9. Ethic. †

lib. 6. c. 17. in fi. illius. — lib. 9. ca. 1. tom. 5.

Ad VI dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, * recompẽſatio beneficij præcipue pendet ex affectu: & ideo eo modo debet recompenſatio fieri, quo magis ſit vtilis. Si tñ poſtea per eius incuriam in damnũ ipſius vertatur, non imputatur recõpenſanti, ut Sen. dicit in 6. de Benef. * Reddendum mihi eſt, nõ ſeruandum cum reddidero, ac tuendum.

* In ſolut. ad præced. ſ. arg. — lib. 6. c. 19. paulo a principio.

Articvlvs IIII.

Vtrum homo debeat ſtatim beneficium recompenſare.

Porrecta p totum. 555

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd homo debeat ſtatim beneficium recompenſare. Illa enim quæ ᵇ debemus ſine certo termino, tenemur reſtituere ſtatim: ſed non eſt aliquis terminus præſcriptus recompenſationi beneficiorum, quæ tamen cadit ſub debito, vt dictum eſt. * ergo tenetur homo ſtatim beneficium recompenſare.

Art. præc.

¶ 2 Pręt. Quanto aliqd̃ bonum ſit ex maiori animi ᵇ feruore, tanto vr̃ eſſe laudabilius: ſed ex feruore animi vr̃ procedere, quòd homo nullas moras adhibeat in faciendo quod debet. ergo vr̃ eſſe laudabilius, quòd ſtatim homo beneficium reddat.

¶ 3 Pręt. Seneca dicit in 2. de Benef. * ꝙ proprium benefactoris eſt libenter, & ᵇ cito facere: ſed recõpenſatio debet beneficium adæquare. ergo debet ſtatim recompenſare.

lib. 2. ex c. 3. circa fi.

Sed contra eſt, quod Sen. dicit in 4. de Benef. * Qui feſtinat reddere, non animum habet grati hominis, ſed debitoris.

lib. 4. in fi. illius.

Resp. Dicendum, ꝙ ſicut in beneficio dando duo conſiderantur, ſ. affectus, & donum: ita etiam hæc duo cõſiderantur in recompenſatione beneficij, & ᵐ quantum quidem ad affectum recompẽſatio ſtatim fieri debet. ᵒ Vnde Senec. dicit in 2. de Benef. * Vis reddere beneficium? accipe benigne. ᴾ Quãtum aũt ad donum, debet expectari tp̃s, quo recompenſatio ſit bñfactori opportuna. ᑫ Si autẽ non conuenienti tp̃e ſtatim velit aliquis munus p munere reddere, non vr̃ eſſe virtuoſa recompenſatio, ſed inuita. Vt enim Senec. dicit in 4. de Benef. * Qui nimis cito cupit ſoluere, inuitus debet, & qui inuitus debet, ingratus eſt.

Concl. m — lib. 2. c. 35. in fi. illius. — Concl. p — lib. 4. in fi. illius.

Ad primvm ergo dcdm, ꝙ debitum legale eſt ſtatim ſoluẽdum, alioquin nõ eſſet conſeruata iuſtitiæ æqualitas, ſi vnus retineret rem alteri⁹ abſq; eius uoluntate: ſed debitũ morale depẽdet ex honeſtate debentis. Et iõ oportet reddi debito tempore ſecundum quòd exigit rectitudo virtutis.

Ad secvndvm dicẽdum, quòd feruor volun-

tatis

tatis non eſt virtuoſus, niſi ſit ratione ordinatus. Et ideò ſi aliquis ex feruore animi præoccupet debitum tempus, non erit laudandus.

AD III dicendum, ꝙ beneficia ẽt ſunt opportuno tp̃e danda: & tunc non eſt amplius tardandũ, cum opportunum tempus aduenerit. Et idem etiã obſeruari oportet in beneficiorũ recõpenſatione.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratiarum actio ſit attendenda ſecundùm affectum beneficiantis, an ſecundùm effectum.

AD QVINTVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ beneficiorum recõpenſatio non ſit attendẽda ſm̃ affectum beneficiantis, ſed ſm̃ effectum. Recompenſatio.n. beneficijs debetur: ſed beneficiũ in effectu cõſiſtit, vt ipſum nomen ſonat. ergo recompẽſatio debet attendi ſm̃ effectum.

¶2 Prętereà. Grã q̃ recompenſat beneficia, eſt pars iuſtitię: ſed iuſtitia reſpicit ęqualitatẽ dati & accepti. ergo in grãrum recompenſatione attendendus eſt magis effectus, q̃ affect⁹ bñficiãtis.

¶3 Prętereà. Nullus põt attendere ad id, qđ ignorat: ſed ſol⁹ De⁹ cognoſcit interiorem affectũ. ergo non põt fieri gratiæ recõpenſatio ſecundum affectum.

SED CONTRA eſt, qđ Seneca dicit in primo de Beneficijs.* Nonnunq̃ magis nos obligat q dedit parua magnificè, q̃ exiguum tribuit, ſed libenter.

RESP. Dicendum, ꝙ recõpenſatio beneficij põt ad tres uirtutes pertinere, ſ. ad iuſtitiam, ad gratiã, & ad amicitiam. Ad iuſtitiam quidem pertinet, qñ recompenſatio hẽt rõnem debiti legalis, ſicut in mutuo, & alijs hmõi: & in tali recõpẽſatione dẽt attendi ſm̃ quantitatem dati. Ad amicitiam aũt pertinet recõpenſatio beneficij, & ſimiliter ad virtutem grẽ ſm̃ ꝙ hẽt rõnem debiti moralis, aliter tñ & aliter. Nam in recompenſatione amicitiæ oportet reſpectum haberi ad amicitiæ cãm. Vndè in amicitia vtilis dẽt recompẽſatio fieri ſm̃ vtilitatẽ, quam quis ex beneficio conſecutus eſt. In amicitia autem honeſti dẽt in recõpenſatione hr̃i reſpectus ad electionẽ, ſiuè ad affectum dantis, quia hoc ꝑcipuè requiritur ad virtutem, vt dr̃ in 8. Ethic.* Et ſimiliter, q̃a grã reſpicit beneficium ſm̃ ꝙ eſt gratis impenſum, quod quidem pertinet ad affectũ: iõ ẽt gratiæ recompenſatio attendit magis affectum dãtis, q̃ effectũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ oĩs actus moralis ex voluntate depẽdet. Vñ bñficium ſm̃ ꝙ eſt laudabile, prout ei grẽ recõpenſatio dẽtur, materialiter qdem conſiſtit in effectu, ſed formaliter & principaliter in voluntate. Vñ Seneca dicit in primo de Beneficijs.* Beneficium ñ in eo qđ fit, aut dat̃ conſiſtit, ſed ĩ ipſo dãtis, aut faciẽtis aĩo.

AD II dicendũ, ꝙ grã eſt pars iuſtitię, non quidẽ ſicut ſpẽs generis, ſed ꝑ quandam reductionẽ ad genus iuſtitiæ, ut ſ. dictũ eſt. Vñ non oportet ꝙ eadẽ rõ debiti attẽdat̃ i utraq; uirtute.

AD III. dicendum, ꝙ affectum hominis per ſe qdem ſolus Deus uidet, ſed ſm̃ ꝙ per aliqua ſigna manifeſtatur, põt ẽt ipſum hõ cognoſcere. Et hoc modo affectus beneficiantis cognoſcit̃ ex ipſo modo, quo beneficium tribuitur, puta, quia gaudenter, & promptè aliquis beneficium impendit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in recompenſatione, quàm ſuſceperit in beneficio.

AD SEXTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ non oporteat aliquem plus exhibere in recompenſatione, q̃ ſuſceperit in beneficio. Quibuſdã. n. ſicut parentibus, nec ẽt æqualis recompenſatio fieri poteſt, ſicut Philoſophus dicit in 8. Ethic.* ſed uirtus non conatur ad impoſſibile. non ergo gratiæ recompenſatio tendit ad aliquid maius.

¶2 Prętereà. Si aliquis plus recompẽſat, q̃ in beneficio acceperit, ex hoc ipſo quaſi aliquid de nouo dat: ſed ad bñficium de nouo datum tenetur hõ grãm recõpenſare. ergo ille q primò bñficium dederat, tenebit̃ aliqd maius recompẽſare, & ſic ꝓcederet in infinitũ: ſed uirt⁹ non conat̃ ad infinitũ, q̃a infinitũ aufert nãm boni, ut dr̃ in 2. Meta.* ergo grẽ recompenſatio ñ dẽt excedere acceptũ bñficium.

¶3 Prętereà. Iuſtitia in ęqualitate conſiſtit: ſed maius ẽ qdã æqualitatis exceſſus. cũ ergo ĩ qualibet uirtute exceſs⁹ ſit vitioſus, vr̃ ꝙ recõpenſare aliqd mai⁹ accepto bñficio ſit vitioſũ, & iuſtitię oppoſitum.

SED CONTRA eſt, qđ Philoſ. dicit in 5. Eth.* Refamulari oportet ei qui gratiam fecit, & rurſum ipſum recipere: quod quidem fit, dum aliquid maius retribuitur. ergo recompenſatio debet tendere ad hoc, quòd aliquid maius faciat.

RESP. dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, recompenſatio grẽ reſpicit bñficium ſm̃ uoluntatem bñfacientis. In quo quidẽ pręcipuè hoc commendabile vr̃, quòd gratis beneficium contulit, ad quod non tenebatur: & ideo qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honeſtatis, vt ſiꝛ aliquid gratis

---

SVP. QVÆST. CVI.

ART. V.

Ferrella ſuper totum.

556 IN artic. 5. eiuſdem 106. q. dubiũ occurrit, quia diuerſæ virtutes oportet. ꝙ habeant actus ſub diuerſis formalibus rõnibus. Ac per hoc malè in lr̃a dr̃, ꝙ recompẽſatio bñficij ſm̃ eandem rõnem, ſ. affectũ dãtis, ſpectat ad duas virtutes, ſ. gratiam, & amicitiam honeſti. (Sup. art. 5. ad 5. & 6. & inf. ar. 6. ad 8.)

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ aliud eſt loqui de rõnibus formalibus adęquatis ipſis virtutib⁹, & aliud de aliqua vna particulari ratione contenta ſub adæquata. Oportet namq; oẽm actũ vnius virtutis eſſe alterius rõnis ab actu alterius, loquẽdo de rõne formali adæquata virtutis. Sed nõ oportet hoc, loquendo de aliqua rõne particula ri: q̃n ſtat ꝙ vna particularis rõ contineat̃ materialiter ſub formali rõne vtriuſque virtutis. (Lib. 1. c. 7. circa prin.) Vnde in ꝓpoſito, quãtus grã & amicitia conueniant in hac cauſa recompenſandi beneficium videlicet ĩ affectu dãtis, ſub diuerſa tñ rõe vtraq; hoc facit. Nã amicitia honeſti hoc facit in ordine ad amicum ſimpliciter, & abſolutè: gratia autem ad benefactorem vt ſic. (Concl. m) Amicitiæ nãq; obiectum eſt ipſe ꝓximus abſolutè: gratiæ aũt nõ, ſed beneficiã, ſeu benefactor vt ſic. Nec te moueat, ꝙ author amicitiam virtutẽ appellauit, loquens non de amicitia q̃ ponitur inferius pars iuſtitiæ, vocata affabilitas, ſed de amicitia honeſti, de qua eſt dubium an ſit virtus, ut patet 8. Eth. (Concl. p) Vtitur. n. author in verbis ꝓſitione dicente, ꝙ amicitia eſt virtus. Vel q̃a amicitia ſaltẽ eſt cum virtute, idem protulit iudicium de uirtute, & de conſequente ad virtutem. (Li. 8. c. 15. tom. 5.) Amicitia namq; eſt uirtus, aut cum uirtute. Et ꝓpterea põt dici uirtus concomitanter, quia uirtutem conſequit̃. (Concl. ſ) Et nota demum ex litera practicam negotiatorum, ꝙ ſi grati eſſe debent, quantũ lucri ſibi acceſſerit ex beneficio amicitię utilis, conſiderare debẽt. Quo fit ut qui ad quantitatem lucri reſpiciendo remuneret̃ ſupponant benefactorem vtilitatis gratia beneficium pręſtitiſſe abſque pacto &c. (In quo cõſiſtat beneficium.) Nã ſi honeſti gratia beneficium collatum ſupponerent, non metirentur proprium lucrum in recompẽſando beneficium, ſed affectũ benefactoris. (Lib. 1. c. 6. circa prin.) Et hæc de tota hac q̃ſt. & ſequenti dicta ſufficiãt.

Q. 30.

Ferrella ſuper totum.

557 Inf. q. 107. ar. 2. cor.

Li. 8. circa fin. lu. to. 5.

Lib. 2. tex. 8. tom. 3.

Lib. 5. c. 5. paulo poſt princip. tomo 5.

Art. prąc. & ar. 5.

gratis impendat. Nõ aũt vr̃ gratis, aliquid impẽdere, niſi excedat quantitatem accepti beneficij: qa quamdiu, recompenſat minus, vel æquale, non vr̃ facere gratis, ſed reddere qđ accepit: & ideo gratiæ recompenſatio ſemper tendit, vt pro ſuo poſſe aliquid maius retribuat.

G Ad primvm ergo dicendũ, q ſicut dictũ eſt, in recõpenſatione bñficij magis eſt conſiderandus affectus, q̃ effectus. Si ergo conſideremus effectũ bñficij, qđ filius à parentibus accepit. ſ. eſſe, & viuere, nihil æquale filius recõpenſare põt, vt Philoſophus dicit. Si aũt attendamus ad ipſam voluntatẽ dãtis, & retribuentis, ſic põt filius aliqd mai⁹ patri retribuere, vt Seneca dicit in 3. de Bñficijs. † Si tñ nõ poſſet, ſufficeret ad gratitudinẽ recõpenſandi volũtas.

H Ad II dicendum, q debitum gratitudinis ex charitate deriuatur, quæ quanto plus ſoluiť, tanto magis dẽtur, ſm illud ad Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicẽ diligatis: & iõ non eſt inconueniens, ſi obligatio gratitudinis interminabilis ſit.

I Ad III dicendum, q ſicut in iuſtitia, quæ eſt uirtus cardinalis, attenditur æqualitas rerũ, ita in gratitudine attenditur, æqualitas voluntatum, vt. ſ. ſicut ex promptitudine voluntatis beneficium aliqs exhibuit, ad quod non tenebatur, ita etiam ille qui ſuſcepit beneficiũ aliquid ſ. debitũ recompenſet.

QVÆSTIO CVII.

De ingratitudine, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de ingratitudine. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum ingratitudo ſemper ſit peccatum.

¶Secundò, Vtrum ingratitudo ſit peccatum ſpeciale.

¶Tertiò, Vtrum omnis ingratitudo ſit peccatum mortale.

¶Quartò, Vtrum ingratis ſint beneficia ſubtrahenda.

Articvlvs I.

Vtrum ingratitudo ſit ſemper peccatum.

I Ad primvm ſic pcedit. Videtur q ingratitudo

Svper qvæstio. CVII. artic. I.

Nic. de Nyſſ. trac. 3. p3. port. 3. q. 10.

illa uerò dñr ſpũalia, quæ perficiuntur in ſpũalibus delectationibus abſq; carnali delectatione: & hmõi eſt auaritia. Delectatur. n. auarus in hoc, ꝙ cõſiderat ſe poſſeſſorẽ diuitiarũ: & iõ auaritia eſt pctm̃ ſpũale.

A Ad primvm ergo dicẽdm, ꝙ auaritia circa corporale obiectũ non q̃rit delectationẽ corporalẽ, ſed ſolùm aialem, put. ſ. hõ in hoc delectatur, ꝙ diuitias poſſideat: & ideò non eſt peccatũ carnale. Rõne tñ obiecti mediũ eſt inter peccata purè ſpũalia, quæ quærunt delectationem ſpũalẽ circa obiecta ſpũalia, ſicut ſuperbia eſt circa excellẽtiã: & uitia purè carnalia, q̃ q̃runt delectationẽ purè corpalẽ, circa obiectũ corpale.

B Ad ii dicẽdũ, ꝙ motus recipit ſpẽm ſm̃ terminũ ad quẽ, non aũt ſecundũ terminum à quo. Et ideo uitium dr̃ carnale ex hoc, ꝙ tendit in delectationem carnalem, non aũt ex eo, ꝙ procedit ex aliquo defectu carnis.

Loco citato in arg. 1

C Ad iii dcdm, ꝙ Chriſ.* comparat auarum dæmoniaco, non quia uexetur in carne ſicut dæmoniacus, ſed per oppoſitum: quia ſicut dæmeniac⁹ ille, de quo legitur Mar. 5. ſe denudabat, ita auarus ſe ſuperfluis diuitiis onerat.

Porrecta 3 totum.

Articvlvs vii.

Vtrum auaritia ſit uitium capitale.

600

2. diſt. 42. q. 2. art. 3. Et mal. q. 8. at. 1. co. & q. 13. ar. 3.

AD septimvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ auaritia non ſit uitium capitale. Auaritia. n. opponitur liberalitati, ſicut medio, & prodigalitati, ſicut extremo: ſed neque liberalitas eſt principalis uirtus, nequè prodigalitas uitium capitale.[h] ergo etiam auaritia non debet poni uitium capitale.

D ¶ 2 Præt. Sicut s.* dictum eſt, illa dñr eſſe uitia capitalia, quæ hñt principales fines, ad quos ordinant̃ fines aliorũ vitiorũ: ſed hoc[h] non competit auaritiæ, quia diuitiæ non habent rationem finis, ſed magis rationem eius quod eſt ad finem, ut dr̃ in 1.* Eth. ergo auaritia non eſt uitium capitale.

1. 2. q. 84. art. 3. & 4. Li. 1. Eth. c. 5. cir. fin. to. 5 †Li. 15. Moral. c. 12. & c. 14. in pr.

E ¶ 3 Præt. †Greg. dicit 15. Mor. ꝙ auaritia quandoq; oritur ex elatione, quandoque per timorem. Dum enim quidam deficere ſibi ad ſumptum neceſſaria æſtimant, mentem ad auaritiam relaxant. Sunt alij qui dum potentiores uideri appetunt, ad alienarũ rerum ambitum ſuccenduntur. ergo[h] auaritia magis oritur ab aliis vitiis, quàm ipſa ſit vitium capitale reſpectu aliorum.

Li. 31. c. 31

Sed cõtra eſt, ꝙ *Greg. 31. Mor. ponit auaritiam inter uitia capitalia.

1. 2. q. 84. art. 3. & 4. D. 302.

Resp. Dicendũ, ꝙ ſicut s.* dictum eſt, Vitium[d] capitale dicitur ex quo alia uitia oriuntur ſm̃ rõnem finis, qui cũ ſit multum appetibilis, propter eius appetitum homo procedit ad multa facienda uel bona, uel mala. Finis aũt maximè appetibilis eſt bèatitudo, vel fęlicitas, q eſt vltim⁹ finis humanę vitæ, ut ſupra* habitum eſt: & iõ quantò aliquid magis participat cõditiones fęlicitatis, tãtò magis eſt appetibile. Eſt aũt una de conditionibus fęlicitatis, ut ſit p ſe ſufficiẽs, alioquin nõ quietaret appetitũ tanq̃ ultimus finis: ſed p ſe ſufficiẽtiã maximè repromittũt diuitiæ, vt* Boet. dicit ĩ 3. de Con. cuius rõ eſt, quia ſicut† Phil. dicit in 5. Ethic. denario utimur quaſi fideiuſſore ad oia habẽda. & Eccle. 10. dr̃ ꝙ pecuniæ obediunt oĩa. & ideò[m] auaritia, q̃ cõſiſtit ĩ appetitu pecunię, ẽ uitiũ capitale.

1. 2. q. 1. ar. 4. 7. & 8.

Li. 3. proſa 3. cir. med. †Li. 5. Eth. c. 5. to. 5

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ uirtus perficitur ſm̃ rõnem. Vitium aũt perficitur ſm̃ inclinationẽ appetitus ſenſitiui. Non aũt ad idem genus principaliter reſpicit rõ, & appetitus ſenſitiuus: & ideò nõ[l] oportet ꝙ principale uitium opponatur principali uirtuti. Vñ licèt liberalitas ñ ſit principalis uirtus, quia nõ reſpicit ad principale bonũ rõnis: auaritia tñ eſt principale uitiũ, quia reſpicit ad pecuniam, quæ habet quandam principalitatem inter bona ſenſibilia rõne iam* dicta. Prodigalitas aũt non ordinatur ad aliquem finem principaliter appetibilem, ſed magis ur̃ procedere ex defectu rõnis. Vndè* Phil. dicit in 4. Ethico. quòd prodigus magis dicitur uanus, quàm malus.

D. 1003. & 1028. & 1179.

In cor. art.

Lib. 4. c. 1. a med. to. 3.

Ad dcdum, ꝙ pecunia ordinatur quidẽ ad aliũ finẽ: inquantũ tñ utilis eſt ad oia ſẽſibilia acquirẽda, cõtinet quodãmodo uirtute oia. Et ideò habet quandam ſimilitudinẽ fęlicitatis, ut* dictum eſt.

In cor. ar.

Ad iii dicendum, ꝙ nihil prohibet uitium capitale interdũ à quibuſdã aliis oriri, vt* dictũ eſt, dum tñ ex eo alia uitia ſoleant plerumque oriri.

Q. 36. art. 4 ad 1. & 1. 2e q. 84. art. 4.

Articvlvs viii.

Vtrum proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, uiolentia, & contra miſericordiam obduratio, ſint auaritiæ filiæ.

Porrecta per totum

Nic. de Nyſ. trac. 3. p. 3. par. 2. q. 5.

601

Sup. q. 55. art. 8. Et 2. diſt. 42. q. 2 a. 3. Et ma. q. 8. art. 2. cor. & q. 13 art. 3. *Art. 5.

AD octavvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ non ſint auaritiæ filiæ quæ dñr, ſ. proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, uiolentiæ, & cõtra miſeriordiam obduratio. Auaritia. n. opponitur liberalitati, ut* dictum eſt: proditio aũt, fraus, & fallacia, opponuntur prudentiæ, periuria religioni, inquietudo ſpei, uel charitati, quę quieſcit in amato uiolentiæ opponunt̃ iuſtitię, obduratio miſericordiæ. ergo hmõi uitia nõ pertinent ad[h] auaritiam.

¶ 2 Præt. Proditio, dolus, & ſallacia, ad idẽ pertinere vñr, ſ. ad proximi deceptionem. ergo non debent oĩa enumerari tanq̃ diuerſæ filiæ auaritiæ.

¶ 3 Pręt. Iſido. ponit nouem filias, uidelicet, mẽdaciũ, fraus, furtum, periurium, & turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, uiolẽtia, inhumanitas, rapacitas. ergo prima aſſignatio filiarũ fuit inſufficiẽs.

Lib. 4. c. 1. declinãdo ad fin.

¶ 4 Præt.* Phil. in 4. Eth. ponit multa gñа vitiorũ ptinẽtiũ ad auaritiã, quã noĩat illiberalitatẽ, uidelicet parcos, tenaces, chimibiles, liberales opationes õperantes, & de meretricio paſtos, & uſurarios, aleatores, & mortuorũ ſpoliatores, & latrones. ergo vr̃ ꝙ prędicta enumeratio ſit inſufficiẽs.

Li. 4. Eth. c. 1. cir. fi.

¶ 5 Præt. Tyranni maximè violẽtias ſubditis inferũt. Dicit aũt* Phil. ibidẽ, ꝙ tyrannos ciuitates de-

ſolátes, & ſacra prædátes non dicimus illiberales, ſ. auaros. ergo [b] uiolétia nõ dẽt poni filia auaritię.

Li.31.c.31 D.203. Sed contra eſt, ꝙ [*] Greg.31.Moral.aſsignat auaritiæ filias prius enumeratas.

Resp. Dicendum, ꝙ filię [*] auaritiæ dñr uitia, quę ex ipſa oriunt̃, & ꝑcipue ſ͂m appetitum finis. Quia uero auaritia eſt ſuperfluus amor hñdi diuitias, in duobus excedit. Primo.n.ſuperabundat in retinẽdo: & [m] ex hac parte orit̃ ex auaritia obduratio cõ

Concl.no pro filia pri ma. tra miſericordiam, [n] quia.ſ. cor eius miſericordia non emollit̃, vt de diuitijs ſuis ſubueniat miſeris. Scđo, ad auaritiã pertinet ſuperabundare in accipiendo: & ſ͂m hoc auaritia põt conſiderari dupli- G

Concl. pro 2. citer. Vno mõ ſ͂m ꝙ eſt in affectu: & ſic [p] ex auaritia orit̃ inquietudo, [q] inquantum ingerit hoĩ ſolicitudinẽ, & curas ſuperfluas, Auarus.n.non implebit̃ pecunia, vt dr̃ Eccl. 5. Alio mõ, põt conſiderari

Concluſionis ſecunda pars. in effectu: & ſic in acquirendo aliena utitur qñque quidem vi, [p] quod pertinet ad uiolentias: [8] qñque

pro 3. aũt dolo, quod quidẽ ſi fiat in uerbo, [p] fallacia erit

pro 4. quantum ad ſimplex verbum, [8] periurium autem,

pro 5. ſi addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus

pro 6. committitur in opere, ſic quantũ ad res erit fraus:

pro 7. [p] quãtum autem ad perſonas, erit proditio, ut patet de Iuda, qui ex auaritia prodidit Chriſtum. H

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ nõ oportet filias alicuius pcti capitalis ad idem genus uitij pertinere: quia ad finem vnius vitij poſſunt ordinari etiã peccata alterius gñis. Aliud eſt enim peccatum habere filias, & peccatum habere ſpecies.

Ad II dicendum, ꝙ illa tria diſtinguuntur, ſicut

In cor. ar. [*] dictum eſt.

Ad III dcẽm, ꝙ illa nouem reducũtur ad ſeptẽ prędicta: nam mendacium, & falſum teſtimonium continent̃ ſub fallacia. Falſum.n.teſtimonium eſt q̃dã ſpecificatio mendacij, ſicut & furtum eſt q̃dã ſpecificatio fraudis, vnde ſub fraude continetur. I Appetitus autẽ turpis lucri pertinet ad inquietudinem. Rapacitas autem cõtinetur ſub uiolentia, cum ſit ſpecies eius. Inhumanitas autem eſt idem quod obduratio contra miſericordiam.

Ad IIII dcẽm, ꝙ illa q̃ ponit Ariſt. ſunt liberalitatis, uel auaritiæ ſpecies magis, q̃ filiæ, põt.n. aliquis dici illiberalis, vel auarus ex eo ꝙ deficit ĩ dãdo, & ſi quidem parum dẽt, vocat̃ parcus: ſi aũt nihil tenax: ſi cũ magna difficultate det, vocat̃ chimibilis, quaſi chimini uẽditor, quia de paruis magnã uim facit. Qñque aũt aliquis dr̃ illiberalis, vel auarus, quia excidit in accipiendo. & hoc dupliciter. K Vno modo, quia turpiter lucrat̃ uel uilia, & ſeruilia opera exercendo per illiberales oꝑationes, vel q̃a de aliquibus uitioſis actibus lucratur, ſicut de meretricio, vel de aliquo hmõi, vel quia lucrat̃ de eo quod gratis oportet concedere, ſicut uſurarij, vel quia lucratur parua cum magno labore. Alio modo, quia iniuſtẽ lucratur uel uiuis uim inferendo, ſicut latrones, uel mortuos ſpoliando, vel ab amicis, auferendo, ſicut aleatores.

Ad V dcẽm, ꝙ ſicut liberalitas ẽ circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Vñ tyrãni q. magna ꝑ uiolentiã auferunt, nõ dñr illiberales, ſed iniuſti.

F

QVÆSTIO CXIX.

De prodigalitate, in tres art diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de prodigalitate.

Et circa hoc queruntur tria.

¶ Primò, Vtrum prodigalitas auaritię opponatur.

¶ Secundò, Vtrum prodigalitas ſit peccatum.

¶ Tertiò, Vtrum ſit grauius peccatum quàm auaritia.

SVP. QVÆ. CXIX.

IN q.119. tria no. Primũ eſt, q. q̃ſtio iſta mota eſt in priori lib. q. 84. ar. 1. An cupiditas pro auaritia ſumpta ſit radix omniũ malorum. Et ꝓpter nõ aliter eſt hic in art. 1. I rñſione ad 1. diſcutiẽda. Secũdũ eſt, q. ꝓdigalitas clericorum, nõ ſimplex eſt prodigalitas; ſed habet annexam auaritiam oppoſitam iuſtitię, qñ clericus accipit pecuniã à pauperibus, q̃a pecunia Eccleſiæ eſt pauperũ & dat qñ, cui &c. nõ oporteret. Tertium eſt, q. peccata quę ex minori ſenſu ſiunt ab his q uocant ſimplices, vt contingit in multis actibus bonarum mulierum & hominum deuotorum, qui non pollent prudentia, tantò leuiora ſunt quãto ſoli prudentię opponũtur, ut in reſponſione ad tertium articuli tertii dicitur. Et ratio eſt quia ſeruatur in iſtis effectus ſecundum ſebũ diſpoſitus, dũ putant ſe nõ malefacere. Et hęc de tota hac queſ. ſufficiãt.

Porrecta ꝑ totum.

602

ſup.q. 118. art.3.ad.3. Et infra ar. 2. & 3. cor.

1.2.q.79. artu.3.

Articvlvs I.

Vtrum prodigalitas opponatur auaritię.

AD Primvm ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ prodigalitas nõ opponatur auaritię. Oppoſita.n. nõ pñt ſimul eſſe in [h] eodẽ: ſed aliq̃ ſũt ꝓdigi, & illiberales. ergo ꝓdigal.ñ opponit̃ auaritię.

¶ 2 Præt. Oppoſita ſunt [h] circa idẽ: ſed auaritia ſ͂m ꝙ opponit̃ liberalitati, eſt circa paſsiones quaſdã, q.b. hõ afficit̃ ad pecuniã: ꝓdigalitas aũt non vr̃ eſſe circa aliquas aĩæ paſſiones, nõ n. afficit̃ circa pecunias, nec circa aliquid aliud hmõi. nõ ergo prodigalitas opponit̃ auaritię.

¶ 3 Præt. Pctm̃ principaliter recipit ſpẽm [h] a fine, vt s. [*] habitũ eſt: ſed ꝓdigalitas ſp vr̃ ordinari ad aliquem finem illicitum, ꝓp quem ſua bona expendat, & ꝑcipuẽ ꝓp voluptates. vñ & Luc. 15. dr̃ de filio ꝓdigo, ꝙ diſſipauit ſubſtantiã ſuã luxurioſe viuẽdo. ergo vr̃ ꝙ ꝓdigalitas magis opponat̃ tẽpãtiæ, & inſẽſibilitati, q̃ auaritię, & liberalitati.

Sed contra eſt, ꝙ [*] Philoſ. in 2. & in 4. Ethic. ponit prodigalitatem oppoſitam liberalitati, & illiberalitati, quam nunc auaritiam dicimus.

Resp. dicẽdũ, ꝙ in moralib. attendit̃ oppoſitio vitiorum adinuicem, & ad virtutẽ ſ͂m ſuperabundantiam, & defectum. Differunt ãt auaritia, & ꝓdigalitas ſ͂m ſupabundantiam, & defectum diuerſimodè. Nam in affectione diuitiarum auarus ſupabundat, plus debito eas diligens: ꝓdigus ãt deficit, min[9] debito earum ſolicitudinem gerẽs. Circa exteriora verò ad ꝓdigalitatem pertinet excedere quidẽ in dando, deficere ãt in retinendo, & acq̃rẽdo. Ad auaritiã autẽ ꝑtinet ecõtrario deficere q̃dẽ in dando, ſupabundare autẽ in accipiendo, & retinẽdo: vñ patet, ꝙ [m] prodigalitas auaritię opponit̃.

Lib.c.7.& 1.4.c.1.to lmo.5.

Concl. no. Ad primvm ergo dcẽm, ꝙ nihil ꝓhibet eidẽ ineſſe oppoſita ſ͂m diuerſa, ab illo tñ aliq̃d magis denoĩat̃, q̃d ineſt principali[9]. Sicut ãt in liberalitate, q̃ medium tenet, ꝑcipua eſt datio, ad quã acceptio, & retentio ordinant̃: ita ẽt auaritia, & ꝓdigalitas ꝑcipuẽ attendunt̃ ſ͂m dationem. Vñ illi q ſupabundat in dando, vocat̃ ꝓdigus: q ãt deficit in dando, vocat̃ auarus. Contingit autẽ qñq; ꝙ aliq̃s deficit in dando, qui tamen nõ excedit in accipiendo, vt

Plu-

Lib.4. c.1. tom.5. Phi.* dicit in 4.Eth. Similiter ét contingit, ꝙ aliqs excedat in dando, & ex hoc eſt prodigus, & ſimul cũ hoc excedat in accipiendo vel ex quadã neceſſitate, quia dũ ſuperabundat in dãdo deficiũt ei ꝓpria bona, vñ cogiť indebitè acquirere qđ ꝑtinet ad auaritiam, vel ét ꝑꝑ animi inordinationẽ. Dũ n. nõ dat ꝑꝑ bonum, quaſi contempta uirtute, nõ curat undecunque, & qualitercunque accipiat. Et ſic non ſecundum idem eſt prodigus, & auarus.

AD II dicendum, quòd prodigalitas attenditur circa paſſiones pecuniæ, non ſicut ſuperabundãs in eis, ſed ſicut deficiens.

AD III dicendum, ꝙ prodigus non ſp abũdat in dando ꝑꝑ uoluptates circa quas eſt intemperãtia, ſed qñque quidem ex eo ꝙ taliter diſponitur, ut diuitias non curet: quandoque aũt ꝓp aliquid aliud. Vt frequentius tñ ad intemperantias declinant, tum quia ex quo ſuperfluè expẽdũt in alijs, ét in rebus uoluptuoſis expendere non uerẽtur, ad quas magis inclinat cõcupiſcentia carnis: tum ét quia non delectãtur in bonis uirtutũ, quærũt ſibi corporales delectationes. Et inde eſt ut Phil.* 4. Eth. dicit, ꝙ multi prodigorum fiũt intemperati. Lib.4. c.1. a me. to.5

ARTICVLVS II.

Porrecta ꝑ totum. *Vtrum prodigalitas ſit peccatum.*

603 Inf. art.3. ad 1. AD SECVNDVM ſic proceditur. Vř ꝙ prodigalitas non ſit peccatum. Dicit.n. Apoſtol. 1. ad Timo. vlt. Radix omnium malorum eſt cupiditas: ſed non eſt radix prodigalitatis, quæ ei opponitur. ergo prodigalitas non eſt peccatum.

¶2 Præt. Apoſt. 1. ad Tim. ult. dicit. Diuitib. huius ſeculi ꝓcipe, facile tribuere, cõicare: ſed hoc maximè faciunt ꝓdigi. ergo ꝓdigalitas non eſt pctm̃.

¶3 Præt. Ad prodigalitatem pertinet ſuperabundare i datione, & deficere in ſolicitudine diuitiarum: ſed hoc maximè conuenit viris perfectis implentib. quod Dñs dicit Matt.6. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum; & Matt.19. Vende oĩa q̃ hẽs, & da pauperibus. ergo prodigalitas non eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, ꝙ filius prodigus vituperatur de ſua prodigalitate.

Art. præc. RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut dcm̃ eſt, prodigalitas opponitur auaritiæ ſm oppõnem ſuperabundantiæ & defectus: mediũ ãt virtutis per vtrunq; horum corrumpiť. Ex hoc ãt eſt aliquid vitioſum & peccatum, ꝙ corrumpit bonum virtutis: vnde Concl. relinquitur, ꝙ prodigalitas ſit peccatum.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ illud verbũ Apoſt. quidã exponunt non de cupiditate actuali, ſed de D.619 quadã habituali cupiditate, q̃ eſt concupiſcentia fomitis, ex qua oĩa peccata oriunť. Alij vero dñt, ꝙ loqť de cupiditate gñali reſpũ cuiuſcũq; boni: & ſic manifeſtũ ẽ, ꝙ ꝓdigalitas ex cupiditate oriť. Prodigus.n. aliqđ bonũ tꝑale cupit cõſeq inordinatè, vel placere aliis, vel ſaltẽ ſatisfacere ſuæ voluntati in dãdo: ſed ſi quis rectè cõſideret, Apoſt. loqť ibi ad lřam de cupiditate diuitiarũ. Nã ſ. ꝓmiſerat, Qui volũt diuites fieri &c. Et ſic dř eſſe auaritia D.56.& 254. & 8144. radix oĩm malorũ, non quia oĩa mala ſp ex auaritia orianť: ſed qa nullũ malũ ẽ, qđ ñ interdũ oriať ex auaritia. Vñ & ꝓdigalitas qñq; ex auaritia naſciť: ſicut cũ aliqs ꝓdigè multa cõſumit intẽtione captãdi fauorẽ aliquorũ, a qb. diuitias accipiat.

AD II dcẽm, ꝙ Apoſt. monet diuites vt facilè tribuãt, & cõicẽt ſua ſm ꝙ oportet, qđ nõ faciunt ꝓdigi, qa ut Phi.* dicit in 4.Eth. dationes eorũ nõ ſunt bonæ, neq; boni grã, neq; ſm ꝙ oportet: ſed qñq; dant multa illis, quos oporteret pauperes eſſe. hiſtrionib. & adulatorib. bonis ãt nihil dant. Lib.4. c.1. poſt med. to.5.

AD III dcẽm, ꝙ ſuperexceſſus ꝓdigalitatis nõ attẽdiť principalr ſm q̃titatẽ dati, ſed magis in q̃tũ excedit id quod fieri oportet. Vñ qñq; liberalis maiora dat q̃ ꝓdigus, ſi neceſſariũ ſit. Sic ergo dcẽm eſt, ꝙ illi qui intentione ſequendi Chřm, oĩa ſua dant, & ab aĩo ſuo oĩm tꝑalium ſolicitudinẽ remouent, non ſunt prodigi, ſed perfectè liberales.

ARTICVLVS III.

Vtrum prodigalitas ſit grauius peccatum, quàm auaritia. Porrecta ꝑ totum.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Vř ꝙ ꝓdigalitas ſit grauius peccatum q̃ auaritia. Per auaritiã .n. aliquis nocet proximo, cui bona ſua nõ cõicat: per prodigalitatem ãt quis ſibiipſi nocet. Dicit.n. Phil. in* 4.Eth. ꝙ corruptio diuitiarum, per quas hõ uiuit, eſt quædam ipſius eſſe perditio: grauius autem peccat qui ſibiipſi nocet, ſm illud Eccle.14. Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? ergo prodigalitas eſt grauius peccatum, quàm auaritia. 604 Sup.q.117 ar.2.co.& q.118.a.5. ad 3. Et ma. q.13. a.2.ad 10. Et 4. Eth. lect. 4. per to. & lec.5 fi.

¶2 Præt. Inordinatio, q̃ ꝓuenit cum aliqua cõdõe laudabili, minus eſt uitioſa: ſed inordinatio auaritiæ qñq; eſt cum aliqua laudabili cõdõe, ut patet in illis, q nolunt ſua expendere, ne coganť aliena accipere: ꝓdigalitatis ãt inordinatio ꝓuenit cum cõdõne uituꝑabili. unde ꝓdigalitatẽ attribuimus intemperatis hoĩbus, ut Phil. dicit in* 4.Eth. ergo prodigalitas eſt grauius peccatum, q̃ auaritia. *Lib.4.c.5 cir. princ. to.5. Lib.4. c.5. to.5.

¶3 Præt. Prudentia præcipua eſt inter morales uirtutes, ut ſ. habitũ* eſt: ſed ꝓdigalitas magis opponiť prudentiæ q̃ auaritiæ. dř.n. Prou.21. Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti, & imprudẽs hõ diſſipabit illud. & Phil. dicit in* 4.Eth. ꝙ inſipiẽtis eſt ſuperabundãter dare, & nõ accipere. ergo ꝓdigalitas eſt grauius pctm̃ q̃ auaritia. q.56.ar.1. ad 1.& 1.2 q.61.art.2 ad 1. Lib.4.c.1. to.5.

SED CONTRA eſt, quòd Phil.* dicit in 4. Ethi. quòd prodigus multum uidetur melior illiberali. Lib.4.c.1. poſt med. to.5.

RESP. Dcẽm, ꝙ prodigalitas ſm ſe cõſiderata minus pctm̃ eſt, q̃ auaritia: & hoc triplici rõe. Primò quidem, quia auaritia magis differt a uirtute oppoſita. Magis.n. ad liberalem pertinet dare, in quo ſuperabũdat ꝓdigus, q̃ accipere, vel retinere in quo ſuperabũdat auarus. Secũdò, qa prodigus eſt multis utilis quib. dat, auarus ãt nulli, ſed nec ſibiipſi, ut dř in* 4.Eth. Tertiò, quia prodigalitas eſt facilè ſanabilis, & per hoc ꝙ declinat ad ętatẽ ſenectutis, quæ eſt contraria prodigalitati, & per hoc ꝙ peruenit ad egeſtatem de facili, dum multa inutiliter conſumit, & ſic pauper factus non pt in dando ſuperabundare: & ét quia de facili ꝑducit ad uirtutẽ ꝑꝑ ſimilitudinem quam hẽt ad ipſam: ſed auarus non de facili ſanatur rõe* ſupradicta. Concl. Li.4.c.1.a med.to.5. In iſto art. & q. præc. art.5.ad 5

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dřia prodigi, & auari non attenditur ſm hoc, quod eſt peccare in ſeipſum, & in alium. Nam prodigus peccat in

ſeipſum, dũ bona ſua conſumit vñ uiuere deberet. Peccaret in alterũ, conſumẽdo bona ex q̃bus, aliis deberet prouidere: & præcipuè hoc apparet in clericis, qui ſunt diſpenſatores bonorum eccleſię quę ſunt pauperũ, quos defraudant, ꝓdigè expendendo. Similiter ẽt auarus peccat in alios, inquãtũ deficit in dationib⁹: peccat & in ſeipſum, inquantũ deficit in ſũptib⁹. Vñ dr̃ Eccl. 6. Vir cui De⁹ dedit diuitias, nec tribuit ptãtẽ ut comedat ex eis: ſed tñ in hoc ſupabũdat ꝓdigus, q̃a ſic ſibi & q̃buſdã aliis nocet, ꝙ tñ aliq̃b⁹ ꝓdeſt. Auar⁹ aũt nec aliis, nec ſibi ꝓdeſt: q̃a ñ audet vti ẽt ad ſuã utilitatẽ bonis ſuis.

Ad II dicendum, ꝙ cum de uitiis cõiter loquimur, iudicamus de eis ſm̃ propriã rõnẽ ipſorum. Sicut circa prodigalitatẽ attẽdimus, ꝙ ſuperfluè cõſumit diuitias: circa auaritiã verò, ꝙ ſupfluè eas retinet. Quòd aũt quis ꝑ intemperantiã ſuperfluè cõſumat, hoc iã noĩat ſimul peccata multa unde & tales ꝓdigi ſũt peiores, vt dr̃* 4 Eth. Quòd aũt liberalis ſiue auar⁹ abſtineat ab accipiẽdis alienis, etſi i ſe laudabile videatur, tñ ex cã ꝑ q̃ facit, vitupabile ẽ, dũ ideò nõ uult ab aliis accipere, ne cogatur aliis dare.

Ad III dcẽdm̃, ꝙ oĩa uitia prudentię opponunt̃, ſicut & oẽs virtutes à prudentia dirigunt̃: & iõ uitiũ ex hoc ipſo ꝙ opponit̃ ſoli prudẽtię leui⁹ reputat̃.

QVÆSTIO CXX.

De Epijcia ſeu æquitate, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de epijcia.

Circa quam quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrũ epiicia ſit uirt⁹.

¶ Secũdo, Vtrũ ſit pars iuſtitię.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum epiicia ſit uirtus.

Ad primvm ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ epiicia non ſit uirtus. Nulla.n. virtus aufert aliã uirtutẽ: ſed epiicia aufert aliã uirtutẽ, quia tollit id qđ iuſtũ eſt ſm̃ legẽ, & opponi ur̃ ſeueritati. ergo epiicia nõ eſt uirt⁹.

¶ 2 Pręt. Aug. dicit* in libro de uera religione. In iſtis tpalib⁹

F legim⁹ quanq̃ de his hoĩes iudicent, cum eas inſtituũt, tñ cũ fuerint inſtitutę, & firmatę nõ licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſm̃ ipſas: ſed epiicia[h] vr̃ iudicare de lege qñ eã exiſtimat non eſſe ſeruãdã i aliquo caſu. ergo epiicia magis eſt uitium quam uirtus.

¶ 3 Pręt. Ad epiiciã vr̃ ptinere vt attẽdat ad intẽtionẽ legiſlatoris, ut Phil. dicit in 5.* Eth.

G ſed [h]interp̃tari itẽtionẽ legiſlatoris ad ſolũ principẽ ptinet. Vñ imperator dicit† in codice de legibus & cõſtitutionibus prin. Inter æquitatẽ iuſq; iterpoſitã interpretationem nobis ſolis, & oportet, & licet ĩſpicere. ergo actus epiiciæ non eſt licitus. ergo epiicia nõ eſt uirt⁹.

Sed contra eſt, ꝙ Phil. in † 5. Eth. ponit eam uirtutem.

Resp. Dicendũ, ꝙ ſicut ſu-

H pra dictũ* eſt, cum de legib⁹ ageret. Quia humani actus de q̃bus leges dant̃ in ſigularibus cõtingẽtibus cõſiſtunt, q̃d infinitis modis uariari pñt, nõ fuit poſſibile aliquã regulã legis iſtitui, q̃ in nullo caſu deficeret: ſed legiſlatores attẽduntad id qđ in pluribus accidit, ſm̃ hoc legem ferentes: quã tñ in aliq̃bus caſibus ſeruare, eſt cõtra æqualitatẽ iuſtitiæ, & contra cõe bonũ, qđ lex intẽdit. Sicut lex inſtituit, ꝙ depoſita reddãtur, quia hoc, ut in pluribus iuſtum eſt. Cõtingit tñ aliqñ eſſe nociuũ, puta, ſi furioſus depoſuit gladium & eum repoſcat dum eſt in furia: uel ſi aliquis repoſcat depoſitum ad patriæ impugnationẽ. In his ergo & ſimilibus caſibus, malũ eſt ſeq legẽ poſitã. Bonũ aũt eſt ꝑtermiſſis verbis legis, ſequi id qđ

K poſcit iuſtitiæ rõ, & cõis utilitas: & ad hoc ordinat̃ epiicia, quæ apud nos dr̃ æquitas. Vnpe patet ꝙ [m] epiicia eſt uirt⁹*.

Ad primvm ergo dcẽdm̃, ꝙ epiicia nõ deſerit iuſtũ ſimpliciter, ſed iuſtũ qđ eſt lege determinatũ: nec ẽt opponit̃ ſeueritati, q̃ ſequit̃ veritatẽ* legis in q̃b⁹ oportet. Seq aũt uerba legis i q̃b⁹ nõ oportet, uitioſũ ẽ. Vñ dr̃ i codice đ legib. & pſti. prin. Nõ dubiũ eſt i legẽ cõmit

SVP. QV. CXX.

In q. 120. nota primo, ꝙ qui eſt epiiciæ, ſeu æquitatis, vt latinè loquantur in lingua latina. Vt.n. ex 5. Eth. patet, equitas eſt directio legis, vbi deficit ꝑ vniuerſale. Dr̃.n. in primis directio, quia cõſiſtit actus eius in hoc qđ ẽ rectificare, & rectum facere opus. Dr̃, legis tam poſitiuæ, q̃ naturalis: vniuerſalis tñ & defectiuæ in aliquibus. Dr̃, vbi deficit ad moſtrãdã propriã materiam æquitatis eſſe actus illos, in quibus lex deficit. Dr̃ ꝑ uniuerſale, quia cauſa defectus eius ad hoc ut æquitas habeat locũ, nõ eſt, q̃ecũq; ſed ſola iſta.ſ. ꝑ uniuerſale deficit, hoc eſt, ſi ideò deficit quia qđ uniuerſaliter ſtatutũ eſt hoc particulari caſu deficit. Ad quorũ pleniorem intellectũ ſcire oportet, ꝙ lex poſitiua cõtinet duo gña ſtatutorũ. Quædam quæ uocãtur, & ſunt iuris poſitiui, q.ſ. à principio nihil differt ſic uel aliter ſtatuere, ut ꝙ hoĩes ſic, uel aliter veſtiant̃, & hmõi. Quædam verò, q̃ vocantur iuris naturæ, ſeu gentium, quæ lex poſitiua magis monſtrat, q̃ ſtatuat. Hæc autem quæ ad naturale ius ſpectãt, ſunt duorum ordinum. Nam quædã ſic ſunt vniuerſaliter vera, vt in nullo caſu deficiant, vt non eſſe mentiendũ, non eſſe adulteriũ perpetrandum, & hmõi: & in iſtis, quia deficere nequeunt, nullum locũ habet ęquitas. Quædam vero ſunt, quæ vt in pluribus rectitudinem continent, in aliquo tñ caſu a rectitudine, declinarent ſi ſeruarentur, vt depoſita reddenda eſſe, rectum eſt vt in plurib. Quia tñ qñq; ſi redderetur depoſitum, eſſet iniquum, oportuit aliquod aliud directiuum inueniri hominum operũ, in quib. lex naturalis depoſitorum deficit: & hoc directiuum vocat̃ virt⁹ æquitatis: & ſimiliter in ſtatutis, quæ ſunt pure poſitiui iuris, oportet ſimile directiuum adeſſe: qñ leges de ſingularib. ſingulariter, vtpote ignotis, non dant̃, ſed oportet q. de ſingularib. vniuerſaliter dic̃, puta, ꝙ quicunq; aſcendit ſine licẽtia muros ciuitatis decapitetur, & ſic de aliis. Cõtingũt aũt ſingulares caſus, in quib. hmõi leges deficiunt, ita ꝙ iniquum eſſet eas ſeruare, vtpote ſi hoſtes ſubito inuadunt ciuitatem, & per ſubitum aſcensũ eorũ, qui ſunt intus, poteſt auxilium ferri & ſaluari. Decernit ſi quidẽ ęquitas in hoc caſu non eſſe legẽ ſeruandã, & in his actibus ipſa æquitas dirigit. Patet ergo, ꝙ vtriuſq; legis.ſ. poſitę poſitiuæ, & naturalis defectiuæ, æquitas directio eſt i his operibus, in quibus deficiũt nõ quolibet, ſed ꝑ uniuerſaliter eſſe poſitas. Nã ſi deficeret lex in caſu aliquo ꝑ priuilegium aliter ꝓpriẽs, q̃ lex cõis, non ſpectat directio actuum priui legii ad æquitatem; qm̃ non deficit tunc lex propterea q̃a erat uniuerſalis, ſed quia legiſlator derogauit legi quoad hos priuilegiatos. & ſimile eſt ſi ex quacunq; alia cauſa lex deficiat. Nunq̃.n. ſpectat directio ad æquitatem niſi deficiat propter uniuerſale: & propterea nõ ſpectat ad æquitatem ſi lex propter obſcuritatem, aut ambiguitatẽ, ſenſuum deficiat, aut deficere dubitetur. Interpretari enim leges authoritatiuè ſpectat ad principem; doctrinaliter autem ad legiſperitos. Propter qđ in litera dicitur in articulo reſponſione ad tertium, quòd æquitas non habet locum niſi ubi manifeſte deficit lex, ubi non conſultatione, ſed executione opus eſt. Et hoc bene notent ſapientes in oculis ſuis, qui etiã quæ iuris ſunt diuini interpretari præſumunt in caſu non eſſe intelligenda, & dicũt ſe uti epiicia, Nõ. enim æquitatis eſt interpretari, an in hoc caſu ſeruanda ſit lex, ſed ubi manifeſte lex deficit propter uniuerſale, dirigere. Diligentiſſimè quodque notandum eſt, quod

Prodigi peiores qui. Li. 4. ca. 1. nõ multo poſt principium, to. 5

Porrectio ꝑ notum.

605

Inf. q. 128. ar. 1. ad 6. & 3. di. 37. ar. 4. cor. fi. & 5. Ethic. lib. 16.

Cap. 31. nõ remote a fine, to. 1.

* Li. 5. Eth. ca. 10. to. 5

† in codice lib. 1. titu. 17. c. inter æquitatem

† li. 5. cap. 10. tom. 5.

1. 2. q. 96. art. 6.

D. 788.

D. 918.

D. 556.

Conclu.

* Alias uerba.

Li. & titulo citatis in arca. Nonum dubium ẽ.

quòd non de quocunque defectu legis propter vniuerſale, eſt A ſermo in hac diſtinctione Ariſtotelis, ſed de defectu obligatiuis. Dupliciter namque contingit deficere legem propter vniuerſale. ſ. negatiue, vel contrarie. Deficit ſiquidem lex propter vniuerſale negatiuè tantum, quando accidit caſus, in quo ceſſat ratio legis, ac per hoc videt, quòd lex in illo caſu non obliget. Si tamen ſeruetur lex nihil mali, nihil inordinati committitur. Verbi gratia. Lata eſt lex, vt quilibet tali die ſacrificet vt ſatisfaciat pro peccatis ſuis, accidit, vt vnus ſciat certè nunc ſe ſatisfeciſſe pro peccatis ſuis: deficit tunc lex in hac particulari propter vniuerſale. Deficit autem defectu purè negatiuo, quia ceſſat ratio legis in illo, & propterea creditur legem non habere vim obligatiuam reſpectu illius, & quòd ſi legiſlator adeſſet certus de hoc, non obligaret illum. Si tamen ille legem ſeruaret, nihil mali, nihil inordinati cõmitteret, ſeruando illam, vt patet de dño Ieſu Chriſto, qui ſeruauit circuncisionis legem in ſeipſo. & ſimiliter beata Virgo, legẽ præſentationis in templo. Contrariè autem deficit lex propter vniuerſale, quando euenit caſus, in quo non ſolũ ceſſat rõ legis, ſed inique ageretur, ſeruando legẽ, vt patet in lege de reddendis depoſitis, ſi redderentur poſcenti ad impugnãdum patriã: & de lege nõ aſcẽdẽdi mœnia ciuitatis, ſi ſi aſcendẽdo permitteret ciuitatem capi, & aliis hmõi, in quibus ſeruare legem eſſet a recto deuiare. Cum igitur propter vniuerſale lex deficit cõtrarie, tũc æquitas directio legis eſt, ne ad obliqua deducat. Quando autẽ deficit pure negatiue, non ſpectat ad æquitatem ordinare act⁹ illos, ſed ſeruanda eſt lex ipſa, quæ quãuis ſm veritatem vim obligatiuam non perdit ex eo, quòd rõ legis ceſſat propter vniuerſale: ſed hoc ex natura vniuerſalis in humanis operationibus cõtingit, quia. ſ. non eſt quandoque totaliter vniuerſale, quin aliquã deficiat.

¶ Probatur ſ. tripliciter materiam æquitatis non eſſe niſi act⁹, qui obliqui eſſent, niſi lex ſeruaretur vniuerſaliter. Primò ostẽ ſine, ex rõne ipſius virtutis, quæ uocatur equitas. Cũ. n. ſit iuſtitia quædã, vt in litera, & in 5. Eth. patet, & iuſtitia uirtus neceſſaria hoĩ ſit ad hoc, vt uirtuoſus ſit, conſequens eſt, ut materia E eius, ſicut & aliarũ ſpecierum iuſtitię, ſit operatio illa, quæ ſine ipſius directione, recta non eſſet. Videmus aũt, quòd cõmutationes ſine cõmutatiua iuſtitia, diſtributiones ſine diſtributiua, recte non fierent. Operationes igitur illæ, quæ obliquarẽt à recto, ſeruando legẽ uniuerſalem, ſunt propria materia æquitatis, & propter eas ſolas neceſſaria eſt directio. & propter hoc merito vocata eſt à Phil. principe directio legis. Non enim eget directione lex niſi vbi a rectitudine cadit, vbi à recto abduceret.

¶ Secundo, probatur ducendo ad inconueniens. Nam ſi ad æquitatem ſpectaret dirigere, ea in quibus lex pure negatiue deficit propter vniuerſale, ſequeretur & quòd ſimplex fornicatio quandoque eſſet æqua, & quòd multa alia crimina quandoque eſſent iuſta & ſancta. Declaratur ſequela in ſimplici fornicatione. Legis namque ratio in ſimplici fornicatione eſt bonum prolis, non generationis, ſed educationis, inſtitutionis, curæ, & huiuſmodi. Propter quæ oportet, coniugali copula iungi marem & fœminam in humanis, ne. ſ. proles fornicarie nata, priuetur tali bono, ſeu incurrat tale damnum, ut in 3. contra. Ge. c. 122. author dicit. Huiuſmodi autem legis ratio põt in caſu aliquo ceſſare, puta, ſi utraque pars carnalis copulæ ſit ſui iuris, & li[..]et, & prouiſionem omnem proli neceſſariam ordinent &c. & conſequenter in tali caſu licita eſſet talis copula carnalis cum ſol[u]ta. Quod conſtat eſſe falſum, cum eſſent fornicarii de quibus dr ad Gal. 5. quòd regnum Dei nõ poſſidebunt. Adimplenda eſt ergo lex uniuerſalis, etiam ſi ratio legis ceſſãt in caſu aliquo, dummodo ad obliqua nõ ducat in caſu aliquo. Nam ſi ad obliqua in caſu duceret, æquitate tunc opus eſt, ne lex deducat ad malum: quod eſt contra legis intentionem. Si uerò ad obliqua nõ ducat, licet in caſu ceſſet legis ratio, ſeruanda eſt lex, quæ ex his quæ ut in pluribus inueniuntur, ſtatuta eſt ſic, ut nunquam ad obliqua declinet, ut inferius in q. 154. ar. 2. de fornicatione author dicit.

¶ Tertiò, probatur authoritate. Nam in 3. ſent. diſt. 37. q. 1. ar. 4 diſtinguit author inter caſum in quo ſalua intentione legis poſſunt præcepta prẽteriri, à caſu in quo lex à legis intentione diſcederet, dicens quòd in primo caſu op⁹ eſt diſpenſatione, in ſecundo autem non: ſed epiicia ad hoc perficit.

tere cũ, quæ verba legis amplex⁹, contra legiſlatoris nititur uoluntatẽ.

AD II dicendum, quòd ille de lege iudicat, qui dicit eam non eſſe bene poſitã: qui uero dicit uerba legis nõ eſſe in hoc caſu ſeruãda, nõ iudicat de lege, ſed de aliquo negotio particulari quod occurrit. B

AD III dicendum, quòd interpretatio locum hẽt in dubiis, in quib⁹ nõ licet abſq; determinatione pricipis a verbis legis recedere: ſed in manifeſtis nõ ẽ opus iterpretatione, ſed executione.

ARTICVLVS II.

Vtrum epiicia ſit pars iuſtitię.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd epiicia non ſit pars iuſtitiæ. Vt. n. ex ſupradictis * patet, duplex eſt iuſtitia, C vna particularis, alia legalis: ſed epiicia non eſt pars iuſtitiæ particularis, quia ſe extendit ad omnes virtutes ſicut & iuſtitia legalis. Similiter etiã nõ eſt pars iuſtitiæ legalis, quia operatur præter id quòd lege poſitũ eſt. ergo videtur, quòd epiicia nõ ſit pars iuſtitiæ.

¶ 2 Præte. Virtus principalior nõ aſſignatur virtuti minus principali, ut pars. Cardinalib. n. uirtutib. quaſi pricipalib. aſsignãtur ſecundariæ uirtutes, ut partes, ſed epiicia videtur eẽ pricipalior uirtus, quàm iuſtitia, ut ipſũ nomẽ ſonat. dicitur enim ab epi quod eſt ſupra, & caion quod eſt iuſtũ ergo epiicia non eſt pars iuſtitię.

¶ 3 Præt. Videtur quod epiicia ſit idem quod modeſtia. Nã ubi Apoſtolus ad Phil. 4. dicit modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hoĩbus: in Græco habet epiicia: ſed ſecundum * Tulliũ modeſtia eſt pars tẽperãtię. ergo epiicia nõ eſt pars iuſtitię.

SED CONTRA eſt, quòd Philoſophus dicit in 5. Eth. quòd epiicia eſt quoddã iuſtum.

RESP. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum * eſt, uirtus aliqua triplicẽ habet partẽ. ſ. partem ſubiectiuã, partem integralem, & partẽ potẽtialẽ. Pars aũt ſubiectiua eſt de qua eſſẽtialiter prædicatur totũ, & eſt minus: quod quidẽ contingit dupliciter. Quãque. n. aliquid prædicatur de pluribus ſecundum vnã rõnẽ, ſicut aĩa de equo, & boue: quandoq; aũt prædicatur ſecundum prius & poſterius, ſicut ens prædicatur de ſubſtantia, & accidente. Epiicia ergo eſt pars iuſtitiæ communiter dictę, tanquam iuſtitia quædam exiſtens, ut Philo. dicit in * 5. Ethico. Vnde patet, quòd * epiicia ẽ pars ſubiectiua

Porrecta p[..]torum.

660

Sup. q. 80. arti. unico ad 5. & 3. di. 33. q. 3. art. 3. q. 5. cor. & ad 5 & 4. Ethic. lect. 16.

q. 58. ar. 5. 6. & 7.

ἐπιείκεια.

Li. 1. de inuentione fol. 4. ante finem lib. Eth. 5. c. 10 a me. 10. 5.

q. 48.

Li. 5. c. 10. [..]o n. 5.

Concl. m

SVPER QVÆST. CXX ARTIC. II.

IN art. 2. dubium occurrit circa illud, Iuſtitia dr per prius de æquitate quàm de legali iuſtitia, & circa illius rõnem. Nam legalis iuſtitia dirigitur ſm æquitatem. Vr namq; verumq; falſum Primum quidem, quia legalis iuſtitia nobilior eſt oĩbus moralibus uirtutibus, ut di in 5. Eth. adeo quòd neque heſperus neq; lucifer eſt ita admirabilis ſicut iuſtitia legalis: at per hoc per prius iuſtitia dicitur de legali, quàm de æquitate. Secundum uerò, quia æquitas non eſt directio legis, ſeu legalis iuſtitiæ abſolute: ſed in paucioribus, in quibus deficit propter uniuerſale, vt in 5. Eth. dr, Ex hoc aũt quòd æquitas in caſu dirigit legalẽ iuſtitiã, non ſequitur quòd ſimpliciter & abſolute dirigat illã ſed ſecundum quid tantum, & conſequenter non ſequitur quòd ſit nobilior illa ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

¶ In eodẽ ar. 2. in ſolutione ad primũ occurrit aliud dubiũ circa diſtinctionẽ iuſtitiæ legalis, & æquitatis. Nã male ſonat quòd iuſtitia legalis diſtincta cõtra æquitatẽ obtẽperet legi quãtũ ad uerba legis tantũ: quoniam in 5. Eth. expreſſe diſtinguitur æquitas cõtra iuſtitiã legalẽ penes id quod eſt ut in pluribus, & id quod in caſu accidit. Conſtat aũt quòd iuſtitia ut in pluribus non ſolum verba, ſed intentionem attendit, ut patet in reddendo depoſitum, quod pertinet ad iuſtitiam legalem. Reddit namque quis depoſitum ut bonum, & iuſtum ſeruet: quod eſt intentio legis.

¶ In eodẽ ar. dubiũ. 3. occurrit circa illud, Aequitas eſt quaſi ſuperior regula humanorũ actuũ, Tũ quia regula humanorum actuũ vt in pluribus, nõ eſt inferior regula eorũdẽ ut in paucioribus. æquitas aũt eſt regula in paucioribus, iuſtitia legalis ut in pluribus. ergo. Tũ quia ſuperior regula debet ſumi ex ſuperiori cã: æquitas aũt & iuſtitia legalis nõ ſic ſe habẽt, quòd reſpiciãt duos fines. ſ. ſuperiorẽ, & inferiorẽ, ſed reſpiciũt eũdẽ finẽ, ut patet in lege, ne peregrini aſcẽdãt mœnia ciuitatis, & in lege depoſi-

iuſtitiæ, & de ea iuſtitia dr̄ per prius q̄ de legali. Nam legalis iuſtitia dirigitur ſecundū epiciam. Vnde epicia eſt quaſi ſupior regula humanorū actuū.

Ad primvm ergo dicēdū q epicheia correſpōdet ꝓpriè iuſtitiæ legali, & quodāmodo G cōtinet ſub ea, & quodāmodo excedit eā. Si.n. iuſtitia legalis dicat̄, q̄ obtēperat legi, ſiue q̄tū ad uerba legis, ſiuè quantū ad intentionem legislatoris, q̄ potior eſt, ſic epicheia eſt pars potior legalis iuſtitiæ. Si verò iuſtitia legalis dicat̄ ſolum quę obtēperat legi ſm̄ verba legis, ſic epicheia nō eſt pars legalis iuſtitię, ſed eſt pars iuſtitię cōiter dictæ, diuiſa contra iuſtitiā legalem, ſicut excedens ipſam.

Ad ii dcd̄m, q ſicut Philoſ. dicit in * 5. Eth. epicheia eſt melior quadā iuſtitia, ſ. legali, quę obſeruat uerba legis: quia tn̄ & ipſa eſt iuſtitia quædam, nō eſt melior omni iuſtitia.

Ad iii dcd̄m, q ad epicheiā ptinet aliqd moderari. ſ. obſeruātiā uerborū legis: ſed modeſtia, quæ ponitur pars tempeſātię, moderatur exteriorē hominis uitam, puta, in inceſſu, uel habitu, uel alis hmōi. Pōt tn̄ eſſe q nomē epicheiæ apud Græcos per quandā ſimilitudinem trāsferr̄ ad oēs moderationes.

QVÆSTIO CXXI.

De Pietate, in duos art. diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de dono correſpondēte iuſtitiæ, ſcilicet de pietate. Et circa hoc quæruntur duo. ¶Primò, utrum ſit donum Spirituſſancti. ¶Scd̄o, Quid i beatutidinibus & fructibus ei correſpōdeat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pietas ſit donum.

Ad primvm ſic procedit̄. Vr̄ q pietas nō ſit donū. Dona.n. à uirtutibus differūt, vt ſupra hab. tū * eſt [b] ſed pietas G eſt q̄dā uirtus, ut ſupra dictum * eſt. ergo pietas non eſt donū.

¶2 Pręt. Dona. excellētiora sūt uirtutibus maximè moralibus. ut ſupra habitum * eſt: ſed inter partes iuſtitiæ religio eſt potior [h] pietate. ergo ſi aliqua pars iuſtitię debeat poni donū uidet̄ q magis religio debeat eſſe donum quàm pietas.

¶3 Pręt. Dona manēt in patria, & [h] actus donorū, ut ſupra habitū * eſt: ſed actus pietatis non H pōt manere in patria. dicit.n. Gre. 1. † Mor. q pietas cordis uiſcera mię operib' replet. & ſic nō erit in patria, ubi nulla erit mia. ergo pietas non eſt donū.

Sed contra eſt, quòd Iſaię 11. ponitur inter dona.

Resp. Dicendum, q ſicut ſ̄ dictū * eſt, dona Spūſſancti sūt quędam habituales aiæ diſpoſitiones, quibus eſt promptè mobilis à Spirituſſancto. Inter cæ- I tera aūt mouet nos Spūſsāctus ad hoc q affectū quēdā filialē habeam' ad Deū, ſm̄ illud. Rō. 8. Accepiſtis ſpūm adoptionis filiorū, i quo clamamus Abba pr̄. & qa ad pietatē ꝓpriè ptinet officiū & cultū patri exhibere cōſequēs eſt, q pietas ſm̄ q̄ cultum, & officium exhibemus Deo, ut patri p inſtinctum Spūſsācti, ſit Spūſsācti donū.

Ad primvm ergo dicēdum, K quòd pietas, quę exhibet patri carnali officium & cultum eſt uirtus: ſed pietas q̄ eſt donum, hoc exhibet Deo vt patri.

Ad ii dcd̄m, q exhibere cul-

---

cord. Nā finis legis ibi eſt ſalus ciuitatis ne pegrini noceāt. Acci- F dente āt caſu, quo pderet ciuitas niſi pegrini aſcēderēt mœnia finis æquitatis eſt ēt ſalus ciuitatis: & ſimiliter reddendi depoſitū finis eſt bonū uolētis. In caſu āt quo furioſus eſt, æquitas negat depoſitū ex eodem fine, qa. ſ. eſſet ei nociuum tunc hre gladiū. Non eſt ergo æquitas ſuperior regula humanorum actuum.

¶ Ad hæc dubia ordine retrogrado rñdendo, dr ad tertium, q quēadmodū i intellectu practico iudicatiuo reſpū ſingularium agibilium poſitę ſunt duæ virtutes, ſ. ſyneſis, & gnome, quarum prima ſm̄ cōes regulas eſt recte iudicatiua de agibilibus occurrētibus: altera aūt eſt recte iudicatiua de agibilib. occurrētib. pter cōes regulas: ita i parte appetitiua ē duplex iuſtitia, vna inclinatiua ad iuſtū ſm̄ leges cōes, & hæc vocat̄ iuſtitia legalis: altera inclinatiua ad iuſtū extra cōes leges, & hæc vocat̄ æqtas. Et quemadmodū illæ q̄ ad iudicandū pficiūt ſic ſe hñt, q iudicās præter cōes regulas ad altiora reſpic t principia, Li. 5. c. 10. com. 5. q̄ iudicans ſm̄ cōes leges, vt ſupius in q. 51. ar. 5. author dixit: ita iſtæ q̄ ad volēdū pficiunt, ꝓportionaliter ſe hñt ſic, q iuſtitia legalis inferiores ſortit̄ fines, & æqtas ſuperiores. Fines. n. appetibilū, pricipia appetēdi, & opandi sūt. Vñ ad primam obiectionem dr, q. falſum aſſumit̄, vt clare in loco allegato author dixit.

¶ Ad ſcd̄am āt negat̄ min. r. & ad exempla rē ꝓbationē dr̄, q ēt in illis exemplis patet ꝓpoſitū nrum. Nā in lege peregrinorū finis ꝓximus eſt ſecuritas ciuitatis a peregrinis: finis āt æqtatis i caſu eſt ſalus ciuitatis. Cōſtat āt q altior finis ē ſalus ciuitatis, q̄ ſecuritas a pegrinis: qa ſecuritas iſta ordinatur ad ſalutē ciuitatis ut ad finē. Et ſimiliter in lege depoſitorū finis ꝓximus eſt ut cuique ſuū reddat̄: finis āt æquitatis negātis in caſu eſt utile, qa. ſ. in caſu hoc illud ſuum nō eſt illi utile, ſed nociuum. Conſtat autem q altior finis eſt dare alicui ſuum utile, quàm ſuum: quia ideo datur alicui ſuum, vt ſit utile. datur enim ſub ratione finali boni utilis. Habet ergo ſe æquitas ad iuſtitiam legalem, quaſi regula ſuperior: quia nomē regulæ ad partem cognoſcitiuam ſpectare uidetur. Et tamen uere ſuperior, quia ſuperiorem intendit finem.

¶ Ad ſm̄ dubium dr̄, q cum in lr̄a diſtinguit̄ lex q̄tum ad uerba tm̄, & q̄tum ad intentionem, intelligit̄ diſtingui intētio extrinſeca, contra uerba cum ſua intrinſeca intentione: ita q verba, finis eorum intrinſecus ſunt unum membrum, & finis intrinſecus eſt aliud membrum, ut patet i exemplis expoſitis. Verba. n. legis depoſiti. ſ. Reddenda ſunt depoſita ei in ſuo intrinſeco fine. ſ. ut ſuum dño reddat, ſunt unum membrum: & finis vlterior, quia ſ. eſt illi bonum utile, eſt alterū membrum, & ſic de alis. Non excluditur ergo a uerbis omnis finis, ſed finis extrinſecus. Vnde patet ſolutio obiectionis. Porrecta ſ totum.

607

¶ Ad primū dubium dr, q procedebat & tm̄ authorem, & ſm̄ Ariſt. in 5. Eth. æquitas eſt pſtantior iuſtitia legali, limitata in ſtra cōes leges. Dr̄ enī expreſſe in 5. Eth. q æquum eſt melius iuſto quodā: & loquitur de iuſto ſm̄ cōes leges. Laus aūt illa in prima obiectione allata, de iuſtitia legali non limitata, ſed extenſa ad æqtatis principia, & cōprehendente æquitatem ut partē accipienda eſt. Quod āt in ſcd̄a obiectione dr̄ dupliciter ſoluit̄. Primo, ſuſtinendo quòd æquitas quo ad ſua principia, eſt directio legis abſolute, & ſimpliciter, pro quanto principia æqtatis sūt fines extrinſeci legū, altiores finibus proximis ipſarum legum. Scd̄o, q ex hoc ipſo q æquitas eſt directio legis in caſu quo obliquaret pp uniuerſale uato q nō ſecuatur, Ergo dirigit lege ſimpliciter: ſequitur ēn, Ergo eſt ſimpliciter nobilior ipſa legali iuſtitia: quia ſequitur q intēdat ad altiorē finem, ut ex dictis habes: ac per hoc q. ſit ſimpliciter nobilior.

3.d.43. q. 3. ar. 2. q. 3

* 1.2.q.68 ar.1.

Q. 102. ar. 3.

1.2. q. 68. ar. 8.

1.2. q. 68. ar. 6.

† Lib. 1. c. 32. parum an med.

1.2. q. 69. art. 1. & 3.

SVP. QVÆS. CXXI.

Concl.

In q. 121. nihil dubitādum occurrit, Nouitiis tamen declarandum eſt, q cū pietatis doni principale obiectum ſit Deus ut pater, & conſequenter omnia ſpectantia ad Deum ut patrem: actus uero ſit habere ſe ad Deum ut patrē, colendo ac ſeruiendo eidem, & ſimiliter habere ſe ad alios, & alia, ut filios & res patris, conſequens eſt ut pietati dono magis reſpondeat ueis iuſtitiæ: quoniam nōnulla iuſtitia eſt patri cultum officiumque reddere, & ad paterna recte ſe habere, & ſimiliter reſpondeat miſericordia reſpectu paternorum in miſeria conſtitutorum. Et quoniam pietas in affectu, ſcientia in intellectu ponitur ad illius directionem, ideo eædem beatitudines ad ſcientiam ſpectant magis, quàm luctus. & per hæc clarior eſt litera, quæ pro tota hac quæſtione ſufficiant.

tum Deo vt creatori, qđ facit religio, eſt excellentius q̃ exhibere cultũ patri carnali, qđ facit pietas, q̃ ẽ uirtus: ſed exhibere cultũ Deo ut pri eſt adhuc excellẽtius, q̃ exhibere cultũ Deo ut creatori, & domino. Vnde religio eſt potior pietate uirtute, ſed pietas ſm quòd eſt donum, eſt potior religione.

A D III dicẽdũ, q ſicut p pietatẽ q̃ eſt uirtus, exhibet hõ officium & cultum non ſolum patri carnali, ſed ẽt oĩbus ſanguine iunctis, ſm q pertinẽt ad patrẽ: ita ẽt pietas, ſm q eſt donũ, nõ ſolũ exhibet cultũ & officiũ Deo, ſed ẽt oĩbus hoĩbus inquãtũ pertinẽt ad Deũ. Et pp hoc ad ipsã pertinet honorare ſanctos, nõ cõtradicere ſcripturę ſiue intellectę, ſiue nõ itellectæ, ſicut Aug. dicit* in 2. de doctr. Chriſt. Ipſa ẽt ex cõſequẽti ſubuenit in miſeria cõſtitutis. Et q̃uis iſte actus nõ habeat locũ in patria, pcipue poſt diẽ iudicii, hebit tñ locũ pcipuus actus eius, q eſt reuereri Deũ affectu filiali, qđ præcipuè tũc erit ſm illud. Sap. 6. Ecce quõ cõputati ſunt inter filios Dei. Erit ẽt mutua honoratio ſanctorum adinuicem. Nunc aũt ante diem iudicii miſerẽtur ſancti etiã eorũ, qui in ſtatu huius miſeriæ uiuunt.

Vide ergo quæ hæretici, uel ẽt alij, uocantur impii.

Li. 2. c. 7. ſ princ. to. 3

ARTICVLVS II.

Vtrum dono pietatis reſpondeat ſecunda beatitudo. ſcilicet, beati mites.

Porrecta ſ totum. 608

A D SECVNDVM ſic pcedit. Vr, q dono pietatis non reſpondeat ſecunda beatitudo. ſ. beati mites. Pietas. n. eſt donum reſpõdens iuſtitię, ad quam magis pertinet quarta beatitudo. ſ. beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. uel etiam quinta beatitudo, uidelicet, beati miſericordes: quia, ut dictũ *eſt, opus miſericordiæ pertinet ad pietatem. non ergo ſecũda beatitudo pertinet[h] ad donũ pietatis.

Sup. q. 83. ar. 9. ad 3. 1. 2. q. 69. ar. 3. ad 3. Et 3. d. 33. q. 1. art. 4. & ar. 6. cor Et Mat. 5.

¶ 2 Pręt. Donũ pietatis dirigitur dono ſciẽtiæ, qđ adiungitur in connumeratione donorum Iſa. 11. ad idem autem ſe extendunt[h] dirigẽs, & exequẽs. Cum ergo ad ſciẽtiam pertineat tertia beatitudo, ſcilicet beati qui lugent, vr quòd non pertineat ad pietatem ſecunda beatitudo.

¶ 3 Præt. Fructus rñdent beatitudinib. & donis, vt ſ. habitũ* eſt: ſed inter fructus bonitas, & benignitas[h] magis videntur conuenire cum pietate, quàm manſuetudo, quæ pertinet ad mititatem. ergo ſecunda beatitudo non reſpondet dono pietatis.

Q. 70. ar. 3

S E D C O N T R A eſt, q Aug.* dicit in li. de ſerm. dom. in mon. Pietas congruit mitibus.

Li. 1. c. 1. ante mediũ. tom. 4.

R E S P. Dicendum, q in adaptione beatitud. nũ ad dona, duplex cõuenientia pt attendi. Vna qdẽ ſm rõem ordinis, quã vr Aug.* fuiſſe ſecutus.[m] Vñ primam beatitudinem attribuit infimo dono. ſ. timoris: ſecũdam aũt. ſ. beati mites, attribuit pietati, & ſic de aliis.[n] Alia conuenientia pt attendi ſm propriam rõem doni, & beatitudinis. Et ſm hoc oporteret adaptare beatitudines donis ſm obiecta & actus: &[p] ita pietati magis rñderet quarta & quinta beatitudo, q̃ ſecunda. Secũda tñ beatitudo hẽt aliquam conuenientiam cum pietate, inquantum. ſ. per manſuetudinem tollunt impedimenta actuum pietatis.[q] Et p hoc patet rñſio ad Primũ.

Concl. m Li. 1. de ſermo. Do. in monte. ca. 9. tom. 4.

Concluſ. p

A D II dicendum, q ſm proprietatem beatitudinum, & donorum oportet q eadẽ beatitudo reſpondeat ſciæ, & pietati: ſed ſm rõnem ordinis, diuerſę beatitudines eis adaptantur, obſeruata tamen aliquali conuenientia, ut ſupra dictum * eſt. In cor. art.

A D III dicẽdũ, q bonitas, & benignitas in fructibus directè attribui poſſunt pietati: manſuetudo autem indirectè, inquantum tollit impedimenta actuum pietatis, ut dictum* eſt. In cor. art.

QVÆSTIO. CXXII.

De præceptis iuſtitiæ, in ſex articulos diuiſa.

D E I N D E conſiderãdũ eſt de pceptis iuſtitiæ. Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primò, utrum præcepta decalogi ſint præcepta iuſtitiæ.

¶ Secundò, De primo præcepto decalogi.

¶ Tertiò. De ſecundo.

¶ Quartò, De tertio.

¶ Quintò, De quarto.

¶ Sextò. De aliis ſex.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum præcepta decalogi ſint præcepta iuſtitiæ.

A D PRIMVM ſic procedit. Vr q pcepta decalogi nõ ſint præcepta iuſtitiæ. Intentio. n. legiſlatoris eſt ciues[h] facere uirtuoſos ſm oẽm uirtutẽ, ut dr in[a] 2. Eth. vnde & 5. Eth. dr, q lex præcipit de omnibus actib. omnium virtutum: ſed præcepta decalogi ſunt prima principia totius diuinæ legis. ergo præcepta decalogi non pertinent ad ſolam iuſtitiam.

¶ 2 Pręt. Ad iuſtitiam vr pertinere præcipuè[h] præcepta iudicialia, quæ contra moralia diuidunt, vt ſ. habitũ ẽ: ſed pcepta decalogi sũt pcepta moralia, vt ex dictis* patet. ergo pcepta decalogi nõ ſunt pcepta iuſtitiæ.

¶ 3 Præt.[h] Lex pcipuè tradit pcepta de actib. iuſtitiæ pertinentibus ad bonum cõe, puta, de officiis publicis, & aliis hmõi: ſđ de his ñ fit mẽtio in pceptis decalogi. ergo vr q pcepta decalogi nõ ptineãt pprię ad iuſtitiã.

¶ 4 Præt. Præcepta decalogi diſtinguuntur in duas tabulas, ſecundum dilectionem Dei, & proximi, quæ pertinent ad virtutem charitatis. ergo præcepta decalogi magis pertinent[h] ad charitatem, q̃ ad iuſtitiam.

S E D C O N T R A eſt, q iuſtitia ſola vr eſſe virtus, per quã ordinamur ad alterum: ſed per oĩa præcepta decalogi ordinamur ad alterum, vt patet diſcurrenti per ſingula. ergo oĩa præcepta decalogi pertinent ad iuſtitiã.

SVP. QVÆ. CXXII. ARTIC. I.

I N arti. 1. q. 122. dubium occurrit circa illud in princ. corporis ar. Præcepta decalogi sũt prima principia legis, q̃bus ſtatim rõ naturalis aſſẽtit tanq̃ manifeſtiſſimis. Vr nãq; hoc eſſe falſum, atq; cõtra doctrinã in pcedenti libro habitã. Nã in q. 100. ar. 3. excluſa ſunt a pceptis decalogi principia p ſenota tã in moralibus, q in fide, ut ibi patet. Quõ ergo nunc, dicitur, q ſunt prima principia man. feſtiſſima? ¶ Ad hoc dr, q. aliud eſt, loq. de principiis intrinſecis legis, & aliud de principiis extrinſecis, q̃ ſunt velut prima principia ſpeculabilibus. Nã principia intrinſeca legis ea duntaxat infra latitudinem eorũ, q indigent editione, q̃m ſunt partes legis, quã conſtat oportere promulgari, ſunt tñ primo edita inter oĩa q̃ in lege continentur, & ppea vocant prima, & cõia legis principia. Principia uerò extrinſeca editione non egent, ſed ſolo naturali, ſeu infuſo lumine in nobis exiſtente contenta ſunt. Et propterea vocantur non prima principia legis, ſed prima principia cõia abſolutè, vtpote ante leges exiſtẽtia. Et hęc ſunt per ſe nota lumine naturali, vt nulli eſſe nocendum, & bona eſſe proſequenda, vel infuſo, vt credere in Deum, diligere

Porrect. per totum. 609

Sup. q. 56. art. 1. ad 1. & art. 2. & q. 140. art. 1. ad 3. & q. 148. a. 2. ad. 1 1. 2. q. 95. a. 5. ad 1. & q. 100. art. 2. cor. & ar. 3 ad 3.

Lib. 2. c. 1. & li. 5. c. 1. & 2. to. 5.

1. 2. q. 95. ar. 4.

1. 2. q. 100. art. 3.

¶ In tertio caſu, & duobus ſequentibus aduerte diligenter, & perſpicaciter eorũ rationem. Ad cuius euidentiam ſcito, q; operum corporalium quædam ſunt ex ſuo gñe ſeruilia: & hęc ſunt propria ſeruis, vt opera mechanica. Quædam ex ſuo gñe libera: & hæc ſunt p̃pria liberis, vt op̃a artiũ liberaliũ. Quædã verò ex ſuo gñe cõia ſeruis, & liberis, vt ſcribere, & itinerare. Cum autẽ ſola ſeruilia prohibita ſint in feſto, libera ãt, & cõia remanſerint licita in feſto, intuĩt litera vtriť licentia cõium, q; nõ ſolum cõia ex ſuo gñe, ſed etiam quæ ſeruilia ſunt ex ſuo gñe: ſi in caſu induunt rõnem cõium, licita ſint, vtpote exuta tunicam ſeruilitatis, & veſtita formam cõium. Induũt autem rõnem cõium, vt in litera dr̃, cum ſunt neceſſaria ad ſalutem corporalem propriam, vel proximi, vel euitandũ imminens damnum exteriorum rerum tam ſuarum, q̃ proximi. Et p̃p̃ea tertius, quartus, & quintus caſus, liciti ſunt in feſto. Et hinc patet multorum licentia operũ in feſto, ſ. medicorũ, tã phyſicorũ q̃ chirurgicorum, phlebotomantium, tõdentium capita, & vniuerſaliter ſeruitiorum oĩum neceſſariorum ad ſanitatem corporis. Hinc longæ fugæ, & bella in feſtis licent. Hinc ẽt ipſum diuinum cultũ auditionis Miſſæ, licitè omittunt cuſtodes, ac ſeruientes infirmis, q̃ñ vtrunq; fieri neq̃t. Hæc.n. oĩa, & ſimilia ex hoc ipſo, q; neceſſaria ſunt ad corporalem ſalutem, cõia ſunt ſeruis, & dominis, ac p hoc ſine alia diſpenſatione licita, vtpote extra genus p̃hibitorum exiſtentia. Hinc quoq; imminente bello licitè laborat̃, faciendo foſſas, aggeres, propugnacula, & hm̃õi in feſto, vt ſ. euitetur imminens damnum exteriorũ rerũ, & ſicut imminente publico bello ac dãno hæc licẽt, ita imminẽte hic priuato dãno ex priuato bello iniuſto, quod dñs ſuus habet aduerſus eũ, dum vult ipſum dãnificare in reb. aut p̃ſona, niſi fodiat in feſto, licitè ad vitandũ imminens dãnũ, laborat in feſto. Hinc imminente pluuia vitat̃ licitè dãnũ rerũ ſub diuo damnificandarũ, auferendo inde eas q̃cunq; res ſint. Sic licitè ſubleuant̃ beſtię à caſu hmõi. Hinc mater rõnabiliter timens damnum ſtupri in puella, quàm non debet ſecum

q. 101. ar.

F ducere ad Eccleſiam, nec habet cui tutè committat, licitè in feſto omittit Miſſam. Hinc ad vitandum commune damnum reipublicæ, & multorum priuatorum, licitè in feſto exercent̃ communes artes, quæ continuationem operis abſque diſcretione dierum requirunt: ita q; ſi oporteret diſcernere inter diem, & diem, non inuenirent̃ artes iſtæ utiles ac neceſſariæ reipublicæ, & priuatis multis: hmõi autem ſũt ars nauigatiua, maritima, & ſimiliter curſores pedites, ſiue q̃rentes coquẽtes lateres, calcem, ſaponem, & quicquid hmõi eſt. Nam ſi oporteret q̃ceſcere feſtis diebus, nullus inueniretur marinus nauta: quoniam damnoſa eſſet ars, & impoſſibilis ſæpe. Sic ſimiliter nullus inueniretur curſor ad hoc opus deputatus, ut infra tot horas ſit in loco diſtanti &c. q̃ñ habendo rõem dierũ, impoſſibile frequenter eẽt hoc efficere, cũ tñ hoc ſæpe oporteat fieri. Nec rũni vr̃ conſonum, vt ſpectet ad curſores diſcutere ſufficiẽtiam neceſſitatis cauſæ, p̃ qua mittit̃. Sicut vniuerſaliter alij artifices non q̃runt ad q̃d vis hunc gladium, hęc arma, hanc lanã &c. Similiter non inuenirentur q coquerent lateres, & hmõi multos dies exigẽtes ad coctionem, uel q̃a damnoſa eſſet ars, uel impoſſibilis eſſet, ubi pluſquã ſex dies exiguntur: cum ſeptimus quiſq; dies feſt⁹ ſit. Hinc quoq; in itinere licitum eſt die feſto equo ferrum reparare, & hmõi, ad vitandum imminens damnum cœpti itineris, aut perdẽdæ ſocietatis in itinere inchoando. In his ſiquidem omnibus, & ſimilibus, rõ uitandi damnum imminens, opera conſtituit extra prohibita in feſto: quia vel transfert illa in ordinem communiũ dominis, & ſeruis, vel ad imitationẽ dicti ordinis reducit.

Q̃đo p̃ſentia cadant ſub merito. 1. 2. q. 114 ar. 10.

¶ In ſexto caſu, ubi licita ex conſuetudine locantur, diſcutiẽda primò ſunt non ſeruilia ex ſtatuto Eccleſiæ, & deinde oĩa de cõ-

K ſuetudine licita tractãda. Prohibitorũ igit̃ ab Eccleſia in feſtis primum eſt mercari, vbi prohibet̃ contractus emptionis, & venditionis, & vniuerſaliter negotiationes, locationes, ac cõductiones. Sunt namq; ſpecies uendõnis, q̃ñ uſus rerum uendit̃, uel emit̃: & q̃uis hæc opera non ſint ſeruilia, fundata tñ eſt p̃hibitio iſta Eccleſiæ ſuper obſeruatione ſabbathi apud Iudæos, q nõ emebant ẽt aromata, ut patet ex Luc. 23. ubi dr̃, q; mulieres ſabbatho ſm̃ mandatum ſiluerunt. & ex Marc. 16. ubi dr̃, Dum tranſiſſet ſabbathum, emerunt aromata. Emere autem, & uendere comeſtibilia pro illo die, nullo forte tpe fuit prohibitum. ¶ Secundum autem prohibitorum eſt litigare. Vbi in dubium uertit̃, An liceat informare iudicem in diebus feſtis, cũ aduocato, & procuratore, & rõ dubii, quia eadẽ uĩ rõ, q; prohibeatur informatio, & q; p̃hibeat̃ litigatio, cum ipſa informatio, & partes, & iudicem ualde diſtrahat à diuinis. In oppoſitum aũt eſt, quia informatio nõ eſt iudicialis actus, ac per hoc nõ p̃hibit⁹. ¶ Sed ad hoc dicendum eſt, q; licitum eſt: quia hoc non niſi ad illuminationem iudicis ordinatur, ac per hoc ad ſpirituale, & nullibi inuenitur prohibitum: quin potius continuè hoc ſit in dominicis, & feſtis diebus in Romana curia, quando die ſequẽti proponẽda eſt cã in Rota: & licet iſta opera diſtrahant à diui-

nis

tū, quia tñ ex ſuo genere non ſunt ſeruilia, & expoſitiua lege non ſunt prohibita, reſtat ut ſint licita. Prohibentur ergo homines litigare, quo ad iudiciales actus, in diebus feſtis, actu appellandi excepto, qui in omni tpe licitus reputatur. Tertiū autem prohibitorū eſt iudicare ad mortem, vel ad pœnā, & vniuerſaliter procedere, & ſniam ferre. Sub qua inhibitione non intelligo ꝓhibitas ſētētias excōmunicationis, quas prælati faciunt inhibendo ne aliquid fiat: qm̄ hoc non eſt ꝓcedere, aut iudicare, ſed quaſi legem condere. Et qm̄ ius excipit à proceſſu, & iudicio cauſas neceſſitatis, vel pietatis, rōnabiliter vī, q̄ cum immanitas ſceleris notorii exigit captū ſubito ſuſpendi, aut decollari abſque proceſſu & ſētentia, ut ſæpe cōtingit publicis latronib. licitè poſſint in die feſto morte affici, ut conſuetudo vī ſeruare de facto, dū multi in nemoribus ſuſpenduntur, & huiuſmodi. Quartum ꝓhibitorū eſt iurare, niſi ꝓ pace, vel alia neceſſitate, quod intelligo ſolū de iuramento iudiciali: alioquin ſub præcepto caderet nō iurare in feſto, ſi Canon ille præceptū cōtinet: & ſic quilibet indiſcretè, nō tñ falſo, iurans in feſto peccaret mortaliter, qd̄ cōſtat eſſe falſum. Sed tunc obiicitur: quia ex quo lites, & iudicia ſunt prohibita in feſto, ſuperfluè iuramenta iudicialia ꝓhibentur. Sed hoc pōt tripliciter ſolui. Primò, q̄ tpe quo conditus eſt ille Canon in concilio Compendiē. adhuc nō erant eccleſiaſtica iudicia prohibita, q̄ poſtmodū Greg. nonus in ca. Cōqueſtus, ꝓhibuit. Secundò dī, q̄ quia adhuc reſtant iudicia aliqñ in feſtis licita. ſ. cā neceſſitatis, uel pietatis, inhibenī iuramenta præſtanda in feſtis, ut author exponit ſuperius in q. ix. 89. art. vlt. pro rebus temporalibus, niſi fortè in magna neceſſitate, non aūt pro ſpiritualibus negotiis. Et rō ſua eſt, quia feſtis diebus eſt ſpiritualibus rebus vacandum, non temporalibus. Poteſt & tertiò dici iuxta iſtam authoris diſtinctionē, q̄ lex exprimere voluit in ſpecie, iuramenta iudicialia pro temporalibus cauſis intelligi prohibita. Quia enim actus iurandi de ſe habet quandam ſpiritualitatem, cum ſit actus religionis, uideri ſiquidem poterat, q̄ conſonus eſſet fini dierum feſtorum: & idcirco non ſuperfluum fuit ſpecialiter inhibere iuramenta iudicialia in feſto.

¶ His igitur expeditis, ad ſextū caſum redeundo. Ex cōſuetudine multa opera ſeruilia, & non ſeruilia, q̄ tñ ꝓhibita ſūt hodie licitè exercentur, ut coquere cibos, itinerare longo itinere, q̄ in veteri lege non fiebat, qa quaſi ſeruiliter fit longū iter: emere, & uendere in nundinis, quas prælati ſcientes conſuetas eſſe non reprehendunt: carnes vendere in macello, nauigare fluminibus, locare conducereque equos, ac operarios pro die ſequēti: ut dicere ruſticis vbi eſt conſuetum, uendere authoritate publica pignora in ſubhaſtatione in locis, vbi emptores aliis diebus nō cōparent & ſic fieri conſueuit cū eqs, aut mulis continuare vecturam, præcipuè ad partes remotas: inchoare verò abuſionis eſſet. Non tñ dī inchoare, qui die feſto cum mulis vacuus ad locum accedit, ut ſequenti die inueniat ſe cū mulis ibidē, qm̄ hoc non eſt niſi itinerare. Infra ēt itinerare, comprehende opera mulionum agentium mulos cum lectis & & hmōi neceſſariis ad iter, qm̄ hæc ꝑ accidens fiunt, ꝑ ꝑ iter. ſ. & eadem ratione licita ſunt, qua iter licitum eſt. Vendere quoque, & emere calceos, & ſimilia, alicubi licitum eſt ruſticis, nō

A niſi feſtis diebus ad oppidum venientibus cum pecunia, ut emere poſſint talia: ſicut Romæ licitum eſt diebus feſtis emere, ac vendere aſinos, equos, quia ſic eſt conſuetudo in publico foro in diebus feſtis ſpectante mundo. Hæc enim omnia, ubi antiquata eſt conſuetudo, ac per hoc à prælatis ſcita, cū ſint omnibus notoria, licita ſūt ex ipſa conſuetudine fundata ſuper libertate euangelica, qua non tenemur ſtricto iuri veteris legis de obſeruatione feſtorum. Et eadē rōne licitū eſt barbitonſoribus artem ſuam exercere vſque ad tot noctis horas iuxta patriæ conſuetudinē, vacando tñ per vigintiquatuor horas: qa feſta quo ad principium & finē inchoant ſecundū cōſuetudinē regionū, ut extra, de fer. in ca. Qm̄, di. Nec obſtat ſi dicatur: q̄ vna ars non facit conſuetudinē, tum quia concurrit populus qui tondetur, ad hanc conſuetudinem: tū quia ſcientia prælatorum abſq; reprehenſione per ſe. vel parochianos. uel prædicatores licita facit opera illius artis. q̄ conſueta tolerant, ut patet in exemplo dato de venditione caballorum Romæ. Similiter nō obſtat, q̄ cap. illud exprimat extenſionē tēporis, & ñ reſtrictionē: qm̄ cap. illud non vnū tantū ſed multa exprimit diſperata inter ſe, ſcilicet, quòd finis, & initium feſtorū ſit iuxta regionum conſuetudinem, & quòd iuxta ſolennitatem ma-
D iorem prior præuentio. & ſubſequens retardatio abſtinentiæ ab operibus fiat. Moderationis tamen illius memento in huiuſmodi, ut non dilatentur, nec conſueta poſt horam veſperorum extendantur ad totam diem, & huiuſmodi. Eadem quoque ratione excuſantur à diuino cultu audiendi miſſam puellæ. ubi conſuetum eſt quòd non exeant, ita quod nec ipſæ nec matres peccant propter hoc. Et ſimiliter quæ conſueuerunt uno menſe domum non exire propter viri mortem. Et omnium prius. & nunc dictorum communis ratio eſt. quòd omnia hæc ſunt de iure poſitiuo: quod conſtat per contrariam conſuetudinem abrogari prælatis ſcientibus, & non reprehendentibus. Nec eſt opus uidere ſi conſuetudo ſit rationaliter introducta: ſufficit enim quòd ita ſit. Venari autem ſolatii cauſa, ut domini faciunt: & ludere cum magna, vel parua ſphæra. & huiuſmodi. & ſimiliter ſonare muſicis inſtrumētis, & choreas ducere: & ſimilia, ſi modi-
E co temporis ſpatio fierent cum debitis circunſtantiis, licitum eſſet, cum non poſſit homo diem abſque delectatione tranſire, ut dicitur in 9. Ethico. Sed quòd toto quaſi die, vel magna feſti parte, hæc fiant, illicitum eſt: quia hæc contrariantur fini huius præcepti, qui eſt, vacare diuinis: impeditur enim, propter hæc à vacatione diuinorum. Non tamen eſt peccatum mortale, quia non eſt contra id quod præcipitur hoc præcepto. Iam enim dictum eſt, quod aliud eſt de quo datur præceptum, & aliud quod eſt finis præcepti. Et ſcito quòd multa diximus licita ex conſuetudine: quæ ex ratione quaſi damni imminentis, etiam uidentur licita, ut patet de vectoribus rerum ad longa itinera, quibus niſi pretia rerum mutarentur, damnoſa eſſet eorum ars, aut ratione pietatis, vt ius dicere ruſticis: aut ratione quaſi neceſſitatis, ut ars laniorum in æſtate, quando carnes corrumperentur inter continua feſta. & ſic de ſimilibus. Complementum tamen omnium quòd liceant, videtur mihi conſuetudo populi chriſtiani.

Marginal notes: g. diſt. 73. & cau. 2. q. 2. — Q. 64. & ſequentibus. — Concl. m

ARTICVLVS VI.

Vtrum alia ſex præcepta decalogi conuenienter tradantur.

AD SEXTVM ſic proceditī. Videtur q̄ alia ſex p̄cepta decalogi inconuenienter tradanī. Non. n. ſufficit ad ſalutē, q̄ aliqs proximo ſuo nō noceat, ſed requiritur, q̄ ei debitū reddat ſm̄ illud ad Rom. 13. Reddite omnibus debita: ſed in ſex vltimis præceptis ſolùm prohibetur nocumentū proximo inferendū. ergo incōuenienter prædicta p̄cepta tradūtur.

¶ 2 Præt. In prædictis p̄ceptis ꝓhibenī homicidium, adulteriū, furtū, & falsū teſtimoniū: ſed multa alia nocumenta poſſunt proximo inferri, ut* patet ex his quę ſupra determinata ſunt. ergo vī q̄ incōuenienter ſint tradita hmōi præcepta.

¶ 3 Præt. Cōcupiſcētia dupliciter pt̄ capi, vno mō, ſm̄ qd̄ eſt actus volūtatis, vt dī Sp. 6. Cōcupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnū perpetuum: alio modo, ſm̄ q̄ eſt actus ſenſualitatis, ſicut dī Iacob. 4. Vñ bella, & lites in uobis? nōnè ex concupiſcentiis q̄ militāt in membris veſtris? ſed per præceptū decalogi nō ꝓhibeī cōcupiſcētia ſenſualitatis, qa ſm̄ hoc primi motus cēnt peccata morta-
B lia, utpotè cōtra pręceptū decalogi exiſtētes: ſimiliter ēt nō [h]prohibeī cōcupiſcētia volūtatis, qa hæc icluditī in quolibet p̄cepto, ergo inter p̄cepta decalogi inconuenięter ponunī q̄dā cōcupiſcētię prohibitiua.

¶ 4 Præ. Homicidiū eſt grauius pctm̄ q̄ adulteriū, uel furtū: ſꝫ nō ponit aliqd̄ p̄ceptū prohibitiuū cōcupiſcētiæ homicidii. ergo incōuenięter ponunī q̄-
C dā præcepta prohibitiua cōcupiſcentiæ, furti, & adulterii.

SED IN CONTRARIVM eſt authoritas Scripturę.

RESP. dcd̄m q̄ ſicut ꝑ partes iuſtitię debitū redditī aliqb. determinatis ꝑſonis, qb. hō aliqua ſpāli rōne obligatī: ita ēt ꝑ iuſtitiā ꝓpriè dictā aliqs debitum reddit cōiter oibus.[m] Et iō poſt

p̄cepta tria ptinētia ad religionē, qua reddiť debitū Deo, & poſt quartū præceptum, qđ eſt pietatis, qua redditur parentibus debitū, i quo includiť omne debitū, qđ ex aliqua ſpeciali rōne debeť, neceſſe fuit ꝙ ponereňť conſequenter aliqua p̄cepta pertinentia ad iuſtitiā ꝓpriè dictam, quæ indifferēter omnibus debitum reddit.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ cōmuniter ad hoc obligať hō: ut nulli inferat nocumētū. Et iō p̄cepta negatiua, qbus ꝓhibenť nocumenta, q̄ poſſunt ꝓximis inferri, tanq̄ cōmunia fuerūt ponēda inter præcepta decalogi. Ea verò q̄ ſunt ꝓximis exhibenda, diuerſimodè exhibētur diuerſis. Et iō ñ fuerūt inter p̄cepta decalogi ponēda de his affirmatiua p̄cepta.

AD II dicendum, ꝙ omnia alia nocumēta, q̄ proximis inferunť, poſſūt ad iſta reduci, q̄ his p̄ceptis prohibentur tanq̄ ad quædam communiora & principaliora. Nā omnia nocumenta, quæ in pſonā ꝓximi inferuntur, intelligūtur ꝓhiberi in homicidio, ſicut in principaliori. Quæ verò inferuntur in pſonā coniunctā, & maximè p modū libidinis, intelliguňť prohiberi ſimul cū adulterio. G Quæ verò ptinent ad damnaī rebus illata, intelliguňť ꝓhiberi ſimul cum furto. Quæ autē ptinet ad locutiones: ſicut detractiones, blaſphemiæ, & ſi qua huiuſmodi, intelliguňť ꝓhiberi in falſo teſtimonio, qđ directius iuſtitiæ contrariatur.

AD III dicēdū, ꝙ p p̄cepta ꝓhibitiua cōcupiſcētiæ, nō intelligiť ꝓhiberi primus mot⁹ cōcupiſcētiæ, q̄ conſiſtit infra limites ſēſualitatis. H Sed ꝓhibeť directè cōſenſus volūtatis, qui eſt in opus, uel delectationē.

AD IIII dicēdū, ꝙ homicidiū ſm ſeñ ē ꝯcupiſcibile, ſđ magis horribile, q̄ ñ hēt de ſe rōē alicuius boni. Sed adulteriū hēt rōnē alicui⁹ boni, ſ. đlectabilis.

¶In ſeptimo caſu de indulgentia Eccleſiæ, vnū in iure indultum inuenio, ſ. piſcationem halecum, ut patet in cap. Licet ex tra, de ferijs. Quod ideo in iuris corpore poſitum puto, ut ex eo ſimiles caſus diſpēſati intelligāť, puta piſcatio tunnorū & ſimilium: eqñ eadem eſt rō, quia ſ. non omni tempore capiuntur. Verū ſi beneficio huius indulgentiæ vtuntur aliq in ſimili caſu memores ſint ſuffertē adiunctū onus, vt. ſ. eccleſijs circumpoſitis & Chriſti pauperibus honeſtā de lucro portionē faciant. Quotiens quoque repentinus aliqs caſus occurrit, aut neceſſitas aliqua, ita ꝙ clarum nō ſit an liceat laborare in illo feſto, ad Epiſcopū, & ipſo deficiente, ad ſacerdotē cuius eſt maior authoritas, recurrēdo, & ſi ille minus pſpicaciter licētiā cōcedēdo erraret, excuſatur à crimine, q in feſto laborāt: qm ut in litera dř, in noua lege diſpenſatio circa hoc non eſt difficilis ſicut erat in antiqua, ac per hoc non tāta opus eſt ſubtilitate. ¶Poſt omnes ſpeciales caſus communis omnibus generibus mortalium actuum, caſus occurrit: iō tacitus in litera, q̄ cōmunis eſt, videlicet, ꝙ modicū pro nihilo reputatur, ac propterea facere modicū cuiuſcumque ſeruilis operis in feſto, nō eſt contra præceptū hoc. Et hinc prouenit, ꝙ domini aliq in feſtis diebus raſurā barbæ propriæ volunt pp nuptias, uel quia I ex itinere venerūt, aut quia aſſueti ſunt ſecundo aut tertio quoque die releuationē huiuſmodi habere &c. Aiunt enim ꝓinde eſſe ac ſi ſaluari mundarique faciant ſibi vultum. Tolerari hoc poteſt quoniam mortale peccatum non eſt tondere vnam barbam, quoniam pauciſſimo tempore hoc fit.

¶Dubium vnum non diſſimulandū reſtat. An opera in feſto licita, reddanť illicita ex hoc ꝙ fiunt mercenariè, ſeu pp lucrū. Apparent enim rōnes contrariæ. Nam ꝙ reddantur illicita ꝓbatur ex hoc, ꝙ quæcumque opera fiunt mercenariè, fiunt ſeruiliter, qm̄ fiunt propter alium, ſcilicet dantem mercedem. Liber enim in hoc differt à ſeruo, quòd liber ſui cauſa eſt, ut dicitur in procemio Metaphyſi. ſeruus autem non. Opera autem ſeruilia ſunt illicita die feſto. & confirmatur ex ratione literæ. Nam ideò opera ex ſuo genere ſeruilia, licita eſſe in feſto conceſſum eſt ratione neceſſitatis, aut imminentis damni, quia tranſeunt tunc in eorū naturam dominicis. & ſeruis. ergo ecōtra, K opera communia, uel libera illicita eſſe debeant in feſto, ſi tráſeunt in ſeruilia. Et quia quæcūque ratione neceſſitatis, aut imminentis dāni fiunt mercenariè, ex hoc ipſo ꝙ fiunt mercenariè, tranſeunt in ſeruilia: ideò conſequens eſt ut omnia huiuſmodi quæ mercenariè in feſto fiunt, illicitè fiant. In oppoſitum autem eſt, quia nemo cogitur gratis operas ſuas impēdere ei, qui poteſt mercedem reddere. Conſtat autem ꝙ neceſſarijs in feſto ſeruitijs pro ſalute corporis, uel propter imminens damnum, cogerentur homines gratis ſeruire, ſi non poſſent abſque peccato propter mercedem ſeruire. Et ex hoc vlterius ſequeretur, quòd inuenirentur nunquàm, aut rarò ſeruitores pro huiuſcemodi: quoniam omnes quærunt naturaliter q̄ ſua ſunt, & raræ eſt virtutis alieno ſtudere bono.

¶Ad hoc dubium à quibuſdam dicitur, quòd ſi quis ſeruiat, ſeu operetur in feſto, principaliter propter mercedem, ſeu lucrū, illicitè agit. Si aūt principaliter facit ut ſeruiat homini patienti neceſſitatē, ſeu periculū, ſecundario aūt pp lucrum, nō peccat. Et ſimile datur iudicium de operibus liberis, quæ fiunt F mercenariè, ut docere, ſtudere, & huiuſmodi. Secundum enim dictā diſtinctionē hæc oīa & ſimilia licita, vel illicita iudicant. Mihi āt altius ordiendo aliter dicēdum vř, pmittēdo duo. Primo, ꝙ ſpes lucri non reddit opus ex nō ſeruili ſeruile. Probať, q̄ cum lucri ſpes maximè inueniať, & quaſi p ſe primo in negatione, qm̄ negotiatio directè ordinať ad lucrum cōſequēs eēt ꝙ negotiatio eēt op⁹ ſeruile, qđ cōſtat eē falſum, q̄ negotiari eſt liberorum, q ſoli ſunt dñi pecuniarum & rerum, & nō ſeruorum q nihil hñt. Vñ negociatio nō eſt prohibita in feſto, q̄ nō eſt opus ſeruile, ſed alia rōne, ut dictum eſt. Et ex hoc patet ꝙ nō bñ dñt dicentes, ꝙ ſtudere pp ſpem lucri, eſt op⁹ ſeruile formaliter. Et de ſimilibus idem eſt iudicium. ¶Secundò ꝙ merces non reddit opus ex non ſeruili ſeruile. Probatur hoc tripliciter. Primo, q̄ opera ſeruilia inueniuntur ſine mercede, ut patet in his, qui operantur ſeruilia opera propter ſeipſos, vt qui faciunt calceos, vacant texturæ &c. pp proprium vſum. Ex eo. n. ꝙ hi ſeruilia exercēt opera ſine mercede, apparet ꝙ ſeruilitas operis non penes mercedem attendiť: ſed aliud eſt opus eſſe ſeruile, aliud opus eſſe mercenarium. Scđo, q̄ operari ſeruiliter diſtinguunť contra operari mercenariè. Nā operari ſeruiliter, ñ eſt operari pp ſe, q̄ ſeru⁹ qcqd operať, dño operať: operari āt mercenariè, eſt I operari pp ſe. Nā mercenarius operať principaliter pp mercedem ſibiipſi neceſſariam, aut vtilem. Repugnāt ergo adinuicem operari ſeruiliter, & operari mercenariè, q̄ ſeruo nō redditur merces aliqua, mercenario āt oportet mercedem reddi ac p hoc ille nō pp ſe, iſte pp ſe principaliter operatur. Non reddiť ergo opus ſeruile ex hoc ꝙ ſit pp mercedem, cum ſeruile opus ſit qđ ꝓprium eſt ſeruorum, ad qđ ſeruos deputatos habemus. Tertio, q̄ licèt opus mercenarium in hoc aſſimileť ſeruili, ꝙ ipſum opus ꝙ q̄ pp mercedem facit operať ꝓpter alium, puta, arat agrum alterius, ſuit veſtem alterius &c. tamen ſi reſoluatur totum opus mercenarium in ſuas partes, apparebit ꝙ non eſt ſeruile, ex duobus ſiquidem conſtat, ſ. ex vinculo mercedis, & operari ad alium. Sed ex operari ad alium conſtat ꝙ non eſt ſeruile, q̄ contingit operari ad alium non ſeruiliter, puta, gratis. Et vinculum mercedis diſtinguiť cōtra vinculum ſeruile, quia vinculum ſeruile eſt per dominum, vin K culum autem mercedis eſt propter ſeipſum. Non fit ergo operari ad alium opus ſeruile niſi ex vinculo ſeruili, ſi ex ſuo genere non eſt opus ſeruile. Minus ergo bene diſtinxerunt quidam opus ſeruile in formaliter, & materialiter ſeruile penes finem lucri, ſeu mercedis, qm̄ hæc impertinentia ſunt ad ſeruilia opera. Propter quod diuinum authoris ingenium nunquàm in tertio ſententiarum, aut hic tractans de ſeruilibus operibus, meminit lucri, aut mercedis.

¶His præmiſſis, qm̄ vniuerſale ex ſingularibus colligendum, ſeu abſtrahendum eſt, intuendum eſt quid obſeruatio chriſtiani populi abſque ſcrupulo conſcientiæ habeat. Muſici in primis locant operas ſuas præcipuè, pro diebus feſtis in pulſandis organis in eccleſia: doctores illuſtres locāt operas ſuas ad legendum diebus feſtis lectionem publicam, vel aſtrologiæ, uel moralem, vel Theologiæ, vel aliam huiuſmodi, vt patet Romæ, Pariſijs, Paduæ: & ita debet eſſe in alijs ſtudijs. Muſici iterum, & coqui locant operas ſuas diebus feſtis cum nuptiæ celebrantur, vt patet. Aduocati & procuratores locant

Conſenſus voluntatis in delectationem eſt mortale.

ſunt opas informando in cauſis diebus feſtis, vt patet Romæ. A Medici, minutores, & hmõi, ita ꝑ mercede opant̃ diebus feſtis ſicut alijs, natnæ ſimiliter. Et hĩ manifeſte abſq; tergiuerſatione aliqua liquet, ꝙ opantes in diebus feſt:s opa q̃ reputant̃ licita in illis diebus eadem intentione, vt pacta, & conuentiones, & conditiones ſeruitiorũ teſtant̃, eadẽ, inq̃, intẽtione opant̃, qua alus diebus illa opantur, ſ. pp mercedẽ. Et cum hæc utpote notoria conſtent, & abſq; ſcrupulo fiant, colligendũ eſt uniuerſale, Quòd. ſ. opa q̃ licite pñt in feſto fieri ſiue pp conſuetudinem, ſiue pp neceſſitatem corporalis ſalutis. ſiue pp imminens dãnum, ſiue ex ſuo gñe, pñt licite fieri ꝑpter mercedem, ſeu mercenarie, ſicut alus diebus fiunt mercenarie quo ad intentionem mercedis. Vbi ſcito, ꝙ in his opibus, q̃ licite fiunt in feſto, duplex inuenit̃ finis, alter operis: alter opantis. v. g. Finis, ſeu rõ opis in minutore eſt adiuuare nãm hois egẽtis minutione: in doctore, eſt illuminare intellectum: in muſico, delectare, vel ſolemnizare diuinum cultum, & ſic in alus. Finis aũt, ſeu rõ operantis eſt merces, ita ꝙ hi qui in feſto operantur, pro rõne operis habent neceſſitatẽ vel imminens periculum, vel genus operis per ſe licitum, uel cõſuetudinem, & ſi qd eſt eiuſmodi: pro ratione autem applicandi ſe ad illa opera, habẽt mercedem. Ideo namque Ioannes paratus eſt locare operas ſuas in feſto ad coquendum, & non ad arandum, quia coquere eſt de conſuetudine licitum, arare autem non: & ideo applicat ſe ad locandum operas ſuas ad coquendum, quia indiget pecunia, quæ erit eius merces. Et ſi non indigeret, ſine dubio non locaret ſuas operas neque in feſto, neque in alus diebus, ſed uiueret vt nobilis dñs. Iſta eſt cõis diſpoſitio, & intentio operantium tam in feſto, q̃ extra: & vt ex conſuetudine & ratione apparet, nullum hic peccatum inuenies. Ex eo namque quòd opus facio conceſſum in die feſto, non pecco: ex eo uero quòd ad opus illud me applico, vt ſubueniam meæ indigentiæ, nulla deformitas apponitur, nihil contra finem feſti facio: quoniam non minus abſtrahor a diuinis faciendo illud met opus abſque mercede, quàm propter mercedem. Nihil facio contra id quod uetitum eſt præcepto E feſti, quia non propterea opus illud afficitur ſeruilitate, vt probatum eſt. cur ergo peccatum hic timetur, vbi nulla culpę ratio inuenitur? Vnde ad dubium motum dicitur, ꝙ opera nõ ſunt, neque fiunt ſeruilia ex eo ꝙ fiunt mercenarie, vel propter lucrũ tanquam pp finem principalem applicandi ſe ad opus: ſed dñr ſeruilia ex ſuo gñe, vt ſunt opera mœchanica, ad quæ ſeruos deputatos habemus, vt author docuit. Et propterea ſecunda obiectio nihil obſtat, neque prima aliud concludit, quàm ꝙ opera mercenaria habent aliquid de ſeruili, quia. ſ. operantur propter alterum. Sed hoc non ſufficit ad opus ſeruile proprie dictum: quia exigit vel quòd ſit ex ſeruili uinculo, vel quod ſit opus mechanicum, quod tamen in multis caſibus tranſit in commune, & licitum in feſto: & propterea quando iam exiuit a ſeruilitate, & tranſijt in commune, aut licitum, non redit in ſeruilitatem ex hoc ſolo, quòd fit propter aliud, aut mercenarie: quoniam neutrum horum nec vtrumque ſimul conſtituit ſeruilitatem, vt probatum prius eſt.

Furtum etiam habet rationem alicuius boni, ſ. utilis. Bonum autem de ſe habet rationem concupiſcibilis. Et iõ fuit ſpecialibus præceptis prohibenda concupiſcentia furti, & adulter.j: non autem concupiſcẽtia homicidij. B

QVÆST. CXXIII.

De fortitudine, in duodecim articulos diuiſa.

CONSEQVENTER poſt iuſtitiam conſiderandum eſt de fortitudine. Et primò de ipſa virtute fortitudinis.

¶Secundò, De partibus eius.

¶Tertiò, de dono ei correſpondente.

¶Quartò, De præceptis ad ipſam pertinentibus. C

¶Circa fortitudinem autẽ conſideranda ſunt tria.

¶Primò quidem, de ipſa fortitudine.

¶Secundò, De actu præcipuo eius, ſcilicet, de martyrio.

¶Tertiò, De uitijs oppoſitis.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primò, Vtrum fortitudo ſit virtus.

¶Secundò, Vtrum ſit uirtus D ſpecialis.

¶Tertiò, Vtrum fortitudo ſit ſolum circa timores, & audacias.

¶Quartò, Vtrum ſit ſolùm circa timorem mortis.

¶Quintò, Vtrum ſit ſolum in rebus bellicis.

¶Sextò, Vtrũ ſuſtinere ſit præcipuus actus eius.

¶Septimò, Vtrũ operetur propter proprium bonum.

¶Octauò, Vtrum habeat delectationem in ſuo actu.

¶Nonò, Vtrum fortitudo maximè conſiſtat in repẽtinis.

¶Decimò, Vtrum vtatur ira in ſua operatione.

¶Vndecimò, Vtrum ſit uirtus cardinalis.

¶Duodecimò, De comparatione eius ad alias uirtutes cardinales.

ARTICVLVS I.

Vtrum fortitudo ſit uirtus.

AD PRIMVM ſic ꝑcedit̃. Vr̃ ꝙ fortitudo non ſit uirtus. Dicit. n. Apoſtol. 2. ad Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur: ſed fortitudo [b] infirmitati opponit̃. ergo fortitudo non eſt uirtus.

SVPER QVÆST. CXXIII. ART. I.

IN q. 123. incipit ſexta pars huius libri, in qua tractat̃ de fortitudine. Occurrit ãt i hoc tractatu, & ſequẽti de temperantia, nouus S. Tho. ĩpugnator doctor Pariſ. q ex ꝓpoſito duos libros edidit ꝑ modũ qõnũ. Alterũ de fortitudine, alterũ de tẽperantia, conaturq;, vt audio, q̃tum pt dicti authoris ĩpugnare: ꝓp qđ decreui obiecta ei referre, & cũ D. Thomæ auxilio ſoluere, ſolidã eius doctrinã clarificando.

¶In primo igitur art. huius q. dubiũ occurrit ex dicto doctore, q vocatur Martinus de Magiſtris, cuius ſuperius in tractatu de odio & inuidia, corrigẽdo meminimus, circa rõem redditam in corpore ar. ad oñdendum, ꝙ fortitudo eſt uirtus, qa. ſ. tollit impedimenta abducẽtia uolũtatẽ a rectitudine rõis. Arguit ſiq̃dẽ contra hoc prima ſua q. ſex medijs. Primo ſic, Oĩs uirtus moralis hẽt ponere rectitudinẽ in opib. humanis. igit̃ fortitudo non eſt pſe uirtus ex hoc ꝙ tollit impedimẽta rectitudinis ponendæ ĩ opibus humanis. Añs probat̃ inductiue ſic, Rectitudo iſta, ſ. pugnãdũ eſt cõtra hoſtẽ oppugnãtẽ ciuitatem ponẽda eſt ab aliqua uirtute morali, & non a prudentia, nec tẽperantia, nec iuſtitia. ergo a fortitudine. Similiter, Rectitudo iſta, abſtinendũ eſt ab uxore aliena, ponẽda eſt, & nõ a iuſtitia, nec fortitudine. ergo a temperantia: de iuſtitia uero non oportet ꝓbare ꝙ ſit poſitiua rectitudinis, qa in lra author fatet̃, & nõ ſũt plures morales uirtutes: qa prudẽtia eſt uirtus intellectualis. ergo &c. Scdo, Oĩs cã cui cõuenit opatio & remotio impedimenti magis debet denominari ab opatione, q̃ a remotione impedimenti: uirtus eſt hmõi. ergo. Tertio, Rectitudo rõis pt poni in opibus humanis tã ſi ſint ad alterum, q̃ ſi ſint ad ſe: ſed iuſtitia ponit rectitudinem in his q̃ ſunt ad alterũ. ergo aliæ uirtutes ponunt rectitudinem in his q̃ sũt ad ſe. Quarto, authoritate Ariſt. in 1. Rhet. diffiniendo uirtutẽ dicendo, ꝙ eſt potentia bñ factiua. Quinto, Stante æquali periculo, & æquali actu in cõtemnendo periculum, adhuc unus põt fortius facere q̃ alter: & non niſi rõe actus humani, in quo ponitur rectitudo rationis. ergo fortitudo habet ponere rectitudinem in operibus humanis. Sexto, Sublato impedimento tali, ponitur rectitudo, aliter ſublatio impedimenti eſſet otioſa: ſed huiuſmodi rectitudo non ponitur per temperantiam, neque per iuſtitiam, vt patet, ergo per fortitudinem.

¶Ad horũ euidentiã recolenda eſt doctrina in ꝑced. lib. habita ſ. ꝙ uolũtas humana ex ſua natura determinata eſt ad rõis bonũ in opib. humanis, q̃ ſunt ad ſe, ita ꝙ non eget in ſeipſa uirtute aliqua ad hoc. Et rõ eſt, quia inclinatur nãliter in ꝓprium bonum ſuppoſiti ſui: & quia non inclinatur nãliter in bonum alterius, iõ eget voluntas virtute aliqua in ſemetipſa voluntate, ad hoc ꝙ recte uelit bonum alterius. Et ꝑpea iuſtitia, quæ perficit in operibus ad alterum, eſt in uoluntate: fortitudo autem & temperantia, quę perficiunt humanos actus in ordine ad ipſum operantem, non ſunt in voluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo, vt rõnalis tamen eſt per participationem, vt patet ex 3. Ethic. in principio cap. 2. de Temperantia. ex hac namque radice pullulat, quòd voluntas quantum eſt ex parte ſua eſt recte electiua tam in his quæ ſunt temperantiæ, quàm in his quæ ſunt fortitu-

Porrecta ſ totum.

a 1 5 Infra ar. 3. 4. & 5. cor. & q6. 1: 4. ar. 2. co. & 3. d. 33. q 3. ar. 3. q. 1 cor. Et op. 42. li. 4. ca. 17. Et Pſa. 17. Et 2. Ethic. lec. 18. fin.

¶2 Præt. Si eſt uirt⁹ aut eſt theologica, aut intellectualis, aut moralis: ſed fortitudo neq; cõtinetur inter virtutes theologicas, neq; inter itellectuales, ut ex ſupra dictis* patet: neque vr̃ eſſe uirt⁹ moralis, qa ut Phil. dicit in† 3. Eth. uĩr aliqui eſſe fortes pp ignorátiã, aut pp experiẽtiã, ſicut milites, quæ magis ptinent ad artẽ q̃ ad uitutẽ moralẽ. Quidã ẽt dñr eſſe fortes pp aliquas paſſiones, puta, pp timorẽ cõminõnũ, uel de honorõnis, aut ẽt pp triſtitiam, uel iram, ſeu ſpe: in uirtus aũt moralis nõ operatur ex paſſione, ſed ex electione, ut ſup. habitũ eſt. ergo fortitudo non eſt virtus. G

¶3 P ręt. Virt⁹ humana maximè coſiſtit in aĩa, eſt. n. bona qualitas mẽtis, vt ſ. dcm̃* eſt: ſed fortitudo vr̃ conſiſtere in corpore vel ſaltem corporis complexionem conſequitur. ergo videtur ꝙ fortitudo non ſit virtus. H

Sed contra eſt, ꝙ* Aug. in lib. de morib. Eccleſiæ fortitudinẽ inter uirtutes enumerat.

Reſp. Dcẽm, ꝙ ſm Phil. in* 2. Eth. uirtus eſt quę bonum facit habẽtẽ, & opus eius bonũ reddit: undè uirt⁹ hominis, de qua loquimur, eſt quæ facit bonũ hoĩem, & opus eius bonum reddit. Bonum aũt hoĩs eſt ſm rõnẽ eſſe, ſm Dion. 4. c.* de diui. no. Et ideo ad uirtutẽ humanã pertinet ut bonũ faciat hominẽ, & opus eius ſm rõnem eſſe. Quod quidem tripliciter contingit. Vno modo, ſm ꝙ ipſa rõ rectificat̃, quod fit per virtutes intellectuales. Alio mõ, ſm ꝙ ipſa rectitudo rõis in rebus humanis inſtituit̃, qđ pertinet ad iuſtitiam. Tertio mõ, ſm ꝙ tolluntur impedimenta huius rectitudinis in rebus humanis ponendæ. Dupliciter ãt impedit̃ uoluntas humana ne rectitudinem rõis ſequat̃. Vno mõ, per hoc ꝙ attrahitur ab aliquo delectabili ad aliqd aliud q̃ rectitudo rõis reqrat, & hoc impm̃ tollit virtus tẽperantię. Alio mõ, per hoc quod uoluntatẽ repellit ab eo quod eſt ſm rõnem, pp aliquod difficile qđ incumbit. Et ad hoc impm̃ tollendum requiritur fortitudo mentis, qua. ſ. hmõi difficultatibus reſiſtat: ſicut & homo per fortitudinem corporalẽ impedimenta corporalia ſuperat, & repellit. Vñ manifeſtum eſt ꝙ ᵐ fortitudo eſt uirtus, inquãtũ facit hominem ſm rõem eſſe. ⁿ

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd virtus animæ non perficitur in infirmitate animæ, ſed ĩ infirmitate carnis, de qua Apoſt. loquebat̃: hoc ãt ad fortitudinem mẽtis pertinet, quòd infirmitatem carnis fortiter ferat, quod pertinet ad virtutem patientię, uel fortitudinis: & ꝙ hõ propriam infirmitatem recognoſcat, qđ pertinet ad pfectionem, quæ dr̃ humilitas. I

---

fortitudinis. Et niſi ex motibus appetitus ſenſitiui. ſcilicet, timore & audacia impediretur uoluntas, ipſa uoluntas recta rõne regulata abſque habitu fortitudinis rectitudinem poneret in operibus humanis, quæ ſunt fortitudinis. Sed qm̃ impedit̃ ex huiuſmodi paſſionibus, ideò opus eſt fortitudinis habitu in appetitu ſenſitiuo, ita ꝙ habitus fortitudinis habet duo officia propria. Alterum reſpectu ſuperioris, ſ. uolũtatis, & hoc eſt tollere impedimenta rectæ electionis, tũ quia uoluntas exercere debet electionem rectã eligẽdo mediũ, ſeu moderamen in paſſionibus timoris & audaciæ reſpectu periculorũ mortis: tũ quia paſſiones immoderatæ mouent uolũtatẽ ad malè eligendum: tũ quia electio recta debet participari in ipſo appetitu ſẽſitiuo, & cõſtat ꝙ participari nequit in ſuſceptiuo impedito p immoderatas paſſiones. Alterum reſpectu ſui ſubiecti in quo eſt: & hoc eſt reddere ipſum firmũ ac potentem ad prõpte & faciliter moderandũ timorẽ & audaciã inſtantibus periculis mortis bellicæ. Tertiũ aũt officium, ſ. directè rectitudinẽ ponere in operibus exterioribus fortitudinis, officium eſt principaliter uoluntati rectæ eligentis, & utẽtis oĩbus viribus humanis. Secũdariò autem & inquantũ pendent huiuſmodi opera, & earũ rectitudo ex paſſionibus appetitus ſenſitiui, ſ. timoris & audacię, eſt act⁹ à fortitudine emanãs, ita ꝙ uirtus fortitudinis ſi rectè peſpiciatur, eſt in primis cauſa rectę electionis quæ eſt à uoluntate, non eliciendo illam, ſed impedimenta illius tollendo. Eſt deinde cauſa per modũ habitus eliciriuè, ſcilicet in appetitu ſenſitiuo participatę electionis moderatæ, & timẽdi & audendi in periculis. Eſt demũ ex utroque officio diuerſimodè cauſa rectitudinis ponendæ in exterioribus operibus, inſtantibus periculis mortis. K

1. 2. q. 57. & 62.

Lib. 3. c. 16 & ſeq. to. 5

1. 2. q. 55. art. 4

Cap. 15. & 22. to. 2

Lib. 2. c. 6. circ. princ. to. 5

Bonum eſt ſecundum rationem viuere.

Cap. 4. par. 4. nõ multũ procul a ſi.

Ad primũ ergo argumentũ dr̃ cum duplici diſtinctione, ut clarior ſit doctrina. Prima eſt, ꝙ ly ponere rectitudinẽ, cõtingit, nõ uno mõ, ſed multis, ſ. uel directè cauſando illã, uel tollẽdo impedimẽta illius: & rurſus principaliter, uel ſecundario. Scda diſ. eſt ꝙ ly in operibus humanis, põt dupliciter intelligi. Primò, p oĩbus opib⁹ humanis partis appetitiuæ, & executiuæ neceſſariis ad opus illius uirtutis. Scđo, p qbuſdã tñ paſſionibus, Iuxta has diſt. dr primò, ꝙ cũ in litera author ponit drĩã inter officiũ iuſtitiæ, & aliorũ moraliũ, ſ. fortitudinis, & tẽperantiæ, locutus eſt de ponere, ſeu facere rectitudinẽ, directè cauſando illã. Et ſimiliter locutus de operibus humanis oĩbus, nõ his, uel illis p ſe tñ concurrentibus ad opus uirtutis. Ita ꝙ ſo a iuſtitia inter morales uirtutes eſt directè affectiua rectitudinis in oĩb⁹ humanis opibus cõcurrẽtibus ad opus ſuæ virtutis: qa ipſa ſola eſt elicitiua rectæ electionis, & medii in opibus humanis. Hęc ſiquidẽ duo ponunt̃ in diffinitione uirtutis moralis i 2. Eth. dũ dr̃, ꝙ virtus eſt habitus electiuus in mediocritate cõſiſtẽs. Fortitudo aũt, & tẽperantia non ſunt directè cauſatiuę electionis rectæ, quia ſunt in appetitu inferiori: ſed cauſatiuæ illius alio modo, ſ. tollẽdo impedimenta illius. Et hic eſt uerus, & planus literæ ſenſus, contra quem ſi argumenta tendant, facilè ordinatè ſoluũtur. Et primũ ſiquidem añs diſtingue, quia ſi intelligit de ponere rectitudinẽ quouis mõ, verũ eſt, & nihil contra authoritatem dicit, quia fortitudo ponit rectitudinem in operib. humanis tollẽdo impedimenta illius, & paſſiones directè modificãs. Si ãt intelligit de ponere rectitudinem, & de opib. humanis concurrentib. falſum eſt. Et ad probationem inductiuam, cum dr̃. Ponere rõis rectitudinem in hoc opere, pugnandũ eſt contra hoſtem ciuitatem oppugnãtẽ, non pertinet ad iuſtitiam &c. Rñdet̃, ꝙ rectitudo iſta ſpectat ñ ad vnã, ſed ad plures morales virtutes: qa pro quanto pugna eſt actus ad alterum, hoc eſt, ad hoſtem contra quem ſit, rectificanda eſt a iuſtitia. & ppea oportet bella eſſe iuſta. Pro quanto verò hõ debet in ſeipſo benè moraliter diſponi pertinet ad fortitudinem, ſed non illo modo, ut. ſ. directè cauſet rectitudinem illã in oĩb. actib. concurrentibus, ſed vt in aliquo cauſet rectitudinem, tollendo impedimenta, puta, in electione, & in aliquo directè, puta, ĩ paſſionibus: & in aliquo ſecũdario, puta, in operationibus exterioribus. Et ſi inſtetur ponere directè huiuſmodi rectitudinẽ ſimplicit̃ ſpectat ad aliquã uirtutẽ. ergo: Rñdẽdum eſt p interpretationẽ, qm̃ recta electio talis opis p quãto cedit ĩ ppriũ opantis bonũ (ſic. n. ſolũ cadit ſub fortitudine ſola) nulla eget virtute morali directè cãtiua illi⁹, ſed ſolũ ablatiua ipedimẽtorũ ei⁹, & rectificatiua iferioris appetitus. Fallunt̃ aũt arguentes in hoc, ꝙ putant actũ, qui rectificat̃ ſua virtute, vno tñ mõ. ſ. directè, rectificari: cũ tñ alio mõ contingit. ſ. tollendo ipedimẽta, vt monſtratũ eſt, Ita ꝙ ſi rectè pſpiciat̃, ñ negat̃ act⁹ hmõi rectificari à fortitudine, & tẽperãtia: ſed dr̃, ꝙ ñ vno, ſed diuerſis modis diuerſi act⁹ ad id cõcurrẽtes, à fortitudine rectificant: qa electio, q̃ eſt in volũtate rectificat̃, vt dictũ ẽ, a fortitudine, tollẽdo ipedimẽta, Paſſiones ãt q̃ ſunt in appetitu ſenſitiuo rectificant̃ à fortitudine directè, cãndo earũ rectitudinem. Opa aũt exteriora p quãto ex paſſionib⁹ pẽdent, ſcđario rectificat fortitudo, directè tñ: quo ad principale verò eorundem rectificatiuũ, qđ eſt voluntas eligẽs & utens, cõcurrit fortitudo, tollendo ipedimẽta. Et ſic fortitudo oĩa cõcurrentia rectificat, ſed nõ oĩa directè. qa nõ eſt opus; quia qdã. ſ. actus voluntatis requiſiti, habent directè rectificatiuum eorundem longe excellentius, ſcilicet inclinationem naturalem voluntatis in rationis bonum proprium ſuppoſito. Ex hoc. n. ꝙ habitus imitatur naturam dum inclinat per modum naturæ, & cõſuetudo dici-

Concluſio

tur altera natura, euidenter patet, ꝙ inclinatio naturę preemi- A
net oĩ habitui. ¶Ad ſecundum dr̃ ẽt cum diſtinctione, ꝙ cã eſt duplicis ordinis, q̃dam ordinata immediatè ad propriam opationem, vt calor ad calefaciendum: quædam immediatè ordinata ad actionem ſuperioris cauſæ, & mediante illa ad operationem propriam. In primo gñe cãrum, vera eſt maior, ꝙ cã habens operari, & tollere impedimenta magis ſecundũ operari, q̃ ſecundùm tollere impedimenta, iudicãda eſt: in ſecundo aũt cãrum gñe non eſt vera. Et in promptu rõ diuerſitatis eſt, q̃a in iſtis cauſis precipuum eſt, quo reſpiciũt cãm ſuperiorem: in illis verò principale eſt reſpicere propriã operationẽ. Et ppea in illis cauſis principalius, & immediatius conſiderať ablatio ĩpedimentorum ſuperioris cauſæ, q̃ facere operationẽ propriam, quã mediante ſuperioris cauſæ actione cauſant. hæc ad maiorem. Ad minorem verò dr̃, verum eſſe, ꝙ uirtus hẽt vtrũque, ſ. operari, & tollere impedimẽta: ſed non vno mõ quęlibet uirtus hæc duo hẽt, qm̃ q̃dam virtutes ſunt velut cauſę ſuperioris ordinis: & hæc primò operãtur, & ſecundario tollũt impedimẽta, vt iuſtitia facit. Quædã ſunt inferioris ordinis, q̃ primò ordinantur ad opationẽ ſuperioris, & mediãte illa ad operationẽ propriã, vt fortitudo, & temperãtia: q̃n primò ordinatur quælibet moralis virtus ad rectam electionẽ, q̃ eſt actus voluntatis. Virtus.n. eſt habitus electiu', 2. Ethic. Et hæ primò tollunt impedimenta rectæ electionis: ac per hoc participando electionẽ rectã moderatè operantur, paſſiones rectificãdo, & cõſequẽter exteriora opa. ¶Ad tertium iã patet rñſio, concedendo ꝙ fortitudo, & temperãtia ponunt rectitudinem in operibus humanis, q̃ ſunt ad ſe, ſed nõ directè, nec vno, & eodẽ modo in omnibus operibus eius, vt iam bis declaratum eſt.
¶Ad quartum conceditur, ꝙ virtus, & fortitudo eſt habitus beneficiuus: ſed non uno, ſed multis modis rectificat diuerſos actus concurrentes ad ſuum beneficium.
¶Ad quintum gratis conceditur, ꝙ fortitudo ponit rectitudinẽ in actibus humanis diuerſis modis reſpectu diuerſorum actuũ, non niſi tollendo impedimenta reſpectu principalis actus, qui eſt electio.
¶Et per hoc etiam patet reſponſio ad ſextum: Nos.n. docemus, ꝙ ſublatis impedimentis, voluntas non per habitum iuſtitiæ, ſed per naturalem inclinationem iam expeditè ponit rectitudinem in electione ſua, & quaſi infert rectitudinem in electione participata in appetitu ſenſitiuo, cooperante ad hoc uirtute fortitudinis, vt patet ex dictis. Stat ergo ſolidum fundamentum literæ, ꝙ virtus non vno mõ dr̃, & ꝙ fortitudo .ſ. uirtus eſt, q̃a tollit impedimenta rectitudinis rationis: q̃m hoc eſt pcipuũ & immediatum ſuũ officium, & in hoc ſuo officio continetur reliquum, quod ſibi cõuenit, ſ. moderari paſſiones: q̃m ipſa eſt in appetitu ſenſitiuo nõ abſolutè, ſed vt ſubeſt voluntati, ac per hoc eſt firmatiua appetit' vt mouetur à voluntate, & per hoc eſt moderatiua timoris, & audaciæ vt eligibiles quodãmodo ſunt ab appetitu ſẽſitiuo. Nũquam.n. moderarẽť has paſſiones fortitudo, niſi electionis impedimenta abſtuliſſet: & p hoc ipſum, ꝙ impedimenta rectæ electionis aufert, electionis rectę participatiuum habile conſtituit, vndè reliqua recta ſequuntur.

Lib. 5. c. 8. tom. 5.

In ſolu. ad 1.

1. 2. q. 63. art. 1. *Porrecta p totum.*

616

2. 2. q. 61. art. 3. & 4. Et 3. di. 33 q. 1. art. 1. q. 3. cor. & ad 2.

AD II dicẽdũ, ꝙ exteriorem uirtutis actũ quãq; aliq efficiũt, nõ hñtes virtutẽ ex aliqua alia cã q̃ ex virtute. Et ió Phil. i* 3. Ethic. ponit quinq; modos eorum, q ſimilitudinariè dñr fortes, quaſi exercentes actũ fortitudinis pter virtutẽ: qđ quidẽ cõtingit tripliciter. Primò qdẽ qa feruntr in id qđ eſt difficile, ac ſi nõ eſſet difficile: qđ in tres modos diuidiť. Quãque.n. hoc accidit pp ignorãtiã, quia.ſ. hõ nõ percipit magnitudinẽ periculi. Quãq; hoc accidit pp hoc, ꝙ hõ eſt bonæ ſpei ad pericula vincenda, puta, cum expert' eſt ſe ſæpe pericula euaſiſſe. Quãq; aũt hoc accidit pp ſciam & artẽ quandã, ſicut cotingit in militibus, qui pp peritiã armorũ, & exercitiũ, nõ reputãt grauia pericula belli, æſtimãtes ſe per ſuã artẽ poſſe cõtra ea defendi, ſicut Vegetius dicit* in li. de re militari. Nemo facere metuit, qđ ſe bñ didiciſſe cõfidit. Alio mõ agit aliquis actum fortitudinis ſine virtute pp impulſũ paſſionis, ſiuè triſtitiæ, quam vult repellere, uel ẽt iræ. Tertio modo pp electionẽ non quidẽ finis debiti, ſed alicuius tpalis cõmodi acquirẽdi, puta, honoris, voluptatis, vel lucri: vel alicuius incõmodi vitandi, puta, vituperij, afflictionis, uel dãni.

AD III. dicẽdũ, ꝙ ad ſimilitudinẽ corporalis fortitudinis dr̃ fortitudo aĩę, q̃ ponit virtus, vt dictũ* eſt: nec tñ eſt cõtra rõnẽ virtutis, ꝙ ex nãli cõplexione aliq's hẽat naturalẽ inclinationẽ ad uirtutẽ, ut * ſ. habitũ eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum fortitudo ſit virtus ſpecialis.

AD SECVNDVM ſic pceditr. Vr ꝙ fortitudo nõ ſit ſpãlis virtus. Dr̃.n. Sap. 8. ꝙ ſapientia ſobrietatẽ & prudẽtiam docet, iuſtitiã, & virtutẽ, & ponit ibi virt' p fortitudine. Cũ ergo nomẽ[h] uirtutis ſit cõe oĩbus, vr̃ ꝙ fortitudo ſit generalis uirt'.

¶2 Præt. Ambr.* dicit in 1. de off. Non mediocris ai eſt[i] fortitudo, q̃ ſola defendit ornamẽ- B ta uirtutũ oĩum, & iudicia cuſtodit, & p inexpugnabili plio aduerſus oĩa uitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus uoluptates, auaritiam fugat tanquã labem, quãdã, quæ uirtutẽ effeminet, & idẽ poſtea ſubdit de alijs uitijs: [l]hoc aũt non põt cõuenire alicui ſpãli uirtuti. ergo fortitudo eſt generalis uirtus.

C ¶3 Prẹt. Nomẽ fortitudinis à firmitate[h] ſumptum eſſe ur̃: ſed firmiter ſe hr̃e, ptinet ad oẽm uirtutem, ut dr̃* in 2. Eth. ergo fortitudo eſt uirtus generalis.

SED CÕTRA ẽ, ꝙ 22. Moral.† Gre. pnumerat eã alijs virtutib.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut ſ. dictũ* eſt, nomen fortitudinis dupliciter accipi põt. Vno mõ, ſm ꝙ abſolutè importat quandam animi firmitatem: & [m] ſm hoc D eſt gñalis uirtus, vel potius cõditio cuiuſlibet virtutis, [n] quia ſicut Philoſ. dicit in * 2. Ethic. ad uirtutem requiritur firmiter & immobiliter operari. Alio modo, poteſt accipi fortitudo, ſecundum quòd importat firmitatem animi in ſuſtinendis, & repellendis his, in quib. maximè difficile eſt firmitatem habere, ſ. in aliquibus periculis grauibus. Vndè Tullius * dicit in ſua Rhet. quòd fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio: & ſic [p] fortitudo ponitur ſpecialis uirtus, [q] utpotè materiã determinatam habens.

Li. 1. c. 39. in princ. tomo 1.

Lib. 2. c. 4. tom. 5.

† Lib. 22. Moral. c. 1 2. medio.

1. 2. q. 61. art. 3. & 4. Et q. 65. art. 1. *Concl. m*

Lib. 2. c. 4.

Li. 2. de Inuentione fol. 3. ante fin. libri.

Concl. p

¶In eodem art. dubiũ ex eodẽ Martino occurrit, circa illud qđ in litera dr̃, ꝙ temperantia tollit impedimẽta à delectabili puenientia. contra inquit. Perſeuerantia pertinet ad temperantiam, & tollit impedimenta prouenientia à contriſtabili, vt patet in 7. Ethic. ergo tẽperantia malè dr̃ tollere impedimenta à delectabili.
¶Ad hoc dicitur primo, ꝙ cum temperantia ſit circa delectationes, & triſtitias, vt inferius patebit: quia tñ principaliter eſt circa delectationes, iõ merito, & vere dictũ eſt, ꝙ tollit impedimenta a delectabili puenientia. Nihil ergo obſtat veritati huius literæ, ſi etiam ſecundario impedimenta à triſtabili tollat. Secũdò dr̃, ꝙ perſeuerantia non eſt uirtus, ſed imperfectum quid in genere uirtutis, vt inferius patebit: aliudque eſt de ea, & aliud de temperantia iudicium, quoniam illius prima materia eſt triſticia: iſtius uerò principalis materia eſt delectatio.
¶In eodem primo art. in reſponſione ad ſm̃, dubiũ occurrit circa hoc, ꝙ contra uerè fortes diſtinguuntur exercẽtes fortitudinis actũ, puta, pugnare propter damnũ uitandũ uituperij, afflictionis, aut dãni. & eſt rõ dubij, quia iſtæ ſunt cauſæ iuſti belli, & per hoc pugnando pro his, veræ fortitudinis actus exerceť.
¶Ad hoc dr̃, ꝙ cũ finis uirtutis nõ ſit aliquid inferius ipſa uirtute,

tute, cum nihil ſit p̄ꝑ vilius ſe tanquã finē, & oĩa bona exteriora ſunt minus bona q̄ virtutes ipſæ, q̄ ſunt interiora aĩ bona, q̄ nec dari pñt, nec auferri ab oĩbus, conſequens eſt, q̄ finis fortitudinis nõ rectè ponatur quodcũq; tp̄ale bonum, puta, honor, voluptas, aut lucrum, & p̄pea pugnantes pro gloria, aut imperio dilatãdo, q̃uis fortiſſimè ſe hēant, non ſunt tñ verè fortes, ſed fortib. ſimiles, & quia vitare mala oppoſita, puta, vituperium, triſtitiam, & dãnum, oritur ex amore bonorum, quorũ priuationes annectũtur malis: iõ eadē rõne non rectè ponitur fortitudinis finis pugnare propter tp̄ale damnum uitandum tanq̃ propter finem. ¶ Ad obiectionē autē in oppoſitum dr̄, q̄ temporalia bona dupliciter conſiderãtur. Primò abſolutè, & ſic nõ excitant bellum. Alio modo vt ſunt adminicula virtutum, & ſic reddũt iuſta bella. Litera autem loquitur quãdo in ipſis bonis tp̄alibus conſtituitur finis. Vndè dicit tertio modo propter electionem non quidem finis debiti, ſed alicuius temporalis. Vbi inſinuat quòd tēporale præſtituatur vt finis: quod conſtat eſſe licitum, quia debet reſpici ut ad finem, virtutem. ſ. ſeu verã fœlicitatem, quæ eſt ſecundum virtutem.

Lib. 1. tex. 116. co. 2.

Lib. 5. tex. 17. co. 3.

Ad primvm ergo dicendũ, q̄ ſm Philo.* in primo de cœlo, nomen uirtutis refertur ad vltimũ potentiæ. Dr̄ aũt vno mõ potentia nãlis, ſm quam aliq̄s põt reſiſtere corrumpentibus. Alio modo ſm q̄ eſt principiũ agendi, vt patet in* 5. Metaph. & iõ q̄a hæc acceptio eſt cõior, nomen virtutis ſm q̄ importat vltimum talis potentię, eſt cõe. Nã virtus cõiter ſumpta, nihil aliud eſt quàm habitus, quo q̄s põt bene operari. Secundũ aũt q̄ importat ultimum potentiæ primo modo dictæ, qui quidē eſt modus magis ſpecialis, attribuitur ſpeciali uirtuti, ſ. fortitudini, ad quã p̄tinet firmiter cõtra q̃cunq; impugnãtia ſtare.

Ad II. dicendum, q̄ Ambroſ. accipit fortitudinē largè, ſm q̄ importat animi firmitatē reſpectu quorumcũq; impugnãtiũ. Et tñ ēt ſm q̄ eſt ſpãlis uirtus hñs determinatam materiam, coadiuuat ad reſiſtēdum impugnationibus omnium uitiorũ. Qui. n. põt firmiter ſtare in his quæ ſunt difficillima ad ſuſtinēdum, conſequens eſt, quòd ſit idoneus ad reſiſtendum alijs, q̄ ſunt minus difficilia.

Ad III. dicēdum, q̄ obiectio illa procedit de fortitudine primo modo dicta.

ARTICVLVS III.

Vtrum fortitudo ſit circa timores, & audacias.

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̄ q̄ fortitudo non ſit circa timores, & audacias. Dicit enim* Greg. 7. Moral. Iuſtorum[h] fortitudo eſt carnem, vincere, proprijs uoluptatibus contraire, delectationem præſentis vitæ extinguere. ergo fortitudo magis uidetur eſſe circa delectationes quàm circa timores, & audacias.

SVPER QVÆST. CXXIII. ART. III.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit ex Martino, ubi ſupra quæſt. 4. dicente, quòd iſta reſponſio relinquit multa dubia: primum, an carnis integritas ſit pretioſior vita, quod tamen petebat argumentum, cui hic reſpondetur: ſecundum, quid eſt teſtimonium ſufficiens, & cuius: tertium apud quẽ: &
C quartum, an mulier patiens corruptionem propter Chriſtum ſit uerè martyr apud Deum.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, q falſum eſt q argumentum peteret, an per ſe integritas carnis ſit pretioſior uita. Sed argumentum, hoc ſuppoſito, arguit, q pati uiolationem integritatis, eſt martyrium, ut patet in litera: & ideo ſi dicta quæſtio non determinatur in hac reſponſione, nihil obſtat: quia author reſpõdet non curando de tali ſuppoſitione, ita q cum potuiſſet reſpondere dupliciter, ſcilicet ad ſuppoſitionem, & argumentum, dimiſſa ſuppoſitione reſpondit argumento, quod non eſſe reprehenſibile patet: & argumentum quidem dicit, q non conſtat apud homines utrum talis mulier patiatur in contemptum fidei, uel in contemptum caſtitatis. Videtur nanque quod tam Agneti, quàm Lucię, licet occaſione chriſtianitatis, tamẽ in caſtitatis contemptum principaliter fortè pœna hæc data eſſet.
D Vtraque namque caſtitatem prętulerat, ut patet in geſtis utriuſque. Ad ſuppoſitionem autem dici potuit, quòd perdere carnis integritatem contingit dupliciter, ſcilicet uolũtariè & inuitè, & quòd integritas uolũtaria pretioſior eſt uita, quoniam includit moralem bonitatem: integritas autem quæ poteſt perdi inuitè, non eſt pretioſior uita. Poſſet aliter dici, quòd integritas carnis ſecundum ſe non eſt pretioſior uita: ſed integritas carnis vt cuſtos uirtutis, eſt pretioſior uita. Commiſtio namque carnalis uiri eſt multum potentiſſima ad luxuriam, ſaltem uenialem, inducendam, quam integritas carnis obſtruit. Et quia hoc officium habet carnis integritas ex natura ſua, & ut in pluribus peccatum aliquod, ſaltem ueniale, interuenit in hoc, q eſt pati commiſtionem uiri: ideò ſi mulier damnata ad alterũ duorum, ſcilicet ad patientiam commiſtionis: uel ad patientiã mortis, dicat ſe paratam potius ad patiendum mortem, rectè eliget: quoniam eligendum eſt potius pati mortem ſi inferatur, quæ ad nullum malum morale ducit, quàm pati commi-
E ſtionem, quæ potentiſſima eſt ad inducendum ad peccatum, immo quæ ut in pluribus inducit peccatum in patiente. Et cõfirmatur, quia tentatio carnalis intrinſeca, qua ſcilicet caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, nunquam eſt eligibilis, quoniam nonnullum peccatum eſt, ut Auguſtin. dicit. Eligendo autem patientiam commiſtionis, eligitur, ſecundario tamen, tentatio carnalis intrinſeca: quoniam naturaliter nata eſt in tali commiſtione inueniri. Et propterea mulieres laudabiliter contemnunt uitam pro ſeruanda integritate carnis, ut caſtitatis cuſtode. Et quia, ut dictum eſt, hoc habet integritas carnis non in hac, uel in illa, ſed communiter, ideò ſuppoſitionem illam quaſi ueram author pertranſit inſinuatione præmiſſa in argumento, quòd de integritate carnis in ordine ad caſtitatem eſt ſermo, cum dixit, Et ita uidetur q corporalis integritas caſtitatis pferatur vitæ corporali. Ly enim caſtitatis, innuit q de corporali integritate, vt caſtitatis ſignaculo loquitur. Ad reliqua dubia dicitur, quòd etiam iſta reſponſio relinquit ſub dubio

paliter conſiſtit circa pericula mortis, circa alia aũt cõſequenter. Et ideo nec martyriũ propriè dr̄ pro ſola tolerantia carceris, vel exilij, vel rapinæ diuitiarum, niſi forte ſecundum ꝙ ex his ſequitur mors.

G Ad IIII dicendũ, ꝙ meritũ martyrii non eſt poſt mortem, ſed in ipſa voluntaria ſuſtinentia mortis, prout ſ. aliquis voluntarie patitur inflictionem mortis. Contingit tamen qñq; quòd aliquis poſt mortalia vulnera pro Chriſto ſuſcepta, vel quaſcunq; alias tribulationes continuatas vſq; ad mortem, quas à perſecutoribus patitur pro fide Chriſti, diu viuat: in quo ſtatu actus martyrii meritorius eſt, & etiam ipſo eodem tempore, quo huiuſmodi afflictiones patitur.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſola fides ſit cauſa martyrij.

Porrecta § totum.

631 4.di.49.q.5.ar.3.qo.2. cor. & ad 9.10.& Et Rom.8 lect.7.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr ꝙ ſola fides ſit cauſa martyrii. Dr̄.n.1.Petri 4. Nemo autem ueſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur aut aliquid huiuſmodi. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto no-

bio, an Deus, ſit trinus & vnus, & an ſol ſit maior tota terra, & ſimilia talia, non põt tñ ppea reprehendi: quia dubia iſta ſunt impertinentia ad reſponſionem. Oĩa tñ illa tria in hoc art. ſoluuntur. Nam ſiũ in corpore art. vbi dr, ꝙ oportet ꝙ ſit teſtimonium ſummum, hoc eſt, in opere mortis, & ꝙ ſit fidei chriſtianæ teſtimonium. Tertium in hac reſponſione, vbi dr̄, Apud hoĩes. Quartum in eadem reſponſione, vbi dr̄, Non ꝙ propriè habet rationem martyrij. Si.n. non propriè habet rationem martyrij nec apud Deũ, nec apud homines, eſt propriè martyrium.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte, ꝙ Martinus dicit in eadem 4. quæſt. ꝙ carcer, ad quẽ ſequitur mors præuiſa, & contempta, eſt martyrium: & ſubdit, Huic concluſioni vr̄ contradicere Thomas in reſponſione ad tertium 4. art. de martyrio. Mirum eſt de iſta interpretatione huius reſponſionis. Nã cum dixit author, Niſi fortè ſiũ quod ex his ſequitur mors: ex dictis in corpore artic. & ex ſubiunctis in reſponſione ad quar- H tum intelligi voluit: ex his namque conſtat, quòd ad martyrium exigitur ſubire voluntariè mortem. Et ppea qui patitur carcerem voluntariè, & non mortem inde ſequentem, non eſt martyr, & ſi carcer eſt de ſua natura mortalis, a principio voluntariè carcerem talem volens, martyrij actum incipit.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem 4. art. dubium occurrit ex Martino in eadem q. 4. Si huiuſmodi tolerantia afflictionũ eſt apud te actus martyrii meritorius, aut eſt pro inſtanti terminante continuationem earum ad mortem, & hoc non, quia tale inſtans eſt inſtans mortis: aut eſt in inſtanti, aut tpe præcedente: & hoc non, tum primò, quia tunc nõ eſt tolerantia mortis: tum ſecundò, quia poſſibile eſt per diuinam potentiam ne mors ſequatur: ergo actus qui fuit martyrium, poterit nunquã fuiſſe martyrium: tũ tertiò, quia ſi de facto impediretur, ſicut in multis martyribus impedita eſt mortis ſequela, oritur qõ, An talis eſſet martyr, aut non. ſi non, ergo ad martyrium non I ſufficit tolerare afflictiones naturaliter continuandas. ſi ſic, ergo ſine actuali tolerantia mortis poteſt eſſe martyrium.

¶ Ad hoc bñ fouendo ſupradicta dr̄, in hmõi tribulationibus continuatis vſque ad mortem, ipſum voluntariè pp Deum ſuſtinere vſque ad mortẽ, eſt actus martyrij meritorius, & menſuratur hic actus tpe immediatè præcedente inſtans mortis, vt menſura ſucceſſiua, & inſtanti mortis, quatenus tunc martyr moritur, vt termino ſucceſſiuæ menſuræ: & hoc ſub alijs verbis dr̄, ꝙ ſicut menſuratum eſt ſuſtinere continuatum ad mortẽ, ita menſura eſt tp̃s terminatum ad inſtans mortis. Ita ꝙ ſuſtinere, vt continuatur morti, eſt martyrium: & tp̃s, vt terminatum ad inſtans mortis, eſt menſura martyrii, & in hoc fige pedem. Vñ patet rñſio ad primum, quia ſ. diuiſio eſt inſufficiens: quia datur hoc aliud membrum, quod dictum eſt. Et ſi contra hoc afferantur tres obiectiones allatæ contra tp̃s mortem præcedẽs, rñdetur, & ad primam negatur aſſumptum: quia in tpe immediatè præcedente inſtans eſt tolerantia mortis, vt in via indefectibili oĩno à morte: & in ipſo inſtanti eſt toleratio mortis vt in termino, in quo non inconuenit mereri vt in termino.

¶ Ad ſecundum dr̄, ꝙ non eſt compoſſibile per quamcumque poteſtatem tribulationes eſſe continuas vſq; ad mortem, & tribulationes eſſe ſine mortis termino, quoniam implicat contradictoria, vt patet.

¶ Ad tertium dr̄ primò, ꝙ author non dicit, ꝙ ſuſtinere tribulationes cõtinuandas naturaliter ad mortem eſt martyriũ: ſed dicit, ꝙ ſuſtinere tribulationes cõtinuandas ad mortẽ, eſt martyrium, & ppea argũ quod de continuandis & non continuatis loquitur, non eſt contra literã, contra quam iſte arguit. Dr̄ nihilominus ſecundo ad propoſitum caſum, ꝙ dupliciter contingit impediri mortales paſſiones à morte. Vno modo, per viam impedimenti ſimpliciter, vt accidit beato Ioanni euangeliſtæ, cum ante portam Latinam miſſus eſt in feruentis olei dolium: quoniam fuit impedita mors totaliter, ne ſcilicet tunc, vel vllo vnquàm tempore ex illo oleo feruente moreretur. Et cum ſic impedimentum præſtatur dicendum eſt, ꝙ talis non eſt propriè martyr, ut de ipſo beato Ioan. patet. Alio modo, per viam ſuſpenſionis ad tempus, vt accidit beatæ Cæciliæ dicenti, Impetraui a Domino inducias martyrii mei: & videtur hoc accidiſſe frequenter ſctis martyribus ex eo ꝙ in talibus tormẽtis tamdiu vitam habuerũt integræ virtutis vitalis, vt loquela, & actus eorum manifeſtare videntur. Et tale impedimentum, quia ad tempus eſt, nõ impedit rationem martyrii, quoniam omnino tandem paſſio quam ſuſtinet, continuatur ad mortem ita quòd ex illa ſequitur mors, impedimento, quod ſuſpendebat, ſublato ab ipſomet qui illud appoſuerat, Deo ſcilicet glorioſo, in cuius ſignũ quandoq; oraſſe legitur martyres, vt iam ſpiritum Deo redderent. Et propterea nullum ex hac doctrina ſequitur incõueniens, ſed ſemper ſtat ſolidum illud fundamentum, ꝙ ad martyrium requiritur actualis paſſio mortis.

SVPER QVÆST. CXXIIII. ARTIC. V.

IN artic. 5. eiuſdem quæſtio. 124. dubium ſtatim in titulo occurrit, de quo genere cauſæ eſt quæſtio hic, cum de cauſa martyrii quæritur, vtrum ſit ſola fides. Conſtat enim ꝙ non de effectiua: quia iſta eſt charitas &c. nec de formali, vt patet: nec de materiali, quia materia martyrij, cum ſit actus fortitudinis, ſunt ad intra paſſiones, ad extra verò pericula mortis: nec de finali, quia inquantum eſt actus fortitudinis, habet pro fine bonum proprii habitus: inquantum verò eſt actus fidei, & charitatis habet pro fine Deum, qui eſt finis omnium theologalium virtutum.

¶ Ad hoc dr, ꝙ martyrium dicit duo, ſcilicet teſtimonium, & tale teſtimonium, ſcilicet per mortem: & ꝙ inquantum eſt teſtimoniũ, quæſtio eſt de cauſa finali proxima. quĩ teſtimoniũ vt ſic, ordinatur ad manifeſtationem veritatis vt proximum finem. Et ppea quæritur, vtrum ſola fides ſit, ad quam manifeſtandam ordinetur teſtimonium martyrii. Inquantum autem teſtificatio, hæc fit per mortẽ. Eſt ẽt qõ de cauſa finali martyriũ ex parte materiæ: quĩ finis bonũ ſicans mortem eſt bonum veritatis, cui teſtificatur martyr per mortem. Ideo namq; mors illa eſt bona, quia eſt pp bonũ cuius teſtat. Nec huic obſtat ꝙ Deus ſit finis proximus virtutum theologalium: quia martyrium non eſt actus elicitus, ſed imperatus à theologalibus virtutibus. Et ideo non eſt mirum ſi habet Deum pro fine principali, bonum autem veritatis fidei pro fine proximo.

¶ In eodem 5. art. circa illud. Omnium virtutum opera relata in Deum, poſſunt eſſe martyrii cauſa. Dubium ex Martino occurrit in dicto tract. queſt. 5. ponente in ſeptima concluſione, ꝙ non pro quolibet virtutis opere poteſt quis ſubire martyrium. K Et probat hoc tripliciter. Primo, quia quædam ſunt opera virtutis tam paruæ neceſſitatis & vtilitatis, ꝙ non licet ſecundum dictamen rectæ rationis pro eis ſe exponere morti, ſed recta rõ dictat, ꝙ ſũt intermittenda. Probatur hoc authoritate Ariſt. 3. Ethic. cap. de violento, dicentis, quòd turpiſſima ſufferre pro nullo, vel modico bono, praui eſt. Secundo, quia pro operibus eutrapeliæ, vel affabilitatis, ſimiliter pro paruis operibus miſericordiæ, & liberalitatis, nemo ſapiens debet ſe exponere morti. Tertio, quæ iuſtè & rationabiliter prohiberi poſſunt à ſuperiori ne cauſent ægritudinem, non ſolum põt, ſed debent intermitti propter timorem mortis: ſed aliqua virtutis opera ſunt huiuſmodi, ergo. Maior patet, & minor probatur per Gregor. in regiſtro. indictione quarta. epiſtola 15. vbi Epiſcopo Rauennati vomitum ſanguinis patienti, præcipit ne ieiunet, ne prædicet &c. quia ſic dicunt propter infirmitatem medici.

¶ In eodẽ quoq; articulo dubium aliud, ſi tamen aliud eſt occurrit ex eodem ibidem inficiante hanc literæ rationẽ, ſeu illationem

mine: ſed ex hoc dicit͠ aliquis Chriſtianus, qui [h] tenet fidem Chriſti. ergo ſola fides Chr͠i dat patientib. martyrii gloriã.

¶2 Præt. Martyr dicitur quaſi teſtis, teſtimonium ãt non redditur niſi ueritati. Non autem aliquis dr͠ marty. ex [h] teſtimonio B cuiuslibet ueritatis, ſed ſolum ex teſtimonio ueritatis diuinæ Alioquin ſi qs moreret͠, p confeſſione ueritatis geometricæ, uel alterius ſpeculatiuæ ſcientiæ, eſſet marty. q ur͠ ridiculũ. ergo ſola fides eſt martyrii cã.

¶3 Prꝗt. Inter alia uirtutũ opera illa ur͠ eſſe [h] potiora, quæ ordinant͠ ab bonũ cõe: qa bonum gentis melius eſt, q̃ bonũ unius hoĩs, ſm̃* Phyl. in 1. Eth. C Si ergo aliquod aliud bonum eſſet cã martyrii, maxime uideretur, q illi eſſent martyres, q pro defenſione reipublicæ moriuntur, quod Eccleſiæ obſeruatio non habet: nõ. n. militũ qui in bello iuſto moriuntur, martyria celebrantur. ergo ſola fides ur͠ eſſe martyrij cauſa.

SED CONTRA eſt, q dr͠ Matth. 5. Beati qui perſecutionem patiunt͠ ꝓpter iuſtitiam, quod pertinet ad martyrium, ut* gl. ibid. dicit: ad iuſtitiam autem pertinet non ſolùm fides, ſed etiã aliæ uirtutes. ergo & aliæ uirtutes põt eſſe martyrij cã.

RESP. Dicendum, quòd ſicut* dictum eſt, martyres dñr quaſi teſtes, quia. ſ. corporalib. ſuis paſſionib. vſq; ad mortem teſtimonium perhibent ueritati non cuicunque, sed ueritati quæ ſecundum pietatem eſt, q̃ per Chr͠m nobis innotuit. unde & martyres Chriſti dicunt͠ quaſi teſtes ipſi'. Hmõi autem eſt ueritas fidei, & ideo cuiuslibet martyrij cauſa eſt fidei ueritas. Sed ad fidei ueritatẽ non ſolũ ꝑtinet ipſa credulitas cordis, ſed ẽt exterior ꝓteſtatio,

Et gl. Hie. in húc locum habet. to. 9.

Ar. præce.

Veritas ſecundũ pietaté, quæ.

latiouem. Pro proteſtatione fidei licitum eſt ſubire martyriũ, A ſed in omni opere bono quod fit, & in omni opere malo, quod vitatur propter Chriſtum, fit proteſtatio fidei. ergo pro quolibet bono opere faciendo, & quolibet malo vitando pp Chriſtum, licitum eſt ſubire martyrium. Ad hanc, inquit, Thomæ rationem concedo antecedens, & nego conſequentiam: quia eſt, aliquod bonum opus ſecluſa circunſtantia mortis qđ, poſita mortis circunſtantia, deſinit eſſe bonũ, vt opus eutrapeliæ, & opus ieiunij. Eſt etiam aliquod opus malum, ſecluſa circũſtãtia mortis, quod, eadem poſita, non eſt opus malũ, vt verbum otioſum, mendacium iocoſum occultatio veritatis, vt Abrahã tacuit Saram eſſe coniugem.

¶ In eodem quoque articulo parum diſtãs dubium ex eodẽ Martino ibidem occurrit circa reſponſionẽ ad ſecundum, pro quanto ibi dicitur, quòd vitiatio mendacii cõtra quamcunque veritatem ſit, inquantum mendacium eſt diuinæ legi cõtrarium, poteſt eſſe martyrij cã.

Lib. 1. c. 2. in fi. to. 5.

Inquit enim quod nõ conſtat adhuc omne mendacium eſſe peccatum veniale, vel mortale, nec adhuc etiam conſtat peccatum veniale eſſe diuinæ legi contrarium. Vel, licèt omne mendacium, ſecluſa circunſtantia alicuius exceſsiuè triſtis, & doloroſi, ſit peccatũ mortale, vel veniale, multa tamen ſunt quæ nec mortalia, nec venialia ſunt, poſita circunſtantia alicuius exceſſiuè triſtis, & doloroſi, ſicut grauium D cruciatuum, aut incommodorum, aut mortis.

¶ Ad horum euidentiam declarandum eſt vnde hic difficultas apparet, & quam nulla ſit difficultas, ſi opus virtutis in actu, & excellentia illius perſpecta fuerit. Sciendum eſt igitur, q aliquod opus poteſt dici opus virtutis dupliciter. Primò, ex ſuo gñe tantum, ſecundò, ex genere, & omnibus circunſtantijs, quãdo, vbi, ſicut &c. Exemplum primi, reſtituere depoſitum ei qui depoſuit, ſubuenire indigentiam patienti, mala pœnæ voluntariè ſuſtinere ad euitandum malum culpæ. Exemplũ ſecundi. Reddere quod ſuum eſt vnicuique, quando, vbi, ſicut &c. oportet, opera miſericordiæ exercere, quando, vbi, ſicut oportet, ieiunare quando, propter quid, ſicut oportet, & ſic de alijs. Eſt ãt inter hæc tanta differentia, quod opera bona ex ſuo genere tãtum, nõ ſunt uniuerſaliter opera virtutis, niſi ſint etiam bona ex circunſtantiis, qm̃ bonum conſurgit ex cauſa integra. Immò ſi abſque debitis circunſtantijs fiant, mala moraliter ſunt, quoniam ſaltem ſunt contra prudentiam, quæ forma eſt virtutum moralium, quæ circunſtantias omnes exigit ad opera vir- E tutis, & ex hoc ipſo quòd homo ſe applicat ad quodcumque opus virtutis ex ſuo genere, quando, vel vbi &c. non decet, peccat. Et ex hoc te habere volo, quòd cum in litera dicitur, quòd omne opus virtutis põt eſſe cauſa martyrii, intelligitur de opere virtutis non partialiter, quale eſt opus virtutis ex ſolo genere, ſed totaliter, ita quòd hic, nũc, coram iſtis &c. eſt opus uirtutis. Quòd enim non eſt nunc, hic coram iſtis &c. opus uirtutis, non eſt tunc agendum, & conſequenter non eſt pro eo agendo moriendum. Hoc eſt primum in quo deficiunt argumenta allata ex Martino, quoniam accipiunt per opera uirtutis, opera ſolùm ex ſuo genere bona, cum tamen conſtet, quòd niſi ſint ex circunſtantiis quoque bona, non ſunt virtutis opera niſi partialiter. Aliud autem eſt, quoniam non æqua lance bonum honeſtum, & malum culpæ, bono commodi, & malo pœnæ comparantur. Noſſe namque oportet, quod bonum moris, quod integrè, ut dictum eſt, bonum moris eſt, præſtat omni bono exteriore, puta, diuitiis, honoribus, regnis &c. & A corporalibus, puta, pulchritudine, ſanitate, & breuiter ipſa uita, quod patet apud Philoſophos: quia bona animi, quæ nõ poſſunt auferri ab inuitis, ſunt cæteris excellentiora: & apud chriſtianos, quia talia ſola ſunt quæ ad Deum, hominem appropinquant. Et ex hoc volo te ſcire, q ſiue magnum, ſiue paruũ fuerit op' virtutis, dummodo ſit integrè op' virtutis, pro eo faciẽdo poteſt homo ſubire mortem: qm̃ præelegit maius bonum, præferendo bonum moris vitæ corporeæ, & ſi, pro quia, hoc eſt faciendum pro bono moris, quantò magis faciendum eſt hoc ꝑ bono moris relato in Deum? illud ſiquidẽ bonum eſt hominis ſecundùm animum, hoc autem bonum eſt hominis ſecundũ aium, & ultra hoc eſt bonum diuinum ex hoc ipſo q ſit propter Deum. Et ſic conſtituitur cauſa martyrij, vt in litera dr͠, inquantum, ſ. bonum moris, non martyriũ ſed ſimplici fortitudinis actui cauſam daret. Et propterea in litera dr͠, omne opus virtutis, ſecundum q refert͠ in Deum, eſſe cauſa martyrij. Tertium uerò ex his deducendum eſt, q cum duæ ſint partes iuſtitiæ, ſcilicet declinare a malo, & facere bonum. & vitare malum culpæ nulla egeat circunſtantia ad hoc, q ſit bonum moraliter niſi circunſtantia finis, ſcilicet virtutis amore, iuxta illud, Oderunt peccare mali formidine pœnæ &c. quoniam præcepta negatiua diuini, uel naturalis iuris obligant ſemper, & ad ſemper, ideò uitatio mali culpæ ex circunſtantia imminentis mortis nunquàm deſinit eſſe bona, ac per hoc facere contra, vel præter præcepta negatiua diuini, uel naturalis iuris, nunquàm ſit bonum, aut non malum moraliter ex timore mortis: quamuis, ut in tertio Ethic. Ariſt. dicit, quandoque ſit uenia dignum. Et ex hoc habes, q nunquàm dicere uerbum otioſum, aut mendacium ex quacunq; circunſtãtia ſit licitum, quia negatiua ſunt præcepta de nõ mentiendo, de non dicendo uerbum ocioſum: facere aũt bonum, qđ per præcepta affirmatiua præcipit͠, multis eget circunſtantiis, quæ qm̃ circa ſingularia ſunt, multipliciter uariantur, & quo ad hoc uerum & indubitatum eſt, q circunſtantia imminentis mortis põt facere de opere, qđ aliàs eſſet bonum, tunc non bonum, immò malum: uerbi gratia. Si perſona ualde utilis Eccleſiæ, exoſa eſſet tyranno, adeò ut credatur q ſi coram illo compareret, occideretur ab illo. & adueniente die ſolẽni quo miſſarum ſolennijs tyrannus, intereſſe debet, perſona illa deberet ex officio cantare miſſarum ſolemnia, imprudenter faceret perſona illa ſi celebraret coram tyrãno pp imminens periculum mortis, quia poteſt per alium ſine illo ſcandalo miſſa celebrari, & Eccleſiæ ſanctæ ſua perſona conſeruari: & ſic uti officio ſuo, quod alias eſſet ſanctum, tunc ex huiuſmodi circunſtantia efficeretur imprudens, ac per hoc malum moraliter. Et in promptu huiuſmodi, & ſimilium ratio eſt, quia ſcilicet præcepta affirmatiua non obligant ad ſemper, ſed pro loco, tempore, circunſtantiiſque alijs. His igitur prælibatis, ad dubia & argumenta reſpondendum eſt. Et ad primum dicitur, q ſiuè ſit parua, ſiuè magna neceſſitas, aut utilitas, nihil refert quoad hoc, quòd eſt licitè ſubire martyrium propter opus uirtutis, ſi tamen eſt tunc uirtutis opus integraliter, ut patet ex dictis. Eſt tamen ex hoc differentia quoad teneri ex præcepto, uel ex conſilio: & rurſus ad teneri ex obligatione contra, uel præter præceptum ad martyrium. Quando namque opus imminet, cuius oppoſitum eſſet mortale peccatum, tenetur ſub præcepto ad martyrium: qñ uerò oppoſitum eſſet peccatum ueniale, tenetur quidem ad martyrium ſic, q præ-

ter

q̄ quidē fit non ſolum per uerba, q̄bus aliquis cōfitetur fidē, ſed ēt ꝑ facta, q̄bus aliq̄s fidem ſe habere oſtendit, ſm̄ illud. Iaco. 2. Ego oſtendā tibi ex operibus fidem meā. Vñ & de quibuſdā dr̄ ad Titū. 1. Confitenť uerbis ſe noſſe Deū, factis aūt negāt. Et ideò ᵐ oīum uirtutū opera ſm̄ ꝙ referūtur in Deū, ſunt quędam proteſtationes fidei, per quā nobis innoteſcit, ꝙ Deus huiuſmodi opera à nobis requirit, & nos pro eis remunerat, & ſm̄ hoc poſsūt eſſe martyrii cā *. Vñ & beati ᵈ Io. Baptiſtę martyriū in Eccleſia celebratur, qui non pro neganda fide, ſed pro reprehenſione adulterij mortem ſuſtinuit.

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ Chriſtianus dr̄, qui Chriſti eſt. Dr̄ aūt aliquis eſſe Chriſti non ſolū ex eo ꝙ habet fidem Chriſti, ſed ēt ex eo ꝙ Spiritu Chriſti ad opera uirtuoſa procedit, ſm̄ illud ad Rom. 8. Si quis Spiritum Chriſti nō habet, hic nō eſt eius. Et ēt ex hoc ꝙ ad imitationem Chriſti, peccatis moritur, ſm̄ illud ad Galat. 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuā crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Et ideò ut Chriſtianus patitur non ſolùm qui patitur pro fidei confeſſione, q̄ fit per uerba: ſed ēt quicunque patiť pro quocunque bono faciendo vel pro quocunque peccato vitando propter Chriſtum quia hoc totum pertinet ad fidei proteſtationem.

G Ad II dicendum, quod ueritas aliarum ſcientiarum non pertinet ad cultū diuinitatis: & ideo nō dr̄ eſſe veritas ſecūdum pietatem, unde nec eius confeſsio pōt eſse directe martyrii cauſa. Sed q̄a oē mēdaciū peccatum eſt, ut ſupra* habitū eſt, uitatio mendacii contra quamcūq; veritatē ſit, inquantum mendaciū eſt diuinæ legi contrariū, pōt eſse martyrii cā.

H Ad III dcđm, quod bonum Reipublicæ eſt præcipuum inter bona humana, ſed bonum diuinū, quod eſt ꝓpria cā martyrii, eſt potius, q̄ humanum: tamē quia bonum humanum poteſt effici diuinum, ut ſi referatur in Deum, ideo poteſt eſſe quodcunque bonum humanum martyrii cauſa ſecundum quod in Deum refertur.

QVAESTIO CXXV.

De timore, in quatuor artic diuiſa

I Deinde conſiderandum eſt de vitiis oppoſitis fortitudini. Et primo, De timore. Secundo De intimiditate. Tertio, De audacia.

---

ter non contra præceptum facit, ſi peccat venialiter, vt non moriatur: quando autem tale opus eſt, quod eſt integrè bonum, ſi tunc fiat, & nihilominus ſi prætermitteretur, nullum peccatum eſſet, tunc martyrium eſt de conſilio. Ad authoritatem Ariſtot. dr̄, ꝙ Ariſt. dicit pro nullo, aut modico bono: & non dicit, ꝓ bono morali, ſeu virtutis: & iterum dicit, ꝙ preferre modicum bonū vtile magnę ignominiæ, praui animi ē, vt faciunt qui patiuntur turpiſſimas ſibi inferri iniurias, puta, adulterij pro pecunia, & ſimiles. Nos autem loquimur đ bono virtutis moralis, de quo dicit ibidem Ariſtot. (Concl. 10) diſtinguendo, ꝙ quędam facere, quæ non oportuit ꝓpter timorem mortis, quandoque dignum videtur venia: quędam autem talia sūt, ꝙ potius eſt moriendum: ex quib. patet ꝙ Ariſto. numq̄ (D. 846) excuſat facere, q̄ non oportet, ſed digna venia ponit quādoque. Certum eſt. n. ꝙ venia non egent niſi culpæ: & hoc etiam nos dicimus, ꝙ quandoq; ꝑꝑ timorem mortis peccare, non niſi veniale (Ver° Chriſtianus, q.) eſt: vt ſi quis mendacium officioſum diceret ne moreretur: cū quo tñ ſtat, quòd licitè poſſet eligere ſubire mortem pro euitādo illud veniale, & tāto plus, quanto vitatio illius venialis relata in Deum quid diuinum fit, quod Ariſto. latuit.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd pro operibus eutrapeliæ, affabilitatis, liberalitatis, & miſericordiæ paruiſſimis, ſi tunc ſunt opera virtutis integraliter relatis in Deum, vir ſapiens licitè ſubit martyrium.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Grego. loquitur de præceptis operibus, vel prohibitis affirmatiuis, vel à iure poſitiuo, quæ exigunt debitas circunſtantias ad hoc, ꝙ ſint virtutis opera integra, ut ſunt ieiunium, vel prædicationis officio, & huiuſmodi. hæc enim niſi prudentibus circunſtantiis veſtiantur, non ſunt virtutum opera. Scriptum eſt enim, Rationabile obſequium veſtrū, ad Rom. 12. Et propterea gratis concedimus, ꝙ talia quandoq; ſunt licita, & quandoque non. Et propterea non ſemper ſunt cauſa martirij, quia non ſemper ſunt virtutum opera.

¶ Ad ſecundum dubij argumentum dicitur, quòd mirum eſſet de iſta negatione conſequentiæ, niſi iam conſtaret ex his, quod iſte æquiuocat de opere virtutis: qm̄ author loquitur de virtutis opere integrè, quod implicat ex aliqua circunſtantia deſinere eſſe bonum: iſte verò accipit opus virtutis ex ſuo tm̄ gñe. Et propterea ratio literæ ſtat ſolida. Quod autem ille dicit eſſe malū aliquod ſecluſa mortis circunſtantia, ꝙ illa appoſita non eſt malum, dupliciter poteſt intelligi. Primò, de actu per ſe malo, vt eſt mendacium, furtum &c. Et de hoc eſt falſum, quia qđ eſt ſecundum ſe malum moraliter, nulla poteſt circunſtantia fieri non malum: qm̄ ad malum quilibet ſingularis defectus ſufficit, vt Dion. dicit 4. c. de di. nom. Secundo, pt intelligi de actu qui eſſet malus ſine tali circunſtantia, puta, dicere aliqđ verbū ſine neceſſitatis, aut vtilitatis cā, eſt ocioſum & malum. Et ſi ex aliqua circunſtantia fieret neceſſarium, aut vtile non eſſet otioſum: & de tali malo verum dicitur. Sed nihil obſtat doctri- F næ authoris: quoniam nos dicimus, quòd pro euitando verbo ocioſo ſalua hac ratione quòd tunc ſit ocioſum, licitè patitur quis martyrium referendo vitationem illius peccati ad Deum vt prædictum eſt. Argumentum autem concludit, quòd pro vitando verbo, qđ alias fuiſſet ocioſum, tunc tñ non eſt ocioſum nō eſt moriendū. Qđ gratis concedimus, q̄a tunc nō imminet vitatio verbi ocioſi.

¶ Ad tertii dubii nouellam ſapientiam dicitur, quòd conſtat mendacium omne eſſe peccatum ex Aug. in lib. contra mendacium, ex Greg. cū tractat de mendacio obſtetricum, vt patet ſuperius in q. de mendacio: & ex Ariſt. in in 4. Ethi. Mendaciū eſt ſm̄ ſe prauum, ergo ſemper eſt prauū, quia nunquam perdit ſeipſum ex quacunque appoſita circunſtantia. (q. 110, ar. 3) Et ex ratione, quia mendacium eſt actus cadens ſuper indebitā materiā, vt habes ſuperius in q. dicta. Cōſtat etiam quòd peccatum veniale eſt contra legem Dei, hoc eſt prohibitum à lege Dei, quamuis non ſit contra legem, vt ly contra, diſtinguitur à præter legem, quia prohibitorum per legem Dei aliquod tollit charitatem, & hoc eſt contra legem Dei: & aliquod non tollit charitatem, ſed feruorem eius, & hoc eſt ꝑter legem Dei. Verumque tamen ita cōſtat eſſe contra legem Dei vt pro eo moriendum ſit, vt patet extra, de his q̄ vi, metuſue cauſa fiūt. c. Sacris. Et ex ratione prius allata, quia bonum moris relatum in Deum quantumcunque minimum, præſtantius eſt, quàm bonum vitæ corporalis. Vnde eiicienda eſt procul ab eccleſiaſtica etiam diſputatione præſumptio iſta, volens mendacia excuſare totaliter à peccato. Scriptum eſt enim, quòd proles eſt diaboli, procul à Chriſtianis abiicienda finibus.

VP. QVAEST. CXXV.

K IN tota q. 125. dubium vnum tantum occurrit, An timor mortis excuſet à prohibitis, uel præceptis legis poſitiuæ, ſeu hominis. Et eſt ratio dubii, quia in litera articuli tertii dicitur, quòd ſi quis contra prohibita, uel præcepta diuinę legis facit propter timorem, eſt peccatum mortale, alioquin eſſet peccatum ueniale. Cum enim conſtet, quòd agens contra legem poſitiuam, aut præceptum hominis, non agit contra legem diuinam, quia lex humana diſtinguitur à diuina, & pręceptum hominis utraque lege, conſequens eſt, quòd non niſi venialiter peccet huiuſmodi tranſgreſſor propter timorem, ſi ſententia literæ uera eſt.

¶ Præterea. Secundum iura citatus ſub cenſuris, perſonaliter nō tenetur comparere, ſi tutus acceſſus non patet. ergo timor mortis, & tormentorum ſaltem excuſat à præcepto hominis. Conſequentia nota eſt, & antecedens patet.

¶ Ad hanc quæſtionem in præcedenti li. reſponſum eſt, & nunc occaſione huius literę, q. eidem moræ dicitur, quòd ſine dubio timor mortis eximit hominem à præceptis & prohibitis per legem poſitiuam. Et hoc clarè patet ex cap. Sacris, extra de

his

his q̃ ui metuſve cã fiũt. Vbi participatio in diuinis cũ ex cõlea tis pro nullo metu excuſari dr̃, quia ut ibi dr̃, eſt pctm̃ mortale. Et tñ conſtat, q̃ talis prohibitio de iure poſitiuo eſt, quia de licentia Papæ eſt licita. Obligat ergo ius poſitiuum quandoque ad peccatũ mortale, & conſequenter nullo motus metu declinãdũ eſt ab obſeruatione poſitiui iuris.

¶ Præt. Ius ciuile põt obligare ſub pœna capitis. ergo ius canonicũ põt obligare ſub pœna peccati mortalis. Et Patet ſequela, qa ſicut ad ciuile ius ſe habet mors corporis ita ad eccleſiaſticũ ius mors aiæ. De p̃ceptis aũt, uel prohibitis ab hoíe idem eſt iudiciũ qđ de præceptis, & prohibitis à poſitiuo iure, qđ ab hois authoritate robur habere dignoſcitur, qm̃ princeps eſt cuſtos iuſti, ut dr̃ in 5. Eth. & ueluti lex animata. Vñ in hm̃oi diſtinguendũ ut, qa quędam imponũtur ab homine directè, ut dum aliquis citať, aut mittitur, aut iubetur facere, uel omittere hoc, aut illud: quædam uerò indirectè ex ſententia hois conſequuntur. v. g. Epiſcopus excommunicauit tales, uel poſuit interdictum &c. Ex hoc enim ſequiť, q̃ quilibet tenetur illos excommunicatos uitare non ex præcepto epiſcopi, ſed ex iuris diſpoſitione. Et in iſtis, qa præceptũ iuris eſt obligans eiuſdẽ eſt iudicium idẽ eſſe. In illis uerò ubi ſolum hominis præceptum eſt, idem quoque eſſe iudicium patet uidentibus q̃ lex, & principes eandem habent poteſtatem, & uterque in foro ciuili põt p̃cipere ſub pœna capitis, & facere præcepta ſimpliciter: & propterea cum huiuſmodi pręcepta ab hoíe fiunt, interpretanda ſunt ſicut ſi à lege fuiſſent facta. Et ſi extant circunſtantiæ, tunc cum quibus lex obligaret, pręceptum, quoque hominis obligat: ita q̃ ſicut timor mortis non excuſaret à trãſgreſsione legis, ſi eſſet ſuper hoc lata, ita nõ excuſat à tranſgreſſione præcepti lati ab homine, Si uerò circunſtantionatus aliter inuenitur, tunc actus, ut lex, ſi eſſet lata, non obligaret, nec A pręceptum hominis tunc ligat.

Porrecta ſ̃ eorum.

632

1. 2. q. 13. art. 4. & q. 42.

†lib. 2. c. 5. tom. 5.

*lib. 2. Ortho. fidei. c. 4. & 30.

†lib. 3. c. 7. in medio. tom. 5.

q. 109. art. 2. & q. 114. art. 1.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecundam obiectionem in oppoſitum, quia citatus perſonaliter carens tuto acceſſu, ideo nõ tenetur, quia nec ẽt ſi lex hoc pręcepiſſet, teneretur. Qm̃ aũt ad acceſſus non eſt tutus ex parte iudicis, puta, quia ſęuus tyrannus, & tunc cõſtat, q̃ non declinat iudicẽ. ſed ſęuitatem tyranni, qđ lex cõcedit. Aut nõ eſt tutus p̃p alios, & tũc excuſať à lege, quia nõ poſſet cõparere. Quia. n. nõ põt tutè cõparere, perinde eſt ac ſi non poſſet comparere.

¶ Ad primã aũt obiectionẽ dr̃, q̃ litera nõ accipit legẽ diuinam hoc in loco, ut diſtinguitur ab aliis legib⁹, qđ ex duobus patet. Primò, ex eo q̃ ſequereť, q̃ ex timore mortis facere contra ius naturale, eſſet ſolũ pctm̃ ueniale, qđ ridiculũ eſt imponere tãto doctori. Et patet ſequela, qa ius naturale diſtinguiť cõtra diuinũ p̃priè ſumptũ, ut patet in p̃cedenti lib. ſcđo, ex eo q̃ ſequereť, q̃ ex timore cuiuſcũq; tp̃alis mali tráſgredi ius poſitiuũ ſolũ eſſet ueniale, qđ eſt ridiculũ. puta, q̃ aliqs ex timore ne p̃dat palliũ, celebrando miſsã ſine ſacris ueſtibus, & ſine altari, & uaſis ſacris, ſolũ peccaret uenialiter. Et patet ſequela, qa in litera dr̃, Propter timorẽ, quo refugit periculũ mortis, uel qđcunq; aliud tp̃ale malũ. Conſtat. n. q̃ perdere palliũ, quoddam tp̃ale malũ eſt. Intelligit ergo author per legem diuinam, ipſam. diuinam inſtitutionem, ut firmat & ius naturę, & ius poſitiuum, & pręcepta hominum, datque omnibus uim obligatiuam in foro conſcientiæ. Hoc. n. omnia iura, & pręcepta habent ex eo, q̃ à Deo immediatè, uel mediatè procedunt. Et pręterea, ex hac litera firmatur doctrina data: quoniam hinc habes, q̃ quicumq; contra p̃cepta hominis, uel poſitiui, aut cuiuſcunque iuris facit, contra legem diuinã facit, ac per hoc timor ſiue mortis, ſiue alterius mali, non excuſat à toto licet à tanto, ut in 4. Ethicor. habes.

Concl. ſ a.

Li. 2. Eth. ca. 5. tõ. 5.

Porrecta ſ̃ eorum.

1. 2. q. 23. artic. 5.

†glo. ordi. pſal. 127.

Circa primum quæruntur quatuor,

¶ Primo utrum timor ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum opponatur fortitudini.

¶ Tertio, Vtrum ſit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum excuſet, uel diminuat peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor ſit peccatum.

AD SECVNDVM ſic p̃ceditur. Vr̃ q̃ timor nõ ſit peccatum. Timor. n. eſt paſſio quædam, ut ſupra* habitum eſt: ſed ex paſſionibus non laudamur, neque uituperamur, ut patet in † 2. Eth. Cum ergo omne peccatum ſit uituperabile uidetur C quòd timor non ſit peccatum.

¶ 2 Præt. Nihil[b] quod in lege diuina mandatur, eſt peccatũ, qa lex Domini eſt immaculata, ut dicitur in Pſal. 18. ſed timor mãdatur in lege Dei, dicitur enim ad Epheſ. 6. Serui, obedire dominis carnalibus cum timore, & tremore. ergo timor non eſt peccatum.

¶ 3 Pręt. Nihil quod naturaliter ineſt homini eſt peccatũ. quia peccatum eſt contra naturam, D ut* Damaſc. dicit in 2. libro: ſed timere eſt homini naturale, vñ † Phil. dicit in 3. Eth. q̃ erit aliquis inſanus, uel ſine ſenſu doloris, ſi nihil timeat, neque terremotum, neq; inundationes. ergo timor non eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, qđ Dominus dicit Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & Eze. dicitur. Ne timeas eos, neq; ſermones eorum metuas. E

RESPON. Dicendũ, q̃ aliqd dicitur eſſe peccatũ in actibus humanis p̃p inordinationem. Nã bonũ actus humani in ordine quodam conſiſtit, ut ex ſupra* dictis patet. Eſt aũt hic debit⁹ ordo, ut appetit⁹ regimini rõnis ſubdatur; Rõ aũt dictat aliqua eſſugienda, & aliqua eſſe proſequenda: & inter fugienda, quædam dictat magis fugienda, q̃ alia. Et ſir̃ ẽt inter proſequenda, quædã dictat eſſe magis proſequenda, q̃ alia: & quantum eſt bonum proſequendũ, tm̃ eſt aliquod oppoſitum malum fugiendum. Inde eſt q̃ ratio dictat quædam bona magis eſſe proſequenda, q̃ quędã mala fugienda.[m] Qñ ergo appetitus fugit ea, quæ rõ dictat eſſe ſuſtinenda, ne deſiſtat ab aliis q̃ magis proſequi debet, timor inordinatus eſt, & habet rõne peccati. Qñ aũt appetitus timẽdo fugit id, qđ eſt ſecũdum rõnem fugiendum, tũc appetitus nõ eſt inordinatus, nec pctm̃[n].

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ timor cõiter dictus ſm̃ ſuam rõnem importat uniuerſaliter fugam: unde quantum ad hoc nõ importat rone boni, vel mali, & ſir̃ eſt de qualibet alia paſſione. Et ideò* Phil. dicit, q̃ paſſiones non ſunt laudabiles, neque uituperabiles, quia. ſ. non laudantur, neque uituperantur qui iraſcuntur, uel timent: ſed qui circa hoc aut ordinate, aut inordinate ſe habent.

AD II dicendũ, q̃ timor ille, ad quẽ inducit Apoſtolus, eſt conueniens rõi, ut ſcilicet ſeruus timeat ne deficiat in obſequiis, quę dño debet ĩpẽdere.

AD III dicendum, q̃ mala, quibus homo reſiſtere nõ põt, & ex quorum ſuſtinentia nihil boni prouenit homini, ratio dictat eſſe fugienda: & ideò timor talium non eſt peccatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccatum timoris opponatur fortitudini.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ peccatũ timoris nõ opponatur fortitudini. Fortitudo. n. eſt circa pericula mortis, ut ſupra* habitum eſt: ſed peccatum[h] timoris nõ ſemper p̃tinet ad pericula mortis. quia ſuper illud Pſ. 127. Beati omnes qui timent Dominum. † gloſ. dicit, q̃ humanus timor eſt, quo timemus pati pericula mortis, uel p̃dere mũdi bona:

Eſt Aug.li. 1. q.Euange.c.47.t.4 & ſuper illud Mat. 26. Orauit tertio eundẽ ſermonem &c. dicit* glo. ꝙ triplex eſt malus timor, ſ. timor mortis, timor doloris, & timor utilitatis. nõ ergo peccatum timoris opponitur fortitudini.

¶ 2 Præt. Præcipuũ qđ cõmendatur in fortitudine, eſt ꝙ ipſa exponit ſe periculis mortis: ſed qñq; aliqs ex timore ſeruitutis, vel ignominiæ exponit ſe morti, ſicut* Aug. in 1. de ciu. Dei narrat de Catone, q ut nõ incurreret Cęſaris ſeruitutem, morti ſe tradidit. ergo peccatũ timoris non opponit fortitudini, ſed magis habet ſimilitudinẽ cũ ipſa. Lib.1.c.24 to.5

¶ 3 Præt. Omnis diſperatio procedit ex aliquo[h] timore: ſed diſperatio non opponitur fortitudine, G ſed magis ſpei, ut ſupra* habitum eſt, ergo neque peccatum timoris opponitur fortitudini. *q.20.ar.1 & 1. 2. q. 40.art.4

Sed contra eſt, ꝙ † Phil. in 2. & 3. Eth. timiditatem ponit fortitudini oppoſitam. †c.7.to.5

Resp. Dicendũ, ꝙ ſicut ſ.* dictũ eſt, oĩs timor ex amore procedit: nullus enim timet niſi contrariũ eius qđ amat, amor aũt nõ determinatur ad aliqđ genus uirtutis, uel uitii: ſed amor ordinatus includit in qualibet uirtute, quil bet. n. uirtuoſus amat proprium bonum uirtutis: amor aũt inordinatus includitur in quolibet peccato. Ex amore. n. inordinato procedit inordinata cupiditas: uñ ſimiliter[m] inordinatus timor includit in quolibet peccato[n], ſicut auarus timet amiſſionem pecunię, intẽperatus amiſſionẽ uoluptatis, & ſic de alijs: ſed timor pcipuus eſt periculorũ mortis, ut probatur in* 3. Eth. & iõ talis timoris inordinatio opponit fortitudini, q̃ eſt circa pericula mortis & pp hoc[p] antonomaſice dr̃, timiditas fortitudini opponi[q]. Sup q. 19. a. 3. & 1. 2. q. 43. a. 1. H Concl. Lib.3.c.6. to.5 Concl. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ authoritates illę loquuntur de timore inordinato communiter ſumpto, qui diuerſis uirtutibus opponi poteſt.

Ad II dicendum, ꝙ actus humani pręcipuè dijudicantur ex fine, vt ex ſupra* dictis patet. Ad fort. aũt pertinet, ut ſe exponat periculis mortis pp bonum: ſed ille qui ſe periculis mortis exponit, vt fugiat ſeruitutem, uel aliquid laborioſum, a timore uincitur, qđ eſt fortitudini contrarium. Vndè* Phil. dicit in 3. Eth. ꝙ mori fugientem inopiã, uel captionem, uel aliquid triſte non eſt fortis, ſed magis timidi. Mollities eſt enim fugere laborioſa. I 1.2. q. 1. a. 3. & q. 18. art.6

Ad III dicendũ, ꝙ ſicut ſ.* dictum eſt, ſicut ſpes eſt principium audaciæ, ita timor eſt principium deſperationis. Vñ ſicut ad fortem, qui utitur audacia, moderatè præexigitur ſpes, ita econuerſo deſperatio ex aliquo timore procedit. Nõ aũt oportet, ꝙ quęlibet deſperatio procedat ex timore quolibet, ſed ex eo qui eſt generis ſui. Deſperatio autẽ quę opponitur ſpei, ad aliud genus refertur, ſcilicet ad res diuinas: timor autẽ qui opponitur fortitudini, ptinet ad picula mortis. Vñ rõn ſeqtur. 1.2. q. 45. art.2. K

Articvlvs III.

Vtrum timor ſit peccatum mortale.

Porrec. per tot. 634

AD TERTIVM ſic proceditr. Vr̃ ꝙ timor nõ ſit peccatum mortale. Timor. n. ut ſ.* dictũ eſt, eſt in iraſcibili, quæ eſt pars ſenſualitatis: ſed in ſenſualitate eſt tm̃ peccatum ueniale, ut ſupra † habitum eſt[b]. ergo timor non eſt peccatum mortale. 2. 2. q. 23. art. 1. † 1. 2. q. 74 art. 4.

F ¶ 2 Præt. oẽ peccatum mortale[b] totaliter cor auertit à Deo: hoc aũt nõ facit timor, quia ſuper illud Iud. 7. Qui formidoloſus eſt &c. dicit* gl. ꝙ[h] timidus eſt qui primo aſpectu cõgreſſum trepidat, nõ tamen corde terretur, ſed reparari & animari poteſt. ergo timor non eſt peccatum mortale. Gl. ord. ib. ex Iſid.

¶ 3 Præt. Peccatum mortale non ſolum retrahit à pfectione, ſed et à pręcepto, ſed[h] timor nõ retrahit à pcepto. ſed ſolũ à perfectione, quia ſuper illud Deut. 20. Quis eſt hõ formidoloſus, & corde pauido &c dicit* gl. Docet non poſſe quenquam pfectionẽ contemplationis, vel malitiæ ſpiritualis accipere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimeſcit. ergo timor non eſt peccatum mortale, Gl. ord. ib. ex Iſid.

Sed contra eſt, ꝙ pro ſolo peccato mortali debet pęna inferni, quę tñ debetur timidis, ſm illud Apo. 21. Timidis, & incredulis, & execratis &c. pars erit in ſtagno ignis & ſulphuris: qđ eſt mors ſecunda. ergo timiditas eſt peccatũ mortale.

Resp. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupra* dictũ eſt timor peccatum eſt ſm ꝙ eſt inordinatus, prout ſcilicet refugit, qđ nõ eſt ſm rõnem refugiendũ. Hæc aũt inordinatio timoris quandoque quidem cõſiſtit in ſolo appetitu ſenſitiuo non ſuperueniente conſenſu rõnalis appetitus &[m] ſic non põt eſſe peccatũ mortale, ſed ſolum ueniale[n]. Quandoque verò hmõi inordinatio timoris pertingit uſque ad appetitũ rõnalem, qui dr̃ uoluntas, quę ex libero arbitrio refugit aliquid non ſm rõnem: &[p] talis inordinatio timoris quãque eſt peccatum mortale, quandoq; ueniale[q]. Si enim aliquis pp timorem, quo refugit periculum mortis, uel quodcunque aliud temporale malum ſi diſpoſitus eſt, ut faciat aliquid prohibitum, uel prætermittat aliquid qđ eſt pręceptum in lege diuina, talis timor eſt peccatum mortale: alioquin erit peccatum ueniale. Art. 1. huius q. Concl. Concl. p

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ ratio illa procedit de timore ſecundum ꝙ cõſiſtit infra ſenſualitatẽ.

Ad II dicendũ, ꝙ ẽt gl. illa poteſt intelligi de timore in ſenſualitate exiſtente: uel poteſt melius dici, ꝙ ille toto corde terretur, cuius animum timor vincit irreparabiliter. Põt aũt contingere, ꝙ ẽt ſi timor ſit peccatum mortale, non tamen aliquis ita obſtinatè terretur, quin perſuaſionibus reuocari poſſit: ſicut quandoque aliquis mortaliter peccans, concupiſcentię conſentiendo, reuocatur, ne opere impleat quod propoſuit facere.

Ad III dicendum, ꝙ glo. illa loquitur de timore reuocãte hominem à bono, ꝙ non eſt de neceſſitate præcepti, ſed de perfectione conſilij. Talis aũt timor non eſt peccatum mortale, ſed quandoque ueniale, quandoque ẽt non eſt peccatum. puta, cum aliquis habet rationabilem cauſam timoris.

Articvlvs IIII.

Vtrum timor excuſet à peccato

Porrec. per totum. 635

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd timor non excuſet à peccato. Timor enim eſt peccatum, ut* dictum eſt: ſed[i] peccatum nõ excuſat a peccato, ſed magis aggrauat ipſum. ergo timor non excuſat à peccato. Art. 1. huius q.

¶ 2 Præt. Si aliquis timor excuſat à peccato, maximè

mẽ excuſaret timor mortis, qui dr̃ cadere in conſtãtem virum: ſed hic timor nonʰ vr̃ excuſare, quia cum mors ex neceſſitate immineat oibus, non vr̃ eſſe timenda. ergo timor non excuſat à peccato.

¶ 3 Præt. Oĩs timor aut eſt mali tpalis, aut ſpũalis: ſed timor mali ſpũalis nõ põt excuſare pctm, quia non inducit ad peccandũ, ſed magis retrahit à peccato ᵇ. Timor ẽt mali tpalis non excuſat à peccato, quia ſicut * Philoſ. dicit in 3. Ethi. inopiam non oportet timere, neque ægritudinem, neque quæcũque non à propria malitia procedunt. ergo videtur ꝙ timor nullo modo excuſet à peccato.

Li. 3. ca. 6. ante med. tom. 5.

B Sed contra eſt, quod dr̃ in * Decreta. 1. q. 1. Vim paſſus, & inuitus ab hæreticis ordinatus, colorem habet excuſationis.

24. q. 1. cap. conſtat.

Reſp. Dcdm, ꝙ ſicut ſupra * dictum eſt, timor intantum habet rõem peccati, inquantum eſt contra ordinem rationis. Ratio aũt iudicat quædam mala eſſe magis aliis fugienda: & ideò ᵐ quicumque, vt fugiat mala, quæ ſm rõem ſunt magis fugienda, non refugit mala, quæ ſunt minus fugienda, non incurrit peccatum: ⁿ ſicut magis eſt fugienda mors corporalis, q̃ amiſſio rerum tpalium. Vñ ſi quis pp timorem mortis, latronibus aliquid promitteret, aut daret, excuſaṫ à peccato quod incurreret, ſi ſine cauſa legitima prætermiſſis bonis, quibus eſſet magis dãdum, peccatoribus largiretur. ᵖ Si aũt aliquis per timorem fugiens mala quæ ſm rõem ſunt minus fugienda, incurrat mala quæ ſm rõnem ſunt magis fugienda, non poſſet totaliter à peccato excuſari, quia timor talis inordinatus eſſet. Sunt aũt magis timenda mala aiæ, q̃ mala corporis: corporis aũt magis, q̃ mala exteriorum rerum. Et iõ ſi quis incurrat mala aiæ, ideſt, peccata, fugiens mala corporis, puta, flagella, vel mortem, aut mala exteriorum rerum, puta, damnum pecuniæ, aut ſi ſuſtineat mala corporis, vt vitet damnum pecuniæ, non excuſatur totaliter à peccato. ᵖ Diminuitur tñ ſm aliquid eius peccatũ, ᑫ quia minus voluntarium eſt, quod ex timore agitur. Imponitur. n. homini quædam neceſſitas aliquid faciendi pp timorem imminentem. Vnde * Philoſophus huiuſmodi, quæ ex timore fiunt, dicit eſſe non ſimpliciter voluntaria, ſed miſta ex voluntario, ʳ & inuoluntario.

Art. 1. huius quæſt.

Concl. a

C

Concl. p

Concluſ. 2. pars.

D

Li. 3. Ethi. ca. 1. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ timor non excuſat ex ea parte qua eſt peccatum, ſed ex ea parte qua eſt inuoluntarium.

E Ad II dcdm, ꝙ licet mors omnibus immineat ex neceſſitate, tñ ipſa diminutio tẽporalis vitæ eſt quoddam malum, & per conſequens timendũ.

Ad III dcdm ꝙ ſm Stoicos, qui ponebant bona temporalia non eſſe hominis bona, ſequitur ex conſequenti, ꝙ mala temporalia non ſint hominis mala, & per conſequens nullo modo timenda: ſed ſecundum * Aug. in lib. de liber. arbit. huiuſmodi temporalia ſunt minima bona, quod etiam Peripatetici ſenſerunt. & ideo contraria eorum ſunt quidem timenda, non tamen multum, vt pro eis recedatur ab eo, quod eſt bonum ſecundum virtutem.

Li. 2. c. 18. & 19. to. 1.

QVÆSTIO CXXVI.

De vitio intimiditatis, in duos articulos diuiſa

Deinde conſiderãdũ eſt, de vitio intimiditatis. Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum intimidum eſſe ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum opponatur fortitudini.

ARTICVLVS I.

Vtrum intimiditas ſit peccatum.

Ad primvm ſic procedit. Vr̃ ꝙ intimiditas non ſit pctm̃. ᵇ Quod. n. ponitur in cõmendationem viri iuſti, nõ eſt peccatum: ſed in commẽdationem viri iuſti dr̃ Prou. 28. Iuſtus quaſi leo cõfidens abſque terrore erit. ergo eſſe impauidum non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Maximum terribilium eſt mors, ſm * Phil. in 3. Eth. ſed nec mortem oportet ʰ timere, ſm illud Matt. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus &c. nec etiã aliquid quod ab hoĩe poſſet inferri, ſm illud Iſa. 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali? ergo impauidum eſſe non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Timor ex amore naſcitur, vt ſupra * habitũ eſt: ſed nihil ʰ mundanũ amare ptinet ad pfectionẽ virtutis, qa ut † Aug. dicit 14. de ciui. Dei, amor Dei vſque ad contemptum ſui facit ciues ciuitatis cæleſtis. ergo nihil humanum formidare, videtur non eſſe peccatum.

Sed cõtra eſt, quod de iudice iniquo dicitur Luc. 18. ꝙ nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur.

Reſp. Dicendum, ꝙ quia timor ex amore naſcitur, idem iudicium videtur eſſe de amore, & timore. Agitur autem nunc de timore, quo mala temporalia timentur, qui prouenit ex temporalium bonorum amore. Inditum autem eſt vnicuique naturaliter, vt propriam vitam amet, & ea quæ ad ipſam ordinantur cum debito modo, vt ſcilicet amentur huiuſmodi non quaſi finis conſtituatur in eis, ſed ſecundum quòd eis vtendum eſt propter vltimum finem. Vnde quòd aliquis deficiat à debito modo amoris ipſorum, eſt contra naturalem inclinationẽ, & per conſequẽs eſt peccatum. Numquàm tamen à tali amore aliquis totaliter decidit, quia id quod eſt naturale, totaliter perdi non poteſt: propter quod Apoſtolus dicit ad Ephe. 5. Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. Vnde ẽt illi qui ſeipſos interimunt ex amore carnis ſuæ hoc faciunt, quam volunt a præ-

SVP. QV. CXXVI.

IN tot. q. 126. nihil aliud occurrit ſcribendũ, niſi attentos reddere lectores, ꝙ author in ar. 2. in rñſione ad tertium, in calce nõ dicit, ꝙ fortitudo ſm̃ diuerſa media hẽat diuerſa extrema, ut Martinus imponit ſibi ex hac rñſione, bis, ſ. in q. 1. & q. 12. Sed dicit, ꝙ non eſt incõueniens, ꝙ fortitudo ſm̃ diuerſa, habeat diuerſa extrema. Aliud eſt. n. dicere, ſm̃ diuerſa: & aliud, ſm̃ diuerſa media fortitudo nãque vnum tm̃ medium habet formaliter, ſ. ad maxima, & optima pericula inclinare ſm̃ ꝙ oportet, quã ubi, ſicut &c. Sed qa hoc medium in pluribus paſſionibus ponit tamq̃ i materiis: iõ nõ inconuenit ſm̃ diuerſas paſſiones habere diuerſa extrema: & hic eſt ſenſus literæ. Vñ inferius in q. 131. artic. 2. ad primum, author ponens plura extrema p exceſſum, reſpectu magnanimitatis, clarius hanc ſniam replicat dicens, Non eſt incõueniens ſm̃ diuerſa, eſſe plures exceſſus unius medii. hæc ille: ſed de his latior erit in quæſtio. 128. ſermo, vbi Martino reſpondebitur.

Porrec. per totum.

636

Li. 3. c. 6. a medio. tom. 5.

Ar. præce. art. 2.

† lib. 14. ca. 28. i prin. tom. 5.

Inclinatio naturalis ad temporalia qualis.

præſentibus anguſtiis liberare. Vñ cõtingere põt, ꝙ aliqs minus, q̃ debeat timeat mortẽ, & alia tpa ſ'a mala, pp hoc, ꝙ minus debito amet ea: ſed ꝙ nihil horũ timeat, nõ põt ex totali defectu amoris cõtingere, ſed ex eo, ꝙ æſtimat mala oppoſita bonis q̃ amat, ſibi ſubuenire nõ poſſe. Qđ qñq; cõtingit ex ſupbia animi de ſe præſumentis & alios cõtẽnentis, ſm ꝙ dr̃ Iob 41 Factus eſt, ut nullũ timeret, oẽ ſublime videt. Qñq; aũt cõtingit ex defectu rõis, ſicut* Philoſo. dicit in 3. Eth. ꝙ ſtulti pp ſtultitiã nihil timẽt. Vñ patet ꝙ[m] eẽ ĩpauidũ ẽ uitioſũ ſiuè cauſeẽ ex defectu amoris. ſiue cauſeẽ ex elatione animi, ſiue cauſetur ex ſtoliditate, quæ tamẽ excuſat à peccato ſi ſit inuincibilis.*

Lib. 3. c. 7. tom. 5. Concl. m

F

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ iuſtus cõmẽdaẽ à timore ñ retrahẽte eũ à bono, ñ ꝙ ſit abſq; oĩ timore. Dicitur enim Eccl. 1. Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.

AD II dcđm, ꝙ mors, uł qcqđ aliud ab hoĩe mortali põt iferri, ñ eſt ea rõe timendũ, ut à iuſtitia recedaẽ. Eſt tñ timendum, inquantũ p hoc hõ põt impediri ab operibus virtuoſis uel quantũ ad ſe, uel quantum ad profectum, quem in aliis facit. Vnde dicit Prouer. 14. Sapiẽs timet, & declinat a malo.

AD III dcđm, ꝙ bona tpalia dẽnt cõtẽni inquantũ nos impediunt ab amore, & timore Dei: & ſm hoc ẽt non debent ameri. unde dr̃ Eccl 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Non aũt debent contemni bona tpalia, inquãtũ inſtrumentaliter nos iuuant ad ea quæ ſunt diuini timoris, & amoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum eſſe impauidum opponatur fortitudini.

Per. per to. 637

¶ Ad huius difficultatis euidentiam oportet cautè in conſideratione procedere, ne dum ab excellentia Ariſtotelis, & diui Thomæ deficimus, declinemus in proprias phantaſias, nouaque cudamus, quia vetera non intelligamus. Sciendum eſt ergo, quòd ſicut fortitudo aliter ſe habet ad materiam quam modificat, puta, timorem mortis, & aliter ad proprium actum, quia proprius actus eſt fortitudinis proprius finis: materia autem moderata, vt propter finem: moderatè ſiquidem timet, & audet fortis, vt fortiter aggrediatur, & ſuſtineat, & non econuerſo: ita proportionaliter contingit in magnanimitate. Actus ſiquidem proprius eius eſt operari magna, ſicut fortis proprius agere. Sed quoniam hic actus ex ſpe magnorum, puta, honoris, & gloriæ, impeditur, & promouetur, & ideò oportet moderari ſpem honoris: multi enim propter ſpem honoris exceſſiuam à magna operando deſiſtunt, vt ambitioſi, & inanis gloriæ cupidi, qui aliunde, quàm vnde oportet hoc ſperantes, & habentes, quandoque de operibus verè magnis non curãt. Alii propter incuriã honoris ſimiliter nõ operantur magna, idcirco magnanimitas moderatur appetitum honoris magni, vt magna in qualibet virtute operetur. Vnde magnus honor non eſt obiectum, ſed materia magnanimitatis: obiectum autem eſt magnum in cuiuſuis virtutis opere, ex vtroque tamen magnanimitas dicitur. Ex obiecto quidem, quia formale obiectum eius, eſt magnum in cuiuſque virtutis opere: ex materia verò, quia magnus honor inter omnia exteriora bona, bonum maximum eſt. Et ſicut obiectum eius diſtinguitur à materia eius, ita actus eiuſdem circa obiectum ab actu circa materiam. Nam obiectum ſuum attingit in hoc ipſo, quòd operatur magna: materiam autem attingit in hoc, quòd aſſumit ſpem moderatam magni honoris futuri: & ſimiliter moderatam delectationem magni honoris præſentis, vt patet in 4. Ethicorum. Eſt autem vtriuſque actus neceſſitas, quia n ſi magnanimus tenderet directè in magna, quæ ſunt non in genere minimorum bonorum, qualia ſunt exteriora bona, ſed verè magna bona, quæ ſunt ſola animi bona, non eſſet verè magnanimitas, vtpotè non tẽdens in verè & ſimpliciter magna

Porret. per totum.

ARTICVLVS I.

Vtrum magnanimitas ſit circa honores.

Ad primvm ſic pcedit̃. Vr̃ ꝙ magnanimitas non ſit circa honores. Magnanimitas .n. eſt in iraſcibili, quod ex ipſo noĩe patet. nam magnanimitas dr̃ quaſi magnitudo animi. Animus autẽ pro vi iraſcibili ponitur, ut patet in 3. de anima, *vbi Philoſ. dicit, ꝙ in ſenſitiuo appetitu eſt deſiderium, & aĩus, id eſt, concupiſcibilis: ſed honor eſt quoddam b bonum concupiſcibile, cum ſit præmiũ virtutis. ergo vr̃ ꝙ magnanimitas non ſit circa honores.

¶ 2 Præt. Magnanimitas cum ſit virtus moralis, Oportet ꝙ ſit circa paſſiones, uel opationes: nõ aũt eſt circa opationes, qa ſic eſſet pars iuſtitiæ. & ſic relinquit̃, ꝙ ſit circa paſſiones: honor aũt b nõ eſt paſſio. ergo magnanimitas nõ ẽ circa honores.

¶ 3 Præt. Magnanimitas vr̃ pertinere magis ad proſecutionẽ q̃ ad fugã. dr̃. n. magnanimus, qa ad magna tẽdit: ſed uirtuoſi nõ laudant̃ ex hoc, ꝙ cupiunt honores, ſed magis ex eo, ꝙ eos fugiunt. ergo magnanimitas non eſt b circa honores.

Sed contra eſt, qd̃ *Phil. dicit in 4. Ethic. ꝙ magnanimitas eſt circa honores, & inhonorationes.

Resp. Dcd̃m, ꝙ magnanimitas ex ſuo noĩe importat quandã extẽſionẽ animi ad magna. Cõſideratur aũt habitudo uirtutis ad duo. Primo ad materiã, circa quam operatur: alio mõ ad actum proprium, q conſiſtit in debito uſu talis mater.

641 Sup. 3. 28. cor. & infra preſenti q. art. 4. & 8. cor. & q. 132. ar. 2. cor. Et 3. d. 26. q. 2. ar. 2. ad 4. Et di. 33. q. 3. art. 3. q. 1. cor. & ad 2. Et d. 34. q. 1. ar. 2. cor.

*Li. 3. tex. 42. to. 2.

Li. 4. ca. 4. ante medium to. 5

magna bona: & niſi appetitū, delectationemq; magni honoris gloriæq; humanæ moderaretur, non eſſet circa honores vt propriam materiā. Ex quibus patet, quid ad q̃onem dicendum ſit, ſ. q ſimpliciter, & abſolutè loquēdo, operari magna ſpectat ad magnanimū vt principalis eius actus. Secūdum quid aūt, hoc-eſt, loquendo de magnanimitate in ordine ad actū eius circa materiā ipſius, operari magna eſt circūſtātia, aut quaſi circūſtātia, vñ ſequitur. Finis namq; proprius alicuius non eſt proprie inter circunſtantias. Proprius autem finis, quare aliquis eſt magno proſequēdus honore, eſt, qa magnū virtutis opus fecit, facit, cuſtodit &c. Teſtimoniū n. virtutis ad virtutē, & virtuoſum ordinatr vt finē. Vñ rectius loquendo, dicendū eſſet, q nec ēt reſpectu ſecūdarii actus eſt circūſtātia, ſed eſt proprius finis: & q Aū. poſuit ly vñ, inter requiſita ad rectū appetitū honoris, nō inter circunſtancias, niſi largo vocabulo circunſtantias appellādo oīa requiſita ad rectitudinē actus. Ex his quoq; patet ſolutio alterius q̃onis, ſ. An magnitudo, q̃ eſt obiectū magnanimitatis, ſit illius formale obiectū, vt relata ad magnum honorem: an abſolutè, inquantum. ſ. eſt excellentia in opere virtutis. Patet, inquam, ſolutio: qa hinc patet, q magnanimitas non habet honorē pro obiecto. Et ſi tenderet in magna formaliter, inquantum ſunt digna magno honore, iam haberet honorē magnum pro obiecto, qa ſub eius ratione tenderet in quæcunque. Sed qm̄ habet magnum in cuiuſuis virtutis opere pro formali obiecto; & ſic magnum eſt ſuapte natura dignum magno honore: ideo magnanimitas eſt circa magna vtroque modo, ſed principaliter prout ſunt abſolutè magna. Et hinc prouenit, q habeat pro materia, appetitus, & delectationes magnorum honorum. Quocirca cum dicitur, quòd magnanimus eſt magnis dignus, intelligitur & de magnis operibus, de magnis honoribus. Expreſſè ſiquidem in 4. Ethicorum dicitur, quòd puſillanimus priuat ſe magnis virtutum operibus, & adinuentionibus, quibus dignus eſt. Solus namque magnanimus eſt, cui magna operari proportionatum eſt, nec præſumptionis argui poteſt, quòd magnis virtutis operibus ſe dignificat, hoc eſt, tamquàm dignum talia ſe exhibet, & quòd magnis ſe honoribus dignum æſtimet, ſperet, velit, ac faciat. Nec obſtant dictæ deciſioni verba authoris in art. 4. huius q. vbi dicit, quòd magnanimus intendit magna operari in qualibet virtute, inquātum ſ. tendit ad ea, quæ ſunt digna magno honore. Et rurſus, quia honor eſt cuiuſq; virtutis præmium, ideo ex conſequenti rōne ſuæ materiæ reſpicit oēs virtutes. hæc ille. Sunt n. hæc intelligenda ex ea parte, qua magnanimitas diſtinguitur ab aliis virtutib. ſ. ex parte ſpālis materiæ: cum quo ſtat, q vt diſtinguitur ab eis ex parte formalis obiecti, aliter ſe habeat: vtroq; namq; mō ab aliis virtutib. magnanimitas diſtinguitur, vt infra latius patebit. q. 123. ar. 3 & 4.

D. 710. · q. 103. art. 1. & 2. · Concl. [margin notes]

riæ, Et qa habitus uirtutis principaliter ex actu determinatr, ex hoc principaliter dr aliqs magnanimus, qa habet aīum ad aliquē magnum. Aliquis aūt actus pōt dici dupliciter magnus, uno mō ſm proportionem: alio mō abſolutè. Magnus B quidem pōt dici actus ſm proportionē ēt, qui cōſiſtit in uſu alicuius rei paruæ, uel mediocris, puta, ſi aliquis illa re optimè utatur: ſed ſimplr, & abſolutè magnus actus eſt, qui conſiſtit in optimo uſu rei maximæ. Res aūt, quæ in uſum hoīs ueniunt, ſunt res exteriores, inter quas ſimplr maxima, eſt honor, tum quia propinquiſſimū eſt uirtuti, utpote, teſtificatio C q̃dā exiſtens de uirtute alicuius, ut ſ. habitum* eſt: tum etiā quia Deo, & optimis exhibetr: tum ēt quia hoīes pp honorem conſequendum, & uituperium uitandum, alia oīa poſtponūt. Sic aūt dr aliquis magnanimus ex his, quæ ſunt magna abſolutè, & ſimplr, ſicut dr aliqs fortis ex his, quæ ſunt difficilia ſimplr. Et ideo conſequens eſt, q m magnanimitas conſiſtat D circa honores n.

Ad primum ergo dicēdū q bonum, uel malum, abſolutè quidem conſiderata, pertinēt ad concupiſcibilem, ſed inquātum additur ratio ardui, ſic pertinent ad iraſcibilem. Et hoc modo honorem reſpicit magnanimitas, inquantum ſcilicet honor habet rationem magni, uel ardui.

Ad II dcēm, q honor, etſi E nō ſit paſſio, uel operatio, eſt tū alicuius paſſionis obiectū, ſ. ſpei, quæ tendit in bonum arduū. Et iō magnanimitas eſt quidem immediate circa paſſionem ſpei, mediate autem circa honorem, ſicut circa obiectum ſpei: ſicut & de ſpirituali ſ.* dictum eſt, quòd eſt circa pericula mortis, inquātum ſunt obiectum timoris, & audaciæ.

Ad III dicēdum, q illi, qui contemnunt honores hoc modo, q pro eis adipiſcendis nil inconueniens faciunt, nec eos nimis appretiātur, laudabiles ſunt. Si quis āt hoc modo contemneret honores, q non curaret facere ea, quæ ſunt digna honore, hoc vituperabile eſſet. Et hoc modo magnanimitas ē circa honores, vt videlicet ſtudeat facere ea, quæ ſūt honore digna: non tñ ſic, vt pro magno ęſtimet humanum honorem.

ARTICVLVS II.

Vtrum magnanimitas de ſui ratione habeat, quòd ſit circa magnum honorem.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videtur q magnanimitas de ſui ratione non habeat q ſit circa magnum honorem. Propria n. materia magnanimitatis eſt h honor, ut dictum* eſt: ſed magnū, & paruū accidunt honori. ergo de rōne magnanimitatis non eſt, q ſit circa magnum honorem.

¶ 2 Præt. Sicut magnanimitas ē circa honores, ita manſuetudo eſt circa iras: ſed h nō eſt de rōe manſuetudinis, q ſit circa iras magnas, vel paruas. ergo ēt nō eſt de ratione magnanimitatis q ſit circa magnos honores.

¶ 3 Præt. Paruus honor minus diſtat a magno honore, q̃ exhonorō. ſed magnanimitas h bene ſe hēt circa exhonorationes. e

SVP. QV. CXXIX ARTIC. II.

IN art. 2. q. 129. dubium occurrit ex Martino in eod. lib. de fortitudine, tractatu de Magnanimitate, quæ. 1. vbi recitata dīa poſita hic in lra inter paſſiones ſ. hoc, q quædam ſunt, quæ hñt magnā vim reſiſtendi rōi principaliter ex parte paſſionis: & quædam principaliter ex parte rerum, quę ſunt obiecta paſſionum &c. ſubdit, q iſta op. n. S. Th. vr mihi deficere in aliquibus, Primò, in ipſa diſtōne: quia ſi hoc valeat, conſtat q vnū membrum intelligit cum præciſione alterius, quia ſi vnum includeretr in alio, nulla eſſet dīa inter mēbra. Tunc arguo ſic. Quantamcumque repugnantiam rōi nata ē facere cupiditas pecuniæ ex parte obiecti, tantam natus eſt facere timor ex parte obiecti, ſ. periculorum mortis in bello. igitur diſtō Thomæ nulla. Añs probat. 1, quia quantumcūque pecunia ſiue parua, ſiue magna eſt amabilis, tm̄ terribile ſiue paruum, ſiue magnū eſt fugibile, imò plus: & ſimiliter pt argui de iis reſpectu par[...] penſionis fugiend[...] & vindictæ am[...] Secundō, oēs paſſiones in hoc conue[...] q poſitæ in [...] reſiſtunt [...] & nō potentia ſint, ſiue [...] ſitæ non reſiſtunt: & vtrumque h[...]um eſt, ſiue c[...] hoc conueniūt, non ſint. Omnia quoque obiecta paſſionum [...] apprehenſa cauſent paſſionem in [...] q non reſiſtunt rationi, niſi [...] & ſi apprehenſa cāni paſſionem in appetitu: & ſimiliter q reſ[...]iones reſiſtunt ut paſſiones. & oēs: & appetitu. ergo ſi aliquæ p[...]ū, & omnes. Tertiò. Timor, [...] ſi aliquæ ex parte obiecti [...] inquantum [...] tum timor, non ſuſpenſione, inquantum triſtitia, non plus tas: & triſtitiæ [...] difficultatis rerum difficilium gerendarum reſiſtit rōi. Quartò, Nulla obiecta reſiſtunt rōi, niſi ratione paſſionum ab eis cauſatarum: & omnia, quæ cauſant huiuſmodi paſſionem, reſiſtunt rationi. ergo diſtinctio nulla.

¶ Secundo

Côtemnere honores quãdo bonum. · For. per tot. 42 · Sup. q. 60. a. 3. cor. Et int. preſenti q. art. 4. ad 1. & q. 130. a. 2. ad 2. Et 3. d. 9 q. 1. art. 1. q. 2. cor. & q. 3. ad 1. Et diſt. 34. q. 1, art. 2. corp. · *Art. 1 tacit.

¶Secundo deficit opinio S.Th.in hoc dicto, ſ. q̄ circa paſſiões primi generis non eſt aliqua virtus: niſi circa illud, qđ eſt magnũ. Probat, qa circa paruas concupiſcentias, circa paruas iras, & paruos timores, p̃t aliquis deficere. ſupabundare, & mediocriter ſe habere. ergo circa hæc oĩa eſt aliqua virtus. & per conſequens circa paruas cõcupiſcentias ẽ ita bñ tẽperãtia, ſicut circa magnas, & ſimiliter mãſuetudo circa paruas iras &c. Et circa hoc multiplicat Martinus multas rõnes, quas ptranſeo: quia nõ pcedũt contra ſenſum literæ verũ, ſed cõtra male acceptũ ab ipſo ſenſũ, vt patebit reſpõdẽdo

Li.2.ca.7. ante mediũ to.5.

Lib.7. tex. 17. & 18. com.2.

¶In eodẽ 2. ar. dubiũ occurrit circa illud. Res exterius exiſtentes, ẽt ſi ſint paruæ, ſunt multũ appetibiles. vtpotẽ, neceſſariæ ad vitã hominis. Vi .n. cum hoc ad literã dicatur de pecunia & honore, & dupliciter deficere. Primò i hoc, q̄ non ſolũ parua pecunia, aut honor, ſed paruus cibus aut potus eſt multũ appetibilis pp eãdẽ rõem, quia.ſ. neceſſarius eſt ad vitam hominis. Secundò in hoc, q̄ honorẽ ponit inter neceſſaria ad vitam hoĩs, cum non ſit neceſſarius, ut patet,

Li.2. ca. 3. in fi. to.5.

¶In eodẽ 2. art. in reſponſione ad tertiũ, dubiũ occurrit, Quõ magnanimitas ſit in circa paruos honores ut in litera dr̃. & cum hoc diſtinguatur ab alia uirtute, quæ eſt circa paruos honores, & ſimiliter ab aliis virtutibus, puta, tẽperantia, fortitudine, & manſuetudine in hoc, quòd illæ ſũt circa magna principaliter, & parua ſecũdario: magnanimitas aũt circa magna ſolùm.

Ca. 4. par. 4. ali. anteculũ a fin mo.

¶Ad euidentiam primi dubii ſciendum eſt, q̄ locum autho ... formã, & ... Nõ dr̃ intelligẽda. ... igit ergo paſſiones cũ obiectis, aut ... membro accipit paſſiones cũ ſuis obiectis. & obiecta cũ ſuis paſſionib*. Ne diſtiguit paſſiones cõtra paſſiones, puta. amorẽ, deſideriũ, delectationẽ &c. cõtra timorem, audaciã &c. quoniã vna & eadẽ paſſ. cũ diuerſo tñ obiecto, ſub vtroq; mẽbro cõtinetur ... delectatione ... & de eiſdẽ paſſionib. amore, deſiderio, & dele ... diſtinguit paſſiones cũ quibuſdã aliis ſuis obiectis paruitatis: Sed dr̃ vim magnã reſiſtẽdi rõi hẽnt principaliter ex ... hoc, q̄ q̃ ... nis: q̃ dã principaliter ex parte obiecti. Vbi nota triſte paſſio author non dicit, q̄ quædam ex parte paſſionis, & qdã, q̄ ex parte obiecti: ſed dicit, quædam principaliter hinc, & quæ

go etiam & circa paruos honores. non ergo eſt ſolũ circa honores magnos.

SED CONTRA eſt. q̃d Phil. dicit in 2. Ethi. quòd magnanimitas ẽ circa magno honores.

RESPON. Dicendũ. quod ſecundũ* Philo. in 7. Phyſic. uirtus eſt pfectio quædã, & intelligit̃ eſſe pfectio potentiæ, ad cuius vltimũ ptinet, ut patet i 1. de cęlo. Perfectio autẽ potentię non attenditur in qualicũque operatione, ſed in operõne, q̃ hẽt aliquam magnitudinẽ, aut difficultatem. Quælibet .n. potentia, quantũcunq; impfecta, poteſt in aliquã operõnẽ modicã, & debilem, & ideo ad rõem virtutis ptinet, vt ſit circa difficile, & bonũ, ut dr̃ in 2. Eth. Difficile aũt, & magnũ, quæ ad idẽ ptinent, in actu virtutis p̃t attẽdi dupliciter. Vno mõ, ex parte rõis, inquantum .ſ. difficile eſt mediũ rõis adinuenire, & in aliqua materia ſtatuere: & iſta difficultas ſolum inuenitur in actu virtutũ intellectualium, & ẽt in actu iuſtitiæ. Alia autem difficultas ẽ ex parte materiæ, quæ de ſe repugnãtiã habere põt ad modum rõis, qui eſt circa eam ponẽdus & iſta difficultas p̃cipuè attẽditur i aliis virtutibus moralib*, q̃ ſũt circa paſſiones, qa paſſiones pugnãt contra rõnem, ut Dionyſ.* dicit 4. cap. de diuin. nomin. Circa quas conſiderandũ eſt, q̄ quædam paſſiões ſũt, quæ habent magnam vĩ reſiſtẽdi rõni, principaliter ex parte paſſionis: quædam verò principaliter ex parte rerum, quæ ſunt obiecta paſſionũ. Paſſiones autem nõ habent magnam vim repugnandi rõni, niſi fuerint vehemẽtes, eo q̄ appetitus ſenſitiuus, in quo ſunt paſſiones, naturaliter ſubditur rõni: & ideo [m] virtutes, q̃ ſunt circa hmõi paſſiones, non ponũtur, niſi circa id, quod eſt magnum in illis paſſionibus.* Sicut G fortitudo eſt circa magnos timores, & audacias: tẽperantia aũt circa maximarum delectationum cõcupiſcentias, & ſil'r mãſuetudo eſt circa maximas iras. Paſſiones ãt q̃dam hñt magnã vim repugnandi rõi ex ipſis rebus exterioribus, quæ ſunt paſſionum obiecta, ſicut amor, vel cupiditas pecuniæ, ſiue honoris. Et [p] in his oportet eſſe virtutem non ſolum circa id, quod H eſt maximum in eis, ſed ẽt circa mediocria, uel minora [q]. qa res exteri* exñtes, ẽt ſi ſint paruæ, ſunt multum appetibiles, vtpote, neceſſariæ ad uitam hoĩs. Et iõ circa appetitum pecuniarũ ſunt duæ uirtutes, una quidem circa mediocres, uel moderatas, ſ. liberalitas: alia aũt circa pecunias magnas, ſ. magnificẽtia. Sil'r ẽt & circa honores ſũt duę uirtutes, una quidem circa I mediocres honores, quę innominata eſt: noĩatur tñ ex ſuis extremis, quę ſunt philotimia, ideſt, amor honoris: & aphilotimia, i. ſine amore honoris. Laudatur.n. q̃nq; qui amat honorem, q̃nq; aũt qui non curat de honore, prout.ſ. utrumque moderatè fieri põt: circa magnos aũt honores eſt magnanimitas. Et ideo dicendũ eſt, q̄ *propria materia magnanimi K tatis, eſt magnus honor, & ad ea tendit magnanimus, q̃ ſunt magno honore digna [a].

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̄ magnum, & paruum per ac

F dam principaliter inde: ita q̄ differentia conſiſtit in ly, principaliter. Secundò, q̄ vt patet ex præcedenti lib. q.22. operationes appetitus ſenſitiui habent rationem paſſionis ex adiuncta tranſmutatione corporali, quæ per ſe cadit in ratione earum, vt ibi dicitur: ita q̄ attribuere aliquid paſſioni ex parte paſſionis, eſt attribuere illi ex parte corporalis tranſmutationis ſibi iunctę: quoniam ſic eſt ſermo formalis de paſſione, vt ſic. *Conclu.* Tertiò, q̄ obiectum paſſionis appetit* dupliciter conſideratur, ſ. vt actiuum, & ut obiectum: & propriè loquẽdo, tunc ſumitur formaliter vt obiectum, qñ ſumitur ut terminus appetitiui motus: vt actiuus aũt ſumitur, qñ vt facit appetitiuum motum conſideratur. Ex his ſiquidem tribus patẽt termini, & membra diſtõnis, ipſiusq; ſenſus. Inquit ſiquidem diuinum authoris ingenium, q̄ quę- *Concl. p* dã ſunt morales materiæ integræ, ſ. paſſiones cum ſuis obiectis, in quib. vis magna reſiſtendi rationi prouenit principaliter nõ ex parte obiecti, hoceſt, termini: ſed ex parte paſſionis hoceſt, tranſmutationis corporalis, quę fit in nobis. ut ſunt delectationes carnales, timores mortis, & iræ. Quædam verò ſunt, in quib. magna reſiſtendi vis principaliter eſt ex parte obiecti terminantis, vt ſunt appetitus honorum, & pecuniarum. Nec eget probatione hæc diſtinctio: quoniam experimur in nobis hanc differentiã, dũ in carnalibus concupiſcentiis adeo trãſmutamur, & ardemus in corpore, vt rõ non poſſit euadere. Et ſimiliter accidit ſ. paſſione iræ, & timore mortis, & hmõi. *Concl. ſ* In appetitu verò pecuniæ, aut honoris, non tam exardeſcit, aut mutatur corpus, vt experientia teſtat; ſed ex parte rei, quæ appetitur, impugnatio magnificatur principaliter. Ex his autẽ patet ſolutio argumentorum Martini. Supponit nanq; primo falſum hoc, q̄ diſtinctio iſta hẽat pro membro vno paſſionem, pro altero obiectum; & ppea cum alterius præciſione vtrũque intelligatur. Argumenta deinde quatuor contra hoc. non militant contra diſtõnem literæ. Vnde primum comparans vires obiectorum inter ſe, puta. mortis, & pecuniæ, non eſt ad propoſitum: & ſimiliter ſecundum aſſerens conuenientiam oĩm paſſionum & obiectorum inter ſe, nõ eſt ad propoſitum. Tertium autem comparans diuerſas inter ſe paſſiones ſecundum ſuas ſpecies, puta, cupiditatem, & triſtitiam, extra propoſitum quęſtionis

cidens ſe habēt ad honorē ſm ſe conſideratum: ſed magnam dr̄iam faciunt, ſm ꝙ comparā tur ad rationem, cuius modum in vſu honoris obſeruari oportet, qui multò difficilius obſeruatur in magnis honoribus quàm in paruis.

Ad II dcd̄m, ꝙ in ira, & in aliis materiis, nō habet difficultatē notabilē, niſi illud, quod eſt maximū, circa qđ ſolū oportet eſſe virtutē. Alia aūt eſt rō de diuitiis, & honorib. q̄ ſunt res extra animam exiſtentes.

Ad III dcd̄m, ꝙ ille, q bene magnis vtit̄, multò magis pōt bene vti paruis. Magnanimus ergo intēdit magnos honores, ſicut qbus eſt dignus: vel ēt ſicut minores his, quibus eſt di- C gnus, qa ſ. virtus non pōt ſufficienter honorari ab hoīe, cui debet̄ honor à Deo. Et iō non extollitur ex magnis honoribus, qa non reputat eos ſupra ſe, ſed magis eos cōtemnit: & multò magis moderatos, aut paruos. Et ſimilr̄ ēt dehonorationibus nō frangitur, ſed eas contemnit, utpote, quas reputat ſibi indigne afferri.

ARTICVLVS III.

Vtrum magnanimitas ſit virtus.

Porro. per totum.

643

Inf. q. 130. ar. 2. c. o. Et 2. di. 4 2. q. 2. arti c. 4 cor. Et 4 di. 33. q. 3. ar 2. ad 1. Et mal. q. 8. artic. 2. corp. 1. 2. 4. ca. 3. 1. 2. q. 55. art. 1.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ qđ magnanimitas nō ſit virt⁹. Oīs. n. virtus moralis[h] in medio cōſiſtit: ſed magnanimitas non conſiſtit in medio, ſed in maximo, quia maximis dignificat ſeipſum, vt dicitur in 4. Ethic.* ergo magnanimitas non eſt virtus.

¶ 2 Præt. Qui vni virtutem habet,[h] habet oēs, ut ſupra* habitū eſt: ſed aliquis pōt habere aliquam uirtutē non habens magnanimitatē. dicit. n. Phil. in 4. Ehic.* ꝙ qui eſt paruis dignus, & his dignificat ſeipſum, temperatus eſt, magnanimus autem non. ergo magnanimitas non eſt uirtus.

Lib. 4. c. 3. circa prin. tom. 5.

¶ 3 Præt. Virtus eſt bona[h] quali B tas mētis, ut ſ. habitum eſt: ſed magnanimitas habet quaſdam corporales diſpoſitiones. dicit. n. Phil. in 4. Ethi.* ꝙ motus lē tus magnanimi ur̄, & uox grauis, & locutio ſtabilis. ergo magnanimitas non eſt uirtus.

Lib. 4. c. 3. non multum ante finem to. 5

¶ 4 Præt. Nulla[h] uirtus opponit̄ alteri uirtuti: ſed magnanimitas opponit̄ humilitati. n. magnanimus ſe dignū reputat magnis, & alios contemnit, ut dr̄ in 4. Ethi. ergo magnanimitas non eſt uirtus.

Li. 4. c. 3. a med. to. 5.

¶ 5 Prēt. Cuiuſlibet uirtutis[h] ꝓprietates ſunt laudabiles: ſed magnanimitas habet quaſdā ꝓprietates uituperabiles. Primò quidē, qa non eſt memor beneficiorū: ſecundò, qa eſt ocioſus & tardus: tertiò, qa utit̄ ironia ad multos: quarto, qa non pōt aliis conuiuere: quinto, quia magis poſſidet infructuoſa, q̄ fructuoſa. ergo magnanimitas D non eſt uirtus.

SED CONTRA eſt, qđ in laudē quorundam dr̄ 2. Macha. 14. Nichanor audiens uirtutū comitum Iudæ, & animi magnitudinem, q̄ pro patriæ certaminibus habebant &c. laudabilia aūt ſunt ſolum uirtutū opera. ergo magnanimitas, ad quā pertinet magnum animum habere, eſt uirtus.

RESP. Dcd̄m, ꝙ ad rōem uirtu E tis humanæ pertinet, ut in rebus humanum bonum rationis ſeruetus, quod eſt pro-

ſtionis eſt: & ſimiliter quarū conuenientiā afferens obiectorū. Oia ſiquidē hæc à cōparatione literæ longe ſunt: qm̄ vt patet ex dictis, in litera cōparātur paſſiones integræ, hoceſt, cum talibus obiectis, paſſionibus integris, hoceſt, cum aliis obiectis in hoc, ꝙ eſt reſiſtere principaliter ex parte paſſionis, i. tranſmutationis corporalis, vel principaliter ex parte obiecti: cū hæc. n. dr̄ia ſtāt oēs cōuenientiæ arguendo allatæ.

¶ Ad ea aūt q̄ Martinus ſecūdo loco obiicit, dr̄ ꝙ nō cōtra authorē bene intellectū procedunt. Nā nō intendit author ſubtrahere paruas iras, paruos honores, paruaſq; cōcupiſcentias carnales, à virtutis moderamine, vt ille intellexit. ſed intēdit, ꝙ circa pdicta parua, nulla eſt virtus ſimpliciter tamq̄ circa materiā propriā ſimpliciter. Cum quo tn̄ ſtat, ꝙ circa pdicta tamq̄ relata ad propriā materiā ſit virtus: virtus, inquā, non alia, ſed illamet. Ita ꝙ temperātia, v. g. quę ſimpliciter eſt circa maximas carnis delectationes, tamq̄ circa materiam propriā ſimpliciter, eſt ēt ſm̄ qđ circa paruas delectationes carnis, tamq̄ circa materiā eiuſdē ſm̄ quid. Patet autē hanc eſſe verā authoris intentionem ex duobus. *Primò* ex eo ꝙ ſuperius expreſſè dixit, ꝙ circa pericula alia eſt fortitudo ſm̄ quid. Secūdò, ex eo ꝙ ſic directè conſtituitur intenta dr̄ia in litera inter virtutes, quæ ſunt circa honores, & pecunias, & virtutes, quæ ſunt circa bona, & mala carnis, qm̄ in illis diſtinguntur duæ virtutes ſimpliciter altera circa magnum: altera circa mediocre vt ꝓpriā materiam tam in honoribus, q̄ pecuniis, ut patet in 4. Ethi. & hic, & ſuperius. In iſtis uerò ponitur vna tm̄ virtus ſimpliciter circa maximū in quolibet gn̄e, tamq̄ circa ꝓpriā mām. Circa mediocre verò, aut paruum, nulla ponit̄ propria virtus ſimpliciter vt circa propriā materiam: ſed illamet, quæ eſt circa maximum illius generis, extenditur ad mediocre, & paruū tamq tàm ad id, quod reducitur ad propriam materiam, vt imperfectum ad perfectum in illo genere.

¶ Ad tertii dubii primam obiectionem dr̄, ꝙ cibus, & potus poſſunt dupliciter appeti. Primò, vt delectabiles ſecundum tactum, vt ſunt materia ſobrietatis, ſeu abſtinentiæ: & ſic quantumcumque parui cibi, vel potus ſpectant ad maximas delectationes, quæ ſunt delectationis tactus. Et propterea ſunt extra propoſitum huius membri: quoniam ſpectant ad illammet virtutē, ad quam ſpectat moderati maximas delectationes circa A alimenta. Alio modo, poſſunt appeti, ut poſſidendi: & ſic cōprehenduntur ſub pecuniæ nomine, & cadunt ſub hoc membro, & habent paruæ pecuniæ rationem.

¶ Ad ſecundam verò dr̄, ꝙ licet honor non ſit neceſſarius ad vitam corporalē hoīs, eſt tn̄ neceſſarius ad vitā politicā: adeò vt ēt famuli ſtabulariorū, & coquorum ſuos velint honores. Homo aūt eſt naturaliter animal politicū.

¶ Ad dubium vltimo motum in reſponſione ad tertium, reſpondetur, quòd de magnanimitate verè negatur, ꝙ eſt circa paruos honores vt propriam materiā: quia circa magnos honores ſolum vt ꝓpriam materiam. Cū quo tamen ſtat, quòd eminenter eſt quodammodo circa paruos honores, & priuationem honoris, ſcilicet deſpiciendo illos, & priuationem eorundem. Virtus autem innominata, quæ eſt circa mediocres honores, eſt circa illos, vt propriam materiam: & priuationem illorum reſpicit ex illa parte, qua reſpicit contrarium ſibi vitium per defectum. Priuatio enim alibi ex parte nigri ſe tenet.

SVP. QV. CXXIX. ARTIC. III.

De his quę proprietatib. vide in reſponſio, quid ſentiendum.

IN ar. 3. eiuſdē 129. q. in reſponſione ad ſecundum, dubiū ex Martino in dicto tractatu q. 2. occurrit. Vbi contra hanc reſponſionem arguit, ꝙ non ſatis cōſonat ſibiipſi. Propinqua, inquit, diſpoſitio ad habitum non eſt niſi mediante actu generatiuo illius habitus, ita quòd eſt prius diſpoſitio ad actum, quàm ad habitum. ergo virtutes magis ſunt connexæ ſecundum actus, quàm ſm̄ habitus: ſed non ſunt connexæ ſecundum actus, vt hic dicitur propter quantumq; diſpoſitionem propinquam actum. ergo nec dicentur connexæ ſecundum habitus propter quamcumque diſpoſitionem ad habitum.

¶ Ad hoc dubium dicitur, ꝙ reſponſio literæ optimè ſibi, & veritati conſonat, & ꝙ illa propoſitio eſt falſa, Propinqua diſpoſitio ad habitum non eſt, niſi mediante actu generatiuo illius habitus. Habētur ſiquidem habitus ſecundariarum virtutum, puta, magnificentiæ, magnanimitatis, & hmōi, in propinqua diſpoſitione ex hoc ipſo, ꝙ habentur virtutes principales, quæ cardinales vocantur. Illa quoque propoſitio adiuncta. Prius eſt diſpoſitio ad actum, q̄ ad habitum virtutis diſtinguenda eſt: quia de actu virtutis contingit loqui dupliciter. Primò, vt eſt actus virtutis, vt ſ. fit à virtuoſo, & ſic falſa eſt: qm̄ prius oportet habere virtutē, q̄ actū virtutis, eo modo, quo a virtuoſis actus

exerceatur

priū hoīs bonū. Inter cæteras aūt res humanas exteriores, honores p̄cipuū locū tenēt, ſicut* dictū eſt: & iō[m] magnanimitas quæ modū rōis ponit circa magnos honores, eſt uirtus[n].

Ad primvm ergo dcd̄m, q̄ ſicut ēt Phil. dicit in 4. Ethic.* magnanimus eſt quidē magnitudine extremus, inquantū. ſ. ad maxima tendit: eò aūt q̄ ut oportet, medius, q̄a uidelicet ad ea quæ ſunt maxima, ſm̄ ranē tendit. Eo. n. q̄ ſm̄ dignitatē ſeipſum dignificat, ut ibidē dr̄,* quia. ſ. ſe non extendit ad maiora, quàm dignus eſt.

G

Ad II dcd̄m, q̄ connexio uirtutum non eſt intelligenda ſm̄ actus, ut ſ. cuilibet cōpetat habere act⁹ oīum uirtutū. Vñ act⁹ magnanimitatis non competit cuilibet uirtuoſo, ſed ſolum magnis, ſed ſm̄ principia uirtutum, quæ ſunt prudentia, & gratia, omnes uirtutes ſunt[t] cōnexæ ſm̄ habitus ſimul in anima exiſtentes uel in actu, uel in propinqua diſpoſitione. Et ſic poteſt aliquis, cui non competit actus magnanimitatis, habere habitū magnanimitatis, per quem ſcilicet diſponitur ad talem actum exequendum, ſi ſibi ſecundum ſtatum ſuum competeret.

H

Ad III dcd̄m, q̄ corporales motus diuerſificātur ſm̄ diuerſas aīę apprehenſiones, & ſm̄ hoc contingit, q̄ ad magnanimitatem conſequuntur quædā accidentia determinata circa motus corporales. Velocitas .n. motus prouenit ex eo, q̄ hō ad multa intendit, q̄ explere feſtinat, ſed magnanimus intendit ſolū ad magna, quæ pauca ſunt, quæ ēt indigent magna attentione, & iō habet motum tardū. Similiter ēt acuitas vocis, & velocitas, precipuè cōpetit his, q̄ de quibuslibet contēdere volunt: qd̄ non p̄tinet ad magnanimos, q̄ non intromittunt ſe, niſi de magnis. Et ſicut p̄dictæ diſpoſitiones corporaliū motuū conueniunt magnanimis ſm̄ modum affectionis eorū: ita ēt in his, qui ſunt naturaliter diſpoſiti ad magnanimitatem, tales conditiones naturaliter inueniuntur.

I

Ad IIII dcd̄m, q̄ in hoīe inuenit aliquid magnū, quod ex dono Dei poſſidet: & aliq̄s defectus, qui cōpetit ei ex infirmitate naturæ. Magnanimitas ergo facit, q̄ hō ſe magnis dignificet ſm̄ conſiderationē donorū, quæ poſſidet ex Deo: ſicut ſi habet magnā virtutē animi, magnanimitas facit q̄ ad perfecta opera virtutis tendat. Et ſimiliter eſt dcd̄m de vſu cuiuslibet alterius boni, puta, ſcię, vel exterioris fortunæ. Humilitas aūt facit q̄ hō ſeipſum paruipēdat ſm̄ conſiderationem proprii defectus. Similiter ēt magnanimitas contēnit alios ſm̄ q̄ deficiunt à donis Dei. Non .n. tm̄ alios appretiatur, q̄ pro eis aliquid indecens faciat: ſed humilitas alios honorat, & ſuperiores æſtimat, inquantum in eis aliquid inſpicit de donis Dei. vnde dr̄ in Pſal. 14. de viro iuſto, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: quod pertinet ad contemptum magnanimi. Timētes aūt Dñm glorificat: quod pertinet ad honorationem humilis. Et ſic patet, q̄ magnanimitas, & humilitas non ſunt contraria, q̄uis in cōtraria tendere videantur, quia procedunt ſecundum diuerſas conſiderationes.

K

---

exercetur, vt patet. Secundò, vt eſt actus ſm̄ ſpeciem tñ virtututis, eo mō, quo ēt vir quantumcunq; iniuſtus, q̄nq; facit iuſtum, ſoluendo. quod debet: & talis actus præcedit virtutem, q̄a fabricando fabri fimus. Sed cū de connexione virtutū eſt ſermo non de iſtis imperfectis, ſed de perfectis actibus virtutis ſermo eſt. Et p̄pea in p̄poſito negandum eſt, q̄ prius eſt diſpoſitio ad actū, q̄ ad habitū, q̄m econtra eſt verū: & ideo argumentum nihil valet.

Concluſio Art. 1. huius q. & 1. 2. q. 2. art. 2. ad 1.

¶ In eodē art. in r̄ſſione ad quartū, dubiū occurrit ex eodē Martino, in eadem quæſt. contra hanc r̄ſionē directè ſic arguente. Humilitas facit q̄ hō ſm̄ conditionē magnorū bonorū, quę à Deo poſſidet, ſe magnis dignificet, & ad magna opera conformia illis bonis tēdat: & magnanimitas facit, q̄ ſm̄ conditionē defectuū ſuorum ſe paruipēdat. ergo nulla penitus eſt d̄ſia inter magnanimum, & humilem in ſe dignificando, & non dignificādo magnis bonis.

Li. 4. ca. 3. paulo à prin. to. 5.

Li. 4. ca. 3. com. 5.

Añs pro prima parte probatur, tum primò quia ſm̄ Sanctū Thomam humilitas facit honorare alios, & dignificare, inquātū in eis inſpicit aliq̄d de donis Dei. ergo humilitas, ſi ſimilia inſpicit q̄s in ſe, facit q̄ dignificet ſe magnis bonis: tū ſecundo, quia vel humilitas impedit ne humilis cognoſcat dona Dei quę habet, eſſe in ſe, aut nō. Nō primū, q̄a humilitas nec ſenſum, nec intellectū hebetat. Si ſm̄ ergo humilis cognoſcit ſe dona Dei ēt magna. Aut ergo ſm̄ ea magnis bonis ſe dignificat, aut nō. Si ſic, ergo humilitas eodē mō inclinat, ſicut magnanimitas. Si non, ergo contrarietas inter magnanimitatem, & humilitatē eſt: humilitas .n. inclinaret ad nō ſe dignificandū. Secunda verò pars añtis probat, quia magnanimus iudicat ſic veritatem ergo ſi ſunt aliq̄ defectus in eo, magnanimitas ſua inclinat eū ad minus æſtimandum de ſe tm̄, quantū illi defectus ſunt impedimentum virtuoſarū operationū. Secundò principaliter poſito caſu, q̄ ſit aliquis maximè magnanimus, & maximè humilis, digmus aliqua certa ardua adminiſtratione, & ſic exiſtimetur à ciuibus &c. cōmittentibus illā illi. Tunc ſic. Aut iſte p̄ vtramq; virtutem ſimul iudicabit ſe dignum illa, & ſuſcipiet, aut p̄ vtrāque iudicabit ſe indignū, & refutabit, aut p̄ magnanimitatem iudicabit ſe dignum, & per humilitatem ſe indignum. Nō primum, nec ſm̄, quia ſic haberetur intentum de eadem, aut ſimi-

F

li vtriuſq; inclinatione. ergo tertiū, quod eſt impoſſibile, tū q̄a duo contradictoria eſſent ſimul uera, tum q̄a erunt in eodem duo iudicia contraria: tum q̄a vel ſuſcipiet, & tunc aget contra dictamen humilitatis: uel reiiciet, & tunc aget cōtra dictamen magnanimitatis, uel neutrū faciet, & ſic aget contra vtrumque dictamen, uel ſimul ſuſcipiet, & reiiciet, & tunc erunt duo cōtradictoria ſimul. Sed fortè, inquit, r̄ſibitur, q̄ ſm̄ conſiderationē donorum Dei iudicat ſed dignū: ſm̄ verò conſiderationem propriorum defectuū iudicat ſe indignum. Contra primo. Quorumcumq; cōſequentia repugnant, añtia quoq; repugnant, ſed hæc cōſequentia, Iſte eſt dignus hac adminiſtratione, & iſte nō eſt dignus hac adminiſtratione, repugnāt ergo & añtia, ſed antecedentia ſunt iſta. Iſte ſm̄ conditiones bonorum, quæ à Deo habet, uerè iudicat q̄ eſt dignus hac adminiſtratione, & iſte ſecūdum defectus quos habet, uerè iudicat quòd non eſt dignus eadem. ergo iſta duo antecedentia repugnant. Probatur ſubiuncta minor, ſ. Sed añtia ſunt iſta &c. quia bene ſequitur, Iſte ſecundum hanc cōſiderationem verè iudicat ſe eſſe dignū tali adminiſtratione. ergo iſte eſt dignus illa. Et ſm̄ hanc aliam conſideratōem, verè iudicat ſe eſſe indignum illa eadem. ergo eſt indignus eadem. Secundò, quia vel defectus impediunt, habita etiam ratione tot honorum ab adminiſtratione, aut non. Si ſic, ergo magnanimus, cui ſunt noti defectus, non dignificabit ſe illa; Si non ergo non reddunt eum indignum, & conſequenter humilitas non inclinabit ad non dignificandum ſe hac adminiſtratione.

¶ Ad hanc dubitationem Martini confundentem humilitatem & magnanimitatem, reſpondetur, negando antecedens. Et ad primam probationem primæ partis dicitur, quòd non eſt eadem ratio de aliis, q̄ de ſeipſo reſpectu humilis vt ſic, quoniam humilitas inclinat ad reſpiciendum in aliis bona, & in ſe mala, ſeu defectus. Ad ſecundam verò dicitur, quòd humilitas non impedit hominem humilem à cognitione donorum Dei, quæ habet ipſe. Sed ex hoc non ſequitur. ergo ad ipſam ſpectat dignificare ſe ſecūdum illa. Sicut nec humilitas impedit cognitionem iuſtorum, uel temperatorum, vel fortiū operum, & tamen non ſequitur. ergo ad ipſam ſpectat inclinare in

re in

Ad v dicendum, ꝙ proprietates illæ, ſm ꝙ ad magnanimũ pertinent, non ſunt vituperabiles, ſed ſuperexcedenter laudabiles. Quod.n. primò dr̃, ꝙ magnanimus non hẽt i memoria à qbus beneficia recipit, B intelligendũ eſt quãtũ ad hoc, qđ non eſt ſibi delectabile, ꝙ ab aliquibus bñficia recipiat, quin ſibi maiora recõpenſet: qđ ptinet ad perfectioné gratitudinis, in cuius actu vult ſuperexcellere, ſicut & in actib⁹ aliarũ virtutũ. Similiter ẽt ſecũdo dr̃, ꝙ eſt ocioſus, & tardus, nõ qa deficiat ab operando ea q̃ ſibi cõueniunt, ſed qa nõ ingerit ſe quibuſcunq; operibus, C ſed ſolũ magnis, qualia decẽt eum. Dr̃ ẽt tertio, ꝙ vtitur ironia, nõ ſm quod opponit̃ veritati, ut. ſ. dicat de ſe aliqua vtilia, q̃ nõ ſunt, uel neget aliqua magna, quæ ſunt: ſed qa nõ totam magnitudiné ſuã mõſtrat, maximè quantũ ad inferiorũ multitudinem: qa ſicut ẽt Philoſophus ibidem * dicit ad magnanimũ pertinet magnũ eſſe D ad eos, qui in dignitate, & bonis fortunæ ſunt, ad medios aũt moderatũ. Quarto ẽt dr̃, ꝙ ad alios non poteſt conuiuere, ſ. familiariter, niſi ad amicos, quia omnino vitat adulationem, & ſimulationem, quæ ptinent ad animi prauitatem. Conuiuit tñ omnibus & magnis, & paruis, ſecundum ꝙ oportet, ut dictum eſt *. Quinto etiam dr̃, ꝙ vult habere magis infructuoſa non quæcumque, ſed bona, ideſt, honeſta. Nã in omnibus præponit honeſta vtilibus tanquam maiora. Vtilia enim quæruntur ad ſubueniendũ alicui defectui, q magnanimitati repugnat.

Li. 4. ca. 3. tom. 5.

In ſolu. ad 2. argum.

Articvlvs IIII.

Vtrum magnanimitas ſit uirtus ſpecialis.

Ad qvartvm ſic pcedi tur. Vr̃ ꝙ magnanimitas non ſit ſpecialis virtus.[b] Nulla .n. ſpãlis virtus operat̃ in omnibus uirtutibus: ſed Philo: in 4. Ethic.* dicit, ꝙ ad magnanimũ ptinet, quod eſt in vnaquaque virtute magnũ. ergo magnanimitas nõ eſt ſpãlis virtus.

¶ 2 Præt. Nulli ſpeciali uirtuti attribuit̃ actus[h] diuerſarũ virtutũ: ſed magnanimo attribuuntur diuerſarum uirtutũ actus. dr̃.n. in 4. Ethi.* ꝙ ad magnanimũ ptinet non fugere cõmouẽtẽ, quod eſt actus prudẽtiæ: neque facere iniuſta, qđ eſt actus iuſtitiæ, & ꝙ eſt prõptus ad benefaciendum, quod eſt actus charitatis: & ꝙ miniſtrat prõptè, qđ eſt actus liberalitatis: & ꝙ eſt veridicus, qđ eſt actus veritatis: & ꝙ ñ ẽ planctiuus, qđ eſt actus patiẽtiæ. ergo magnanimitas nõ ẽ ſpãlis virtus.

¶ 3 Præt. Quælibet virtus eſt q̃dã ſpecialis ornatus animę, ſecundũ illud Iſa. Induit me Dominus veſtimẽtis ſalutis. & poſtea ſubdit, Quaſi ſponſam ornatã monilib. ſuis: ſed magnanimitas eſt ornatus oim virtutũ, ut dr̃ in 4. Eth.* ergo magnanimitas eſt[h] uirtus generalis.

Sed contra eſt, ꝙ Philoſ. E in 2. Ethi.* diſtinguit eam contra alias virtutes.

Respon. Dcẽm, ꝙ ſicut ſupra dictũ ẽ,* ad ſpãlẽ virtutẽ ptinet, ꝙ modũ rõis ĩ aliqua determinata materia ponat. Magnanimitas ât ponit modũ rõ-

Porret. poſt ſor.

644

Infra ar. 5. ad 2. & q6. 134. art. 2. ad 2. Et 2. diſ. 42. q. 2. arti. 4. cor. & diſt. 44. q. 2. arti. 1 cor. Et 3. diſt n. 9. q. 1. arti. 1. q. 2. cor. & diſt. 33. q. 3. ar. 3. q. 4. cor. & ad 1. Et 4. diſt. 14. q. 1. arti. 1. q. 3. ad 2. & diſ. 16. q. 4. artí. 1. q. 2. ad 2. Et ma. q. 8. ar. 2. ad 1.

* Li. 4. c. 3. ante medium to. 4.

† Li. 4. ca. 3. tom. 5.

Lib. 4. ca. 3 ante medium to. 5.

Lib. 2. c. 7. tom. 5.

q. 123. arti. 2.

A ...vel fortia &c. cũ arguitur, Aut humilitas ſic, dignificat ſe, aut non: reſpondetur, ꝙ non. Et cum refertur, Ergo eſt contraria magnanimitati humilitas, nihil valet ſequela, qa aliud eſt humilitatem non inclinare ad dignificandũ hominẽ bonis. qbus eſt dignus: & aliud eſt humilitatem inclinare ad ñ dignificandum hominẽ bonis, quibus ẽ dignus. Nã in primo ẽ pura negatio, in ſecũdo affirmat inclinatio ad oppoſitũ: & primũ verificat de humilitate, nõ ſm. & tñ arguens ſm imponit humilitati. Ad ſcdam verò partẽ antecedẽtis pricipalis, ſ. q magnanimitas facit, ꝙ nõ tm cõditionem defectuũ ſuorũ ſe paruipendat. dr, ꝙ ñ eſt falſa ſic prima pars: qa magnanimitas tendit ad magnũ in qualibet virtute: ac p hoc, inquantũ tendit ad magnũ in humilitatis ope, facit quodãmõ qđ humilitatis eſt. Nõ ſic ât humilitas deijcit magnanimitatem, ſicut magnanimitas magnificat humilitatẽ: & iõ prima pars dicti antecedentis ſimpliciter negata eſt. Ad ſm argumentũ principale dr, q reſponſio ibi recitata eſt bona, & ſũpta ex litera pſenti.

¶ Ad improbationem ât dr, q diſtinctio inter dign ĩ ſimpliciter vel ſm hoc, ſoluit qõnem. Humilitas namque ĩdignum ſm qd hoc eſt, ſm ppriõs defectus: magnanimitas verò dignũ ſimpliciter, hoc eſt, oibus conſideratis, iudicat. qđ patet ex duobus. Primò, ex hoc, q humiles inuenimus nõ niſi quãtũ ex ſe eſt ſubtrahere ſe à magnis, ut patet de Ioãne Baptiſta, Ego à te debeo baptizari: & tñ baptizauit Chriſtum. Et in veteri teſtamẽto Moyſes, & Hieremias à diuina legatione ob ppriós defectus ſe ſubtrahebant quam ſimpliciter parati erant ſuſcipere, ut fecerũt. Secundò ex rõe: quia humilitas ñ eſt retractiua à virtutũ opib⁹ ſed cuſtos omniũ, ſp inclinans hominem ad nihil ſibi ſapiendum, qđ ſpectat ad ſm qd: magnanimitas autem ad cuiuſque virtutis magnã tendens non ſm qd, ſed omnibus cõſideratis; etiam eo q ad humilitatem ſpectat, dignificat ſimpliciter hominem his bonis, in quibus dignus eſt. Et licet fundamentum dignitatis bonorum ſint dona Dei, hoc tñ non facit dignum ſecundum quid: quia quicquid eſt homo, & hominis. & in homine, eſt donũ Dei. Non ſic ât de defectibus: qm nõ quicquid eſt homo &c. eſt defectus. Ex hoc igitur, q magnanimus ſe dignificat ſimpliciter, & humilis ſm quid tantum ſe indignificat, hoc eſt, indignum ſe eſtimat in relatione ad ſuos defectus, patet, q̃ nec antecedentia, nec conſequentia repugnant, ut putabatur repugnare, accipiendo dignum ſemper ſimpliciter. Et ſimiliter patet, quod humilis magnanimus procedet ad actus magnos, ſemper tamen indignum ſe credens. cognoſcens. & dicens in relatione ad proprios defectus. Vnde de angelis cæleſtibus dicimus, ꝙ tremunt ante Deum, referendo hoc ad defectum naturæ, quæ ex ſe poteſt deficere: quãuis ſemper felices aſſiſtant. & miniſtrent Deo.

SVP. QV. CXXIX.

ART. IIII.

In artic. 4. eiuſdem 129. quæſt. dubiũ occurrit circa illud. Proprius actus magnanimi eſt tendere in magnum in cuiuſq; virtutis opere. quod habetur in 4. Eth. Et facit difficultatem magnã in pſenti ar. Author ſiquidem ex parte materiæ diſtiguit magnanimitatem ab alijs: Hoc ât difficultatem facit ex parte formalis rõnis: & eſt ratio dubii, quia magnũ, & paruũ cuiuſque actus virtutis non diſtinguunt ſpecie, ac p hoc eiuſdem virtutis eſt tendere in actũ ſuũ ſiue magnũ ſiue paruum. Et ſic magnanimitas coincidit cum qualibet virtute, inquãtum facit ſuum actum magnum: & ſic non eſt virtus ſpecialis, ſed qlibet virtus, ut exercens magnum actũ. Nõ eſt ergo magnanimitas vna uirtus, ſed eſt maxima fortitudo, maxima iuſtitia, maxima temperantia, & ſic de alijs: quælibet. n. harum tendit in magnum ſuum actum.

¶ Præterea. Magnum in actu temperantię, vel iuſtitiæ aut habet rõem ardui. aut non. Si habet rõem ardui, ergo maxima temperantia non poteſt in magnum actum temperantiæ. Si nõ, ergo magnum in tali actu ñ eſt obiectum magnanimitatis, quia cum ſit in iraſcibili, oportet obiectum eius eſſe quoddam arduum,

¶ Præterea. Magnum in cuiuſcunque virtutis opere, quod dr̃ obiectum magnanimi, aut ſignificat magnam quantitatem actus virtutis ſubſtratæ, puta, temperantiæ, uel fortitudinis, & ſic redeunt difficultates præmiſſarum rationum, aut ſignificat aliquid ſuperadditum quantitati actus illius ſubſtratæ uirtutis. Et tunc aſſignetur illud, quod non apparet cum magnanimus fortiſſimus tendit in maximum fortitudinis actum, ꝙ in aliã tendat magnitudinem, q̃ fortitudinis ad intra, & honoris ad extra: de quo non eſt ad præſens propoſitum loqui.

b Ad

nis circa determinatā materiā, ſcilicet, circa honores, ut ſupra dictū* eſt: honor autem ſecundum ſe conſideratus, eſt quoddā ſpeciale bonum: & ſm hoc magnanimitas, ſm ſe conſiderata, eſt ſpecialis quedā uirtus.* Sed quia honor eſt cuiuſlibet uirtutis pręmiū, ut ex ſupra* dictis patet: ideò ex conſequenti ratione ſuę materiæ reſpicit omnes uirtutes.

G

AD PRIMVM ergo dicendū, q magnanimitas non eſt circa honorē quēcumque, ſed circa magnū honorē. Sicut āt honor debet uirtuti, ita & magnus honor debet magno operi uirtutis: & idè eſt, q magnanim⁹ intēdit magna opari in qualibet uirtute, inquantū ſ. tēdit ad ea, quæ sūt digna magno honore.

H

AD II dcēm, q quia magnanimus tendit ad magna, conſequēs eſt, q ad illa præcipue tendat, quæ importāt aliquā excellentiā: & illa fugiat, quę pertinēt ad defectū. Pertinet aūt ad quandam excellētiam, q aliqs benefaciat, & q ſit cōicatiuus, & pluriū retributiuus. Et ideò ad iſta promptum ſe exhibet, inquantum habent rōnem cuiuſdā excellentię: non aūt ſm eam rōnem, qua ſunt actus aliarum uirtutum. Ad defectū autē pertinet, quia aliquis intantū magnipendat aliqua exteriora bona, vel mala, q pro eis à iuſtitia, vel quacunque uirtute recedat declinet. Similiter ēt ad defectum pertinet omnis occultatio veritatis, quia vr ex timore pcedere. Quod ēt aliquis ſit planctiuus, ad defectū ptinet, quia per hoc vr animus exterioribus malis ſuccūbere: & ideò hæc, & ſimilia vitat magnanimus ſecundū quandā ſpecialē rōem, ſ. tamq̄ contraria excellētiæ, vel magnitudini.

AD III dicendum, quòd q̄libet virtus habet quēdā decorē, ſiue ornatū ex ſua ſpecie, q eſt pprius vnicuiq; virtuti: ſed ſuperadditur alius ornatus ex ipſa magnitudine operis virtuoſi per magnanimitatem, q̄ omnes virtutes maiores facit, ut dicitur in 4. Ethic.*

(Magnanimitas facit omnes uirtutes maiores. — Lib. 4. c. 3. tom. 5.)

ARTICVLVS V.

Vtrum magnanimitas ſit pars fortitudinis.

(Perrec. per totum.)

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd magnanimitas non ſit pars fortitudinis. Idem enim nō eſt pars ſuiipſius: ſed magnanimitas videtur idem eſſe fortitudini. dicit enim Seneca in libro* de quatuor virtutibus. Magnanimitas, quę & fortitudo dicit, ſi inſit cordi tuo, cum fiducia magna viues. et Tullius* dicit in primo de Officiis. Viros fortes magnanimos eoſdem eſſe volumus ueritatis amicos, minimeq; fallaces. ergo magnanimitas nō eſt pars fortitudinis.

I

(In c. de magnanimit. in prin. — Li. 1. in ca. cuius titulus eſt. Fortitudinem ſi ab honeſtate recedat.)

¶ 2 Præt. Philoſ. in 4. Ethic.* di-

(Li. 4. c. 3. & me. to. 5.)

(Art. 1. & 2. huius q.)

¶ Ad huius difficultatis euidentiā ſciēdū eſt primo, q magnū, & paruū, ut in Prædicamētis dr, eſt relatiuū circa quantitatē. Propter qd importat ultra ſubiectum quantitatē, & relationē. Et licèt ex parte quātitatis magnū, & paruū non diſtinguātur ſpecie, quia eiuſdem eſt ſpecies linea parua, & magna, & ſimiliter ſuperficies, & corp⁹: & ſimiliter ex parte ſubiecti, ſeu rei quantæ, non exigunt magnum, & paruum differentiā ſpecificā: Magna ſiquidem, & parua aqua eiuſdem eſt ſpeciei, & ſimiliter magna, & parua albedo: ex parte tamē relationis ſpecificè diſtinguunt magnū, & paruū. Sūt. n. relatiua ſpecie diſtincta, ſicut duplū, & dimidiū: ſpectāt. n. nō ad relatiua ęquiparātię, ſed ſuppoſitionis. Quocirca licet magnū, & paruū nō diſtinguant ſpecie rei, q̄ dr magna, uel parua, puta, albedinis, caloris, honoris pecuniæ &c. nec ſpecie quantitatis: ſunt tā relatiua īter ſe diſtincta ſpecie. Sciēdū eſt ſcdo, q ī effectib⁹ naturalib⁹ duo inueniūtur. ſ. res ipſa, q̄ ē terminus formalis actionis, & magnitudo ipſius. Sic cū ignis calefacit aquā, eſt ibi & calor, q formaliter terminat calefactionē, & quantitas eius, puta, q eſt calor, ut duo &c. Ad hæc aūt duo naturale agēs ita ſe habet, q primū ē. ad qd directe ītēdit, qdq; ex rōne formæ qua agit: directè pducit. Scdm vero ex cōdōne ipſi⁹ formæ pueniт. Calidū īquātū calidū facit calidum. Sd qa intēt⁹ eſt actiu⁹ calor, ideò in patiēte diſpoſito fit nō ſolū calor, ſed calor ītēſus. Ita q calidū, actiuū directè non intēdit, niſi calidū facere tanq̄ proprium, & formalem effectum. Intēſionem āt caloris efficit nō tanquàm ex forma intēta directè; ſed tanq̄ cōditionē concomitantē naturaliter tale agēs, in hoc paſſo &c. Et quia in aīa intellectus natus eſt adunata diuidere, & aīa natura quædā eſt, in hoc aīa excedit materiā, q efficit magnitudinē actus uirtutis non ſolū per modū naturæ, ſ. ut cōditionē actus, ſicut de calore dictū eſt, ſed ēt per mediū aīæ, ſ. p directā intentionē ipſius magnitudinis, ut cuiuſdā rōis formalis: ita q homo ualde fortis, & magnanimus dupliciter tendit in magnū fortitudinis actum. Primo, per modum naturæ, inquātum fortis: ex rōne nāq; ſuæ fortitudinis exit in magnum fortitudinis actum, ſicut magnus calor, in magnam calefactionem. Secundò, per directā intētionem ipſius magnitudinis, inquātum magnanimus: ex rōne namque magnimitatis tendit in magnitudinem actus fortitudinis, ut propriam rōnem formalē intentā. Ita q magnitudo actus fortitudinis à fortitudine fit, & reſpicitur, ut conditio concomitans actum ex magnitudine fortitudinis: à magnanimitate verò fit, & reſpicit, ut formale obiectum ipſius. Et ppea diſtinguuntur ſpecie fortitudo, & magnanimitas, utpote habētes diuerſas rōnes formales obiectiuas. Fortitudinis namq; obiectū eſt forte, magnanimitis vero magnū, q̄uis coincidant in hoc, q id quod eſt vnius obiect. conditio, illudmet eſt alterius formalis rō obiectiua. Sciendū eſt tertio, q inter magnū ſm ſe ſumptū, & magnum non ſm ſe, ſed p aliud, tanta eſt differentia in moralibus, ut magnū ſm ſe, qa excellēs qd ac difficile, altūq; ſonat, ardui rōem habeat: nō ſm ſe aūt ſed p aliud reſpectū, infra limites illius, q pricipaliter reſpicit, cōtineat. Ac per hoc magnū tēperantiæ opus, ſi referatur ad magnā tēperātiā, nō hēt rōem ardui: qa tēperātia p ſe primò reſpicit ipſū temperātiæ op⁹, circa qd pricipaliter eſt, & ex conſequēti reſpicit magnitudinē opis. Et ppea non exit ſic limites cōcupiſcibilis magnū tēperātię op⁹. Sed ſi idē opus referat ad magnanimitatē, tūc p ſe primò refert ad ipſā, nō quatenus opus tēperātię, ſed quatenus magnū. Hēt. n. magnanimitas p ſe primò circa magnū: & ppea ut ſic, hēt rōem ardui, & exiēs terminos cōcupiſcibilis, ad iraſcibilis obiectum tranſit.

(Concl. in — q. 103. ar. 1 ad. 2. — Concl. p)

¶ Ad primū ergo argumentū dr. q magnū, & paruū ut ſunt modi alterius, non diſtinguūt ſpēm illius rei, cuius ſunt modi, tñ magnū, & paruū ſm ſe diſtinguuntur ſpē: & ex hac parte magnū hēt rōne ardui, & paruū ñ. Et ppterea diſtiguunt ſpecie in moralibus, qñ. ſ. magnū īduit rōem ardui. Et ſic eſt in pposito: qm & magnū ī ope cuiuſq; virtutis, & magnū in honorib. hēt rōnem ardui. Cōſtat āt arduū diſtingui ſpecie à nō arduo.

(645 — Sn. q. 128. co. & locis ibid. nota.)

¶ Ad ſm dr, q magnū opus tēperantiæ dupliciter cōſiderat. Primò, ut ly magnū, dicit modum alterius. ſ. operis temperantiæ: & ſic, quia non per ſe reſpicitur ab habitu, ſed rōe alterius ſ. operis temperati, non habet rōem ardui, & ad temperantiā ſpectat. Secundo, ut ly magnum, dicit rationem formalē, qua opus ab habitu reſpicitur: & ſic habet rationem ardui, & ad magnanimitatem ſpectat.

K

¶ Ad tertium dicitur, quòd non eſt hic diuerſitas rei ſignificatæ per ly magnum onus temperantiæ vno, vel altero modo: ſed eſt diuerſitas rationis, quam induit ly magnum, ut reſpicitur à temperantia, & à magnanimitate: magnitudo ſiquidem operis temperati ſemper ſignificatur. Sed cum refertur huiuſmodi magnitudo ad temperantiam, habet rationem modi, & ſecundario reſpecti ab ea, ut dictum eſt. Quando verò refertur ad magnanimitatem, habet rationem rationis formalis primò, & per ſe reſpectæ ab ea, & propterea magnanimitas habet pro formali obiecto, & fine magnum in cuiuſcumque virtutis opere: temperantia verò, & aliæ virtutes hēnt pro formalibus obiectis ipſa temperata, iuſta, fortia, & huiuſmodi. Magna autem hæc ipſa ex conſequenti attingunt, vt dictum eſt.

eſt ꝙ magnanimus non eſt philokindinos, ideſt, [h] A amator periculi: ad fortem autem pertinet ſe exponere periculis. ergo magnanimitas non conuenit cum fortitudine, ut poſſit dici pars eius.

¶ 3 Præt. Magnanimitas reſpicit magnum in bonis ſperandis. Fortitudo aūt reſpicit magnū in malis timendis, uel audiendis, ſed bonum eſt [h] principalius quam malum. ergo magnanimitas eſt principalior uirtus q̃ fortitudo. non ergo eſt pars eius.

Li. 1. ſomnium Scipionis in fol. 2. ante mediū libri.

SED CONTRA eſt, ꝙ Macrobius & Andronicus ponunt magnanimitatem fortitudinis partem.

*q. præce. & q. 48. & 1. 2. q. 61. art. 6.

* Li. 2. c. 4 tom. 5.

Firmiter ſe habere, requiritur in omni uirtute.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, * principalius uirtus eſt, ad quā ꝑtinet aliquē gn̄alē B modū uirtutis cōſtituere in aliqua materia principali. Inter alios aūt gn̄ales modos uirtutis un* eſt firmitas animi, q̄a firmiter ſe hr̄e reqritur in omni uirtute, vt dr̄ in 2.* Ethic. Præcipue tñ laudatur hoc in uirtutib. q̃ in aliquod arduū tendunt, in q̃bus difficillimū eſt firmitatē ſeruare. Et iō quantò difficilius eſt in aliquo arduo firmiter ſe hr̄e, tātò principalior eſt uirtus, quæ circa illud firmitatem pſtat animo. Difficilius aūt eſt firmiter ſe hr̄e in periculis mortis, in quib. cōfirmat animū fortitudo, q̃ in maximis bonis ſperandis, uel adipiſcendis, ad q̃ confirmat animū magnanimitas: q̄a ſicut homo C maxime diligit uitā ſuā, ita maxime refugit mortis pericula. Sic ergo patet ꝙ magnanimitas cōuenit cū fortitudine, inquantū confirmat animū circa aliqd arduū. Deficit aūt ab ea in hoc, ꝙ firmat animum in eo circa quod facilius eſt firmitatē ſeruare. Vñ [m] magnanimitas ponit̃ pars fortitudinis, quia adiungitur ei ſicut ſecundaria principali. [n]

Concluſio.

*Li. 5. c. 1. cir. med. & c. 5. tomo 5.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ſicut Philoſophus dicit in 5.* Eth. carere malo accipitur in rōne boni. Vñ & non ſuperari ab aliquo graui malo, puta à periculis mortis, accipit̃ quodammō ꝓ eo, qđ eſt attingere ad magnū bonū, quorum primū ptinet ad fortitudinē, ſed ſcḋm ad magnanimitatem: & ſm̄ hoc fortitudo, & magnanimitas pro eodē accipi pn̄t. Quia tñ alia rō difficultatis eſt in utroq; prædictorum, iō propriè loquendo magnanimitas a Philoſopho * ponit̃ alia uirtus a fortitudine. D

* Libr. 2. Eth. ca. 7. tom. 5.

AD II dicēdū, ꝙ amator periculi dr̄, q̇ indifferēter ſe periculis exponit: quod vr̄ pertinere ad eū, q̇ idifferēter multa quaſi magna exiſtimat, qđ eſt cōtra rōnē magnanimi. Nullus. n. vr̄ pro aliquo ſe periculis exponere, niſi illud magnum exiſtimet. Sed ꝓ his, q̃ uerè ſunt magna, magnanimus promptiſſimè ſe periculis exponit: q̄a operatur magnū E in actu fortitudinis, ſicut in actib. aliarū uirtutum. Vñ & Philoſophus ibidem* dicit, ꝙ magnanimus nō eſt microkindinos. i. pro magnis periculis periclitans. Sed eſt megalokindinos. i. ꝓ magnis periclitans. & Seneca dicit in libro† de quatuor uirtutibus, Eris magnanim9, ſi pericula nō appetas vt temerarius, nec formides ut timidus. Nam nil timidū facit animū, niſi rephenſibilis uitæ conſciētia.

*Li. 4. c. 3. a med. t. 5

*In ca. de magnanimit. in fine illius.

AD III. dicēdum, ꝙ malū inquātū hmōi, fugiēdū eſt. Quod aūt cōtra ipſum ſit pſiſtēdū eſt ꝑ accidēs. i. inquātū oportet ſuſtinere mala ad conſeruationē bonorū. Sed bonū de ſe eſt appetendū: & ꝙ ab eo refugiatur, non eſt niſi per accidēs, inquātum. ſ. exiſtimatur excedere facultatē deſiderātis. Sp aūt quod per ſe eſt, potius eſt q̃ illud qđ eſt ꝑ accidens: & iō magis repugnat firmitati animi arduum in malis, q̃ arduum in bonis, & iō principalior eſt uirtus fortitudinis, q̃ magnanimitatis. Licēt. n. bonum ſit ſimpliciter principalius q̃ malū, malum tamen eſt principalius quantum ad hoc.

ARTICVLVS VI.

Vtrum fiducia pertineat ad magnanimitatem.

AD SEXTVM ſic proceditur. B Vr̄ ꝙ fiducia non ꝑtineat ad magnanimitatem. Poteſt. n. aliquis habere fiduciam non ſolū de ſeipſo, ſed ēt de alio, ſecūdùm illud 2. ad Corint. 3. Fiduciam autem talem habemus ꝑ Chriſtum Ieſum ad Deum, non ꝙ ſufficiētes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſed hoc [h] vr̄ eſſe contra rōnē magnanimitatis. ergo fiducia ad magnanimitatē non pertinet.

C ¶ 2 Præt. Fiducia vr̄ eſſe timori oppoſita, ſm̄ illud Iſa. 12. Fiducialiter agam. & nō timebo: ſed carere [h] timore magis pertinet ad fortitudinem. ergo & fiducia magis ad fortitudinē pertinet, quam ad magnanimitatē.

¶ 3 Præt. Præmiū non debetur niſi [h] uirtutis: ſed fiduciæ debet̃ pmium. dr̄. n. ad Heb. 3. ꝙ nos ſumus domus Chriſti, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſq; in finē firmam retineamus. ergo fiducia D eſt quædā uirtus diſtincta à magnanimitate: quod ēt uidetur ꝑ hoc quòd Macrobius * eam magnanimitati condiuidit.

SED CONTRA eſt, ꝙ Tullius * in ſua Rhetorica uidetur ponere fiduciam loco magnanimitatis, ut ſupra dictum eſt. †

RESP. Dicēdū, ꝙ nomen fiduciæ ex fide aſſumptum eſſe uidetur. Ad fidem autem perti- E net aliqd, & alicui credere. Pertinet aūt fiducia ad ſpem, ſecundū illud Iob. 11. Habebis fiduciā, ꝓpoſita tibi ſpe: & iō nomē fiduciæ hic principaľr ſignificare uidetur, ꝙ aliquis ſpem concipiat ex hoc, ꝙ credit uerbis alicuius auxiliū ꝓmittētis. Sed quia fides dicit ēt opinio uehemens, contingit aūt aliquid uehementer opinari non ſolū ex eo, quod eſt ab alio dictū, ſed etiā ex hoc quòd eſt in alio conſideratum: inde eſt ꝙ fiducia etiam poteſt dici, qua aliquis ſpē alicuius

SVP. Q. CXXIX. ARTIC. VI.

IN ar. 6. eiuſdem q. in reſponſione ad tertium pro quanto ibi dicitur, ꝙ fiducia pro ſpe certa in materia magnanimitatis nō eſt uirtus, ſed cōditio uirtutis, dubium ex Martino occurrit in eodē tract. quæſt. de fiducia, ꝓbāte primo, quòd eſt ſpecies magnanimitatis. Primo, Fiducia cōtinetur ſub aliqua virtute, ut inferius ſub ſuperiore eſſentiali: ſed nulla eſt alia, niſi magnanimitas. ergo. Minor patet, quia reſtricta eſt ad materiā magnanimitatis. Maior ꝓbatur. q̄a actus fiduciæ eſt actus ꝑ ſe virtuoſus. ergo habitus eſt per ſe uirtus. Dicit ſecundò, ꝙ nō valet, qđ dicit Thomas, ꝙ fiducia importat quēdā modum ſpei quia fiducia eſt ſpes roborata ex firma opinione, quia poſſet quæri, quid ꝑ modū ſpei itelligat. Aut. n. intelligit ipſam ſpē, aut aliud a ſpe. Et ſi aliud, aut itrinſecū, aut extrinſecum: & facilè deducerentur membra. Ego autem dico, quòd fiducia non eſt aliud quàm ſpes, nō quælibet, ſed habens coniunctam certitudinē. Et ſi hoc intelligat per modū ſpei, nō contradico. ¶ Ad hoc dicitur, negādo quòd fiducia, ut eſt pars integralis fortitudinis, ut ſcilicet reſtricta eſt ad materiā fortitudinis ſit virtus ꝓpriè loquēdo: & ꝓpterea non continet̃ ſub aliqua uirtute, vt inferi* ſub ſuo ſupiori eſſentiali. Et ad probationē, quia act* fiduciæ eſt actus per ſe uirtuoſus. ergo habitus

Porrecta per totum. 646

Supra q. 128. cor. Et 3. d. 33 q. 3. art. 3. q. 1. cor.

* Lib. 1. in ſomniū Scipionis in fol. 2. ante mediū libri.

*Lib. 3. de inuentione in fol. 3. ante finem.

† q. præc. & q. 129. in diuiſione.

go habitus eſt per ſe uirtus. Negatantecedēs, quia actus fiduciæ non eſt uirtuoſus per ſe, ſed ut pars [illegible] ſcilicet ſer[illegible] ad[illegible]: ſicut ner[illegible] cor, hepatis, a[illegible] cerebri ē actus per [illegible], ſed ut partis, q[illegible] [illegible] eſt, [illegible]. Vnde author dicit, q nō eſt fiducia uirtus, quia alienam materiam reſpicit, ſ. fortitudinis materiā: ad uirtutem autem ſpēm propria ex[illegible] materia. Ad improbationem autem ſecundo loco authoris per interrogationem, reſpondetur, q robur ſpei eſt modus ſpei addens ſupra ſpem firmitatem rectam. Et ſic patet q eſt aliud à ſpe, & ē qualitas, vel relatio ſuperaddita ſpei ſecundùm diuerſas opiniones de bonitate & malitia morali in paſſionibus poſita uel elicitiuè, uel imperatiuè &c. Hæc enim ſunt propoſito impertinētia, & ſunt in præcedenti libro tractata.

*Art. 1. ad 2. argum.

*Li. 4. c. 3. declinando ad fin. tom. 5. D. 679.

Concluſ. m

Quare homo eſt animal ſociale.

rei concipit ex aliquo cōſideratio. Quādoque quidē in ſeipſo, puta, cū aliquis uidens ſe ſanū, confidit ſe diu uicturū. Quādoque aūt in alio, puta, cum aliqs conſiderans aliū amicū ſuū eſſe, & potētem, fiduciam habet adiuuari ab eo. Dictum eſt aūt ſupra,* q magnanimitas propriè eſt circa ſpem alicuius ardui: & ideò quia fiducia importat quoddā robur ſpei ꝓueniēs ex aliqua cōſideratione, q̄ facit vehemētē opinionem de bono aſſequēdo, inde eſt q [m] fiducia ad magnanimitatem pertinet.

AD PRIMVM ergo dicendū, q ſicut dr̄ in 4. Ethi.* ad magnanimum pertinet nullo[d] indigere, quia hoc deficientis eſt: hoc tñ debet intelligi ſm modū humanū, vñ addit, uel uix. Hoc eſt.n. ſupra hoīem, ut omnino nullo indigeat. Indiget.n. omnis homo, primò quidem diuino auxilio: ſecundò aūt ēt auxilio humano, quia homo eſt naturalr animal ſociale, eo q ſibi nō ſufficit ad uitam. Inquantum ergo indiget alijs, ſic ad magnanimum pertinet, ut habeat fiduciam de alijs: quia hoc etiam ad excellentiam hominis pertinet, q habet aliqs in promptu, qui cum poſſint iuuare. Inquantum autem ipſe aliquid poteſt, intantum ad magnanimitatem pertinet fiducia, quam habet de ſeipſo.

AD II dicēdū, q ſicut ſupra* dictum eſt, cū de paſſionibus ageretur, ſpes quidē directè opponit deſperationi, q̄ eſt circa idem obiectū, ſ. circa bonum: ſed ſm obiectorum contrarietatem opponit timori, cuius obiectum eſt malum. Fiducia autem quoddam robur ſpei importat, & iō opponitur timori, ſicut & ſpes. Sed quia fortitudo propriè firmat hominem circa mala, magnanimitas aūt circa proſecutionem bonorū: inde eſt q fiducia magis propriè pertinet ad magnanimitatem, quàm ad fortitudinem. Sed quia ſpes cauſat audaciam, q̄ pertinet ad fortitudinem, inde eſt quòd fiducia ex conſequenti ad fortitudinem pertinet.

*1.2. q. 23. ar. 2. & 3. & q. 40. art. 4.

AD III. dicēdum, q fiducia, ut dictum* eſt, importat quēdam modum ſpei: eſt enim fiducia ſpes roborata ex aliqua firma opinione. Modus autem adhibitus alicui affectioni poteſt pertinere ad cōmendationem ipſius actus, ut ex hoc ſit meritorius: non tamen ex hoc determinatur ad ſpeciem uirtutis, ſed ex materia. Et ideò fiducia non poteſt propriè loquendo, nominare aliquam uirtutem, ſed poteſt nominare conditionem uirtutis. Et ꝓpter hoc numeratur inter partes fortitudinis, non quaſi uirtus adiuncta, niſi ſecundùm quòd accipitur pro magnanimitate à Tullio,* ſed ſicut pars integralis, ut dictum eſt.

*In corp. art.

*Loco citato in argu[illegible] cō[illegible]

*q. 128. art. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſecuritas ad magnanimitatem pertineat.

AD TERTIVM ſic proceditr. Videtur q ſecuritas ad magnanimitatem non pertineat. Securitas.n. ut ſup. habitū* eſt, importat quietē quādam à perturbatione timoris: ſed hoc [h] maximè facit fortitudo. ergo ſecuritas vī idē eſſe, qđ fortitudo: ſed fortitudo nō ꝑtinet ad magnanimitatē, ſed potius econuerſo. ergo neque ſecuritas ad magnanimitatem pertinet.

¶ 2 Præt. Iſi. dicit in li. Etymol.* q ſecurus dī quaſi ſine cura: ſed[h] hoc vī eſſe contra uirtutem, q̄ curā habet de rebus honeſtis, ſm illud Apoſtoli 2. ad Timo. 2. Solicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo. ergo ſecuritas non pertinet ad magnanimitatem, quæ operatur magnū in omnibus uirtutibus.

¶ 3 Præt. Nō eſt [h] idem uirtus, & uirtutis ꝑmiū: ſed ſecuritas ponitur uirtutis præmiū, ut patet Iob 11. Si iniqtatē, q̄ eſt i manu tua, abſtuleris, defoſſus ſecurus dormies. ergo ſecuritas nō ꝑtinet ad magnanimitatem, neque ad aliā uirtutē, ſicut pars eius.

SED CONTRA eſt, qđ Tullius dicit in 1.* de Officiis, quòd ad magnanimū pertinet neq; ꝑturbationi animi, neq; homini, neque fortunæ ſuccūbere: ſed in hoc conſiſtit hominis ſecuritas ergo ſecuritas ad magnanimitatem pertinet.

RESPON. Dicendum, q ſicut Phil. dicit in 2.* ſuæ rhetoricæ, Timor facit hoīes cōſiliatiuos, inquantum. ſ. curā habēt qualr poſſint euadere ea, q̄ timent. Securitas aūt dī per remotionem huius curæ, quā timor ingerit: & iō ſecuritas importat quādā ꝑfectā quietē animi à timore, ſicut fiducia importat quoddā robur ſpei. Sicut aūt ſpes directè ꝑtinet ad magnanimitatē, ita timor directè ꝑtinet ad fortitudinē: & iō [m] ſicut fiducia immediatè ꝑtinet ad magnanimitatem, ita ſecuritas immediatè ꝑtinet ad fortitudinem. Conſideradū tñ eſt, q ſicut ſpes eſt cauſa audaciæ, ita timor eſt cauſa deſperationis, ut ſupra habitum eſt.* cū de paſſionibus ageretur: & ideò[a] ſicut[b] fiducia ex conſequenti pertinet ad fortitudinem, inquantum

Portello per totum.

*q. præce. ad 6.

*Li. 10. ca. 1. & incipit: Sapiēs parū ante medium.

*Lib. 1. in c. cuius ti tu. eſt Magnanimi in duobus ſita eſt.

*Li. 2. c. 5. a med. t. 8

*1.2. q. 45. art. 2.

Concluſ. m *Concluſ. p*

SVP. Q. CXXIX. ARTIC. VII.

IN ar. 7. eiuſdē q. dubiū ex Martino in dicta quæſt. de fiducia, occurrit, ponēte directè contra S. Thomam, q præter fiduciā non ſit ponenda ſecuritas, tanq̄ aliqd ad magnanimitatē pertinens. Arguit ergo primo. Securitas nō eſt aliud ſecundū S. Tho. q̄ ꝑfecta quies animi à timore: ſed habita fiducia habet perfecta quies animi à timore. ergo ꝓpter fiduciā non eſt ponēda ſecuritas. Probat minor, quia certa ſpes, quæ eſt fiducia, aufert tīmorē inquietantē: & ſi eſt timor inquietans, non eſt ſpes certa. Secūdo, Fiducia eſt ſpes roborata ex vehementi opinione ſecundū S. Th. ergo eſt ſine timore, quia ex tali ſpe boni aſſequendi ceſſat timor. Tertio, Oē uirtuoſum per ſe expulſiuū deſperationis ē ſecuritas: fiducia eſt huiuſmodi. ergo. Maior probatur. Securitas eſt expulſiua deſperationis, ut Thomas dicit. ergo quodlibet uirtuoſum, qđ expellit eam, eſt ſecuritas. Minor probatr, quia implicat, q aliquis ſimul cōfidat, & deſperet. Quarto. Oīs pars magnanimitatis, eſt uel fiducia, uel magnificentia, vel perſeuerantia: ſed ſecuritas nihil illorū triū eſt. ergo eſt fiducia. Maior eſt Tullij recepta a beato Thoma. Quinto, quia S. Thomas in q. 128. dicit, Securitatem, quam ponit Macrobius comprehendit Tullius ſub fiducia: ſed Macrobius p magis ſpecialia diſtinxit. ergo fiducia eſt ſuperius ad ſecuritatem. non fuit ergo diſtinguenda ſecuritas contra fiduciam. Sexto, Securitas aut dicit actum intellectus, aut uoluntatis. Si uo-

al voluntatis, aut eſt volitio ſimplex, aut imperatiua. Si ſecundum, ipſa non eſt diſtincta à magnificentia. Si primum, cum connotet ex parte intellectus certitudinē quandā, ſic eſt eadē ſpei. Si autem ſit actus intellectus, non uidetur eſſe niſi certitudo. Et hoc dicebam* eſſe connotatum per fiduciam.

¶ Ad hoc dubium dr̄, ꝙ ſecuritas optimè ponitur vltra fiduciā. Et cum dr̄. Habita fiducia habetur omnes à timore, reſpōdetur dupliciter. Primò, ꝙ cū ſpes ſit de bono, & timor de malo, quāto firmior eſt ſpes alicuius boni, tantò minor eſt timor oppoſiti mali, hoc eſt, priuationis, ſeu carentię illius boni: & ꝙ rōne negationis boni ſperati non oportet ponere ultra fiduciam, ſecuritatem, ſed rōne aliorum malorū. ver. gra. In materia fortitudinis ponitur fiducia ratione victorię, & nō oportet ponere ſecuritatē reſpectu priuationis uictorię: ſed ponitur ſecuritas reſpectu malorū. ſuſtinenda imminent, puta, vulnerum &c. Et ſic fiducia, & ſecuritas ponūtur reſpectu diuerſorum obiectorum. Dr̄ nihilominus ſecundo, ꝙ eſt alia neceſſitas ponendi vtramq; ex parte diuerſarum paſſionū. Nam fiducia reſpicit ſpem, ſecuritas timorem. Et oportet vtramq; paſſionem habere proprium rectificatiuū. Vnde ex hoc ipſo, ꝙ fiducia parit ſecuritatē, oſtenditur nec ſuperfluitas, nō identitas, ſed concomitātia reſpectu eiuſdem, ſi concurrunt. Prima reſponſio, quæ cathegorica ē, ſufficit, q̄m oſtēdit ꝙ in diuerſis paſſionibus reſpectu diuerſorum obiectorū partialiū oportet ponere plures modos, ſeu conditiones uirtuoſas. Et per hoc patet ſolutio ſecundi.

¶ Ad tertium dicit, ꝙ maior eſt falſiſſima, nec probatio aliquid apparentiæ habet.

¶ Ad quartum, licet poſſit argui maior,

Virtuoſus eſt cæleſtis beatitudinis particeps licet deficienter. * 1. 2. q. 5. art. 3. & 7.

Porrecta per totum. 648

* ar. 4. huius quęſt.

* l. 1. in capite magnanimi in duob* potiſſ. ſi. nè eſt.

* Eodē loco nūc dicto.

* Li. 4. c. 3. ante medium to. 5.

vtitur audacia, ita & ſecuritas ex conſequenti pertinet ad magnanimitatem, inquantum repellit deſperationem *.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ fortitudo non præcipuè laudatur ex hoc, ꝙ non timeat, quod pertinet ad ſecuritatem: ſed inquantum importat firmitatem quandam in paſſionibus. Vnde ſecuritas nō eſt idē quod fortitudo, ſed eſt q̄dā conditio eius.

Ad II dicendū, ꝙ non q̄libet ſecuritas eſt laudabilis, ſed q̄n deponit aliquis curam, ꝓut dēt, & in q̄bus timere nō oportet: & hoc mō eſt conditio fortitudinis, & magnanimitatis.

Ad III dicendū, ꝙ in virtutibus eſt q̄dam ſimilitudo, & participatio futuræ beatitudinis, ut ſupra habitū eſt: * & iō nihil prohibet ſecuritatē quādā eſſe conditionem alicuius uirtutis, quāuis perfecta ſecuritas ad præmium uirtutis pertineat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum bona fortunæ conferant ad magnanimitatem

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ bona fortunæ nō cōferāt ad magnanimitatē: quia, vt Seneca dicit in lib. de ira. Virtus ſibi h ſufficiens eſt: ſed magnanimitas facit omnes uirtutes magnas, ut dictum * eſt. ergo bona fortunæ non conferunt ad magnanimitatem.

¶ 2 Præt. Nullus uirtuoſus cōtēnit, ea q̄bus h iuuat: ſed magnanimus contēnit ea, q̄ pertinent ad exteriorē fortunam. Dicit. n. Tullius in libro de Offic. * ꝙ magnus animus in externarum rerum deſpicientia commendatur. ergo magnanimitas non adiuuatur a bonis fortunæ.

¶ 3 Præt. Ibidem Tullius * ſubdit, ꝙ ad magnanimū pertinet ea, quæ uidentur acerba ita ferre, ut nihil à ſtatu naturę diſcedat, nec a dignitate ſapientis. & Ariſtot. dicit in 4. Ethicorum, * ꝙ magnanimus in infortunijs nō eſt triſtis: ſed acerba, & infortunia opponūtur bonis fortunę, quilibet enim triſtatū de ſubtractione eorum quibus iuuatur: ergo exteriora bona fortunæ nō cōferūt ad magnanimitatē.

SED CONTRA eſt, quod Philoſoph. dicit in 4. Ethicorum, * ꝙ bona fortunæ uidentur conferre ad magnanimitatem.

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut ex ſupradictis patet, magnanimitas ad duo reſpicit, ad honorē quidem ſicut ad materiam, & ad aliquid magnum operandū ſicut ad finem: ad utrumq; autē iſtorum bona fortunæ cooperantur. Quia enim honor uirtuoſis non ſolū a ſapientibus, ſed etiā a multitudine exhibetur, q̄ maxima reputat huiuſmodi exteriora bona fortunæ, fit ex cōſequēti ut ab eis maior honor exhibeatū his, * q̄bus adſunt exteriora bona fortunæ. Sil'r etiam ad actus virtutū organicè bona fortunæ deſeruiūt, quia per diuitias, & potentias, & amicos datur nobis facultas operandi: & ideò manifeſtum eſt, quòd bona * fortunæ conferunt ad magnanimitatem *. *Conclu. 10*

Ad primum ergo dicendum, ꝙ uirtus ſibi ſufficiens eſſe dicitur, quia ſine his etiam exterioribus bonis eſſe poteſt: indiget tamen his exterioribus bonis ad hoc, quòd expeditius operetur.

Ad II dicendū, ꝙ magnanimus exteriora bona contemnit, inquantum non reputat ea bona magna, pro quibus debeat aliquid indecens facere. Non tamen quantum ad hoc contemnit ea, quin reputet ea utilia ad opus uirtutis exequendum.

Ad III dicendum, ꝙ quicumq; non reputat aliquid magnum, neque multum gaudet, ſi illud obtineat, neq; multū triſtatur, ſi illud amittat. Et ideò quia magnanimus non æſtimat exteriora bona, ſcilicet, bona fortunæ, quaſi aliqua magna, inde eſt quòd nec de eis multum extollitur ſi adſint, neque in eorum amiſſione multum deijcitur.

QVAESTIO CXXX.

De præſumptione, in duos articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandum eſt de vitijs oppoſitis magnanimitati.

¶ Et primò de illis quæ opponūtur ſibi per exceſſum, quę ſunt tria, ſcilicet præſumptio, ambitio, & inanis gloria.

¶ Scd'ò, de puſillanimitatæ, quę opponitū ei per modū defectus.

Et circa primū quærūtur duo.

¶ Primò, Vrū ꝓſūptio ſit pc̄tm̄.

¶ Secundò, Vtrum opponatur magnanimitati ꝑ exceſſum.

ARTICVLVS I.

Vtrum præſumptio ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd præſumptio nō ſit peccatum. Dicitur enim

* Li. 4 c. 3. nō multū ante medium to. 5.

* Ar. 1 huius quęſt.

quia partes illæ ſunt poſitæ reſpectu fortitudinis, non magnanimitatis, poſ tn̄ dici vt ad quintum, ꝙ ſecuritas cōprehēſa eſt ſub fiduciæ nomine. Nō ꝙ ſecuritas ſit inferius reſpectu fiduciæ, quia fiducia eſt boni, ſecuritas à malo: ſed propter concomitantiam earundē reſpectu oppoſitorū. Securitas enim à malo aliquo infert quādā fiduciā de bono oppoſito, & econtra.

¶ Ad ſextū dicitur, ꝙ ſecuritas nec ē actus intellectus, nec uolūtatis: ſed eſt in iraſcibili habitus quietatiuus à timore.

SVPER QV. CXXX. ART. I.

IN ar. 1. q. 130. in reſponſione ad primū circa illud, Præſumptuoſum eſſet, ꝙ aliquis in ſtatu imperfectæ uirtutis attentaret aſſeq ſtatim ea, quę ſunt perfectę uirtutis, dubium occurrit ex Martino, in tractatu dicto q. 1. de pſumptione, ubi tripliciter contra hoc dictū uniuerſaliter intellectum arguit. Primò. Quia hiſtorijs eccleſiaſticis nō conſonat, cū multos legimus in ſtatu imperfectæ uirtutis volaſſe ad eremum, aut religionem: alios expoſuiſſe ſe martyrio ꝓ fide Chriſti. Secundo, Quia non conſonat rationi morali. Na

Porrecta per totum. 649

Sup. q. 21. ar. 3 ad 1. & q. 70. ar. 3 ad 2.

Apoſt. ad Philippen. 3. Quæ retro ſunt obliuiſcẽs, ad anteriora me extendo: ſed hoc vr̃ ad p̃ſumptionẽ ꝑtinere, ꝙ aliq̃s tendat ĩ ea, q̃ h̃ ſunt ſupra ſeipſum. ergo p̃ſumptio non eſt pc̃m̃.

¶2 Præt. Philoſ. dicit in 10.* Eth. ꝙ oportet nõ ſm̃ ſuadẽtes humana ſapere hominem entem neq; mortalia mortalẽ, ſed inquantũ cõtingit immortalẽ facere. & in 1.* Metap. dicit, ꝙ hõ dẽt ſe trahere ad diuina inquantũ põt: ſed diuina, & immortalia maximè vr̃ eſſe ſupra h̃ hominẽ. Cũ ergo de rõne præſumptionis ſit, ꝙ aliqd tẽdat in ea, quæ ſunt ſupra ſeipſum, vr̃ ꝙ pręſumptio non ſit peccatum, ſed magis ſit aliquid laudabile. C

¶3 Præt. Apo. dicit 2. ad Cor. 3. Nõ ſumus ſufficientes aliqd cogitare a nobis quaſi ex nobis. Si ergo p̃ſumptio, ſm̃ quã aliq̃s nitit̃ in ea, ad q̃ h̃ nõ ſufficit, ſit pc̃m̃, vr̃ ꝙ hõ nec cogitare aliqd bonum licitè poſſit: quod eſt inconueniens. non ergo pręſumptio eſt peccatum. H

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Eccl. 37. O p̃ſumptio nequiſſima, vñ creata es? Vbi rñdet gl.* de mala, ſ. voluntate creaturæ: ſed omne quod procedit ex radice malæ uoluntatis eſt peccatum. ergo præſumptio eſt peccatum.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ cum ea, quæ ſunt ſm̃ naturam, ſint ordinata rõne diuina, quam humana rõ dẽt imitari, quicquid ſm̃ rõnẽ humanam fit, quod eſt cõtra ordinem cõiter in naturalibus rebus inuentũ, eſt uitioſum & pc̃m̃, Hoc autem communiter in omnibus rebus naturalibus inuenitur, ꝙ quęlibet actio cõmenſuratur uirtuti agentis. Nec aliquod agẽs naturale nititur ad agendũ id, quod excedit ſuam facultatẽ, & iõ uitioſum eſt, & pc̃m̃, quaſi contra ordinem naturalem exiſtens, ꝙ aliquis aſſumat ad agendum ea, q̃ præferuntur ſuæ uirtuti: quod pertinet ad rõnẽ præſumptionis, ſicut & ipſum nomen manifeſtat. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ [m] præſumptio eſt peccatũ [n]. I K

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ nihil prohibet aliquid eſſe ſupra potẽtiam actiuam alicuius rei naturalis, quod nõ eſt ſupra potẽtiã paſſiuã eiuſdem. Ineſt enim aeri potentia paſſiua, per quam põt tranſmutari in hoc, qđ habeat actionem, & motũ ignis, quæ excedunt potentiam actiuã aeris. Sic ẽt uitioſum eſſet, & præſumptuoſum, ꝙ aliquis in actu imperfectæ uirtutis exiſtẽs, attẽtaret ſtatim aſſequi ea, q̃ ſunt perfectæ uirtutis: ſed ſi q̃s ad hoc tendat, ut proficiat in uirtutẽ perfectam, hoc nõ eſt præſumptuoſum, nec uitioſum. Et hoc mõ Apoſtolus in anteriora ſe extendebat, ſcilicet per continuum profectum.

AD II. dicendũ, ꝙ diuina, & immortalia ſm̃ ordinem naturæ ſunt ſupra hominem. Homini tamen ineſt quædam potentia naturalis, ſcilicet, intellect⁹, per quam poteſt coniungi immortalibus, & diuinis: & ſecundum hoc Phil.* dicit, ꝙ oportet hominem ſe trahere ad immortalia, & diuina, non quidem ut ea operetur, quæ decet Deum facere, ſed ut eis uniatur ꝑ intellectum, & uoluntatem.

AD III. dicendũ, ꝙ ſicut Philoſ. dicit in 3. Ethico.* Quæ per alios poſſumus, aliqualiter per nos poſſumus: & ideo quia cogitare, & facere bonum poſſumus cum auxilio diuino, non totaliter hoc excedit noſtram facultatem. Et ideò non eſt pręſumptuoſum, ſi aliquis ad aliquod opus virtuoſum agendum intendat: eſſet autem præſumptuoſum ſi ad hoc aliquis tenderet abſque fiducia diuini auxilij.

ARTICVLVS II.

Vtrum præſumptio opponatur magnanimitati per exceſſum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd præſumptio non opponatur magnanimitati per exceſſum. Pręſumptio enim ponitur ſpecies peccati in Spiritumſanctum, ut ſupra habitũ eſt:* ſed peccatum in Spiritumſanctum nõ opponitur magnanimitati, ſed magis charitati. ergo h̃ etiam neque pręſumptio opponitur magnanimitati.

¶2 Præt. Ad magnanimitatem pertinet, ꝙ aliquis ſe magnis dignificet: ſed aliquis dicitur h̃ pręſumptuoſus, etiam ſi ſe paruis dignificet, dũmodo hoc excedat propriam facultatem. non ergo directè præſumptio opponitur magnanimitati.

cuiuſlibet virtutis moralis actus, eſt in plena facultate liberi arbitrij adiuti ſpecialiter à Deo. ergo exiſtens in ſtatu imperfectæ uirtutis, põt appetere op⁹ pfectę virtutis. Tertiò, qa opus perfectũ, per qđ generatur perfectus habitus, præcedit habitũ perfectũ. ergo opus perfectum hr̃ pro tẽpore, pro quo nõ hr̃ adhuc niſi habit⁹ imperfectus. Non eſt ergo præſumptuoſum vniuerſaliter, quòd aliquis habẽs imperfectum habitum, attentet opus perfectæ virtutis.

¶Ad hoc dubiũ dr̃, ꝙ verba authoris ſunt vniuerſaliter uera, ſanè tñ intellecta, ut ſ intelligi debent: notanda ſiquidẽ ſunt uerba literę. Vñ ad primam obiectionẽ dr̃, ꝙ illi, qui ad eremũ, aut religionem abſq; p̃ſumptione ingreſſi ſunt, nõ attentabant ſtatim aſſeq ea, quæ ſunt pfectis uirtutis, ſed attentarunt uiã perfectæ uirtutis: qđ in litera approbatur manifeſtè. Religio enim ſchola eſt uirtutis perfectæ, nõ pfeſſio pfectę uirtutis. Quos aũt martyr oſe expoſuerũt, licet quo ad nos uiderent eſſe imperfectæ uirtutis, vtpote inchoantes: quo ad Deũ tñ erant pfectæ uirtutis, ipſo Domino atteſtante, Maiorem charitatẽ nemo habet. Charitas ſiquidẽ unius incipientis poteſt eſſe maior charitate alterius, qui multo tempore pfecit: quoniã vnicuiq; datur charitas ſecundum menſurã donationis Chriſti, & non eſt menſura aliqua intuj. Similiter illi, qui ſtatim ad ſolitariã uitam rectè proceſſerunt, à perfecta uirtute inceperunt, vt Antonius, & Benedictus, propter iã dictam diuinæ largitatis menſurã, quæ [illegible] tribuit [illegible] uno, quãtũ non ĩ ẽbit alius poſt quadraginta annos ĩ religione.

¶Ad ſecundam dr̃, ꝙ ſoluit ſeipſam ĩ hoc, ꝙ dicit, Specialiter adiuti à Deo. Quilibet enim quantumcunque imperfectæ virtutis, ſi ſpecialiter adiuuatur a Deo ad opus aliquod quantumcunq; magnũ, põt abſq; p̃ſumptione tendere in illud. Author autem loquitur de iperfectę uirtutis homine abſq; alia appoſitione auxilij ſpecialis.

¶Ad tertiam autem dr̃ primò, ꝙ falſum eſt opus perfectum p̃cedere habitum pfectum. Eſt. n. oppoſitum uerum. Fabricando ſiquidem imperfectè, fabri ſimus, & fabricamus poſt pfectè. Et ſimiliter cantãdo, & pulſando imꝑfectè, muſici ſimus, & cantamus, & pulſamus perfectè, ut experiẽtia teſtatur. Generat autẽ imperfecti actus habitum perfectum in uirtute ſuperioris principij, ut in præcedenti libro dictum eſt. Dicitur nihilominus ſecundo, ꝙ aliud eſt hẽre actũ perfectum ante perfectum habitum: & aliud eſt poſt imperfectam uirtutem ſtatim attentare ea, quę ſunt perfectæ virtutis. Stat. n. ꝙ poſt imperfectam uirtutem multo ſtudio, exercitio, & conatu, habeat quis aliquem actum quaſi perfectum ante perfectam uirtutem: & ſic non præſumet, quia nõ ſtatim attentat.

SVPER QV. CXXX. ART. II.

IN art. 2. eiuſdẽ q. in rñſione ad primũ dubiũ occurrit ex Martino ibi q. 2. circa oppoſitionem p̃ſumptionis, de qua in litera fit mentio, ad magnanimitatẽ, & charitatem. Et primo arguit, ꝙ talis p̃ſumptio qualis in litera deſcribit, nõ opponat magnanimitati: qa nullus affectat cõtemptũ diuinæ iuſtitiæ tamquàm rem honorabi-

* Li. 10. c. 7. non procul a fin. tom. 5.
* Li. 1. c. 2. declinando ad finẽ id innuit, x. 3.
* Gl. interlin. ibid.
Contra m
* Loco citato i argum.
* Li. 3. c. 3. a medio tom. 5.
Porrecta per totum.
650
Inf. q. 105 art. 1. cor. Et mal. q. 8. artic. 3. ad 1.
* q. 14. ar. 2. & q. 21. art. 1.

honorabilẽ. ergo nõ eſt p̃ſumptio oppoſita magnanimitati. Secũdò, q; nõ opponit̃ ꝓpriè charitati, qa magis opponitur ſpei. Secũdũ.n.authoré in q.de malo, præſumptio eſt iordinata ſpes. Tertiò, Inordinata cõfidẽtia d' diuina miſericordia ñ opponit̃ magnanimitati, ergo. Probat̃ aſſumptũ, qa nõ eſt reſpectu arduorũ agendorum, ſed reſpectu impunitatis in extremo iudicio.

Li.4.c.3. circa medium.t.5.

Lib.2. c.7. & li.4 c.3. ad fin. t.5

¶ Ad hoc dr, q; p̃ſumptio, qua qs inordinatè confidẽs de diuina miſericordia, contẽnit diuinã iuſtitiã & rõne radicis, & rõne ipſius cõtẽptus manifeſtè opponit̃ magnanimitati. Radicis q.dẽ, qa talis ut ſic, dignificat ſe magnis, q.bus nõ eſt dignus. Dignificat ſe ſiq.dẽ diuina adoptione, & viſione, qbus nõ eſt dignus. Rõne verò contẽptus: qa ipſum contẽnere eſt actus magnus excedẽs facultatẽ hoĩs talis: qa cõtẽnere uindicatiuã iuſtitiã eſt hoĩs ſancti, & iuſti. Vñ patet reſpõſio ad primũ. Quilibet.n. p̃ſumptuoſ⁹ cõtẽnẽs, exercet ipſũ actũ ut magnũ, & honorabilẽ, utpotè, ut actũ iã ſecuri d' Deo. Et ſimiliter patet reſpõſio ad tertiũ: quia arduiſſimũ agendũ, eſt regnare cũ Chr̃o, videre Deũ, aſſequi opera fęlicitatis æternæ, q̃ iſte ſperat. Ad ſecũdũ verò ex litera patet, q; nõ dr̃ opponi ſimpliciter charitati, ſed rõe materiæ, inquãtũ.ſ. eſt aliquid diuinũ: qđ nõ impugnat̃ ab argumento.

q. præc. ar.3.ad 1.

Concl. m

Conclu. p

¶ 3 Præt. Magnanim⁹ exteriora bona reputat quaſi parua: ſed ſm Phil. in 4. Ethi.* p̃ſumptuoſi ꝑꝑ exteriorẽ fortunã fiunt deſpectores, & iniuriatores aliorũ, quaſi magnũ aliqđ æſtimantes exteriora bona. ergo p̃ſumptio nõ opponit̃ magnanimitati ꝑ exceſſũ, ſed ſolũ ꝑ defectũ.

A

SED CONTRA eſt, q; Phil. dicit in 2. & 4. Eth. q; magnanimo opponit̃ ꝑ exceſſum chayn⁹, i. furioſus, uel uentoſus, quẽ nos dicimus præſumptuoſum.

B

RESP. Dicẽdũ, q; ſicut ſupra dictũ eſt,* magnanimitas conſiſtit in medio nõ quidẽ ſm quãtitatẽ eius, in qđ tendit, qa tendit in maximũ: ſed cõſtituit̃ in medio ſm ꝓportionẽ ad ꝓpriã facultatẽ. Nõ.n. in maiora tendit, q̃ ſibi cõueniant.ᵐ Præſumptuoſus aũt quantũ ad id, in qđ tẽdit, nõ excedit magnanimũ: ſed multũ qñq; ab eo deficit.ⁿ Excedit autem ſm proportionẽ ſuæ facultatis, quã magnanimus nõ trãſcendit: & ᵖ hoc mõ opponitur præſumptio magnanimitati per exceſſum.ᑫ

C

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q; nõ quælibet p̃ſumptio ponitur pc̃m in Spiritumſanctum, ſed illa, qua qs diuinã iuſtitiam cõtẽnit ex inordinata cõfidentia diuinæ miſericordiæ. Et talis p̃ſumptio rõne materiæ, inquantum.ſ. per eam cõtemnit̃ aliqđ diuinum, opponitur charitati, vel potius dono timoris, cuius eſt Deum revereri. Inquantum tñ talis cõtemptus excedit proportionẽ ꝓpriæ facultatis, poteſt opponi magnanimitati.

D

AD II. dicendũ, q; ſicut magnanimitas, ita & p̃ſumptio in aliquod magnum tẽdere videt̃. Non.n. multum conſueuit dici aliqs præſumptuoſus, ſi in aliquo modico uires ꝓprias tranſcendat. Si tamen talis præſumptuoſus dicatur, hæc præſumptio nõ opponitur magnanimitati: ſed illi virtuti, q̃ eſt circa mediocres honores, ut dictũ eſt.*

E

q. præc. artic. 2.

AD III. dicendum, q; nullus attentat aliquid ſupra ſuam facultatem, niſi inquantum facultatem ſuam æſtimat maiorem, q̃ ſit. Circa quod põt eſſe error dupliciter. Vno mõ ſecundùm ſolam quantitatem, puta, cum aliquis æſtimat ſe habere maiorem uirtutem, ſcientiam, uel aliquid aliud huiuſmodi, q̃ habeat. Alio modo, ſecundũ genus rei, puta, cum aliquis ex hoc æſtimat ſe magnum, & magnis dignum, ex quo non eſt, puta, propter diuitias, uel propter aliqua bona fortunæ. Vt n. Philoſ. dicit in 4. Eth.* qui ſine uirtute talia bona habent neq; iuſtè magnis ſeipſos dignificant, neque rectè magnanimi dñr. Similiter et illud, ad quod aliqs tendit ſupra uires ſuas, quandoq; quidem ſecundùm rei ueritatem eſt magnũ ſimpl̃r: ſicut patet de Petro, qui tẽdebat ad hoc, q; pro Chr̃o pateretur, quod erat ſupra uirtutem ſuam: qñq; verò non eſt aliquid magnum ſimpliciter, ſed ſolùm ſm ſtultorum opinionem, ſicut pretioſis ueſtibus indui, deſpicere, & iniuriari aliis: quod quidẽ ptinet ad exceſſum magnanimitatis non ſecundùm rei ueritatem, ſed ſm opinionem. Vnde Seneca dicit in lib.* de quatuor uirtutibus, q; magnanimitas ſi ſe extra modum ſuum extollat, faciet uirum minacẽ, inflatum, turbidũ, inquietũ, & in quaſcunque excellẽtias dictorũ, factorumq; neglecta honeſtate, feſtinũ. Et ſic patet, q; præſumptuoſus ſm rei ueritatem, quandoque deficit a magnanimo: ſed ſecundùm apparentiam in exceſſu ſe habet.

Li 4.c.3. circa mediũ, to. 5.

Iniuriari aliis eſt ſolũ ſecundum ſtultorum opinionem aliquid magnum.

In ca de moderanda fortitudine.

QVAESTIO CXXXI.

De ambitione, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdum eſt de ambitione. Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrũ ambitio ſit pc̃m.

¶ Secundò, Vtrũ opponat̃ magnanimitati per exceſſum.

ARTICVLVS I.

Vtrum ambitio ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q; ambitio non ſit peccatum. Importat.n. ambitio ʰ cupiditatẽ honoris: honor aũt de ſe quodam bonũ eſt, & maximũ inter exteriora bona. vñ & illi, q de honore non curant, uituperant̃. ergo ambitio non eſt peccatũ, ſed magis aliquid laudabile, ſecũdùm q; bonum laudabiliter ʰ appetitur.

¶ 2 Prẽt. Quilibet abſque uitio põt appetere illud, qđ ſibi d'betur, ꝓ ʰ præmio: ſed honor eſt p̃mium uirtutis, ut Philo. dicit in 1. & 8. Ethi.* ergo ambitio honoris non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Illud, ʰ ꝑ qđ ho ꝓuocatur ad bonũ, & reuocatur a malo, nõ eſt pc̃m: ſed ꝑ honorẽ homines ꝓuocantur ad bona facienda, & mala uitãda, ſicut Phil. dicit in 3. Ethi.* quòd fortiſſimi uident̃ eẽ, apud quos timidi ſũt ihonorati, fortes autẽ honorati. & Tullius* dicit in lib. de Tuſculanis quęſtionibus quòd honor alit artes. ergo ambitio non eſt peccatum.

SVP. QV. CXXXI. ART. I.

IN art. 1. q. 131. dubiũ primo occurrit circa illud, id in quo homo excellit, dat̃ homini a Deo, ut ex eo aliis proſit. Videtur enim dici hoc ſine ratione aliqua: nec apparet verum, quoniam quãdoque datur homini, ut in ſeipſo perfectior ſit.

Porrecta per totum 651

¶ Dubium ſecundò occurrit circa diſtinctionem trimembrẽ inordinati appetitus honoris, an ſit ſufficiens. Inquit enim Martinus in prima quæſtio. de ambitione, quòd uidentur ſibi eſſe alij modi præter iſtos. Vndè quatuor modos ponit, ſcilicet ratione quantitatis, finis, mediorum, & uehementiæ. Sub his ſiquidẽ modis tribus in litera aſſignatis, non cõprehẽditur ambitio digni ſecundùm ſe aliquo honore, ſed indigni: quia habet digniorem ſe illo honore, qui non poteſt utriq; dari, ut eſt honor epiſcopalis &c. Et ſimiliter nec ambitio eius, qui per quæcumque media quærit honorẽ, quo dignus eſt. Et ſimiliter nec ambitio ei⁹, qui uehemẽtius affectat, vel quęrit, quam oporteat.

Li. 3.c.1. & li.4.c.3 tom.5.

Li.3.c.8. tom.5.

Li.1. non remote a pri.

¶ Dubium tertio eſt, circa ueritatẽ tertij mẽbri diſtinctionis

dubium

dictæ. Videtur ſiquidem rationi conſonum, ꝙ ſi quis appetat honorem ſuæ uirtuti debitum, ea ratione, quia ſibi eſt debitus, vt habenti talem virtutem, non referendo aliter ad vtilitatem aliorum, in nullo à rectitudine declinet. Sicut appetens pecuniam ſibi debitam, quia eſt ſibi debita, in nullo peccat.

¶ Dubiũ quarto eſt, An iſtæ relatiões honoris in Deũ, & ꝓximũ in lra poſitæ requirant actualiter, an habitualiter. Et eſt ratio dubij, quia requi actualiter nimis durũ eſt, & intolerabile: cũ frequẽtiſſimè honoremur abſq; cogitatione aliqua de Deo, & ꝓximo. Habitibus aũt nec meremur, nec demeremur, ut patet in dormientibus, & vigilantibus, qñ non actualiter utunť habitibus, quos habẽt.

¶ Ad primũ dubium dr̃, ꝙ cũ bonũ ſit naturaliter ſuipſi⁹ diffuſiuũ, ex hoc ipſo ꝙ aliqs cõſtituit à Deo ĩ aliquo bono excellẽtiori, conſtituitur ad hoc, ut ꝓſit alijs. Debẽt.n. ſuperiora inferiora diffundi. Et qm̃ iõ iſta in prõptu clara erat, iõ author nõ adiecit rõnẽ in dicto tã uero, & rõnabili: ꝓſertim cũ Deus vniuerſi curam habens, vniuerſi partes diffundat, ut ſuapte natura cõicabiles ſint. Cõſtat aũt, ꝙ pfectiora ĩ ſeipſis nata ſunt aliis prodeſſe. Ad hoc igitũ à Deo facta ſunt perfectiora, vt aliis ꝓſint, & non ſolum, ut in ſeipſis perfectiora ſint. Ex hoc.n. ipſo, ꝙ conſtituta ſunt ſuperiora ratione excellẽtiæ, inſtituta ſunt, ut inferioribus non ſolum præſint, ſed proſint, ut ſic omnia ſuauiter diſpoſita inueniantur.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ diſtinctio trimembris in litera facta, ſufficiẽs videtur ita ꝙ omnis inordinatus appetitus honoris ad aliquod membrũ illius reducitur. Nã appetitus honoris, quo quis ſecundũ ſe dignus eſt, ſed ratione præiudicij alterius dignioris redditur illicitus, ad primum membrum ſpectat, quo quis appetit honorari de excellentia, quam non hẽt. Multipliciter ſiquidem contingit non habere excellentiam aliquam, primò, abſolutè: ſecundò, relatiuè. uerbi gratia. Ego abſolutè ſum dignus epiſcopatu, quia tamen eſt alter magis dignus illo epiſcopatu, ego non ſum dignus reſpectiuè ad illum. Ac per hoc ſi tunc appeto honorem epiſcopalem, appeto teſtimonium excellentię, quam non habeo: ſcꝫ appeto teſtimoniũ dignioris, cum tñ non ſim dignior. Et ſimiliter cum quis abſolute dignus multis dignitatibus, quia tñ ſunt multi digni, qui ex coaceruatione dignitatum in unum hominem, priuantur illis, non appetit licitè tot dignitates, quia appetit teſtimonium excellentiæ, quam non habet, ſ. dignioris: cum non ſit dignus [illegible] Qui autem per [illegible] media [illegible] honorem, ſub eodem membro clauditur: [illegible] ꝙ per illicita media appetit, aut quærit, indignus ſit: ac per hoc quærit honorem, quo non eſt ſimpliciter dignus nunc, licèt aliàs eſſet dignus, ſi non per talia media quæreret. Qui demum magis affectat honorem, quàm oporteat, ad idem membrum reducitur, pro quanto excellentia quam habet, vehementiam appetitus non adæquat, ſed exceditur ab ipſa.

¶ Ad euidentiam tertij, & quarti dubij aduertendum eſt, ꝙ honor cum ſit in genere bonorum utiliũ quo ad hoc, quòd propter aliud eſt appetibilis, ad hoc quod ordinatè appetatur, aut delectet, oportet ꝙ referatur in debitũ finẽ, ad quẽ ordinãdus eſt. Et quia ordinatur ad excellentiã hõis, eſt.n. honor teſtimoniũ excellentiæ, & excellentia ordinatᷣ ad utilitatẽ aliorum: iõ de primo ad ultimũ honor mihi exhibitus ordinatᷣ ad utilitatẽ aliorũ. Et ſimiliter, qa excellẽtia mea eſt principaliter a Deo, iõ honor exhibitus meæ excellentiæ, ordinatᷣ principaliter ad Deum vt authorẽ excellentiæ illi⁹. Et hæc ſunt ꝓculdubio uera. Sed qđ difficultatem ingerit eſt, quia nõ oportet omnem rectum uſum alicui⁹ referre in omne id, ad quod natũ eſt referri: ſed ſufficit ꝙ referat illud ad aliquẽ licitum finẽ, in quẽ eſt natum ordinari. verbi gratia. Pecunia ordinatur principaliter ad commutationẽ, & poteſt ſecundario ordinari ad depoſitionem, uel aliquid aliud. Nec oportet ꝙ quilibet vtẽs pecunia, cõmutet, ſed ſufficit, quòd ordinet ad aliquem licitum finem. Ita in ꝓpoſito, honor ordinatur ad tres, ſcilicet ad Deũ, vt actorẽ excellentiæ: & ad perſonã excellentem, vt habentem illã: & ad ꝓximos, ut proſit illis. Si is qui excellit, appetit honorem, aut delectatur honore infra proprios limites, ſcilicet præcisè, vt habens excellentiã, ex hoc ipſo reſeruat locum ſuũ Deo, ut authori: & proximis, ut quibus proſit: quoniam relinquit honori relationes, quas habet, ex hoc ipſo, ꝙ non uſurpat, aut deſpicit relationem illius honoris ad Deum, aut proximos. Intelligo igitur ego, eſſe inordinatum appetitũ honoris propter non referre in Deum, ut actorem, & proximos, ut quibus proſit, ſi non referre ſumitur contrariè, aut priuatiuè: & non ſi ſumitur purè negatiuè. Notanter autem dico in Deum, ut actorẽ excellentiæ, hoc eſt, ut ipſe principaliter honoretur tanquàm author excellentiæ, quoniam non eſt hic ſermo de Deo, ut eſt finis ultimus omnium. Hoc enim non eſt de propriis huiuſmodi quæſtionis, ſed de communibus circũſtantiis omnium humanorum operum. Non enim uideo me, cũ honoror, teneri ad aliud quàm ad referendum honorem mihi exhibitum in finem proportionatum. Conſtat autem, quòd ego, ut habens excellentiam dignam tali honore ab hoc, tunc ſum proximus, & commenſuratus finis, ad quem ſuapte natura honor ordinatur. In nullo igitur pecco, ſi omitto relationes ad Deum ut actorem, & proximos: quoniam præceptum affirmatiuum de his relationibus exercendis nulla ratione ꝓbatur, quòd obliget pro tunc, niſi aliqua alia neceſſitas ſubſit. Sicut cum appeto, aut recipio pecuniam mihi debitam, teneor referre eam ad talem, uel talem uſum: peccatum autem eſſet, ſi homo in tantum delectaretur honore, ut non curaret, an honoretur Deus ut actor, dummodo ipſe habens honoretur. Et ſimiliter pro nihilo haberet, an honor utilis eſſet ꝓximis, dũmodo ipſe honoraretur. Hoc enim eſſet quaſi priuare, quantũ eſt ex parte ſui affectus, Deum, & proximos relationibus debitis ad illos, dum in affectu contemnuntur: hoc enim eſſe quieſcere in ipſo honore, & proprios egredi limites cum affectu ad demolitionẽ aliorum. Vnde patet ſolutio tertij dubij, & quarti, ſ. quòd illæ relationes non exiguntur actualiter, nec habitualiter in ſpeciali ad euitandum peccatum: quàmuis exigi videantur uirtualiter ad hoc, quod appetitus honoris ſit meritorius

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ 1. ad Cor. 13. ꝙ charitas nõ eſt ambitioſa, non q̃rit q̃ ſua ſunt: nihil aũt repugnat charitati, niſi peccatũ. ergo ambitio eſt peccatũ.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* honor importat quãdã reuerentiã alicui exhibitã in teſtimonium excellẽtię eius. Circa excellentiã aũt hõis duo ſunt attendenda. Primo quidẽ, ꝙ illud ſecundùm ꝙ homo excellit, nõ habet hõ a ſeipſo, ſed eſt quaſi quiddã diuinũ in eo: & iõ ex hoc non debetur ſibi principalr̃ honor, ſed Deo. Secũdò, conſiderandũ eſt, ꝙ illud in quo hõ excellit, datur homini à Deo, ut ex eo aliis proſit. undè intantũ debet homini placere teſtimoniũ ſuæ excellentiæ, qđ ab aliis exhibetᷣ, inquãtũ ex hoc paratur ſibi uia ad hoc, ꝙ aliis ꝓſit. Tripl'r aũt appetitum honoris cõtingit eẽ iordinatũ. Vno mõ per hoc ꝙ aliquis appetit teſtimoniũ de excellentia quã non hẽt, quod eſt appetere honorẽ ſupra ſuam proportionem. Alio mõ per hoc, ꝙ honorẽ ſibi cupit nõ referẽdo in Deũ. Tertiò per hoc, ꝙ appetitus eius in ipſo honore quieſcit non referens honorẽ ad utilitatem aliorum. Ambitio aũt importat inordinatũ appetitũ honoris: vñ manifeſtũ eſt, ꝙ ambitio ſemper eſt peccatum.*

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ appetitus boni dẽt r'ari ſm rationem, cuius regulam ſi trãſcẽdat, erit uitioſus: & hoc mõ uitioſum eſt, ꝙ aliquis honorẽ appetat nõ ſm ordinem rõnis. Vituperantur autem qui nõ curant de honore, ſecundũ ꝙ ratio dictat, ut ſ. non uitent ea, quæ ſunt contraria honori.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ honor non eſt p̃miũ uirtutis quo ad ipſum virtuoſum, ut ſ. hoc pro p̃mio expetere debeat: ſed pro p̃mio expetit beatitudinem, q̃ eſt finis uirtutis. Dicitur aũt [d] eſſe p̃mium uirtutis ex parte aliorũ, q nõ habent aliquid maius, qđ virtuoſo retribuant, quàm honorem, qui ex hoc ipſo magnitudinem habet, ꝙ perhibet teſtimonium uirtuti. undè patet, ꝙ non eſt ſufficiens præmium, ut dicitur in 4. Ethicor.*

Ad III. dicendũ, ꝙ ſicut per appetitũ honoris, quãdo debi-

*q. 63. ar. 3. & q. 103. ar. 1.

Concl.

*Li. 2. c. 3. ante medium to. 5.

to mō appetitur, aliqui prouocātur ad bonū, & reuocantur à malo: ita ēt ſi inordinatè appetāt, pt eſſe homini occaſio multa mala faciēdi, dū ſ. aliquis non curat qualitercūq; honorē conſequi poſſit. vñ Salluſtius * dicit in Catilinario, ꝙ gloriā, & honorē, & imperiū bonus & ignauus æq; ſibi exoptāt. Sed ille, ſ. bon[9], vera via vtit: huic ſ. ignauo, quia bonę artes deſunt, dolis, atq; fallacijs cōtendit[r]. Et tñ illi, qui ſolum propter honorē vel bona faciūt, uel mala uitāt, nō ſunt uirtuoſi, ut patet ꝑ Philoſ. in 3. Ethico. * vbi dicit, quòd non ſunt verè fortes, qui propter honorem fortia faciunt.

B

ARTICVLVS II.

Vtrum ambitio opponatur magnanimitati per exceſſum.

C

AD SECVNDVM ſic proceditr. Vr ꝙ ambitio non opponatur magnanimitati ꝑ exceſſum. Vni [h] enim medio non opponit ex una parte niſi unū extremū: ſed magnanimitati per exceſſum opponit ꝑſumptio, vt dictum eſt. * ergo non opponitur ei ambitio per exceſſum.

¶ 2 Præt. Magnanimitas ē circa honores: ſed ambitio vr pertinere ad [h] dignitates. dicitur enim 2. Mach. 4. ꝙ Iaſon ambiebat ſūmū ſacerdotiū. ergo ambitio nō opponitur magnanimitati.

D

¶ 3 Præt. Ambitio vr ad [h] exteriorem apparatū pertinere. dr enim Act. 25. ꝙ Agrippa, & Bernice cum multa ambitione introierunt prætorium. & 2. Paralipomenon 16. ꝙ ſuper corpus Aſa mortui cōbuſſerūt aromata, & vnguēta ambitiōe nimia: ſed magnanimitas ñ ē circa exteriorē apparatū. ergo ambitio nō opponitur magnanimitati.

E

SED CONTRA eſt, quod Tullius in 1. de Offic. * dicit, ꝙ ſicut quiſq; magnitudine animi excellit, ita maximè vult omnium princeps eſſe ſolus: ſed hoc ꝑtinet ad ambitionem. ergo ambitio pertinet ad exceſſum magnanimitatis.

RESP. dicēdum, ꝙ ſicut dictum eſt, * ambitio importat appetitum inordinatum honoris. Magnanimitas autem eſt circa honores, & utitur eis ſecundum quòd oportet. Vnde manifeſtum eſt, quòd * ambitio opponitur magnanimitati, ſicut inordinatum ordinato [n].

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ magnanimitas ad duo reſpicit, ad vnum quidem, ſicut ad finē intentum, quod eſt aliquod magnū opus, quod magnanimus attentat ſm ſuam facultatem: & quantum ad hoc opponitur magnanimitati per exceſſum præſumptio. Præſumptio. n. attentat aliquod magnū opus ſupra ſuam facultatē. Ad aliud autē reſpicit magnanimitas, ſicut ad materiā, qua debitè utit, ſ. ad honorē: & quātū ad hoc opponit magnanimitati ꝑ exceſſum ambitio. Non eſt autem inconueniens ſecundum diuerſa eſſe plures exceſſus unius medij.

AD II. dicēdū, ꝙ illis, q. ſunt conſtituti in dignitate, ꝑp quādam excellentiam ſtatus debetur honor: & ſm hoc inordinatus appetitus dignitatum pertinet ad ambitionē. Si quis enim inordinatè appeteret dignitatem non ratione honoris, ſed propter debitū dignitatis uſum ſuam facultatem excedentem, non eſſet ambitioſus, ſed magis præſumptuoſus.

AD III. dicēdū, ꝙ ipſa ſolēnitas exterioris cultus ad quendam honorē pertinet: vñ & talibus cōſueuit honor exhiberi. Qđ ſignificatur Iacob. 2. Si introierit in conuentū ueſtrū vir anulū aureū habens in ueſte cādida, & dixeritis ei: Tu ſede hic &c. Vñ ambitio non eſt circa exteriorē cultum, niſi ſecundum quòd pertinet ad honorē.

---

totius æternæ vitæ: quia charitas virtualiter omnia meritoria ſeruiter diſponit. Sed declinare ab aliqua harum relationum ſiuè contrariè, ſiuè priuatiuè, peccatum conſtituit ambitionis.

¶ In eodem primo articulo in reſponſione ad ſecundū, dubiū occurrit ex Martino ibidē, in q. 1. de ambitione, dicente, ꝙ hæc ſolutio nō placet, tum quia non eſt uerū, ꝙ virtutis præmium ſit beatitudo æterna, ſed ſolū uirtutis meritoriæ: tum quia ſolutio hæc nō eneruat, ſed corroborat argumentum. Nā ſi honor eſt præmiū inſufficiens virtutis, nō ſequitur ꝙ appetitus eius ſit inordinatus: immò oppoſitū, q̃ ſi aliud non obſtet, vr ſequi, ꝙ quantuſcumq; honor appeti poſſit ab habente exiguam valdè virtutem.

x In cōiuratiōe Catilinæ nō remote a prin. in c. cuius initiū: Vrbē Romam a medio.
Reſpon. 2. Vide non virtuoſos.
** Li. 3. c. 8. tom. 5.*

¶ Ad hoc dr, ꝙ prima obiectio peccat, tum quia author non dicit, Virtutis pmiū eſt beatitudo ęterna, ſed beatitudo: ſicut Philoſophus poſuit finem oīs virtutis fęlicitatē. Nec obſtat, ꝙ ipſa fęlicitas ſit actus uirtutis pfectiſſimæ. quīn ſicut inordinat[9] actus ſibi ipſi non eſt pœna, ita fęlicitas eſt pmium felicis animi: tum qa apud Theologum uirtus non meritoria nō eſt uirtus, niſi ſecundum quid in ſtatu naturæ lapſæ: quia nō eſt diſpoſitio perfecti ad optimum ſimpliciter.

Porrecta per totum. 652
** q. præc. art. 2.*

¶ Ad ſecundam uerò obiectionem dr, ꝙ ex hoc ipſo, ꝙ honor negatur uirtutis præmium ſimpliciter, & aſſirmatur virtutis pmium ſecundū quid ex parte aliorū. ſatis habetur, q. honor nō ē de numero bonorum ſimpliciter, ſed vtilium: ac per hoc ꝙ appetitus eius nō eſt ordinatus, ſi eſt appetitus eius ut finis. Et hoc ſufficit ad ſolutionē argumenti uolēns, quod appetitus honoris ſit appetitus licitus, quia eſt appetitus præmij uirtutis, quod habet rōnē finis. Habetur nihilominus ad pfectionem doctrinæ hinc, quòd appetitus honoris ſi debet eſſe ordinatus, debet eſſe ut appetitus boni utilis, qui debet eſſe ſecundum cōmenſurationem ad finē, & nō in infinitum, vt patet vniuerſaliter de recto appetitu utilium. Et propterea non pōt quicumq; habens uirtutē, appetere quantumcumque honorem, ſed commēſuratum ſecundum patriæ morē uirtuti illi. Honor enim cum ab alijs exhibeatur excellentiæ alicui, diuerſis excellentijs diuerſi honores accommodari ſunt: & propterea appetitus rectus non eſt, qui incommenſuratum ſuę virtuti honorem appetit. Et quàmuis nullus honor ſit cuicumque uirtuti ſufficiens ſimpliciter vt præmium, eſt tamē tali virtuti, ab hominibus talib[9], talis honor ſufficiens ut teſtimoniū humanū: & tali virtuti, talis alius honor, & ſic de alijs. Et propterea uitioſum eēt, ſi doctor ſtheologiæ uellet honorari ut imperator triumphans, & ſic de alijs.

x Lib. 1. in c. Fortitudinem, ſi ab honeſtate recedat.
** Præced. art.*

SVP. QV. CXXXI. ART. II.

Conclu.

IN art. 2. eiuſdē q. in rñſione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibidē in q. 2. diſcedente ab hac ſolutione ꝓpterea qa diſtinguit magnanimitatē in multas magnanimitates, puta, in eam, quę habet pro obiecto rem honorabilem, puta, dignitatem: & eam quæ habet pro obiecto honorem, ſicut illa, qua quis cupit honorem ſuæ dignitati debitum. & ideo concludit ꝙ nec ambitio, nec pſumptio cuilibet magnanimitati opponitur &c.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ iſte homo in hoc videtur decept[9], quòd diſtinguit magnanimitatem in ſpecies, ubi debet diſtingui in actum ut eſt circa obiectum, & actū ut eſt circa materiam, vt in litera fit. Magnanimitas ſiquidem ut eſt appetitus magnorum operum, habet pro exceſſu præſumptionem. Et ipſa met, & non alia vt appetitus eſt honoris, habet pro exceſſu ambitionem. Et ſimiliter ut eſt appetitus gloriæ, habet ꝑ exceſſu inanem gloriam. Eadē ſiquidem eſt magnanimitas habens pro fine opus magnum, & pro materia honorem, & gloriam, rectèque ad omnia hęc ſe habet: ac per hoc ex cuiuſque horum defectu corrūpitur. Vnū eſt ergo mediū magnanimitatis conſtitutum ex cauſa integra: plures autem ſunt exceſſus diuerſorum concurrentiū ad perfectionem illius unius medij. Si verò eſſent diuerſæ magnanimitatem ſecundum ſpeciem, non eſſet medium unum, ſed quælibet haberet ſuum medium.

QVAESTIO CXXXII.

De inani gloria, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandum eſt de inani gloria.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum appetitus gloriæ ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum magnanimitati opponatur.

¶ Tertiò, Vtrū ſit pcm̄ mortale.

¶ Quartò, Vtrum ſit vitium capitale.

¶ Quintò, De filiabus eius.

ARTICVLVS I.

Vtrum appetitus gloriæ ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ appetitus gloriæ nō ſit pctm̄. Nullus enim peccat in hoc, ꝙ Deo aſſimilatur, quinimmo mandatur ad Eph. 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi: ſed in hoc, ꝙ hō quærit [h] gloriam, vr̄ Deum imitari, q ab hominibus gloriā quærit. vnde dr̄ Iſai. 43. Affer filios meos de lōginquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnē, q inuocat nomē meū, in gloriā meam creaui eum. ergo appetitus gloriæ non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Illud, [h] ꝑ qđ aliquis ꝓuocatur ad bonum, non videt̄ eſſe peccatum: ſed per appetitū gloriæ homines prouocantur ad bonum. dicit enim Tullius* i libro de Tuſcula. q̄ſtionibus, ꝙ homines ad ſtudia impelluntur gloria. In ſacra ēt ſcriptura ꝓmittitur gloria pro bonis operibus, ſm̄ illud ad Roma. 2. His quidem, qui ſunt ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorē. ergo appetitus gloriæ non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Tulli[2]* dicit in ſua Rhetorica, ꝙ gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude, & ad idem pertinet quod Ambr. dicit,* ꝙ gloria eſt quaſi clara cū laude notitia: ſed appetere [h] laudabilem famam non eſt pctm̄, quinimmò vr̄ eſſe laudabile, ſecundum illud Eccl. 41. Curā habe de bono nomine. & ad Roma. 12. Prouidētes bona non ſolum coram Deo, ſed etiam corā oibus hominibus. ergo appetitur inanis gloriæ non eſt pctm̄.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit 5. de ciuitat. Dei. Sanius videt, qui amorem laudis, uitium eſſe cognoſcit.

RESP. dicēdum, ꝙ gloria claritatem quādam ſignificat: vnde gloriari idem eſt, ꝙ clarificari, ut Aug.* dicit ſuper Io. Claritas aūt, & decor quandam habent manifeſtationem: & iō nomē gloriæ ꝓpriè importat manifeſtationē alicui⁹ de hoc, qđ apud homines decorum vr̄, ſiuè illud ſit bonū corporale aliquod, ſiuè ſpirituale. Quia verò illud quod ſimpliciter clarū eſt, à multis conſpici pōt, & à remotis: iō propriè per nomen gloriæ deſignatur, ꝙ bonū alicuius deueniat in multorū notitiam, & approbationem, ſecūdum ꝙ Salluſtius dicit in Catilinario: Gloriari ad unū non eſt. Largius tamen accepto gloriæ nomine non ſolum conſiſtit in multitudinis cognitione, ſed ēt paucorū, uel unius, aut ſui ſolius, dū ſcilicet aliquis propriū bonū conſiderat, ut dignū laude: quod [m] aūt aliquis bonum ſuū cognoſcat, & approbet, nō eſt peccatū[n]. dr̄ enim 1. ad Cor. 2. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Similiter etiam [p] non eſt peccatum, ꝙ aliquis velit bona opera ſua ab alijs approbari.[q] dicit enim Matt. 5. Luceat lux ueſtra corā hominibus: & ideò[s] appetitus gloriæ de ſe non nominat aliquid uitioſum. Sed appetitus inanis, uel uanæ gloriæ uitium importat[t]: nā quodlibet uanū appetere vitioſum eſt, ſm̄ illud Pſ. 4. Vt qd diligitis vanitatē, & q̄ritis mēdaciū? Pōt aūt gloria dici uana tripliciter. Vno mō, ex parte rei, de qua quis gloriam quærit, puta, cum quis quærit gloriam de eo quod non eſt, uel de eo quod non eſt gloria dignum, ſicut de aliqua re fragili, & caduca. Alio modo, ex parte eius, à quo quis gloriam quærit, puta, hominis, cuius iudicium non eſt certum. Tertio, ex parte ipſius, qui gloriam appetit, qui uidelicet appetitum gloriæ ſuæ nō refert in debitū finem, puta, ad honorem Dei, uel ꝓximi ſalutē.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Auguſt.* dicit ſuper illud Ioann. 13. Vos uocatis me magiſter, & Domine, & bene dicitis. Periculoſum ē ſibi placere, cui cauendum eſt ſuperbire. Ille aūt q

---

SVP. Q. CXXXII. ART. I.

IN ar. 1. q. 132. dubium ex Martino in 1. q. de inani gloria occurrit, impugnante quòd gloria largiori vocabulo ſignificat etiā notitiā ſolius ipſiuſmet, qui gloriatur, tum quia ſecūdum omnes gloria importat alienā opinionem: tum quia 2. Rhetoricæ frequēter videtur poni bona opinio ꝓ gloria: tum quia gloria inter externa bona habita eſt.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ oīa hæc facilè vnico verbo excluduntur, dicēdo, quòd loquūtur de gloria ꝓpriè. Largiori autem uocabulo, ſicut iuſtus ē quis ſibiipſi, ita glorioſus eſt quis in ſua opinione.

¶ In eodē primo articulo circa ſufficientiam trium modorū in litera poſitorū de inani gloria, dubium ex Martino ibidē occurrit, dicente dari alios modos, ſcilicet, cum quis gloriā ſuā quærit cū alienæ gloriæ detrimēto: & rurſus cū quis nimis ardet amore gloriæ.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ hi duo modi ſpectāt ad tertium modum in litera poſitum, q eſt ex parte ipſius, q gloriam appetit. Oēs ſiquidem defectus, & deformitates annexę non ex parte rei, de qua, vel ei⁹ à quo gloria quęritur, ſiue ſint finis, ſiuè modi, ſiuè damni, ſiuè vtilis, & huiuſmodi, ex parte inordinati affect⁹ illius, qui gloriam appetit, ſe tenent: quis authoris ſolam circūſtantiam finis, & vtilis, utpote principalem in hoc membro expreſſerit. per hæc enim inſinuauit reliqua ex eodem capite procedentia, ſcilicet ex parte appetentis. Sicut ad primū membrum, ſcilicet, ex parte rei, reducitur omnis defectus ex parte rei, de qua maior gloria quæritur.

¶ In eodem 1. art. dubiū occurrit circa ſecundum membrum inanis gloriæ, ſcilicet, ꝙ gloria eſt inanis ex parte eius, à quo quis gloriā quærit: puta, hominis, cuius iudicium nō eſt certum. Videtur ſiquidē hoc falſum. Nam ſi gloria quæſita ab homine ex hoc ipſo quòd quęritur ab homine, eſt uana, ac per hoc deformis, ſequitur ꝙ nulla rōne ſine peccato poteſt quæri gloria ab homine: ac per hoc non liceret appetere gloriam humanam propter profectum aliorū, nec propter profectum proprium, nec propter honorem Dei: quod eſt inconueniens, cū gloria humana ſit quoddam bonū utile referibile in bonū finem.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quærere gloriam ab homine, ut homine, non eſt ſecundum ſe prauum vt allata ratio probat. Sed ſi q̄ratur gloria humana vltra humanos limites, uel quia quæritur ab homine tamq̄ à certo, uel magno teſtimonio, aut etiam vltimo teſtimonio, tunc uitium eſt inanis gloriæ: & hoc modo intelligenda uidetur litera. Gloria ſiquidem humana ſi quęratur tamquàm magnum, aut certū aliquid, cum minimū quid, & incerti ſit teſtimonij, uana eſt ex parte eius, à quo quęritur. Si uero quærat infra humanæ magnitudinis, & certitudinis limites, uana ſi eſt ex parte ei⁹, à quo quæritur. Et hoc ſi aduertiſſet Martinus in q. 3. non putaſſet oppoſitū eſſe de mente authoris, ut in ſequenti art. verba authoris ad primum, manifeſtant.

¶ In eodem art. in reſponſione ad primū, cum dicitur, ꝙ Deus quærit.

Porrecta per totum.

653

Mal. q. 9. ar. 1. & 2. cor.

* Li. 1. nō remote a princip.

* Lib. 2. de inuentione fol. 3. ante fi. h.

* Id habet Aug. ſ libi 83. quæſt. q. 31. circa fi. to. 4.

Li. 5. c. 18. in princ. tom. 5.

* Tra. 82. & 100. nō longe a pri. & 104 non procul a fin. tom. 9.

Conclu. [m]

Conclu. [p]

Conclu. [s]

Gloria vana tripliciter.

* Trac. 58. non mul tū procul a princi. tom. 9.

quærit gloriā ſuam non pp ſe, ſed pp nos, non intelligitur vt ly pp, denotat cauſam finalē: qm̄ Deus gloriā ſuā, & oīa vult pp ſe tamq̄ finē uſum creatorum, & creabiliū: ſed intelligitur ly pp vt denotat terminū vtilitatis. Nos. n. ſumus ad quorū vtilitatē, Deus quærit ſuā gloriā. Nā de ipſo ſcriptū eſt, Bonorū noſtrorū, inter quæ eſt gloria, non indiges.

¶ In eodē art. in rñſione ad ſecundū, vbi de prouocatione ad virtutū opera ex gloriæ appetitu tractatur, ſcito q̄ ſi gloria vt finis virtutū ponit, virtutē deſtruit: ſi autē vocat, ad virtutem excitat, ad virtutē acquirendā humanū animū adiuuat magis q̄ cætera bona vtilia: quoniam in genere vtilium, gloria tenet principatum.

¶ In eodē art. in rñſione ad tertiū, dubiū occurrit: qm̄ appetere gloriā humanā, vt debitā ſuæ virtuti, quæ in veritate illi debet̄, nullū peccatum eſt: & tn̄ talis appetitus humanæ gloriæ ſiſtēs in ea, vt habet rōnem debiti ſibi ratione virtutis, quā habet, aut fecit, non habet aliqd̄ trū in litera numeratorū: quia nec ad hoc, q̄ Deus honoretur, nec ad hoc q̄ proximi ꝓficiant, nec ad hoc q̄ ipſemet proficiat, tēdit: ſed ad hoc, q̄ gloria ſibi debita ab hominibus, detur ab illis. Vt ſi quis appetat geſta ſuæ virtutis conſcribi, aut manifeſtari, vt debitas ſibi laudes habeat nō plus quàm oportet.

¶ Ad hoc dr̄, q̄ ex hoc ipſo, q̄ gloria ordinatur immediatè ad virtutē, & habentē ipſam vt ſic, ſequitur q̄ ordinet̄ mediatè ad Deū, qui eſt ordinatius finis virtutis, & habentis ipſam vt ſic. Ac p hoc talis appetitus gloriæ eſt appetitus gloriæ vt vtilis ad hoc, q̄ Deus ab hominibus glorificetur: licet non immediatè, tamen mediatè.

Lib. 5. c. 12. tom. 5.

SVP. Q CXXXII. ART. II.

IN art. 2. eiuſdem 132. q. dubium occurrit ex Martino, vbi ſupra q. 3. impugnante literæ huius rationem, q̄ non concludat: quia iſta conſequentia nihil valet, Hæc ſe habent ſicut cauſa, & effectus. igitur ad eandem virtutem pertinent: qd̄ tamen præſupponit ratio illa. Fortitudo enim bellica eſt cauſa honoris, & tamen ad diuerſas virtutes ſpectant fortitudinis actus, & honor.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ conſequentia literæ non præſupponit illā vniuerſalē propoſitionem, ſ. Cauſa, & effectus ſpectant ad eandem virtutem, ſed tamen conſequentia in his ſpecialibus termi-

ſuper oīa eſt, quantſcunq; ſe laudet, nō extollit ſe. Nobis nāque expedit Deū noſſe, nō illi: nec eū quiſq; cognoſcit, ſi nō ſe iudicet ipſe q nouit. Vndè patet, q̄ Deus ſuā gloriā nō quærit pp ſe, ſed pp nos. Et similiter etiā homo laudabiliter pót ad aliorum vtilitatem gloriam ſuam appetere, ſm̄ illud Matt. 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

B

Ad II. dicendū, q̄ gloria q̄ hr̄ à Deo, non eſt gloria vana, ſed vera: & talis gloria bonis operibus in præmiū repromittit̄, de qua dr̄ 2. ad Cor. 10. Qui gloriatur, in Dño glorietur: nō enim qui ſeipſum comēdat, ille probatus eſt, ſed quē Deus cōmendat. Prouocant̄ ēt aliqui ad virtutū opera ex appetitu gloriæ humanæ, ſicut ex appetitu aliorū terrenorū bonorū: nō tn̄ eſt verè uirtuoſus qui propter humanam gloriam opera uirtutis operatur, ut Aug. probat in 5. de ciuita. Dei.

C

Ad III. dicendū, q̄ ad perfectionē hominis pertinet, q̄ ipſe cognoſcat: ſed qd̄ ipſe ab alijs cognoſcat, nō pertinet ad eius pfectionē, & ideò nō eſt p ſe appetendū. Pót tn̄ appeti inquantū eſt utile ad aliqd ue ad hoc q̄ Deus ab hominibus glorificetur: uel ad hoc q̄ homines proficiant ex bono, qd̄ in alio cognoſcunt, uel ex hoc q̄ ipſe homo ex bonis quæ in ſe cognoſcit per teſtimoniū laudis alienæ, ſtudeat in eis perſeuerare, & ad meliora ꝓficere: & ſm̄ hoc laudabile eſt, q̄ curam habeat aliquis de bono nomine, & q̄ ꝓuideat bona corā Deo, & hōibus: nō tū q̄ in hominum laude inaniter delectetur.

D

ARTICVLVS II.

Vtrum inanis gloria magnanimitati opponatur.

AD SECVNDVM ſic procedit̄. Videt̄ q̄ inanis gloria magnanimitati nō opponat̄. Pertinet. n. ad inanē gloriā vt dictū eſt, * q̄ aliquis glorietur in his quæ non ſunt, qd̄ pertinet ad falſitatē, vel in rebus terrenis & caducis, qd̄ pertinet ad cupiditatem: vel in teſtimonio hominum, quorū iudiciū non eſt certum, qd̄ pertinet ad imprudentiam: huiuſmodi autem vitia non opponuntur magnanimitati. ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati.

¶ 2 Præ. Inanis gloria non opponit̄ magnanimitati p defectū, ſicut puſillanimitas, quę inani gloriæ repugnās uidetur, ſimiliter etiā nec per exceſſum: ſic enim magnanimitati pręſumptio, & ambitio opponūtur, ut dictū eſt, * à quibus inanis gloria differt. ergo inanis gloria nō opponitur magnanimitati.

¶ 3 Pręt. Ad Philip. 2. ſuper illud, Nihil per contentionē, aut inanem gloriam, dicit gloſſ. * erant aliqui inter eos diſſentientes, inquieti, inanis gloriæ cauſa contendentes: contentio autem non opponitur magnanimitati. ergo neq; inanis gloria.

Sed contra eſt, qd̄ Tullius * dicit in 1. de officijs, Cauenda eſt gloriæ cupiditas. Eripit. n. animi libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet eſſe contentio. ergo opponitur magnanimitati.

E

Resp. Dicendū, q̄ ſicut ſupra dictū eſt, * gloria eſt quidā effectus honoris, & laudis. Ex hoc

nis, gloria ſcilicet, & honore, ratione ſimilitudinis vltra connexionem cauſalem: ita q̄ ex hoc, q̄ gloria eſt effectus quaſi homogeneus honoris (qd̄ potuit declarari in multis ad ꝓpoſitū) tenet rō Ambo ſiquidē ſunt bona externa, ſimilia, teſtimonia, ac quaſi pmia virtutis ſuprema inter humana, eadē rōne appetibilia. Ex hoc ſiquidē q̄ honor eſt cauſa talis effectus, ſequitur q̄ vna met virtus hēt p materia vtrumq;.

¶ In eodē 2. artic. dubiū occurrit, An ſicut diſtinguitur honor in magnū & mediocrē ſic vt ſpectent ad diuerſas virtutes, ita diſtingueda ſit gloria in magnā, & mediocrē, ita q̄ magna ſpectet ad magnanimitatē, & mediocris ad aliā virtutē, ac p hoc inanis gloria magna opponatur magnanimitati, mediocris verò alteri virtuti. Et ſi ſic eſt, cur author hoc tacuit?

Porrecta per totum. 654

2. d. 42. q. 2. art. 4.

ar. præ

¶ Ad hoc dr̄ primò, q̄ ſicut de honore diſtinctū eſt, ita de gloria diſtinguendū eſt: ita q̄ magna gloria eſt materia magnanimitatis, parua autem eſt materia illius virtutis, cuius materia eſt paruus honor. Tacuit aūt hoc author, dimittēs hoc ꝓ claro, & apto ex hoc, q̄ gloria cōſequitur ad honorē, & proportionabiliter illi reſpondet.

q. 130. ar. 2. q. pc. art. 2.

¶ Dicitur ſecundò, quòd gloria ſimpliciter dicta non conſequitur niſi magnos honores, reuerētias, & laudes: quoniam qui mediocriter honore, aut laude digni ſunt, non ſunt ſimpliciter clari, ſed ſecundùm quid. Et propterea inanis gloria eſt unum tantum uitium, ad quod reductiuè ſpectat quæcumque mala gloriatio: ſicut ſecundùm quid tale, reducitur ad ſimpliciter tale. & hæc ſolutio eſt uera. Ideo author non diſtinxit de honore, ſicut nec de gloria: quia gloria ſimpliciter ſumpta, non eſt diſtinguibilis in magnam & mediocrem, quàmuis una gloria ſit maior altera: ſicut etiam inter magnos honores unus eſt maior altero honore.

Eſt glo. Ambro. in hunc locum to. 5.

Lib. 1. in c. Magnanimit. in duob. poſtrime ſita eſt. Cupiditas gloriæ eripit libertatē cupienti.

q. 132. ar. 1. ad. 3.

¶ In eodem artic. in reſponſione ad primū, nota illa verba. Magnitudini animi repugnat, q̄ aliquis glorietur in teſtimonio laudis humanæ, quaſi hoc magnum aliquid æſtimetur. Ex his namq; ultimis uerbis apparet Martinum non penetraſſe literam hanc, & propterea dixiſſe, q̄ ſecundùm S. Tho. quærere gloriam humanam ſemper uidetur uanum: cum author hic explicet tunc eſſe peccatum, ſeu uanum, quando humana gloria quæritur ut aliquid magnum, ut ſuperius probauimus.

glo-

enim ꝙ aliqs laudatur, uel quęcumq; reuerentia ei exhiberet, reddit clarus in notitia aliorū. F Et qa magnanimitas eſt circa honorē, ut ſupra ● dictū eſt, cōſequens eſt ēt, ut ſit circa gloriam, ut. ſ. ſicut aliquis moderatè utitur honore, ita ēt moderatè utatur gloria: & ideò ᵐ inordinatus appetit ᵒ gloriæ directè magnanimitati opponitur. ⁿ

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ hoc ipſum magnitudini animi repugnat, ꝙ aliquis res modicas tm̄ appretiet, ꝙ de eis glorietur. G Vndè in 4. * Ethico. dicit de magnanimo, ꝙ ſibi ſit honor paruus. Similiter etiam & alia quæ pp honorē quærūtur, puta, potētatus, & diuitiæ, parua reputātur ab eo. Similiter ēt magnitudini animi repugnat, ꝙ aliquis de his, quæ non ſunt glorieť. Vndè de magnanimo dicitur 4. * Ethic. ꝙ magis curat ueritatē, q̄ opinionem. Similiter etiam magnitudini animi repugnat, ꝙ aliquis glorietur in teſtimonio laudis humanæ, quaſi hoc magnū aliqd æſtimetur. Vñ de magnanimo dicitur in 4. † Ethic. ꝙ nō eſt ei cura, ut laudetur: & ſic ea quæ alijs uirtutibus opponuntur, nihil prohibet opponi magnanimitati, ſecundùm quòd habent pro magnis: quæ parua ſunt. I

Ad II. dicendū, ꝙ inanis gloriæ cupidus, ſm̄ rei ueritatē deficit à magnanimo, quia uidelicet gloriat in his, quæ magnanimus parua æſtimat, ut dictū eſt: ● ſed conſiderādo ęſtimationē eius, opponitur magnanimo per exceſſum, quia uidelicet gloriam quam appetit, reputat aliquid magnum, & ad eam tendit ſupra ſuam dignitatem.

Ad III. dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, * oppoſitio uitiorum non attenditur ſecundùm affectum: ʳ & tamen hoc ipſum magnitudini animi opponitur, ꝙ aliquis contentionem intendat. Nullus enim contendit niſi pro re, quam æſtimat magnam. Vndè Philoſoph. dicit in 4. * Ethico. ꝙ magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil æſtimat magnum. K

Articvlvs III.

Vtrum inanis gloria ſit peccatum mortale.

Ad tertivm ſic procedit. Videtur ꝙ inanis gloria ſit peccatum mortale. Nihil enim ᵇ excludit mercedem ęternam, niſi peccatum mortale: ſed inanis gloria excludit mercedem æternam. dicitur enim Matth. 6. Attendite ne iuſtitiam ueſtrā faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem ueſtrum, qui in cælis eſt. ergo inanis gloria eſt peccatum mortale.

¶ 2 Præ. Quicumq; ſurripit ſibi, qđ eſt Dei proprium, mortaliter peccat: ſed per appetitū inanis gloriæ ᵇ aliquis ſibi attribuit, quod eſt proprium Dei. dicitur enim Iſaiæ 42. Gloriam meam alteri non dabo. & 1. ad H Timoth. 1. Soli Deo honor, & gloria. ergo inanis gloria eſt peccatum mortale.

¶ 3 Pręt. Illud peccatum, quod eſt ʰ maximè periculoſum, & nociuum, uidetur eſſe mortale: ſed peccatum inanis gloriæ eſt huiuſmodi, quia ſuper illud 1. ad Theſſalonicenſes 2. Deo qui probat corda noſtra. dicit gloſ. ● Auguſtini. Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit: quia etſi cuiuſquàm facilè eſt laudem non cupere dum negatur, difficilè tamen eſt ea non delectari cum offertur. Chryſoſtomus etiam dicit * Matth. 6. quòd inanis gloria occultè ingrediť, & oīa quæ intus ſunt inſenſibiliter aufert. ergo inanis gloria eſt peccatum mortale.

Sed contra eſt, quod Chryſoſtom. dicit ſuper Matthæ. * quòd cum uitia cætera locum habeant in ſeruis diaboli, inanis gloria etiam locum habet in ſeruis Chriſti: in quibus tamen nullum eſt peccatum mortale. ergo inanis gloria non eſt peccatum mortale.

Reſp. Dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, ● ex hoc aliqđ peccatū eſt mortale, ꝙ charitati cōtrariatur. Peccatū aūt inanis gloriæ ſm̄ ſe conſideratū, non vř contrariari charitati quantū ad dilectionē proximi: quātū aūt ad dilectionē Dei, pt cōtrariari charitati dupliciter. Vno mō, rōne materiæ, de qua qs gloriať, puta, cū qs gloriatur de aliquo falſo, qđ cōtrariatur diuinæ reuerētiæ, ſm̄ illud Ezech. 28. Eleuatū eſt cor tuū, & dixiſti, Deus ego ſum. Et 1. ad Corin. 4. Quid habes, qđ nō accepiſti? Si autē accepiſti, quid gloriaris quaſi nō acceperis? Vel ēt cū quis bonū temporale, de quo gloriatur, pręfert Deo. quod prohibetur Hierem. 9. Non glorietur ſapiēs in ſapiētia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire, & noſſe me. Aut etiā cum quis præfert teſtimonium hominum teſtimonio Dei. Sicut

contra

¶ In eodem ſecundo ar. in rñſione ad ſecūdum, dubiū ex Martino ubi ſupra occurrit, impugnante hāc rñſionem, pro quanto dicit, ꝙ cupidus gloriæ, ſecundùm rei ueritatē deficit à magnanimo: quia cupidus gloriæ ex dignis cupit maiorē gloriā, q̄ dignus ſit, & ex nō dignis cupit gloriā: magnanimus aūt ex dignis proportionatam, ex nō dignis nullā. ergo ſecundū ueritatē opponiť magnanimo per exceſſum.

*q. 125. ar ti. 1. & 2.

Conel. m

¶ Ad hoc dř. ꝙ in magnanimi opibus duo cōſiderantur. Primū eſt, id undè eſt dign⁹: ſecundùm, id quo eſt dignus. Et quoad primum, cupidus deficit à magnanimo, qm̄ id unde magnanim⁹ gloriam honoremq; habet, eſt uerè magnum, nec eſt minus quàm reputetur. Id uerò unde cupidus gloriam quærit, aut non eſt uerè magnū, quale eſt omne humanum bonū externum aut eſt minus magnum q̄ æſtimetur, ut cum appetit maiorem gloriam, q̄ ſua uirtus mereatur. Et ſic ſecundùm ueritatem rei qua dignus ęſtimatur gloria, deficit à magnanimo cupidus, ut in litera dicitur.

*Lib. 4. ca. 3. ante medíū. to. 5. Cordi magno oīa tranſitoria parua.

* Lib. 4. c. 3. aliquantulum ante fin. ca. tom. 5.

†lib. 4. c. 3. aliquantulū ante fin. to. 5.

SVP. Q. CXXXII. ART. III.

In art. tertio eiuſdē quæſtionis collige quatuor modos, quibus inanis gloria eſt peccatum mortale, ſ. tres ſe tenentes ex parte materiæ, quorum primus eſt de bono, falſo tñ. & contra diuinam reuerentiam uel uſurpando diuinitatem, uel non recognoſcendo dependentiam. Secūdus, de bono temporali amato præ Deo. Tertius, de teſtimonio humano prælato teſtimonio diuino. Et unum ex parte intentionis gloriãtis.

* In ſolutio. ad pręced. argu.

* q. 127. ar. 2. ad 2.

Reſpōſio 2.

¶ Sed accidit hic dubium: quia prętermiſſus eſt modus ex parte materiæ, cum quis gloriatur de peccato mortali, iuxta illud Quid gloriaris in malitia?

* Lib. 4. c. 3. nō multū ante fi. to. 4.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ author diſtinxit peccatum mortale inanis gloriæ in duo capita, ſcilicet ex parte materiæ, & ex parte gloriantis. Nec aſſumpſit prouinciam ponendi exempla omnium modorum, qui ſe tenent ex parte materiæ: quoniam diſtinguendum fuiſſet de materia bona, uel mala. Sed author ſolicitus fuit circa materiam propriam gloriæ, quæ eſt bonum: & de bono dedit quatuor exempla, dicendo, puta, cū quis &c. de malo autem nullum tamquam manifeſtum relinquens, ꝙ gloriari de mortali peccato eſt peccatū mortale inanis gloriæ ratione materiæ, quia eſt gloria de eo, quod eſt contra diuinum honorem: gloriari autem de ueniali, eſt ueniale.

Porrecta per totum. 656

Mal. q. 9. artic. 2.

*Lib. 4. c. 3. aliquantulum ante fin. to. 5.

*Habetur in glo. ordinaria ex Aug.

* Homil. 13. i Mat. opere imperfe. to. 2

* Homil. 13. i Mat. in opere imperfe. tom. 2.

* q. 24. ar. 12. Et q. 110 ar. 4. Et q. 112. ar. 2.

contrà quoſdam dr̄ Ioan.12. Qui dilexerũt magis A gloriam hoĩum, q̃ Dei. Alio modo, ex parte ipſius glorianṫis, qui intentionẽ ſuam refert ad gloriam tamq̃ ad vltimum finẽ, ad quem, ſ. ordinat ẽt virtutis opera, & pro quo conſequẽdo non ꝑtermittit facere ẽt ea q̃ ſunt contra Deũ: & ſic ᵐ eſt peccatum mortale.ᵃ Vndè Aug. dicit in 5. de ✱ ciu. Dei, ꝙ hoc vitium, ſ. amor humanę laudis, tam inimicũ eſt piæ fidei, ſi maior in corde ſit cupiditas glorię, q̃ Dei timor, uel amor, vt diceret Dñs Ioã.5. Quõ poteſtis credere, gloriã ab inuicẽ expectantes, & gloriam q̃ a ſolo Deo eſt, non quærentes? Si autẽ amor humanæ gloriæ, quãmuis ſit inanis, non tñ B repugnet charitati neque quantum ad id de quo eſt gloria, neque quantum ad intentionẽ gloriam quærentis, non eſt peccatum mortale, ſed ueniale.

Concl. m

ᵃLib. 5. c. 14. paulo a princi. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ nullus peccãdo meretur ᵈ uitam æternã. Vndè opus virtuoſum amittit uim merendi vitã æternã, ſi ꝑp inanẽ gloriam fiat, ẽt ſi illa inanis gloria non ſit peccatũ mortale. Sed qñ aliquis ſimpliciter amittit æternã mercedẽ ꝑp inanem gloriã, & non ſolũ quantum ad vnum actum, tunc inanis gloria eſt peccatum mortale.

D 882.

AD II dicendum, ꝙ non oĩs qui eſt inanis gloriæ cupidus, appetit ſibi illam excellentiã, q̃ cõpetit ſoli Deo. Alia enim eſt gloria quæ debetur ſoli Deo, & alia quæ debetur hõi virtuoſo, uel diuiti.

AD III dicendũ, ꝙ inanis gloria dr̄ eſſe periculoſum peccatum non tantum ꝑp grauitatem ſui, ſed etiam propter hoc, ꝙ eſt diſpoſitio ad grauia peccata, inquantum ſcilicet per inanem gloriam redditur homo præſumptuoſus, & nimis de ſeipſo confidens. Et ſic etiam paulatim diſponit ad hoc, quòd homo priuetur interioribus bonis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum inanis gloria ſit vitiũ capitale. E

AD QVARTVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ inanis gloria 1 non ſit vitiũ capitale. Vitiũ. n. ꝙ ſemꝑ ex altero oritur, non vr̄ eſſe capitale: ſed inanis gloria ſemper ex ſuperbia naſcitur. ergo inanis gloria nõ eſt uitiũ capitale.

¶ 2 Præt. Honor vr̄ eſſe aliquid principalius,ʰ q̃ gloria, q̃ eſt ei⁹ effectus: ſed ambitio, q̃ eſt inordinatus appetitus honoris, non eſt uitium capitale. ergo ẽt neque appetitus inanis gloriæ.

¶ 3 Præt. Vitiũ capitale hẽt aliqua principalitatẽ: ʰ ſed inanis gloria non vr̄ hr̄e aliquã principalitatem neq; quantum ad rõnem peccati, quia non ſemper eſt peccatum mortale, neq; ẽt inquantum ad rõnem boni appetibilis, quia gloria humana vr̄ eſſe quiddã fragile, & extra hominem exiſtens. ergo inanis gloria nõ eſt uitium capitale.

A SED CONTRA eſt, ꝙ Greg. 31. ✱ Moral. numerat inanẽ gloriã inter ſeptem uitia capitalia.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ de uitijs capitalibus dupliciter aliqui loquuntur. Quidã enim ponũt ſuperbiam unum de uitijs capitalibus. Et hi non ponunt inanẽ gloriã iter uitia capitalia. Greg. autem in 31.✱ Moral. ſuperbiã ponit reginam oĩum uitiorum: & inanẽ gloriã, quę immediatè B ab ipſa oritur, ponit uitium capitale. & hoc rõnabiliter. Superbia enim, ut infra dicetur,✱ importat inordinatũ appetitũ excellentiæ. Ex oĩ autẽ bono qđ quis appetit, quandã perfectionẽ & excellentiã conſequitur: & ideò fines oĩum uitiorum ordinantur in finem ſuperbiæ. & propter hoc vr̄ ꝙ habeat quandam generalẽ cauſalitatẽ ſuꝑ alia uitia, & non debeat cõputari inter ſpecialia uitiorũ princi C pia, quæ ſunt uitia capitalia. Inter bona autem, ꝑ quæ excellẽtiam homo conſequit̃, ꝑcipuè ad hoc operari vr̄ gloria, inquãtum importat manifeſtationẽ bonitatis alicuius. Nam bonum naturaliter amatur, & honorat̃ ab omnib. & ideò ſicut ꝑ gloriã quæ eſt apud Deum, conſequit̃ homo excellentiam in rebus diuinis; ita ẽt per gloriã hoĩum cõſequitur homo excellentiã in reb. humanis. Et iõ ꝑp propinquitatẽ ad excellentiam, quam hoies maximè deſiderãt, conſequẽs eſt, ꝙ ſit multũ appetibilis & quia ex eius iordinato appetitu multa vitia oriunt̃, iõ inanis ᵐ gloria eſt uitiũ capitale.ᵃ

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ aliquod uitiũ oriri ex ſuperbia non repugnat ei, quod eſt eſſe uitium capitale, eo ꝙ, ſicut ſupra dictũ eſt,✱ ſuperbia eſt regi E na, & mater omniũ uitiorum.

AD SECVNDVM dicẽdum, ꝙ laus, & honor cõparant̃ ad gloriam, vt ſupra ✱ dictũ eſt, ſicut cauſæ ex quibus ſequitur gloria. Vndè gloria comparatur ad ea ſicut finis. Propter hoc enim aliquis amat honorari, & laudari, inquantum per hoc aliquis æſtimat ſe in aliorum notitia fore præclarum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ inanis gloria habet principalem rõnẽ appetibilis rõne iam dicta: ✱ & hoc ſufficit ad rõnẽ uitij capitalis. Non aũt requiri

Lib. 31. c. c. 31.

Lib. 31. c. 31.

Q. 161. ar. 1. & 2.

Conclu. m

1. 2. 84. ar. 2 & 4. ad 4.

Ar. 2. hui⁹ q̃ſt. & q. 103. art. 1. ad 3.

In cor. ar.

Porrecta per totum.

657

Inf. art. 5. & locis ibidem. notatis.

SVP. Q. CXXXII. ARTIC. IIII.

Nic. de Niſsi Tra. 3. p. 3. pa. 1. q. 1.

IN ar. 4 eiuſdem q. 132. multa occurrunt ex Martino, in q. 5. dubia, circa multas propoſitiones lię. Primũ eſt circa dñã inter ſuperbiam, & inanẽ gloriã, ꝙ ſuperbia eſt inordinat⁹ appetitus excellentiæ: inanis gloria verò inordinatus appetitus manifeſtationis ipſi⁹ excellentiæ: qñ aut ſuperbus appetit excellere ſcdm veritatẽ aut ſecundũ apparẽtiam. Si primo mõ, hoc non vr̄ malum. Si ſecũdo, hoc eſt appetere manifeſtationẽ excellentię, quam non habet, quod ſpectat ad inanẽ gloriã ſecundum ipſum.

¶ Secundum eſt circa illam propoſitionẽ, Ex oĩ bono qđ quis appetit quandã perfectionẽ & excellentiã conſequit̃ &c. quia aut hoc eſſet ſecundum veritatem, aut ſcdm opinionẽ appetẽtis. Nõ primo q̃ ꝑ oẽm iordinatũ appetitũ, delectabilis aut vtilis, fit q̃s ſcdm veritatẽ iperfectior: nec ſecundo modo, quia libidinoſus, & auarus opinatur ſe imperfectiorẽ. Et indè eſt ꝙ refugit hoc facere cotam hominibus, putans ſe deſpici, ſi hæc ſciantur.

¶ Tertium eſt circa illã propoſitionẽ, Fines oĩum uitiorũ ordinãtur in finem ſuperbiæ: qñ finis puſillanimitatis, timoris, luxuriæ, accidiæ, & irãꝫ, non ordinã tur in finẽ ſuperbię, ſ. excellentiæ appetitum. Et ex his oĩbus infert, ꝙ author non ſufficientẽ rõnẽ reddit, quare ſuperbia regina uitiorũ ponit̃.

¶ Ad primũ dubium dr̄, ꝙ ſuperbus appetit excellere ſcdm rẽ, & ꝙ hoc eſt peccatũ: quia excellẽtia appetita nõ eſt proportionata appetẽti uel ſimpliciter, uel quoad modum habendi.

¶ Ad ſcdm dubium dr̄, ꝙ aliud eſt loqui de bono qđ appetit̃, puta, delectabili, vel vtili: aliud de modo appetẽdi, ſeu habendi bonum illud, puta inordinatè, ſeu iniuſtè. Ex omni ſiquidem bono tam delectabili q̃ utili, qđ homo appetit, cõſequit̃ homo ꝑfectionẽ aliquã, ac ꝑ hoc excellẽtiã reſpectu non habentium illam. Auarus ſiquidẽ pecunia perficitur quoad potentiã: quia põt per illã, quod ſine illa nõ poterat. Libidinoſus perficitur in ſatietate appetitus, q̃ nonnulla felicitatis pars eſt, quamuis ex modis habendi deterior non perfectior fiat. In litera aũt dicitur, quòd ex omni bono

quis

quis perficitur, & non ex omni modo habendi bonū. Et ex turpitudine modi prouenit, q̄ refugiunt homines iſta coram alijs committere. Eſt ergo vera literæ propoſitio proportionaliter, q̄ ex bono conſecuto ſecundum rem, perficitur ſecundum rē: conſecuto autem ſecundum apparentiam, perficitur ſecundū apparentiā, ſeu opinionem.

¶ Ad tertium dr̄, q̄ cū omnia vitia machinētur vel ad bonū cōſequendum, vel tuendū, vel ad malū vitādum verè, vel apparēter, & vtrumq; horū ad excellentiam ordinabile ſit, conſequēs eſt, vt nullum excipiatur vitiū a fine ſuperbiæ. Puſillanimes nāque, & timidi retrahūt ſe a bono, vel cauēt à malo, vt conſeruent qd̄ habent, vt patet de ſeruo, qui abſcondit talentū, & ſic de alijs: & ex his patet, q̄ benè deductum eſt in litera, ſuperbiā eſſe reginam vitiorū.

Porrecta per totū. 658

Sup q. 21. ar. 4. & q. 105. ar. 1. ad 2. Et inf. q. 138. ar. 2. ad 1. Et 2. diſt. 42. q. 2. artic. 3. cor. Ethi. le. 2. Et ma. q. 8 artic. 1. cor. & q. 9. art. 3. & q. 13. ar. 3. cor.

*Libr. 23. c. 1. 7.

¶ In eod. arti. 4. nota, q̄ quia finis, & mediū ad finem aliter ſe habent ſecundùm ordinem intētionis, & aliter ſecundum ordinem executionis: prius enim eſt in intentione ſanitas, q̄ medicina: in executione autē prius adhibetur medicina, q̄ acquiratur ſanitas: ideò cū ſuperbia, & inanis gloria ſe habeant, vt finis, & medium, prior eſt in intentione excellētia, q̄ eſt finis ſuperbiæ, & cōſequēter apparētia, quæ eſt finis inanis gloriæ: ſed ſecundùm ordinē executionis primo quærimus apparere, vt manifeſti iam & clari, excellētiam conſequamur. Quærunt ſiquidē ſuperbi manifeſtare ſe tamquā virtute, aut poteſtate, aut induſtria p̄ditos, ut manifeſti amentur, & honorentur. Bonum .n. vt in litera dr̄ naturaliter amatur & honorat̄ cū manifeſtū eſt. Amati aūt, & honorati clari habentur. Qui autem glorioſi habentur, propinqui ſatis ſunt, vt exaltentur ad dignitates, & excellentias: & ſic gloria eſt medium ad excellentiā acquirendam, vt in litera ex hac ratione probatur. Et ſic oritur inanis gloria ex ſuperbia, ſicut medium ex fine. Oritur nihilominus gloria ex excellentia, tamquàm quaſi paſſio ex ſubiecto, dum excellere minus æſtimamus, niſi effluat in aliorū notitiā, iuxta illud. Scire tuū, nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Ambæ aūt dictæ propinquitates, connexiones, & depēdentiæ, ſe tenēt ex parte rerum ſecūdū ſe: & propterea ſecūdùm ſe loquēdo inanis gloria ex ſuperbia eſt. Quod aūt autumat nouiter Martinus contra cōem doctrinam, inanem gloriam eſſe vitium capitale reſpectu ſuperbiæ, non eſt verum ſecundùm ſe, ſed quoad nos q̄nq; & ideò eſt ſimpliciter falſum. Et tantò minus ſuſcipiendum, quantò ſimul cum hoc negat inanem gloriā eſſe capitale vitium reſpectu luxuriæ: qm̄ ex parte noſtri, ſicut poſſumus excellentiam ordinare in vanam gloriā vt finē, ita poſſumus ordinare luxuriæ actus in vanā gloriā vt finem, cum multi de his glorientur, & multi ideò luxurientur, vt æſtimentur magni.

¶ Vndè ad argumenta Martini in q. 5. dicendum breuiter.

¶ Ad primum quidem, quòd multi excellere ordinant in gloriam, iam patet, quòd hoc ex parte noſtri eſt.

¶ Ad ſecundū vero de Lucifero, q̄ quia glorioſus appetijt æqualitatem diuinam, dicitur quòd ſi, quia, dicit finem, falſum aſſumitur. Non .n. propter inanem gloriam appetijt æqualitatē. Si autem ly, quia, denotat diſpoſitionem ex parte appetētes, verum aliqualiter eſt, ſed non ad propoſitum. Ex eo namque q̄ Lucifer erat in ſeipſo magnus ac glorioſæ naturæ, propinquus fuit ut appeteret aliquid ſuperius, ſed non propter gloriam, ſed propter excellere.

¶ Ad authoritatem vero Caſſiani, collatione quinta dicitur, quòd ex parte noſtri ſalutari poteſt.

tur q̄ uitiū capitale ſemper ſit peccatū mortale: quia ēt ex ueniali peccato pōt mortale oriri, inquantum ſcilicet veniale diſponit ad mortale.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter dicātur filiæ inanis gloriæ eſſe inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, & nouitatū præſumptio.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q̄ inconueniēter dicantur filiæ inanis gloriæ eſſe inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, nouitatū p̄ſumptio. [a] Iactātia enim ſecundū Greg. 23. Moral.* ponit̄ inter ſpecies ſuperbiæ: ſuperbia autem non orit̄ ex inani gloria, ſed potius econuerſo, vt Gregor. dicit 31. Moral.† ergo iactantia non debet poni filia inanis gloriæ.

¶ 2 Præt. Contentiones, & diſcordiæ vīr ex [h] ira maximè ꝓuenire: ſed ira eſt capitale vitiū inani gloriæ cōdiuiſum. ergo vr̄ quòd nō ſint filiæ inanis gloriæ.

¶ 3 Præt. Chryſ. dicit ſup* Matth. q̄ vbiq; vana gloria [b] malum eſt: ſed maximè [i] philāthropia, ideſt, in miſericordia, quę tamē non eſt aliquid nouū, ſed in conſuetudine hoīum exiſtit. ergo p̄ſumptio nouitatū nō dēt ſpecialiter poni filia inanis gloriæ.

SED CONTRA eſt [m] authoritas Greg. in 31. Moral.† vbi p̄dictas filias inanis glorię aſſignat.[n]

RESPON. Dicendum, q̄ ſicut

† Libr. 31. c. 31.

* Innuit Homi. 19. a medio ſ opere .imperfecto, tom. 2.

†Lib. 31. c. 31.

Conclu.

SVPER Q. CXXXII. ART. V.

Nic. de Niſſetra. 3 p. 3. pr. 1. q. 1.

IN articulo 5. eiuſdem quæſtionis 132. multa Martini in quęſtione ſexta, ibidem citata occurrunt contra hunc articulum. Primum eſt, Quòd iactantia ſit tantum verbis, vt vult Thom.

¶ Secundum eſt, Non placet quod ait Thomas de pertinacia, q̄ pertinet ad intellectum: cum ipſe ponat eam opponi virtuti perſeuerantiæ, & vitio mollitiei, quæ ſunt habitus partis appetitiuæ, & non intellectus.

¶ Tertium eſt, Non puto verū quod ait Thomas, q̄ ira non cauſat contentionē, & diſcordiā niſi cū adiūctione inanis gloriæ. Nā cum ita ex diſpendio lucri ꝓuenit, nō ſit contētio de gloria, ſed de lucro, vel damno: nec talis cōtēdit, q̄a glorioſum putat non cedere alteri, ſed propter lucrum habēdum, vel dānum vitandum, à quo deficeret, ſi nō cōtenderet.

¶ Quartū eſt, Quod vitia iſta, quæ dicunt̄ filiæ inanis gloriæ, poſſunt tripliciter inueniri. Primò, nullius gratia, vt cū ſe iactat aliquis non pp aliud, ſed delectatus ipſa iactātia. Scdo, pp lucrū, vt cum quis iactat ſe medicū vt lucretur, vt dr̄ in 4 Ethi. Tertio, propter gloriam, vt cum quis ſe iactat propter inanem gloriā. Et q̄ non primo, nec ſecūdo modo ſunt filiæ inanis gloriæ, ſed tertio tantùm modo: q̄a tunc ſolùm habent pro fine gloriā. Et q̄ iſta met vt non filiæ inanis gloriæ, diſtinguuntur ſpecie à ſeipſis, vt filijs inanis gloriæ, quia iſtæ habent gloriam pro obiecto, illæ non. Probatur, quia actus, & habitus per ſe bonus, aut p̄ ſe malus habet finem, & quamlibet circunſtantiam exterioris actus bonificatiuam, vel malificatiuam pro obiecto: ſed gloria in iſtis eſt finis, in illis nec eſt finis, nec circunſtantia. igitur.

¶ Ad primum horum de iactantia dicitur, quòd falſo imponitur illud authori: quoniam licèt dicat, quòd iactantia ſit verbis, non tamen dicit, quòd ſit tantùm verbis: immò expreſſè docuit oppoſitum ſuperius bis in articu. 2 q. 113. Sed diſiunxit hic iactantiam contra præſumptionem & hypocriſim, ſecundùm verba & facta, quia iactantia principaliter ſit per verba.

¶ Ad ſecundum de pertinacia dicitur, quòd pertinacia ſpectat ad intellectum materialiter ratione ſententiæ, in qua pertinax firmatur, licèt ſit in appetitu formaliter, ſicut perſeuerantia, & mollities. Et propterea non eſt abſurdum dicere, quòd pertinacia pertinet ad intellectum.

¶ Ad tertium, quòd commiſtio vitiorum multorum non excludit, quin inanis gloria ſit admiſta, præcipuè illo modo quo in litera dicitur, ſcilicet indirectè. Quamuis enim quandoque contendens principaliter, & directè, contendat propter lucrū, cum hoc tamen ſtat, quòd ideò clamat contentiosè, ne videatur minor. Et ſic indirectè contentio eſt filia inanis gloriæ.

¶ Ad quartum dicitur, quòd licèt diſtinctio de modo triplici ſit vera quo ad finem directè principaliter intentum: falſa tamen eſt extendēdo ſermonem ad finem indirectè. Et quoniam filiæ inanis gloriæ, vt in litera dicitur, non omnes directè, & principaliter ordinantur ad gloriam, ſed aliqua directè, & aliqua indirectè: ideo non ſunt iſta vitia ſic diſtinguendá, vt ſolum ſint filiæ inanis gloriæ, quando directè ordinantur ad illam, vt Martinus facit: Quoniam ſi ſic intelligerentur filiæ, ſic inanis gloriæ filiæ eſſent non ſolū iſta ſeptem vitia, ſed oīa vitia quæ poſſunt ordinari principaliter ad inanem gloriam vt finem principalem. Et ſic rapina, prodigalitas, & ſæuitia &c. eſſent filiæ inanis gloriæ: & ſic eſſet confuſio filiarum, cū quodlibet poſſit ordinari ad quodlibet. Vnde vitia iſta nō ſolùm ſi ordinantur ex operantis intentione ad gloriam vt finem principalem, ſed ſecundum ſeipſa ſunt filiæ inanis gloriæ: quia ſecundùm ſeipſa nata ſunt communiter ordinari directè, vel indirectè in manifeſtationem propriæ excellentiæ, ſiue cum hoc ordinentur ad aliud vitium, ſiue non. Et propterea iſta ſpecialiter dicuntur filiæ inanis gloriæ, & non aliæ vitia. Iactātia ſiquidem ſecūdùm ſe ordinatur ad manifeſtationem excellētiæ. Et propterea cum quis ex malo habitu ſola iactātiæ vanitate delectatus, ſe iactat, non effugit filiationem inanis gloriæ, quia ipſa iactantia ſecūdū ſe ad illam ordinatur. Inobedientia ſimiliter, diſcordia &c.

ſecundum

* q.34.ar.5.&q.35.ar.4.&1.a.q.34.ar.3.&4.

ſecundū ſe habētan-nexā oſtēſionē nō minorationis, ac ꝑ hoc indiſtinctè excellētię. Qui.n. manifeſtat ſe non minorē, aſſumat æqualitatē ꝑ ſi tamē excellentiā quādā. Ipſa quoque etiā uitia ex hoc ꝙ directè ſūt pro lucro, aut aliquo huiuſmōi, nō effugiunt, quin habeāt admiſtā inanē gloriā. Qui.n. iactat ſe medicū, ut lucretur, nō effugit, quin uelit manifeſtare excellētiā ſuā, quis illā ſubordinet auaritiæ. Licet.n. talis ſit magis auarus q̄ uanus, eſt tñ ēt uanus. Sicut q furatur ut mœchetur, eſt magis mœchus, q̄ fur, eſt tñ etiā fur. Et ſimile eſt de cōtentione, & aliis, quæ indirectè ordinantur ad inanis glorię finē. Oſtendēs ſiquidē de lucro, nō effugit, quin iō clamet, ne uideat minor, licet hoc ipſū ordinet ad lucrū. Stat ergo ſolida huius articuli doctrina.

¶ ar. præc. & ar. 1. huius quęſt.

SVP. Q. CXXXIII. ARTIC. I.

IN tota q. 133. unū dubiū occurrit ꝓpriū 2. ar. Quonā pacto author ponit retrahere ſe à magnis actū puſillanimitatis ſecundū ꝓpriā ſpeciē in primo membro, & rurſus in tertio mēbro idē ponit effectū puſillanimitatis. Coincidūt ſiquidē mēbra hæc, ſcilicet primum, & tertium.

* q. 112. ar. 1. ad 2.

¶ lib. 4. c. 7 tom. 5.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ cū magnanimitas ſit uirtus moralis rectificās primo ſpē magnorū, cōſequens eſt, ꝙ puſillanimitas ſit ēt primo circa interiorē appetitus diſpoſitionē circa magna, ac per hoc in puſillanimitate inuenitur duplex retractio à magnis. Prima eſt ſecundūm affectū in hoc, ꝙ animus retrahitur à magnis, cōmenſuratis ſibi: & hæc ponit̄ ab authore in primo mēbro, & eſt ipſa actualis puſillanimitas. Altera eſt ſecūdū exteriorē executionē, dū recto animo à magnis deſiſtit ab executione, ſeu ſuſceptione, & aggreſſione magnorū: & iſta ponitur in litera in tertio mēbro, eoq; eſt effectus primæ. Et ad hāc retractionem, quę eſt in executione, ſpectat pigritia, de qua in ſecundo argumēto literæ ſit mētio, & rñdendo dr̄, quòd procedit de puſillanimitate ex parte effectus. Pigritia ſiquidē conſequitur ad animi paruitatē. Nā ex hoc ꝙ animus à magnis retrahitur, ſit homo piger ad utēdū talēto ſuo, & ad aggrediēdū magna ſibi ꝓportionata.

Porrecta per totum. 659

4. Ethic. lec. 11.

ſupra dictū eſt. * illa vitia q̄ de ſe nata ſunt ordinari ad finē alicuius vitij capitalis, dr̄ filię ei⁹. Finis aūt inanis gloriæ eſt manifeſtatio ꝓpriæ excellētię, vt ex ſupra dictis patet. † Ad quod pōt hō tēdere dupl'r. Vno mō, directè ſiuè ꝑ verba, & ſic eſt iactātia: ſiuè ꝑ facta, & ſic ſi ſint verba habētia aliquā admirationē eſt ꝓſumptio nouitatū, quas hoies ſolent magis admirari: ſi aūt ꝑ falſa ſit, ſic eſt hypocriſis. Alio aūt mō nitit̄ aliqs manifeſtare ſuā excellentiā indirectè, oſtēdendo ſe non eſſe alio minorē. & hoc quadrupliciter Primò quidē, quātū ad intellectū: & ſic eſt ꝑtinacia, per q̄ hō nimis innitit̄ ſuę ſententię, nolēs credere ſentētię meliori Secundò, quantū ad voluntatē: & ſic eſt diſcordia, dū non vult à propria voluntate diſcedere, vt alijs concordet. Tertiò, quātum ad locutionē: & ſic eſt contentio cū aliquis verbis clamoſè cōtra alium litigat. Quartò, quantū ad factū: & ſic eſt inobedientia, dum. ſ. aliquis non vult exequi ſuperioris præceptum.

A

B

C

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, * iactantia ponit̄ ſpecies ſupbiæ quātū ad interiorē cām eius, quæ eſt arrogātia. Ipſa aūt iactātia exterior, vt dr̄ in 4. Ethic. † ordinat̄ qñq; quidē ad lucrum, ſed frequentius ad gloriā, & honorē: & ſic oritur ex inani gloria.

D

AD II. dicendū, ꝙ ira nō cauſat diſcordiā & contentionem, niſi cū adiunctione inanis gloriæ, ꝑ hoc. ſ. ꝙ aliquis ſibi glorioſum reputat, ꝙ non cedit voluntati, vel verbis aliorum.

AD III. dicēdū, ꝙ inanis gloria vituperat̄ circa eleemoſynā ꝑꝑ defectū charitatis, quæ videtur eſſe in eo qui præfert inanē gloriam vtilitati proximi, dū ꝑꝑ hoc illud facit. Non aūt vituperatur aliquis ex hoc, ꝙ præſumat eleemoſynam facere, quaſi aliquid nouum.

E

QVAESTIO CXXXIII.

De Puſillanimitate, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandū eſt, de Puſillanimitate. ET circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum puſillanimitas ſit peccatum.

¶ Secūdò, Cui virtuti opponat̄.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum puſillanimitas ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ puſillanimitas non ſit peccatum. Ex omni. n. peccato aliquis efficitur [h] malus, ſicut ex omni virtute aliqs efficitur bonus: ſed puſillanimus non eſt malus, vt Philoſophus dicit in 4. Ethi. * ergo puſillanimitas non eſt peccatum.

* Lib. 4. ca. 3. paulo ante finē, to. 5.

¶ 2 Præt. Philoſo. † dicit ibidem, ꝙ maximè videtur puſillanimus eſſe, qui magnis bonis [h] dignus exiſtit, & tamen his non dignificat ſeipſum: ſed nullus eſt dignus magnis bonis niſi virtuoſus, quia vt Philoſoph. * ibidem dicit, ſ̄m veritatem ſolus bonus eſt honorandus. ergo puſillanimus eſt virtuoſus. Non ergo puſillanimitas eſt peccatum.

† lib. 4. c. 3 non multū a principio to. 5

* lib. 4. c. 3. ante mediū to. 5

¶ 3 Præt. Initium omnis peccati eſt ſuperbia, vt dicitur Eccleſiaſt. 10. ſed puſillanimitas [n] non procedit ex ſuperbia, quia ſuperbus extollit ſe ſupra id quod eſt: puſillanimitas autem ſubtrahit ſe ab ipſis, quibus dignus eſt. ergo puſillanimitas non eſt peccatum.

¶ 4 Pręt. Philoſoph. dicit in 4. Ethico. * ꝙ qui dignificat ſe minoribus, quàm ſit dignus, dicitur puſillanimus: ſed quandoque ſancti uiri dignificant ſeipſos minoribus quàm ſint digni, ſicut patet de Moyſe, & Hieremia, qui digni erāt officio, ad quod aſſumebantur à Deo, quod tamen uterque eorum humiliter recuſabat, ut habetur Exod. 3. & Hiere. 1. non ergo puſillanimitas eſt peccatum.

* Lib. 4. c. 3. paulo poſt principiū to. 5

SED CONTRA Nihil in moribus hominum eſt uitandum niſi peccatum: ſed puſillanimitas eſt uitanda. dicitur enim ad Coloſ. 3. Patres, nolite ad indignationē prouocare filios ueſtros, ut non puſillo animo fiant. ergo puſillanimitas eſt peccatum.

RESP. Dicendum, ꝙ omne illud quod contrariatur naturali inclinationi eſt peccatū, quia contrariatur legi naturæ. Ineſt autē unicuiq; rei naturalis inclinatio ad exequendū actionē commenſuratam ſuæ potentiæ, ut patet in omnibus rebus naturalibus tā animatis, quàm inanimatis. Sicut autē per præſumptionē aliquis excedit ꝓportionē ſuę potentiæ, dū nititur ad màiora q̄ poſſit: ita puſillanimus etiam deficit à proportione ſuę potentiæ, dū recuſat in id tendere, qđ eſt ſuæ potentiæ commēſuratū: & ideò [m] ſicut præſumptio eſt peccatū, ita & puſillanimitas. [n] Et indè eſt ꝙ ſeruus, q acceptā pecuniā dñi ſui fodit in terrā, nec eſt operatus ex ea propter quēdam puſillanimitatis timorem, punitur à dño, ut habetur Matth. 25. & Luc. 19.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Philoſop. illos nominat malos, qui proximis inferunt nocumenta. Et ſ̄m hoc puſillanimus dicitur nō eſſe malus: quia nulli infert nocumentum niſi per accidens, inquantum ſcilicet deficit ab operibus, quibus poſſet alios iuuarē. Dicit enim Greg. * in paſtorali, ꝙ illi qui

* Parte 1. c. 5. circa finem.

qui prodeſſe vtilitati proximorũ in ꝑdicatione re F fugiunt, ſi diſtrictè iudicent, ex tantis rei ſunt, ex quantis uenientes ad publicũ prodeſſe potuerunt.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ nihil ꝓhibet aliquẽ habentẽ habitũ uirtutis peccare, uenialiter qdẽ, ẽt ipſo habitu remanẽte: mortaliter aũt cũ corruptione ipſius habitus uirtutis gratuitæ. Et iõ põt cõtingere, ꝙ aliqs ex uirtute quã hẽt, ſit dignus ad aliqua magna faciẽda, q̃ sũt digna magno honore. Et tñ per hoc ꝙ ipſe nõ attẽtat ſua uirtute uti, peccat qñq; qdẽ uenialiter, qñq; aũt mortaliter.* Vel põt dici, Rñſio 2. ꝙ puſillanimus eſt dignus magnis ſm habilitatem ad uirtutem quæ ineſt ei, uel ex bona diſpoſitione G naturæ, uel ex ſciẽtia, uel ex exteriori fortuna, quibus dũ recuſat uti ad uirtutẽ, puſillanimus reddit.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ ẽt puſillanimitas aliquo mõ ex ſupbia põt oriri, dũ. ſ. aliqs nimis ꝓprio ſenſu innitit, quo reputat ſe inſufficientẽ ad ea, reſpectu quorũ ſufficientiã hẽt. Vñ dr̃ Prouer. 26. Sapiẽtior ſibi piger uidetur ſeptẽ uiris loquentibus ſententias. Nihil.n.prohibet ꝙ ſe quãtum ad aliqua deijciat, & quantum ad alia ſe in ſublime extollat. Vndè Gregor. in paſtorali de Moyſe dicit,* ꝙ ſuperbus fortaſſe eſſet, ſi ducatum plebis ſuæ ſine trepidatione ſuſciperet: & rurſum, ſuperbus exiſteret, ſi authoris imperio obedire recuſaret.

*Parte 1. c. 7. poſt medium.

Ad IIII. dicendũ, ꝙ Moyſes & Hieremias digni erãt officio, ad quod diuinitus eligebantur ex diuina gratia: ſed ipſi conſiderantes propriæ infirmitatis inſufficientiam, recuſabant, non tamen pertinaciter, ne in ſuperbiam laberentur.

ARTICVLVS II.

Porrecta per totum.

Vtrum puſillanimitas opponatur magnanimitati.

660 AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videt ꝙ puſillanimitas nõ opponatur magnanimitati. Dicit.n. Philoſoph. in 4. Eth.* ꝙ puſillanimus ignorat ſeipſum. Appeteret.n.bona, quibus dignus eſt, ſi ſe cognoſceret: ſed ignorantia ſui uidetur opponi prudentiæ.[h] ergo puſillanimitas opponitur prudẽtię.

Inf.q.162 ar.1 ad 3. Et 4 Ethi. lec.11.fin. *lib.4.c.3 ad fi.to.5.

¶ 2 Præt. Mat. 25. Seruũ qui ꝑp puſillanimitatem pecunia uti recuſauit, uocat Dñs malum, & pigrũ. Philoſoph. etiam dicit in 4. Ethic.* ꝙ puſillanimi uidentur pigri: ſed pigritia opponitur ſolicitudini, quæ eſt actus prudentiæ, ut ſupra habitũ † eſt. ergo puſillanimitas nõ opponitur magnanimitati.

*Li.4.c.3. ad fin. to. 5. † q.47.ar.9.

¶ 3 Præt. Puſillanimitas uidet ex inordinato timore ꝓcedere. Vñ dr̃ Iſaię 35. Dicite puſillanimes, cõfortamini, & nolite timere. Videtur ẽt ꝓcedere ex inordinata ĩra, ſm illud ad Coloſ. 3. Patres, nolite ad indignationẽ ꝓuocare filios ueſtros, ut nõ puſillo aĩo fiant: ſed inordinatio timoris opponit fortitudini, inordinatio aũt iræ manſuetudini.[h] ergo puſillanimitas non opponitur magnanimitati.

¶ 4 Prę. Vitium qđ opponitur alicui uirtuti tãtõ[h] grauius eſt, quãtõ eſt magis uirtuti diſſimile: ſed puſillanimitas magis eſt diſſimilis magnanimitati, q̃ præſumptio. ergo ſi puſillanimitas opponeret magnanimitati, ſequeretur ꝙ eſſet grauius peccatũ, q̃ præſumptio, qđ eſt contra illud, quod dr̃. Eccleſ. 37. O præſumptio nequiſſima, unde creata es? nõ ergo puſillanimitas opponitur magnanimitati.

Sed contra eſt, ꝙ puſillanimitas, & magnanimitas differunt ſecundum magnitudinem, & paruitatem animi, ut ex ipſis nominibus apparet: ſed magnum & paruum ſunt oppoſita. ergo puſillanimitas opponitur magnanimitati.

Respon. Dicendũ, ꝙ puſillanimitas põt tripliciter cõſiderari. Vno modo, ſm ſeipſam: & ſic manifeſtũ eſt, ꝙ ſm propriã rõnem opponitur magnanimitati, à qua differt ſm differentiã magnitudinis, & paruitatis circa idem. Nam ſicut magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna: ita puſillanim' ex animi paruitate ſe retrahit à magnis. Alio modo, põt conſiderari ex parte ſuæ cauſæ, quæ ex parte intellectus eſt ignorãtia proprię cõditionis, ex parte aũt appetitus eſt timor deficiendi in his, quæ falſe æſtimat excedere ſuã facultatem. Tertio modo poteſt conſiderari quantum ad effectũ, qui eſt retrahere ſe a magnis quibus eſt dignus. Sed ſicut ſupra dictum eſt,* oppoſitio uitij ad uirtutem attenditur magis ſm propriam ſpeciem, quàm ſecundùm cauſam, uel effectum: & ideò puſillanimitas directè magnanimitati opponitur.

*q. præc. ar. 2. ad 3 Concl.

Ad I. ergo dicendũ, ꝙ rõ illa procedit de puſillanimitate ex parte cauſæ, quã habet in intelle- H ctu. Et tñ non propriè poteſt dici, ꝙ opponatur prudentiæ etiam ſm cauſam ſuam: quia talis ignorantia non procedit ex inſipientia, ſed magis ex pigritia conſiderandi ſuam facultatẽ, ut dicitur in 4. Ethic.* uel exequẽdi quod ſuæ ſubiacet poteſtati.

*Lib. 4. c. 3. ad fin. tom. 5.

¶ Tertium dubium eſt de comparatione temperantiæ ad patiẽtiam, quòd. ſ. temperantia eſt fortior patientia. Probatur. Secũdum Ariſt. difficilius eſt pugnare contra triſtitias, quàm cõtra delectationes: ſed patientia contra triſtitias, temperantia contra delectationes pugnat. ergo. Antecedens probatur, quia cruciatus, & comminationes &c. plus retrahunt à bono opere, q̃ delectationes & promiſſiones. Et confirmatur, quia omnium vulgata uox ac ſententia eſt, quòd timor malorum in conſtantem uirum cadens excuſat ab impletione præceptorum. Concupiſcentia autem, aut delectatio carnalis & ciborum &c. non excuſat. Plus ſunt igitur retractiua a bono mala contriſtãtia, quàm bona delectantia, cuius contrarium dicit hic Tho. volẽs quòd delectationes tactus plus retrahunt à bono, quàm triſtitia aduerſorum, quæ eſt patientia.

E

¶ Quartum dubium eſt rurſus de iuſtitia, q̃. ſ. patientia eſt perfectior q̃ iuſtitia, q̃ eſt ad proximum. Probatur. Melius eſt eſſe patientem, & carere iuſtitia, q̃ eſſe iuſtum, & carere patiẽtia. ergo. Probatur aſſumptum: q̃a patiens non iuſtus, eſt diſpoſitus ad iuſtitiam, ad manſuetudinẽ, & omnem honeſtam cõicationẽ. Qui verò eſt iuſt⁹ & non patiens, non eſt diſpoſitus ad patientiam, cum multi iuſti ſint in aduerſis ĩpatientiſſimi. Secundo, quia iuſtus non patiẽs nõ eſt diſpoſitus ad ullã uirtutem ſecundũ gradũ perſeuerantiæ, niſi primò ĩclinet ad actũ patiẽtiæ: ſed patiẽs ſine iuſtitia eſt diſpoſit⁹ ad oẽm uirtutẽ ſecũdũ gradũ perſeuerãtię igit.

¶ Quintum dubium eſt in rñſione ad primum circa gl. illius. Patientia opus perfectũ hẽt, nõ ſimpliciter, ſed in aduerſorũ toleratione. Dupliciter ſiquidem hoc impugnat. Primò, Ordinẽ paſſionũ in litera ex aduerſis. ſ. primò triſtitia, indè ira, indè odiũ, ĩde iuſtitia, ſeu iniuſtum nocumentũ. Nã cũ ira ſit appetitus uindictæ, ac per hoc iniuſti nocumenti, ira ſine quocunq; medio fertur in iniuſtum nocumentum. Secundo, ex hac ſolutione probat excellẽtiam patientiæ. Multò difficilius eſt rectè ſe habere circa aduerſa in tota uita humana, quàm circa proſpera: ſed in aduerſis tolerandis patientia eſt perfectior, ut ipſe Tho. dicit, ergo. Probatur maior, tũ quia aduerſa multò frequentius contingunt q̃ proſpera: quoniam & in ipſis proſperis multa aduerſa cõmiſcẽtur. Minor probatur tũ ex ipſo Thoma: tũ quia habita patientia ex aduerſis nec ira, nec odiũ, nec iniuſtũ nocumẽtum facimus: habita uerò iuſtitia, adhuc hr̃ odiũ, ira, & triſtitia. Habita quoq; charitate, quantũ eſt ex parte habitus, adhuc hr̃ ira, & triſtitia. Habita ẽt manſuetudine, adhuc hr̃ triſtitia. Et confirmatur: quia quicquid habet optimum perfectum, ita ut habẽs ipſum in nullo deficiat, eſt perfectiſſimum ſimpliciter ſed patientia eſt huiuſmodi, ut patet authoritate Iacobi. ergo.

C

¶ Sextum dubium eſt in reſponſione ad ſecundum circa gloſſã illius, In patientia ueſtra poſſidebitis, quod. ſ. intelligitur per remotionem aduerſitatum inquietantium poſſeſſionem animę. Poſſeſſio.n. importat quietum dominium. Contra, inq̃t Martinus, hanc ſolutionẽ arguitur ſimiliter ut prius. Si aliqua virtus, ẽt circa proſpera, eſt perfectior patientia, ſequitur q̃ per patientiam non poſſidemus animas noſtras. Probatur, quia carẽs uirtute perfectiore non habet quietum dominium ſupra animam ſuam. Nulla ergo uirtus eſt perfectior patientia.

D

¶ Septimum dubium eſt in reſponſione ad tertium circa gl. illius dicti Greg. Patientia eſt radix, & cuſtos omnium uirtutum non directè cauſando & promouendo, ſed ſolũ remouẽdo prohibens. Contra, inquit Martinus ibidem, uolo q̃ aliquis hẽat patientiam perfectam, & notitiã agendorũ, & careat omni alia uirtute. Tunc ſic, Talis rectè aget in materia, cuius uirtutẽ non habet. ergo. Aſſumptum probatur, quia non peccabit in materia iuſtitiæ, niſi aut odio, aut amore, aut aliqua ſimili paſſione. ſed in huiuſmodi ſemper interuenit non ſufferre aliquod malum uel in ſe, uel in alio. ergo. Et tandem dicit, q̃ hoc. ſ. reſpectu omnium aliarum uirtutum a ſe habere radicaliter uel remouendo prohibẽs, uel effectiuè cauſando, nulli alteri uirtuti morali conuenit: & ideò patientia eſt cæteris uirtutibus ad uitam humanam tranſigendam accommodatior. Multa quoque affert ad probandum excellentiam patientiæ, quæ omitto: quoniam ex hac elucidatione omnia clara reddi puto.

E

¶ Ad primum dubium dicitur, quod falſum eſt antecedẽs aſſumptum ab arguente. Eodem ſiquidem modo reſpõdendum eſt hic, ſicut ſuperius reſpõſum eſt de fortitudine in principio tractatus huius. Vndè ad primam, ſecundam, & tertiam probationes illius dicitur, quòd patientia per ſe primò moderatr̃ triſtitias in cõcupiſcibili, & mediante hac moderatione cõſtituit æquanimẽ, inclinat ad bonum, & firmat in bono. Arguens.n.

bono. Et ſicut inter eas, q̃ ſunt cõſtitutiuę boni tātò aliqua potior ē, quāto i maiori bono ſtatuit hoiem, ſicut fides, ſpes, & charitas, q̃ prudētia, & iuſtitia: ita & inter illas, q̃ ſunt impeditiuę retrahētiũ a bono, tātò aliqua eſt potior, quātò id qđ ab ea ipedit, magis a bono rtrahit. Plus aũt à bono retrahũt pericula mortis circa q̃ ē fortitudo vel delectationes tact⁹, circa q̃ ē tēperātia, q̃ quis aduerſa, circa q̃ eſt patiētia. & iō⁹ patiētia nó eſt potiſſima uirtutũ, ſed deficit nó ſolũ a uirtutib. theologicis, & prudētia, & iuſtitia, q̃ directè ſtatuũt hoiem i bono: ſed ēt à fortitudine, & tpātia, q̃ rtrahũt a maiorib. ipedimētis.[n]

H Ad primvm ergo dicēdũ, ꝙ patientia dr̃ habere opus pfectum in aduerſis tolerandis, ex quib. primo procedit triſtitia, quā moderatur patientia: ſecũdò ira, quā moderatur manſuetudo: tertiò odiũ, qđ tollit charitas: quartò iniuſtũ nocumentũ, quod prohibet iuſtitia. Tollere.n. principium uniuſcuiuſque eſt pfectius. G Nec tñ ſeqt, ſi in hoc patiētia eſt perfectior, ꝙ ſit perfectior ſimpliciter.

Ad ii. dicēdum, ꝙ poſſeſſio importat quietũ dñium: & iō p patientiam dr̃ homo ſuam animam poſſidere, inquantũ radicitus euellit paſſiones aduerſitatum, quibus aia inquietatur.

Ad iii. dicēdũ, ꝙ patientia dr̃ eſſe radix & cuſtos omnium uirtutum non quaſi directè eas H cauſando, & conſeruando, ſed ſolùm remouendo prohibens.

deberet probare nó ꝙ patientia hæc det aliquo mõ, ſed ꝙ principaliter, & immediatè &c. cõſtituat in bono, nó mediāte moderatione triſtitiæ, ſicut facit iuſtitia, & prudētia, quarũ utraq; directè & primò cõſtituunt bonũ uolũtatis & intellectus. Quarta aũt obiectio, q̃ eſt cõtra illā uniuerſalē. V. tius cõſtituēs i bono pſtat uirtuti tollēti impedimētũ, excludit dicendo, ꝙ eſt vera cæteris paribus: & rurſus ē uera quo ad nobilitatē ſubſtātialē: ita ꝙ pat ētia ſecundũ ſui gnis rõnē ē ignobilior iuſtitia acqſita: quia tollat ipedimenta maioris boni. ſ. ſupnaturalis. & rurſus patiētia abſolutè ignobilior eſt iuſtitia infuſa, qa cætera sũt paria: & hæc iuſtitia cõſtituit i bono gratuito. Patiētia aũt tollit boni gratuiti impedimēta triſtitię. Nec eſt inconueniēs, ꝙ ueritas ſit ſecũdũ gnis ſui conditionē hanc nobilior fortitudine, quæ ſi aliũde pemineat ueritati. De eutrapelia aũt, & affabilitate ñ oportet ſolicitari: qa ſunt circa delectatiões, & nó directè cõſtituũt hominem in bono, ſed ponunt medium in paſſionib. ſicut patientia, & fortitudo.

Comel. m

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ patientia, quæ eſt ſpecialis uirtus, non eſt circa pericula mortis. & ad primam probationē negatur, ꝙ patientia, ut eſt uirtus ſpecialis, ſit circa omnia aduerſa: quoniam eſt ſolum circa aduerſa alia ab his, quæ mortis ſunt, circa quæ eſt patientia pars integralis fortitudinis. Et p hoc patet reſponſio ad ſecundam: quoniam id, quòd author dicit in illa reſponſione, quam allegat arguens, declarat ibidē in reſponſione ad ultimum, diſtinguendo de patientia parte integrali fortitudinis, & patientia ſpeciali uirtute: primæ attribuendo mala mortis, ſecundæ cætera mala.

¶ Ad tertium dubium de temperantia reſpectu patientiæ dicitur, ꝙ ſi arguens benè aduertiſſet ordinem, qui ponitur in litera inter impedientia bonum rationis, non dixiſſet ea q̃ dicit. I Expreſsè namque author ponit plus impedire mala mortis & cruciatus, quæ opponuntur bono corporis, q̃ delectabilia ſecũdũm tactum: & ideò præponitur fortitudo temperantię. Vnde quod iſte obiicit de tormentis, & cruciatibus, non eſt cõtra authorem, niſi quis adeò rudis ſit, ut putet timorem huiuſmodi malorum poni ab authore in primo loco, & nó triſtitiā eorundem: ſed quoniam rudium eſt, non meretur audiri. Eſt ergo mēs authoris, ꝙ quia bonum corporis naturaliter plus amat̃ q̃ bonũ externum iō, & timor, & triſtitia malorum corporis maximè impediunt bonum rationis. Quia autem delectabilia ſecũdum tactum naturaliter ſunt nobis magis cõnaturalia & ſenſibilia, ac percepta, q̃ bona extrinſeca, ideo cõiter magis nati ſumus impediri ab iſtis bonis, quàm a bonis aliis, & eorum contrariis, circa quæ eſt patientia. Vnde delectabilia ſecundùm tactum non præponuntur ab authore in impediendo rõnis bo- K num omnibus aduerſis, ſed quibuſdam, illis. ſ. quorũ bona, q̃ tollunt, ſunt minus connaturalia, ſenſibilia, & percepta. Vnde cum dicitur, quòd difficilius eſt pugnare contra triſtitias q̃ cõtra delectationes, uerum eſt cæteris paribus: quia facilius eſt abiicere uoluntaria, quàm nolita. Quæ.n. nobis inuitis nos tangunt, non ſunt in poteſtate noſtra, ſicut ea quæ uolentibus nobis accidunt. Conſtat autem ꝙ triſtitia de nolito, delectatio de amato eſt. & propter hanc rationē metus & triſtitia excuſant, & non delectatio: quia illa ſ. ſunt de nolito, iſta de uolito: ac p hoc delectatio eſt in poteſtate noſtra longe pluſquàm triſtitia, & metus. Cum his ſi ſtat, ꝙ delectatio carnalium magis impediat rationis bonum, quàm triſtitia exteriorum bonorũ, quantum eſt ex natura delectabilium, & triſtabilium. Quod dico, qa p accidens ex parte hominis auari, uel aliter diſpoſiti cõtinget oppoſitum: ſed doctrina datur ſecundùm ea quæ ſunt per ſe.

¶ Ad quartum dubium de comparatione patientiæ ad iuſtitiā F ad proximũ dr̃, ꝙ ſi uirtutes poſſent ſeparari, & cõparet̃ patientia acquiſita, de qua loquit̃ arguēs, ad iuſtitiā reſpectu proximi, & acquiſitā, negat̃ aſſūptũ. ſ. ꝙ melius eſt: quĩ melius eſt eſſe iuſtũ, q̃ patientem. Quĩ ut dr̃ in 5. Eth. in hoc maximè commēdatur bonus homo, quòd etiam aliis eſt bonus. Iuſtus autem talis eſt, patiens aũtē ſibi ſoli bon⁹ eſt. Nec eſt uerũ ꝙ iuſtus ſit minus diſpoſitus ad virtutes, q̃ patiēs: imò iuſtitia magnũ ē principium & patiētiæ, & oium uirtutũ: qm̃ uolens, & reddēs vnicuiq; quod ſuũ eſt, totā legē implet. Propter quod oia pcepta legis ſunt præcepta iuſtitiæ, vt ſuperius patet, & ad fortitudinē ſe accingit, ut debitum patriæ reddat: & ad temperantiā, a nó ſua muliere abſtinendo: & ad patientiā, ſuperiori parti animæ ſuæ reddēs quod debet. ſ. cõſeruationē boni ipſius. Quod autem dicit̃, quòd aliq iuſti ſunt impatientiſſimi, qa de facto loquit̃, negandum eſt: quoniā ſi uerè ſunt iuſti, habent tantum patientiæ, ut uitio impatiētiæ careant, ac per hoc non ſunt impatientiſſimi: quàmuis nó oporteat omnes iuſtos habere patientiam perfectam, ut patet de his, quæ de connexione uirtutum dicta ſunt.

¶ Ad quintum dubiũ, Quomodo patientia habeat opus perfectum, ſ, dicitur quòd id quod primo obiicitur contra ordinem paſſionum, nihil obſtat. Nam non dicit author ꝙ oportet irā cauſare prius odium, & deinde iniuſtũ nocumētũ: ita ꝙ odiũ oporteat mediare, ut iſte intellexit, ſed dixit quòd naturalis pgreſſus mali moris in animo noſtro ex aduerſis pręſentib. eſt, quòd primo triſtitia &c. Præter quem tamen naturalem progreſſum poteſt aliquis malè ſe habere in aduerſis. Nullus ſiquidem dubitat, quòd ira creſcat in odium, non tamen opus eſt I omnem iram peruenire ad odium. Ad id uerò, quod ſecundo loco obiicitur ad probandum patientiæ excellentiam, dicitur, quòd ſi per proſpera iſte intelligit omnia non aduerſa, circa q eſt patientia, antecedens eſt falſiſſimum: quoniā multò difficilius eſt habere reliquas uirtutes, iuſtitiā, magnanimitatē &c. quàm patientiam. Si autem per proſpera intelligit quædā bona delectabilia, nihil ualet conſequentia inferens patientiam eſſe perfectiorem ſimpliciter cæteris uirtutibus: quoniam dato quòd eſſet perfectior illis, quæ eſſent circa tales proſperitates, non ſequitur. ergo eſt perfectior cæteris ſimpliciter. Peccat quoque dicta ratio & in hoc, quia præſupponit patientiæ uirtutem eſſe circa omnia aduerſa, cum circa ſummè aduerſa. ſ. mortis pericula, ſit fortitudo. Peccat & tertio, quia perfectionē uirtutis ſola difficultate graduat, cum perfectio uirtutis, de qua dicitur in 2. Ethic. quòd eſt circa bonum, & difficile, magis penſetur ex bono, quàm ex difficili. Quæ uerò addit, quòd K habita patientia habent̃ illæ uirtutes, puta, manſuetudo, charitas, & iuſtitia, non eſt uerum, ſi ſecludatur connexio uirtutum niſi negatiuè, hoc eſt, quia habita patientia, tollitur iracundia, odium, & iniuſtitia non ſimpliciter, ſed quantum eſt ex triſtitia aduerſorum. Poſſet.n. patientia ſola præditus ex alio capite, odio habere proximum, & illi nocere, puta, ex crudelitate, uel auaritia, uel tyrānide, ſeu libidine dominādi, excellēdi &c. Quod uerò econtra dicitur de charitate, quòd quantum eſt ex parte habitus, ſit ſine patientia, falſum eſt. Nā teſte Apoſtolo, Charitas patiēs eſt. & probatur ratione, quia charitas ex ſui proprij habitus ratione præter Deum omnibus, ac per hoc omnibus contriſtantibus: & propterea Apoſtolus poſuit primogenitam charitatis patientiam. Et ne hic occupemus tēpus, breuiter argumentum ſatis abundat falſitatibus. Vltima demũ probatio. ſ. Quicquid habet opus perfectũ, ita vt habens ipſum in nullo deficiat, eſt perfectiſſimum ſimpliciter, concludit, quòd patientia eſt Deus. Illa enim maior, ut iacet, ſoli conuenit diui-

næ perfectioni: habere namque opus perfectum ſic vt nullo in- A digeat, ſolius Dei eſt. Omnis enim creatura ſic eſt perfecta, ut alio indigeat: & ideò aut Martinus corrigat maiorem, aut fateatur patientiam eſſe deitatem.

¶ Ad ſextum dubium dr̃, q̃ quies animi, ſeu quieta ſui poſſeſſio dupliciter ītelligi poteſt. ſ. q̃ ſit omnino perfecta: & hæc non

Porrect. a per totum. niſi p æternam beatitudinem, quæ in pa-

669 tria erit, præſtatur. Et de tali quieta poſſeſſione verum eſt, q̃ non hr̃ quandiu deficit aliqua uirtus maior nata hēri &c. ſed talis quieta poſſeſſio non ponitur à Chriſto effectus patientiæ in hac uita, ſed in futura tñ. Alio modo intelligitur, q̃ ſit quieta in genere perturbabilium ut ſic: & talis qeta poſſeſſio ani-

* Ca. 3. in prin. t. 4. mæ ponitur effectus patientiæ. Nec exigit q̃ ipſa ſit perfectiſſima uirtus: quoniam cum hoc, q̃ eſt alia virtus ipſa pfectior, ſtat q̃ habēs ipſam, ſi careat illa alia, poſſideat ſuam animam quiete in genere perturbabiliū, hoc eſt, ut homo ſit imperturbabilis à multis cōtriſtantibus. Peccat quoq; dicta obiectio in hoc, quòd ſupponit uirtutes non eſſe connexas, cum falſiſſimum eſſe conſtet hoc de patientia, quæ eſt uirtus gratuita. Conſtat enim, omnes uirtutes infuſas eſſe connexas: ac per hoc non admittitur, quòd patiens careat illa uirtute perfectiore, cum habeat charitatem, & cæteras uirtutes.

¶ Ad ſeptimum dubium de gloſ. dicti Gregor. dicitur, q̃ caſus incompoſſibilia continet. Nam impoſſibile eſt habere patiētiā perfectè, & carere reliquis uirtutibus, tū quia uirtutes ſunt cōnexæ: tū quia charitas ſemper coniugitur patientiæ, ut infra patebit. Admiſſa tñ conditionali. ſ. Si patientia eſſet ſine ulla alia uirtute, reſpondetur negando, q̃ patiēs rectè ageret in materia iuſtitiæ, niſi fortè per accidens. Sermo autem doctrinalis debet eſſe de his, q̃ per ſe inſunt. & ad probationem, quia ſi nō rectè ager, hoc erit ex amore, uel odio, uel aliqua paſſione, ī qua interuenit aliquod nō ſufferre, dicitur q̃ ex nulla paſſione, ſed D ex ſola electione mali, iniuſtū faciet, ut iniuſtus facit delectat* de iniuſtitia, & nō propter aliud, ut patet ex 4. & 5. Ethic. Ad illud uerò q̃ ſubditur de excellentia patiētiæ, dicitur q̃ iuſtitia ſecundum ſe totam multò excellētius ad omnes uirtutes ſe habet: præſertim quia legalis iuſtitiā ad cōmunē bonum omnes habet uirtutes, omnis eſt uirtus, oēs parit, omnibus imperat.

ARTICVLVS III.

Vtrum patientia poſſit haberi ſine gratia.

AD TERTIVM ſic proceditr. Vr̃ q̃ patientia poſſit haberi ſine gratia. Id enim, ad quod rō magis inclinat, magis poteſt implere rōnalis [a] creatura: ſed B magis eſt rōnabile q̃ aliqs patiatur mala pp bonum, quam propter malum: aliqui autē patiuntur mala pp malū ex propria virtute, ſine auxilio gratiæ. dicit. n. Aug. in lib. de patientia, * q̃ multa in laboribus & doloribus ſuſtinent homines pp ea, quæ uitioſè diligunt. ergo multò magis hō pōt mala ſuſtinere pp bonum, quod eſt verè patientē eſſe, pter auxiliū grãæ.

¶ 2 Præt. Aliqui nō exiſtentes in ſtatu grãæ magis abhorrēt mala vitiorū, q̃ corporalia mala. Vñ quidam gentilium legunt multa mala toleraſſe, ne patriā pderēt, aut aliqd aliud ihoneſtū cōmitterēt: ſed hoc eſt [b] uerè patiētem eſſe. ergo vr̃ q̃ patiētia poſſit hēri abſq; auxilio grãæ.

¶ 3 Præt. Manifeſtè apparet, q̃ aliqui pp ſanitatē corporis recuperādā grauia quędā, & amara patiunt: ſalus aūt aiæ non eſt minus appetibilis q̃ ſanitas corporis. ergo pari rōne pro ſalute animæ poteſt aliquis multa mala ſuſtinere, quod eſt [b] verè patientē eſſe abſq; auxilio gratię.

SVPER QV. CXXXVI. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdē q. dubia occurrunt multa ex Martino ubi ſupra q. 4. Primum circa illam probationem literæ, illud bonū propter quod aliquis uult malū, eſt magis uolitum & amatū, quam illud bonum cuius priuatio ingerit dolorē, quem patiēter toleramus. Contra. Patientia eſt reſpectu malorum ſimpliciter ineuitabiliū, nō propter aliquod aliud magis uolitum, ſed quia decet æquanimiter tolerare. nō ergo patientia ſemper eſt E propter bonum magis amatum. Et confirmatur, quia huius generis fuit patientia ipſius Iob. Et neſcio, inquit, quomodo hoc patientiæ genus à beato Tho prætermiſſum eſt.

¶ Ad idem præterea reſpondet ad authoritatem Augu. in litera, quæ eſt fundamentum dictę propoſitionis, & dicit quòd duplex eſt patiētia, quædam ſpontanea, & quo ad æquanimitatē, & quo ad tolerationem: ita quòd in poteſtate noſtra eſt nō tolerare mala, & pdere bonū, pro quo toleramus: & de tali loquitur Auguſt. ut inſinuat per ly, Sponte ſuſcipere quod cruciat. Quædam uerò eſt ſpontanea quidem quo ad æquanimitatē, ſed non quo ad tolerantiam: quia uelit nolit oportet illa mala pati: & hæc fuit in Iob. & de hac non loquitur Auguſtinus.

¶ Secundum dubium eſt circa illud, Quod patientia ſecūdum q̃ eſt uirtus, non poteſt haberi ſine charitate, & gratia gratum faciente. Contra hoc arguit multipliciter. Primò, Aliquis actus patiētiæ pōt eſſe bonus moraliter, & nō meritorius uitæ æternæ. ergo. Secundò, Poſſibile eſt q̃ aliquis ſine gratia & charitate habeat habitum patientiæ firmum & intenſum. ergo poteſt exire in actum ſine charitate & gratia. & probatur manifeſtè, quia fides poteſt eſſe & exire in actum ſine charitate. ergo. Tertiò, Quia ſi aliquis habens habitum patientiæ firmum & intēſum, peccet mortaliter, & perdat charitatē, poterit nihilominus ſine charitate exire in actū, ut patet ſicut cæteri habitus remanentes, ergo. Quartò, Oīs creatura rationalis habens actuale iudiciū, quo iudicat gratuita eſſe pferēda omnibus bonis naturalibus, pōt p fidem informē cū ſpeciali auxilio Dei, ſine charitate tñ, habere velle conforme ad tale dictamen. ergo. Aſſumptum patet, quia aliter uoluntas non eſſet libera. Quintò, Multi gentiles habuerunt uirtutem patientiæ &c. Similiter multi pro bono ſanitatis patiūtur inciſiones &c. ergo nec ualet ſolutio C Thomæ in reſponſionibus argumentorum: dicentis, q̃ bonum politicæ uirtutis commenſuratū eſt naturæ humanæ: bonum aūt gratiæ eſt ſupernaturale. Et ſimiliter propter ſanitatē pati, procedit ex amore naturali: patientia uerò ex amore ſupernaturali. Commenſuratio, inquit, boni amati ad naturam eſt omnino impertinēs ad hoc, quòd ppter ipſum ſint æquanimiter mala toleranda, immò propria ratio huius tolerātiæ eſt amor huius boni: ſed ad amorē ſufficit cum libertate uoluntatis iudiciū rōnis æquanimū cum auxilio Dei, ſine charitate tñ. Contra. Quia ſequeretur quòd nullus in peccato mortali exiſtens poſſit pati pro Chriſto: hoc eſt falſum, ut patet de hæreticis, q̃ arbitrātur obſequium ſe præſtare Chriſto ergo. Nec ualet, inquit, dicere quòd ſecundum ueritatem non patiuntur p Chriſto quia ſufficit, quòd credant ſe pati pro Chriſto.

¶ Tertium dubium eſt contra rationem. ſ. Tho. in litera, Nullus eligit pati triſtitiam propter ſe, ſed eam horret ſecundū ſe, ſed ſolum propter finem magis amatum &c. Ad hanc, inquit, rationem, loquēdo de patientia ſpontanea ſolum quo ad æquanimitatem, rñdeo diſtinguēdo de fine, uel increato, & ſic hoc eſt dubium, de quo alibi: uel creato, & tūc uel alio ab opere honeſto, & ſic nego: uel quomodolibet, & ſic concedo quòd ille finis, puta, honeſtitas, eſt magis amatus: ſed quia nō eſt finis extrinſecus operi patientiæ, ideò nihil ad propoſitum.

¶ Quartum dubium eſt contra rationem Thomæ in litera. ſ. q̃ aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amiſſione poteſt dolor cauſari, pertinet ad charitatē: hoc autem ſpectat ad patientiam. ergo. Ad hanc, inquit, rationem nego maiorem, & minorem. Dico enim quòd habēs fidē informē cum auxilio Dei & libertate uoluntatis, poteſt præferre Deum omnibus bonis naturalibus: & multò magis ſi habeat charitatem acquiſitam, ad quam ſpectat diligere Deum ſuper omnia. Minor quoque negata eſt, quia patiens pro Chriſto &c. non ſemper patitur priuationem omnium bonorum naturalium: & ideò non poteſt cōcludi uniuerſaliter, quòd omnis patiens præfert Deum omnibus bonis naturalibus. Et confirmatur: quia ſicut reperitur iuſtus in uno gradu & non in alio, ita & patiens, & reperti ſunt multi, qui patienter ſuſtinuerunt carceres &c ſed non mortem. Quare &c.

¶ Ad primum dubium dicitur primò ſecundum ueritatē, q̃ patientia ſemper patitur propter bonum extrinſecū magis amatum, quia propter amorem Dei, ut in hoc patet artic. Iob ſiquidē, & quilibet patienter ferens ineuitabilia propter cæleſtē patriā, habet actum uirtutis patientiæ, qui eſt non pati, ſed faciendo de neceſſitate uirtutē, æquanimiter & libenter ſufferre aduerſa, ut Dei uolūtas impleatur. Vnde Iob dixit, Sicut Domino placuit, ita factū eſt: ſit nomen Domini benedictum. Dicitur ſecūdo, q̃ ſi ēt patiētia poneretur uirtus acquiſita adhuc ſaluaret q̃ patiens pp bonum magis amatū vult pati: qm̃ aliud eſt dicere pp bonum magis amatū, & aliud pp bonū extrinſecū ma-

 gis

SED CONTRA eſt qđ dr̄ in Pſ.61. Ab ipſo.ſ.Deo patientia mea.

RESP. Dicēdū, ꝙ ſicut Aug. dicit in lib. de patiētia* Via deſiderioru facit tolerantiam laborū, & dolorū: & nemo niſi pro eo qđ delectat, ſpontè ſuſcipit ferre qđ cruciat. & hui⁹ rō eſt, qa triſtitiā & dolorē, ſcdm ſe, abhorret animus. Vñ nūquā eligeret eā pati ꝑꝑ ſe, ſed ſolū ꝑꝑ finē. ergo vr̄ ꝙ illud bonū, ꝑꝑ qđ aliqs vult pati mala, ſit magis volitū & amatū, q̃ illud bonū, cuius priuatio ingerit dolorē: quē patiēter toleramus. Quod aūt aliqs ꝓferat bonum gratię oībus naturalib⁹ bonis, ex quorū amiſſione pōt dolor cauſari, ꝑtinet ad charitatē, q̃ diligit Deū ſuper oīa. Vñ manifeſtum eſt, q̄m patiētia, ſcdm ꝙ eſt uirt⁹, à charitate cātur*, ſcdm illud 1. ad Cor. 13. Charitas patiēs eſt. Manifeſtū ē aūt ꝙ charitas nō pōt hēri, niſi ꝑ gratiā, ſcdm illud ad Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ Spiritum ſanctū, qui datus eſt nobis. Vñ patet ꝙ r patientia nō poteſt haberi ſine auxilio gratię.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ in natura humana, ſi eſſet integra, ꝓualeret inclinatio rōnis: ſed in natura corrupta ꝓualet inclinatio concupiſcentiæ, q̃ in hoīe dominat̄. Et iō ꝓnior eſt hō ad ſuſtinēdū mala in qbus concupiſcētia delectat̄ præſentialiter, q̃ tolerare mala ꝑꝑ bona futura, quę ſecundum rationem appetuntur: quod tamen pertinet ad ueram patientiam.

AD II. dicēdū, ꝙ bonū politicæ uirtutis commenſuratum eſt naturæ humanæ: & ideò abſque auxilio gratiæ gratum faciētis poteſt uoluntas humana in illud tendere, licèt non abſq; auxilio gratiæ Dei. Sed bonum gratiæ eſt ſupernaturale, unde in illud non poteſt tendere homo per uirtutem ſuæ naturæ. & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD III. dicēdū, ꝙ tolerantia etiam malorum, quæ quis ſuſtinet propter corporis ſanitatem, procedit ex amore, quo homo naturaliter diligit ſuam carnem: & ideo non eſt ſimilis ratio de patientia, quæ procedit ex amore ſupernaturali.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum patientia ſit pars fortitudinis.

AD QVARTVM ſic proceditr. Videtur ꝙ patientia nō ſit pars fortitudinis. Idē enim non eſt pars ſui ipſius: ſed patientia * videtur idem eſſe fortitudini, quia, ſicut ſupra dictū eſt,* ꝓprius actus fortitudinis eſt ſuſti

---

ꝑꝑ amatū. Nec valet argumentū, Non vult pati ꝑꝑ bonum extrinſecū magis amatū. ergo nō vult pati ꝑꝑ bonū magis amatum: quia procedit à negatione inferioris ad negationē ſuperioris, vt ſi diceret, Non eſt album, ergo nō eſt coloratū. Ex hoc igitur ꝙ aliquis ineuitabilia ſuffert, quia bonum eſt æquanimiter aduerſa ſufferre, ſequitur ꝙ ꝑꝑ bonū magis amatum uelit pati. ſ. ꝑꝑ bonū æquanimitatis. Nec omiſit author patiētiā hāc, ſed poſuit ipſam habere vlteriorē finē. ſ. cæleſtem patriā. Ad gloſ. autē à Martino datā ſuper authoritatem Aug. dr̄, ꝙ volūtaria eſt, & contra Aug. q̄m Aug. loquitur de patientia tam cōmēdata in ſcriptura. Conſtat aūt ꝙ maximè cōmēdatur in ſcriptura patientia Iob, quam illa doctrina Auguſtini excludit. Nec inuit Auguſt. illū ſenſum, per ly, Spontè ſuſcipere qđ cruciat. quoniam Aug. ut in litera hac patet, nō dicit ſic: ſed dicit, Spontè ſuſcipit ferre quod cruciat. Ita ꝙ Augu. non ponit ꝙ patiens ſpontè ſuſcipit cruciatum: ſed ꝙ ſpontè ſuſcipit ferre cruciatū, ut ſic ſpontanea ſuſceptio non refeatur ad cruciatum, ſed ad ſufferendū cruciatū ſiuè euitabilem, ſiuè non. Si.n. Iob ſpontè ſuſcepit tolerare ineuitabilia aduerſa, qui nō ſpontè ſuſcepit aduerſa.

*C. 4. circa finem, tom. 4.

Contra ... *Contra.* ...

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ quicquid ſit de ueritate antecedentis, conſequentia nō ualet, ut patet de actu fidei. Aliqs enim actus fidei pōt eſſe bonus moraliter, & non meritoriè. ergo fides ſcdm ꝙ eſt virtus, pōt haberi ſine charitate. Nihil, inquā, ualēt hmōi conſequentiæ. Stat.n. ꝙ aliquis in peccato mortali credat Deū trinum & unum &c. quoniam oportet &c. moraliter: & tamen carebit fide ut eſt virtus. Et quia de patientia in litera dicitur, ꝙ ſecundum ꝙ eſt uirtus, non poteſt haberi ſine gratia & charitate: ideò conſequentia nihil ualet. An autem patientia poſſit eſſe informis ſicut fides, non determino nunc, ſed poſt inquiretur. Sat eſt propoſito, quòd conſequentia non ualet.

K ¶ Ad tertium dicitur, quòd antecedens eſt impoſſibile, loquendo de patiētia ut eſt uirtus & ad probationem de fide dicitur, quòd fides informis non eſt ſimiliter uirtus, ut patet ex ſuperius dictis ab authore, & per hoc patet ſolutio tertij. ſ. ꝙ poſt lapſum in mortale peccatum, dum quis eſt ſine charitate, nō poteſt exire in actum patientiæ vt eſt virtus.

¶ Ad quartū negatur aſſumptū: q̄m præferre in ueritate cæleſtē patriā omnibus, nō pōt creatura rōnalis ſine charitate. Nec ꝓpterea ſequitur ergo uoluntas nō eſt libera: ſed bene ſequitur. ergo eſt impotens ad celſitudinem tātī actus, cū eſt actus ꝓprius charitatis, ac ꝑ hoc ſupernaturalis. Poſſet fortè & aliter dici, diſtinguendo ꝙ præferre cæleſtē patriam omnibus cōtingit dupliciter. Vno mō, quo ad ſubſtātiā actus: alio mō uirtuoſè, & ꝙ licèt creatura rōnalis poſſet primū ex fide informi & ſpeciali auxilio Dei, nō pōt tñ ſcdm ſine charitate ſola. Prima rñſio tñ ſolida eſt: quia ipſo facto ꝙ quis in ueritate pfert Deū, ut principem patriæ cæleſtis omnibus in ſua uolūtate, [illegible] charitate

F eſt. cū charitas nil aliud ſit q̃ amor Dei ſic ſumpti ſup oīa. Nec ulla charitate acqſita ad hūc actū in ueritate ducere ſufficit: ſed ad aliquē actū, quē æſtimamus eſſe iſtū: q̃ tñ in veritate ab iſto deficit uel quia eſt cum aliquo mortali occulto, uel qa eſt reſpectu Dei non propter ſeipſum Deum ut finem ſupernaturalem.

¶ Ad quintum dr̄, ꝙ ſolutio authoris eſt bona & ad improbationē dr̄, ꝙ deſtruit ſeipſum, q̄m ex una parte dicit, ꝙ cōmenſuratio boni amati ad naturā eſt impertinens: & ex alia parte dicit, ꝙ amor huius boni eſt propria rō tolerantiæ. Conſtat namq; ꝙ cōmenſuratio boni amabilis ad amantem non eſt impertinēs ad amorem: immò naturaliter amamus cōmenſurata, & incommenſurata naturæ aut fugimus, aut non amamus. Ex hoc aūt ꝙ cōmenſuratio ꝑtinet ad amorem, optimè reddita eſt ratio patientiæ, quę ex amore naſcitur. Nec eſt uerū, vt patet ex dictis, ꝙ ad uerum amorē ſupernaturalium &c. ſufficiāt cętera ſine charitate.

¶ Ad ſextū concedit̄ cōſequētia de pati, ut eſt actus patiētiæ uirtutis. Nec hęreticus* aliquis ſic vnquā patit̄ pro Chrō. Quòd aūt iſte dicit, ꝙ in ueritate licèt non patiatur pro Chriſto, ſufficit quòd ipſe credat pati pro Chriſto: non eget alia reſpōſione: quoniā deſtruit fundamenta theologiæ, & philoſophiæ moralis. ſ. Bonū conſurgit ex cauſa integra, malum aūt ex particulari defectu. Cū enim hic ſit apparentia, & deficiat ueritas, iſte ſomniat eſſe actū uirtutis patientiæ, ac per hoc bonum, quod eſt ridiculum.

Porrecta per totum.

670

q. ſup. 128 & locis ibi notatis.

* q. 124. art. 6.

¶ Ad tertium dubium patet reſponſio ex dictis in primo dubio. Nam patientia quælibet, ſi eſt uirtus, reſpicit & finē increatū, & finē creatum, qui eſt fruitio æternæ patriæ, & finē intrinſecum. Nec ullus horum eſt extra propoſitum uirtutis patientiæ.

¶ Ad quartū dubiū, pro quanto negat maiorem, & ponit poſſe diligi ſuper omnia Deū ſine charitate, iam reſponſum eſt in ſecūdo dubio. Pro quanto uero negat minorē, dr̄ ꝙ licèt patiens ꝓ Chriſto nō quolibet actu patiendi patiatur priuationē omnium naturaliū, ipſa tamen patientiæ uirtus nata eſt dare hoc, ut homo ꝓferat Deū non huic, uel illi, ſed oībus naturalibus bonis.

L ¶ Ad confirmationem dr̄, ꝙ licèt aliqui ſint magis patientes q̃ alij, omnes tñ uirtutem patientiæ habentes ut ſic, conueniunt in hoc, ꝙ Deum præferant omnibus naturalibus, ſicut omnes iuſti in hoc, ꝙ vnicuiq; uolunt quod ſuum eſt. Illi uero q tolerato carcere &c. deficiunt in toleranda morte, ſi à principio vſq; ad carcerem tantum parati erant, non paſſi ſunt ex uirtute patientiæ, ſed ex ſua inclinatione, & æſtimatione. Si uerò à principio diſpoſiti erant ad omnia pro Chriſto ſuſtinenda, ſed poſtmodum defecerunt, paſſi quidem ſunt ex uirtute patiētię ſicut ex charitate: ſed qa nō pſeuerauerūt ex nimio amore præſentis uitæ, ideo patiētiæ uirtutē ſimul cū charitate pdiderūt.

SVPER QV. CXXXVI. ART. IIII.

IN ar. 4 eiuſdē 136. q. dubiū ex Martino occurrit in q. 2. cōtra cōcluſionē principalē. ſ. Quod patientia ſit uirtus adiuncta

fortitudini,

nere, & hoc etiā pertinet ad patientiā. dicitur enim in lib. ſententiarum Proſperi, quòd patientia conſiſtit in alienis malis tolerandis. ergo patientia non eſt pars fortitudinis.

¶ 2 Præ. Fortitudo ē circa timores & audacias, vt ſupra habitū eſt, * & ira eſt i iraſcibili: ſed patiētia vr̄ eſſe circa triſtitias, & ita uideť eſſe in concupiſcibili. [h] ergo patiētia nō eſt pars fortitudinis, ſed magis [h] tēperātiæ.

B

¶ 3 Prę. Totū nō pōt eſſe ſine [h] parte. Si ergo patiētia ſit pars fortitudinis, fortitudo nūquàm poſſet eſſe ſine patientia, cū tn̄ fortis qnq; nō toleret patienter mala, ſed etiam aggrediatur eū, qui mala facit. ergo patientia non eſt pars fortitudinis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Tullius in ſua Rhetorica, * ponit eam fortitudinis partem.

RESP. Dicendū, ꝙ [m] patiētia eſt pars fortitudinis quaſi potētialis, [n] qa adiūgitur fortitudini ſicut virtus ſecūdaria principali. Ad patientiā. n. pertinet aliena mala æquanimiter ꝑpeti, vt Greg. dicit in quadā Homil. * In malis aūt quę ab alijs inferunť, pręcipua ſunt & difficillima ad ſuſtinēdū illa, quæ ꝑtinēt ad pericula mortis, circa quæ eſt fortitudo. Vndè patet, ꝙ in iſta materia principalitatē tenet fortitudo, quaſi vendicās ſibi id qđ principalius eſt in hac materia. Et ideò patientia adiungitur ei ſicut ſecundaria virtus principali.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ad fortitudinē pertinet nō qualiacūq; ſuſtinere, ſed illud, qđ eſt ſummè difficile in ſuſtinendo, ſcilicet ſuſtinere pericula mortis. Ad patientiam autem poteſt pertinere ſuſtinētia quorumcumque malorum.

AD II. dicendū, ꝙ actus fortitudinis nō ſolū cōſiſtit in hoc ꝙ aliquis in bono perſiſtat contra timores futurorū periculorū, ſed ēt vt nō deficiat ꝑp præſentē triſtitiā, ſiue dolorē, & ex hac parte habet affinitatē cum fortitudine patientia. Et tn̄ fortitudo eſt principaliter circa timores, ad quorū rōnem pertinet fugere, ꝙ vitat fortitudo.

C

Patientia verò principalius eſt circa triſtitias. Nā patiens dicit aliquis nō ex hoc ꝙ non fugit, ſed ex hoc ꝙ laudabiliter ſe habet in patiendo, quæ præſentialiter nocent, vt. ſ. non inordinatè ex eis triſtetur. Et ideò fortitudo eſt propriè in iraſcibili, patientia autē in concupiſcibili. Nec hoc impedit, quin patientia ſit pars fortitudinis, quia

D

adiunctio virtutis ad uirtutē nō attenditur ꝫm ſubiectum, ſed ꝫm materiam, uel formā. Nec tamen patientia ponitur pars temperantiæ, quàmuis utraque ſit in concupiſcibili: quia temperantia eſt ſolùm circa triſtitias, quæ opponuntur de-

---

fortitudini. Qualis eſt ordo habituū, talis eſt ordo actuū. Vbi ergo actus nullū habent ordinē inter ſe, nec habitus: ſed actus patiētiæ ſpōtaneæ tm̄ quoad æquanimitatē, nō habet ordinē ad quēcūq; actū fortitudinis. ergo. Et eodē modo arguit de actu patiētiæ circa quæcūq; mala, ſecluſo periculo mortis. Secūdò, arguitur ex dictis ipſius Thomæ: qa ſecundū ipſum in rſiſione ad primū huius articuli, Fortitudo eſt circa pericula mortis tm̄: patiētia verò circa quæcūq; mala. ergo fortitudo eſt adiūcta patiētiæ, & nō ecōtra. Tertio arguiť ad idē ex dictis Thomæ in rſiſione ad ſecūdū illius articuli ſic, Fortitudo eſt principaliter circa timorē futurorū: patiētia prīcipaliter eſt circa præſentiū triſtitias. ergo fortitudo eſt adiūcta patiētiæ. & tenet ſequela: qa plus eſt ſuſtinere pſentia, quàm futura eadem mala timere.

* q. 123. ar. 3.

¶ Præterea, Suſtinere pſentia mala eſt principalior, & difficilior actus, q̄ nō fugere ꝑp futura, & iſte ordinať in illū. Nā non multū ꝓdeſſet nō fugere futura, niſi ſubſequeretur laudabilis tolerantia pręſentiū. ergo magis patiētiæ fortitudo, q̄ ecōtra, ſubordinatur ſecūdū hæc in hac ſolutione dicta. Sic dicatur, ꝙ patiētia quātū ad tolerantiā malorū mortis, non eſt virtus adiūcta fortitudini, ſed inquantū tolerat alia, ut ipſe Thomas in rſiſione ad tertiū huius articuli innuit.

*Lib. 2. de inuentione in fol. 3. ante fi. lib.

* Homil. 35. I euāg. nō multū ante medium.

Cōtra, Ex hac, inquit, in primis reſpōſione confirmatur vnū aſſumptū, ſ. ꝙ patientia eſt tā circa pericula mortis, q̄ etiā circa alia mala. Deinde iſta ſolutio cōtinet duo, quæ videntur falſa. Primum eſt, ꝙ patientia, vt eſt circa pericula mortis, eſt pars integralis fortitudinis. Secundum eſt, quòd patientia, vt eſt circa alia mala à malo mortis, eſt virtus adiuncta virtuti fortitudinis, vt ſecundaria principali.

¶ Contra primum arguitur, Patientia quæ eſt circa mortis pericula, eſt ſecundùm doctrinam eius fortitudo ergo nō eſt pars integralis fortitudinis. Antecedens probatur. Patiens martyrium vſque ad mortem pro Chriſto, ſecundùm iſtum doctorē, eſt patiens, & fortis actu quo tolerat malum mortis. Aut ergo eſt patiens & fortis eodem actu: & tunc habetur intentum, quia ibi actus non eſt diſtinctus, nec habitus. Aut vno actu eſt fortis, & alio patiens: & tunc quæritur, qui ſint illi. Non enim ſunt ibi duæ tolerantiæ mortis, nequè duo alij actus. Nequè potes dicere, quòd non fugere eſt actus fortitudinis: & laudabiliter ſe habere in tolerando, eſt actus patientiæ, quia ſequeretur, quòd aggredi, & perdurare laudabiliter in periculis mortis non eſſet actus fortitudinis, quod eſt contra eundem doctorem dicentem in reſponſione ad ſecundum, Actus fortitudinis non ſolum conſiſtit in hoc, quòd aliquis in bono perſiſtit contra timores futurorum periculorum, ſed etiam vt non deficiat propter præſentium triſtitias,

A

¶ Præterea, Laudabiliter ſe habere in malis præſentibus, eſt actus patientiæ: non deficere autem propter præſentium triſtitiam, eſt actus fortitudinis ſecundùm iſtam reſponſionem, & iſte ſecundus coincidit cum primo. ergo patiētia eſt fortitudo.

¶ Contra ſecundū aūt Falſum, militant, inquit, tōnes quatuor primo allatæ, ꝙ patiētia nō eſt adiūcta magnanimitati, quas omitto: quia vt nullius ad propoſitum valoris videntur.

¶ Præterea, inqt. Ego non video quō hæc patientia ſit diſtincta à magnanimitate. Nā ſecundū Tulliū in primo de offic. Magnus aīmus ſicut fortis cernitur in gerendo res magnas, plenaſq; laborū, & periculorū. Tūc ſic, Eadē ſunt pericula circa quæ verſatur magnanimitas & patiētia iſta. ergo. Neq; pōt dici ꝙ magnanimitas firmat animū in maximis bonis ſperādis, patiētia vero in malis tolerādis: qa cū bona de ſe alliciant ad ſe, nō eſt opus uirtute firmante ad ſe niſi ꝑp mala & pericula quæ contingūt in proſecutione eorū. eiuſdē igitur virtutis eſt firmare animū in bonis adipiſcendis, & firmare ipſum contra mala, & pericula occurrentia in eorum adeptione.

¶ Ad hoc dubiū rñdendo dr, negando primi argumenti minorē: quia inter actū fortitudinis, & patiētiæ eſt ordo ex parte materiæ. Nam materia fortitudinis ſunt maxima mala, ſ. mortis: materia verò patientiæ ſunt minora mala. Conſtat autem inter maiora & minora mala pœnæ, de quibus eſt ſermo, eſſe ordinem aliquem. Patientia igitur adiungitur fortitudini quaſi circa ſecundariam in malis materiam exiſtens.

¶ Ad ſecundum ex dictis authoris dr, ꝙ hic æquiuocatio accidit de patientia. Nā patiētia, ut eſt circa oīa aduerſa, nō eſt unū quid, ſed eſt vox ſignificans virtutē patiētiæ ad mala alia à mortis periculis, & ad patientiam modum virtutis, ſeu partē integralem fortitudinis, quæ eſt circa mala ſpectantia ad mortis pericula. Vndè aut author in reſponſione ad primum uſus eſt nomine patientiæ ut cōmuniter ſignificat utramq; patientiā, quia in reſponſione ad tertium erat ibidem hoc explanaturus, vt explanauit. Aut per ly, quæcumq; mala, ſubintellexit alia à dictis, ſcilicet periculis mortis. Et ſic accepit patientiam propriè pro uirtute patientiæ, ut in reſponſione ad tertium explanauit. Et ſic nil contra authorem, quouis modo dicatur, ſequitur.

E

¶ Ad tertium ex dictis authoris in reſponſione ad ſecundum dicitur, quòd ſi interpretanda ſunt dicta uerba de patientia uirtute, patet, quòd nulla eſt difficultas in comparatione: quia talis patientia non eſt circa præſentia mala, ſcilicet pericula mortis. Plus enim eſt ſiſtere contra timores maximorū malorū, quàm ſuſtinere minora mala. Si uerò exponatur de patientia parte integrali fortitudinis, tunc dicendum eſt, ꝙ fortitudo habet pro actu ſuo principali immobiliter ſiſtere & cōtra timores, & [illegible] triſtitias.

triſtitias, quæ in periculis mortis interuenerunt, ita q actus eius F eſt & ſuperatis timoribus, & triſtitiis taliũ malorũ immobiliter pſiſtere qđ eſt plus q̃ ſuperare timores, & plus q̃ ſuperare triſtitias. Et hoc intẽdit author, dicẽs q ad fortitudinẽ ſpectat nõ deficere pp triſtitias &c. Cũ hoc tñ ſtat, cõparando iſtas paſſiones, ſ. timorẽ & triſtitiam reſpectu periculorũ mortis, q timor ſit principalior materia fortitudinis q̃ triſtitia: qa timor eſt reſpectu hmõi periculorũ, ut habent rõnem ardui: triſtitia aũt non, qm̃ hæc eſt concupiſcibilis paſſio, ille eſt paſſio iraſcibilis. Vnde fortitudo per ſe ipſam firmat cõtra timorẽ, & per manum ſuã, hoc eſt, patientiã partẽ integralem firmat [illegible] triſtitias. [illegible] eſt ſu[illegible] præſentia, q̃ futura timere, rũdetur [illegible] eſt ſub ea rõne: ſed nõ eſt ſic cõparando triſtitiam præſentiũ præciſè, & timorẽ periculorum mortis præciſè, quia timor reſpicit illa ſub rõne ardui: triſtitia autẽ reſpicit illa abſolutè. Et ſic non ſunt cætera paria. Rurſus dato q difficilius eſſet ſuperare triſtitias iſtas q̃ timores iſtos, non tñ ſequitur, q patientia principalior ſit fortitudine: quia fortitudo habet pro principali actu perſiſtere cũ ſuperatione utriuſq; diuerſimodè tñ, qa cũ ſuperatione timoris, immediatè: cũ ſuperatione uerò triſtitiæ, mediatè nõ media alia uirtute, ſed media ſua parte. Et per hæc patet reſpõſio ad aliud, ſ. ſuſtinere mala præſentia eſt principalius q̃ non fugere pp timores. Vtraq; ſiquidẽ rñſio data habet hic locum, & q non fugere excellit pp arduitatẽ, q eſt in obiecto, & q fortitudinis actus nõ eſt tãtummodo propter timores non fugere, ſed non fugere propter timores & triſtitias, & quæcumq; ſint annexa damna. Nec eſt uerum, quòd non fugere ordinetur ad tolerandum præſentia mala, ſed utrumque ordinatur ad principalem fortitudinis actum, qui eſt immobiliter perſiſtere, non obſtantibus timoribus, & triſtitiis. Quod autem iſte addit, quòd ſi diſtinguatur de patientia, ut dictum eſt ex authore in reſponſione ad tertium, habetur unum intentum, ſcilicet, quòd patientia extendit ſe ad omnia aduerſa, falſum eſt, niſi ſumatur patientia pro uoce, quoniam nec patientia uirtus extendit ſe ad omnia, nec patientia pars uirtutis extendit ſe ad omnia.

* Hom 5. in Matth. inter medium & finé, to. 2.

† Epiſt. 5. ante medium to. 2.

Porrecta er totum.

671

Sup. q. 117 ar. 5. ad 5. Et, 1. 2. q. 70. ar. 3. co. Et 1. cor. 6. lec. 2. prin. Ca. 1. to. 4.

lectationibus tactus, puta, quæ ſũt ex abſtinẽtia ciborũ uel uenereorũ: ſed patiẽtia pcipuè eſt circa triſtitias, quæ ab alijs inferũtur. Et iterũ ad tẽperantiam pertinet refrænare hmõi triſtitias, ſicut & delectationes contrarias. Ad patientiã autem pertinet, ut pp huiuſmodi triſtitias, quantæcumq; ſint, homo non recedat à bono uirtutis. G

Ad III. dicẽdũ, q patiẽtia põt quantum ad aliqđ ſui poni pars integralis fortitudinis, de qua parte obiectio pcedit, put ſcilicet aliqs patienter ſuſtinet mala, quæ pertinẽt ad pericula mortis. Nec eſt cõtra rõnẽ patiẽtiæ, q aliqs qñ opus fuerit, inſiliat in eũ, q mala facit: qa ut Chryſ. dicit ſup illud Matth.* Vade ſatana: In iniurijs pprijs patientẽ eſſe laudabile eſt: iniurias aũt Dei patiẽter ſuſtinere, nimis eſt impiũ. Et Auguſt. dicit in quadã epiſtola cõtra Marcellinũ, † q præcepta patiẽtiæ nõ contrariant bono Reipublicę, p quo cõſeruando cõtra inimicos pugnat. Secundùm uerò, q patiẽtia ſe hẽt circa quæcũque alia mala, adiũgit fortitudini, ut uirtus ſecundaria principali. H I

ARTICVLVS V.

Vtrum patientia ſit idem quod longanimitas.

AD QVINTVM ſic pceditur. Vr̃ q patiẽtia ſit idem qđ longanimitas. Dicit. n. Aug. in lib. de patiẽtia,* q patiẽtia Dei prædicat nõ in hoc, q aliquod malũ patiatur, ſed in hoc, q expectat malos ut cõuertant. Vñ Eccleſ. 5. dr̃. Altiſſimus patiens redditor eſt. ergo h uidet q patiẽtia ſit idẽ qđ longanimitas. K

¶ 2 Præt. Idẽ non eſt oppoſitũ h duob9: ſed impatiẽtia opponit lõganimitati, per quã aliqs moram expectat. dr̃ enim aliquis impatiens moræ, ſicut aliorum malorum. ergo uidetur q patientia ſit idem longanimitati.

¶ 3 Præ. Sicut tps eſt qdã circũſtãtia malorũ, q̃ ſuſtinent, h ita ẽt loc9: ſed ex parte loci nõ ſumit aliqua uirt9 q̃ diſtinguat à patiẽtia. ergo ſilr, nec lõganimitas, q̃ ſumit ex parte tpis, inquantũ ſcilicet aliquis diu expectat, diſtinguitur à patientia. G

Sed contra eſt, q ſup illud ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patiẽtiæ, & lõganimitatis contẽnis, dicit glo.* Vr̃ lõganimitas à patiẽtia differre: qa q infirmitate magis q̃ propoſito delinquũt, ſuſtẽtari p lõganimitatẽ dicunt. Qui uerò pertinaciter exultant in delitijs ſuis, ferri patienter dicendi ſunt. H

Reſpon. Dicẽdũ, q ſicut magnanimitas dr̃, per quã hẽt aliquis aĩum tẽdẽdi in magna, ita etiã longanimitas dr̃, per quã aliquis habet aĩum tendendi in aliquid qđ in longiquũ diſtat. Et iõ ſicut magnanimitas magis reſpicit ſpeciẽ tendentẽ in bonũ, q̃ audaciã, uel timorẽ ſiuè triſtitiã, quæ reſpiciunt malũ, ita etiã & lõganimitas. Vndè m Lõganimitas maiorẽ conuenientiã uidet habere cũ magnanimitate, q̃ cũ patientia. Poteſt tñ conuenire cum patientia duplici rõne. n Primo quidẽ, quia patientia ſicut & fortitudo ſuſtinet aliqua mala pp aliquod bonum. Quod ſi ex propinquo expectetur, facilius eſt ſuſtinere: ſi aũt in lõginquũ differatur, difficilis eſt expectatio. Mala autẽ in præſenti ſuſtinere difficilius eſt. Secũdò, qa hoc ipſum qđ eſt differri bonũ ſperatũ, natũ eſt cauſare triſtitiã, ſm illud Pro. 13. Spes, quæ differtur af- I K

¶ Ad ea uerò quæ obiiciũtur cõtra ſolutionẽ authoris rñdendo dr̃, q utrumq; dictũ authoris eſt uerũ. Et cum contra primũ de patientia parte arguitur, negatur antecedẽs, ſ. q patiẽtia ſit fortitudo. Et ad probationẽ, q ſuſtinens pro Chriſto martirium, propriè loquendo, non deberet dici fortis & patiens, ſed integrè fortis, ſicut nõ debet dici, q eſt homo integer, aut q eſt prudẽs & bonę rõnis. Si tñ ſic dicatur, nullus eſt error. Cõceditur ergo, q eſt fortis & patiẽs. Et cũ dr̃, Aut eodem, aut diuerſis. Dicitur, q eodẽ, & diuerſis. Diuerſis quidẽ, quia patiẽs eſt in æquanimiter tolerãdo præſens malũ: fortis uerò in immobiliter perſiſtẽdo, nõ obſtante & timore, & triſtitia. Eodẽ uerò, quia ad illũ principalẽ actũ ſubſeruit actus patiẽtiæ. Propter qđ martyres laudantur de patientia tãquam ſeruiente fortitudini. Et ſic act9 fortitudinis eſt quodammodo patientię adiuuãtis ad illũ, ſicut ecõtra fortitudo imperat patientiæ. *Glo. ordinaria, illud ex Auguſt.

¶ Ad ultimũ contra hoc membrum dr̃, q laudabiliter tolerare præſentẽ triſtitiã eſt actus patientiæ: & nõ deficere pp triſtitias in proſequẽdo mortis pericula, eſt actus fortitudinis, & non ſunt idẽ actus, ſed primus eſt in cõcupiſcibili: ſecũdus, qui per negationẽ circunlocutus eſt, ſ. immobiliter pſiſtere in mortis periculo, nõ obſtante triſtitia, eſt in iraſcibili, ſeu uoluntate.

¶ Ad obiecta contra aliud dictũ, ſcilicet, de patientia uirtute adiuncta fortitudini ut ſecundaria principali, dicitur, q patientiæ diſtinctio à magnanimitate clara eſt: quia magnanimus tendit ad magnum in qualibet uirtute, patientia non. Magnanimitas eſt circa ſpem magnorum bonorum ut materiam, patientia circa triſtitiam. Et cum dicitur, Eadem ſunt aduerſa, ſeu pericula, circa quæ eſt magnanimitas & patientia, ergo. Reſpondetur primò, q non ſunt eadem adequatè: ſecundo, quòd non ſub eadem ratione reſpiciuntur ab utraque uirtute, quia à magnanimitate ſub ratione magni, à patientia uerò abſolutè, & in ordine ad cæleſtem patriam. Falſum quoque eſt quod dicitur, ſcilicet, quòd quia bona de ſe alliciunt ad ſe, non eſt opus uirtute, niſi propter pericula, & labores: quoniam ad bona opus eſt uirtute, uel quia non ſufficienter natura inclinamur ad illa, ut patet de iuſto, uel quia paſſiones ad illa egent moderamine, ut eſt in pro-

Conclu. m

in propoſito de ſpe magnorum, Quod demum dr̃. q eadem eſt virtus boni & mali oppoſiti, gratis conceditur. Sed hoc non obſtante, ſuperius oſtenſum eſt rationabiliter poni patientiã virtutem gratuitam reſpectu malorũ in ordine ad patriã cæleſtẽ.

¶ Circa relictum dubium, An patientia diſtinguatur in formatam, & informẽ, dicẽdũ eſt, q cum virtus, immò & habitus quilibet, corrũpatur ex hoc ipſo q rõ formalis, ſeu obiecti, ſeu materiæ ceſſat: & tadiu ſit quandiu rõ formalis ſaluatur in eo, vt patet de ſciẽtia quæ pdi[illegible] & quãdiu mediũ applicatũ hr̃, ſciẽtia eſt: & ſimiliter in habitibus infuſis, fides tamdiu ſ[illegible] aliquo ẽ, quam[illegible] qs credit oĩa reuelata à Deo Eccleſiæ Chriſtianæ, ita q ſtatim, q quis aliqd pertinaciter crederet, quãtũcũq; oppoſitũ determinaretur ab Eccleſia, habitũ infuſæ fidei ſtatim p[illegible] pro circa ad vidẽdum an aliqua virtus poſſit eſſe informis ſpectãdũ eſt, an ſua formalis rõ, qua attigit obiectũ ſuũ, ſaluet ſine charitate, Si.n. põt ſine charitate ſaluari, põt eſſe informis. Si nõ põt ſaluari ſine charitate hmõi rõ, nõ põt eſſe informis. Propter hoc.n. fides põt eẽ informis, prudẽtia aũt nõ, vt patet ex ſuperi⁹ dictis. Quãtũ aũt ab authore cõcipio, q poſuit patientiã, vt eſt ſpecialis virtus, eſſe virtutẽ gratuitã nõ politicam, rõ formalis patiẽtiæ cõſiſtit in æquanimi tolerãtia aduerſorũ pp ſupnaturalia bona. Hoc aũt nõ põt eſſe informe, cũ ſine charitate eſſe nequeat, vt in litera pbatr̃. Vnde virtus patiẽtiæ ſic eſt charitatis comes, q aut non eſt, aut eſt cum charitate. Et pp hoc Apoſtolus poſuit primogenitã charitatis patientiam.

Concl. | In li.2. de ſucceſſione l fo.3. ante fin. libri. | Locus citatus in arg. Sed côtra.

¶ Sed occurrit hoc in loco dubiũ maius cõtra doctorẽ, quia ex hoc ipſo q ad patiẽtiam, ſcdm q eſt virtus, ſpectat omnia tolerare propter bonum ſopernaturale, ſequitur quòd ad ipſam ſpectet etiam ſuſtinere am[illegible] vitæ, q eſt ſummum bonum naturale. Et ſi hoc conceditur, ergo non eſt virtus adiuncta fortitudini, ſed excedens potius ipſam.

¶ Ad hoc dr̃, q author loquitur in hoc articulo de patiẽtia cõiter, hoc eſt, vt cõprehẽdit patiẽtiã ſpecialẽ virtutẽ, & patiẽtiam partẽ fortitudinis infuſæ, Sic.n. accepta patiẽtia, ad oĩa aduerſa ſe extẽdit pro futuræ patriæ bono tolerãda. Nec obſtat q dicat, Patiẽtia ſecũdũ q ẽ virt⁹: quia p hoc nõ ſolũ intelligit q ſit ſimpliciter virt⁹: ſed q attingat ad perfectionẽ virtutis ſimpliciter: paſſa ſiquidẽ hæc ſunt quo ad ppoſitũ. Et hoc ſecũdũ inuenit in patiẽtia parte itegrali fortitudinis infuſæ: & adiũgit vniuerſaliter patientia fortitudini vel quaſi pars integralis, vel vt pars potẽtialis: quia æquanimis triſtitia ſecũdariò cõcurrit ad

fligit animã. Vndè & ĩ ſuſtinẽdò hmõi afflictionẽ põt eſſe patiẽtia, ſicut & in ſuſtinẽdo quaſcũque alias triſtitias. Sic ergo ſcdm q ſub eadẽ ratione mali cõtriſtãtis põt cõprehendi & dilatio boni ſperati, quæ pertinet ad lõganimitatẽ, & labor quẽ homo ſuſtinet in cõtinuata executione boni operis, qd̃ ptinet ad cõſtãtiã, tã lõganimitas, q̃ ẽt cõſtãtia, ſub patiẽtia cõprehẽdũtur.¶ Vndè & Tullius diffiniens patiẽtiã dicit, q patiẽtia eſt honeſtatis ac vtilitatis cauſa uolũtaria, ac diuturna ppeſſio rerũ arduarũ ac difficiliũ. Qd̃ dicitur arduarũ, ptinet ad cõſtãtiã in bono. Qd̃ dicit difficiliũ, pertinet ad grauitatẽ mali, quã ppriè reſpicit patientia. Qd̃ vero addit, diuturna ſiuè diutina, ptinet ad longanimitatem ſecundùm q conuenit cum patientia. Et per hoc patet reſponſio ad 1. & 2.

¶2 Præt. Tẽperantia eſt circa paſſiones magis q̃ circa res ipſas: ſed ſicut dr̃ i 2. de Aĩa* tact* vr̃ eſſe ſenſus alimẽti quãtũ ad ipſã ſubſtãtiã alimẽti: ſapor ãt, q eſt pprie obiectũ guſtus, eſt ſicut delectamẽtũ alimentorũ. ergo temperantia magis ẽ circa guſtum, quam circa tactum.

¶3 Præt. Sicut dr̃ in* 7. Ethi. circa eadẽ ſunt tẽperãtia & intẽperãtia, cõtinẽtia & incontinẽtia, pſeuerãtia & mollities, ad quã ptinẽt deliciæ: ſed ad delicias vr̃ ptinere delectatio, q ẽ in ſaporibus, q ptinent ad guſtũ. ergo tẽperãtia eſt circa delectationes proprias guſtus.

SED CONTRA eſt, qđ Phil. dicit,* qđ tẽperantia & intẽperãtia vñr guſtu parũ, uel nihil uti.

RESP. Dicẽdũ, q ſicut dictũ eſt*, tẽperãtia cõſiſtit circa pcipuas delectationes, q maximè ptinẽt ad cõſeruationẽ humanæ uitæ vel in ſpecie, uel in indiuiduo: in qbus cõſiderãt aliqd principaliter, aliqd ſecundariò. Principaliter qdẽ ipſe uſus neceſſariorũ, puta, uel fœminę, q eſt neceſſaria ad conſeruationẽ ſpeciei: uel cibi & potus, q ſunt neceſſaria ad cõſeruationem indiuidui. Et ipſe uſus horũ neceſſariorũ hẽt quandam eſſentialẽ delectationem adiunctã. Secundariò ãt cõſideratur circa utrũq; uſum aliquid quod facit ad hoc, q uſus ſit magis delectabilis, ſicut pulchritudo & ornat* fœminæ, & ſapor delectabilis in cibo, & ẽt odor. Et iõ * principaliter tẽperãtia eſt circa delectationẽ tactus*, q p ſe cõſequit ipſum vſum neceſſariarũ rerũ, quarum omnis uſus eſt in tãgendo. *Conclu. 1* Circa* delectationes autẽ guſtus, uel olfactus, uel uiſus, eſt temperantia & intemperantia ſecundariò, inquantum ſenſibilia horum ſenſuum conferunt ad delectabilem uſum rerum neceſſariarum, quæ ptinent ad tactum. *Conclu. 2* Quia tamen guſtus propinquior eſt tactui, quam alij ſenſus, ideò * temperantia magis eſt circa guſtum, quàm circa alios ſenſus*. *Conclu. 3*

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q ẽt ipſe uſus ciborũ, & delectatio eſſentialiter ipſum cõſequens, ad tactum pertinent. Vñ Phil. dicit in 2. de anima,* q tactus eſt ſenſus alimẽti. Nutrimur enim calido & frigido, humido & ſicco: ſed ad guſtũ ptinet diſcretio ſaporũ, q cõferũt ad delectationẽ alimenti, inquantũ ſunt ſigna conuenientis nutrimenti.

AD II. dicendum, quòd delectatio ſaporis eſt quaſi ſuperueniens: ſed delectatio tactus per ſe cõſequitur uſum cibi, & potus.

AD III dicẽdũ, q deliciæ principaliter qdem conſiſtunt in ipſa ſubſtantia alimenti: ſed ſecũdariò in exquiſito ſapore, & præparatione ciborũ.

Porrecta per totum. 687

Inf. q. 142 ar. 2. cor. Et 1. 2. q. 63. art. 4 cor. Et 4. di. 15. q. 3 ar. 1. q. 4. corinc. Et Mal. q. 14 ar. 1. ad 1.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ regula temperantiæ ſit ſumenda ſecundũ neceſſitatẽ præſentis vitæ.

A SEXTVM ſic proceditur Videtur q regula tẽperãtiæ non ſit ſumenda ſecundum ne-

SVP Q. CXXXXI. ART. VI.

IN artic. 6. eiuſdem q. omiſſo quinto, dubium occurrit ex Martino in eodem tractatu in quæſtio. illius

ceſſitatē pſentis uitæ. Superius A enim non regulat̄ ab inferiori: ſed tēperantia cū ſit uirtus aīæ, eſt ſuperior q̄ neceſſitas corporalis. h ergo regula tēperantiæ non debet ſumi ſecundùm neceſſitatem corporalem.

¶ 2 Præt. Quicūq; excedit regulam, peccat. Si ergo h neceſſitas corporalis eſſet regula tēperantiæ, quicūq; aliqua delectatiōe vteret̄ ſupra neceſſitatē naturę, q̄ ualdè modicis cōtēta eſt, B peccaret cōtra tēperantiā: qđ videtur eſſe inconueniens.

¶ 3 Præt. Nullus attingēs regulā peccat. Si ergo neceſſitas corporalis eſſet regula tēperātiæ, quicūq; uteret̄ aliqua delectatione pp neceſſitatē corporalē, puta, pp ſanitatē, eſſet immunis à peccato: hoc aūt uī falſum. ergo h neceſſitas corporalis non eſt regula tēperantiæ.

SED CONTRA eſt, qđ Aug. dicit in lib. de moribus eccleſ.* Habet uir tēperatus in rebus hui* uitæ regulā utroq; teſtamento firmatā, ut eorū nil diligat, nil p ſe appetēdū putet: ſed ad uitæ hui* atq; officiorū neceſſitatē, quātū ſatis eſt, uſurpet utentis modeſtia, non amantis affectu.

RESPON. Dicēdū, q ſicut ex *ſupradictis patet, bonū uirtutis moralis præcipuè cōſiſtit in ordine rōnis. Nā bonū hoīs eſt ſecūdū rōnē eſſe, ut * Dion. dicit 4. ca. de di. no. Præcipuus aūt ordo rōnis cōſiſtit in hoc, q aliqua in finē ordinat, & in hoc ordine maximē cōſiſtit bonū rōnis. Nā bonū habet rōnē finis, & ipſe finis eſt regula eorū quę ſunt ad finē. Oīa aūt delectabilia, quæ in uſum hoīs ueniunt, ordinātur ad aliquā huius uitæ neceſſitatē ſicut ad finē: & ideò m tēperantia accipit neceſſitatē huius uitæ ſicut regulā delectabiliū, quibus utitur, ut. ſ. tm̄ eis utatur, quantum neceſſitas huius uitæ requirit. n

AD PRIMVM ergo dicendū, q ſicut* dictū eſt, neceſſitas huius uitæ hēt rōnē regulę, inquantū eſt finis. Cōſiderādū eſt aūt, q q̄nq; aliud eſt finis opantis, & aliud finis operis. Sicut patet q ædificationis finis eſt dom*, ſed ędificatoris finis q̄nq; eſt lucrū. ſic ergo tēperantiæ ipſius finis & regula eſt beatitudo: ſed eius rei, qua utit̄, finis & regula eſt neceſſitas humanæ uitæ, infra quā eſt id qđ ī uſum uitæ uenit.

AD II. dicendū, q neceſſitas humanæ uitæ pōt attendi dupliciter. Vno modo, ſm q dr̄ neceſſariū illud, ſine quo res nullō modo poteſt eſſe, ſicut cibus eſt neceſſarius animali. Alio modo, ſm q dicitur neceſſarium illud, ſine quo res non poteſt conueB nienter eſſe. Temperantia autē non ſolùm attendit primā neceſſitatem, ſed etiam ſecundā. Vndè * Philo. dicit in 3. Ethi. q temperatus appetit delectabilia propter ſanitatē, uel pp bonam habitudinē. Alia uerò quæ ad hoc nō ſunt neceſſaria, poſſunt dupliciter ſe habere. Quædā. n. ſunt impedimenta ſanitatis, uel bonę habitudinis, & his temperatus nullo modo utitur: hoc. n. eſſet peccatū contra temperantiā. Quædā uerò ſunt, quæ non ſunt his impedimēta: & his moderatē utitur pro loco, & tēpore, & cōgruentia eorū quibus cōuiuit. Et ideo ibidē * Philo. dicit, q etiā tēperatus appetit alia deleC ctabilia, quæ. ſ. nō ſunt neceſſaria ad ſanitatē, uel ad bonā habitudinē, nō impedimēta his exiſtētia.

AD III. dicendū, q ſicut * dictū eſt, temperātia reſpicit neceſsitatē quantum ad conuenientiā uitæ, quæ quidē attenditur non ſolùm ſm cōuenientiam corporis: ſed etiam ſm conuenientiam exteriorum rerum, puta, diuitiarū, & officiorū, & multò magis ſm conuenientiam honeſtatis. Et ideò * Philoſo. ibi ſubdit, q in delectationibus, quibus tēperatus utitur, non ſolùm cōſiderat ut nō ſint impeditiua ſanitatis, & bonæ habitudinis corporalis: ſed etiam ut non ſint pręter bonū. i. cōtra honeI ſtatē, & q nō ſint ſupra ſubſtantiā. i. ſupra facultatem diuitiarū. Et * Augu. dicit in lib. de moribus Eccleſiæ, q tēperatus reſpicit non ſolùm neceſsitatem huius uitæ, ſed etiam officiorum.

ARTICVLVS VII.

Vtrū tēperātia ſit uirtus cardinalis.

AD SEPTIMVM ſic procedit̄. Vī q tēperātia nō ſit uirtus cardinalis. Bonū. n. uirtutis cardinalis a rōne depēdet: ſed tēperantia eſt circa ea quæ magis h diſtant à rōne, ſ. circa delectationes, quæ ſūt nobis & bruE tis communes, ut dicitur in 3. * Ethi. ergo temperantia non uidetur eſſe principalis uirtus.

¶ 2 Præt. Quātò aliquid eſt magis h impetuoſum, tantò difficilius uidetur eſſe ad refrenandū: ſed ira quam refrænat manſuetudo, uidetur eſſe impetuoſior quàm concupiſcentia, quam refrænat temperantia. dicitur enim Prouerb. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiri-

huius titul.. An regula temperātię ſumatur ex neceſſitate pſentis vitæ. Reprehēdit ſiqde authorē in hoc, q cōcluſit neceſſitatem pſentis vitæ eſſe regulā tēperātiæ vtpote finē eius. Ait. n. q ſi neceſſitas eſt regula, oportet q p oēm rectū vſum tollatur aliqua neceſſitas, ſeu indigētia: ſed hoc nō eſt verum, vt patet de recto vſu nō neceſſariorū, quæ tn̄ nō impediūt ſanitatē, aut bonā habitudinē, nec excedūt facultates, & honeſtatē. Affert quoq; multa cōtra eandē cōcluſionem: ſed quia, vt patebit, non ſunt contra eam, omitto.

¶ Ad euidentiā horū nō oportet aliūde inquirere, ſed ex litera ipſa reſoluere; q̄m clarè in rñſione ad tertiū, author explicat q̄ ſit neceſſitas, quæ regula eſt tēperantiæ, ſ. neceſſitas cōgruentiæ vitæ, quàm exprimit nō ſolùm attēdi ſecūdùm corporis indigētiā & diſpoſitionem, ſed etiā ſecūdùm facultates, officia, & honeſtatē. Vndè qđ implicitè inchoauit ac fundauit author in corpore articuli, in ſolutionibus argumentorū cōſummauit. & rō nō eſt ſoluēda, ſed ſoluēda rō allata in corpore articuli. & cum obiicitur. ergo quilibet rectus uſus delectabiliū ſecūdùm tēperantiā tollet aliquā indigentiā, rñdetur, q indigentia, ſeu neceſſitas regulat nō ſolùm ut ſuppleatur qđ deficit, ſed etiā ne deficiat qđ eſt, aut eſſe debet. & ſic oīs rectus uſus delectabiliū tollit aliquā indigentiā uel corporis, uel officij, uel honeſtatis ſimpliciter perfectionis, alioquin nō eſſet rectus uſus. Vt. n. in litera patet, tēperatus utitur neceſſariis ad corporis conſeruationē, & bonā habitudinē, & cōgruis iuxta facultates, officia, cōſeruationē, & honeſtatem. Hæc. n. oīa tollunt aliquā indigentiā, quæ eſt, uel eſſet ſine tali uſu. Nā qui conuiuiū celebraret nō conformū gradui ſuo, & conuiuatū, iuxta facultates & honeſtatem, nō eſſet factū ſatis neceſſitati congruentiæ præſentis uitæ, ac conſeruationis. Neceſſitas ergo congruentiæ præſentis uitæ eſt regula tēperantiæ, ſecūdùm quā etiā imperat alijs uirtutibus, puta, liberalitati, urbanitati, & ſi qua alia opus quandoque eſt.

* Ca. 21. circa fin. tom. 1.
* Ar. 1. huius q & q. 109. art. 2. & q. 123. ar. 1.
* Ca. 4. nō multum procul a fine.
Concl. m
* In corp. ar.
* Li. 3. c. 11 ad fi. to. 5.
* Lib. 3 Ethi. c. 11. nō procul a fi. to. 5.
* In corp. ar.
* Li. 3. ca. 11. to. 5.
* Cap. 21. circa fin. tom. 1.

SVP. Q. CXXXXI. ART. VII.

IN ar. 7. eiuſdem q. dubiū ex Martino in eodē tractatu q. 2. occurrit, arguente cōtra rōnem literæ, qua tēperātia ponitur uirtus cardinalis: qa moderatio, q̄ i omni uirtute requiritur, pręcipuè laudat̄ in delectationibus tactus, quæ ſunt materia tēperantiæ. Probat ergo q moderatio nō eſt præcipuè laudabilis in delectationibus tactus. Primò, qa moderatio ardua laudabilior eſt non ardua: ſed moderatio in delectationibus tactus non eſt ardua.

Porrecta per totum.
689
1. 2. q. 71. & q. 66. artic. 1 & 4. cor. Et 3. diſ. 33. q. 2. ar. 3. Et uir. q. 1. artic. 12. ad 24. 25. & 26. & q. 5. art. 1.
* Li. 3. ca. 10. a med. tom. 5.

ardua ergo. Secũdo. Moderatio in omni virtute eſt id qđ potiſſimè laudat̃. ergo ſi tẽperantię p̃pria eſt moderatio, ipſa eſſet excellẽtiſſima virtutũ, cuius oppoſitũ ſẽtit author. (*1. 2. q. 25 art. 4.) Antecedẽs probatur, qa oĩa quæ laudabilia ſunt in uirtute, ideò laudant̃, qa ad moderationẽ ordinata ſunt. Tertio, Moderatio delectationũ tactus nõ eſt difficilior cæteris. (*Li. 2. c. 36 ãte med.) ergo nõ eſt præcipuè laudabilis. Conſequẽtia tenet ex dictis authoris. Antecedẽs verò p̃batur: (*q. 123. ar. 11: & 1. 2. q. 61. ar. 3.) qa difficilius eſt vincere retrahentia à bono in materia fortitudinis, ut ipſemet author fatetur. moderatio ergo fortitudinis eſt difficilior.

¶ Ad primũ horũ dr̃, ꝙ maior eſt vera cæteris paribus. ſed in p̃poſito nõ ſunt paria. Moderatio nãq; mãſuetudinis licẽt ſit ardua, nõ tñ eſt ĩ materia ita naturali, neceſſaria, cõmuni, diuturna, ac vehementer (*Ar. 4. huius quæſ. Concl. [m]) motiua oppetitus noſtri, qualis eſt materia tẽperantiæ, ut in litera patet in corpore articuli, & reſponſionibus argumentorũ.

¶ Ad ſecundũ negat̃ antecedẽs: qm̃ moderatio p̃priè, vt diſtinguitur, cõtra alias cõditiones virtutũ, non eſt potiſſima. Nec eſt verũ, ꝙ quęcũq; ſunt laudabilia in uirtute, laudentur in ordine ad modũ, q̃uis ſine modo nõ laudabilia ſint. Diſcretè ſiquidẽ agere potior eſt cõditio q̃ moderatè, & ſimiliter rectitudo potior eſt: cũ tñ prima prudentiæ, ſecunda iuſtitiæ tribuatur.

¶ Ad tertiũ negat̃ aſſumptũ. Et ad probationẽ dr̃, ꝙ materia impediens bonũ in fortitudine, non eget principaliter moderatione, ſed firmitate animi. Et propterea cõcedendũ ꝙ difficilius vincũtur retrahẽtia à bono in fortitudine, nõ ſequitur, ergo difficilius eſt illa moderari: ſed ſequit̃, ergo difficilius eſt ibi bonũ rationis habere. qđ gratis cõcedit̃: ſed nõ moderando, ſed firmãdo, vt patet ex ſupradictis. Et ſi iu-

tus ferre quis poterit? ergo mã- F ſuetudo eſt principalior uirtus quàm temperantia.

¶ 3 Præ. Spes eſt[h] principalior mot[9] aiæ q̃ deſideriũ, ſeu cõcupiſcẽtia, ut * ſupra habitũ ẽ: ſed humilitas refrænat p̃ſũptionẽ imoderatæ ſpei. ergo humilitas uidetur eſſe principalior uirtus quàm temperantia, quæ refrænat concupiſcentiam.

Sed contra eſt, ꝙ * Greg. in 2. Moraliũ ponit temperan- G tiã inter uirtutes principales.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſicut* ſupradictũ eſt, uirtus principalis, ſeu cardinalis dr̃, q̃ principalius laudat̃ ex aliquo eorũ, quę cõiter requiruntur ad rõnẽ uirtutis. Moderatio aũt quæ in oĩ uirtute reqritur, præcipuè laudabilis eſt in delectationib[9] tact[9], circa quæ eſt tẽperantia, tũ qa tales delectationes ſunt magis nobis naturales, & iõ difficilius H eſt ab eis abſtinere, & cõcupiſcẽtias earũ refrænare: tũ ẽt qa earũ obiecta magis ſũt neceſſaria p̃ſenti uitæ, ut ex dictis patet. & iõ [m] tẽperãtia ponit̃ uirtus principalis, ſeu cardinalis. [n]

Ad 1. ergo dicendũ, ꝙ tãtò maior oſtẽdirur agentis uirtus, quãtò in ea q̃ ſunt magis diſtãtia, põt ſuã operationẽ extẽdere. Et ideò ex hoc ipſo oſtendit̃ maior uirtus rõnis, ꝙ põt etiã I concupiſcentias, & delectationes maximè diſtantes moderari: undè hoc pertinet ad principalitatem temperantiæ.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ impetus irę cauſat̃ ex quodã accidẽte, puta, ex aliqua lęſione cõtriſtãte. & ideò cito trãſit, q̃uis magnũ impetũ habeat. Sed impetus cõcupiſcẽtiæ delectabiliũ tactus, p̃cedit ex cauſa naturali, undè eſt diuturnior & cõmunior: & K ideò ad principaliorẽ uirtutem pertinet ipſum refrænare.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ ea quorũ eſt ſpes, ſunt altiora his quorũ ẽ cõcupiſcẽtia, & p̃p hoc ſpes ponit̃ paſſio principalis in iraſcibili: ſed ea, quorũ eſt cõcupiſcẽtia & delectatio tactus, uehemẽtius mouẽt appẽtitũ, qa ſunt magis naturalia. & ideò tẽperantia, quę in his modum ſtatuit, eſt uirtus principalis.

Articulus VIII.

Vtrũ tẽperãtia ſit maxima uirtutum.

AD octavum ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ tẽperantia ſit maxima uirtutũ. Dicit. n. Ambr. in 1. de * Offic. (*Li. 1. c. 45 in prin. to mo 1.) ꝙ in tẽperantia maximè honeſti cura, decoris cõſideratio ſpectat̃, & quęritur: ſed uirtus laudabilis eſt, inquantũ eſt [g] honeſta & decora. ergo tẽperãtia eſt maxima uirtutum.

¶ 2 Præt. Maioris eſt uirtutis operari id qđ eſt [h] difficili[9]: ſed difficilius eſt refrænare cõcupiſcẽtias, & delectationes tactus, q̃ refręnare actiones exteriores, quorũ primũ pertinet ad tẽperantiã, ſecundũ ad iuſtitiã. ergo temperantia eſt maior uirtus quàm iuſtitia.

¶ 3 Præt. Quantò aliqd eſt [i] cõmunius, tantò magis neceſſariũ uidetur eſſe & melius: ſed fortitudo eſt circa pericula mortis, quæ rarius accidũt q̃ delectabilia tactus, q̃ quotidie occurrunt, & ſic uſus temperantiæ eſt communior q̃ fortitudinis. ergo temperãtia eſt nobilior uirtus quàm fortitudo.

Sed contra eſt, qđ * Philo. dicit in 1. Rhet. ꝙ (*Li. 1. c. 9. nõ multũ a prin. to. 6.) maximè uirtutes ſunt, quæ alijs maximè ſunt utiles: & p̃p hoc fortes, & iuſtos maximè honoram[9].

Respon. Dicendum, quòd * ſicut Philo. dicit in (*Li. 1. c. 2. circa fin. tom. 5.) 1. Ethic. bonum multitudinis diuinius eſt quàm bonum unius: & ideò quantò aliqua uirtus magis pertinet ad bonum multitudinis, tantò melior eſt. Iuſtitia autem, & fortitudo magis pertinent ad bonum multitudinis quàm temperantia, quia iuſtitia conſiſtit in communicationibus quæ ſunt ad alterum. Fortitudo autem in periculis bellorum quæ ſuſtinentur pro ſalute communi. Temperantia autem moderatur ſolùm concupiſcentias, & delectationes eorum quæ pertinent ad ipſum hominem. Vndè manifeſtum eſt, quòd [m] iuſtitia & fortitudo ſunt excellentiores uirtutes, quàm temperantia, quibus prudentia & uirtutes theologicæ ſunt potiores. [n]

Ad primum ergo dicendum, quòd honeſtas, & decor maximè attribuuntur temperantię non propter principalitatem proprij boni, ſed propter turpitudinem contrarij mali, à quo retrahit, inquantum ſcilicet moderatur delectationes, quæ ſunt nobis & brutis communes.

Ad II. dicendũ, ꝙ cũ uirtus ſit circa difficile & bonum, dignitas uirtutis magis attenditur ſ̃m rationem boni, in quo excedit iuſtitia, q̃ ſecundùm rationem difficilis, in quo excedit temperantia.

Ad III. dicendum, ꝙ illa communitas, qua aliquid pertinet ad multitudinem hominum, magis facit ad excellentiam bonitatis, q̃ illa quæ conſideratur ſ̃m ꝙ aliquid frequenter occurrit, in quarum prima excedit fortitudo, in ſecunda temperantia. Vndè ſimpliciter fortitudo eſt potior: licet quo ad aliquid poſſit dici temperantia potior non ſolùm fortitudine, ſed etiam iuſtitia.

ſtatetur, qa audaciã in fortitudine eſt propriè moderãda: rñdetur, ꝙ uirtutes iudicãtur & p̃ẽſantur ſecundũ principales ſuos actus. Principale autẽ in fortitudine eſt firmare: moderari autẽ audaciã &c. eſt ſecundariũ. Et p̃pterea laus moderationis tẽperãtiæ præcipuè tribuitur, qa ipſa p̃ principali actu moderari habet. Et inter oẽs habentes moderationẽ, pro principali actu ipſa obtinet principatũ rõne materiæ tã communis, diuturnæ, neceſſariæ, naturalis, ac vehemẽter motiuæ.

QVAE

QVAESTIO CXLII.

De uitijs quæ aduerſantur temperantiæ, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de uitijs oppoſitis temperantiæ.

ET circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum inſenſibilitas ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum intemperātia ſit uitiū puerile.

¶ Tertiò, De comparatione intemperantiæ ad timiditatem.

¶ Quartò, Vtrum uitium intemperantiæ ſit maximè opprobrioſum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum inſenſibilitas ſit uitium.

Porrecta per totū. 691

2. Eth. lec. 8. & lib. 3. lect. 21.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ inſenſibilitas non ſit uitium. Dr̄ .n. inſenſibiles, qui deficiunt circa [b] delectationes tact[9]: ſed ī his penit[9] deficere uī̄ eſſe laudabile, & uirtuoſū. dr̄ .n. Dan. 10. In dieb[9] illis ego Daniel lugebam triū hebdomadarū tp̄s, panem deſiderabilem non comedi, & caro, & uinū non introierunt in os meum, ſed neq; unguēto unctus ſum. ergo inſenſibilitas non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Bonū hoīs eſt ſecundum rōnē eſſe, ſcd̄m *Dion. c. 4. de diui. no. ſed abſtinere ab [h] oīb[9] delectabilib[9], tactus maximè, ꝓmouet hoīem in bono

*Ca. 4 pa. 4. nō multū procul a fine.

C rōnis. dr̄ .n. Danie. 1. ꝙ pueris, qui utebant̄ leguminibus, dedit Deus ſcientiā & diſciplinā in oī libro & ſapientia. ergo inſenſibilitas quæ uniuerſaliter repellit huiuſmodi delectationes, non eſt uitioſa.

¶ 3 Pręt. Illud, per qđ maximè, [h] receditur à pc̄tō, non uidetur eſſe uitioſum: ſed hoc eſt potiſſimum remedium abſtinēdi a pc̄tō, ꝙ aliq̄s fugiat delectationes, qđ ꝑtinet ad inſenſibilitatē. dicit .n. Philoſ. in 2. *Ethi. ꝙ abiiciētes delectationē, minus peccabimus. ergo inſenſibilitas non eſt aliqđ uitioſum.

*Libr. 2. c. vlt. to. 5.

SED CONTRA. Nihil opponit̄ uirtuti niſi uitiū: ſed inſenſibilitas uirtuti tēperātiæ òpponit̄, ut patet p *Phil. in 2. & 3. Ethi. ergo īſēſibilitas eſt uitiū.

*Li. 2. c. 7. & lib. 3. c. 11. to. 5.

RESPON. Dicendum, ꝙ oē illud, qđ contrariatur ordini naturali, eſt uitioſū. Natura aūt delectationem appoſuit operationib[9] neceſſarijs ad uitā hominis: & ideo naturalis ordo requirit, ut hō intātū hmōi delectationib[9] utat̄, quantū neceſſarium eſt ſaluti humanę, uel quātū ad cōſeruationē indiuidui, uel quantum ad conſeruationem ſpeciei. Si [m] q̄s ergo intātū delectationē refugeret, ꝙ prętermitteret ea q̄ ſunt neceſſaria ad cōſeruationē naturę, peccaret quaſi ordini naturali repugnans: & hoc ꝑtinet ad uitium inſenſibilitatis.[n] Sciendū tñ, ꝙ [a]b hmōi delectationib[9] conſequentibus hmōi operationes qñq; laudabile, uel ēt neceſſarium eſt abſtinere ꝑꝑ aliquem finē,[9] ſicut ꝑꝑ ſanitatē corporalē aliqui abſtinēt à quibuſdam delectationibus cibi potus, & uenereorū. Et ēt ꝑꝑ alicuius officij executionē: ſicut athletas, & milites neceſſe eſt a multis delectationib[9] abſtinere, ut officium ꝓpriū exequant̄. Et ſimiliter pęnitētes ad recuperandā aīæ ſanitatem abſtinētia delectabiliū quaſi quadam diæta utuntur. Et hoīes uolentes contemplationi, & rebus diuinis uacare, oportet ꝙ ſe magis à carnalibus deſiderijs abſtrahant. [p] Nec aliquid prædictorum ad inſenſibilitas uitium pertinet [q]quia ſunt ſecundùm rationem rectam.

Conclu. m

Concl. p

AD I. ergo dicendum, ꝙ Daniel illa abſtinentia à delectationibus vtebatur, nō quaſi ꝑꝑ ſe abhorrens delectationes vt ſm̄ ſe malas, ſed ꝑꝑ aliquem finem laudabilem, vt ſcilicet idoneum ſe ad altitudinem contemplationis redderet, abſtinendo. ſ. à corporalibus delectationibus. Vndè & ſtatim ibi ſubditur de reuelatione facta.

Concluſ 2. Part.

AD II. dicendum, quòd quia ratione homo vti non poteſt ſine ſenſitiuis potentijs, q̄ indigent organo corporali, ut in 1 *habitū eſt, neceſſe eſt ꝙ homo ſuſtentet corpus ad hoc, ꝙ ratione vtat̄. Suſtentatio aūt corporis fit per operationes delectabiles. Vndè nō pōt eſſe bonū rationis in hoīe, ſi abſtineat ab oībus delectationibus. Secundùm tamē ꝙ hō nō ex equēdo actū rōnis plus, uel minus indiget corporali uirtute, ſm hoc plus, uel min[9] neceſſe habet delectabilibus corporalibus uti. Et ideò homines q̄ hoc officiū aſſumpſerūt, ut cōtēplationi uacēt, & bonū ſpirituale quaſi quadā ſpirituali ꝓpagatione in alios trāſmittant, a multis delectationibus laudabiliter abſtinent, à quibus, illi quib[9] ex officio cōpetit operibus corporalibus, & generationi carnali uacare, laudabiliter non abſtinent.

*Q. 85. ar. 3.

AD III. dicendum, ꝙ delectatio fugienda eſt ad uitandum peccatum non totaliter: ſed vt vltrà non quæratur, quàm neceſſitas requirat.

ARTICVLVS II.

Vtrum intemperantia ſit puerile peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ intemperantia nō ſit puerile peccatū: Quia ſuper illud Matth. 18. niſi cōuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli &c. dicit* Hieron. ꝙ paruulus nō perſeuerat in iracūdia, læſus non meminit, uidens pulchram mulierē non delectat̄: quod contrariatur intemperātiæ. ergo intemperātia nō eſt[h] puerile pc̄m̄.

¶ 2 Præt. Pueri non habent niſi cōcupiſcētias cōnaturales: ſed circa[h] connaturales cōcupiſcentias parū aliqui peccant per intemperātiā, ut Philoſ. dicit in 3. *Ethi. ergo intemperantia non eſt peccatum puerile.

¶ 3 Præt. Pueri ſunt[b] fouendi & nutriendi: ſed concupiſcentia & delectatio, circa quæ eſt intemperātia, eſt ſemper diminuenda & extirpanda, ſecundùm illud ad Col. 3. Mortificate membra veſtra ſuper terram, quæ ſunt concupiſcentia &c. ergo intemperantia non eſt puerile peccatum.

SED CONTRA eſt, qđ Philoſ. dicit in 3. Ethico. ꝙ nomē intēperātiæ referimus ad puerilia peccata.

RESPON. Dicēdū, ꝙ aliquid dr̄ eſſe puerile dupliciter. Vno mō, quia conuenit pueris: & ſic* Philoſ. non intendit dicere, ꝙ peccatum intēperantiæ ſit puerile.

*Matt. 18. ſup illud, Quicūq; humiliauerit ſe ſicut &c. to. 9.

* Li. 3. ca. 12. to. 5.

Libr. 3. c. ult. to. 5.

*Li. 3. ca. vlt. to. 5.

SVP. QV. CXLII. ART. II.

Porrecta per totū. 692

IN tota q. 142. ſunt nō dubitanda, ſed notanda quædam.

¶ In 2. ſiquidem arti. in reſponſione ad 2. ſcito, quòd reſponſio conſiſtit in hoc, Concupiſcentia naturalis eſt duplex. Primo, q̄ eſt rei ordinatę ad naturæ conſeruationē. Secundò, quia eſt rei requiſitę à natura ad ſui conſeruationem. Sub primo membro continentur omnia delectabilia ad alimētum, & venerea ordinem habētia. Sub ſecundo ea tātùm quæ natura requirit. Et ꝓpterea in ſecundo parum cōtingit errare.

*3. Ethic. lec. vlt.

Concluſ. m

puerile. Alio mō, ſm quādā ſimſdinē: & [m] hoc mō pćtā itēperātiæ puerilia dñr. [a] Pćtm̄.n. itēperātiæ ē pćtm̄ ſupflue cōcupiſcētiæ, q̄ aſſimilaſ puero quo ad tria. Primò qdē, quantū ad id, qđ vterque appetit. Sicut.n. puer, ita & cōcupiſcentia appetit aliquid turpe: cuius rō eſt, quia pulchrum in reb⁹ humanis attendiſ ꝓut aliquid eſt ordinatū ſm rōnē. Vndè [*] Tullius dicit in 1. de offic. ꝙ pulchrū eſt qđ cōſentaneū eſt hominis excellētiæ in eo, in quo natura eius à reliquis animātib⁹ differt. Puer aūt non attēdit ad ordinē rationis. & ſimiliter cōcupiſcentia nō audit rōnē, vt dř in [*] 7. Ethi. Scđò, cōueniūt quātū ad euentū. Puer.n. ſi ſuæ volūtati dimittaſ, G creſcit in ꝓpria volūtate. undè Eccl. 30. dř, Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadit p̄ceps: ita ēt & cōcupiſcentia, ſi ei ſatisfiat, mai⁹ robur accipit. Vñ Aug. dicit in 7. Cōfeſ. Dū ſeruiſ libidini, facta ē cōſuetudo: & dū cōſuetudini non reſiſtiſ, facta eſt neceſſitas. Tertiò, quātū ad remediū qđ vtriq; prębeſ. Puer.n. emendaſ ꝑ hoc, ꝙ coercetur. vndè dř Prouerb. 23. Noli ſubſtrahere à puero diſciplinā: tu virga ꝑcuties eū, & aiam eius de iferno liberabis. Et ſimiliter dū cōcupiſcētiæ reſiſtiſ, reducit ad debitū honeſtatis modum. Et hoc eſt qđ Aug. dicit in 7. Muſicæ, ꝙ mēte in ſpiritualia ſuſpē H ſa atq; ibi ifixa & manēte, cōſuetudinis.ſ. carnalis cōcupiſcētię ipet⁹ frāgiſ, & paulatim repreſſus extinguiſ. Maior n. erat cū ſequeremur, non omnino nullus, ſed certè minor cum refrænamus. & ideò [*] Philoſo. dicit in 3. Ethicor. quòd quemadmodum puerum oportet ſecundùm præceptum pædagogi viuere, ſic & concupiſcibile conſonare rationi.

[*] Li. 1. c. de tēperātia, aliquātulū à prin.

[*] Li. 7. c. 6. circa prīc. tom. 5.

Creſcētia cōcupiſcētiæ, vnde.

Remediū cōcupiſcētiæ.

Cap. 11.

[*] Li. 3. c. vl ti. I ſi. to. 5

Ad 1. ergo dicendū, ꝙ ratio illa procedit ſm illum modum, quo puerile dř id quod in pueris inuenitur. Sic aūt non dicitur peccatum intemperātiæ puerile, ſed ſm ſimilitudinem, vt [*] dictum eſt.

I [*] n̄ corp. ar.

Ad II. dicendū, ꝙ cōcupiſcētia aliqua pōt dici I naturalis dupliciter. Vno mō ſm gen⁹ ſuū, & ſic tēperātia, & intēperātia ſunt circa cōcupiſcētias naturales. Sūt.n. circa cōcupiſcētias ciborū, & venereorum, q̄ ordinanſ ad cōſeruationē naturæ. Alio mō pōt dici cōcupiſcētia naturalis quātum ad ſpeciem eius, qđ natura ad ſui cōſeruationē reqrit: & ſic nō multū cōtingit peccare circa naturales cōcupiſcētias. Natura.n. nō requirit niſi id, ꝑ qđ ſubuenit neceſſitati naturę, in cuius deſiderio nō contingit eſſe pćtm̄, niſi ſolū ſm quātitatis exceſſum: & ſm hoc ſolū peccaſ circa naturalē cōcupiſcentiā, vt [*] Philo. dicit in 3. Ethi. Alia verò, circa q̄ plu- K rimū peccaſ, ſunt quædam concupiſcentiæ incitamenta, quæ hominū curioſitas adinuenit, ſicut curioſè p̄parati cibi, & mulieres ornatæ. Et q̄uis iſta non multū requirāt pueri, nihilominus tñ intēperantia dř puerile peccatum ratione iam dicta.

[*] Li. 3. c. 11. tom. 5.

In cor. ar.

Ad III. dicendū, ꝙ id quod ad naturam pertinet, in pueris eſt augmentādum, & fouendum. Q̄t autem pertinet ad defectum rationis in eis, nō eſt fouendum, ſed emendandum, vt [*] dictum eſt.

In cor. ar.

SVP. QV. CXLII. ART. III.

Articvlvs III.

Vtrum timiditas ſit maius uitium, quam intemperantia.

Porrecta erratū

IN 3 autem artic. in reſponſione ad primum, habes vndè reſpondeas regulæ topicæ, puta, ꝙ oppoſitū meliori eſt peius. [a] gloſſabis hinc, ꝙ itelligit non ſimpliciter, ſed ex illa parte qua opponitur illi bono maiori, ex quo melius habet ꝙ ſit melius. Sunt enim hic quatuor.ſ. fortitudo, tēperātia, timiditas, & intēperātia. Et fortitudo ē ſimpliciter melior tēperantia. Timiditas autē, q̄ fortitudini opponit, nō eſt ſimpliciter peior q̄ intēperantia: ſed ex illa parte ē peior, qua priuat bono cōi, ex quo habet fortitudo excellētiā ſimpliciter. Quāmuis poſſit aliter hmōi regula gloſſari.ſ. ꝙ intelligiſ formaliter.ſ. de oppoſitis vt oppoſita ſunt. Quāto.n. melius ē qđ tollitur, tanto peius ē illud tollens vt ſic.

1. Ethi. le. 2.

Q. Præced. ar. 6. ad 1. & to ſimul artic. 2. huius quæſ.

[*] Li. 7. c. 7. a med. tomo 5.

[*] Li. 2. c. 3. ad ſi. to. 5.

F Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd timiditas ſit maius vitium, ꝙ intēperantia. [a] ex hoc.n. aliqđ vitiū uituperaſ, ꝙ opponiſ bono virtutis: ſed timiditas opponiſ fortitudini, q̄ eſt nobilior uirt⁹ q̄ tēperantia, cui opponiſ intēperantia, vt ex ſupradictis patet. ergo timiditas eſt maius uitiū q̄ intēperantia.

¶ 2 Præt. Quātò aliquis deficit i eo qđ difficili⁹ uinciſ, tantò minus uituperaſ. Vñ [*] Philoſ. dicit i 7. Eth. ꝙ ſi quis à fortib⁹ & ſuꝑexcellētibus delectationib⁹ vincitur, vel triſtitijs, nō ē admirabile, ſed cōdonabile: ſed difficilius vř uincere delectationes q̄ alias [b] paſſiones. Vñ in 2. [*] Ethic. dř, ꝙ difficilius ē cōtra uoluptatē pugnare q̄ cōtra irā, q̄ vř eſſe fortior q̄ timor. ergo intēperātia q̄ vinciſ à delectatiōe, min⁹ peccatū ē q̄ timiditas, q̄ viciſ à timoř.

H ¶ 3 Præt. De rōne pćti eſt, ꝙ ſit volūtariū, ſed timiditas eſt magis volūtaria q̄ intēperantia. nullus.n. cōcupiſcit intēperatus eſſe. Aliqui tñ cōcupiſcunt fugere pericula mortis, qđ ꝑtinet ad timiditatē. ergo timiditas eſt pćtm̄ [b] grauius q̄ intemperantia.

Sed contra eſt, quod [*] Philoſ. dicit in 3. Ethic. quòd intemperantia magis aſſimilatur uolūtario q̄ timiditas. ergo plus habet de ratione peccati.

[*] Lib. 3. ca. 12. in prī. tom. 5.

Respon. Dicēdū, ꝙ unū uitiū pōt alteri cōparari dupř. Vno mō, ex parte ipſius materiæ, vel obiectis. Alio mō, ex parte ipſius hoīs peccantis: & [m] vtroq; mō itēperatia ē graui⁹ uitiū q̄ timiditas. [n] Pri I mo nāq; ex parte materię. Nā timiditas refugit ꝑicula mortis, ad q̄ uitāda inducit maxima neceſſitas cōſeruādę vitę. Intēperātia aūt ē circa delectationes, quarū appetit⁹ ñ ē adeò neceſſari⁹ ad uitę cōſeruationē, qa vt [*] dictū ē, itēperātia magis ē circa quaſdā oppoſitas delectōes, ſeu cōcupiſcentias, q̄ circa cōcupiſcētias, ſeu delectōnes nāles. quāto āt illud qđ cōmouet ad peccādū, vř eē magis neceſſariū, tātò pćtm̄ leui⁹ ē: & iō itēperātia ē grauius vitium q̄ timiditas ex parte obiecti, ſiuè materiæ mouētis. Similiter ēt ex parte ipſius hoīs peccātis, & hoc triplici rōne. Primò qdē, qa quāto ille q̄ pec- K cat magis ē cōpos ſuæ mētis, tantò graui⁹ peccat: vñ alienatis nō imputanſ pćtā. Timores aūt & triſtitiæ graues, & maximè i ꝑiculis mortis, ſtupefaciūt mētē hoīs, qđ nō facit delectatio, q̄ mouet ad intēperātiā. Scđo, qa quātò aliqđ pćtm̄ eſt magis uolūtariū, tātò ē grauius. Intēperātia āt pl⁹ hēt de uolūtario q̄ timiditas. & hoc duplici ratione. Vno mō, qa ea q̄ ꝑ timorē fiūt, pricipiū habēt ab exteriori ipellēte: vñ ñ sūt ſimpliciter uolūtaria, ſed mixta, vt dř i 3. Eth. [*] Ea āt q̄ ꝑ delectationē fiūt, ſunt ſimpř uolūtaria. Alio mō, qa ea, q̄ sūt intēperati, sūt magis uolūtaria i particulari, min⁹ aūt uolūtaria i vniuerſali. Null⁹.n. vellet itēperatus eē: allicitur

Concluſ. m

Ar. præce. ad 2.

Lib. 3. c. 1. tom. 5.

tñ homo à ſingularibus delectationibus, q̄ intēperatū faciūt hoīem. Propter qđ ad vitandū intēperantiā maximū remediū eſt vt nō immoret̄ hō circa ſingularū cōſiderationē: ſed in his q̄ ꝑtinēt ad timiditatē, eſt ecōuerſo. Nā ſingularia q̄ imminēt, ſunt minus voluntaria, vt abijcere clypeū, & alia hmōi. Sed ipſū cōmune eſt magis uoluntariū, puta, fugiēdo ſaluari. Hoc aūt eſt ſimpl̄r magis volūtariū, qđ eſt magis voluntarium in ſingularibus, in q̄bus eſt actus: & iō intēperantia cū ſit ſimpl̄r magis voluntariū q̄ timiditas, eſt maius vitiū. Tertiò, q̄a cōtra intēperantiā pōt magis de facili remediū adhiberi, q̄ cōtra timiditatē, eo ꝙ delectationes ciborū & venereorū, circa quas eſt intēperatia, per totā vitā occurrūt, & ſine ꝑiculo pōt homo circa ea exercitari ad hoc, ꝙ ſit tēperatus. Sed pericula mortis rarius occurrūt, & ꝑiculoſius in his hō exercitatur ad timiditatē fugiendā: & ideò intēperantia eſt ſimpliciter maius peccatū quam timiditas.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ excellētia fortitudinis ſupra tēperantiā pōt conſiderari dupliciter. Vno mō, ex parte finis, qđ pertinet ad rōnē boni, q̄a. ſ. fortitudo magis ordinat̄ ad bonū cōmune q̄ tēperātia. Ex hac ēt parte timiditas hēt quandā excellentiā ſupra intēperantiā, inquantū. ſ. per timiditatē aliqui deſiſtūt à defenſione boni cōmunis. Alio mō, ex parte difficultatis, inquātū. ſ. difficilius eſt ſubire ꝑicula mortis, q̄ abſtinere à quibuſdā delectabilib⁹: & quātū ad hoc, nō oportet ꝙ timiditas ꝓcellat intēperantiā.[d] Sicut. n. maioris virtutis eſt nō vīci à fortiori, ita ēt ecōtrario, minoris vitij ē à fortiori vici & maioris vitij à debiliori ſuparari.

D. 1003. & 1179.

Ad ii. dicendū, ꝙ amor cōſeruationis vitę, ꝑp quā vitantur pericula mortis, eſt multò magis connaturalis, q̄ quæcūq; delectactiones ciborū, vel uenereorū, quæ ad cōſeruationē vitæ ordinātur: & ideò difficilius eſt uincere timorē periculorū mortis, q̄ concupiſcentiā delectationū, quæ eſt in cibis & uenereis: cui tñ difficilius eſt reſiſtere q̄ iræ, triſtitiæ, & timori quorundam aliorum malorum.

Ad iii. dicēdū, ꝙ in timiditate cōſiderat̄ magis uolūtariū in uniuerſali, min⁹ tñ in particulari: & iō in ea eſt magis uolūtariū ſm q̄d, & nō ſimpliciter.

Articvlvs IIII.

Vtrum peccatum intemperantiæ ſit maximè exprobrabile.

AD qvartvm ſic ꝓceditur. Vr̄ ꝙ peccatū intēperātię nō ſit maximè exprobrabile. Sicut. n. honor debet̄ uirtuti, ita[h] exꝓbratio debet̄ peccato: ſed q̄da peccata ſūt grauiora q̄ intēperātia, ſicut homicidiū, blaſphemia, & alia huiuſmodi ergo peccatum intemperantiæ non eſt maximè exprobrabile.

¶ 2. Præt. Peccata q̄ ſunt magis cōia, uident̄ minus eſſe[h] exprobrabilia, eo ꝙ de his hoīes minus uerecundat̄: ſed peccata intēperantiæ ſunt maximè cōia, q̄a ſunt circa ea q̄ cōiter in usū humanæ uitæ ueniunt, in q̄bus etiam plurimi peccant. ergo peccata intemperantiæ non ur̄ eſſe maximè exprobrabilia.

¶ 3 Præ.* Philo. dicit in 7. Ethi. ꝙ tēperātia & intēperātia ſunt circa cōcupiſcētias & delectationes humanas: ſūt aūt q̄dā cōcupiſcētię & delectatiōes[h] turpiores cōcupiſcētijs & delectationibus humanis, q̄ dn̄r beſtiales & ægritudinales, ut in eodē lib.* Phil. dicit ergo itēperātia nō eſt maximè[n] exprobrabilis.

Sed contra ē, q̄d* Phi. dicit in 3. Eth. ꝙ intēperātia iter alia uitia ur̄ iuſtè exꝓbrabilis eſſe.

Resp. Dicēdū, ꝙ exꝓbratio opponi ur̄ honori & gloriæ, honor aūt excelletiæ debet̄, ut * ſupra habitū eſt: gloria aūt claritatē importat.[m] Eſt ergo intēperantia maximè exprobrabilis ꝑp duo.[n] Primò quidē q̄a maximè repugnat excellentiæ hominis. Eſt. n. circa delectationes cōmunes nobis & brutis, ut * ſupra habitum eſt. Vndè in Pſal. 48. dr̄. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Secundò, quia maximè repugnat eius claritati, uel pulchritudini, inquantum. ſ. in delectationibus, circa quas eſt intemperantia, minus apparet de lumine rationis, ex qua eſt tota claritas, & pulchritudo uirtutis. Vnde & huiuſmodi delectationes dicuntur ſeruiles.

* Li. 7. c. 4. & ſequentibus, 10. 5

* Li. 7. c. vſ. a med. & c. 5. 10. 5

* Li. 3. ca. 13. circa prin. 10. 5.

* Q. 103. ar. 1.

* Q. 141. ar. 2. ad 3.

Tota claritas hominis eſt ex lumine rationis.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ſicut* Greg. dicit, Vitia carnalia, quæ ſub intēperantia cōtinent̄, etſi ſint minoris culpæ, ſunt tñ maioris infamiæ. Nam magnitudo culpæ reſpicit deordinationem à fine: infamia autem reſpicit turpitudinē, quæ maximè conſideratur ſecundùm indecentiam peccantis.

* Li. 3. Mora. ca. 11. parū ante med. ad ſenſum.

Ad ii. dicendū, ꝙ conſuetudo peccādi diminuit turpitudinē, & infamiam peccati ſm opinionem hominū, non autem ſm naturā ipſorum uitiorum.

Ad iii. dicēdū, ꝙ cū dr̄ intēperātia eſſe maximè exꝓbrabilis, eſt itelligēdū inter uitia humana, q̄. ſ. attēdunt̄ ſm paſſiones humanæ naturæ aliqualiter cōformes. Sed illa uitia, q̄ excedūt modū humanæ naturæ, ſūt magis exꝓbrabilia: & tñ etiā illa uidentur reduci ad genus intēperātiæ ſm quēdā exceſſum: ſicut ſi aliq̄s delectaret̄ in comeſtione carniū humanarū, aut in coitu beſtiarum, aut maſculorū.

QVAESTIO CXLIII.

De partibus temperantiæ in generali, in duos articulos diuiſa.

DEinde cōſiderādū eſt de partib⁹ tēperātiæ.

¶ Et primò de ipſis partibus in generali.

¶ Scd̄ò, De ſingulis earū i ſpāli.

Farrella per totum.

694

Inf. q. 143. cor. & q̄ō. 144. art. 1. ad 2. & q. 151. art 4. ad 2. & 3.

SVP. Q. CXXXXII. ARTIC. IIII.

IN 4. autē articulo tuere authorē à Martino in q. 4. de tēperantia, dicente, Neſcio q̄uō Thomas dicit, q̄ ſecūdū Ariſtotelē, beſtialitas eſt exprobabilior, q̄ intēperantia, cū expreſſè vbi ipſe allegat eū, Ariſt. habeat oppoſitū, vt expreſſè declarat idē Thomas in cōmēto ſuo ſup 7. Eth. Nō aduertit ſiquidē Martinus ad formalē ſermonē. Author ſiquidē dicit ꝙ beſtialitatis vitium eſt exprobrabilius: q̄d etiā Ariſto. in 1. c. 7. Eth dixit, dum ait q̄ hos ſuperinfamamus: nec inueni in authore hactenus oppoſitū. Martinus aūt fortè fundauit ſe ſuper 8. c. eiuſdē. 7. Ethi. vbi dr̄ q̄ beſtiales nō ſunt continentes, neq; incontinētes ſimpliciter: & q̄ beſtialitas eſt minus mala q̄ intēperantia. & vtrobiq; eſt eadem ratio. ſ. defectus intellectus: ſed hęc nō ſūt ad propoſitū. Quia enim de rōne continentiæ & incontinentiæ eſt rōnale bellū, iō negatur continentia in illis irrationalibus hominibus. Et ſimiliter dr̄ minus mala, hoc eſt, minus nociua: quia, vt dr̄, innocētior eſt prauitas ſine intellectu. Cū his tñ ſtat, q̄ ſit turpior, & magis exprobabilis & infamiæ maioris, vtpote maximè ſimilē beſtiis reddens hominē voluntariè.

SVP. Q. CXXXXIII. ARTIC. I.

IN ar. vnico q. 143. de partibus temperantiæ dubia multa ex Martino occurrunt in q. 3 Primum dubiū eſt de partibus integralibus. Quia. n.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Tullius conuenienter aſſignet partes temperantiæ, continentiam, clementiam, & modeſtiam.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ Tullius in ſua * Rhetorica incōuenięter aſſignet partes tēperātiæ, quas dicit eſſe cōtinētiā, clementiā, & modeſtiā. h Cōtinētia. n. cōtra virtutē diuiditur in 7. † Ethic. ſed tēperātia cōtinetur ſub uirtute. ergo cōtinentia nō eſt pars tēperantiæ.

¶ 2 Pręt. Clemētia vr̄ eſſe mitigatiua odij, vel irę: tēperantia aūt nō eſt circa hmōi, ſed circa delectatiōes tact⁹, vt * dictū ē. ergo clemētia nō eſt pars h tēpantię.

¶ 3 Pręt. Modeſtia cōſiſtit ī exterioribus actib⁹. vñ & Apoſt. dicit ad Phili 4. Modeſtia vr̄a nota ſit oībus hoibus: ſed actus h exteriores sūt materia iuſtitiæ, vt † ſupra habitū eſt. ergo modeſtia magis ē pars iuſtitię, q̄ tēpātię.

¶ 4 Pręt. * Macrobius ſup ſomniū Scipionis ponit multò plures tēperātiæ partes. dicit. n. ꝙ tēperātiā ſeqtur modeſtia, verecūdia, abſtinētia, caſtitas, honeſtas, moderatio, parcitas, ſobrietas, pudicitia. Andronicus etiā dicit, ꝙ familiares tēperantiæ ſunt auſteritas, continētia, humilitas, ſimplicitas, ornatus, bona ordinatio, per ſe ſufficientia. Vr̄ ergo h īſufficiēter Tulli⁹ enumeraſſe tēperantiæ partes.

RESP. Dicēdū, ꝙ ſicut * ſupra dictū eſt, alicui⁹ uirtutis cardinalis triplices partes eſſe pñt. ſ. integrales, ſubiectiuæ, & potētiales. Et dr̄ partes integrales alicui⁹ uirtutis cōditiones, quas neceſſe ē cōcurrere ad uirtutē: & m ſm hoc sūt duæ partes integrales tēperātiæ n. ſ. uerecūdia, p quā aliqs refugit turpitudinē tēpātię cōtrariā, & honeſtas, p q̄. ſ. aliqs amat pulchritudinē tēperātiæ. Nā ſicut ex * dictis patet, ꝓcipuè tēperātia iter uirtutes uēdicat ſibi q̄ndā decorē, & uitia intēperātiæ maximè turpitudinē hn̄t. p Partes aūt ſubiectiuæ alicuius uirtutis dr̄ ſpēs eius. Oportet aūt diuerſificare ſpēs uirtutū ſm diuerſitatē materię, uel obiecti. Eſt aūt tēperātia circa delectatiōes tact⁹, q̄ diuidunt̄ ī duo genera. Nā q̄dā ordinant̄ ad nutrimētū: & d in his quātū ad cibū ē abſtinētia, q̄tū aūt ad potū propriè ſobrietas. Quædā uerò ordinant̄ ad uim gn̄atiuā: & in his quātū ad delectationē pricipalē ipſi⁹ coitus ē caſtitas, quātū aūt ad delectatiōes circūſtātes, puta, q̄ sūt in oſculis, tactib⁹, & amplexib⁹ attēdit̄ pudicitia. ¶ Partes aūt potētiales alicui⁹ uirtutis pricipalis dr̄ virtutes ſecūdariæ, q̄ modū, quē principalis uirt⁹ obſeruat circa aliquā principalē materiā, eundē obſeruāt in qbuſdā alijs materijs, in quibus non eſt ita difficile. Pertinet autē ad

ponit author verecundiā, & honeſtatē partes integrales tēperātiæ. Arguit duplicitet Martinus cōtra hoc. Primò, Nō plus ſpectat ad tēperantiā fugere turpitudinē illi oppoſitā, & amare pulchritudinē eius, q̄ ad fortitudinē refugere turpitudinē, & amare pulchritudinē eius: ſed pp hoc verecūdia, & honeſtas nō ponūtur partes fortitudinis. ergo pp illud nō ſunt ponēdæ partes tēperantiæ. Secundò, Verecūdia, & honeſtas cōmunes ſunt oībus uirtutibus: qa in omni materia turpe eſt recedere a recta rōne, & honeſtū conformare ſe illi. ergo non ſunt partes propriæ temperantiæ.

Porrecta per totum. 695

Inf. q. 145 ar. 4. & q. 157. ar. 3. & q. 160. ar. 1. & 2.

¶ Secundū dubiū eſt de partibus potētialibus tēperātiæ. Arguit enī q; partes aſſignatæ in litera ut potentiales, puta, modeſtia, & māſuetudo, nō sūt partes tēperātiæ potētiales. Primò, Quia ſi eſſet hoc, ideò eſſet, qa modū illū quē obſeruat tēperantia in materia principali, illæ obſeruāt in materia minus principali: ſed hoc non eſt. ergo. Probatur minor, tū qa materia tēperātię, & iſtarū uirtutū non ſunt cōnexæ ergo nō eſt una principalis, & alia minus principalis: tū quia actus, puta, moderatio illarū, nō pendet à moderatione tēperantiæ, aut ecōtra, ac p hoc non eſt vnus actus principalis, & alius ſecundarius. Secundò, Quia ſequeretur q; iuſtitia, & fortitudo eſſēt partes potētiales tēperantiæ. Probatur ſequela, qa ſecundū authorē moderatio eſt difficilior in tēperantia q̄ in iuſtitia, & fortitudine. Tertiò, Quęcūque ſe habent ut partes potentiales, & totū, hoc ideò eſt aut quia certum modum ſubordinationis habent reſpectu unius actus, aut reſpectu plurium actuum ſubordinatorum: ſed hoc eſt falſum, tum quia hæc nō ſufficiunt, tum quia temperantia, & illæ ad nullum unū actum ſubordinantur, tum quia actus illarum non ſubordinantur actibus temperantiæ. Quartò, Quia uidetur multis q; moderatio māſuetudinis ſit difficilior, quam temperantiæ. Nec ualet dicere, q; licèt ſit maioris impetus ira, non tamen eſt tantæ durationis. Hoc enim falſum uidetur de his, quos Ariſt. duros appellat. Quintò, Quia ſequeretur q; affabilitas, ueritas, & eutrapelia eſſent partes potentiales manſuetudinis: quod eſt falſum. Probatur ſequela, quia materia manſuetudinis eſt principalior quàm materiæ iſtarum, & moderatio eius eſt difficilior, quàm moderatio iſtarum.

d. 44. q. 2. ar. 1. ad 3. Et 3. diſt. 33. q. 3. ar. 2.

* Lib. 2. de inuent. in 3. fol. ante fin. lib. † Li. 4. ca. ult. ad fi. tomo 5. * q. 141. art. 4. † q. 58. ar. 8. * Li. 1. ſ. ſõnium Scipionis in 2. fol ante mediū lib. † Lib. 2. de Inuent. in fol. 3. ante fin. lib. * q. 48. & 119.

¶ Tertium dubiū multa continet. Eſt namque de multis in doctrina huius articuli expoſitis. Refert ſiquidem illū ibidē Martinus de uerbo ad uerbum. Deinde ſubdit, Hæc opinio in multis deficit. Primò in hoc, q; quæcūq; uirtus moderatur in alia materia eſt pars temperantiæ: quia ſic omnis uirtus moralis eſſet pars temperātiæ, qm̄ omnis operatur, & moderatur in alia materia. Secūdò deficit in hoc qd dicit, Cōtinētia moderatur motum uoluntatis commotæ ex impetu paſſionis. Primò namq; inquit, uellē ſcire quos motus moderatur cōtinentia, ſi iſti ſunt alii ab his quos moderatur tēperātia, vt author ꝓteſtatur. Secūdò, Volo q; tēperātia moderet aliquos motus. & quæro, an volūtas tunc, uel paulò ante, eſt cōcitata illis motibus, uel nō. Si non, ergo nō habet motus illos. Si ſic, ergo nō ſolū cōtinentia, ſed & moderatur tēperantia motū uoluntatis commotæ ex impetu paſſionis. Tertiò, Cōtinētia p te præter illos motus, quos moderatur tēperantia, moderatur motū uoluntatis impetu paſſionis cōcitatæ. aut p tunc illū motū tēperantia immediatè aliqd poteſt, aut nō. Si non, ergo tēperantia nō uniuerſaliter moderatur oēs delectationes tactus. Si ſic, ergo no eſt opus cōtinētia. Quartò, Volo q; tēperantia moderauerit in aliquo oēs ſuos motus. Hoc ſtante, quæro an poſſibile ſit uoluntatē cōcitari impetu alicuius paſſionis ad cōtinentiam ſpectātis, aut nō. Si ſic, ergo tēperātia nō moderauit oēs motus, contra hypotheſim. Si nō, ergo præter tēperantiā nō eſt opus cōtinentia. Iſtæ, inquit, demōſtrationes uidentur mihi apparentes multum contra opinantem.

Conclu.

* q. 141. ar. 2. ad 3.

Concl. p

D. 1130. *Pars* 1. *Pars* 2. *Pars* 3. *Pars* 4.

¶ Ad primū dubium habetur rñſio in litera. Quo ad uerecundiā quidē in q. ſeq. ar. 1 ad ſecundū: quo ad honeſtatem uerò q. 145. ar. 4. ad tertium. utrobiq; ſiquidē dicitur, q; tam uerecundia, q̄ honeſtas communis eſt multis uirtutibus: ſed appropriatè conueniunt tēperantiæ propter turpitudinem, quā particulariter ſibi uendicant intemperantiæ uitia. Verecundia nāque timor eſt turpis, & opprobrii: honeſtas autem decorem oppoſitum turpitudini, & obſcuritati importat. Vnde ad primum dicitur, q; aliud eſt loqui de turpitudine contracta ad hoc vitium, & aliud de turpitudine abſolutè. Et q; licet cuilibet uirtuti conueniat fugere turpitudinem ſuam, hoc eſt, contractum ad ſuam materiam: quia tamen turpitudo abſolute magis ſaluatur in una materia quam in alia, ideo magis ad unam uirtutem quàm ad aliam ſpeciat fugere turpitudinē. Et propter hanc cauſam magis ſpectat ad temperantiam refugere turpitudinem, quàm ad fortitudinem, licèt temperantia non refugiat niſi ſibi oppoſitā turpitudinem: & ſimile eſt de amore honeſtatis, quia penes oppoſitū attēditur, iuxta illud Apoſtoli. Quæ inhoneſtiora ſunt &c. & per hoc patet ſolutio ad ſecundū, q; ſ. licèt hæc cōmunia ſint multis, appropriatè tñ ſunt partes integrales temperantiæ. Intellige tñ hoc cum grano ſalis inferius in q. 144. ar. 4. ad 4. appoſito. ſ. q; uerecundia eſt pars integralis temperantiæ non tāquam intrans eius conſtitutionē, quia in uirtuoſis non remanet uerecundia, ſed tamquàm diſponens ad temperantiam, iuxta illud Ambroſij. Verecundia iacit prima temperantiæ fundamenta.

¶ Ad ſecundum dubiū de partibus potentialibus dr̄ negando minorē primi argumenti. Et ad probationē primā dr̄, q; materia temperantiæ, & dictarum uirtutum ſunt connexæ uinculo ſimilitudinis, & ordinis in eſſe morali: quoniam omnes conue-

niunt

aiunt in hoc, q̄ præcipua laus earum cōſiſtit in fræno: & inter eas principalior eſt cōcupiſcentia delectabilium tactus. Per hoc patet reſponſio ad ſecundam probationem eiuſdem minoris, quia ſcilicet non requiritur alia dependentia actuum, ſed ſat eſt ſimilitudo & ordo inter actus, vt expoſitum eſt.

¶ Ad ſecundum argumētū negatur ſequela: quia ad hoc, q̄ virtus aliqua ſit adiūcta temperātiæ, non ſufficit q̄ habeat ſaciliorē moderationē, ſed exigit̃ neceſſario q̄ principalis laus illius virtutis conſiſtat in moderatione. *Concluſ.* Conſtat aūt q̄ iuſtitiæ principalis laus non eſt in modo, ſed in debitū reddendo, ſeu rectitudine. Fortitudinis quoq; præcipua laus non eſt in fræno, ſed ī firmitate: & per hoc patet ratio, quare aliquæ virtutes, & non omnes ponūtur partes temperantiæ.

¶ Ad tertium dicitur, quòd actus tēperantiæ ſubordinaī actus adiūctarum: ita q̄ in toto & parte ſunt diuerſi actus, quorū ſecundū ſubordinatur principali nō effectiuè aut finaliter, ſed formaliter, eo modo quo formæ imperfectiores ſubordinātur formis perfectiorib. Iam n. declaratū eſt, quòd eſt inter hæc ſimilitudo & ordo.

¶ Ad quartum dicit̃, quod reſpōſio ibi dicta, quæ eſt authoris. ſ. quòd paſſiones ſecundùm tactū ſunt diuturniores, q̄ paſſiones iræ, eſt bona. Et cū opponitur de duris, reſpōdetur, q̄ paſſiones ſecundùm tactum ſunt, per ſe loquendo, diuturniores q̄ ira durorū: quia in illis eſt continua per totam vitam pugna, in iſtis eſt ad tempus, ſcilicet vſque ad vindictam.

¶ Ad quintum negatur ſequela, tum quia nec veritas, nec affabilitas principaliter laudatur ex modo: ſed veritas ex debito, & affabilitas ex debito condecentiæ, ut patet ex ſupradictis. Et ideò poſitæ ſunt partes iuſtitiæ, tum quia manſuetudo nō eſt virtus principalis, ſed eſt ſub temperantia, vt principali. Nullum tamē inconueniens video, ſi manſuetudini, aut alteri ſecūdariæ virtuti adiungerent̃ aliquæ virtutes ut partes potentiales habētes ſe ad ipſam, ſicut ipſa ſe habet ad prīcipalē ſimpliciter in illo gñe.

¶ Ad tertium dubium, in quo corpus articuli examinatur dicitur, quòd vt ex dictis patet, doctrina authoris in primo nō deficit, ſed ſtat ſolida. Nec ſequitur quòd omnis alia virtus ſit pars temperantiæ, quia licèt qualibet virtus moderetur, non tamen quælibet virtus moderaī, ita quòd moderatio ſit actus ex quo præcipuè laudatur: ſic enim intelligenda ſunt verba authoris. Nec etiam in ſecundo deficit de continentia, quoniam continentia non differt à temperantia, vt arguēs putat. ſ. quòd continentia eſt gradus ſuperueniens temperantiæ, ſed continentia realiter & eſſentialiter differt à temperantia. Continentia enim non moderatur paſſiones, ſed voluntatis motū, ne à multa paſſione cōmota declinet à bono. Temperantia verò moderaī directè paſſiones ipſas ne inſurgant, aut valde paruum. Et ſic per tēperantiam voluntas tamquam in tranquillo operatur: per cōtinentiam verò tamquàm fluctibus agitata. Et per hoc patet ad primū quæſitum, q̄. ſ. cōtinentia moderatur directè actum voluntatis, non paſſiones: temperantia verò ipſas paſſiones.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, quòd motus paſſionum antè temperantiam concitant voluntatem, ſed genita temperantia motus nō fluctuant amplius.

¶ Ad Quæſtionem ergo de motibus paſſionū prægeneratorum temperantiæ dī, q̄ ſicut fluctus paulatim decreſcunt ante tranquillitatem maris, ita & motus paſſionum adeò ut propè tranquillitatem tēperantiæ tā parui fiant motus paſſionū, ut aīa diſpoſita ſit ad verā trāquillitatem, & ſic per tales motus non concitatur, aut parū, volūtas: & propterea ſola continentia moderatur motum volūtatis inter fluctus paſſionum, temperantia autē moderatur motum voluntatis cōpeſcendo ne inſurgant fluctus. Diſpoſitio verò propinqua ad tēperantiam mitigādo eoſdem, moderatur motum volūtatis parum, aut nihil cōmotæ. Et quia modicum pro nihilo reputatur, ideo ſoli continentiæ attribuitur moderari motum volūtatis cōmotæ ex fluctib. paſſionū. Et cum dī, ergo voluntas non habuit illos, cōceditur: quia tam parui erāt, vt non commouerēt volūtatem. Paſſiones enim non ſunt in voluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo, ī quo eſt temperantia, & non continentia.

Loco citato l arg. 4. — *Loco citato l arg. 4.* — *Q. 155. artic. 1.* — *D. 369.* — *In corpo. artic.*

¶Secundo modo poteſt intelligi, quòd differentia dicta, ſcilicet a natura, uel arte, poſita in talibus materijs, ſ. vſu alimentorum & ueſtimentorum, eſt cauſa quòd ſit circa alimẽta ſpecialis virtus, & non circa ueſtimenta. Et hic ſenſus concedatᷓ, quãuis etiam non habeatur plene in litera: quoniam apponitur ly magis, dicendo, Et ideò magis debet eſſe uirtus ſpecialis circa alimenta, quàm circa ueſtimenta. Directa ſiquidem intentio literæ eſt ſatisfacere argumento per hoc, quòd non eſt paritatio de ueſtimentis & alimentis ad ſpecialẽ uirtutẽ ſibi vendicandum. Hoc. n. ſoluit argumentum à ſicut, ſeu à ſimilitudine, & imparitatem rationis oſtendit per hoc, quòd uſus alimentorum eſt a natura, ueſtimẽtorum verò ab arte.

* libr. 1. in ſomniũ Scipionis in fol. 2. ante medũ libri.

* q. 141. ar. 3. & q. 136 art. 1.

¶Ad cuius euidentiã ſciendum eſt, ꝙ dicẽdo uſus alimentorũ, dico vſum neceſſariorũ ſimpliciter ad uitam animalis. Et ſi ſupra talium uſum adiungas, ꝙ eſt à natura, habebis ſtatim ꝙ natura in tali uſu appoſuit aliquã maximam, ac propriã tali uſui delectationẽ: om̃ ſolicita circa neceſſaria (ſic neceſſaria ſua) ualde ẽ. Ac ꝑ hoc, ſtatim hẽs indigẽtiã ſpãlis moderationis. Dicendo autem, uſus ueſtimentorũ, ſignifico uſum rei non omnino, ſed ad benẽ eſſe neceſſariæ. Et ſi ſuper hoc appoſueris quòd talis rei uſus eſt ab arte, non habes aliquid ſpeciale & proprium retractiuũ à bono rõnis: ſicut ibi erat tam magna delectatio ſenſibilis. Poteſt enim talis rei uſus, qui eſt ab arte, cõcurrere cum aliqua alia materia, ad eandem formam moderaminis ſubinducendam. Et ideò ex hac ratione optimè illatum eſt in litera, quòd potius debet poni ſpecialis virtus circa uſum alimẽtorum moderandũ, quàm veſtimentorũ. Et per hæc patet, ꝙ non oportet Martino aliter reſpondere, qui non contra literam ſic intellectã, ſed primò tantummodo arguit: quàmuis falſum dicat de tot ſpeciebus uirtutum, quas ponendas eſſe putat. Nec eſt uerum quòd aliqua uirtus ſpecialis ſit circa pecuniam: quoniam tam liberalitas, q̃ magnificentia ſine pecunia ex commutatione naturalium diuitiarum exercen poteſt, ut patet. Similiter nulla ſpecialis uirtus moralis eſt circa magna ædificia, aut ludos artificiales aut delectationes appoſitas, ſed hæc coincidunt cum ſimilibus, ſibi materijs uirtutum. Delectationes enim appoſitæ, coordinantur cum naturalibus, & eſt circa eas abſtinentia, uel caſtitas. Ludi quoque omnes ad eutrapeliam ſpectant. Magna ædificia ſub magnis ſumptibus comprehenduntur ſpectantibus ad magnificentiam.

Concl.

* 1. 2. q. 65 art. 1.

Vnde fortitudo contra gulam.

Reſſon.

QVAESTIO CXLVII.

De ieiunio, in octo articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandum eſt de ieiunio.

ET circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum ieiuniū ſit act⁹ virtutis.

¶ Scdò, Cuius virtutis ſit actus.

¶ Tertiò, Vtrum cadat ſub præcepto.

¶ Quartò, Vtrū aliq̄ excuſent ab obſeruatiōe hui⁹ pcepti.

¶ Quintò, De tempore ieiunij.

¶ Sextò, Vtrum ſemel comedere requiratur ad ieiunium.

¶ Septimò, De hora comeſtionis ieiunantium.

¶ Octauò, De cibis, à quibus debent abſtinere.

ARTICVLVS I.

Vtrum ieiunium ſit actus virtutis.

AD PRIMVM ſic pcedit. Vr̄ q̄ ieiuniū nō ſit act⁹ uirtutis. Oīs.n. actus virtutis Deo ē acceptus: ſed ieiuniū nō ſp ē Deo acceptū ſm illud Iſaiæ quinquageſimooctauo. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: ergo ieiunium non eſt actus uirtutis.

¶ 2 Præt. Nullus act⁹ uirtutis recedit à medio uirtutis: ſed ieiunium recedit à medio uirtutis, qd̄ qdē in uirtute abſtinentiæ accipit̄ ſm hoc, ut ſubueniatur neceſſitati naturæ; cui per ieiuniū aliq̄d ſubtrahitur, alioquin non ieiunantes non haberent uirtutem abſtinentiæ. ergo ieiunium non eſt actus uirtutis.

¶ 3 Præt. Id quod cōiter oībus cōuenit & bonis & malis, non eſt actus uirtutis: ſed ieiunium eſt hmōi. quilibet enim anteq̄ comedat, ieiunus eſt. ergo h ieiunium non eſt actus uirtutis.

SED CONTRA eſt, quòd cōnumeratur alijs uirtutū actibus, ſecundæ ad Cor. 6. vbi Apoſtolus dicit, In ieiunijs multis, in ſcientia, in caſtitati &c.

RESP. Dicēdū, q̄ ex hoc aliquis actus eſt uirtuoſus, q̄ per rōnē ordinatur ad aliquod bonum honeſtū: hoc aūt conuenit ieiunio. Aſſumitur enim ieiunium principaliter ad tria. Primo qdē ad cōcupiſcentias carnis reprimendas. Vñ Apoſtolus dicit i authoritate inducta,* In ieiunijs, in caſtitate: q̄a p ieiunia caſtitas conſeruat. Vt enim A Hie. dicit:* Sine Cerere & Baccho friget Venus. i. p abſtinentiā cibi & potus tepeſcit luxuria. Secūdò, aſſumit̄ ad hoc, q̄ mēs liberi⁹ eleuet̄ ad ſublimia contempl̄da. Vñ dr̄ Dan. 10. q̄ poſt ieiuniū triū hebdomadarū, reuelationē accepit à Deo. Tertiò, ad ſatisfaciēdū pro peccatis. Vnde dr̄ Ioel. 2. Conuertimini ad me i toto corde ueſtro, in ieiunio, & fletu, & plāctu. Et B hoc eſt quod Aug.* dicit i quodam ſermone de oratione, & ieiunio. Ieiunium purgat animā, mentē ſubleuat, propriā carnē ſpiritui ſubijcit, cor facit contritū & humiliatum, concupiſcētiæ nebulas diſpergit, libidinū ardores extinguit, caſtitatis uerò lumē accendit. Vñ patet q̄ ieiunium eſt actus uirtutis*.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ C cōtingit q̄ aliqs actus, q ex genere ſuo eſt uirtuoſus, ex aliqbus circūſtātijs adiūctis reddit uitioſus. Vnde ibidem dr̄: Ecce in diebus ieiunij ueſtri inuenit̄ uoluntas ueſtra. & paulò poſt ſubdit̄: Ad lites, & cōtentiones ieiunatis, & pcutitis pugno impiè. Quod exponens Grego. in paſtorali dicit:* Volūtas ad litē pertinet, pugnus ad iram. Incaſſum ergo p abſtinentiā corpus atteritur, ſi inordinatis mo D tibus dimiſſa mēs uitijs diſſipatur. Et Aug. in prædicto ſermone dicit,* q̄ ieiuniū uerboſitatem nō amat, diuitias ſuperfluitatē iudicat, ſuperbiā ſpernit, humilitatem commendat, pſtat homini ſeipſum intelligere q̄ eſt infirmum, & fragile.

AD II dicēdum, q̄ medium uirtutis non accipitur ſecundū quantitatem, ſed ſm rationem rectam, ut dicitur in 2. Ethic.* E Ratio autem iudicat quòd propter aliquam ſpecialem cauſām aliquis homo minus ſumat de cibo, quàm ſibi competeret ſecundum ſtatum cōmunem: ſicut propter infirmitatē uitandam, aut ad aliqua opera corporalia expeditius agenda. Et multò magis rō recta hoc ordinat ad ſpiritualia mala uitanda, & bona proſequenda: non tñ ratio recta tantum de cibo ſubtrahit, ut natura conſeruari nō poſſit: quia ut Hieronymus dicit,* Non differt utrum magno, uel paruo tempore te interimas: q̄a de rapina holocauſtū offert, q uel ciborū nimia egeſtate, uel māducādi, uel ſomni penuria immoderatē

*Li. 2. cōtra Iouinianū in fine 3. fo. incipiendo a pri. tom. 3.

*in ſerm. 230. de tēpore circa princ. tom. 10.

* parte 3. c. 20. parū a medio.

* In ſer. 230. de tēpore, tomo 10.

*Li. 2. c. 6. tom. 5.

* Refert de cōsec. diſt. 5 ca. Non mediocriter.

SVP. QV. CXLVII. ART. I.

IN art. 1. q. 147 in ſolutione ad ſecundum, aduerte primo duo, q̄ recta rō obſeruati ſubtractione alimenti, ſ. conſeruationē naturæ, & potentiam ad opera debita. Ex primo ſiquidē habetur, quòd nō eſt virtutis ſic abſtinere, vt uita minuat̄ quo ad tēpus, ſiuè hoc fiat vnico actu puta, inedia multorū dierū, ſiuè fiat frequētibus exceſſibus puta, crebris inedijs ſupra uires, ut patet ex authoritate Hier. Non differt utrū paruo, uel magno tēpore te interimas. Ex ſecundo aūt habes, q̄ qui tenetur ad aliqd opus uel liberale, puta, ad legēdum, prædicandū, cantandum: uel mechanicū, puta, ad fodiendum, ædificandū &c. abſtinētia impediens potentiā ad hæc, nō eſt actus virtutis. Et ſimile eſt de viro qui tenet̄ ad reddendum debitū coniugale uxori: abſtinētia ſiquidem impediens hoc non eſt actus uirtutis.

Porrecta per totum. 706

Supra. q. 146. ar. 1. Et 4. d. 15 q. 3. ar. 1, q. 2.

¶ Sed accidit hoc in loco dubiū deuotarū pſonarū. Feruētes ſiquidē ſpiritu, aiunt ſe uelle mortificare, nec curare an decem annis minus uictur.æ ſint. Et augetur dubium ex eo, q̄ perſonas ſpirituales q̄ exceſſerunt in abſtinētijs, & hmōi, quamuis arguendas credamus, non tñ damnamus homicidij, aut ſæuitiæ in ſeipſas, qd tñ iudicium fieret, ſi ſtatim ſe occidiſſent, aut ſimile damnū ſibi intuliſſent. Differt ergo an magno, uel paruo tēpore te interimas.

¶ Ad hoc dr̄, q̄ quia, vt ex dictis patet, regula tēperātiæ eſt neceſſitas uitæ præſentis & quantū ad eſſe, & quātū ad bene eſſe, etiā in ordine ad alios, ſi quis ex intentione abſtineat ut moriatur, aut infirmet̄, aut impotens ſit ad debita officia peragenda, huiuſmodi abſtinētia directè cōtrariatur tēperantiæ, vtpote ex parte regulæ & finis eius. Si qs verò abſtineat ut carnē ſpiritui ſubijciat, aut ad pœnitentiam p peccatis ſuis agendam, & in hoc excedat, aut aduertit ſe excedere, & putat ſe bene facere, & tunc proculdubio peccat, Cōiter tñ eſt peccatū ueniale hmōi exceſſus pp rectam intentionē, & nocumenti ignorātiam, quo ad notabilitatē. Apprehendunt.n. nocumēta corporis, puta, dolorem ſtomachi &c. quaſi nihil. Et tantò plus excuſantur, quātò ſanitas corporis cōſideratur ab eis nō abſolutè, ſed in ordine ad ſeruitium ſpiritus. Et ſecundū morales regulas. 2. Ethi. declinandū eſt in eā partem uitij, q̄ eſt ſimilior uirtuti. Conſtat aūt abſtinentiæ magis aſſimilari nimiā abſtinentiam, q̄ competenter ſe nutrire. Si aūt non aduertit ſe excedere utēdo illa, quam habet, diſcretione, nullū peccatum eſt.

*In argu. Sed contra.

Conclu.

¶ Ad primā obiectionem dr̄, q̄ uerba piarum perſonarū ſunt piè interpretāda. Intendunt ſiquidē dicere, q̄ uacādo actibus uirtutis, & rōnabili abſtinentiæ non curant diminutionē uitæ, & in hoc rectè ſentiunt. Et non intendūt dicere, quòd uoluntaria abſtinere, ut anticipent mortē.

¶ Ad confirmationē dr̄, q̄ authoritati Hieron. non contrariat̄ cōe iudicium: quoniā Hier. loquitur de interimentibus, uel impedientibus ſe ex intentione, uel aduertendo notabilem exceſſum nocumenti. Commune autē iudicium extra hos caſus eſt.

Q. id tenſeras animæ ieiunium.

SVPER

SVP. QV. CXLVII. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiuſdem q̄ſtionis in reſpōſione ad ſecundum, dubium ex Martino occurrit, ubi ſupra i q̄ſtione de ieiunio, arguente cōtra authorē in hac ſecunda ſolutione ſic, Ieiuniū nō includit negationē aliorum uitiorū tamq̄ actus principales, neq; tamq̄ circunſtantiam. ergo ieiuniū poſitus, uel remotis alijs uitijs ē uelſtitū oī circūſtantia debita. ergo eſt actus virtuoſus ſiuè alia uitia ponant̄, ſiuè non. ¶ Ad hoc dubiū dr̄, negando conſequentiam: qm̄ actus ieiunij ut actus eſt uirtuoſus, etſi nō exigat negationes aliorum uitiorū ut actus principales, aut proprias circunſtantias, exigit tn̄ eas ut concomitantes formam communē oīs uirtuoſi actus moralis. Eſt enim forma moralium prudentia: quam exigit oīs moralis uirtus, & neceſſariò conſtatuit omnem moralē uirtutē, ut patet ex his quæ de connexione virtutum dicta ſunt. Aduerte autem hic, ꝙ notanter dicimus, ieiunium ut eſt actus uirtutis, ſeu uirtuoſus. Dicit.* enim ad differentiā ieiunij ut eſt actus uirtuoſus, & ieiunij ut eſt actus ex proprio tātum genere uirtuoſus. Tripliciter ſiquidem contingit actum aliquē ex ſuo genere bonū inueniri. Primò, ut ordinatum ad finē malum, puta, inanē gloriam: & tunc eſt imperatiuè actus illius uitij, ac per hoc eſt actus uitioſus. Secundò, ſecundū ſeipſum abſq; tū propria uirtute elicitiua ipſi⁹, ut cum iniuſtus, & auarus reddit creditori qđ ſuum eſt, fit enim tūc actus iuſtitiæ abſque iuſtitiæ uirtute, & ſic de alijs: & ſic luxurioſus, & blaſphemus &c. ieiunans, facit actum abſtinētiæ ex ſuo genere abſq; abſtinentiæ uirtute. Et per hoc liberat ſe à pc̄tō tranſgreſſionis p̄cepti Eccleſiæ de ieiunio. Tertio, ut elicitum ab ipſa uirtute; & ſic ſolū uocat̄, & eſt actus uirtuoſus ſeu virtutis ſimpliciter. Et hoc mō loquitur author in litera de ieiunio, ut eſt actus elicitus à virtute abſtinentiæ, quæ eſt cōnexa cæteris uirtutibus in forma uirtutum, quæ eſt prudētia. Sic aūt acceptum ieiunium non cadit ſub p̄cepto Eccleſiæ: quia, ut ſuperi⁹ didicim⁹, non p̄cipit lex modū operis, ſcilicet ꝙ ex habitu uirtutis operentur, ſed ipſa opera, quę ex ſuo genere nata ſunt eſſe opera uirtutum.

SVP. QV. CXLVII. ARTIC. III.

IN art. 3. eiuſdē q̄ſtionis, & ſpecialiter in rōſione ad ſecundum, dubiū occurrit, An is qui non eget ieiunij remedio ad deletionem cohibitionemque culpæ, nec mentis eleuationem, teneatur ad ieiunium Eccleſiæ ex præcepto. Et eſt ratio dubij, quia ſecūdum authoris doctrinam apparet pars negatiua uera: qm̄ & in reſponſione ad primū expreſſe dicitur, ꝙ ieiuniū abſolutè nō eſt de neceſſitate p̄cepti, ſed eſt de neceſſitate præcepti unicuique tali remedio indigenti. Et in reſponſione ad ſecūdum dicitur, ꝙ præcepta quæ per modum ſtatuti communis proponūtur, non eodem mō obligant oēs, ſed ſecundū ꝙ requiritur ad finē, quem legiſlator intēdit. Affirmatiua aūt pars probat̄. Primo, ex cōi ratione obligationis præceptorum. Nam ut ſuperi⁹ didicimus, ſub p̄cepto non cadit finis, ſed id quod ſtatuitur faciēdū q̄d eſt ordinatum ad finē. Vnde

Marginal notes: * Referē loco nūc dicto. — Porrecta per totum. 707 4. d. 15. q. 3. ar. 1. q. 3. per tot. & q. 5. ad 1. Et quo. 3. art. 12. ad 3. — * Hoc primū dictū habet formaliter Beda Marc. 9. c. 38. ſecundum eius ordinem tom. 2. — * Et gl. ordinaria ſ hoc loco. — † Homil. 16. i Euā. a medio. — * 1. 2. q. 87 — † q. 143. & q. præce. — Concluſ. — R. ſpon. 1. — * ar. prēc. ad 1. — * q. præc. ar. 2. ad 2 & 1. 2. q. 18. ar. 7. — Porrecta per totum. 708 4. d. 15. q. 3. ar. 1. q. 4 & q. 5 ad 1. & 2. 2. q. 1. — * c. 1 parum al. ē medium tom. 1. — * In epi. 119. c. 19 circa finē, to. 2. — * Incipit hæc epiſ. Nec opinanti mihi, circa ā. tom. 1.

corpus affligit. Similiter ēt rō recta nō tm̄ de cibo ſubtrahit, vt hō reddat̄ impotēs ad debita opera peragenda. Vn̄ dicit* Hier. ꝙ rōnalis hō dignitatem amittit, q̄ ieiuniū charitati, vel vigilias, ſenſus ītegritati p̄fert.

AD III dicendū, ꝙ ieiunium naturæ, quo quis dr̄ ieiunus anteq̄ comedat, conſiſtit in pura negatione, vnde non pōt poni actus uirtutis: ſed ſolum illud ieiunium, quo quis ex rationabili propoſito à cibis aliqualiter abſtinet. Vnde primum dicitur ieiunium ieiuni, ſecundum uerò ieiunium ieiunātis, quaſi ex propoſito aliquid agentis.

ARTICVLVS II.

Vtrum ieiunium ſit actus abſtinentiæ.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̄ ꝙ ieiunium nō ſit actus abſtinentiæ: Quia ſuper illud Matt. 17. Hoc genus dæmoniorum &c. dicit* Hier. Ieiunium non ſolum eſt ab eſcis, ſed à cūctis illecebris abſtinentia: ſed hoc pertinet ad omnem uirtutem. ergo ieiuniū non eſt actus ſpecialiter abſtinentiæ.

¶ 2 Præt.† Greg. dicit in Homil. Quadrageſimę, ꝙ ieiuniū quadrageſimale eſt decima totius anni: ſed dare decimas eſt actus religionis, ut* ſupra habitū eſt. ergo ieiunium eſt actus religionis, & non abſtinentiæ.

¶ 3 Præt. Abſtinētia eſt pars tēperantiæ, ut † dictū eſt. Temperantia aūt contra fortitudinem diuidit̄, ad quā pertinet moleſtias ſuſtinere: quod maximè uidetur eſſe in ieiunio. ergo ieiunium non eſt actus abſtinētiæ.

SED CONTRA eſt, quod Iſi. dicit, ꝙ ieiunium eſt parſimonia victus, abſtinentiaq; ciborum.

RESP. dicendum, ꝙ eadē eſt materia habitus, & actus. Vnde omnis actus uirtuoſus, qui eſt circa aliquam materiam, ad illam uirtutē pertinet, quæ mediū in illa materia cōſtituit. Ieiuniū aūt attēditur in cibis, in quibus mediū adinuenit abſtinētia. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ieiuniū eſt abſtinentiæ actus*.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ieiuniū propriè dictum conſiſtit in abſtinēdo à cibis. Sed metaphoricè dictū cōſiſtit in abſtinendo à quibuslibet nociuis, q̄ maximè ſunt pc̄tā. Vel poteſt dici, ꝙ etiam ieiunium propriè dictū eſt abſtinētia ab omnibus illecebris: quia per quælibet uitia adiuncta deſinit eſſe actus uirtuoſus, ut* dictum eſt.

AD II dicēdum, ꝙ nihil p̄hibet actū unius uirtutis pertinere ad aliam uirtutem, ſm ꝙ ad eius finem ordinatur, ut ex* ſupradictis patet. Et ſm hoc nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionē, uel ad caſtitatem, vel ad quamcūq; aliā uirtutem.

AD III dicēdum, ꝙ ad fortitudinem ſm ꝙ eſt ſpecialis uirtus, non pertinet p̄ferre quaſcūq; moleſtias, ſed ſolum illas, quæ ſunt circa pericula mortis. Sufferre āt moleſtias q̄ ſunt ex defectu delectabiliū tactus, p̄tinet ad tēperātiā, & ad p̄tes ei⁹: & tales ſunt moleſtiæ ieiunij.

ARTICVLVS III.

Vtrum ieiunium ſit in præcepto.

AD TERTIVM ſic p̄cedit̄. Vr̄ ꝙ ieiuniū nō ſit in p̄cepto. Præcepta. n. nō dant̄ de operibus ſupererogationū, q̄ cadunt ſub cōſilio: ſed ieiuniū ē op⁹ ſupererogatiōis, alioqn vbiq;, & ſp̄ æqualiter eēt obſeruādū. ergo ieiuniū n̄ cadit ſub p̄cepto.

¶ 2 Præt. Quicūq; tráſgreditur p̄ceptum, peccat mortaliter. Si ergo ieiuniū eſſet i p̄cepto, oēs non ieiunantes mortaliter peccarent, per quod vr̄ magnus laqueus hominibus eſſe iniectus.

¶ 3 Præt.* Aug. dicit in lib. de uera religione, ꝙ ab ipſa Dei ſapiētia homine aſſumpto, à quo in libertatē uocati ſumus, pauca ſacramēta ſaluberrima conſtituta ſunt, q̄ ſocietatem Chriſtiani populi, hoceſt, ſub uno Deo liberæ multitudinis, cōtinerēt. Sed nō minus vr̄ libertas populi Chriſtiani impediri per multitudinē obſeruātiarū, q̄ p multitudinē ſacramētorū: Dicit enim* Aug. in lib. ad inquiſitiones Ianuarij, ꝙ quidam ipſam religionem noſtrā, quā manifeſtiſſimis & pauciſſimis celebrationū ſacramētis Dei miſericordia uoluit eē liberā, ſeruilibus p̄munt oneribus ergo vr̄ ꝙ non debuit per Eccleſiam ieiuniū ſub p̄cepto inſtitui.

SED CONTRA eſt, quod* Hie. ad Lucinium dicit de ieiunijs loquens. Vnaquæque prouincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitretur. ergo ieiunium eſt in præcepto.

Vndè dictū eſt, ꝙ ſub præcepto de ſanctificatione feſtorū non cadit quies ſpiritualis, quæ eſt finis, ſed quies corporalis à ſeruilibus, quæ eſt ſtatuta pp quietem ſpiritualē vt finem. Et ſic in propoſito abſtinentia eſt quæ cadit ſub præcepto, & nō aliquod illorum trium quæ ponuntur finis abſtinentiæ. Ac per hoc ſiuè finis abſtinentiā exigat in aliquo, ſiuè nō, tenet implere id qđ ſub præcepto cadit. Secūdo, ex eo ꝙ aliter liceret cuilibet cōmutare ſibi ieiunium in alia opera. verbi gratia, delere peccata eleemoſyna, vel noua cōtritione cohibere peccata multa cautela, & oratione, eleuatā mentem habere parco alimēto, abſq; ieiunio tñ. Et tenet ſequela: quia cōmutatione tali vtens nō indiget remedio ieiunii ad hos fines, ſed meliori remedio vtitur.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ procul dubio quilibet non impeditus, ſiuè egeat, ſiuè non remedio ieiunii, ſubiacet præcepto ieiunii. Et ratio eſt, quia lex ieiunii data eſt omnibus potentibus ieiunare: quia oēs tales indigent remedio ieiunii vel pro peccato præterito delendo, vel cauendo futuro. Cōſtat. n. oēs eſſe peccatores quādiu in vita hac ſumus. Et ſiquis non egeret tali remedio in ſpecie, quia tñ lex data eſt de tali ſpecie remedii, qua communiter homines egent, ſubiacet etiam ille dictæ legi. Pro vniuerſali ſiquidem regula eſt habendum, ꝙ lex quæ communiter fit ad omnes vt ſingulares perſonas, pro remedio, vel quocūq; alio medio exequendo ligat oēs non impeditos: quia licèt ratio legis ſit indigentia remedij, vis tñ coactiua eius eſt ad non impeditos: qm̄ hoc expedit, & ad communem legis finem, qui eſt facere homines virtuoſos, & communem hominum ſubiectionē ſub lege, & eſt de natura vis coactiuæ legi. ſ. obligare ſi impedimentum non obſtat. Sicut competit naturalibus agentibus agere efficaciter in paſſum non impeditum.

*art. præced.

Concl. m

RESPON. Dicēdū, ꝙ ſicut ad ſæculares principes ptinet pcepta legalia iuris naturalis determinatiua tradere de his q̄ ptinēt ad vtilitatē cōem in tēporalibus rebus: ita ēt ad platos eccleſiaſticos ptinet ea ſtatutis pcipere, quę ad vtilitatē cōem fideliū ptinent in ſpiritualibus bonis. * dictū eſt aūt ꝙ ieiuniū vtile eſt ad deletionē, & cohibitionē culpæ, & ad eleuationem mētis in ſpiritualia. Vnuſquiſq; aūt ex naturali rōne tenet̄ tm ieiunijs vti, quantū ſibi neceſſariū eſt ad pdicta: & iō [m] ieiuniū in cōi cadit ſub pcepto legis naturæ. Sed determinatio tpis, & modi ieiunādi ſm̄ conuenientiā, & vtilitatē populi chriſtiani, cadit ſub pręcepto iuris poſitiui, quod eſt à prælatis Eccleſiæ inſtitutū: [n] & hoc eſt ieiuniū Eccleſiæ, aliud verò eſt naturę.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ieiuniū ſm̄ ſe cōſideratū nō nominat aliqd eligibile, ſed pęnale qddā. Reddit̄ aūt eligibile ſm̄ ꝙ eſt utile ad finē aliquē. Et iō abſolutè cōſideratū non eſt de neceſſitate præcepti, ſed eſt de neceſſitate pcepti vnicuiq; tali remedio indigēti. Et qa multitudo hoīum ut plurimū indiget tali remedio, tū quia in multis oēs offendimus, vt dicitur Iac. 3. tùm etiam, quia caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū, ut dr̄ ad Gal. 5. cōueniēs fuit ut Eccleſia aliqua ieiunia ſtatueret ab

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, quòd ſenſus literæ eſt, ꝙ ieiunium, quia eſt de genere vtilium non cadit ſub præcepto, niſi in ordine ad finem. Hoc enim ſonat nomen remedii: ꝙ gratis conceditur, quia ratio legis ieiunii eſt determinare remedium cuilibet communiter opportunum: quoniam quilibet potens eget tali remedio vel vt curatiuo, vel vt præſeruatiuo, vt prædictum eſt.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, ꝙ obligatio legis dicitur ligare vnumquęq; ſecundùm requiſitionem ad finem, quia ordo cōmunis ad finem eſt ratio obligandi quemlibet potentem, & impedimenta talis finis per huiuſmodi medium, ſunt rationes excuſantes ab obſeruatione legis huius: ita quòd neceſſitas ieiunii ad finem in quolibet ſingulari, non ponitur cauſa legis niſi ex communi conditione, & non ex partiali diſpoſitione cuiuſq;. Excuſantia autem ex particularibus impedimentis impotentię iſtius, vel illius conditionis perſonarum, vel ipſarum perſonarum, ſumuntur habita ratione finis.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit, An frangens Eccleſiæ ieiunium non in contemptum, ſine cauſa rationabili tamen, peccet mortaliter? Et eſt ratio dubii diuerſa diuerſorum ſententia.

¶ Ad huius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ in ieiunii eccleſiaſtici, de quo eſt ſermo, obſeruatione duplex uirtus inuenitur, ſ. obedientia, & abſtinentia. Nam ieiunando exequitur homo Eccleſiæ præceptum, & per hoc obedit, & medium ab eccleſiaſtica prudentia determinatum in cibo & potu ſeruat, & per hoc abſtinet. Iuxta dictas autem uirtutes duo quoq; uitia contrariantur ieiunio, ſ. inobedientia, & gula. Et ex parte ſiquidem inobedientiæ non eſt peccatum mortale tranſgredi ſimplicia ſtatuta iuris poſitiui, niſi pp contemptum: qm̄ ſolus contemptus eſt formaliter inobedientia mortalis, ut patet ex dictis in tractatu de obedientia. Ex parte uerò abſtinentiæ, quæ ut remedium quoddam præcepta eſt, nō eſt peccatū mortale, niſi impediatur finis intentus per talē abſtinentiā. Sic. n. in hac litera de utroq; A modo tranſgrediendi ieiuniū habes, cuius authoritatē ſi quis contēnat, vel hoc modo tranſgrediatur ꝙ impediatur finis intentus, peccat mortaliter. Verū quia in primo oēs conueniūt, ſ. ꝙ violās ieiuniū Eccleſiæ ex contēptu, peccat mortaliter, & in ſecundo conſiſtit difficultas duplex. Prima, quæ, aut qualis eſt trāſgreſſio ieiunii impediens finē. Secunda, ſi talis trāſgreſſio cōſtituit mortale peccatū. ideò vtrūq; conſiderandū eſt. Requiruntur igitur ad primū duæ cōditiones. Altera eſt, vt ſit tranſgreſſio medij ſtatuti ab Eccleſia: altera eſt, vt ſit impediens finē. Ob defectū primæ cōditionis, comedēs nimis quaſi vſq; ad crapulam in die ieiunii, non incidit in caſum iſtū: qa talis exceſſus nō eſt trāſgreſſio medii ab Eccleſia ſtatuti. Nā Eccleſia nō obligauit ad quantitatē cibi in die ieiunii, ſed quo ad quātitatē reliquit vnumquēq; in iure naturæ. Si. n. huiuſmodi exceſſus contrariaretur ſtatuto Eccleſiæ, cum habeat alterā conditionē, ſ. ꝙ impedit finē (nā uenter plenus ſpumat libidinē, & mentē deprimit, & uitium facit, aut auget) ſequeretur, ꝙ eſſet ſolutio ieiunii cū peccato mortali. Ob defectū ſecundæ conditionis, qui non ſeruat medium ab Eccleſia ſtatutum, ut paſcat ſe, gregemq; ſuum pane uitæ & intellectus, immunis eſt à peccato: quoniam talis finem ieiunii non impedit, ſed promouet in ſe, & in aliis, ut patet. Et prima quidem conditio omnibus nota eſt: quoniam penès conditiones ieiunii ab Eccleſia appoſitas, puta, tempus, qualitatem cibi, horam, unitatemq; manducandi, conſiſtit. Secunda uerò ab ipſo authore expoſita in 4. ſenten. diſtin. 15. quæſt. 3. art. 1. quæſtiuncula 4. ad 3. inuenitur, dum dicit, Intentioni legiſlatoris obuiat, qui ex contemptu, uel ſine aliqua rationabili cauſa, ordinationem non ſeruat. Et hanc mei expoſitionem hoc in loco inſinuat, dum contra tranſgreſſionem uel ex contemptu, uel ex impedimento finis, diſtinguit D non ſeruare ex rationabili cauſa, ſubdendo. Si autem ex aliqua rationabili cauſa &c. Et per hæc clarè patet quę, & qualis eſt trāſgreſſio impediens finem. An autem ſit mortale peccatum ſemper huiuſmodi tranſgreſſio, apud authorem non uertitur in dubium: quia expreſsè in litera dicitur, ꝙ talis tranſgreſſio eſt peccatum mortale. Sed ex aliorum dictis dubium habet. Nam quidam uidentur uelle quòd tranſgreſſio ieiunii ex contemptu ſola eſt peccatum mortale: quidam autem etiam illa quæ eſt ſine cauſa, eſt peccatum mortale. Nam illa quæ fit ex cauſa, non ex toto ſufficiente, peccatum ueniale eſt. Inter iſtas autem opiniones prima à ratione longè eſt, ſuppoſito quòd Eccleſia ieiunium præceperit, quoniam ſolam obedientiam in Eccleſiæ præceptis conſiderauit: cum tamen ultra communem conditionē præceptorum, quam attendit obedientia, oporteat conſiderare actum uirtutis, qui ſub præcepto ponitur, & finem eius. Et propterea author duas radices tranſgreſſionis poſuit, alterā ex parte E authoritatis præceptiuæ, & alteram ex parte finis intenti per actū imperatum à lege. Hæc enim duo ſunt principalia in qualibet lege, ad quæ cætera ordinantur. Et propterea penès ambo tranſgreſſio mortalis, quaſi principium legalis uitæ tollens, determinatur. Secunda uerò opinio multum inniti uidetur æquitati, ne lex poſitiua nimis dura ſit: & poteſt ad authoris doctrinam reduci, diſtinguendo de cauſa rationabili, ſcilicet, ſimpliciter & abſolutè, uel ſecundùm æſtimationē. Nam non ſeruare ieiunium ex cauſa rationabili ſimpliciter & abſolutè, non eſt contra præceptum Eccleſiæ: quod intelligitur ceſſante rationabili cauſa ad oppoſitum. & hoc eſt clarum. Et ſimiliter ſi non ſeruo ieiunium ex cauſa rationabili ſecūdùm meā æſtimationem abſq; fraude, puta, quia uidetur mihi ꝙ ſim adeò debilis, ut non comprehendar ſub obligatis ad ieiunium, quāmuis in ueritate non ſit in me debilitas ſufficiens ad eximendum me à uinculo ieiunii, excuſor à peccato mortali: quāmuis peccem uenialiter, ſi abſque paſtoris indulto negligenter meas uires examinans.

oībus cōiter obſeruanda, non quaſi præcepto ſubijciens id, qđ ſimpliciter ad ſupererogationē pertinet, ſed quaſi in ſpeciali determinanr id quod eſt neceſſarium in communi.

AD II. dicēdū, ꝙ præcepta, quæ per modū cōmunis ſtatuti ꝓponunī, nō eodē modo obligāt oēs, ſed ſm ꝙ requiritur ad finē quē legiſlator intendit, cuius authoritatē ſi aliqs trāſgrediēdo ſtatutū cōtēnat, uel hoc mō trāſgrediat̄, ꝙ impediāt̄ finis quē intēdit, peccat mortaliter talis trāſgreſſor. Si aūt ex aliqua rōnabili cauſa qs ſtatutū nō reſeruet, ꝓcipuè in caſu, in quo ēt ſi legiſlator adeſſet, non decerneret eē ſeruādū, talis trāſgreſsion̄ cōſtituit pc̄tm̄ mortale. Et idē ē ꝙ nō oēs, q ñ ſeruāt ieiunia Eccl̃iæ peccāt mortal̃r.

minans uiolari ieiunij. Ad quæſitū ergo rñdendo dr̄, ꝙ ſoluēs F Eccleſiæ ieiunium ſine cauſa rōnabili tā abſolutè, q̃ ſecundùm æſtimationē ſuam, peccat mortaliter: qm̄ talis & tranſgreditur medium abſtinentiæ ſtatutum ab Eccleſia, & tranſgreditur ſic, ut impediat legiſlatorem à fine intento in ipſo homine potentiæ ieiunare, dum ſine omni rationabili cauſa medium tenuit in ſeipſo ad finem. Hoc namque eſt euidenter impedire intentionem legis talis, ut perueniat ad finem, ac per hoc eſt directè legi obuiare. Soluens autem illud ex cauſa rationabili ſecūdùm æſtimationem ſuam abſq; fraude, uel aliorum melius iudicantium ſcrupuloſos, nō peccat mortaliter: qm̄ infra latitudinē cauſæ rationabilis cōtinetur uterque modus rationabilitatis in tali materia, ut cōmunis opinio, & conſcientia hominum timentium Deum approbare uidetur. Et ſcito, quòd niſi communis chriſtianę Eccleſiæ interpretatio ſuſciperet ſtatutum ieiunij eſſe non ſimplex ſtatutum, ſed habere uim preceptiuā, ſtrictè ſumendo præceptum, uerum proculdubio eſſet, ꝙ non niſi propter contemptum tranſgreſſio ieiunii eſſet peccatū mortale: quoniam in ſimplicium ſtatutorum materia, tranſgreſſio medii, & impeditio finis, licèt ſit mala, non tamen mortale inducit peccatum, niſi materia illa ad charitatem Dei, aut proximi neceſſaria ſit, quod in propoſito conſtat non habere locum: quia ieiunium huiuſmodi conſtat nec ad Dei, nec ad proximi dilectionem eſſe neceſſarium. Et hæc dixerim, quia ex ui uerborum nullibi ieiunium eccleſiaſticum inuenitur præceptum, loquendo de præcepto ſtrictè.

¶ In eodem articulo dubiū occurrit de cauſa rationabili, ex qua potentes ieiunare non tenentur ad ieiunia. De impotētibus namque dubium non eſt: & de quibuſdam conditionibus perſonarum, an. ſ. reddant homines impotentes, vt pueritia, ſenectus, & huiuſmodi, in ſequenti articulo erit ſermo. Nūc quæſtio occurrit de cauſa rationabiliter excuſante potentes aliàs ieiunare, an ſit neceſſitas ſola, an etiam pietas. Et eſt ratio dubii, quia hinc apparet ꝙ ſola neceſſitas excuſet: quoniam dicitur ꝙ itinerantes, & operarii, qui poſſunt iter, aut opus minuere, aut differre abſque damno, tenentur ad ieiunia. Indè autem apparet, quòd etiam pietas: quoniam dicitur quòd peregrinatio feſtina ex deuotione ad aliquod feſtum, excuſat à ieiunio. I

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ rationabilis imprimis cauſa ꝙ aliàs potentes ieiunare, non ieiunent, eſt neceſſitas alicuius impedimentis ieiunium, quod oportet fieri uel ad conſeruandum uitam, uel ſanitatem, uel ſtatum temporalem, uel uitandum damnū, aut acquirendum aliquid raro contingens. Declaro ſingula. Si oportet aliquem laborare, quia ex ſolo labore uiuere poteſt, aut ſine talis laboris mercede non poteſt habere omnia neceſſaria ad ſanitatem, uel ſtatum temporalem ſui, & ſuorum, puta, quia eſt faber, & ſine continuo exercitio non poteſt uiuere ipſe cum ſua familia iuxta gradum ſuum, & dotare filias, & tenere filium in ſtudio, & ueſtire ſuos ut decet ſuam conditionem, & alia huiuſmodi. Similiter ad uitandum damnum non ſolùm repente occurrens, puta propter bellum imminens, ſed ſimpliciter, puta, quia mercator ſi nō citò pergit, aut perficit talia opera, dānificatur in rebus ſuis. Et ſimiliter ſi damnum lucri ceſſantis repente accidit, ut de piſcatione alecium dicitur. In omnibus enim dictis caſibus, & ſimilibus neceſſitas excuſat à ieiunio Eccleſiæ, ex quo ſimul cum his operibus nō poſſunt ieiunare. Excuſat quoque multò magis neceſſitas ſpiritualis. Nam ſi ad uitam ſpiritualem ſui, uel alterius, oportet aliquid incōpatiens ieiunii perficere, puta, longam dietam facere, aut ex officio, uel obediētia prædicare, uel cōfeſſiones audire, docere uerbo uel ſcripto, aut

AD III. dicendū, ꝙ Aug. ibi loqtur de his, quæ neq; ſacrarū ſcripturarū authoritatibus cōtinent, nec in cōcilijs epiſcoporū ſtatuta inueniunt̄, nec cōſuetudine uniuerſalis Eccleſiæ roborata ſunt. Ieiunia uerò q̃ ſūt in ꝓcepto, ſunt in cōcilijs epiſcoporū ſtatuta, & cōſuetudine uniuerſalis Eccleſiæ roborata. Nec ſunt cōtra libertatē populi fidelis, ſed magis ſūt utilia ad impediendū ſeruitutē peccati, quæ repugnat libertati ſpirituali, de qua dr̄ ad Gal. 5. Vos enim, fratres, in libertatem uocati eſtis, tantū ne libertatem detis in occaſionem carnis. G

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnes ad ieiunia Eccleſiæ teneantur. H

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ omnes ad

F aliquid huiuſmodi: ita ꝙ talis homo non pōt ieiunando aliqd huiuſmodi adimplere, excuſat̄ à ieiunio. Et ſimile eſt de oībus quæ quis tenetur adimplere. Eccleſia. n. præcipiens ieiunia, non abſoluit hoīem ab his, ad quæ aliàs tenetur, ut prætermiſſis illis ieiunet. Et ꝑ hanc rōnem uxor quæ ex ieiunio macilenta, minuſque grata uiri ſui oculis apparet, & hinc deſpici, aut minus amari ſe conſpicit ab eo, excuſatur à ieiunio: qm̄ ipſa tenetur ſe cōſeruare gratā uiro ſuo. Pincernæ quoque principū etiam mane comedētes, excuſantur quo ad illos actus, quibus præſumūt aliqua pro ſecuritate dominorū ſuorum quoniā ad hoc alias tenebantur. Nec ſpectat ad eos iudicare, an domini ſui excuſentur à ieiunio: ſed iuxta Apoſtoli ſententiam, Qui non mā ducat, manducātem non iudicet, ſed præſumat ipſum uel diſpēſatum à Papa, uel à conditione aliqua occulta ſibi. Et ex eadem radice excuſantur etiam ſi pro huiuſmodi ſecuritate dominorū infirmorum, aut diſpenſatorum, credentiam facerent in cibis prohibitis, ſ. ouis, & carnibus. Non abſoluuntur tamen iſti propterea à ieiunii uinculo, ſed illas ſumptiones cōputare debent, ac ſi non fuiſſent ex alio capite, quia. ſ. nō fiunt manducandi gratia, ſed ex neceſſitate ſeruitii cōiungunt. Pietas deinde excuſat quoties ieiunium maioris boni inuenitur impeditiuum, ut habes in cap. Non mediocriter de conſ. diſt. 5. Et ratio eſt, quia ieiunium præceptum eſt ut medium promotiuū ad ſpirituale bonum. Conſtat autem ꝙ ſi obſeruaretur, quando eſt impeditiuum maioris boni, tunc contra intentionem legis ageretur, quæ ieiunium ut promotiuum, & non ut impeditiuū boni præcepit. Intentioni ſiquidem promouendi ad bonū obſtat impedire maius bonū. Nec obſtat quod de conſe. diſt. 5. cap. Ieiunia, Gelaſius Papa dicit, Ieiunia ſine rationabili neceſſitate non ſoluat: quoniam extra rationabilem neceſſitatem non eſt pietas, quoniam ualdè neceſſaria eſt, & magis q̃ corporalis ieiunii exercitatio, iuxta illud Apoſtoli. Exerce teipſum ad pietatem &c. Et hinc fit ut excuſentur à ieiunio qui ex pietate ſpontè uacant operibus miſericordiæ tam corporalis, quàm ſpiritualis, ſi ieiunium eos ab huiuſmodi operibus impediret. Qui aūt uacant iſtis propter lucrum ut mercenarii, ex hoc capite nō excuſantur, ſed forte ex alio capite ſuperius dicto. ſ. ex neceſſitate: quia iſti nō pietatis, ſed mercedis gratia operantur. Et propter hoc illi qui prædicant, aut confeſſiones audiunt ſua ſpōte ut lucrentur pecunias, ſi non poſſunt ſimul ieiunare, nō excuſantur propterea à ieiunio. Et quia ieiunium impedire maius bonum contingit, non ſolùm quaſi per ſe, hoc eſt, ex parte ieiunātis, ſed per accidens, hoc eſt, ex parte alterius, cuius perſona tenetur cōuiuere, ideò ſi propter improbitatem uiri uxor potens ieiunare K compellitur ad non ieiunandum, poteſt ex diſpenſatione ieiunium ſoluere: quoniam caſus eſt talis, in quo ſi legiſlator adeſſet, mallet pacem domus quàm ieiunium uxoris, cōpatiendum quippe eſt ſexui. Debet tamen per alia pia opera uxor ieiuniū ſuum redimere, & hoc authoritate epiſcopi. In utroq; autem. ſ. neceſſitatis, uel pietatis caſu, ſcito ꝙ quicquid excuſaret à cuſtodia diei feſti, excuſat à ieiunio, ſi eſt illi incompoſſibile: quoniam præceptum ieiunii minus eſt, & minus arctum. In omnibus autem caſibus, in quibus rationabilis eſt cauſa ſoluendi ieiunium, ſi aliquid ambiguitatis habet, ſuperioris arbitrium cauſa cognita, uel commutatio licitam tutè reddit ſolutionem ieiunii, quoniam ſuperioris iudicium ſuplet defectum huiuſmodi.

Nota uerū ſenſū Aug. contra impugnantes ꝑ hoc dictū præcepta Eccleſiæ.

Tranſfodit̄ ab Apoſtolo libertas hæreticorum.

Porrecta per totum.

709

Inf. art. 7. ad 3. Et 4. diſt. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. 2. 3. & 4

SVP. QVAEST. CXXXXVII. ART. IIII.

IN ar. 4. eiuſdē quæſt. 147. dubiū occurrit, an in cauſa dubia circa conſeruādum ieiunium Eccleſiæ poſſint Ordinarii diſpenſare.

ſpenſare. Et eſt ratio dubij, quia ꝙ non poſſint habetur ex hoc A ꝙ ordinarij nõ habent poteſtatem ſuper lege vniuerſalis Eccleſiæ, qualis eſt lex ieiunij. Et confirmatur ex conſuetudine populi Chriſtiani recognoſcentis ſolam Apoſtolicam ſedem ſuper hac lege. Oppoſitum autem apparet, quia ſecundum hoc eſſet minus benè prouiſũ populo Chriſtiano: qm̃ iſti caſus dubij frequenter accidunt, & authoritas prouiſiua caſibus iſtis eſſet inacceſſibilis tẽpore caſus: qm̃ Papa in vno tantũ eſt loco, & impoſſibile eſſet ex toto terrarũ orbe in tã frequẽtib⁹ caſibus recurſum ad ipſũ habere.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ diſpenſare in ieiunio cõtingit dupliciter. Vno modo abſolutè tollẽdo, vel cõmutãdo vinculum legis quo ad hanc perſonã: & hoc ſpectat ad Papã, qui ſolus eſt ſuper vniuerſalia iura poſitiua. Et hoc eſt q atteſtatur conſuetudo populi Chriſtiani. Alio modo, in hoc particulari caſu: & hoc ſpectat ad epiſcopos, & ẽt ad preſbiteros, curatos, & vniuerſaliter ad prælatos reſpectu ſuorum ſubditorum ꝑ rationem ſupradictã, atteſtante hoc authore in 4. ſententiarum, diſt. 15 ubi cẽte expreſſè q. 4. art. 2. ad vltimũ, de laborantibus, ꝙ poſſunt ſecũdùm diſpẽſationem ſacerdotis ſui ieiuniũ ſoluere, & in hoc loco ad tertiũ, Niſi fortè ubi eſt ita conſuetum, quia ex hoc ipſo quòd prælati diſſimulant, uidentur annuere. Ex quibus uerbis patet, quòd non de ſolo Papa loquimur: quoniam locorum conſuetudines nõ præſumitur Papam ſcire, ſicut nec ſtatuta municipalia. Minus ergo ſapiũt prælati, qui petentibus ſubditis in cauſa dubia diſpenſationem cœnandi in ieiunijs Eccleſiæ, aut aliter ieiunium ſoluendi præueniendo horam ieiunij, remittunt eos in conſcientia ſua. Debẽt enim compati infirmis, & commutare ad cautelam ieiunium in ſeptem Pſalmos, uel aliquid huiuſmodi. Et eadem ratione poſſunt diſpenſare in qualitate ciborum prælati, in caſu.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum dubium occurrit ex Martino in dict. tractat. quæſt. 4. de ieiunio, arguente contra hæc uerba, Præcepta Dei ſunt præcepta iuris naturalis, quæ ſecundum ſe ſunt de neceſſitate ſalutis. Contra, Sacramenta nouæ legis, quę ſunt neceſſitatis, ſunt præcepta Dei, & non ſunt præcepta iuris naturalis. ergo. Præterea, Accedere ad ſuam eſt pręceptum Dei, & tamen non eſt præceptum iuris naturalis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præcepta Dei in hoc loco appellantur non quæcunque præcepta ſunt à Deo quocunque modo, puta, per reuelationem, aut per medium Chriſtum hominem, ſed ſolũ illa quæ ſunt à Deo per ſeipſum præcepta per hoc, quòd ſunt ab ipſo indita rationali creaturæ, quæ patet eſſe pręcepta iuris naturalis. Sacramenta autem Eccleſiæ non ſunt hoc modo pręcepta Dei. Quod autem dicitur de acceſſu ad ſuam, vel non ſuã, falſum eſt non eſſe pręceptum iuris naturalis.

¶ In eodem articulo quarto in reſpõſione ad ſecundum, dubiũ ex Martino ibidẽ occurrit, quòd ratio authoris ad excuſandos pueros non concludit vniuerſaliter de oĩbus Eccleſię ieiunijs, ſed de quadrageſimali tantum. Arguit. n. ſic, Secũdum iſtos bonum eſt quòd pueri aſſuefiant ad ieiunia, ieiunando bis, aut ter in quadrageſima. ergo in tot ſeptimanis ter ieiunare non eſt pueris nociuum, Nam ſi noceret, non eſſet bonum; ſed ieiu-

ieiunia Eccleſiæ teneant. Præcepta. n. Eccleſiæ obligant,[h] ſicut Dei pcepta, ſm̃ illud Luc. 10. qui vos audit, me audit: ſed ad pcepta Dei ſeruãda oẽs tenent. ergo ſimiliter oẽs tenent ad ſeruãda ieiunia, q̃ ſũt ab eccl iſtituta.

¶ 2 Præt. Maximè vidẽtur excuſari pueri à ieiunio ꝑꝑ ætatem: ſed pueri[h] non excuſantur. dr̃. n. Ioel 2. Sanctificate ieiunium, & poſtea cõgregate paruulos, & ſugẽtes vbera. ergo multò magis oẽs alij ad ieiunia tenentur.

¶ 3 Pręt. Spiritualia ſunt tẽporalib⁹ pferẽda, & neceſſaria nõ neceſſarijs: ſed opa corporalia ordinant ad lucrũ tẽporale. peregrinatio. n. etſi ad ſpiritualia ordinet, non eſt neceſſitatis. C Cũ ergo ieiuniũ ordinetur ad ſpiritualẽ utilitatem, & neceſſitatẽ habeat ex ſtatuto Eccleſiæ, vr̃ ꝙ non ſint ieiunia Eccleſię[h] prętermittenda ꝑꝑ peregrinationem, vel ꝑꝑ corporalia opera.

¶ 4 Præt. Magis eſt aliqd faciendũ ex ꝓpria uolũtate, q̃ ex neceſſitate, ut patet p Apoſt. 2. ad Cor. 9. ſed pauperes ſolẽt ex neceſſitate ieiunare ꝑꝑ defectum D alimentorũ. ergo multo magis[h] dẽnt ex ꝓpria volũtate ieiunare

Sed contra vr̃, ꝙ nullus iuſt⁹ teneat ieiunare. Præcepta. n. Eccleſię ñ obligãt[h] cõtra doctrinã Chr̃i: ſed Dn̄s dixit Luc. 5. ꝙ nõ poſſunt filij ſpõſi ieiunare quãdiu cum ipſis eſt ſponſus: eſt autẽ cũ omnibus iuſtis ſpiritualiter eos ĩhabitãs. vnde Dn̄s dicit Matth. vlti. Ecce ego uobiſcum ſum vſq; ad conſumationem ſæculi. ergo iuſti ex ſtatuto Eccleſiæ non obligant ad ieiunandũ.

Respon. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupra[a] dictũ eſt, ſtatuta cõia proponuntur ſecundũ ꝙ multitudini cõueniũt: & ideò[m] legiſlator in eis ſtatuẽdis attẽdit id, quod cõiter habetur, & in plurib⁹ accidit. Si quid autem ex ſpeciali cauſa in aliquo inueniatur, qđ obſeruãtię ſtatuti repugnet, nõ intendit talẽ legiſlator ad ſtatuti obſeruãtiã obligare, ĩ quo tñ eſt diſcretio adhibẽda.[a] Nam ſi cauſa ſit euidẽs, p ſeipſum licitè põt homo ſtatuti obſeruãtiã pręterire, pſertim cõſuetudine interueniẽte: uel ſi nõ poſſet de facili recurſ⁹ ad ſupiorẽ haberi.

nia quatuor temporũ & maiorũ ſolẽnitatũ, non ſunt crebriora q̃ ieiunare ter in quadrageſima. ergo ex iſta rõne non excuſant pueri à ieiunijs quatuor tẽporũ & maiorũ ſolemnitatum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ratio literæ concludit vniuerſaliter importantiam puerorum ad non ieiunandum abſolutè, & non pro tot, vel tot diebus. Nec obſtat ꝙ ſubdatur, bonũ eſſe aſſuefieri ad ieiunia, quia hoc non eſt exceptionis aut uinculi, ſed cõſilij. Nam ſicut poſſent pro maiori neceſſitate, non obſtante damno aliquo, quandoque cogi ad ieiunia pueri, vt in litera dicit: ita poteſt eis conſilium dari, quod aliquod quandoq; damnum ſuſtineant ex ieiunio, non obſtante libertate eorũ propter ætatis impotentiam. Hac ergo ratione ſunt pueri abſoluti ſimpliciter ab omni eccleſiæ ieiunio, quàmuis bene faciant ſi quandoque ieiunẽt aut abſtineãt. Ratio ſiquidem concludit libertatem puerorum: conſilium autem infert ſupererogationem eorundẽ.

[a] 1. 2. quæ. 40. art. 2. & q. 98. art. 2. & 6. D. 918. Concluſio

¶ In eadem reſponſione dubium eſt de ſenibus, in quibus eſt euidens etiam neceſſitas ex prima ratione in litera allata. ſ. ꝓpter debilitatem naturę, ex qua prouenit quòd egent frequenti cibo, & non multo ſimul aſſumpto. Dubium quoque occurrit de mulieribus prægnantibus & lactantibus, in quibus videtur euidens neceſſitas propter ſecundam rationem literæ, quia ſcilicet indigent multo nutrimento propter alimentum fœtus, ſeu prolis, quod ex ſuperfluo proprij alimenti fit.

¶ Ad primum de ſenibus dicitur, quod quia ſenectus nõ eſt euidenter omnibus vna, ſicut ętas augmenti: quoniam ętas augmẽti determinatur ab ortu, qui certus eſt: ętas verò ſenectutis à naturali occaſu, qui incertus eſt: Sunt enim quidam ſexagenerij ita fortes ſicut alij quadragenarij, & vnus altero habet multo plures circulationes cęleſtes, propter quod contingit fortè aliquem eſſe ſenem in trigeſimo, aliquem in quadrageſimo, vel aliquo huiuſmodi anno: ideò non determinatum eſt tempus quando homines propter ſenectutẽ excuſantur à ieiunio. Formaliter tamen loquendo, quandocunque quis eſt uerè ſenex, nõ tenetur ad ieiunia Eccleſię. Et ratio eſt quia natura eſt adeò E debilis in ſene, vt nõ poſſit multũ ſimul cibum digerere, & propterea egent frequenti alimento modico, ſicut infirmi. Cõiter autẽ uidetur hoc accidere anno ſexageſimo ętatis, cũ ſcriptum ſit, Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & quod veteraſcit, & ſeneſcit, propẽ interitũ eſt, vt dicitur ad Hebræos. Eſt ergo ſexagenarius communiter propẽ naturalem interitum, ac ꝑ hoc ſenex. Vnde niſi euidenter conſtet, ꝙ poſſint alimentũ pro ieiunio opportunum digerere & tolerare, nõ debent conari ad ieiunium, ſed debilitati quã ſentiunt, ſubuenire frequenti, bono, & modico alimento: qm̃ ſenectus morbus eſt incurabilis.

¶ Ad ſecũdũ de prægnantibus & lactãtibus dr̃, ꝙ niſi ſint mulieres adeò robuſtę naturę, vt vnica comeſtione poſſint tñ alimẽti ſumere & digerere, qđ ſat ſit ꝓ ſe & fœtu, ſeu ꝓle, nõ tenent ad ieiuniũ, immò peccarẽt ieiunãdo, ꝑꝑ nocumẽtũ ꝓlis. Cõiter aũt mulieres nõ ſunt tã robuſtę naturę. Propter qđ cõcludẽdũ eſt, ꝙ ſecũdũ legẽ q̃ fit ut in pluribus, appellatione potentiũ ieiunare non ueniunt mulieres prægnãtes, aut lactãtes. Et ſic ſub lege illa, Omnes potẽtes ieiunare ieiunent &c, nõ cõprehenduntur.

¶ In

¶ In eodem articulo circa operarios, aduerte quòd cum ab authore, & aliis audis, ꝙ peccant, qui nolunt cõducere operarios, niſi cum pacto ꝙ non ieiunent, intelligitur, ſi nolũt eos cõducere ẽt modificata mercede, iuxta modificationẽ operis, vel cum æquali mercede, ſtante qualitate operis ſolũ tempore non ieiunij. Et non intelligit, ſi nolũt minuere mercedem iuxta diminutionẽ operis. Nã conductor operariorum non tenetur operario plus promittere, aut dare q̃ opus ſuũ meteatur. Et ppea ſi operarius, qui ſcit teneri ad ieiuniũ, qui hẽt aliunde: vndè uiuat, & vult minuere laborẽ, debet ẽt minuere mercedem, alioquin ipſe, non conductor peccaret. In primo autem caſu conductor peccaret, ꝑ quãto deterioris cõditionis ab eo redderentur ieiunantes iuxta Eccleſiæ præceptum, q̃ inobediẽtes, & ſic daret occaſionẽ peccãdi. Si tamen neceſſitas operis feſtinationem exigat, põt tutè dicere, Inuenias aliũ cõductorẽ &c. In ſecundo verò caſu manifeſtè peccat conductor, inducens obligatũ potẽtẽ & uolentem ieiunare, ad peccatum.

¶ Occurrit hoc in loco dubium de inuitãtibus ad comedendũ, ac miniſtrantibus comedentibus in die ieiunij, vbi cõiter creditur, aut ſcitur ꝙ nolũt ieiunare. Et eſt rõ dubij, quia hinc apparet ꝙ peccent, quia cooperant ad ſolutionẽ ieiunij abſq; rõnabili cauſa: indè aũt apparet ꝙ nõ peccet, qa nec ex propoſito, nec ex intentione tendũt inuitantes, aut miniſtrãtes ad hoc vt ſoluatur ieiuniũ. Peccata aũt ex intentione iudicant. & ſpecificant. ¶ Ad hoc dr, ꝙ hic nõ vertitur i q̃ſtionẽ, an peccẽt illi, qui directè ad ſoluẽdum ieiuniũ inuitant, aut miniſtrant: quia horum peccatum eſt manifeſtum, ſicut inuitãtiũ, aut cooperantiũm ad furtum, & alia mala. Nec ẽt eſt quæſtio, an peccent illi, qui præſumentes quemlibet ſalutis ſuæ memorẽ, & neſciẽtes potentiã, vel impotẽtiã priuilegiaq; hoĩum, ſimpliciter eos inuitant ad comedẽdũ pro vrbanitate, aut hoſpitalitate &c. vel petẽtib᷒ cibos miniſtrant: qm̃ horũ excuſatio eſt manifeſta ex eo, ꝙ non tenẽtur ſcrutari potentiam, aut conſcientiam proximi. Sed q̃ſtio eſt de miniſtrantibus, aut inuitantibus ad comedendũ potentes, & nolẽtes ieiunare abſq; priuilegio, vt cõiter credit. Et eſt ſermo de comeſtione, quæ ſi fiat, ſolueret ieiunium, puta, de cœna poſt ſumptum prãdium, vel comeſtione ſummo mane, & hmõi. ¶ Et ad hoc dr, ꝙ miniſtrantes cibos iſtis, excuſantur à peccato, qm̃ non cooperantur comeſtioni quatenus eſt ſolutiua ieiunij, vt procedit à mala voluntate non ieiunantis: ſed cooperant comeſtioni quaten᷒ eſt actus deſeruiens nutritiuæ, & ſubſtẽtationi naturæ. Hoc. n. licitũ eſſe ex eo conſtat, ꝙ Deus ipſe cooperat illi comeſtioni quatenus ſeruit naturæ. Miniſtri autẽ ciborũ vt ſic, abſolutè loquẽdo, actui comedendi ſeruiunt, vt eſt actus hominis, non uitij: & ideò, vt dictum eſt, excuſantur. Inuitantes aũt ad comedendũ, aut credũt inuitationẽ ſuã fore occaſionẽ illis exequẽdi violationẽ ieiunij, quã non exequerent fortè niſi inuitati, quãuis parati ſint ad nõ ieiunandũ: & tũc nõ excuſantur: qm̃ nõ licẽt ẽt paratos ad malũ inducere ad illius executionẽ. Si aũt oĩno cœnaturi ſunt, & ego inuito eos ad mecũ cœnãdũ, nõ inuito eos, niſi ad locum & ſocietatẽ cœnę, vel miniſtro illis cibos. Ex nullo aũt horum apparet pctm̃ aliqd, & ppea excuſãtur: ſicut etiã hoſpites cœnaturos inuitãt vt in ſuo hoſpitio, magis q̃ in alio cœnent.

SVP. QV. CXLVII. ART. V.

IN ar. 5. in reſpõſione ad tertiũ, dubiũ occurrit, de ieiunio exulta

Si verò cã ſit dubia, debet aliqs ad ſuperiorẽ recurrere, qui habet poteſtatẽ in talibus diſpenſandi: & hoc eſt obſeruandũ ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis, ad quæ omnes cõiter obligantur, niſi in eis fuerit aliqđ ſpeciale impedimentum.

G Ad I. ergo dicẽdũ, ꝙ ꝓcepta Dei ſunt ꝓcepta iuris naturalis, q̃ ſm̃ ſe ſunt de neceſſitate ſalutis. Sed ſtatuta Eccleſię ſunt de his, q̃ nõ ꝑ ſe ſunt de neceſſitate ſalutis, ſed ſolũ ex iſtitutione Eccleſię: & iõ pñt eſſe aliqua impedimẽta, ꝓꝑ q̃ aliqui ad obſeruanda ieiunia hmõi nõ tenent.

H Ad II. dicendum, ꝙ in pueris maximè eſt euidens cauſa non ieiunandi, tũ ꝓꝑ debilitatem naturę, ex quo ꝓuenit, ꝙ indigẽt frequenti cibo, & non multo ſimul aſſumpto: tùm ẽt quia indigẽt multo nutrimẽto ꝓꝑ neceſſitatem augmenti, qđ fit de reſiduo alimẽti. Et ideò quãdiu sũt in ſtatu augmẽti, quod eſt vt in pluribus, vſq; ad finem tertij ſeptẽnij, non tenent ad eccleſiaſtica ieiunia obſeruãda. Conueniens tñ eſt vt etiã in hoc tpe ſe ad ieiunandũ exerceat plus, vel minus, ſm̃ modũ ſuę ętatis. Qñque tñ magna tribulatione imminente in ſignũ pœnitentię arctioris ẽt pueri ieiunia indicũtur: ſicut ẽt de iumentis legitur Ionæ 3. Hoies, & iumẽta nõ guſtent quicq̃, nec aquam bibant.

I Ad III. dicẽdum, ꝙ circa peregrinos, & oparios diſtinguendum vr̃: quia ſi peregrinatio & operis labor commodè differri poſſit, aut diminui abſq; detrimẽto corporalis ſalutis & exterioris ſtatus, q̃ requiritur ad cõſeruationem corporalis, vel ſpiritualis vitæ, nõ ſunt ꝓꝑ hoc Eccleſiæ ieiunia prætermittẽda. Si autem immineat neceſſitas ſtatim peregrinãdi, & magnas diætas faciendi: vel ẽt multũ laborandi vel ꝓꝑ conſeruationẽ uitæ corporalis, uel ꝓꝑ aliquid neceſſarium ad uitam ſpirituałẽ, & ſimul cũ hoc non poſſint Eccleſiæ ieiunia obſeruari, non obligatur homo ad ieiunandũ: quia non vr̃ fuiſſe intentio Eccleſię ſtatuẽtis ieiunia, ut ꝑ hoc īpediret alias pias, & magis neceſſarias cauſas. Vr̃ tñ in talibus recurrẽdũ eſſe ad ſuperioris diſpẽſationẽ, niſi fortè vbi eſt ita cõſuetũ, qa ex hoc ipſo ꝙ p̃lati diſſimulant videntur annuere.

Ad IIII dicẽdũ, ꝙ pauperes, qui poſſunt ſufficienter habere qđ eis ſufficiat ad vnã comeſtionem, non excuſantur ꝓꝑ paupertatem à ieiunijs Eccleſiæ, à quibus tamen excuſari uidentur illi, q̃ fruſtatim eleemoſynas mẽdicant, qui nõ poſſunt ſimul habere qđ eis ad victum ſufficiat.

¶ In eodem art. dubium occurrit circa diſtinctionem ſobrietatis ab abſtinentia. Videtur enim ꝙ diſtinctio ſit ſuperflua, & nulla formaliter. Superflua quidem, quia ſola abſtinentia ſufficit ad tollendum impedimentum, quod rationi præſtare poteſt potus inebrians. non ergo præter abſtinentiam oportet ponere ſobrietatem. Probatur antecedens: quia abſtinens in omni potu ſeruat modum rationis. ergo ēt in potu inebriare potēte. Nulla autem, quia nullū inuenitur diſtinctiuū formaliter: in litera ſiquidem aſſignatur pro diſtinctiuo ſpecialis ratio impediendi rationem. Et explicat in quo conſiſtit iſta ſpecialis ratio impediendi rationem, ſcilicet quia per viam fumoſitatis natus eſt pot° inebriatiuus impedire, aut perturbare rationem. Sed hæc ratio aut non diſtinguit formaliter, aut ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ. Probatur, quia litera in reſponſione ad ſecundum dicit, quòd abſtinentia eſt circa cibos, & potus inquantum impediunt rationem. Tunc ſic, Impedire rationem, & impedire ratiōnē per uiā fumoſitatis, non conſtituunt diuerſas ſpecies, ſed potius q̄uaſi genus, & ſpeciē, ſi diſtinguuntur formaliter. ergo uel ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ, uel non diſtinguuntur formaliter. Si dicatur ex litera in reſponſione ad primum, quòd non abſolutè attribuitur abſtinentię, quòd ſit contra impedimenta rationis ex cibo & potu: ſed ſic, ſcilicet per immoderantiam delectationis, ita quòd contra impedimenta rationis ex cibi & potus immoderata delectatione ponitur abſtinentia: contra impedimenta uerò rationis ex potus inebriatiui fumoſitate, ponitur ſobrietas; Contra. Sobrietas eſt ſpecies temperantiæ, quam conſtat eſſe circa delectationes tactus. ergo ſobrietas eſt circa tale delectabile ſecundùm tactum: alioquin non eſſet per ſe ſpecies temperantiæ, ut patet exercitatis in Metaphyſica. ergo ſobrietas eſt etiam contra impedimenta rationis ex potu delectabili. Et ſic ſequitur ut prius, ſcilicet quòd ſit ſpecies abſtinentiæ, aut non diſtinguatur ab ea formaliter, quorum utrumque eſt contra authorem in reſponſione ad tertium, utramque uirtutem ſpecialiſſimam tenentem. Et per hæc videtur, ꝙ licet ebrietas ſit diſtinctum uitium à gula, quia gula opponitur moderatæ delectationi cibi & potus, & ebrietas opponitur ſaluti rationis, non tamen ſobrietas diſtinguenda eſt ab abſtinentia, quia abſtinentiæ utrumque ponit, ſcilicet & moderatam delectationem, & rationem expeditam.

Conclu. m

E

¶ Ad

¶ Ad huius euidentiā ſciendū eſt, q̄ bonū rōnis conſeruandū à mortalibus uirtutibus cōtra impetus paſſionū eſt duplex, ſ. rectitudo, & uſus. Vtrūq; ſiquidē per paſſiones impedit. Nā timor, & amor, delectatio, ira &c. rōnē à rectitudine flectūt, ut cōtinuè experimur. Et ſi fuerint uehemētes paſſiones, qñq; rōnis uſum tollūt, ut patet de nimia triſtitia, & delectatione, & ira. Circa uſum tñ rōnis impediēdū, q̄ a pluribus modis poteſt impediri & culpabiliter, & ſine culpa, ut patet cū impedit ꝑ dormitationē, aduertēdū eſt, q̄ dupliciter paſſio pōt impedire uſum rōnis. Vno modo, ex ſua immoderātia, ita q̄ ipſa immoderatio paſſionis eſt rō peccati, & tātò grauioris, quātò pertingit uſq; ad impediendū rationis uſum. Et hoc mō impedire uſum rōnis ad idē uitiū ſpectat, ad qđ ſpectat inordinatio illius paſſionis, v.g. ad timiditatē, ſi ex nimio timore perdit q̄s uſū rōnis, qm̄ ad timiditatis uitiū ſpectat immoderatio timoris. Et ſimiliter ad illāmet uirtutem, ad quā ſpectat ordinatio talis paſſiōis, pertinet & cōſeruare uſum rōnis cōtra immoderātiā illius paſſionis. Ver. gra. ad fortitudinē ſpectat cōſeruare & rectitudinē, & uſū rōnis cōtra immoderantiā timoris. Alio modo, paſſio poteſt impedire uſum rōnis ex eo, q̄ eſt rō alicuius impedientis uſum rōnis, ita q̄ ex hoc primo paſſio hēt rōnē deformis, quia eſt rō īpedimēti uſus rōnis: & ſic impedire uſum rationis pertinet ad aliud uitium ab illo, quod reſpicit immoderantiā illius paſſionis in ſeipſa. Et ſimiliter conſeruare bonum rationis in rectitudine, & uſu contra paſſionem, quæ ex hoc deordinatur, quòd eſt ratio impedimenti uſus rationis, ſpectat ad moralem uirtutem aliam ab illa, quæ moderatur paſſionem illam in ſe. Quod antequam probemus, manifeſtemus exemplis in propoſito. Et delectabili potu contingit dupliciter rationis bonum lædi. Primò, quia delectatio potus eſt in ſe immoderata. Immoderata enim delectatio alimenti uel quantum ad quid uel quantum, uel quale &c. eſt ratio peccati, & obliquat rationem, & quandoque etiam abſorbet: & hoc ſpectat ad uitium gulæ. Conſeruare autem bonum rationis contra huiuſmodi immoderatam delectationem, ſpectat ad abſtinentiam. Secundò, quia delectatio, ut ratio potus fumoſi perturbatiui rationis uſus, eſt inordinata delectatio: ſi quidem potus ex hoc inordinat, & rectam rationem obliquat, & uſum rationis impedit, atque tollit ad tempus. Et ſpectat huiuſmodi delectatio ad uitium ebrietatis, & ſeruare rationis bonum contra ſic delectabile, ſobrietatis eſt. Probatur uerò diſtinctio ſpecifica uirtutum abſtinentiæ, & ſobrietatis ex formali diſtinctione impedimentorum rationis. Nam alterius rationis eſt delectabile ex immoderantia ſua impediens rationis bonum, & alterius rationis eſt delectabile ex eo, quòd eſt ratio fumoſitatis impediens rationis bonum.

* In corp. art.

Porrecta per totum.

722

abſorbēdo eā, ꝑ immoderantiā delectationis: & quantū ad hoc cōmuniter circa cibū & potū eſt abſtinentia. Sed potus inebriare ualens, impedit ſpeciali rōne, ut dictum eſt, * & ideò requirit ſpecialem uirtutem.

Ad II. dicēdū, q̄ uirtus abſtinētiæ nō eſt circa cibos & potus, inquātū ſunt nutritiua, ſed inquantū impediunt rōnem: & ideò non oportet q̄ ſpecialitas uirtutis attendatur ſecundùm rationem nutritionis. G

Ad III. dicendū, q̄ in oībus potibus inebriare ualētibus eſt una & eadē rō impediēdi rōnis uſum: & ſic illa potuū diuerſitas ꝑ accidens ſe habet ad uirtutē: & propter hoc, ſm̄ huiuſmodi diuerſitatem uirtutis non diuerſificantur. Et eadem ratio eſt de diuerſitate ciborum. H

ARTICVLVS III.

Vtrum uſus uini totaliter ſit illicitus.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̄ q̄ uſus uini totaliter ſit illicitus. Sine ſapiētia.n. nō pōt aliquis eſſe in ſtatu ſalutis. dicit enim Sapien. 7. Neminē diligit Deus, niſi eū, qui cum ſapientia inhabitat. & infra 9. Per ſapientiā ſanati ſunt quicūq; placuerūt tibi à principio: ſed uſus uini [h] impedit ſapientiā. dicitur enim Eccl. 2. cogitaui abſtrahere a uino carnā meam, ut transferrem animum meum ad ſapientiam. ergo potus uini eſt uniuerſaliter illicitus.

¶ 2 Præt. Apoſt. dicit ad Rom. 14.[h] Bonū eſt nō māducare carnem, & non bibere uinū, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur: ſed ceſſare à bono uirtutis eſt uitioſum, & ſimiliter fratribus ſcandalum ponere. ergo uti uino eſt illicitum.

¶ 3 Præt. Hiero. * dicit, q̄ uinū cū carnibus poſt diluuiū eſt dedicatū: Chriſtus autem uenit in fine ſæculorum, & extremitatē retraxit ad principium. ergo tempore chriſtianæ legis uidetur eſſe [h] illicitum uti uino.

* Hi diſt. 35. ca. Ab exordio ex Hiero. li. 1. cōtra Iouianū, tom. 3.

SED CONTRA eſt, qđ Apoſt. dicit 1. ad Timoth. 5. Noli adhuc aquā bibere, ſed modico uino utere ꝑꝑ ſtomachū tuū, & infirmitates frequētes. & Eccleſ. 31. dr̄, Exultatio animæ, & cordis uinum moderatè potatum.

RESP. Dicēdū, q̄ nullus cib⁹, uel potus ſm̄ ſe cōſideratus eſt illicitus ſm̄ ſententiam Dñi dicentis Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominē: & ideò [m] bibere uinum, ſm̄ ſe loquendo, non eſt illicitum. Poteſt tamen reddi illicitum per accidens, [n] quādoq; quidem ex conditione bibentis, quia uino de facili læditur, uel quia ex ſpeciali uoto obligatur ad uinum non bibendum: quandoq; autē ex modo bibendi, quia ſcilicet menſuram in bibendo excedit: I

Concl.

num. Nec oportet probare hæc eſſe de mente authoris: quoniam in articulo hoc, & ſpecialiter in reſponſione ad primum clarè patet hanc eſſe doctrinam eius.

¶ Ad primā ergo obiectionē in oppoſitum dr̄, q̄ diſtinctio ſobrietatis ab abſtinentia non eſt ſuperflua, ſed neceſſaria. & cū dr̄, Si homo eſt abſtinens ſeruat menſurā in potu, ac per hoc nō eget ſobrietate: Rñdetur, q̄ ſeruare menſuram in potu contingit dupliciter. Vno modo, ſecundùm q̄ potus eſt delectabilis in ſeipſo. Alio modo, ſecūdùm q̄ potus delectabilis eſt ratio fumoſitatis perturbatiuæ rōnis. Abſtinēs ſeruat menſurā in potu primo modo. De ſecundo autē modo nō ſe impedit, quia eſt ſibi impertinens, & relinquit hoc ſobrietati. Et ſi inferetur, ergo abſtinens ſalua abſtinentia pōt inebriari, negatur ſequela: quia uirtutes ſunt connexæ, & qui una caret, nullam habet.

¶ Ad ſecūdā obiectionem iam patet rñſio, q̄ diſtinctiua nō ſūt, impedire rationē, & impedire rationē per fumoſitatē, ſed ſunt delectabile ex immoderātia ſua impediēs rationē, & delectabile ex eo, q̄ eſt rō fumoſitatis &c. impediens rōnē, quæ duo conſtat q̄ non ſe habent ſicut ſuperius, & inferius, ſed q̄ ſpecificè inter ſe diſtinguuntur: ac per hoc ſobrietas nec eſt ſpecies abſtinentiæ, nec coincidit cū illa. Vnde patet, q̄ non negamus ſobrietatem eſſe circa delectabile, ut ſubiuncta obiectio opponit, ſed dicimus q̄ utroque uirtus eſt circa delectabile in potu, ſed ſecundùm diuerſas rationes, ſecundùm quod potus delectabilis natus eſt diuerſis rationibus impedire rationis bonum, ut declaratum eſt. Ex quibus patet, quòd non ſolùm ebrietas eſt diſtinguenda à gula, ſed ſobrietas ab abſtinentia: & quòd falſum eſt, quòd abſtinentia ponat utrumque bonum, ſcilicet, K oppoſitum utrique uitio. Ponit enim moderatam delectationem in potu. ſed ponit rationem expeditam à potu delectabili, ut eſt ratio fumoſitatis, ſed ſolummodo à potu delectabili ſecundùm ſe.

SVP. QVAEST. CXXXXVIIII. ART. III.

IN articulo 3. eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad primū, aduerte, quòd Martinus ubi ſupra, dicit, Nec placet mihi opinio Thomæ dicentis, quòd licèt ad acquirendum ſapientiam quantum ſufficit ad ſalutem, non exigatur omnino abſtinere à uino: ad acquirendum tamen eam ſecundùm quendam perfectionis gradum, requiritur in aliquibus, quòd omnino abſtineant, niſi uelit ſaluare per hoc quod adiungit, Secundùm conditiones quarundam perſonarum, & locorum: quia non uidetur mihi, quòd uſus ſobrii uini noceat acquiſitioni excellentis ſapientiæ.

¶ Ad

Qñque autem ex parte aliorũ, qui ex hoc ſcandalizantur.

Ad I. ergo dicendum, ꝙ ſapientia põt haberi dupliciter. Vno modo, ſm̃ modum cõem, prout ſufficit ad ſalutem: & ſic non requiritur ad ſapientiã habendam, ꝙ aliquis à vino omnino abſtineat, ſed ꝙ abſtineat ab immoderato vſu vini. Alio modo, ſecũdum quendam pfectionis gradum: & ſic requirit̃ in aliquibus ad pfectè ſapientiã pcipiendã, ꝙ omnino à uino abſtineant, ſm̃ conditiones quarundam perſonarum, & locorum.

Ad II. dicendũ, ꝙ Apoſtolus non ſimpliciter dicit bonũ eſſe abſtinere à uino, ſed in caſu, in quo ex hoc aliq̃ ſcandalizant̃.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ Chriſtus retrahit nos à quibuſdã, ſicut omnino illicitis: à quibuſdã verò ſicut ab impedimentis perfectionis. Et hoc mõ retrahit aliquos à vino pp ſtudiũ perfectionis, ſicut à diuitijs, & alijs huiuſmodi.

Articvlvs IIII.

Vtrum ſobrietas magis requiratur in maioribus perſonis.

Ad qvartvm ſic pceditur. Vr̃ ꝙ ſobrietas magis requiratur in maioribus perſonis. Senectus. n. excellentiam quandã homini pſtat, undè & ſenib⁹ honor & reuerentia debetur, ſm̃ illud Leuit. 19 Corã cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, ſed Apoſtolus ſpecialiter ſenes dicit eſſe ad ſobrietatem exhortandos, ſm̃ illud ad Tit. 2. Senes, ut ſobrij ſint. ergo ſobrietas maximè requiritur in excellentioribus perſonis.

¶ 2 Pręt. Epiſcopus in Eccleſia excellentiſſimũ gradum habet, cui p Apoſtolum inducitur ſobrietas, ſm̃ illud 1. ad Timoth. 3. E Oportet epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris uirũ, ſobrium, prudẽtem &c. ergo ſobrietas maximè requiritur in perſonis excellentioribus.

¶ 3 Pręt. Sobrietas importat abſtinentiã à vino: ſed vinum interdicit̃ regibus, q̃ tenent ſummũ locum in humanis rebus. cõcedi tur autẽ his qui ſunt in ſtatu deſolationis, ſecũdum illud Prou. 31. Noli regib⁹ dare uinũ. & poſtea A ſubdit, Date ſicerã mœrentib⁹, & uinum his qui amaro animo ſunt. ergo ſobrietas magis req̃rit̃ in excellentioribus perſonis.

Sed contra eſt, qđ Apoſt. dicit 1. ad Timot. 3. Mulieres ſimiliter pudicas, ſobrias &c. & ad Tit. 2. dicitur, iuuenes ſimiliter hortare, ut ſobrii ſint.

Respon. Dicendũ, ꝙ uirtus habet habitudinẽ ad duo. Vno quidem modo, ad contraria vitia q̃ excludit, & concupiſcentias quas refrænat. Alio modo, ad finẽ, in quem perducit. ſic ergo aliqua uirtus magis requirit̃ in aliquib⁹ duplici ratione. Vno modo, quia in eis eſt maior pronitas ad concupiſcentias, quas oportet per uirtutem refrænari: & ad uitia, quæ per uirtutem tolluntur: & ſm̃ hoc ſobrietas maximè requiritur in iuuenib⁹, & mulieribus, quia in iuuenib⁹ C uiget concupiſcentia delectabilis pp feruorem ætatis: in mulieribus autem non eſt ſufficiẽs robur mẽtis ad hoc, ꝙ cõcupiſcẽtijs reſiſtant. Vnde ſm̃ Valeriũ Maximum, mulieres apud Romanos antiquitus non bibebãt vinum. Alio verò modo, ſobrietas magis requiritur in aliquib⁹ utpotè magis neceſſaria ad pꝓpriam operationem ipſorũ. Vinum autem immoderatè ſum- D ptum præcipuè impedit vſum rationis: & ideò ſenibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorũ eruditionẽ, & epiſcopis, ſeu quibuſlibet Eccleſiæ miniſtris, qui mente deuota debent ſpiritualibus officijs inſiſtere, & regibus, qui per ſapientiam debẽt populum ſubditum gubernare, ſpecialiter ſobrietas indicit̃. Et per hoc patet rñſio ad obiecta.

QVAESTIO CL.

De ebrietate, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de ebrietate.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ebrietas ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum mortale.

¶ Tertiò, Vtrum ſit grauiſſimum peccatorum. *Porrecta per totum.*

¶ Quartò, Vtrum excuſet à peccato.

Articvlvs primvs.

Vtrum ebrietas ſit peccatum. 724 *Mal. q. 14. a. 4. ad 2. Et ad Ti. 2 lec. 1. fi. Et 3. Ethic. lect. 12. E.*

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd ebrietas non ſit peccatum. Omne enim peccatum habet aliud peccatum ſibi oppoſitum, ſi-

¶ Adhanc ſiquidem Martini obiectionem nõ oportet reſpondere, tũ quia litera clarè dicit, ſecundum conditionem perſonarũ, & non dicit abſolutè, ꝙ pot⁹ vini impediat à perfecta ſapientia. Vndè hoc non eſt ſaluare doctrinam, qua ſi periclitantem vt arguens ſonat, ſed ſua obiectio eſt manifeſta diuiſio cõtextus: tum quia etiam ſi author non ſubiunxiſſet illa uerba, Secundùm cõditiones perſonarum &c. ex quo dixerat, ꝙ hoc requiritur in aliquibus, ſatis ſe præſeruauerat ab vniuerſaliter, & cõiter. Prodeſt ergo acquiſitioni ſapientię perfectæ abſtinentia à vino aliquibus, quibus ſcilicet abſtinere à vino eſt bonum ſupererogationis, ſicut ieiunium, & alia huiuſmodi. Et ꝑ oppoſitũ talibus non abſtinere à vino nocet, ſicut non ieiunare, quia impedit progreſſum ad perfectã ſapientiam, qua beati pacifici, qui filij Dei vocabuntur.

Porrecta per totum. SVP. Q. CXLIX. ART. IIII.

723 *1. Ti. 2. lec. 2 co. 3.* In artic. 4. eiuſdẽ q. dubiũ occurrit ex eo, ꝙ non bene ratio, quare ſenibus, epiſcopis, & regibus, ſpecialiter indicitur ſobrietas magis, q̃ iuuenibus, & mulieribus aſſignatur: qm̃ iuuenibus, & mulieribus opus eſt ſobrietate & propter concupiſcentias, & propter [illegible] operationem: ſenib⁹ autem pp operationẽ tantum, male ergo videtur diſtinctio iſta rationum aſſignata.

¶ Ad hoc dr̃, quòd diſtinctio, & ratio eſt optima, ſi formaliter intelligatur. Cõis neceſſitas quippè ſobrietatis in omnibus eſt pp cõem operationẽ rationis, ſ. pp vſum rationis, vt patet ex ipſa ſobrietatis natura. Sed loquendo de diuerſis conditionibus, & ſtatibus perſonarũ ſecundũ ſibi pprias: ita q. in iuuenibus, & mulieribus cõſiderẽtur & propriæ operationes, & concupiſcẽtiæ, & ſimiliter ī alijs, ſ. ſenibus, regibus, & epiſcopis, tunc ſ. formaliter loquendo iuuenibus, & mulieribus eſt neceſſaria ſobrietas pp concupiſcentias, & vitia. Nam his ſecluſis, nulla eſt operatio iuuenis ut ſic, aut mulieris ut ſic, q̃ exigat ſobrietatẽ ſpecialiter: quoniã nulla talis operatio exigit excellentiã puræ mẽtis. In ſenibus autem, epiſcopis, & regibus, ſecluſis concupiſcentijs, quia propriæ eorũ ut ſic operationes exigunt mentis puritatem excellẽtem pp eorum officia, vt patet in litera, ideò ex hac parte egẽt ſobrietate. Obiectio autẽ in oppoſitum procedit de operatione cõmuni omnibus, ſcilicet, vti rõne. Sermo autẽ pſens eſt de operatione propria conditionum, & ſtatuum. *Conclu.*

SVP. QV. CL. ART. I.

In art. 1. q. 150. circa ſignificationem ebrietatis, nota cõditiones primi ſignificati, quia defectus rationis non abſolutè, ſed ut cauſat⁹ ex multo vino potato, ſignificatur nomine ebrietatis primo modo, & ꝙ ſic non eſt nomen culpæ, ſed pœnæ ex culpa. Vbi appellatione vini intelligitur oẽ potabile inebriatiuũ, vt ceruiſia. Intelligun tur. n. ſecundario ſub principali, ſicut etiã ſunt adinuẽta ad ſupplendum principale. Et propterea debẽtes abſtinere aliquo die à uino, tenentur etiã abſtinere à ceruiſia. Sumit enim loco vini. Et quoniam uinum cauſare poteſt aliquid, potatum, vel non *Concl.*

Li. 2. c. 1. in titu. de vſu vini mulieribus interdicto.

cut timiditati audacia, & puſillanimitati præſumptio opponitur: ſed ebrietati nullum peccatum opponitur. ergo ebrietas non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Omne [h] peccatum eſt voluntarium: ſed nullus vult eſſe ebrius, quia nullus vult priuari vſu rationis. ergo ebrietas nõ eſt peccatum.

¶ 3 Præt. [h] Quicumq; eſt alteri ratio peccãdi, peccat. ſi ergo ebrietas eſſet peccatum, ſequeretur q illi, qui alios inuitãt ad potũ quo inebriantur, peccarent, quod videtur eſſe valdè durum.

¶ 4 Præt. Oĩbus peccatis [h] correctio debeẽ, ſed ebrijs non adhibeẽ correctio. dicit.n. Grego. q cum venia ſuo ingenio ſunt relinquendi, ne deteriores fiant, ſi à tali conſuetudine euellantur. ergo ebrietas non eſt peccatũ.

SED CONTRA eſt, qđ Apoſt. dicit ad Rom. 13. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.

RESPON. Dicendũ, q ebrietas dupliciter põt accipi. Vno mõ, prout ſignificat ipſum defectũ hoĩs, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit ut non ſit cõ
G pos rationis: & [m] ſm hoc ebrietas non nominat culpã, ſed defectum pœnalem conſequentem ex culpa.[n] Alio mõ, ebrietas poteſt nominare actum, quo quis in hunc defectum incidit, q põt cauſare ebrietatem dupliciter. Vno mõ, ex nimia vini fortitudine pter opinionẽ bibentis, & [p] ſic ẽt ebrietas põt accidere ſine pctõ, pcipuè ſi nõ ex negligẽtia hoĩs contingat: [q] & ſic credit Noe [4] inebriatus fuiſſe, vt legiẽ
H Gen. 9. Alio modo, ex inordinata cõcupiſcentia, & vſu uini: & [s] ſic ebrietas ponitur eſſe peccatum, & continetur ſub gula, ſi-

F non potatum, ſubiungitur ly potato, ad differentiam defectus rationis, qui conſequi poteſt ex vino odorato. Aiunt enim quoſdam ſolo odore vini, rationis vſũ perdere: talis enim defectus non eſt ebrietas, ſicut nec defectus rationis ſomno, vel quacumque cauſa alia à vino potato. Additur autem in littera, ly multò, quia vinum potatum non inebriat, niſi ſit multũ reſpectu illius qui bibit, quantumcunque in ſeipſo parũ ſit qđ bibitur: multum autem dicimus cõiter in quantitate. Poteſt tamen cõtingere, q multum ſ virtute tãtum, & nõ quãtitate inebriet, puta, ſi tãtundem ab eodem tunc benè dilutum bibitum nõ inebriaſſet. Tunc.n. multitudo virtutis, non quantitatis in cauſa eſt. Eſt autem defect⁹ iſte, qui ebrietas uocatur, pœna ex culpa actuali ſemp, ſed originali ſaltem. In ſtatu ſiquidem innocẽtiæ, ẽt ſi vſus vini fuiſſet, nullus fuiſſet ebrius, quia nullus error, aut infirmitas.

¶ In eodem articulo primo aduertẽ, quòd ebrietas pro actu inebriatiuo ad hoc q nõ ſit peccatum, duas habet conditiones. Prima eſt, q præter opinionem bibentis potus ſit inebriatiuus. Secũda, q nulla in hoc bibẽtis negligẽtia cõcurrat. Nam ſi credit quis, aut dubitat ſe inebriari, nõ excuſaẽ. Et ſimiliter, ſi non adhibet diligentiã ſuam in aduertẽdo quãtũ bibit, & cuius vigoris ſit vinũ, & qualiter ipſe bibẽs eſt diſpoſitus, puta, qa eſt valde calefactus, non excuſaẽ.

¶ In eodem art. 1. aduerte, q ebrietas ex inordinata concupiſcẽtia, & vſu vini ſemper eſt peccatum, ita q peccatum conſiſtit in actu, quo quis inordinato appetitu vtiẽ vino inebriatiuo, hoc eſt, inquantum eſt inebriatiuum. Iam enim dictũ eſt, quòd ad gulæ uitium, non ad ebrietatem ſpectat inordinatus vſus potus abſolutè: ad ebrietatem autem quatenus inebriatiuus.

¶ In eodem art. 1. circa illud, Ebrietas continetur ſub gula, ſicut ſpecies ſub genere, aduerte, quòd gula eſt nomen æquiuocum ad genus comeſſationis & ebrietatis, & ad ipſam ſpeciẽ comeſſationis, ita quòd tractatus habitus ſuperius de gula, non eſt habitus de gula ut eſt genus, ſed ut eſt ſpecies: quoniam tractatũ eſt de gula vt eſt uitium oppoſitum abſtinentiæ, vt expreſsè in principio q. 164. diuidendo dicitur. Et inter ſpecies gulæ nõ eſt computata ebrietas, quæ hic dicitur ſpecies gulæ, vt eſt genus, ſed ſolummodo enumeratæ ſunt ſpecies gulæ, quæ continenẽ ſub comeſſatione. Perinde igitur fuit tractare de gula, ac ſi de comeſſatione tractaretur: ſed quia ſpecies illa nomen generis ſibi vſurpauit, ſub gulæ nomine tractata eſt. In hoc autẽ loco gula non ſimiliter ſumitur, ſed pro genere communi ad gulam pro comeſſatione, & ebrietate.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum, dubium occurrit ad hominem. Superius namque author in quæſtione de gula artic. 3. ad tertium dixit, quòd nocumentum proueniens ex delectabili in cibo & potu, per accidens ſe habet ad gulam. In hac autem reſponſione de uitio oppoſito ebrietati tractans, ex nocumento naturæ culpam in abſtinendo à vino conſtituit. Si enim eſt per accidens, non debet ex hoc culpa conſtitui: & ſi ex hoc culpa conſtituitur, non eſt per accidens.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quòd aliud eſt dicere, quòd ex naturæ nocumento ſit culpa, & aliud quòd ex naturæ nocumento ſit culpa talis, ſcilicet oppoſita ebrietati. Author non dicit ſecundum, ſed primum, quod conſtat eſſe uerũ: quia eſt culpa, contra naturalẽ amorem ſui ipſius, quãmuis nõ opponatur ebrietati. Secundò dicitur, quòd per grauamen naturæ author intendit grauamen naturę quoad vſum rationis: & talis culpa, qua quis quoad vſum rationis ex abſtinentia vini grauaret naturam, oppoſiti conceditur ebrietati, quæ vſum rationis tollit ex nimio vſu vini. In ſuperioribus autem author dixit, q nocumẽtum corporis ſe habet per accidens ad gulam, & non dixit, q nocumentum rationis ſe habet per accidẽs: quin potius de nocumento rationis dixit in quæſtione præcedẽti articulo 2. q ſe habet per ſe ad abſtinentiam, ſobrietatem, & gulã, & ebrietatẽ.

¶ In eodem ar. 1 in reſponſione ad ſecũdũ dubiũ primò ex Martino in q. 1. de ebrietate occurrit contra authorem in hac ſolutione arguente dupliciter. Primò, qa hæc ſolutio non cõſonat doctrinæ ſequẽtis articuli, vbi dicitur, q ſi quis aduertit potum vini eſſe immoderatum, & inebriare potentem, magis tamen vellet ebrietatem incurrere, quàm à potu abſtinere, talis ppriè dicitur ebrius. Ex quibus arguitur ſic, Omnis, qui magis vult inebriari potu vini, q̃ à potu abſtinere, vult inebriari: ſed omnis propriè ebrius eſt huiuſmodi. ergo defectus ebrietatis eſt volũtarius. Secundo, Ratio peccati ebrietatis conſiſtit in volitione potus immoderati, & inebriantis ſciti q eſt talis. ergo ad ebrietatem formaliter, & propriè dictam, exigitur quòd potus ſecundùm quòd inebrians, ſit volitus. Conclu. m Concl. p D. 534. Concluſ. s

¶ Dubium deinde occurrit, quia falſum eſt, quòd nullus velit carere vſu rationis ex potu, cum aliqui ſint, qui ex induſtria ad hoc bibant vt inebrientur, & hoc delectantur, quod ſeipſos eximunt à rationis curis.

¶ Ad dubium ex Martino dicitur, quòd non inconuenit aliqđ eſſe voluntarium vno modo, quod alio modo eſt inuolũtariũ. Multipliciter enim dicitur uoluntarium, & inuoluntarium: ſed quãtum ad propoſitum ſpectat, dicitur dupliciter: ſcilicet dire-
I ctè, & in ſeipſo: vel indirectè, & in cauſa, ſeu alio, Ver. gra. Cum quis ſpontè currit, & indè fatigatur, curſus eſt directè, & in ſeipſo uolitus: laſſatio autem conſequens eſt indirectè, & in alio, hoc eſt, in curſu, ad quem cõſequitur volita, & nõ in ſeipſa, nec directè: & hi duo modi voluntarij, communes omnibus peccatis uidẽtur. Nam in peccato eſt aliquid, quod directè volumus, puta, accipere alienum, vti muliere nõ ſua &c. & aliquid, quod indirectè volumus, ſ. deformitatem peccati, quæ annexa eſt illi actui. Differunt autem huiuſmodi uoluntaria inter ſe in hoc, quòd primum eſt omnino voluntarium: ſecũdum autẽ eſt aliquo modo voluntarium, ſ. indirectè, & in cauſa, & aliquo modo inuoluntarium, ſ. directè, & in ſeipſo. Sic autem eſt in propoſito. Potus ſcitus quòd eſt immoderatus, & inebriatiuus, eſt in ſe, & directè uolitus: defectus autem rationis conſequens non eſt uolitus in ſeipſo, & directè, ſed tantummodo indirectè, & in ſua cauſa. In hac ergo ſolutione author loquitur de voluntario
K in ſeipſo, & directè, & dicit quòd defectus rationis eſt inuoluntarius, & benè: quia non eſt in ſe, & directè uolitus. In ſequenti autem articulo loquitur de uoluntario indirectè in ſua cauſa, non in uerbis allatis à Martino: quia in illis uerbis author loquitur nõ de defectu rationis conſequente, ſed de actu potatoris potẽte inebriare, quem diximus eſſe directè uolitum: ſed in verbis ſubiunctis, ſcilicet, quia ſecundùm hoc homo volens, & ſciens priuat ſe vſu rationis: & per hoc patet ſolutio primæ obiectionis.

¶ Ad ſecundam verò conceditur totum, ſed non eſt contra id quod diximus: quoniam aliud eſt potum inebriatiuum, ut ſic, eſſe cognitum & uolitum directè, & in ſeipſo: & aliud eſt defectũ rationis conſequentem ex huiuſmodi potu eſſe directè, & in ſeipſo uolitum. Ebrius propriè, & formaliter dicitur nõ à defectu rationis, qui cauſatur ex potu, ſed ex ipſo actu potente inebriare cognito, & uolito directè, qui ebrietas dicitur. Nam ſicut fornicator propriè ille eſt, qui ſcit hanc mulierem non eſſe ſuam,

& vult

cut ſpecies ſub genere.[a] Diuidit enim gula in comeſſationē, & ebrietatem, quæ prohibet Apoſtolus in authoritate inducta.

A D I. ergo dicēdum, ꝙ ſicut Philoſ. dicit in 3. æthic.* Inſenſibilitas, quæ opponitur tēperantiæ, non multum contingit. Et ideò tam ipſa, quàm omnes eius ſpecies, quæ opponuntur diuerſis ſpeciebus temperantiæ, nomine carent. Vndè & vitium qđ opponitur ebrietati, innominatum eſt: & tamen ſiquis ſcienter intantum à uino abſtineret, vt naturā multum grauaret, à culpa immunis non eſſet.

* Lib. 3. c. 11. tom. 5.

A D II. dicendū, ꝙ obiectio illa procedit de defectu cōſequēti, qui eſt inuoluntarius: ſed immoderatus uſus vini eſt uolūtarius, in quo peccati rō cōſiſtit.

A D III. dicendum, ꝙ ſicut ille qui inebriatur, excuſat à peccato, ſi ignorat fortitudinē vini: ita etiā ille qui inuitat aliquē ad bibēdum excuſatur à peccato, ſi ignoret talem eſſe conditionē bibentis, vt ex hoc potu inebrietur: ſed ſi ignorantia deſit, neuter à peccato excuſatur.

De inuitātibus ad bibendū.

A D IIII. dicendum, ꝙ aliquādo correctio peccatoris eſt intermittenda, ne fiat inde deterior, vt ſup. dictū eſt*. Vñ Augu. dicit in Epiſtola ad Aureliū epiſcopū, * de comeſſatiouibus & ebrietatibus loquens. Nō aſperè, quantū æſtimo, non durè, nō impetuosè iſta tollūtur, ſed magis docendo q̄ iubendo, magis mouendo q̄ minando. Sic .n. agēdum eſt in multitudine peccantium: ſeueritas autem exercenda eſt in peccato paucorum.

* q. 33. ar. 6.

* Epiſtol. 64. parū ante medium, tomo 2.

Ex Augu. vide modū corrigēdi multitudinē.

A R T I C V L V S II.

Vtrum ebrietas ſit peccatum mortale.

B A D SECVNDVM ſic procedit. Videtur ꝙ ebrietas non ſit peccatum mortale. Auguſt. n. in ſermone de purgatorio * dicit, ebrietatem eſſe peccatum mortale, ſi ſit[b] aſſidua: ſed aſſiduitas importat circunſtātiā, quę non trahit in aliam ſpeciem peccati: & ſic nō pōt in infinitum aggrauare, vt de ueniali faciat mortale, ſicut ex ſupradictis patet.† ergo ſi aliàs ebrietas non eſt peccatum mortale, nec ēt hoc modo erit peccatum mortale.

* in ſer. 4. in die animarū, to. 10.

† 1. 2. q6. 88. artic. 7.

G ¶ 2 Præt. Auguſt. dicit in eodem ſermone. * Quotiēs aliquis in cibo, aut[h] potu plus accipit q̄ neceſſe eſt, ad minuta peccata nouerit pertinere: peccata autem minuta dicuntur venialia. ergo ebrietas, quę cauſatur ex immoderato potu, eſt pctm̄ veniale.

* Serm. 4. in die animarū ante mediū, tom. 10.

¶ 3 Pręt. Nullum peccatum mortale eſt faciendum propter medicinam: ſed aliqui[h] ſuperfluè bi-D bunt ſcd̄m cōſilium medicinę, vt poſtea per uomitum purgētur, & ex hoc ſuperfluo potu ſequit̃ ebrietas. ergo ebrietas non eſt peccatum mortale.

S ED CONTRA eſt, quod in canonibus Apoſtol.† legitur. Epiſcopus, aut presbyter, aut dya-

† Can. 42.

& vult vti illa, quod eſt fornicari: ita ebrius eſt, qui ſcit hunc potum eſſe inebriatiuum, & uult illo uti, quod eſt inebriari, ut inebriari ſonat actum moralem. Ex hoc enim tamquàm ex intento per ſe & directè, ut in ſequenti litera dicitur, ſumit ſpeciem ebrietatis uitium non ex defectu conſequente, qui indirectè, & in ſua cauſa tantum eſt volitus.

¶ Ad ſecūdū dubium dicitur, quòd inebriare ſe ex īduſtria ut careat vſu rationis, videtur eſſe ualdè paucorum: qm̃ carere uſu rationis, cōiter ebrij incurrunt magis quā appetāt. In quibus tamen appetitus directè tendit ad carētiā vſus rōnis, & ad hoc ebrietate utuntur tāquàm inſtrumēto delectabili, uitium plusquàm humanum uidetur, & ad beſtialitatis uitia pertinere. Velle namque directè ſe priuare vſu rationis nil aliud eſt, q̄ uelle ſe facere irrationale, ac brutum animal pro tunc. Author autē de ebrietate, ut eſt humanum uitium, loquit̃ ſecūdum id, quod cōmuniter in hominib. inuenitur. Conſtat nāque ꝙ cōiter nullus directè uult ſe priuare uſu rationis.

S V P E R Q. CL. ART. II.

IN artic. 2. eiuſdem q. 150. dubiū occurrit, An potus uini ex hoc ipſo reddatur culpabilis mortaliter, ꝙ priuat ſciētem, & uolentem uſu rationis. Et huic annectitur alterum dubiū, an huiuſmodi pot⁹ habeat rationē peccati mortalis ex ipſo dāno vſus rationis, an ex periculo, qa ſcilicet exponit hominem periculo peccatorū mortalium, an ex utroq; ſimul. In litera ſiquidem utrumq; ſimul ponitur. Eſt ſiquidem primi dubij ratio, quia nulla cōditio, quæ poteſt ſaluari tam in actu virtuoſo, quàm uitioſo, facit ex ſe ſufficienter actum mortaliter culpabilem: ſed iſta conditio, ſcilicet inferre priuationē vſus rationis, pōt ſaluari in actu virtuoſo & uitioſo. ergo actus potus ex hoc quòd eſt priuatiuus uſus rationis, non eſt peccatū mortale. Minor probatur multipliciter. Primò, quia ſciēs & volens dormire, vult ſe priuare vſu rationis, & tamen non peccat. Secundò, quia propter uomitum inebrians ſe nō peccat. Nec valet, inquit Martinus, quòd ait Thomas in reſpōſione ad tertiū, quòd quia uomitus poteſt fieri per aquam tepidam, ideò propter hanc cauſam non excuſaretur quis ab ebrietate, tum quia potus tepidæ aquæ non prouocat uomitum in hominibus omnibus; tum quia uomitus ex alia & alia cauſa prouocatus, alias ſuperfluitates emittit. Tertiò, quia ſi quis eſſet talis complexionis, q ex uino quantumcūq; & qualitercumq; ſumpto inebriaretur, & ex alio potu grauius læderetur in corpore, ille eſſet perplexus, ſi non liceret ſibi uti minus malo bibendo vinum, p hoc ſcienter inebriando ſe. Quartò, ad euitandam ſæuitiam tyrāni, vel infidelis, in caſu homo poſſet ſe inebriare, vt ſic relinqueret pro cōi bono &c. Hæc ſunt motiua ſumpta ex Martino ubi ſu-

A pra. Qui etiam ibidem tenens concluſionem dictarum rationū, ſoluit rationes authoris in hoc art. Negat ſiquidem illam maiorem. Quicumque ſciens & uolens priuat ſe vſu rationis, pp inſtantias ſupradictas. Ad ſecundum uerò rationem de periculo dicit tria. Primò, quòd huiuſmodi pericula non ſunt cōia omnibus ebrijs. Secūdò, quòd huiuſmodi pe riculis poteſt prouideri ne ſequantur, pcipiendo prius ꝙ caueatur, & obſeruetur cū erit ebrius. Tertiò, ꝙ duplex eſt periculū, circundans, uel inuolués. Et quòd licet nō poſſit quis exponere ſe periculo inuoluenti, ſecus eſt de periculo circundante, quale eſt iſtud quandoq;. Et ad authoritatem Ambroſij in litera allatam dicit, ꝙ loquit̃ Ambr. non vniuerſaliter, ſed ſecundū id, quod multis accidit. Ad rationem verò allatam in litera arguēdo in oppoſitū ex canonibus Apoſtolorū, dicit duo. Primò, ꝙ non loquitur, niſi de aſſiduis in ebrietate, ut oſtendit ly deſeruiens ebrietati. Secundò, q. huiuſmodi pœnæ non ſolū pro mortali, ſed etiam aliquādo pro ueniali, & ſine culpa, non tamē ſine cauſa imponuntur, pcipuè propter indecētiam, & exprobrationem factū, ut eſt ebrietas. Secūdi autem dubij ratio ex Martino iā dicta eſt. Et aſſignatur alia, quia pericula conſequētia per accidens ſe habent. Species autem mortalis peccati non attendit̃ ſecūdùm ea, quę ſunt per accidens, ſed ſecūdùm id, quod per ſe ē obiectum actus.

Porrecta per totū.

725

1. 2. q. 88 ar. 5. ad 1. Et 2. d. 24 q. 2. art. 6. co. Et ma. q. 2. art. 8. ad 3. Et Ro. 13. lec. 3. Et 1. cor. 5. lect. 3.

¶ Ad euidētiam horū ſciēdū, ꝙ author nō dicit, ꝙ priuare ſe vſu rationis conſtituat peccatū mortale, aut veniale: ſed docet, quòd priuare ſe uſu rationis ex inordinata concupiſcentia uini, eſt peccatum mortale. Et ſi quæratur, in quo conſiſtit iſta inordinatio: In promptu eſt reſponſio, quòd conſiſtit in hoc, quòd E propter delectationem in potu non curat ſciens, & uolens priuare ſe uſu rationis, ita quòd non priuatio uſus rationis abſolutè, nec delectatio in potu uini abſolutè, culpam conſtituit, ſed delectio in potu vini inebriantis in ſciente, & uolente illam, conſtituit rationem culpæ mortalis. Et in hoc propriè conſiſtit actus ebrietatis, qui cum intemperantiæ ſpecies ſit, eſt circa delectabile ſecundùm ſenſum tactus, quale eſt potus vini ebriantis. Ex hoc autem fundamento patet primo, quòd rationes Martini non ſunt contra authoris doctrinam de ebrietate formaliter loquendo: ſed allatæ ſuæ rationes ſi concludunt, inferunt tantum, quòd ebrietas materialiter, hoc eſt, bibere aduertenter vſque ad mentis alienationem non propter delectationem potus, ſed propter aliquam honeſtam in ſe cauſam eſt licita, quod nunc non affirmo, nec inficior. Sed in reſponſione ad tertium hæc quæſtio tractabitur. & ſi Deus lumen dederit, determinabitur. Patet ſecundò, quòd ſolutio Martini ad primam rationem authoris

conus aleæ, aut ebrietati deſeruiēs, aut deſinat, aut deponat. Subdiacon⁹ aūt, aut lector, aut cātor ſimilia faciēs, aut deſinat, aut cōione priuet, ſilr & laicus: ſed tales pœnæ nō inſligunt: niſi pro peccato mortali. ergo ebrietas eſt peccatum mortale.

G RESP. Dicēdū, ꝙ culpa ebrietatis, ſicut dictū eſt, * cōſiſtit in inordinato vſu & cōcupiſcētia vini. Hoc aūt cōtingit eſſe tripliciter. Vno mō ſic, ꝙ neſciat potū eſſe immoderatū, & inebriare potentē: & ſic ebrietas pōt eſſe ſine peccato, vt dictū eſt.* Alio mō ſic, ꝙ aliqs percipiat potū eſſe immoderatū, nō tñ æſtimat potū inebriare potentē: & ᵐ ſic ebrietas pōt eſſe cū peccato veniali.ⁿ Tertio modo, pōt eſſe ꝙ aliquis benè aduertat potū eſſe immoderatum & inebriantē, & tñ magis vult ebrietatē incurrere, q̄ à potu abſtinere: & talis propriè dicitur ebrius, quia moralia recipiunt ſpeciē nō ab his, quæ per accidens eueniūt præter intentionē, ſed ab eo qđ eſt per ſe intentū. Et ᵖ ſic ebrietas eſt peccatum mortale, ᑫ quia ſecundùm

authoris data, nihil ualet, quia loquitur de priuatione uſus rōnis abſolutè, & author loquitur de priuatione uſus rationis ex delectabili inebriatiuo potu. De dictis autē ad rationem de periculo, & obiectione allata in ſecundo dubio, dicendum eſt, ꝙ cū ebrietas directè opponatur bono rationis humanæ, hoc eſt, uſus rationis humanæ, & reliqua uitia eſſentialiter ex ſuis directè malis ſpeciem, grauitatéq; habeāt, non eſt aliter de ebrietate dicendū, ſed diſtinguēdū potius eſt, ꝙ ebrietas habet duplicē grauitatē, unā ſubſtantialem, & hæc attēditur ſecundùm ipſum rationis uſum & delectabili potu priuatū: alterā conſequenter ſe habentē, & hæc attenditur penès periculū mala committendi, & penès omiſſionem bonorū, quæ operari, aut conſequi debuiſſet. Et licèt hæc ſe habeant per accidens pro quāto ſunt extra ſpeciem, non tamen ſe habent per accidens pro quanto ſunt regulariter, ſeu communiter conſequentia, & præuiſa in cōmuni, uel ſaltem in ſua cauſa. Vnde ad dubium dico, quòd non ex hoc primo habet ebrietas, quòd ſit peccatum, & quòd H ſit mortale, ſed hoc habet primo, ut dictum eſt, ex ſuo genere, & ſecundario habet ex hoc, ſcilicet, ex periculo mortalis peccati, cui ſe ſciens, & uolens committit. Quòd autem huiuſmodi pericula non ſint communia omnibus ebriis, ut prima Martini obiectio dicit, nihil obſtat, ſi ſunt conſequentia ut in pluribus. Moralis enim doctrina attendit id, quod communiter accidit. Quòd uerò huiuſmodi periculis poſſit prius ebrius prouidere per alios ne occurrant, ut ſecundo obiicitur, falſum primò eſt quoad concupiſcentias, & malas locutiones, puta, uelle percutere, uel occidere, uel adulterari, & dicere turpia, quamuis in quibuſdam potantibus uerum ſit quoad executiones exteriores, puta, ne percutiant, uel occidant claudendo ipſos in camera. Deinde, quia iſtæ prouiſiones ſunt per accidens, & paucis conueniunt: ideò attendendo ad ea, quæ conſequuntur actum ebrietatis ex ſua natura, vt author docet, dicitur quòd hæc ſecundaria grauitas non excuſatur propter huiuſ- I modi potentiam prouidendi, quàmuis ſi prouiſiones apponerent, diminueretur, & excuſarentur à tanto, ſed non à toto. Diſtinctio demum tertio loco adducta de periculo circunſtante, & inuoluente, non ſoluit, ſi communiter pericula mortalis peccati conſequuntur, quia tunc eſſet periculum inuoluens hominem in peccato mortali. An autem ebrii communiter in hoc incidant, fateor me neſcire, quia non uidi multos ebrios. Quàmuis autem reſponſio iſta quoad grauitatem ex periculo, quoad primam partem ſit optima, quòd ſcilicet grauitas ſubſtantialis eſt ex ſuo genere conſequens ex periculo, quoad ſecundam tamen partem, ſcilicet quòd ſit ebrietas etiam mortalis ex periculo, non uidetur uera, nec habetur in litera ab authore. Litera enim debet ſic punctuari, Vel ly, Et ſicut peccat mortaliter, ſit concluſio ſequens ex præcedenti medio, quia ſcilicet ſciens, & volens priuat ſe &c. & poſtmodum ſubiungi, Committens ſe periculo peccandi. Coniungendum eſt K enim cum ſequenti probatione ex authoritate Ambroſij, ita quod ly, Committens ſe periculo peccandi, non eſt expoſitio, aut redditio alterius rationis, aut adminiculum præcedentis rationis, quare peccat mortaliter, ſed eſt ſubiunctio communitatis ad ebrietatem aggrauantis ipſam. Cuius ſignum eſt, quod non dicit author, Committens ſe periculo peccandi mortaliter, ſed periculo peccandi: & hoc etiam in communi probat ex Ambroſio. Conſtat autem quòd ex periculo peccandi non peccat homo mortaliter, & ſic proculdubio intendit author: & hoc etiam uidetur uerum ſecundùm ſe, quia non apparet quantum ego ſcio, quòd communiter ebrii incurrant actus peccatorum mortalium, ſed multi dormiunt, multi ſunt otioſi &c. Doctrina autem moralis ſecundùm communiter accidentia tradenda eſt. Nec obſtat, quòd poſt hoc author infert. Vndè ebrietas per ſe loquendo, eſt peccatum mortale: quoniam illatio iſta ex ratione inducta, de damno uſus rationis intelligenda eſt, quam comitatur periculum peccan-

F di in communi: ſiuè mortaliter, ſiuè uenialiter.

¶ Ad dicta autem Martini contra argumentum authoris ex pœna in canonibus Apoſtolorum, facilè dici poteſt, ꝙ author non inducit illum canonem, niſi vt argumentum pro altera parte, ad quod non requiritur ꝙ neceſſario concludat, ſed ſat eſt ꝙ eſt probabile. Dicitur tamen ſecundo, ꝙ tales pœnæ ſic modificatæ monitorio præmittendo, non niſi pro mortali peccato imponi uidentur. Ex eo enim quòd moneri prius mandatur ut deſinant, actus culpabiles oſtendūtur exerceri. Ex eo uero quòd obſtinatis priuatio communionis, & depoſitionis apponitur, inſinuatur, quòd culpa non eſt toleranda: & ſic uidetur mortale.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſecundi articuli dubiū ex Martino occurrit ubi ſupra, arguente contra hanc ſolutionem, quòd relinquat multa ſub dubio: & arguit dupliciter. Primò. Quæro de illo qui primò, & ſecundò ſe inebriando, cognoſcit hæc duo, quæ in litera ponuntur, ſcilicet fortitudinem uini, & habilitatem propriam H ad ebrietatem, utrum tertia ebrietas ſit peccatum mortale. ſi ſic, ſequitur quòd ebrietas non aſſidua, eſt peccatum mortale. ſi non, ſequitur quòd ex concupiſcentia uini, ſciens & uolens ebrius non peccat mortaliter, contra ipſum Thomam. Secundò, quòd poſito caſu, in quo quis aſſidua ebrietate uenerit in dictam cognitionem, & ſtatim abſtineat, adeò quòd ex aſſiduitate genitus habitus corrumpatur, & poſt ex paſſione concupiſcentiæ inebrietur ſcienter. Tunc ſic. Aut ille peccat mortaliter in iſta ebrietate, aut non. ſi ſic, ergo aliquis non aſſiduus inebriando ſe, peccat mortaliter. ſi non, ergo uolens & ſciens ex concupiſcentia uini ebrius non peccat mortaliter: quod eſt contra Thomam.

¶ Ad hæc dicitur, quòd ex malo intellectu, immò ex appoſitione extranei ſenſus huic literæ, procedunt obiectiones. Non enim dicit, aut ſomniauit etiam author, quòd aſſiduitas requiratur ad hoc, quòd ebrietas ſit peccatum mortale, ut I obiectiones imponunt: ſed Auguſtinum opponentem conditionem aſſiduitatis reuerenter gloſſat, quod intelligitur de aſſiduitate quoad effectum, qui eſt cognoſcere fortitudinem uini, & habilitatem propriam ad ebrietatem. Et quoniam huiuſmodi cognitio non eſt effectus proprius aſſiduitatis ebrietatis, quoniam ſine tali aſſiduitate poteſt talis cognitio haberi: idcirco ſine aſſiduitate tam præſenti, quàm præterita eſt ebrietas peccatum mortale, ſi adſit dicta cognitio. Nec hoc eſt contra Auguſtinum, quoniam ipſe dicit affirmatiuam, ſcilicet ꝙ ebrietas aſſidua, id eſt, habens talem cognitionem, eſt mortale: & non negatiuam, ſcilicet, niſi ſit aſſidua. Quàmuis etiam ſi diceret negatiuam, gloſſaretur ut dictum eſt, aſſidua, hoc eſt, habens cognitionem fortitudinis uini, & propriæ habilitatis: quia de aſſiduitate non ſecundum ſe, ſed ratione talis effectus intelligitur.

¶ Ad utramque ergo obiectionem, ſeu quæſtionem dicitur, ꝙ K utrobique eſt peccatum mortale, quia interuenit effectus aſſiduitatis neceſſarius ad ebrietatem, quamuis non interueniat aſſiduitas, ut patet ex dictis. Sciens enim & uolens ex delectatione uini in utroque caſu inebriet ſe.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad ſecundum dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hanc ſolutionem dicendo. Hæc ſolutio non uidetur euacuare uim authoritatis Auguſtini: & arguitur ſic. Cum ſumitur potus uſque ad ebrietatem, ſumitur pluſquàm neceſſe ſit. ergo non quoties ſumitur pluſquam neceſſe ſit, pertinet ad minuta peccata, aut ebrietas pertinet ad minuta peccata. Hoc eſt contra Thomam. Maior eſt certa: concluſio eſt contra Auguſtini authoritatem arguendo allata.

¶ Ad hoc dicitur, quòd obiectio procedit ex nō formali intellectu literæ. Nā peccatū cōſiſtens in hoc, quòd delectatio cibi, uel potus facit hominem comedere, aut bibere plus quàm oportet, ita quòd ex hoc formaliter habeat ſpeciem, ſpectat ad gulam, ut

prius

* Ar. præced.

* Ar. præced.

Concl. m

Concl. p

prius paruit: Delectatio aũt trahens hominem ad bibendũ vſq; ad ebrietatem, licèt inferat etiam potum pluſquàm oportet, nõ tamen ex hoc trahit ſpeciem, ſed ex hoc quòd eſt inebrietatiua. Et propterea illa propoſitio. Cũ ſumitur potus vſq; ad ebrietatem, ſumitur pluſq̃ oportet, diſtinguenda eſt: q̃ ſi intelligitur formaliter & completiuè, ita q̃ ly pluſquã oportet, ſit in quo cõpleatur peccatũ, falſa eſt. Si aũt intelligitur circunſtãter, ita q̃ ad ebrietatẽ cõcurrit, vt circunſtantia quędã, ly pluſquàm oportet, ſic eſt vera. Auguſtinꝰ ergo, & author tradũt q̃ ſumere pluſquàm oportet formaliter & cõpletiuè, ita q̃ in ly plus, cõpletur rõ peccati, ſpectat ad peccata minuta, & ad gulã. Et quia hoc intendit author, vt patet ex ſupradictis, ideò patet quòd reſponſio authoris optimè facit ſatis authoritati Auguſtini.

*Lib. 1. de Abrahã, ca. 6. non ꝓcul a fine, to. 4.

hoc homo uolens & ſciens priuat ſe uſu rationis, quo ẽm uirtutem operatur, & peccata declinat: & ſic peccat mortaliter periculo peccandi ſe cõmittẽs. Dicit. n. Ambr. in lib. de Patriarchis, *Vitandam dicimus ebrietatẽ, per quam uitia cauere non poſſumus. Nam quę ſobrij cauemus, per ebrietatem ignorãtes committimus: undè ebrietas, ꝑ ſe loquendo, eſt pctm̃ mortale.

¶ In reſponſione ad tertium iam tactum & promiſſum dubiũ occurrit. An ebrietas ſcienter nõ ex delectatione potus, ſed propter medicinam, ſit licita. Et ultra ſuperius allata ex Martino occurrit alia dubitandi ratio, quia in littera author non dicit ſimpliciter non licere propter medicinam, ſed dicit non licere propter vomitum, quia põt aliter procurari uomitus. Et propterea reſtat quæſtio de iſta conditionali, Si medici conſulunt ebrietatem pro ſanitate recuperanda, nunquid liceat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ſi medicinæ ars diſponeret ebrietatem eſſe neceſſariam ad euacuationem, ſeu curam alicuius infirmitatis, ebrietas in illo caſu non eſſet ebrietas formaliter, quæ eſt peccatum, ſed materialiter tantum, quoniam non eſſet ex delectatione in potu uini, & eſſet licita. Et ratio eſt illa, quã author in hac littera explicat, ſcilicet, quia talis potus eſſet moderatus infirmo, qui non eſt moderatus ſano. Iſta enim propoſitio directè ſubſumitur ſub uniuerſali regula in littera tradita de cibo, vel potu immoderato reſpectiue. An autem ita ſit de facto, q̃ medicina diſponat in aliquo caſu neceſſariam eſſe ebrietatem, non eſt philoſophi moralis, nec theologi, ſed ſcientię medicinę opus. Nec huic concluſioni obſtant uerba ſubiuncta in littera, de vomitu per aquam tepidam, vt Martinus obiecit, quoniam author loquitur de vomitu formaliter, & non de tali uomitu, nec de uomitu talis perſonæ. Et intendit, quòd quia ad procurandum vomitum, ut ſic nõ eſt neceſſaria ebrietas, ideò nõ ex-
D cuſaretur ab ebrietate, ſi quis propterea inebriaretur, vtpotè inferendo ſibiipſi malũ ſinè neceſſitate. Secus autem eſt de tali vomitu, aut de uomitu in tali perſona: ſi neceſſaria eſt ebrietas ad talem vomitum, aut talem perſonam. Ex his autem ad duos caſus Martini ſupra recitatos, dicendum eſt. Et ad illum quidẽ de homine ſic cõplexionato, ſeu infirmo, quòd cum vino inebriatur, ſine uino grauius infirmatur, ſtãdum eſſet conſilio medicinæ, eo q̃ regula cibi & potus infirmorum in ordine ad ſanitatem corporis ad artem medicinę ſpectat. Ad alterum verò de ebrietate ad euitandum ſæuitiam tyranni, aut infidelis, reſpõdetur, quòd cum potus talis in ordine ad proprium & proximum finẽ ſit immoderatus, quia in ordine ad corpus & vſum rationis eſt immoderatus, & huiuſmodi immoderatio ſcienter facta ſit peccatum ex ſuo genere, & non ſint facienda mala, vt eueniant bona, non excuſaretur à peccato non ſolum qui inebriaretur, ſed nec ſi medium excederet in cibo & potu ut euaderet ſæuitiam tyranni, aut infidelis. Non ſunt enim hæc congrua media ad huiuſmodi finem.

¶ In eodem ſecundo articulo q. 105. dubium circa principalem concluſionem occurrit, An ſcilicet ebrietas ſit mortale peccatũ. Videtur namque ratio in oppoſitum, quoniam delectatio impeditiua uſus rationis, ſeu concupiſcentia vini impeditiua vſus rationis quæ aſſignatur pro cauſa peccati mortalis, non eſt ſufficiens ratio peccati mortalis, quàmuis ſit ſufficiens cauſa peccati: quoniam nec delectatio, ſeu concupiſcentia vini ſecundũ ſe eſt peccatum mortale, niſi in ea ponatur finis ultimus, quod eſt extra propoſitũ: nec priuare ſe vſu rationis abſolutè eſt peccatum mortale, vt patet de dormiente uoluntariè. Si igitur eſt hæc peccatum mortale, oportet q̃ ſit ex utroq; ſimul iuncto, ſcilicet ex hoc quòd concupiſcentia, ſeu delectatio vini eſt ablatiua uſus rationis, & hoc ſuperius affirmauimus: ſed q̃ hæc duo ſimul non ſufficiant ad peccatum mortale, probatur dupliciter.
A ter. Primò, ducendo ad inconueniens, ſcilicet quòd ſciẽs, & uolens dormire ſuperfluè ex delectatione, quam percipit in aquę ſtillantis ſonitu, peccaret mortaliter: quoniam utrobiq; ex delectabili volens & ſciens priuat ſe quis uſu rationis. Et ſimiliter quicumque ex aliqua cauſa veniali ſecundum ſe volens & ſciẽs ſine neceſſitate dormiret, peccaret mortaliter, quia ex propoſito, & cauſa mala priuaret ſe uſu rationis. Nil. n. plus mali culpę aſſignatur in cauſa ebrietatis, quàm in iſtis. Deinde probat oſtenſiuè: quia priuate ſe uſu rationis contingit dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, & ad modicũ tempus. Primo modo eſt maximum malum, ut patet in amentibus & nullo modo licet, multò minus, quàm priuare aliquem uiſu corporali. Sed ſecundo modo conſtat, q̃ non eſt peccatum mortale ex ſuo genere, vt patet ex ſomno, & dormiente ſuperfluè ſcienter. Oportet ergo aliquid apponere, vnde habeat rationem peccati mortalis: ſed ex adiuncta concupiſcentia, aut delectatione potus uini, hoc non habetur, quia ſecundùm ſe aut non eſt peccatum, aut veniale. ergo.

Ad I. ergo dicendũ, q̃ aſſiduitas facit ebrietatẽ eſſe peccatũ mortale non propter ſolam iterationem actus: ſed quia nõ poteſt eſſe, q̃ homo aſſiduè inebriet, quin ſciẽs & uolẽs ebrietatẽ incurrat: dũ multotiens experit̃ fortitudinem uini, & ſuã
B habilitatem ad ebrietatem.

Ad II. dicendũ, q̃ plus ſumere in cibo & potu, quàm neceſſe ſit, pertinet ad uitium gulæ,

¶ Ad hoc poteſt dici, nouam introducendo opinionem, immò prius antiquam renouando, quòd ebrietas niſi ſit aſſidua, non eſt peccatum mortale non quod iteratio actus faciat de ueniali
¶ Quintũ eſt, q ſi ſint duæ puellæ uirgines, quarum una commiſceatur uiro per menſem ſine ſeminis effuſione: altera uerò conſentiat in commiſtio-

*Cap.13. in princ. tom.6. nem, & per menſem, ſed impedita non cõmiſceretur, ſequeretur q prima eſſet ita immunis à corruptione oppoſita uirginitati, ſicut ſecunda.

¶ Ad euidentiam horum ſcito primo, quòd uirginitas ſumitur dupliciter, ſ. naturaliter, uel moraliter. Et rurſus moraliter ſumitur dupliciter, ſcilicet pro quodam caſtitatis ſtatu, & prout eſt ſpecialis uirtus à caſtitate diſtincta. Virginitas naturalis conſiſtit in naturali integritate membrorum. Secundum cõmunem n. uſum loquendi, illas appellamus uirgines, quę integritatem carnis, quam a natura habent, ſeruant: & ad hoc inſpiciuntur quãdoque mulieres ſi ſint uirgines. Virginitas, ut eſt ſtatus caſtitatis, requirit duas conditiones. Primò, quòd perſona non ſit uoluntariè polluta. Secundo, q ſit in propoſito ſic ſe ſeruandi, niſi matrimonio iungatur: & hoc modo puellæ nubiles caſtæ dicuntur uirgines. Virginitas prout eſt ſpecialis uirtus, addit ſupra uirginitatis ſtatũ ꝑpetuitatẽ uoto firmatã, ut patebit: & hoc modo author tractat de uirginitate hoc in loco. Scito deinde, q noua hæc opinio, quam Martinus introducere nititur de uirginitatis materia, ſcilicet quòd eſt integritas oppoſita corruptioni per libidinoſum actum, irrationabilis eſt, & procul à piis, & pudicis auribus abiicienda: quod monſtratur & oſtenſiuè, & ducendo ad inconueniens. Oſtenſiuè quidem, quia libidinoſus ille actus, quem etiam turpe eſt dicere, per ſe ordinatur ad ſeminis delectationẽ. Quod manifeſtè patet ex hoc, q uterq; ſexus ab huiuſmodi actibus ceſſat, cum ad reſolutionem ſeminis peruẽtum eſt: & numquàm naturali ordine ceſſat, quouſque ad hoc perueniat. Quia ergo intemperantia eſt circa delectabile ſecundum tactum, & omnes eius ſpecies ſunt circa aliquod delectabile præcipuum ſecundùm tactum, conſequens eſt ut uirginitas ſit circa præcipuum delectabile ſecundùm tactum inter ea, quæ ad ipſam ſpectant: ſed præcipua delectatio non eſt in iſtis libidinoſis actibus, ſed in ipſa ſeminis reſolutione. ergo talis delectatio eſt propria materia uirginitatis. Et confirmatur, quia

F ubi vnũ pp alterum, ibi vnũ tm: ſed actus libidinoſus eſt, et fit & naturaliter pp ſeminis reſolutionẽ, & illa delectatio propter iſtã delectationẽ. ergo ſola delectatio in ſeminis reſolutione eſt materia virginitatis. Et confirmatur rurſus ab oppoſitis: quia cætera vitia luxuriæ ſecundum perfectam ſuæ ſpeciei rationẽ conſtituuntur ex aliqua reſolutione ſeminis, ut patet de fornicatione, adulterio, inceſtu, mollitie, ſodomia &c. ergo ſtuprũ cõſiſtit etiã in aliqua inordinata ſeminis emiſſione, ac per hoc uirginitas oppoſitã

* Ca.8. in in fi.to.6

conſiſtit in abſtinentia ab huiuſmodi delectatione. Ducit autẽ ad inconueniens maximum hæc nouitas: qm ſecundùm hoc iã mulier, quàm uir uoluntariè in moroſis delectationibus inhoneſtatis manentes, & aduertenter nolẽtes indè ſequi pollutiones, quæ ſic diſpoſitis communiter adueniunt, tũc poſt mille pollutiones uoluntarias, ſine exteriori tamen procuratione, eſſent uirgines mora-

*In lib. de uirgin. in 2.fo. a pri̅ 1.li b.to 2

liter: qua integritatẽ oppoſitam libidini ſę corruptioni omnino ſeruare uolunt. Hoc autem non ſolùm uiri docti, ſed ipſæ mulieres uirgines nõ admittunt: & quo modo poteſt ſuſtineri, ut illuſtrior portio gregis Chriſti uirginitas compatiatur ſecũ, quæ communis caſtitas non compatitur? Communis ſiquidẽ animi conceptio omnium Chriſtianorum eſſe uidetur, quòd uirginitas ſanctior eſt caſtitate. Quo autem pacto ſanctior, ſi ſecum compatitur tot peccata mortalia, carnalia, naturalia, confirmata, quæ caſtitas conſtat, quòd non compatitur ſecum? Et benè nota, quòd hoc inconueniens non eſt inconueniens ex aliquo caſu per accidens in infirmitate, ſed ſtando infra naturalem communemque curſum rerum, frequenter iſtud inconueniens accideret. Sequendo ergo patrum ueſtigia, ad obiecta reſpondendum eſt.

¶ Ad duas obiectiones in primo dubio iam patet reſponſio ex dictis, ſcilicet, quòd de ratione uirginitatis, ut eſt ſtatus caſtitatis, non eſt perpetuitatis propoſitum: & ſecundum talem caſtitatis ſtatum uirgo uoluntariè nubit, & diſtinguitur ſtatus uirginalis à coniugato, & uiduali. Sed author loquitur, ut eſt ſpecialis uirtus ipſa uirginitas à caſtitate diſtincta ſecundùm ſpeciẽ.

K Nec ſomniauit author, aut ex ſe poſuit perpetuitatem de ratione uirginitatis, ſed, ut in litera patet, ex Aug. hoc accepit.

¶ Ad obiecta in ſecundo dubio dicitur ordinatè. Et ad primũ, quòd maior eſt falſa, quoniam ſubiectum non eſt ſine propria paſſione, & tamen propria paſſio non eſt de ratione ſubiecti. Et probatio eius aſſumit falſum, ſcilicet, quòd eſt ſine eo, quod per accidens ſe habet, nihilominus remanet res, ut patet in inſtãtia data. Paſſio enim per accidens, hoc eſt, extra eſſentiã, eſt ſubiecto: & tamen ſine illa non eſt, ſaltem naturaliter, ſubiectum. Apparet autem manifeſtè error in iſta maiore, & probatione: quia plus exigitur ad eſſe ratione alicuius, quàm inſeparabiliter ſibi connexum eſſe. Non adulterari namque neceſſario annexum eſt uirginitati, ita quòd ſine hoc non conſiſtit uirginitas: & tamen nõ adulterari non eſt de ratione uirginitatis. Vndè ad minorẽ dicitur, q dato q ſine tali integritate non ſaluaretur uirginitatis, ex hoc non habetur, q ſit de ratione uirginitatis, ſed q radix huiuſmodi integritatis, ut ſit de ratione eius, ſicut radix

¶2 Præt. Virginitas pudicitiam quandam importat: ſed Auguſ. dicit in 1. de ciuitate Dei,* quòd [b]pudicitia conſiſtit in anima. ergo uirginitas non conſiſtit in carnis incorruptione.

¶3 Præt. Carnis integritas vr̃[b] cõſiſtere in ſignaculo uirginalis pudoris: ſed qñq; abſq; uirgi- G nitatis ꝑiudicio frangit illud ſignaculũ. dicit n. Aug. in 1. de ciuit. Dei,* q illa mẽbra poſſunt diuerſis caſibus uulnerata uim ꝑpeti, & medici qñq; ſaluti opitulãtes hoc ibi faciũt, qđ horret aſpectus: obſtetrix ẽt uirginis cuiuſdã integritatem manu uelut explorãs, dũ inſpicit, perdidit. & ſubdit: Nõ opinor quẽquã tã ſtultè ſapere, ut huic periſſe aliqd exiſtimet etiã de ipſius corporis ſanctitate, q̃uis membri illius integritate iã perdita. ergo uirginitas non conſiſtit in carnis incorruptione.

¶4 Prę. Corruptio carnis maximè i ſeminis[h] reſolutione cõſiſtit, q̃ pt fieri ſine cõcubitu uel in dormiẽdo, uel etiã uigilãdo: ſed ſine cõcubitu nõ ur̃ ꝑdi uirginitas. dicit n. Aug. in lib. de uirginit.* q uirginalis integritas, I & per piã continentiã ab omni cõcubitu immunitas, angelica portio ẽ. ergo uirginitas nõ cõſiſtit in carnis incorruptione.

Sed contra eſt, qđ Aug. in eodẽ lib. dicit,* q uirginitas eſt cõtinentia, qua integritas carnis ipſi creatori aĩæ & carnis uouetur, cõſecratur, ſeruatur.

Respon. Dicendũ, q nomen uirginitatis à uirore ſumptũ ur̃: & ſicut illud dr̃ uirẽs, & in ſuo uirore ꝯſiſtere, qđ nõ eſt ex ſuperabũdantia caloris aduſtionẽ expertũ: ita etiã uirginitas hoc importat, q perſona, cui ineſt, immunis ſit à cõcupiſcentiæ aduſtione, q̃ eſſe ur̃ in conſumatione maximæ delectationis corporalis, qualis eſt uenereorũ delectatio. Vñ Amb.* di- H cit in libro de uirginitate, q caſtitas uirginalis eſt expers cõtagionis integritas. In delectatione aũt uenereorũ tria eſt cõſiderare. Vnũ qdẽ, qđ eſt ex parte corporis, ſ. uiolatio ſignaculi uirginalis. Aliud aũt eſt, in quo coniungitur id qđ eſt aĩæ, cum eo quod eſt corporis, ſ. ipſa reſolutio ſeminis delectationem ſenſibilem cauſans. Tertium

aūt eſt ſolùm ex parte aiæ, ſ. ꝓpoſitū perueniendi ad talē delectationē. In quibus tribus id, qđ primò poſitū eſt, ꝑ accidens ſe habet ad moralē actum, q non cōſideratʳ per ſe, niſi ſm ea quæ ſunt animæ. Secūdū verò materialiter ſe habet ad actū moralē: nã ſenſibiles paſſiones ſunt materia moraliū actuū. Tertium uerò ſe hēt formaliter, & cōpletiuè, qa rō moralium in eo qđ eſt rōnis cōpletʳ. Quia ergo virginitas dr̄ ꝑ remotionē ꝑdictæ corruptionis, cōſequēs eſt ꝙ* integritas mēbri corporalis per accidens ſe habeat ad virginitatē. Ipſa autē immunitas à delectatione, q̄ cōſiſtit in ſeminis reſolutione, ſe hēt materialiter. Ipſū aūt ꝓpoſitū ꝑpetuò abſtinēdi à tali delectōe, ſe hēt formaliter, & cōpletiuè in virginitate.*

Ad I. ergo dicendum, ꝙ illa diffinitio Aug. tangit quidem in recto id, qđ eſt formale in virginitate: nam per meditationē intelligitur propoſitū rōnis. Qđ autē addit, ꝑpetua, non ſic intelligitʳ, ꝙ oporteat uirginē ſemꝑ actu talē meditationē habere, ſed qa hoc debet in propoſito gerere, ut ꝑpetuò in hoc pſeueret. Id verò qđ eſt materiale, tagitur in obliquo, cū dr̄, incorruptionis i carne corruptibili, qđ additur ad oſtendendā uirginitatis difficultatem. Nam ſi caro corrumpi non poſſet, non eſſet difficile perpetuã incorruptionis meditationem habere.

Ad II. dicendū, ꝙ pudicitia eſt quidem eſſentialiter in aīa, materialiter autem in carne, & ſimiliter uirginitas. Vndè Aug. dicit in lib. de virginitate,* ꝙ licèt uirginitas in carne, ſeruetʳ, ac per hoc corporalis ſit, tamē ſpiritualis eſt, quã fouet, & ſeruat continentia pietatis.

Ad III. dicēdū, ꝙ ſicut dictū eſt,* integritas corporalis mēbri per accidēs ſe habet ad virginitatē, inquātum ſ. per hoc, ꝙ ex propoſito uolūtatis abſtinet quis à delectatione uenerea, remanet integritas in mēbro corporeo. Vndè ſi contingat, ꝙ ꝑ alium modum aliquo caſu mēbri integritas corrūpatur, non magis pręiudicat uirginitati, q̄ ſi corrumpatur manus, aut pes.

Ad IIII. dicendū, ꝙ delectatio, q̄ eſt ex ſeminis reſolutione, dupliciter pōt cōtingere. Vno modo, ut procedat ex mentis ꝓpoſito: & ſic tollit virginitatē, ſiuè fiat ꝑ concubitū, ſiuè abſq; concubitu. Facit autē mētionē Auguſt.* de concubitu, quia hmōi reſolutio cōiter, & naturaliter ex concubitu cauſatur. Alio modo, pōt prouenire ꝑter propoſitum mētis uel in dormiēdo, vel per uiolentiã illatã, cui mēs nō cōſentit, q̄uis caro delectationem experiatur: uel ēt ex infirmitate naturæ, ut patet in his, q fluxum ſeminis patiuntur: & ſic non perdit uirginitas, quia talis pollutio non accidit ꝑ impudicitiam, quã uirginitas excludit.

eius, quod eſt non adulterari, & ſimiliter radix eius, quod eſt non libidinosè corrumpi, ſ. non ſeminare uoluntariè, eſt de ratione uirginitatis, & non ipſa integritas oppoſita, niſi ut via ad immunitatem ſeminariæ delectationis.

¶Ad ſecūdum dicitur, ꝙ hmōi integritas, ſecluſa pollutione, nō eſt per ſe obiectū propoſiti virginalis, ſed cadit ſub ꝓpoſito virginali, ut uia ad immunitatē à pollutione ſeminis. Et ꝑ hoc patet reſpōſio ad tertium: qm̄ integritas hmōi non niſi ratione immunitatis à pollutione, ſeu ordinis ad illã in rōne uirginitatis clauditur, ſi aliqua talis diffinitio inueniretur.

¶Ad quartū iam patet, ꝙ æquiuocat de virginitate: qm̄ apparent uirginitatis naturalis, non moralis, ut declaratum eſt.

Concl. ¶Ad obiecta in tertio dubio reſpondetʳ. Et primò, negatur antecedens: qm̄ poſita tali integritate, & illius propoſito, non ponitʳ virginitas, ut patet, q̄ ſtat cum hoc ꝙ nullꝰ perdat caſtitatem cōſumatè uoluntaria pollutione procurata per ſolas moroſas delectationes. Vndè patet, quòd probatio petit principium.

¶Ad ſecundum verò dr̄, ꝙ in caſu illo, prima ideò diceretʳ uirgo, quia nunq̄ habuit uolūtariam pollutionē. Approbatio enim poſt factum non reddit ꝑteritam uoluntariam, ſed uſ æquiualere deſiderio, ſeu uolūtati pollutionis, quæ uirginitatem mentalem ſolã tollit. Secūda autē eſt per accidēs ex parte corporis, ſeu materiæ virgo, ſicut per accidēs non ſeminauit in actu cōcubitus. Ea autē quę ſunt ꝑ accidens, non debent inducere mentē doctorum ad mutãdas virtutū diffinitiones, quæ attenduntur penès id quod eſt ut in pluribus, & per ſe. Idem eſt enim iudicium de iſta, & quacumq; alia, quæ incæpit perdere uirginitatem, & per accidens non eſt perdita conſumatè.

¶Ad tertium negatur ſequela. Mulier enim conſentiens ſtupro, & ſeminans, omnino perdit uirginitatem. Et ad probationem, quia præ dolore non ſentit delectationem, reſpondetur, ꝙ huiuſmodi non ſentire eſt per accidens. Sat eſt enim ad uiolationem uirginitatis, quòd delectatio in reſolutione ſeminis adſit, licet non ſentiatur: quia etiam ſi aliqua eſſet mulier, quæ non ſentiret in huiuſmodi reſolutione delectationem aliquam, nil obſtaret: quoniam ſat eſt, quòd reſolutio ſit ſecundùm ſuam naturam delectabilis, & ita de facto eſt, ut in pluribus. Naturalia ſiquidem, & moralia iudicantur ſecundùm ea, quę ut in pluribus apta nata ſunt inueniri.

¶Ad obiecta in corollariis conceditur primum corollarium.

¶Ad ſecundum verò dicitur, ꝙ magni refert inter habere pollutionem in ſomno eo propoſito, & habere ex propoſito cogitationem, quæ nō latuit futura in ſomno cauſa pollutionis: & ſic arguens quaſi ſynonimis iſtis utitur. In primo enim, propoſito obiectum eſt ipſa pollutio: in ſecundo autē eſt cogitatio. Primū nō poteſt eſſe licitum: ſecundum poteſt etiam cum merito eſſe, ſi ſ. cogitatio eſt neceſſaria, nec ſequens pollutio præcognita eſſet peccatum. negatur ergo ſecundum corollarium, ut iacet.

¶Ad tertium autē dr̄, ꝙ ſcientes ſe omnino impotentes, & coeuntes, per accidēs tñ, remanent, ut dictū eſt, quo ad aliquid virgines, quia ſcilicet deeſt eis materia ſtupri. Vndè per ſe & formaliter loquēdo, iſti & ſupradicta mulier, quæ poſita eſt nō ſeminare, non ſunt uirgines, ſed materialiter & ꝑ accidens ex parte materiæ remanent uirgines. Sicut per oppoſitum, pauperes excellēti prædicti animo, ſūt formaliter magnifici, remanent tamen materialiter non magnifici propter defectum materiæ.

*Ca. 8. per rū à prin. tom. 6.

*In corp. ar.

¶Ad quartum dr̄, ꝙ iſta ꝓpōſitio eſt naturaliter vera, Virgo moraliter parit. non autē iſta. Virgo naturaliter parit. Nec hoc ē admiratione dignū, niſi in uerbo: qm̄ uirgo moraliter pōt eſſe naturaliter corrupta, & grauida, ut potè uiolēter oppreſſa.

Pollutio qñ tollat uirginitatem.

*Loco citato in arg.

¶Ad quintum negatʳ ſequela, qm̄ prima non niſi per accidens ex parte materiæ immunis eſt à materia ſtupri. Quãtum. n. in ſe eſt, dedit operã corporaliter naturalē ad huiuſmodi materiã, quod non fecit ſecūda, quæ ſolum ſecundùm mentem corrupta eſt.

¶Aduertendum quoque inter hæc eſt, ꝙ licèt cōiter ante annos pubertatis utroq; ſexus impotens ſit ad generandū: quandocumq; tamen perſonam aliquam contingit uolūtariè ſeminare, perditur virginitas. Et quoniam ſexus fœmineus inuenitur ſeminare, ſi prouocatus ad hoc fuerit nō ſolùm parum ante pubertatē, ſed in ſexto ætatis anno, & ſupra, ut ipſæ mulieres ex parte teſtantur, ita ꝙ quantum ex auditis conijcio, non eſt hoc per accidēs, ſed puto poſſe fieri uniuerſale, & ut in pluribus ineſt eis potentia hæc: ideo longè citius poſſunt mulieres irreparabiliter uirginitatem perdere, q̄ uiri. Quantūcunq; autem infra tēpus, quo impotens quis eſt naturaliter ad ſeminādum, operam det venereis citra ſeminationem, & uirginitatem perdat mentalem, non perdit ita uirginitatem, quin per pœnitentiam reparetur. Differt ſiquidem puer à uiro per infirmitatem impotēte, ꝙ puer eſt per ſe impotēs, uir autem infirmus eſt per accidēs impotens. Et propterea puero per ſe deeſt materia ſtupri, uiro autem per accidens: ac per hoc puer remanet uirgo per ſe ex parte materiæ, ſeu corporis: uir autem remanet ex parte corporis per accidens uirgo. Et propterea non eſt dubium, quin pueris uirginitas ſit reparabilis per pœnitentiam. Sed an ſit etiam reparabilis ſic perdita infirmi uiri uirginitas, non facilè dixerim. Tranſitus forte id quod eſt per accidens, ad id quod eſt per ſe.

Porrella per totum.

733

Inf. art. 3. & 4. cor. Et 4. d. 33 q. 3. ar. 2. ad 2. Et 5. cõ. c. 136. Et Mal. q. 15. art. 2. ad 13. Et virt. q. 1. ar. 13. ad 6. Et 2. Eth. lect. 1. fi.

SVPER QV. CLII. ARTIC. II.

IN art. 2. eiuſdem quæſtionis in reſpõſione ad primum Martinus, vbi ſupra, occurrit dicens, Nec mihi placet opinio Thomæ dicentis, q lex iſta tantum obligat multitudiné, qa credo q pro aliquo tempore ſatis longo obligauit vnumquéque de multitudine ad multiplicationé generis humani.

¶ Ad hoc di, q cum de vinculo præcepti alicuius eſt ſermo, oportet q iudicium feratur ſecũdum id, quod per ſe reſpicit tale præceptum. Inter hæc autem duo naturalia præcepta, ſcilicet, de alimento ſumendo, & de prole procreanda, manifeſtè hæc eſt differentia, q primum per ſe reſpicit ſingulos homines: ſecundum autem multitudinem. An aũt per accidens pp penuriam hominum in aliquo tempore præceptum hoc obliget ſingulos, qa per accidens eſt, naturã præcepti non variat. Et propterea etiã ſi verum eſſet, q aliquo tẽpore ſinguli tenerentur, adhuc reſpõſio, & dec ſio authoris in ſua ſoliditate p ſtat, formaliter, & per ſe loquendo.

Lib. 2. c. 2. a medio: & lib. 3. c. 11. to. 5.

*Ca. 3. nõ multum procul a fine, to. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum virginitas ſit illicita.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr q virginitas ſit illicita. Omne. n. quod contrariatᵘʳ præcepto legis naturæ, eſt illicitũ: ſed ſicut p̃ceptum legis naturæ ad cõſeruationẽ indiuidui eſt, qđ tangitur Gen. 2. De omni ligno quod eſt in paradiſo comede, ita ẽt p̃ceptum legis naturæ eſt ad cõſeruationẽ ſpeciei, qđ ponit Gen. 1. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. ergo ſicut peccaret, qui abſtineret ab omni cibo, vtpote faciẽs contra bonum indiuidui: ita ẽt peccat, qui omnino abſtinet ab actu generationis utpote faciens contra bonum ſpeciei. C

¶ 2 Præt. Oẽ illud, quod recedit à medio virtutis vr eſſe vitioſum: ſed virginitas recedit a medio virtutis ab oĩbus delectationibᵘ venereis abſtinẽs. dicit enim Phil. in 2. Eth. q q oĩ uoluptate potiť, neq; ab vna recedit, intemperatus eſt: q aũt oẽs fugit, agreſtis eſt, & inſenſibilis. ergo virginitas ẽ aliqd vitioſũ. H

¶ 3 Præt. Pœna nõ dẽtur niſi uitio: ſed apud antiquos puniebaturᵃ ſm leges illi, q ſp cælibem vitã ducebant, ut Maximus Valerius dicit. Vñ & Plato ſecũdũ Aug.ᵃ in lib. de vera religione, ſacrificaſſe dicitur, vt perpetuæ eius continentia tamquam peccatum aboleretur. ergo virginitas eſt peccatum. I

SED CONTRA eſt, q nullũ pc̃m rectè cadit ſub cõſilio: ſed virginitas rectè cadit ſub cõſilio. dr̃. n. 1. ad Cor. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. ergo virginitas non eſt aliquid illicitum.

RESP. dicendum, q in humanis actibus illud eſt vitioſum, qđ eſt p̃ter rectã rõnẽ. Hẽt aũt hoc rectaᵈ rõ, vt his, q ſunt ad finẽ, utatur aliquis ſm eã mẽſurã, q cõgruit fini. Eſt aũt triplex hominis bonũ, ut dr̃ in 1. Eth. Vnum qdẽ, qđ conſiſtit in exterioribus rebus, puta, diuitijs. Aliud aũt, quod cõſiſtit in bonis corporis. Tertium autem, quod conſiſtit in bonis aĩæ, inter quæ etiam bona contẽplatiuæ uitæ ſunt potiora bonis uitæ actiuæ, ut Phil. probat in 10. Eth. & Dominus dicit Luc. 10. Maria optimã partẽ elegit: quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea, quę ſunt corporis: ea uero, q ſunt corporis ad ea, quæ animæ: & ulterius ea, quæ ſunt uitæ actiuæ ad ea, q ſunt uitæ contẽplatiuæ. Pertinet igitur ad rectitudinem rõnis, ut aliquis vtatur exterioribus bonis ſm eam menſurã, quæ competit corpori, & ſimiliter de alijs. Vñ ſi quis abſtineat ab aliquibus poſſidendis, q alias eſſet bonum poſſidere, ut conſulat ſaluti corporali, uel etiam cõtemplationi ueritatis, nõ eſſet hoc uitioſum, ſed ſm rationem rectam. Et ſimiliter ſi quis abſtinet a delectationibus corporalibus, ut liberius uacet contẽplationi ueritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rõnis. Ad hoc autem pia uirginitas ab oĩ delectatione venerea abſtinet, ut liberiᵉ diuinæ contemplationi uacet. Dicit enim Apo. 1. ad Corin. 7. Mulier innupta, & uirgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ mundi ſunt, & quõ placeat uiro. Vnde relinquitur, q uirginitas non eſt aliquid uitioſum, ſed potius laudabile.

D. 1185.

Lib. 1. c. 4. in fin. t. 5.

Li. 10. c. 7. tom. 5.

F

Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q præceptum habet rationem debiti, ut ſupra dictum eſt.ᵃ Dupliciter autem aliquid eſt debitum Vno modo, ut impleat ab uno: & hoc debitum ſine peccato præteriri nõ poteſt. Aliud aũt eſt debitum implendum à multitudine: & ad tale debitum implendum non tenet quilibet de multitudine. Multa enim ſunt multitudini neceſſaria, ad quæ implenda unus nõ ſufficit: ſed implẽt à multitudine, dum unus hoc, alius illud facit. Præceptũ igitur legis naturæ homini datum de comeſtione, neceſſe eſt q ab vnoquoque impleatur: aliter enim indiuiduum conſeruari non poſſet. Sed præceptum datum de generatione reſpicit totã multitudinẽ hominum, cui neceſſariũ eſt non ſolũ q multiplicetur corporaliter, ſed ẽt q ſpiritualiter proficiat: & iõ ſufficienter prouidetur humanę multitudini, ſi quidam carnali generationi operam dent, quidam uerò ab hac abſtinentes contemplationi diuinorũ uacent ad totius humani generis pulchritudinẽ, & ſalutẽ. Sicut ẽt in exercitu qdã caſtra cuſtodiũt, quidam ſigna deferunt, quidam gladijs decertant: q tñ omnia debita ſunt multitudini, ſed p unũ impleri non poſſunt.

* q. 122. ar. 1.

Mira doctrina de præceptis, contra impetentes virginitatem.

AD II. dicendũ, q ille qui abſtinet ab omnibus delectationibus p̃ter rõnẽ rectam, quaſi delectationes ſm ſe abhorrens, eſt inſenſibilis, ſicut agreſtis: Virgo aũt nõ abſtinet ab oĩ delectatione, ſed ſolum a delectatione uenerea: & ab hac abſtinet ſm rõnem rectam, ut dictũ eſt.* Medium autẽ uirtutis non ſm quantitatẽ, ſed ſm rationem rectam determinatur, ut dicitur in 2. Ethic.* Vnde de magnanimo dicitur in 4. Eth.† quod eſt magnitudine extremus, eo autem quòd ut oportet, medius.

*In corp. ar.

*Li. 2. c. 6 tom. 5.

†Li. 4. c. 3. tom. 5.

ADIII dicendũ, q legesᵈ feruntur ſecundũ ea, quæ ut in pluribus accidunt. Hoc autem ratũ erat apud antiquos, ut aliquis amore ueritatis contemplandæ ab omni delectatione uenerea abſtineret, quod ſolus Plato legitur feciſſe. Vnde non ſacrificauit quaſi hoc peccatum reputaret, ſed peruerſę opinioni ciuium cedens, ut ibidem Aug.* dicit. K

D. 912.

*Loco citato in arg.

Porrella per totum.

734

Inf. q. 155 art. 1. cor. & ad 5 E. 4. diſ. 33. q. 3. ar. 2. & diſ. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. corin. Et 2. Eth. le. 2. fin.

ARTICVLVS III.

Vtrum virginitas ſit virtus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Virginitas non ſit uirtus. Nulla. n. uirtᵘˢ ᵇ ineſt nobis a natura, ut Phi-

SVPER QV. CLII. ARTIC. III.

IN art. 3. eiuſdem q. 152 dubia multa occurſunt Primũ, ex Buridano apud Martinum

Martinum, q virginitas nõ ſit uirtus, quia uirtus ſemper, & in quolibet eſt uirtus: ſed uirginitas nõ in quolibet ſemper eſt uirtus, ſed quandoq; eſt uitiũ, ut patet in multis caſibus. ergo &c.
¶ Ad hoc breuiter dr, q de uirtutibus, & vitiis nõ eſt iudicandũ ſecundùm ea quæ ſunt per accidẽs, ſed ſecundùm id qđ eſt per ſe. Cõſtat aũt q uirginitas moraliter ſumpta, ut ſ. importat ppoſitum perpetuæ incorruptionis pp Deũ, eſt bona moraliter, & ſemper eſt in quolibet, cũ importet ordinẽ rectiſſimæ rõnis, quo inferiora ſuperioribus bonis ſubiiciũtur, & maxima minoribus præferũtur. Perinde aũt eſt dicere q uirginitas nõ eſt uirtus qa in aliquo caſu peccaret virgo, ac ſi diceretur, q religio non eſt uirtus, qa in aliquo caſu uacãs religioni peccaret, impediẽdo aliud neceſſariũ bonũ. Dicito ergo, q aliud eſt dicere. A. eſt uirtus, ſiuè act9 uirtuoſus ſimpliciter, & in quolibet, & ſemp: & aliud eſt dicere. A. ſemp & in omni caſu uirtuosè poteſt exerceri. In primo. n. dicto cõſideratur habitus, & actus, ſecundũ ſuã rõnem. In ſecundo aũt conſiderãtur circũſtantiæ, & accidẽtia circa executionẽ actus. Cõſtat autẽ q multarũ uirtutum actus poſſunt ſic impediri aliqñ ab executione, ita q licet abſolutè ſint uirtuoſi, ſi tñ tunc fierent, eſſent uitioſi, ut ſi quis celebraret, quando infirmus illius eget uiſitatione, & ſi quis redderet gladium furioſo. Errant igitur fortè aliqui in hac re non aduertentes qđ uirginitas ut eſt nomen moralis habitus, aut actus importet, propoſitum ſcilicet perpetuę integritatis propter Deum, ut hic in reſponſione ad ſecundum in litera exprimitur. In hac enim ratione manifeſtè apparet rectiſſimus rationis ordo ſecundùm ſe, & abſolutè.

* In prin. lib. 10. ſ.

* Ad Euſtochium de cuſtodia uirginitatis in fol. a pric. tom. 1.

* Li. 1. de uirginib. nõ multũ longe a prin. to. 1

losophus dicit in 2. Ethic.* ſed virginitas ineſt nobis à natura, quilibet. n. mox natus virgo eſt. ergo virginitas non eſt uirtus.

¶ 2 Præ. Quicũq; hẽt unã uirtutẽ, [b] habet oẽs, ut ſupra habitũ eſt: ſed aliqui hñt alias uirtutes, qui nõ habẽt uirginitatẽ, alioquin cũ ſine uirtute nullus ad regnũ cælorũ perueniat, nullus ſine uirginitate ad ipſum poſſet peruenire, quod eſſet matrimonium damnare. ergo virginitas non eſt uirtus.

¶ 3 Præt. Oĩs [h] uirtus reſtituitur p pænitentiã: ſed uirginitas nõ reparatur per pænitentiã. undè Hieron.* dicit. Cũ cætera Deus poſſit, nõ põt uirginitatẽ poſt ruinam reparare. ergo uidetur q uirginitas non ſit uirtus.

¶ 4 Præ. Nulla [h] uirtus pditur ſine peccato: ſed uirginitas pdit ſine peccato, ſ. p matrimoniũ. ergo uirginitas non eſt uirtus.

¶ 5 Prę. Virginitas cõdiuidit [h] uiduitati, & pudicitiæ coniugali: ſed neutrũ illorũ ponit uirtus. ergo uirginitas non eſt uirtus.

Sed contra eſt, qđ* Amb. dicit in lib. de uirginitate. Inuitat uirginitatis amor, ut aliquid de uirginitate dicamus, ne ueluti tranſitu quodã perſtricta uideatur, quæ principalis eſt uirtus.

Resp. Dicendũ, q ſicut ſupra dictũ eſt,* in uirginitate eſt ſicut formale & cõpletiuũ, ppoſitũ ppetuò abſtinẽdi à delectatione uenerea. Qđ qdẽ ppoſitũ laudabile redditur ex fine, in quantũ ſ. hoc fit ad uacandũ rebus diuinis. Materiale autem in uirginitate eſt integritas carnis abſq; oĩ experimento uenereæ delectationis. Manifeſtũ eſt aũt q ubi eſt ſpecialis materia boni habens ſpecialẽ excellentiã, ibi inuenitur ſpecialis rõ uirtutis: ſicut patet in magnificẽtia, quę eſt circa magnos ſumptus, & ex hoc eſt ſpecialis uirtus à liberalitate diſtincta, quę cõiter ſe habet circa oẽm pecuniarũ uſum. Hoc aũt qđ eſt conſeruare ſe immunẽ ab experimento uenereæ delectationis, hẽt quandã excellentiã laudis ſupra hoc, qđ eſt cõſeruare ſe immunẽ ab inordinatione uenereæ uoluptatis: & ideò [m] uirginitas [d] eſt qdã ſpecialis uirtus, habens ſe ad caſtitatẽ, ſicut magnificentia ad liberalitatem.*

¶ Secundum ex Ricardo in 33. diſtin. 4. quòd uirginitas non eſt uirtus diſtincta à caſtitate, ſicut magnificẽtia à liberalitate: quia materia uirginitatis, & materia caſtitatis ſe habent ut magis & minus, & nõ ſicut alterius & alterius rationis, ſicut materia magnificentiæ & liberalitatis. ergo. Et propterea cum dicitur in litera, Vbi eſt ſpecialis materia boni habens ſpecialem excellẽtiã, oportet addere, aut ſubintelligere, alterius rõnis. Et ſic minor eſt falſa. non ualet ergo ratio literæ. Et augetur quæſtio, quia ſi uirginitas eſt, ut in litera dicitur, ſequitur quòd uirginitas ſit ſubiectiuè in iraſcibili, & caſtitas in concupiſcibili, & obiectum illius ſit arduum, illius verò bonum abſolutè, ut proportionaliter ſe habebãt, ut magnificentia & liberalitas: ſed hæc patet eſſe falſa. ergo nõ ſe hẽt ad caſtitatẽ, ut magnificẽtia ad liberalitatẽ.
¶ Ad hoc dicitur, quòd uirginitas poteſt cõſiderari dupliciter. Primo, infra limites temperantiæ purè. & ſic uirginitatis materia eſt materia uirtutis, ſed non diſtinctè à caſtitate, & ſimiliter uirginitas eſt uirtus, ſed non diſtincta à caſtitate. Et ſic benè ſaluatur Ricardus, nec oppoſitũ ſenſit author: & hoc concludunt argumenta allata. Nam materia uirginitatis non eſt alterius rationis, ſicut materia magnificentiæ: nec uirginitas eſt circa arduum, cum non ſit circa actum aliquem iraſcibilis, ſed concupiſcibilis, delectationem ſcilicet ueneream. Si autem conſideretur in ordine ad diuinum obſequium, quoniam uirgo cogitat quæ Domini ſunt &c. ſic uirginitatis materia conſtituit materiam ſpecialiter bonam, & alterius rationis à materia caſtitatis:

A & ſic uirginitas ſe habet ad caſtitatẽ, ut magnificentia ad liberalitatem, nõ q ſimilitudo iſta teneat quoad oĩa, vt obiectiones quaſi ſupponunt, ſed quoad duo. ſ. q ſicut illæ differunt penès mediocre & magnũ, ita iſtæ penès excellens, & mediocre: & ſicut ibi magnũ diſtinguitur ſpecie à mediocri, ita hic excellens à mediocri. Sed quoad rõnẽ diuerſificans ſpecificẽ non aſſimilantur: quia ibi magnũ diſtinguitur ſpecie, qa ingreditur ordinẽ arduorũ: hic uerò excellens diſtinguit ſpeciẽ qa trahitur ad ordinẽ diuinorũ. Vndè patet q ſolida ſtat doctrina authoris.
¶ In rñſione ad tertiũ, dubiũ ex Martino occurrit directè contra authorẽ hic, arguente in qõ. 2. de uirginitate, probareq; nitente, q per pænitentiã nec materiale, nec formale uirginitatis reparari põt. Et primo, qa in quocunq; non põt eſſe p quãcumq; pænitent. ã propoſitũ ſeruandi integritatẽ carnis, in eo non põt per pænitentiã reparari formale uirginitatis: ſed corrupta eſt huiuſmodi. ergo. Probatur minor: quia tali non poteſt reparari integritas carnis per pęnitentiam, ut ipſe Thomas fatetur. Secundo, Virginitas, caſtitas coniugalis, & caſtitas uidualis formaliter & ſpecificè differunt, ut probabitur: ſed non niſi per hoc, quod de ratione uirginitatis eſt propoſitum ſeruandæ integritatis, & hoc propoſitum non eſt reparabile per pænitentiam. ergo. Tertio, quia propoſitum ſeruãdi integritatem carnis aut eſt materiale tantum in virginitate & hoc non: aut formale tantum, & habeo intentum: aut compoſitum ex utroq;, & hoc nõ, tùm quia corrupta credens ſe integram, ſuo errore poſſet reparare ſibi uirginitatem, intendens ſeruare integritatẽ: tùm quia materiale uirginitatis eſt integritas non obiecta uoluntati, ſed inexiſtens carni: ideò, inquit, dico quòd ſunt aliquæ uirtutes per pænitentiam irreparabiles.
¶ Ad hoc dicitur cum authore, quòd reparatio uirtutum eſt intelligenda, ſicut connexio earundem. Et propterea ſicut decrepitus poteſt eſſe fortis, & pauper magnificus, ita corrupta perſona põt eſſe uirgo quoad formale: ſed formale uirtutis aliter inuenitur coniunctum ſuæ materiæ, & aliter ſeparatum ab ea. tam cum materia uirtutis ſubeſt, per formale ſimpliciter determi-
E natur. Cum. n. adeſt pecunia magna, uirtuoſus magnificentia præditus determinat eam ad ſumptus magnos. Cum autem uirtuoſo pecunia deeſt, non pecunia abſolutè, ſed pecunia ſi adeſſet, à magnificentia determinatur: & ſimile eſt in alijs. Et ſicut ſaluatur hoc modo in paupere magnificentia formaliter, ita ſaluatur in corrupta uirginitas formaliter ex ppoſito integritatis ſeruandæ ſi adeſſet: & hoc ſufficit. Nec requiritur propoſitum ſaluandæ integritatis abſolutè ad formale uirginitatis ſeparatum à materia, ſed ad coniunctum ſuæ materiæ. Et quia huiuſmodi propoſitum patet eſſe reparabile per pænitentiã, ideò patet omnes virtutes eſſe reparabiles per pænitentiam quoad ſuum formale, cum omnes ſint connexæ. Et hoc magis cõſonat & ſacræ doctrinæ, ſecundùm quam filio prodigo data eſt ſtola prima, & philoſophiæ morali, ſecundùm quam qui una caret uirtute, nullam habet. Et per hoc patet ſolutio omnium.
¶ In eodem 3. art. in reſponſione ad quartum, dubiũ occurrit ex Martino, ubi ſupra dicente, q hæc concluſio ponitur contra

* Ar. 1. huius queſt.

Conclu. D. 1166.

tra Thomã, ſ. Virginitas nullo voto firmata eſt virtus. Et probat quinq; medijs. Primò, qa eſt actus humanus bonus & laudabilis in medietate cõſiſtens. Secundò, qa eſt actus rõni conformis. Tertiò, quia eſt actus qui eſt materia voti. Quartò, quia eſt temperantia. Quintò, quia in aliquo caſu virginitas nõ voto firmata, eſt laudabilior, ꝗ voto firmata. Probat aſſumptũ. Si frater regis Frãciæ cognoſceret probabiliter, ꝙ rege ſine hærede decedẽte, regnũ tranſiret ad tyrannũ crudeliſſimũ, cõſultius ageret ſine voto ſeruare uirginitatem, ꝗ uouere.

¶ Ad hæc breuiter dr̃, ꝙ aut rõnes iſtæ non militant cõtra doctrinam authoris, cõtra quã inducuntur, aut nihil ualent. Nã ex rõnibus illis intẽdit cõcludere ꝙ virginitas ſine uoto eſt uirtus, aut ꝙ talis uirginitas eſt uirtus ſpecie diſtincta à caſtitate. Si primũ, nõ eſt contra authorẽ: qũ grãtis oẽs fatemur, virginitatis propoſitũ eſſe actũ caſtitatis. Si ſecundũ, rõnes nihil valẽt. Nã licèt cõcludant, ꝙ ſine uoto uirginitas ẽ ſub tẽperãtia, & actus uirtuoſus, &c. non tñ cõcludunt diſtinctionẽ ſpecificã eius à caſtitate. Et tñ author ponit virginitatẽ nõ ad hoc ꝙ ſit uirtus, ſed ad hoc, ꝙ ſit ſpecialis cõtra caſtitatẽ, uirtus diſtincta, exigere firmitatẽ uoti. Nec huius oppoſitum Martinus ꝓbauit: quin etiã reſpõſio Martini ad rõnẽ in litera huius argumẽti tactã, ſ. Nulla virtus ꝑditur ſine peccato, nil valet: dũ dicit, ꝙ oẽs virtutes quę ſunt de actibus cadẽtibus ſub conſilio, perduntur ſine peccato, vt voluntaria paupertas. Hoc namq; nihil valet, tùm quia nulla virtus eſt, quæ ſit circa cõſilia, quin eadẽ ſit circa præcepta, vt patet diſcurrenti per oẽs virtutes morales, iuſtitiã, fortitudinẽ, temperantiam, prudentiam, & partes earum. Sed videtur deceptio cõtingere: quia aliud eſt loqui de aliquo excellenti actu virtutis, & aliud de ipſa virtute. Poteſt ſiquidem excellens actus uirtutis omitti abſq; peccato, quia excellentia illa eſt in conſilio. Et ſic contingit de actu uirginitatis, & paupertatis voluntariæ, & ſimilibus, non ꝙ virtus aliqua per horum omiſſionem perdatur. Patet autẽ nullam uirtutẽ perdi ſine peccato: quia vt in prædicamentis dicitur, contrarium bono ex neceſſitate eſt malum. Quicquid ergo contrariatur uirtuti, quam conſtat eſſe bonum morale, oportet eſſe malum ꝑorale, quod eſt peccatum, ſeu uitium.

¶ Sed contra hanc authoris doctrinam urget magnum occurrit dubiũ: qũ ſi firmitas voti exigitur ad conſtituendũ virginitatẽ in eſſe virtutis ſpecificè diſtinctę à caſtitate, cũ cõſtet, ꝙ votum eſt actus religionis, & trahat ad ipſam religionis ſpeciẽ materiã, ſuper quã cadit virginitas firmata voto, erit quidẽ diſtincta ſpecificè à caſtitate, qa erit religio, aut religionis pars: ſed nõ erit diſtincta a caſtitate, vt una ſpecies temperantiæ diſtinguitur ab alia tẽperantiæ ſpecie. Diuerſorũ ſiquidẽ generũ, & non ſubalternatim poſitorũ diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, vt in Prædicamentis dicitur.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ ſicut adulteriũ ponitur ſpecies luxuriæ, & tñ nõ per differentiã per ſe intemperantię, ſeu luxuriæ diſtinguitur à ſpeciebus luxurię, ſed per differentiã per ſe iniuſtitiæ, vt inferius patet: ita virginitas ponitur ſpecies temperantiæ, & tñ nõ per differentiã per ſe temperãtiæ, ſed per religionis differentiã diſtinguitur ab alijs tẽperantiæ ſpeciebus. Eſt autem vtrobique eadem ratio, ſcilicet, quia materia ibi eſt luxuriæ, hic temperantiæ. Et quod plus vrget, quia ſic locuti ſunt non ſolùm populi ratione materię, ſed priſci patres, quorum venerationem decuit authorem, decet & omnes moralia docentes ſapere ad ſobrietatem, & ſpecies temperantiæ, & luxuriæ appellare etiam ex non per ſe illius generis differentiis. Vndè & author vt uirginitatem poneret ſpecialem virtutem, ſeipſum in 4. diſtinct. 33. correxit, ubi virginitatem tam cũ uoto, quàm ſine voto, minus tunc ſciens, poſuerat, vt magnificentiam.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte, quòd hinc habes, quòd licèt peccatum luxurię in vidua ſit grauius, quàm in alijs fornicarijs, non tamen diſtinguitur ſpecie, cũ vidualis caſtitas non ſit ſpecialis virtus, cui huiuſmodi luxuria opponatur. Aliunde ſiquidem non haberet diſtinctionem ſpecificam ſatis apparet, ex quo ſoluta eſt à viri lege.

¶ In eadem reſponſione dubium ex Martino in eodẽ lib. quæſtione de viduitate occurrit, nitente probare, ꝙ viduitas eſt virtus diſtincta ſpecie à virginitate, & caſtitate coniugali. Et quidẽ quòd ſit virtus probat: quia eſt habitus electiuus immediatè conſiſtẽs indeterminata ratione. Quòd vero ſit [illegible] ſpecie ab alijs, probatur: quia habent obiecta ſpecie diſtincta. Nam obiectum virginitatis eſt integritas carnis, obiectum viduitatis eſt continentia perpetua.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, ꝙ viduitas non eſt nomen virtutis, ſed

* Cap. 11. in princ. to. 6.

Cõnexio virtutũ, vnde.

* q. 129. ar. 3. ad 2.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ hoies ex ſua natiuitate hñt id qđ eſt materiale i virginitate, ſ. integritatẽ carnis immunẽ ab experimento venereorũ. Non tñ habent id, quod eſt formale in virginitate, vt. ſ. habeant propoſitũ ſeruandi huiuſmodi integritatẽ propter Deum: & ex hoc habet rationem virtutis. Vndè* Aug. dicit in lib. de virginitate. Nec nos in virginibus prædicamus, ꝙ virgines ſunt, ſed quòd Deo dicatæ pia continentia virgines ſunt. G

Ad II. dicendũ, ꝙ cõnexio virtutum accipitur ẜm illud qđ eſt formale in uirtutibus, idest, ẜm charitatem, uel ẜm prudentiam, ut ſupra habitũ eſt,* non autem ẜm id, quod eſt materiale in uirtutibus. H Nihil enim ꝓhibet alicui uirtuoſo ſuppetere materiã unius uirtutis, non autem materiã alterius. Sicut pauper habet materiã tẽperantiæ, non autẽ materiã magnificentiæ: & hoc modo alicui habenti alias uirtutes deeſt materia uirginitatis, id eſt, prædicta integritas carnis. Tñ poteſt id, quod eſt formale in uirginitate habere, ut. ſ. ſit in præparatione mẽtis, prædictæ integritatis cõſeruandæ propoſitum, ſi hoc ſibi cõpeteret. I Sicut pauper poteſt in præparatione animi habere propoſitũ magnificos ſumptus faciendi, ſi ſibi competeret. Et ſimiliter ille qui eſt in proſperitate, habet in pręparatione animi propoſitum aduerſa ęquanimiter tolerandi, & ſine hac pręparatione animi non poteſt eſſe aliquis uirtuoſus.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ uirtus per pænitentiã reparari põt quantum ad id, qđ eſt formale in uirtute, nõ autẽ quantũ ad id, qđ eſt materiale in ipſa. Nõ.n. ſi qs magnific* cõſumpſerit diuitias ſuas, ꝑ pęnitẽtiã peccati reſtituunt ei diuitiæ: & ſiĉ ille q uirginitatẽ ꝑ peccãdo amiſit, ꝑ pænitentiã nõ recupat uirginitatis materia, ſed recupat uirginitatis ꝓpoſitũ. Circa materiã aũt uirginitatis eſt aliqd, qđ miraculoſè reparari poterit diuinitus, ſ. integritas mẽbri, quã dicimus accidẽtaliter ſe ad uirginitatẽ habere. Aliud autẽ eſt, qđ nec miraculoſè reparari põt, ut. ſ. ꝙ q expertus eſt uoluptatẽ venereã, fiat non expertus. Nõ enim Deus poteſt facere, ut ea quę facta ſunt, nõ ſint facta, ut in primo * habitum eſt.

D. 1168.

D. 499.

* 1. 1. q. 25 art. 4.

Ad IIII. dicendũ, ꝙ uirginitas, ẜm ꝙ eſt uirtus, importat propoſitũ uoto firmatũ integritatis perpetuo ſeruãdę. Dicit. n. * Aug. i lib. de uirginitate, ꝙ per uirginitatem integritas carnis ipſi creatori animę & carnis uouetur, conſecratur, ſeruatur. Vndè uirginitas ẜm quòd eſt uirtus, nunquàm amittitur niſi per peccatum.

* Ca. 8. in fin. to. 6.

D. 1168.

Ad V. dicendũ, ꝙ caſtitas cõiugalis ex hoc ſolo habet laudẽ, ꝙ abſtinet ab illicitis uoluptatibus; undè nõ habet aliquã excellentiã ſupra cõmunẽ caſtitatẽ. Viduitas autẽ addit quidem aliquid ſupra caſtitatẽ cõmunem: non tñ peruenit ad id qđ eſt perfectũ in materia iſta, ſcilicet, ad omnimodã immunitatẽ venereæ uoluptatis, ſed ſola uirginitas. E Et ideò ſola uirginitas ponitur uirtus ſpecialis ſupra caſtitatẽ, ſicut magnificentia ſupra liberalitatem.

ſed ſtatus continentium. Claudit autem in ſe virtutem caſtitatis, & dicit perfectionem gradum caſtitatis, q caſtitatis coniugalis. Omnis tamen huiuſmodi caſtitas ſub vna caſtitatis virtute comprehenditur, quod probatur ex eo, q numquàm peccatur, niſi contra uirtutem caſtitatis agatur. Vidua enim ſi nubit, non peccat. Nulla autē virtus ſine peccato perdit. Et licèt hoc Martinus negauerit, à veritate tñ actus, immemor ſuæ negationis aſſeruit poſt in q. 1 de luxuria, concluſione tertia, aſſerendo q nihil deiicit animum à ſtatu virtutis, niſi peccatū. Et p hoc pbat, q non omnis actus venereus deiiciat animū à uirtute, quāuis deiiciat ab arce & excellētia perfectionis.

Porrecta per totum.
735
2.d.30.q.2.ar.3.ad 6.& d.33 q.3.art.2.ad 5.& ar.3.ad 1. Et 3.con.capi.137.
ca.21.in fine, to.6.

¶ Ad obiectionē ergo in oppoſitū conceditur, q viduitas eſt virtus caſtitatis, ſeu claudit illam: caſtitas.n. ſufficit ad medietatē eligendam in vidua.

¶ Ad ſecundū uerò dicitur, q non quæcumque diſtinctio obiectorū, ſed ſola formalis in eſſe morali, hoc eſt, in ordine ad rationē, diſtinguit ſpecie virtutē à virtute. Seruare autem ſe immunem ab illicita delectatione uenerea, qd pertinet ad caſtitatē, & ſuper hoc nolle licitis venereis delectationibꝰ ſe immiſceri, qd addit uidualis caſtitas, nō diſtinguuntur formaliter: ſed ſicut actus neceſſarius, & actus ſupererogationis ſub eadem formali ratione qua perſona circa uenereas delectationes rectè ſe habet. Plus enim, vt in litera dicitur, exigitur ad conſtituti ōnē ſpecialis uirtutis, q̄ aliquid plus dignitatis, ſeu excellētiæ habere.

a Li.1.c.2. in fi.to.5.
† cap.16.ī prin.to.6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum virginitas ſit excellentior matrimonio.

AD QVARTVM ſic procedit. Videtur q virginitas nō ſit excellentior matrimonio. Dicit enim* Aug. in lib. de bono cōiugali. Nō impar meritū eſt continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abrahā, q filios generauit: ſed maioris virtutis maius eſt meritū. ergo virginitas non eſt potior virtus, quam caſtitas coniugalis.

¶ 2 Præt. Ex virtute depēdet laus virtuoſi. Si ergo virginitas præferretur continentiæ coniugali, vr̃ eſſe conſequens, q quælibet virgo eſſet laudabilior qualibet coniugata: hoc autem eſt falſum. ergo virginitas non præfertur coniugio. C

¶ 3 Præt. Bonum cōe potius eſt bono priuato, vt patet p Philoſoph.* 1. Eth ſed coniugiū ordinatur ad bonum cōe. dicit.n. † Augu. in lib. de bono cōiugali. Quod eſt cibus ad ſalutē hominis, hoc eſt concubitus ad ſalutē humani generis: virginitas autem ordinatur ad bonū ſpeciale, ut ſ. vitent tribulationem carnis quā ſuſtinent coniugatæ, ſicut patet p Apoſto. 1. ad Cor. 7. D ergo virginitas non eſt potior continentia coniugali.

SED CONTRA eſt, quod dicit *Aug. in lib. de uirginitate. Certa ratione, & ſanctarum ſcripturarum authoritate nec peccatū eſſe nuptias inuenimus, nec eas bono aut virginalis continētiæ, B uel etiam uidualis æquamus.

RESPON. Dicendū, q ſicut patet in lib. Hier. contra Iouinianum, hic error fuit Iouiniani, q poſuit uirginitatem nō eſſe matrimonio præferendam. Qui quidem error præcipuè deſtruitur & exemplo Chriſti, qui & matrem uirginē elegit, & ipſe uirginitatem ſeruauit, & ex doctrina apoſtoli, qui 1. ad Cor. 7. uirginitatem conſuluit tamq̄ melius bonum. Et etiā ratione, tum quia bonum diuinum eſt potius humano bono: tum quia bonū animæ præfertur bono corporis, tum etiam quia bonum cōtemplatiuæ uitæ præfertur bono actiuæ. virginitas aūt ordinatur ad bonum animæ, ſm uitam contemplatiuam, qđ eſt cogitare ea quæ ſunt Dei: coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod eſt corporalis multiplicatio generis humani, & ptinet ad vitā actiuā: q̄a vir & mu

SVPER Q. CLII. ART. IIII.

Ferr. 3. cont. c. 137.

IN art. c. 4. eiuſdem q. in reſponſione ad primum, dubium ex Martino in, q. 3. de virginitate occurrit dicente. Iſta ſolutio non mihi uidetur rationabilis, tùm primò, quia Abraham nūquam habuit coniugium in opere, & uirginitatem in præparatione animi, cum nihil habeamus in præparatione animi, niſi quod eſt nobis poſſibile, niſi apud inſipientes. Nec iuuat inducta Auguſtini authoritas: quia non dicit, q Abrahā habuit virginitatem in habitu. ſed continentiam, uel cælibatum, qui etiā uiduis conuenit. Tùm quia habere aliquam uirtutem in actu & opere multò perfectius eſt, quàm habere eam ſecundùm præparationem animi: ſed Ioannes habuit uirginitatem in opere, & abraham in ſola præparatione animi. ergo. E

¶ Ad euidentiam horum aduerte, quòd author nō æquat opus coniugij operi uirginali: ſed adæquat meritum continentiæ Abrahæ merito continentiæ uirginalis Ioannis Baptiſtæ. Hæc autem conſtat diſtare valdè. Vndè in principio reſponſionis author dicit, quòd meritum non ſolùm penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Per hoc enim quod dixit ex genere actus, denotauit primam inæqualitatem. Nam ex genere operis uirginitas præſtat continentiæ coniugali. Per hoc uerò quod ſubdit, Sed magis ex animo operantis, denotauit adæquationem ſecundo loco dictam quo ad præmium ſubſtantiale.

¶ Ad primam igitur Martini obiectionem dicitur, q Abraham habuit ſemper uirginitatem in præparatione animi. Nec eſt verum quod ſolum id quod eſt poſſibile nobis, habeamus in animi præparatione, cū ſenex impotēs pertinax in luxuria, habeat in præparatione animi adulteria, ſtupra &c ſi poſſet. Et ſicut inimicus alicuius, quàmuis priuatus manibus, omniq; ſpe occidendi inimicum, habeat animum præparatum occidendi illum ſi poſſet, & ſic de alijs. Et ſicut iſti quo ad damnū, & pœnam ſenſus ſubſtantialē ſunt ita rei ſicut adulteri, & homicidæ, & fortè plus iuxta animi maiorem ardorē ad hæc: ita Abraham uirtuoſus priuatus pp neceſſariam cauſam exercitio uirginitatis perſeuerabat in præparatione animi ad uirginitatem, ſi eſſet cōueniens tunc. Authoritas quoque Auguſt. allata adiuuat, quoniā continētia ibi ab Auguſt. pro continentia tollente coniugiū ſumitur, quam conſtat eſſe virginalem ſolā. Vidualis enim nō ſimpliciter, ſed poſt tempus tollit cōiugium. Patet autē Auguſtinū ſic accipere ibi continentiam, quia loquitur de ea, quam non habebat in opere Abrahā, ſed in animo, & Ioannes in opere.

*Cap. 19. fi. tom. 6
*Li. 1. non remote à prin. to. 3.

¶ Ad ſecundum autē dicitur, q licèt quārū ad bonitatē ex genere affectus, & penes pmiū accidentale plus ſit habere uirtutem in opere, q̄ in ſola præparatione animi, tamē quātum ad bonitatē meriti ex animo operantis, & quantū ad meritum ſubſtantiale non oportet q ſit plus, ſed quandoque eſt minus, ut patet ex dictis: & ideò ratio nihil ualet. D. 1185.

¶ In reſpōſione ad tertiem eiuſdem articuli, dubium ex Martino, ubi ſupra, occurrit dicente, Hæc ſolutio non placet mihi. Et uidetur concedendū, q multiplicatio, ſiue conſeruatio ſpeciei humanæ eſt ſimpliciter melior, quàm contemplatio diuinorum quantumcumque ſint diuerſorū generum. Si.n. finis uirginitatis eſſet melior ſimpliciter quàm finis coniugij, uideretur q propter conſeruationem humanæ ſpeciei non eſſet deſerenda uirginitas etiam firmata uoto, nec pro pace unius regni poſſet Papa diſpenſare, q̄a diſpenſatio non fit niſi propter melius: hoc autem eſt error.

¶ Ad hoc dr̄, q cōparatio rerum in bonitate nō eſt conſiderāda ſecundùm caſus aut euētus, ſed abſolutè. Conſtat autem ſecundum oēs, q bonum aīæ pfertur bono corporis, & q contēplatio diuina eſt magnum animæ bonū, multiplicatio aūt hominum per generationem, corporale bonū ſecūdùm ſuū genus eſt. Generatio ſiquidem carnalis carnale bonum directè facit, iuxta illud Ioānis 3. Quod natum eſt ex carne, caro eſt. Igitur optimè author dixit, q finis virginitatis ſecūdùm genus ſuū, eſt ſimpliciter melior, quàm multiplicatio hoīum, quæ eſt finis cōiugij.

¶ Ad obiectionē aūt Martini negatur utraq; ſequela. Prima quidem, quia in caſu, quo ſpeciē humanā oporteret cōſeruari, præceptū iuris naturę præualeret uoto uirginitatis, & ſic ſimpliciter melius eſt philoſophari q̄ ditari: pro tēpe tñ neceſſitatis oppoſitū agēdū eſt. Ita licet ſimpliciter melior ſit uirginitas matrimonio, pro tēpe tñ neceſſitatis melius eſt nubere. Secūda aūt, quia in pace unius regni non tenditur ad bonum temporale tantum, ſed ad bonum ſpirituale, uirtutū. ſ. in regno, q̄ diſcordiis, ſeditionibus, belliſq; impediuntur, tollūtur. Et uniuerſaliter dī, q diſpenſatio poteſt fieri nō ſolùm propter melius ſecundùm ſuum genus, ſed propter melius ex circunſtantia, puta hic, in tali euentu.

re in matrimonio uiuentes neceſſe habent cogitare quæ ſunt mundi, vt patet per Apoſtolũ 1. ad Corinth.7. Vndè [m] indubitanter virginitas præferenda eſt continentiæ coniugali. [n]

Conclu. m

AD 1. ergo dicendum, ꝙ meritũ non ſolùm penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Habuit aũt animum Abraham ſic diſpoſitum, vt paratus eſſet virginitatem ſeruare, ſi eſſet tẽpori congruum, ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipſo, æquatur merito [d] continentiæ virginitatis in Ioanne reſpectu præmij accidentalis, non aũt reſpectu præmij ſubſtantialis. Vndè * Auguſ. dicit in lib. de bono coniugali, ꝙ Ioannis cælibatus, & Abrahę connubium pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt, ſed continẽtiam Ioãnes in opere, Abraham uerò in ſolo habitu habebat.

D.1. — *ca.21. in ſine, to.6.

AD II. dicendum, ꝙ licèt virginitas ſit melior, q̃ continentia coniugalis, poteſt tñ coniugatus melior eſſe, q̃ virgo, duplici rõne. Primò quidẽ ex parte caſtitatis, ſi ſ. ille qui eſt coniugatus, habeat animũ magis paratum ad virginitatẽ ſeruãdã, ſi oporteret, q̃ ille qui eſt actu virgo. Vndè * Augu. inſtruit virginem in libr. de bono coniugali, vt dicat. Ego non ſum melior, q̃ Abraham, ſed melior eſt caſtitas cælibum, quam caſtitas nuptiarũ. & rationem poſtea * ſubdit, dicens. Quod.n. nunc ago, melius ille egiſſet, ſi tunc agendũ eſſet. Quod autẽ illi egerunt, ſic ego nõ agerem, ẽt ſi nunc agendum eſſet. Secundò, quia fortè ille qui nõ eſt virgo, habet aliquam excellentiorem virtutem. Vndè * Auguſti. dicit in libr. de virginitate. Vndè ſcit virgo, quàmuis ſolicita quæ ſunt Domini, ne fortè ꝑꝑ aliquam ſibi incognitam infirmitatem non ſit matura martyrio, illa vero mulier, cui ſe præferre geſtiebat, iam poſſit bibere calicem dominicæ paſſionis?

*c.22. ante mediũ, tom.6. — *Ibidẽ. — *ca.44. in fine, to.6.

Collatio boni priuati ad bonũ cõe.

AD III. dicendum, ꝙ bonum cõe potius eſt bono priuato, ſi ſit eiuſdẽ generis: ſed põt eſſe ꝙ bonum priuatum ſit melius ſecũdum ſuum genus: & hoc modo virginitas Deo dicata præfertur fœcũditati carnali. Vndè * Aug. dicit in libr. de virginitate, ꝙ fœcunditas carnis, ẽt illarum, quæ in hoc tẽpore nihil aliud in coniugio, quàm prolem requirunt, quam mancipent Chriſto, pro amiſſa virginitate compenſari non poſſe credenda eſt.

*Ca.9. in prin. to.6.

SVPER Q. CLII. ART. V.

Perfecta per totum. — Ferr.3 cont.c.134.

736 — Inf.q.155. ar.1. & q.185. ar.4. Et 4.d.33. q.3. art.3. Et 3. cõtra g.134.

IN artic. 5. eiuſdem q. nihil ſcribendũ occurrit, niſi ꝙ illud, quod in fine articuli de cantico nouo, ſeu gaudio ſingulari de integritate carnis ſeruata, cũ de aureolis tractabitur, declarandum eſt.

ARTICVLVS V.

Vtrum virginitas ſit maximum virtutum.

AD QVINTVM ſic procedit. Vr ꝙ virginitas ſit maxima virtutum. Dicit.n. * Cyprian. in libr. de virginitate. Nunc nobis ad uirgines ſermo eſt, quarum quo [h] ſublimior eſt gloria, eo eſt maior cura: flos eſt ille eccleſiaſtici germinis decus atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, [h] illuſtrior portio gregis Chriſti.

*In tract. de habitu virginũ nõ remote à prin. Incipit hic ſi Diſciplina cuſtos. — *eſt gloſſ.

¶ 2 Præt. [h] Maius præmium debetur [h] maiori uirtuti: ſed virginitati debetur maximum præmium, ſcilicet fructus centeſimus, ut patet † Matth.13. in gl. ergo virginitas eſt maxima uirtutum.

Hierony. ibidẽ c.9.

¶ 3 Præt. Tãtò aliqua virtus eſt maior, quãtò ꝑ eam aliqs Chro [h] magis cõformat: ſed maximè aliqs cõformat Chro ꝑ uirginitatẽ. dr̃.n. Apocal.14. de virginibus, ꝙ ſequuntur agnum quocumq; ierit, & ꝙ cantant canticum nouum: quod nemo alius poterat dicere. ergo uirginitas eſt maxima virtutum.

SED CONTRA eſt, quod * Aug. dicit in lib. de virginitate. Nemo, quantũ puto, auſus fuit virginitatẽ ꝑferre monaſterio. & in eodẽ lib. † dicit. Præclariſſimum teſtimoniũ perhibet Eccleſiaſtica authoritas, in qua fidelibus notũ eſt quo loco martyres, & quo defunctę ſanctimoniales ad altaris ſacramẽta recitentur, per quod dat̃ intelligi, ꝙ martyrium virginitati ꝑfertur, & ſimiliter monaſterij ſtatus.

*Ca.46. ſ fine, to.6. †ca.45. in prin. to.6

RESP. Dicendũ, ꝙ aliquid põt dici excellentiſſimũ dupliciter. Vno modo, in aliquo genere: & [m] ſic virginitas eſt excellẽtiſſima. ſ. in genere caſtitatis. [n] Traſcendit.n. & caſtitatẽ uidualem, & cõiugalem. Et quia caſtitati antonomaſicè attribuitur decor: ideò virginitati ꝑ cõſequẽs attribuitur excellẽtiſſima pulchritudo. Vndè & Amb. dicit in li. de uirginitate. Pulchritudinẽ quis põt maiorem æſtimare decore virginis, q̃ amatur à rege, probatur à iudice, dedicat̃ Dño, cõſecrat̃ Deo? Alio modo, põt dici aliqđ excellentiſſimũ ſimpliciter: & [p] ſic uirginitas nõ eſt excellẽtiſſima uirtutũ. [q] Sẽper.n. finis excellit id qđ eſt ad finẽ. & quãto aliqđ efficacius ordinat̃ ad finẽ, tãtò melius eſt. Finis aũt ex quo uirginitas laudabilis reddit̃, eſt uacare reb' diuinis, ut * dictũ eſt. Vnde ipſę virtutes theologicæ, & ẽt virtus religionis, quarũ actus eſt ipſa occupatio circa res diuinas ꝑferunt̃ uirginitati. Similiter ẽt vehemẽtius operant̃ ad hoc, ꝙ inhæreant Deo martyres, q. ad hoc poſtponũt propriã uitã, & uiuẽtes in [d] monaſterijs, q. ad hoc poſtponũt propriã uolũtatẽ, & oĩa quæ poſſunt habere, q̃ uirgines quæ ad hoc poſtponunt venercam uoluptatẽ: & ideò uirginitas non ſimpliciter eſt maxima uirtutum.

Concl. m — Concluſ. p — *Ar.4. huius queſt. — D.262.

AD I. ergo dicẽdum, ꝙ uirgines ſunt illuſtrior portio gregis Chriſti, & eſt earum ſublimior gloria per comparationem ad uiduas & coniugatas.

AD II. dicendũ, ꝙ cẽteſimus fructus attribuitur uirginitati ſm̃ * Hier. ꝑꝑ excellentiam quam habet ad uiduitatem, cui attribuitur ſexageſimus, & ad matrimonium, cui attribuitur triceſimus: ſed ſicut * Aug. in lib. de quæſtionibus Euãgelij, centeſimus fructus eſt martyrum, ſexageſimus uirginũ, & triceſimus coniugatorum. Vndè ex hoc non ſequit̃, ꝙ uirginitas ſit ſimpliciter maxima uirtutum omnium, ſed ſolùm in alijs gradibus caſtitatis.

*Loco citato I arg. — Lib.1.c.9. ſ prin. t.4.

AD III. dicendum, quòd uirgines ſequuntur agnum quocumque ierit: quia imitantur Chriſtum non ſolum in integritate mentis, ſed etiam in integritate carnis, ut * Auguſtinus dicit in lib. de virginitate. Et ideo in pluribus ſequuntur agnum: non tamen oportet, quòd magis in propinquo, quia aliæ uirtutes faciunt propinquius inhærere Deo per imitationem mentis. Canticum autem nouũ, quod ſolæ uirgines cantant, eſt gaudium quod habent de intergritate carnis ſernata.

Cap.27. a med. to.6

SVPER Q. CLIII. ART. I.

IN art. 1. q. 153. aduerte, quòd quia par eſt, vt quælibet ars gaudeat proprijs vocabulis: ideò in morali philoſophia & theologia, luxuriæ nomen propriè ſumitur pro ſuperfluitate in materia delectationum venereatū, & per ſimilitudinē ad quēlibet abūdantē exceſſum tranſlata dī. Nā cū in Eccleſia dicimus luxuriæ peccatū, ſine cunctatione intelligimus peccatū in venereorū exceſſu: ſed apud grāmaticos cōtrarius uidetur trāſlationis ordo, quoniam prius ſignificata eſt apud eos luxuriæ nomine ſolutio cuiuſcūq; libidinis, & deinde aſſociata eſt ad ſolutionē libidinis in materia venereæ delectationis, quæ ſolutio in ſuperfluitate venereæ delectationis manifeſtè conſiſtit. Et ſō diuerſæ trāſlationes, quia iſti ex parte nominis ſignificantis, illi ex parte rei ſignificatæ tranſlationem ordinarunt.

Porrecta per totum. 737

1. Ethic. 5. le. 2. co. 3.

* lib. 2. c. 6 a med. to. 2.

A

QVAESTIO CLIII.

De uitio luxuriæ, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandū eſt, de uitio luxuriæ, quod opponitur caſtitati. Et primò, de ipſa in generali. Secundò, de ſpeciebus eius.

CIRCA primum quæruntur quinque.

¶ Primò, Quæ ſit materia luxuriæ.

¶ Secundò, Vtrum omnis concubitus ſit illicitus. B

¶ Tertiò, Vtrum luxuria ſit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum luxuria ſit uitium capitale.

¶ Quintò, De filiabus eius.

ARTICVLVS I.

Vtrū materia luxuriæ ſint ſolū concupiſ. ſ. etiā & delectationes venereæ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vī quòd materia luxuriæ nō ſolùm ſint cōcupiſcētię, & delectationes venereę. Dicit. n.* Auguſt. in lib. cōfeſ. quòd luxuria ad ſatietatē atq; abundantiā ſe cupit uocari: ſed ſatietas pertinet ad cibos & potus, abūdātia aūt ad diuitias. ergo luxuria nō eſt propriè circa concupiſcentias, & uoluptates venereas. G

¶ 2 Præt. Prouerb. 20. dī. Luxurioſa res eſt uinum: ſed uinum pertinet ad delectationem cibi & potus. ergo circa ea maximè uidetur luxuria eſſe.

¶ 3 Præt. Luxuria dī eſſe libidinoſæ uoluptatis appetitus: ſed libidinoſa uoluptas nō ſolū eſt in uenereis, ſed etiam in multis alijs. ergo luxuria nō eſt ſolū circa cōcupiſcētias, & uoluptates venereas.

* Aug. lib. de uera rel. c. 3. a medio, to. 1.

SED CONTRA eſt, quod dī in lib.* de uera religione de luxurioſis. Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem: ſed ſeminatio carnis fit per uoluptates venereas. ergo ad has ptinet luxuria.

* Lib. 10. c. 11. incipit, Luculēt⁹, a med. illius.

RESP. Dicendum, quòd ſicut Iſidor.* dicit in lib. Etymol. Luxurioſus aliquis dicitur, quaſi ſolutus in uoluptates. Maximè autem uoluptates venereæ animum hominis ſoluunt: & ideò circa uoluptates venereas maximè luxuria conſideratur.

Conclu.

AD 1. ergo dicendum, quòd ſicut temperantia principaliter quidem & propriè eſt circa delectationes tactus, dī autem ex conſequenti, & per ſimilitudinem quandam in quibuſdam alijs materijs: ita etiā luxuria principaliter quidem eſt in uoluptatibus venereis, quę maximè & pręcipuè animū hominis reſoluunt: ſecundariò aūt dī in quibuſcumq; alijs ad exceſſum pertinentibus. Vnde ad Galat. 5. dicit gloſ.* quòd luxuria eſt quælibet ſuperfluitas.

* Gl. interlinearis ſuper illud: impudicitia, luxuria &c.

AD II. dicendum, quòd uinum dī res luxurioſa, uel ſcdm hunc modum quo in qualibet materia abundātia ad luxuriā refertur, uel inquantum ſuperfluus uſus uini incentiuum uoluptati venereæ præbet.

AD III. dicēdū, quòd libidinoſa uoluptas etſi i alijs materijs dicatur, tñ ſpecialiter hoc nomē ſibi uēdicāt venereæ delectationes, in quibus etiā ſpecialiter libido dicitur, ut* Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei.

* Lib. 14. c. 15. & 16. tomo 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum nullus actus venereus poſſit eſſe ſine peccato.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vī quòd nullus actus venere⁹ poſſit eſſe ſine peccato. Nihil enim uī impedire uirtutē niſi peccatū: ſed omnis actus venereus maximè impedit uirtutē. dicit. n.* Auguſt. in primo ſoliloquiorū. Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilem, quàm blandimenta fœminæ, corporumq; ille cōtactus. ergo nullus actus venereus uidetur eſſe ſine peccato.

* Lib. 1. ca. 10. ante med. to. 1.

¶ 2 Præt. Vbicūq; inuenitur aliquid ſuperfluū, per quod à bono rōnis recedī, hoc eſt uitioſum, quia uirtus corrūpitur per ſuperfluū & diminutū, ut dī in 2. Ethic.* ſed in quolibet actu venereo eſt ſuperfluitas delectationis, quæ intantū abſorbet rationē, quòd impoſſibile eſt aliquid intelligere in ipſa, ut * Philoſ. dicit in 7. Ethic. Et ſicut Hiero. † dicit, In illo actu, ſpiritus prophetiæ nō tangebat corda prophetarū. ergo nullus actus venere⁹ poteſt eſſe ſine peccato.

* Lib. 2. c. 6. tom. 5.

* Lib. 7. c. 11. a med. to. 5.

† Hier. de Monogamia, ad Gieron. Et refert. 32. q. 2. c. connubia.

D ¶ 3 Præt. Cauſa potior eſt, quàm effectus, ſed peccatū originale in paruulis trahitur a cōcupiſcētia, ſine qua actus venereus eſſe nō poteſt, ut patet per Aug. * in lib. de nuptijs & cōcupiſcētia. ergo nullus actus venereus poteſt eſſe ſine peccato.

* lib. 1. c. 24. circa med. to. 7.

SED CONTRA eſt, quod Aug. † dicit i lib. de bono cōiugali. Satis reſponſum eſt hęreticis, ſi tñ capiūt, nō eſſe pctm quod neq; cōtra naturā cōmittitur, neq; cōtra morē, neq; contra præceptū. Et loquitur de actu venereo, quo antiqui patres pluribus cōiugibus utebātur. ergo nō omnis actus venereus eſt peccatum.

† ca. 25. circa princi. tom. 6.

E

RESPON. Dicendum, quòd peccatum in humanis actibus eſt, quod eſt contra ordinem rationis. Habet autem hoc rationis ordo, ut quælibet conuenienter ordinet in ſuum finem: & ideò non eſt peccatum, ſi per rationem homo utatur rebus aliquibus ad finem, ad quem ſunt: modo & ordine conuenienti, dummodo ille finis ſit aliquod uerè bonum. Sicut autem eſt uerè bonum, quod conſeruetur corporalis natura unius indiuidui, ita ēt eſt quoddam bonū excellens, quòd conſeruetur natura

SVPER Q. CLIII. ARTIC. II.

Porrecta per totum. 738

Mala. q. 15. art. 1.

IN art. 2. eiuſdē q. nota primo cōtra ſcrupuloſas mentes, quòd ſine omni peccato venereus actus exerceri pōt & exercerī, quando debitis eſt circunſtantijs honeſtatus actus cōiugalis, inter quas circūſtātias nō eſt ut perſona non delectetī, aut nō cōplaceat ſibi delectatio. Hoc. n. inſenſibilis, aut ſtulti eſt. Cōplacentia. n. uoluntaria in delectatione operis talis alias benè circunſtantionati, puta, pp plē, &c. nullū oīno peccatum eſt, ſed donū Dei eſt abſolutè generis humani, collatū homini, & cæteris animalibus. Vndè nō debet perſona de huiuſmodi delectatione percepta dolere, ſed poti⁹ Deo gratias agere.

¶ Nota ſecundo, quòd author in rñſione ad ſecundū, theologalē rationem reddit, quare delectatio venerea nō ſubiacet moderationi rōnis, ſ. ex originali peccato, nō quòd ignoret hoc eiſe naturale, ſed ſicut mors, cū hoc quòd eſt naturalis, eſt etiā pœna peccati originalis, quia per gratiā adēpta nobis erat neceſſitas moriendi: ita quia hmōi perturbatio rōnis adēpta nobis erat per donū originalis iuſtitiæ, quo inferiora ſuperioribus ſubiecta erant in homine, facta eſt pœna originalis peccati.

ra ſpeciei humanæ. Sicut aũt ad cõſeruationẽ vitæ F
vnius hois ordinat̃ vſus ciborũ, ita ẽt ad cõſerua-
* Cap. 16. in princ. to. 6. tionẽ totius humani generis vſus venereorũ. Vñ *
Aug. dicit in lib. de bono cõiugali. Qđ eſt cibus ad
ſalutẽ hois, hoc eſt cõcubitus ad ſalutẽ generis. Et
Conclu. m iõ m ſicut vſus ciborũ põt eſſe abſq; peccato, ſi fiat
debito modo & ordine ſm ꝙ cõpetit ſaluti corpo
D. 858. ris: ita etiã & vſus d uenereorũ poteſt eſſe abſq; oĩ
peccato, ſi fiat debito modo & ordine, ſm quòd
eſt conueniens ad finem generationis humanæ. *

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ aliquid põt impedi
re dupliciter uirtutẽ. Vno mõ, quantũ ad cõem ſta
tũ uirtutis: & ſic non impedit̃ uirtus niſi per pctm̃. G
Alio mõ, quantũ ad perfectũ uirtutis ſtatũ, & ſic
põt impediri uirtus per aliquid qđ nõ eſt pctm̃, ſed
eſt minus bonũ. Et hoc modo, uſus fœminæ deiicit
animũ nõ à uirtute, ſed ab arce, ideſt, perfectione
* Cap. 8. a m edio, to mo. 6. D. 1185. uirtutis. Vndè Aug. dicit in lib. * de bono coniuga-
li. Sicut bonũ erat, qđ Martha faciebat occupata
circa miniſteriũ ſanctorũ, ſed melius d qđ Maria au
diens uerbũ Dei: ita etiam bonum Suſannæ in ca-
ſtitate coniugali laudamus, ſed bonum uiduæ An-
næ, & magis Mariæ uirginis anteponimus.

* q. 152 ar. 1. ad 2. & 1. 2. q. 64. ar. 2. Ad ii. dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, medium
uirtutis nõ attẽdit̃ ſm quantitatẽ, ſed ſecundũ ꝙ H
cõuenit rõni rectæ: & iõ abũdãtia delectationis, q
eſt in actu uenereo ſm rõnem ordinato, nõ cõtra-
riat̃ medio uirtutis. Et pterea ad uirtutẽ nõ ptinet
quantũ ſenſus exterior delectet̃, qđ cõſequit̃ cor-
poris diſpoſitionẽ, ſed quãtũ appetitus interior ad
hmõi delectationes afficiat̃: nec ex hoc ẽt, ꝙ rõ nõ
põt liberũ actũ rõnis ad ſpiritualia conſiderãda ſi-
mul cũ illa delectatione habere, oſtendit̃ ꝙ actus il
le ſit uirtuti cõtrarius. Nõ. n. eſt uirtuti cõtrariũ, ſi
rõnis actus aliqñ intermittat̃ aliquo, qđ ſm rõnẽ
fit: alioquin ꝙ aliqs ſe ſomno tradit, eſſet cõtra uir
tutẽ. Hoc tñ ꝙ cõcupiſcentia, & delectatio uene- I
reorũ nõ ſubiacet imperio & moderationi rõnis,
ꝓuenit ex pœna primi peccati, inquantũ. ſ. ratio
rebellis Deo meruit habere ſuam carnem rebel-
* Lib. 13. c. 13. to. 5. lem, ut patet per Auguſt. 13. * de ciuita. Dei.

† Loco citato in argu. Ad iii. dicendũ, ꝙ ſicut Aug. † ibidẽ dicit, ex cõ
cupiſcentia carnis, quæ regeneratis non imputat̃
in peccatũ, tãquàm ex filia peccati proles naſcit̃,
originali obligata peccato. Vndè non ſequitur, ꝙ
actus ille ſit peccatum, ſed quòd in illo actu ſit ali-
quid pœnale à peccato primo deriuatum.

Articvlvs iii.

Vtrum luxuria, quæ eſt circa actus uenereos, poſſit eſſe peccatum.

Ad tertivm ſic procedit̃. K
Vr̃ ꝙ luxuria quæ eſt circa
actus uenereos, nõ poſſit eſſe
aliqđ peccatũ. Per actũ. n. uene
reorũ ſemen emittitur, qđ eſt h
ſuperfluũ alimenti, ut patet per
Philoſ. * in lib. de generatione
animaliũ: ſed in emiſſione alia-
rũ ſuperfluitatũ, nõ attenditur
aliqđ peccatũ. ergo neq; circa
actus uenereos poteſt eſſe ali-
quod peccatum.

¶ 2 Præ. Quilibet põt h licitè uti,
ut libet, eo qđ ſuũ eſt: ſed ĩ actu
uenereo homo non utit̃ niſi eo,
qđ ſuũ eſt, niſi fortè in adulte-
rio, uel raptu. ergo in uſu uene-
reo non põt eſſe peccatum, &
ita luxuria non erit peccatum.

¶ 3 Præ. Oẽ peccatũ habet h ui
tiũ oppoſitũ: ſed luxuriæ nullũ
uitium uidetur eſſe oppoſitum.
ergo luxuria non eſt peccatũ.

Sed contra eſt, ꝙ cauſa eſt
potior ſuo effectu: ſed uinum
prohibet̃ pp̃ luxuriã, ſm illud
Apoſtoli ad Epheſ. 5. Nolite ine
briari uino, in quo eſt luxuria.
ergo luxuria eſt prohibita.

¶ Præt. Galat. 5. enumeratur in-
ter opera carnis.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ quãtò ali
quid eſt magis neceſſariũ, tãtò
magis oportet, ut circa illud rõ
nis ordo ſeruet̃: uñ ꝓ cõſequẽs
magis eſt uitioſum, ſi ordo rõ-
nis ꝑtermittat̃. Vſus aũt uene-
reorũ, ſicut dictũ eſt, * eſt ualdè
neceſſarius ad bonũ cõmune,
qđ eſt cõſeruatio humani gene
ris: & ideò circa hoc maximè at
tẽdi debet rõnis ordo, & ꝓ con
ſequẽs ſi qd circa hoc fiat præ
ter q̃ ordo rõnis habet, uitio-
ſum erit. Hoc autẽ pertinet ad
rationem luxuriæ, ut ordinẽ &
modum rationis excedat circa
uenerea: & ideò m abſque du-
bio luxuria eſt peccatum. *

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ
ſicut * Philoſ. in eodẽ libro di-
cit. Semẽ eſt ſuperfluũ quo indi
getur. Dr̃. n. ſuperfluũ ex eo, ꝙ
reſiduũ eſt operationis uirtutis
nutritiuæ, tñ indiget̃ eo ad opꝰ
uirtutis generatiuæ: ſed aliæ ſu
ꝑfluitates humani corporis ſũt,
qbꝰ nõ indiget̃, & iõ nõ refert
qualitercũq; emittant̃, ſalua de
cẽtia cõuictus humani: ſed non
eſt ſimile in ſeminis emiſſione,
quæ taliter debet fieri, ut cõue
niat fini ad quem eo indigetur.

Ad ii. dicẽdũ, ꝙ ſicut Apoſt. dicit 1. ad Corin. 6.
cõtra luxuriã loquẽs. Empti eſtis ꝑtio magno, glo-
rificate, & portate Deũ in corpore ueſtro. Ex eo
ergo ꝙ aliqs inordinatè ſuo corpore utit̃ ꝑ luxu-
riã, iniuriã facit Deo, qui eſt principalis dñs corpo * Cap. 10. circa me diũ to. 9.
ris nr̃i. Vndè & Aug. * dicit in lib. de decem chor-
dis Dñs qui gubernat ſeruos ſuos ad utilitatem il-
lorum, non ſuam, hoc præcipit, ne per illecebras,

Porrecta per totum.

Svper Q. CLIII. ARTIC. III.

739 *Ferr. 3. cont. c. 121.*
Sup. q. 35. ar. 3. cor. & q. 26. art. 3. cor. Et 4. di. 33 q. 1. ar. 3. q. 2. Et 3. con. 121. Et mal. q. 15. art. 2. Et 1. co. 6. lect. 3. *Nic. de Nyſe tra. 3. p. 3. fo. 3. q. 7.*
* lib. 1. c. 19. to. 2.

In ar. 3. eiuſdẽ qõ. in reſponſione ad pri-
mũ, dubiũ ex Martino occurrit, in q 1 de
luxuria, dicente Hæc
ſolutio nõ ſatisfacit,
tũ quia circa emiſſio-
nẽ aliarũ ſuperfluita
tũ põt eſſe inordina-
tio uel in quantitate
cõtra ſanitatẽ corpo-
ris, ꝓcurãdo nimis ea
rum emiſſionẽ: uel in
uia, puta, ꝑ uias inna
turales, puta egere
per os, tũ qa illi q nõ
habent ſemẽ aptũ ge
nerationi aut pp ætatẽ,
aut pp cõplexionẽ,
nõ peccarẽt luxuriando,
dũ quomodolibet
emitterent ſeminis
talis ſuperfluitatẽ.
¶ Ad primũ horũ dr̃,
ꝙ vt ſæpe dictũ eſt, authoris
ſermo & doctrina
eſt formalis, & nihil
detrimẽti patit̃ ex
his quæ ſunt per accidens.
Inter emiſſionẽ
ergo ſeminis, & aliarũ
ſuperfluitatũ per
ſe, & ſecũdùm ſua genera
iudicãdo actus,
hæc eſt differentia, ꝙ
emiſſio ſeminis ex
ſuo genere hẽt, ꝙ ad
finẽ generationis ordinet̃
ſecũdùm rectã
rõnẽ: emiſſio aũt aliarũ
ſuperfluitatum ex
ſuo genere nullũ hẽt
ordinẽ ad rõnẽ, niſi
pro quãto hẽt decentiã
humani cõuictus
annexã. Per accidens
aũt, puta, qa nõ eſt ſuperfluũ,
qđ ſuperfluũ
credit̃: & ideò nimis * In corp. ar.
procuratur, aut quia
admiſſũ eſt bonũ naturæ,
aut qa hõ abutitur
mẽbris officialibus
corporis, peccatũ
in hmõi emiſſionibꝰ
cõſtituitur. Ad ſecundũ
quoq; dr̃, ꝙ ſemẽ
puerorũ dr̃ ineptũ generationi
nõ qa generat,
ſed quia deficit à
ꝑfectione generationis,
ſiuè ꝓlis generandæ.
Et ſimile de ſemine Concluſio
inepto pp cõplexionẽ
vt. Si tñ daret̃, ꝙ
alicuius ſemẽ nõ eſſet * Loco citato in argum.
pro tunc ſaltẽ generatiuũ,
vt patet de
ſemine mulierũ poſt
quàm amplius nõ patiuntur
mẽſtrua, non
ꝓpterea ſubtrahunt̃ à
rõne in litera aſſignata
ex parte finis: qa ꝑcepta
moralia attendũt
ad id, qđ ſecundùm
naturã eſt, & nõ
ad id, qd per accidẽs
in hac uel cõplexione,
uel ætate inuenit̃.
Per ſe autem ſemen
à natura

à natura ordinatum eſt ad prolis generationem, alioquin ſemẽ non eſſet: & ideò circa ſeminationem quamlibet, cõia pcepta q maximè ex fine qui eſt generatio, ſumuntur, ſeruãda ſunt quãtumcumq; per accidens generatio tunc ſequi non poſſit. Falſiſſima eſt ergo, & deſtructiua moralis doctrinæ conſequentia allata. Quòd ſi ex fine, puta, generatione, puenit ordo, & pſtin ſ emiſſione ſeminis, habentes ſemen ineptũ generationi, non peccarent. Procedit n. ex cõfuſione eius quod eſt per ſe cum eo qđ eſt per accidẽs, qđ ſæpe in moralibus, & in cæteris facit errare. Cõtingit n. & ſapientes in his, quæ ſunt p accidens falli.

¶In eodem art. in reſponſione ad ſecũdũ aduerte, q author reddens theologam rõnẽ, inſinuauit ſimul & moralem naturaliter, quare homò non põt uti mẽbris ſuis, & corpore ſuo ut vult, quia ſ. ipſe non eſt dñs naturaliũ ſuorum totaliter, ſed pſtituta ẽ ſibi à natura naturæq; actore ratio ſui dominii in ordine ad finem. Dictat ſiquidẽ naturale ius in nobis non quodlibet, ſed ut decet, homini cõceſſum eſſe ꝓprij corporis vſum.

Porrecta per totum.
740
*Mal. q6. 15. artı. 4.
*Glo. ſter linearis ſup illud: Oĩs fornicatio.
†Greg. li. 31. ca. 31.
§lib. 2. ca. 39. in pri.

¶In rñſione ad tertiũ aduerte, q nõ reddere debitum coniugi, act⁹ duorũ quãq; ponitur uitiorũ. ſ. iniuſtitię, qua ſubtrahit̃ illi, qđ ſuũ eſt: & inſenſibilitatis, qua uſum venereũ totaliter pſona refutat. Et licẽt rarò talis negatio debiti ab inſenſibilitate pcedat, ab iniuſtitia tñ ſæpe contingit. Et eſt proculdubio mortale peccatum ſiuè alterum, ſiuè vtrumq; habeat deformitatẽ: quia ad reddendum debitum coniugi tenet ſaltem de neceſſitate pcepti, ſicut ad cætera pcepta iuſtitiæ. Et qa reddere debitum eſt actus ſub præcepto affirmatiuo cadẽs, ideò obligat p loco alijſq; circunſtantijs cõcurrentibus. Nõ n. tenetur impotens, aut infirmus cũ notabili dãno perſonæ, aut in loco incõgruo, puta, publico, uel ſacro: quis teneatur oĩ tpe quantumcunq; ſacro, aut cõiunis præteritę, vel futuræ, debitum reddere. Et ratio diuerſitatis patet, quia locus publicus eſt contra honeſtatem, ſacer verò contra diuinam reuerentiam. Damnum autem notabile pſonæ ad huiuſmodi debiti perſoluenda. Tempus aũt ſacrũ non uiolatur propterea, nec communio impeditur, aut detorpatur. Illa enim quæ ſunt ad benè eſſe, debent ſine coniugis præiudicio de conſenſu utriuſq; fieri, vt Apoſtolus docet. An autem pe-

*q. 35. ar. 4.
*Li. 31. c. 31.
*q. 148. ar ti. 5. Et 1. 2. q. 84. ar tic. 3. & 4.

& illicitas voluptates corruat tẽplũ eius, quod eſſe cœpiſti.

Ad III. dicendum, q oppoſitũ luxuriæ nõ cõtingit i multis, eo q hoies magis ſũt pni ad delectationes, & tñ oppoſitũ vitiũ cõtinetur ſub inſenſibilitate: & accidit hoc vitiũ in eo, qui intantum deteſtat̃ mulierum vſum, q ẽt vxori debitum non reddit.

Articvlvs IIII.

Vtrum luxuria ſit vitium capitale.

Ad qvartvm ſic procedit. Vr̃ q luxuria nõ ſit vitium capitale. Luxuria n. vr̃ idem eſſe[h] immunditiæ, vt patet p gl. *ad Epheſ. 5. ſed immunditia eſt [b]filia gulæ, ut patet per Grego. 31. Moral. †ergo luxuria non eſt vitium capitale.

¶2 Præt. Iſido. dicit in lib. de ſummo bono, *q ſicut per ſuperbiã mentis itur in proſtitutionem libidinis, ita per humilitatem mẽtis ſalua ſit caſtitas carnis: ſed cõtra rationẽ capitalis vitij eſſe vr̃, q ex alio vitio oriatur. ergo luxuria nõ eſt vitium capitale.

¶3 Pręt. Luxuria[h] cauſatur ex deſperatione ſm̃ illud Epheſ. 4. Qui deſperãtes, ſemetipſos tradiderũt impudicitię: ſed deſperatio nõ eſt uitium capitale, quinimmò ponit̃ filia accidiæ, ut ſupra habitũ eſt.* ergo multò minus luxuria eſt vitium capitale.

Sed contra eſt, quòd Gregor. 31. Moral. *ponit luxuriam inter vitia capitalia.

Respon. Dicendum, q ſicut ex dictis patet, * vitiũ capitale eſt, q habet finẽ multũ appetibilẽ, ita q eius appetitu homo pcedat ad multa peccata perpetranda, quæ oĩa ex illo uitio tãquã ex principali oriri dicũtur. Finis autem luxuriæ eſt delectatio venereorũ, quę eſt maxima. Vndè hmõi delectatio eſt maximè appetibilis ſm̃ appetitum ſenſitiuum, tum pp vehemẽtiã delectationis: tum etiam pp cõnaturalitatem hmõi concupiſcẽtiæ. Vndè manifeſtum eſt, q luxuria eſt vitium capitale.

Ad I. ergo dicendum, quòd immunditia ſecundum quoſdam, quę ponitur filia gulæ, eſt quædã immunditia corporalis, vt ſupra dictũ eſt: * & ſic obiectio nõ eſt ad propoſitum. Si uerò accipiatur pro immunditia luxuriæ, ſic dicendum, q ex gula cauſatur materialiter, in quãtũ ſcilicet gula miniſtrat materiã corporalem luxuriæ, nõ autem ſm̃ rationem cauſæ finalis, ſecundùm quam potiſſimè attẽditur origo aliorum uitiorum ex uitijs capitalibus.

Ad II. dicendum, q ſicut ſupra dictum eſt,* cũ de inani gloria ageretur, ſuperbia ponitur communis mater omnium peccatorum: & ideò etiam uitia capitalia ex ſuperbia oriuntur.

Ad III. dicendum, q à delectationibus luxuriæ præcipuè aliqui abſtinẽt pp ſpem futuræ glorię, quam deſperatio ſubtrahit: & ideò cauſat luxuriam ſicut remouens prohibens, non ſicut per ſe cauſa, quod requiri uidetur ad uitia capitalia.

Articvlvs V.

Vtrum conuenienter dicãtur eſſe filię luxurię, cęcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſęculi, & horror futuri.

Ad qvintvm ſic procedit. Videtur quòd inconuenienter dicantur eſſe filiæ luxuriæ, cæcitas mentis, inconſideratio, pręcipitatio, incõſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſęculi, horror uel deſperatio futuri. Quæ cæcitas mentis,

tenti tempore menſtrui, aut modo indebito, teneatur reddere, in ſequenti quæſtione clarum fiet.

Svper q. CLIII. Artic. IIII.

Nic. de Nyſſ. tract. 3. p. 3. pa. 3. q. 7.

In artic. 4. eiuſdem 153. q. in reſpõſione ad primũ, dubiũ ex Martino occurrit ibidem, arguente cõtra hanc reſponſionem, q hoc vr̃ eſſe cõtra intentionem Caſſiani, collatio. 5. ubi de origine, maximè naturali, loquens, dicit q incrementũ gaſtrimargiæ, ſeu gulę, eſt initium luxurię.

Concl. 12

¶Præt. Illa origo quę eſt ex parte finis ẽ minus naturalis, qa ubi põt haberi finis luxurię ſine actibus aliorũ vitiorum, non producit aliquod eorum.

*q6. 148. ar. 6.
D. 102.

¶Ad hęc dr̃ primò, q licet Caſſianus affirmet id qđ author in litera dicit, ſ. q gula miniſtrat materiam luxuriæ, ex hoc tñ nõ ſequit̃ quin oriri ex uitio finaliter, ſit magis oriri ſecundũ moralẽ generationẽ uitiorum. Origo ſiquidẽ uitiorũ põt dupliciter conſiderari. Primò, ſecundùm naturæ progreſſum. Et ſic luxuria oritur ex gula, quia ſine Cerere & Baccho friget uenus. Alio modo, ſecundũ moralẽ ortũ. Et ſic qa finis in moralibus habet rationẽ principij, ideò ortus uitij, ex fine maximè a moralibus cõſiderandus eſt. Et propterea totũ oppoſitum eſt eius, qđ Martin⁹ dixit. In moralibus maximè naturalis eſt ortus ex fine, utpotè ex principio in genere moris: & minimè naturalis ẽ ortus ex parte materiæ, utpote nõ formalis, ſed materialis tñ. Optimè ergo dixit author hic & alibi, ortũ uitiorũ ex capitali vitio ratione finis ponẽs. Ad id aũt qđ additur obijciendo, qa vbi finis põt haberi ſine talibus uitijs &c. reſpondetur, q oriri ex fine uitij non contingit uno modo. ſ. vt medium ad finẽ, ſed etiam ut acceptatum propter nimiam finis concupiſcentiam, & delectationem. Sicut adulter non curat incurrere odiũ multorum, quod tamen nõ eligit ut medium ad finẽ. Et hoc modo filiæ luxuriæ oriuntur ex luxuriæ fine. Luxurioſus ſiquidem in tñ delectationi venereæ afficitur, ut non curet incurrere cæcitatem mentis, præcipitationẽ, inconſiderationẽ &c. non q hæc eligantur pp luxuriã exercendam. Et ſi arguens hunc totũ modum ortus ex fine tangit, ſ. ut medij ad finẽ. Et propterea argumentum

*q6. 132. ar. 4.

Porrecta per totum.
741
Sup. q. 55. artic. 6. Et mala q. 8. art. 1. cor. & q. 13. ar ti. 3. & co. & q. 15. ar tic. 4.

& inconſideratio, & præcipitatio, pertinent ad imprudentiã, quæ inuenitur in omni peccato, ſicut & prudẽtia in omni virtute. [h] ergo non debẽt poni ſpeciales filiæ luxuriæ.

¶ 2 Præt.[h] Conſtantia ponit̃ pars fortitudinis, vt ſupra* habitum eſt: ſed luxuria nõ [h]opponit̃ fortitudini, ſed tẽperantiæ. [h] ergo inconſtãtia nõ eſt filia luxuriæ.

¶ 3 Præt.[h] Amor ſui vſq; ad contemptum Dei, eſt principiũ omnis peccati, ut patet per* Augu. 14. de ciuit. Dei. non ergo debet poni filia luxuriæ.

¶ 4 Præt. Iſidor. ponit[h] quatuor, ſcilicet turpiloquia, ſcurrilia, ludicra, ſtultiloquia. ergo prædicta enumeratio vr̃ eſſe ſuperflua.

Sed contra eſt, authoritas *Gregorij 31. Moral.

Respon. Dicendũ, ꝙ qñ inferiores potẽtiæ vehemẽter afficiuntur ad ſua obiecta, conſequens eſt ꝙ ſuperiores vires impediantur, & deordinentur in ſuis actibus. Per vitiũ autem luxuriæ maximè appetitus inferior, ſ. concupiſcibilis vehementer intendit ſuo obiecto, ſ. delectabili, ꝑ vehementiam paſſionis & delectationis: & ideò conſequẽs eſt, ꝙ[m] per luxuriam maximè ſuperiores vires deordinẽtur, ſ. ratio, & uolũtas.[n] Sunt autem rõnis quatuor actus in agẽdis. Primò quidẽ, ſimplex intelligentia, quæ apprehẽdit aliquẽ finem vt bonum: & hic actus impeditur per luxuriam ſm̃ illud Danie. 13. Species decepit te, & cõcupiſcẽtia ſubuertit cor tuũ; & quantum ad hoc ponitur cæcitas mentis. Secundus actus eſt conſilium de his quæ ſunt agenda propter finem: & hic etiã impeditur per concupiſcentiã luxuriæ. Vndè* Teren. dicit in Eunucho, loquens de amore libidinoſo: Quæ res in ſe neq; conſilium neque modũ vllũ habet, eã conſilio regere nõ potes: & quantum ad hoc ponitur præcipitatio, quæ importat ſubtractionẽ conſilij, vt ſupra* habitum eſt. Tertius actus eſt iudiciũ de agẽdis: & hic ẽt impedit̃ ꝑ luxuriã. Dr̃. n. Daniel. 13. de ſenib⁹ luxurioſis, Auerterũt ſenſum ſuũ, vt nõ recordarent̃ iudiciorũ iuſto-

F rũ & quantum ad hoc ponit̃ inconſideratio. Quartus aũt act⁹ ẽ ꝓceptũ rõnis de agẽdo, q̃ etiã impeditur ꝑ luxuriã, inquãtũ. ſ. hõ impedit̃ ex impetu cõcupiſcẽtię, ne exequat̃ id qđ decreuit eſſe faciendũ. Vndè* Terẽ. dicit in Eunucho, de quodã q̃ dicebat ſe receſſurum ab amica, hęc verba, Vna falſa lacrymula reſtringet. Ex parte aũt uoluntatis

G cõſequit̃ duplex actus inordinatus, quorũ unus eſt appetitus finis: & quãtũ ad hoc ponit̃ amor ſui, quãtũ. ſ. ad delectationẽ quã inordinatè appetit, & ꝑ oppoſitũ ponit̃ odiũ Dei, inquãtũ. ſ. ꝓhibet delectationẽ cõcupitam. Alius autẽ eſt appetitus eorũ q̃ ſunt ad finẽ: & quãtũ ad hoc ponit̃ affectus ꝓ̃ſentis ſęculi, i. quo. ſ. aliq̃s vult frui voluptate, & ꝑ oppoſitũ ponit̃ deſperatio futuri ſęculi, q̃a dũ nimis detinet̃ car-

H nalib⁹ delectationib⁹, nõ curat ꝑuenire ad ſpuales, ſed faſtidit.

Ad 1. ergo dicendũ, ꝙ ſicut* Philoſophus dicit in 6. Ethi.[d] intemperãtia maximè corrumpit prudentiam. Et ideò vitia oppoſita prudentiæ, maximè oriunt̃ ex luxuria, quę eſt præcipua intẽperãtiæ ſpecies.

Ad 11. dicẽdũ, ꝙ[d] cõſtãtia in arduis, & terribilib⁹ ponit̃ pars fortitudinis: ſed cõſtantiã habere in abſtinẽdo à delectationib⁹ ꝑtinet ad cõtinentiam, q̃ ponit̃ pars tẽperãtiæ, ſicut ſupra* dictũ eſt: & ideò

I inconſtãtia, q̃ ei opponit̃, ponitur filia luxurię. Et tñ ẽt prima inconſtãtia ex luxuria cauſatur, inquãtum emollit cor hominis, & effeminatũ reddit, ſm̃ illud Oſee 4 Fornicatio, & uinum, & ebrietas auferunt cor. & Vegetius dicit in lib. de re militari, ꝙ minus mortem metuit, qui minus deliciarum nouerit in vita:[r] nec oportet, ſicut ſępe* dictum eſt, ꝙ filiæ uitij capitalis cum eo in materia conueniant.

Ad 111. dicẽdũ, ꝙ amor ſui quãtũ ad quæcũq; bona, q̃ ſibi aliq̃s appetit, eſt cõe principiũ peccatorũ. Sed quãtũ ad hoc ſpecialiter ꝙ aliq̃s appetit ſibi delectabilia carnis, ponit̃ amor ſui filia luxurię.

K Ad 1111. dicẽdum, ꝙ illa, q̃ Iſidorus ponit, ſunt quidã inordinati actus exteriores, & ꝓ̃cipuè ad locutionẽ ꝑtinẽtes, in qua eſt aliq̃d inordinatũ quadrupliciter. Vno mõ, ꝑ materiã, & ſic ponunt̃ turpiloquia. Quia. n. ex abundãtia cordis os loquit̃, vt dr̃ Matth. 12. Luxurioſi, quorum cor. eſt turpib⁹ cõcupiſcentijs plenũ, de facili ad turpia uerba prorũpunt. Secũdo, ex parte cauſę. Quia. n. luxuria incõſiderationẽ & ꝓcipitationem cauſat, cõſequẽs eſt, ꝙ faciat prorumpere in verba leuiter, & inconſideratè dicta, quæ dicuntur ſcurrilia. Tertio, quãtũ ad finem. Quia enim luxurioſus delectatione quęrit, verba ſua ad delectationem ordinat, & ſic pro-

rumpit

mentũ hic peccat, q̃a finis luxurię, licèt poſſit haberi ſine his medijs, ad ipſum tñ mõ dictoconſequitur incurſus horũ uitiorũ: & ideò filiæ illius vitij dicuntur in ſequẽti articulo.

SVPER Q. CLIII. ART. V.

*q. 128. & q. 137. ar. 3. In ar. 3. eiuſdẽ 153. qõ. aduerte duo ex Martino ibidem. Primum eſt, ꝙ Martino nõ ſufficit inconſtantiã eſſe rationis uitiũ, ſed appetitus, ac illud uitij gradum quẽ Ariſtoteles vocat incontinentiã. Alterum eſt i reſponſione ad quartum, in qua imponit authori, ꝙ illa enumerata ab Iſidor. dicunt tñ inordinatos actus exteriores. Et arguit tùm quia luxuria primo ponit inordinationẽ in actibus interioribus qb⁹ ſubordinantur actus iſti exteriores: tùm quia deſiderare, dicere, vel audire, turpiter, ſcurriliter. & ludicre, ſunt actus interiores geniti à luxuria, eiſq; ſubordinãtur actus exteriores nominati. ergo cũ authores ponunt hęc eſſe filias luxuriæ, magis dicendũ eſt, ꝙ intelligunt de interioribus actibus primò, & conſequenter de exterioribus.

*Lib. 14. cap. 24. in prin. & c. ulti. to. 5.

*Lib. 31. c. 31.

Conclu.

¶ Ad primum horum nõ oportet aliter rñdere, q̃a q̃ſtio de vocalibus eſſet. Ad obiecta autẽ ſcđo loco dr̃ primo, ꝙ author nõ appoſuit ly tñ, ſed arguẽs impoſuit, ut patet in litera. Dr̃ ſecundo, ꝙ inter filias luxuriæ aſſignatas a Gregorio, & aſſignatas ab Iſidoro, eſt hæc manifeſta differentia, ꝙ illarum nomina formaliter important actus, ſeu diſpoſitiones interiori animi ut patet diſcurrẽdo per ſingula. Horũ uerò nomi-

* Scena prima paſũ à prin.

na. formaliter importãt act⁹ exteriores humanos vt patet. Turpiloquia. n. ſcurrilia, ludicra, ſtultiloquia, exteriora ſonant: & ꝓpterea author ex interioribus reddit horũ rationẽ. Vndè patet rñſio ad primam obiectionẽ, ꝙ. ſ. quia luxuria primo parit deordinationẽ intus q̃ hos actus, ideò ex his q̃ intus ſunt, rõ in

*q. 53. ar. 3.

litera reddit̃ exterior & nõ dr, ꝙ ſunt exteriora tñ. Ad ſcđm dicitur, ꝙ aliud eſt turpiloquiũ, & aliud eſt deſiderare turpiloquiũ. Si Iſidorus dixiſſet deſiderũ turpiloquij ſcurrilium &c. actum interiorem ſignificaſſet, ſicut Gregorius ſignificauit affectum ꝓ̃ſentis ſęculi, & deſperationẽ futuri. Sed turpiloquium &c. poſuit q̃ exteriores actus sũt humani, ideò iſti ſunt Itelligẽdi ſi formaliter & moraliter ſermo ſterpretandus eſt doctorum. Ex hoc aũt, ꝙ actus exteriores oriũtur ex interioribus, nõ ſequit̃ ꝙ noĩe exteriorum itelligãtur interiores, niſi ut cauſę. Sed tñ ſequitur, ꝙ intelligantur act⁹ exteriores humani, ſeu voluntarii, alioquin nõ eſſent vitioſi, vel virtuoſi. Hoc enim cõmune eſt omnibus peccans cõſiſtẽtibus in actu exteriori, ut patet de adulterio, furto, rapina, homicidio. Peruerſa ergo eſt interpretatio Martini.

*Scena 1. incipit: Quid igr̃ faciam? a med. illi⁹.

*Vr̃ haberi lib. 6. c. 5. Sed clare hr̃ libr. 7. cap. 11. D. 438. D. 387.

*q6. 143. Rñſio 2.

Rñſio 3. q. 35. arti. 4. & q. 36. ar. 4. & q. 148. ar. 6.

SVP. QV. CLIIII. ARTIC. I.

IN ar. 1. q. 154. dubiũ circa distinctiua ſpecierum luxuriæ ex Martino in q̃ſtione ſecũda de luxuria, occurrit quoad duo. Primum eſt, ꝙ ſpẽs luxuriæ oportet accipere ex parte materiæ. Secũdum eſt, ꝙ ſpecies luxuriæ magis diuerſificanẽ ex parte fœminæ quàm viri, quia fẽmina ſe habet ut pat.ẽ. & materia. Cõtra primum, inquit, ꝙ ſpecies luxuriæ non ſolũm accipiunẽ ex parte materiæ, probatur: quia aliqua ſpecies peccati cõntra naturã ſumitur non ex indebita materia, ſed ex indebito mõ, ut ſi uir cognoſcat ſuam nõ i uaſe debito, aut nõ debito mõ. Cõtra ſecũdum dicit primò, ꝙ diſtinctio harum ſpecierum præter ſtuprum, æque ex parte uiri, ſicut ex parte fœminæ ſumitur, vt patet diſcurrendo. Dicit ſecũdo, ꝙ duæ perſonæ humanæ ſexu differẽtes, ut ſic, ſunt materia naturalis actus uenerei humani. Probatẽ. Illa ſunt materia naturalis actus uenerei humani, quæ natura ordinauit ad generationem prolis humanę: ſed duæ perſonæ ſexu &c. ſunt tales. ergo. Et confirmatur p illud Geneſeos primo, Maſculũ & fœminã creauit eos, & benedixit. Creſcite &c.

¶ In eodẽ ar. cum rñſione ad quartum, dubium aliud ex Martino ibidem occurrit ẽt circa diſtinctiua ſpecierũ luxuriæ. Et intendit probare ꝙ oportet ponere plures ſpecies luxuriæ quàm iſtas: & quòd doctrina authoris in reſponſione ad quartũ, nõ eſt intelligibilis. Arguit ergo, ꝙ peccatum coniugatorũ in actu uenereo oportet quòd habeat aliquam ſpeciem aliam à prædictis, ſic. Circunſtantia transferens actum de uirtute in uitium, conſtituit ſpeciem: ſed iſta eſt huiuſmodi. ergo. Minor patet, quia ex tali circunſtantia actus coniugalis eſt peccatum. Maior probatur. Talis circunſtantia transfert in genus uitij. ergo in aliquam ſpeciem, quoniam nihil eſt in genere, quod nõ ſit in aliqua eius ſpecie. Hoc enim patet, & ꝙ præter ſex dictas ſpecies oportet aliam ponere, & ꝙ non ex parte materiæ, ſed circunſtantiæ: & ꝙ reſponſio ad quartum non eſt intelligibilis dũ dicit, ꝙ peccatum coniugati eſt ſecundùm aliquam circunſtãtiam, quæ non conſtituit ſpeciem moralis actus. In hoc conſiſtũt omnia motiua Martini circa hoc, licèt ab ipſo plurificenẽ.

¶ Dubium demum ex Martino ibidẽ eſt, eo ꝙ nititur ſoluere rationes duas authoris in litera. Et ad illam .ſ. Circunſtantia nõ dat ſpeciem actui morali, reſpondet ꝙ circunſtantia actus exterioris eſt obiectum actus interioris, & ideò dat illi ſpeciem ut obiectum. Ad aliam, Si mulier magis ſe habet in rõne patientis & materiæ, quàm uir, reſpondet ꝙ uterque eſt materia reſpectu alterius, & uterque eſt agens reſpectu concubitus.

¶ Et multa addit ad probandum ꝙ utraque perſona eſt diſtinctiua ſpecierum luxuriæ, quæ omitto, quia nõ ſunt cõtra nos.

¶ Ad horum euidentiã ſciendum eſt, ꝙ ſi de ſpeciebus luxuriæ loquendũ eſt, ſicut de ſpeciebus gulæ. ut ſ. aſſignentur ſpecies oẽs luxuriæ tã mortalis, q̃ non mortalis ſecũdum proprias earum rõnes, ſic pculdubio ſunt plures ſpecies luxurię, q̃ illę ſex hic enumeratæ. Sunt.n. ultra iſta ſex, oẽs ſpẽs q̃ attẽdunẽ ſcdm circunſtantias diuerſas habẽtes diuerſa motiua, puta, cum ex ſolo motiuo dlectationis cõiugatus cognoſcit ſuã, & ſic d alijs. Et hoc cõuincitẽ ex authoris doctrina de circũſtãtiis dãtibus ſpeciẽ. Et vt patebit ẽt in hac materia, hoc inſinuauit author alibi,

rũpit in uerba Ludicra. Quarto, quantum ad ſententiam verborum, quam peruertit luxuria propter cęcitatem mentis quam cauſat, & ſic prorumpit in ſtultiloquia, utpote cum ſuis verbis præfert delectationes quas appetit, quibuſcunque B aliis rebus.

QVAESTIO CLIIII.

De Luxuriæ partibus, in duodecim articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdum eſt de luxuriæ partibus.

ET CIRCA hoc quæruntur duodecim.

¶ Primò de diuiſione partium luxuriæ.

¶ Secundò, Vtrum fornicatio ſimplex ſit peccatũ mortale. C

¶ Tertiò, Vtrum ſit maximum peccatorum.

¶ Quartò, Vtrum in tactibus, & oſculis, & aliis huiuſmodi illecebris conſiſtat peccatum mortale.

¶ Quintò, Vtrum nocturna pollutio ſit peccatum.

¶ Sextò, De ſtupro.

¶ Septimò, De raptu.

¶ Octauò, De adulterio.

¶ Nonò, De inceſtu.

¶ Decimò, De ſacrilegio.

¶ Vndecimò, De peccato cõtra naturam.

¶ Duodecimò, de ordine grauitatis in prædictis ſpeciebus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrũ conuenienter aſſignentur ſex ſpecies luxuriæ, ſcilicet fornicatio simplex, adulterium, inceſtus, ſtuprũ, raptus, & uitium contra naturam.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd inconueniẽter aſſignentur ſex ſpecies luxuriæ, ſcilicet fornicatio ſimplex, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & uitia contra naturã.[h] Diuerſitas enim materiæ non diuerſificat ſpeciem: ſed prędicta diuiſio ſumitur ſecundùm materiæ diuerſitatem, prout ſcilicet aliquis commiſcetur coniugatæ, uel uirgini, uel alterius conditionis mulieri. ergo uidetur ꝙ per hoc ſpecies luxuriæ nõ diuerſificẽtur.

A & hic. Sed loquẽdo de luxuria ſimpliciter, & ſecũdũ cõſũmatiõ illius actus ſecundũ ſeipſum, & ſecundũ cõem doctrinã theologorum rõnabiliter traditã, ſic iſtæ ſex tm̃ ſpecies luxuriæ ponuntur. Dixi de luxuria ſimpliciter, ad differentiã luxuriæ ſecundũ quid, qm̃ luxuria ſimpliciter, & abſolutè ſignificat peccatũ, ſeu uitium ex ſuo gñe mortale, ſicut iuſtitia, & nõ niſi ex iperfectione actꝰ, ſeu ſecundũ quid ſonat peccata uenialia circa uenerea. Et ex hoc prouenit, ꝙ ſpẽs eius non ſunt, niſi illæ, quę ſecundũ ſuas proprias rõnes ſunt pctã mortalia: hæc aũt ſolũ ſunt prædictæ ſex. Merito igiẽ luxuriæ ſimpliciter, illæ tm̃ ſpecies ſunt [i] aſſignatæ, q̃ ſub peccato mortali ex propria rõne continenẽ, quis ſecundùm qd plures ſint ſpẽs. Dixi ſecundũ conſumatũ illius actũ ſecũdũ ſeipſum, qm̃ ex hoc capite idẽ patet. Nã ut in litera hac dicitur, & ſub alijs uerbis in articulo tertio quæſt. 15. de malo, dupliciter contingit peccare, ſeu deordinationẽ eſſe in delectatione uenerea. Primò, ea parte actus ſecũdum ſeipſum, hoc eſt, ꝙ actus cõſumatus (ſ. ſeminatio uolũtaria) ſecundũ ſeipſum eſt inordinatus, ſeu ut i lrã dr̃, ex parte materiæ ipſius actus. Alio mõ, ex parte cõditionũ, ſeu cõcupiſcẽtiæ. Et qa deformitates, ſeu peccata ipſius actus ſecundũ ſe ſunt ſimpliciter peccata, alia aũt ſunt peccata ſcdm qd, iõ aſſignãdo ſpẽs peccatorũ luxuriæ, illæ tm̃ ſex fuerunt aſſignandæ, q̃ ſe tenẽt ex parte actus ſecundũ ſeipſum, qa illæ ſolæ cõſtituũt peccata ſimpliciter, aliæ aũt ſpẽs, utpote ad peccata ſecũdum qd ſpectãtes, dimiſſæ ſunt. Dixi ſecũdũ cõem doctrinã rõnabiliter traditã: qm̃ nõ latuit authorẽ qn plures potuiſſent aſſignari ſpẽs. Sed qm̃ magiſter Sententiarũ in 4. diſtin. quarti & Gratianus. 36. q. 1. ſine contradictione has introduxiſſe uidentur ſpecies, iõ author ſolita ſua reuerentia utẽs, nõ tã docuit, q̃ rõnẽ reddidit, quare hæ ſolæ ſpecies poſitæ ſunt. Vnde & ſacrilegiũ, quo polluiẽ p̃ſona habens uotum caſtitatis, ad adulterium reduxit, cum tamẽ euidenter conſtet, quòd diſtinguitur ſpecie ab adulterio, ſicut religio a iuſtitia. Rationabiliter autem doctores has tantũ ſpẽs tradiderunt, quia, ut dictum eſt, ad mortalia peccata, quæ ſola ſunt ſimpliciter peccata, & luxuriam ſimpliciter reſpexerunt.

¶ Ad primũ ergo dubium dr̃, ꝙ ſpecies luxuriæ ſimpliciter, ſeu ex parte actus inordinati ſecundũ ſe, ſumunẽ ex parte materię: E de iſtis .n. ſolis loquitur author. Et ad obiectionẽ de pctõ cõtra naturã ex parte modi, rñdetur quòd modus contra naturã eſt duplex. Vnus, quo ſtante poteſt ſequi generatio: alter, quo ſtante non poteſt ſequi generatio, & quòd quicunque modus contra naturam, ex quo non poteſt ſequi generatio, reducitur ad inordinationẽ ex parte materiæ. Nam ſi non ſeruatur uas debitũ, nõ eſt ibi materia partialis debita, quoniã mulier non recipit ſecundũ illã partẽ, qua debet eſſe materia. Et ſimiliter ſi aliquis eſſet modus quo generatio impediretur, ad materiam partialem non reduceretur, quia ſ. non poteſt recipere ſemen in illa parte interiori, in qua natum eſt recipi. De modo autem in naturali non impediente generationẽ, dicitur uel ꝙ ſpectat ad ſpecies ſecundũ quid, & peccata nõ mortalia ex genere ſuo. Et propterea nihil obſtat quòd illa luxuriæ ſpecies ſit omiſſa, ſicut aliæ ſimiles. Huiuſmodi.n. peccata non conſiſtunt in deordinatione actus ſecundũ ſeipſum, ſed ſecundũ aliquam eius conditionem. Actus enim coniugij, ex quo poteſt ſeq genera-

[i] *Porrecta per totum.*

742 4. diſt. 41. art. 4. q. 1. & 2. Et mal. q. 15. art. 3.

¶2 Præt. Species uitij unius nō vñr h diuerſificari p ea quæ ptinent ad aliud vitiū: ſed adulterium non differt à ſimplici fornicatione niſi in hoc, q aliquis accedit ad eā quæ eſt alterius, & ſic iniuſtitiam committit. ergo uidetur quòd adulteriū nō debet poni ſpecies luxuriæ. G

¶3 Præt. Sicut contingit q aliqs commiſcetur mulieri, quæ eſt alteri uiro p matrimoniū obligata, ita ēt contingit quòd aliquis commiſcet mulieri, q̄ eſt obligata Deo p uotū. Sicut ergo adulterium ponit ſpēs luxuriæ, ita etiam ſacrilegium ſpecies luxuriæ poni debet.

¶4 Præt. Ille qui eſt mr̄imonio iūctus nō ſolū peccat ſi ad aliā mulierem accedat, ſed ēt ſi ſua coniuge inordinatè utatur: ſed hoc pctm̄ ſub luxuria continetur. h ergo deberet inter ſpecies luxuriæ computari. H

¶5 Præt. Apoſtolus 2. ad Corin. 12. dicit. Ne iterū cum uenereo humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerūt, & nō egerūt pœnitentiā ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quā geſſerūt. h ergo vr̄ q etiam immunditia, & impudicitia debeant poni ſpecies luxuriæ, ſicut & fornicatio.

¶6 Præt.[h] Diuiſum non condiuiditur diuidētibus: ſed luxuria condiuiditur prædictis. dicitur enim Gal. 5. Manifeſta ſūt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. ergo uidetur quòd inconuenienter fornicatio ponatur ſpecies luxuriæ.

SED CONTRA eſt, quòd prædicta diuiſio ponitur in * Decretis 36. quæſt. 1.

RESP. Dicendū, q ſicut* dictum eſt, peccatum luxuriæ cōſiſtit in hoc, quòd aliquis non ſecundùm rectam rationem delectatione uenerea utitur: qđ quidem contingit dupliciter. Vno modo, ſecundùm materiam, in qua huiuſmodi delectationem quærit. Alio modo, ſecundum quòd, materia debita exiſtente, non obſeruātur aliæ debitæ conditiones. Et quia circunſtantia, inquantū huiuſmodi, non dat ſpēm actui morali, ſed eius ſpēs ſumitur ab obiecto, qđ eſt materia actus: ideò[m] oportuit ſpēs luxuriæ aſſignari ex pte materiæ, uel obiecti:[n] q̄ qdē pt nō cōuenire rōni rectæ dupl'r. Vno mō, quia habet re- I

*36. q. 1. c. lex præteritoru.

* q. præc. a. 1. 2. & 3.

tio, ex hoc ſolo deordinatus, q innaturali mō fit, nō eſt ſecūdū ſeipſum deordinatus, ſed ſecundū illā conditionē tm̄, & iō extra has ſpēs illa luxuria uenialis eſt. Vel, & melius dī q, reductiuè ſpectat ad uitiū cōtra naturā, ſicut imperfectū reducitur ad ſpēm perfecti, q præter naturā reducitur ad cōtra naturā. Hoc enim perfectè cōtrariatur naturæ, illud imperfectè opponitur naturæ. F

¶Ad obiecta cōtra ſecundū dictum, ſ. q illæ ſpecies magis ex parte fœminæ ſumuntur, rñdet. Et ad primū dr, q falſum aſſumi, patet diſcurrēdo: quia raptus cōiter attenditur ex parte fœminæ, ut patet legenti in Decretis in loco allegato. Ad ſecundū dr, q illa propoſitio. Duæ pſonæ humanæ ſexu differentes, ſunt materia naturalis actus uenerei humani, eſt falſa. Et probatio eius falſiſſima, ſ. illa q̄ ſunt ordinata a natura ad generationē, plus humanæ ſunt materia naturalis act⁹ venerei humani. Nam natura non ſolū materiā, ſed agens ordinauit ad generationē. Maſculus. n. ordinatus ē à natura ad actum uenereū non ut materia eius, ſed ut efficiens illius, fœmina autē ut patiēs, quod eius actus, qui eſt recipere, teſtatur. Materiæ enim eſt recipere, adeò ut et ſi forma recipiat aliquid, in hoc ſapit rationem materiæ, ſeu potentiæ paſſiuæ.

¶Ad tertium dicit, q ex hoc, quòd Deus maſculum & fœminam fecit, & benedixit, non habetur quòd vterque ſit materia, ſed potius quòd ſint agens & patiens: quoniam in omni natura, ut dicitur in tertio de Anima, oportet hæc duo concurrere, alterum ut agens, alterum ut patiens. Et aduerte quòd author non dicit quòd iſtæ ſpecies ſolùm ex fœminæ conditione conſiderentur: quoniam hoc conſtat eſſe falſum, ut patet cum religioſus, aut coniugatus cognoſcit ſolutam &c. Nec hoc author ſomniauit, ſed dicit quòd iſtæ ſpecies magis diuerſificantur, per ly magis, oſtendens quòd etiam ex parte uiri diuerſificantur, ſed nominum ac rationum diuerſitas magis ex parte fœminæ ſumpta eſt. Ratio ſiquidem raptus, & ſtupri manifeſtè ſecundùm ea quæ mulierum ſunt, datur. Adulterium quoque ſecundùm communem uſum, non niſi ad nuptam accedatur, dicitur. Et ſimiliter ſacrilegium, niſi ad Deo dicatam mulierem, in cuius ſignum peccatum presbyteri quandoque dicitur ſimplex fornicatio, quādoque adulteriū, quandoque ſacrilegium, & tamen conſtat ex parte ſui ſemper eſſe ſacrilegium. Nec damnatur adulterij iniuria quiſquã coniugatus ad ſolutam accedēs, nec ſacrilegij presbyter meretricē cognoſcens. Hæc enim ſatis teſtantur quòd ſpecies illæ magis diuerſificantur ex parte fœminæ &c.

¶Ad dubium ſecundùm dicitur, quòd gratis concedimus plures ſpēs luxuriæ quàm iſtas hic enumeratas. Sed iſtæ ſolæ ſunt ſpecies luxuriæ ſimpliciter, reliquæ ſecundùm quid. Iſtæ ſolæ ſunt peccata mortalia ex proprijs rationibus, cæteræ verò non. Iſtæ ſolæ actum conſumatum inordinatum ſecundùm ſe ponunt, reliquæ ad conditiones, ſeu accidentia ſpectant. Vnde cōceditur, quòd conditio actus cōiugij faciēs de nō peccato peccatum, affert nouam peccati ſpeciem. Et cum dicit, author hoc negat in rñſione ad quartum, rñdetur q non negat hoc ſi formaliter intelligatur. Nam ipſe loquitur non de quacunq; ſpecie, ſed de ſpecie actus conſumati ſecundùm ſeipſum. Nec loquitur de quibuſcunq; differentijs luxuriæ, ſed de differentijs actus uenerei conſumati ſecundùm ſe. Et docet q, quia deordinationes q̄ ſunt in actu coniugati non ſunt ſecundū differētias actus cōſumati, ſed ſunt ſecundū circunſtantias eius: iō ut ſic, hoc eſt, ut circunſtantiæ nullā cōſtituunt ſpēm luxuriæ. Et rurſus iō nullam conſtituunt ſpeciem luxuriæ infra latitudinē ſpecierū, de qbus eſt ſermo, ſ. ſecundùm differentias ipſius actus. Et utrunq; horū eſt uerum. Cum quibus tñ ſtat, q illa met circunſtantia, quæ deordinat actum cōiugati, non ut circunſtātia actus illius, ſed ut differentia luxuriæ ſecū dùm ſe orum ſuū ambitum det nouā ſpeciē peccati luxuriæ. Tunc. n. habet rationem obiecti motiui ut finis, & non circūſtantiæ, ut patet ex ſupra habitis de circunſtantijs. Ex quib. patet, quòd doctrina authoris in reſponſione ad quartū eſt optimè intelligibilis, ut intellecta & vera.

¶Ad tertium dubiū dicitur, quòd ſolutio primæ rationis ē ipſa authoris doctrina, ſcilicet quòd circunſtantia ut obiectum dat ſpeciem, ſi tamen eſt aliud obiectum formaliter ab obiecto actus. Nā quando circunſtantia & actus cadunt ſub eodem obiecto formaliter, circunſtantia quantumcunque ſit obiectū actus interioris non daret ſpeciem, ut patet cum quis furatur aurū multum, ita quòd ex propoſito fertur ſpecialiter ad multum. Vnde author in principio corporis huius articuli dicit, Circūſtantia inquantum huiuſmodi, non dat ſpeciem actui morali, per hoc oſtendens ſecus eſſe inquantum obiectum. Sed ex hoc nō ſoluitur ratio literæ, quæ, ut patuit, de circunſtantia actus coniugati, inquantum circunſtantia illius actus eſt, loquitur. Et iō concluditur, quòd non conſtituit ſpeciem moralis actus, ut dictum eſt. Et per ly ut dictum eſt, manifeſtē patet, q de circūſtantia inquantum circunſtantia eſt, loquebatur: quoniam ſic in principio corporis dixerat, Solutio uerò alterius. ſ. Mulier magis ſe habet in ratione patientis, nullam excluſionem requirit, quia nulla eſt, & ſola uerba appoſita dicit abſque probatione aliqua. Author enim probat in litera, mulierem habere rōnem materiæ, quia ſe habet in ratione patientis: & hoc conſtat, qa maſculus eſt agens, & oportet aliquod patiens eſſe: nullū aliud aūt apparet niſi mulier. Iſte aūt, ut dictū eſt, nullā rōnem affert cōtra hoc, ſed conat' oſtendere, q uterq; ſexus eſt diſtinctiuus ſpecierum luxuriæ: quod in nullo contrariatur dictis, ut iam oſtenſum eſt. Potuiſſet aūt dicere, & bñ, q utraq; pſona poteſt dici materia non actus uenerei, ſed actus moralis, puta, concupiſcentiæ, quia eſt materia concupita, deſiderata, electa &c. K

¶In eodem artic. primo in reſponſione ad quartū, dubium occurrit circa prædicta ex eo, q peccata coniugatorum ſunt quādoque ſecundum indebitam materiam, ut patet, tùm primo, cum extra uas naturale ſeminatur: tùm ſecundò, cùm ſe abſq; concubitu polluunt; tum tertio, cum coniux habet uotū con-

Conclu.

tinentiæ.

¶ Ad tertiū dubium dr̄, ꝙ uenereæ beſtialitatis vitium ſpecies ſpecialiſſima eſt. Nā neque ſexus, aut vaſis diuerſitas in beſtia diuerſitate motiui in ordine ad rationē habet: ſed ſub eadē mouendi rōe comprehēditur, qua beſtia ipſa mouet .ſ. vt extraneū à ſpecie humana, ſicut oīs cōcubitus maſculi cū maſculo inter hoīes eiuſdē ſpeciei, quia ſub eadē ratione mouet mas, & q̄libet eius pars marē ad actū uenereū, & mulier mulierē, neque nata eſt ſequi gn̄atio humana ex cōmiſtione cū ſexu diuerſo beſtiæ, ſicut accidit in commiſtione hoīum. Et per hoc ēt dr̄, ꝙ oīs concubitus cum dæmone eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quia ſub vna ratione mouet vt ſuppoſitum non eiuſdem ſpeciei: & hæc intellige quantum eſt ex natura actus, hoc eſt, ipſius concubitus ſm̄ ſe cum ſuppoſito non eiuſdem ſpeciei: qm̄ ex parte affectus, utputa, ſiquis ēt beſtia affectu ſodomitico abutatur, aut cum dæmone p affectū ad delectationē ſodomiticā, uel cū cōſanguineo &c. coeat, pctm̄ ultra beſtialitatis vitiū, deformitatē ſodomiæ, vel adulterii, vel inceſtus, uel ſacrilegii &c. induit. Pōt quoq; ex parte effectus adiuncto qn̄q; patientis affectu, ſeu conſenſu, uariari beſtiale pctm̄ mulieris cū dæmonę, puta, ſi dæmon non confectū a ſeipſo ſemen, qḋ non eſt verū ſemē humanū, ſed quidā humor ſemini humano ſimilis: ſed uerū ſemē humanū acceptū ab aliquo viro, concūbendo trāſfundat. Tale .n. pctm̄ ex parte concubitus eſt beſtialitas, ex parte uerò commiſtionis ſeminū, ad ſimplicē fornicationē reductiuè ſpectat, eo ꝙ ſolā delectationē uenereā in conſumatione uagi concubitus importat. Perinde .n. eſt quo ad hoc, ac delectari in ſuſceptione uagi ſeminis humani, qḋ ad ſimplicē ſpectat fornicationē, niſi aliqua alia cōditio ſuperaddat̄. Vn̄ ex tali concubitu gn̄ari pōt hō filius illius uiri, à quo deciſum eſt ſemē. Nec obſtat ſi uir, ille ſit pater illius mulieris, ſi iſta tn̄ hoīs ſemen petierit, non patris proprii, qm̄ ex intentione & propoſito peccata diſtinguuntur. Diuerſitas aūt plus q̄ generica inter dæmonem & bruta in eſſe naturæ eſt, non in eſſe morali in ordine ad concubitū humanum: qm̄ dæmon ut extremum concubitus humani, concurrit ut ſimile aiali, quod ſm̄ naturam pōt eſſe extremum concubitus. Format .n. & mouet corpus aereum in ſimilitudinem aialis illius, puta, hoīs, aut beſtiæ, ac per hoc ſm̄ affectum trahit peccatum in ſpeciem illius concubitus, cui aſſimulatur. Quia tn̄ ſm̄ ueritatem notam talis concubitus eſt cū extremo extraneæ ſpeciei ab hoīe, & motiuum ad tale peccatum eſt delectatio uenerea in extremo alterius ſpeciei, quod motiuum cōe eſt omni uenereæ beſtialitati: ideo ex parte actus nulla apparet ſpecifica dr̄ia luxuriæ. Differt tn̄ ſpecie concubitus cum dæmone à concubitu cum beſtia ex admiſtione alterius uitii .ſ. irreligioſitatis, non ſm̄ ſpeciem ſacrilegii, ſed ſuperſtitionis illius, ad quam ſpectat ſocietas cum dæmonibus. Eſt enim in tali concubitu directè ſocietas cum dæmone.

¶ Ad quartum dubium dr̄, ꝙ peccatum hoīs cum muliere extra uas naturale, ſpecie differre vr̄ a peccato in modo concumbendi cum muliere non ꝓ obiectiones allatas, ut patebit reſpondendo ad illas, ſed propter diuerſitatem motiuorum: qm̄ ad uſum mulieris extra uas naturale mouet delectatio partis, ſeu inſtrumenti innaturalis, ad uſum uerò mulieris in uaſe naturali modo indebito mouet delectatio ipſius modi innaturalis, ut prius dictum eſt.

¶ Pro prima tñ obiectione ſciendũ eſt, q modus innaturalis cõ- tingit dupliciter. Vno mõ, ita q non põt ſequi gñatio, & tunc ſolum pctm̃ in mõ, eſt in proprie pctm̃ contra naturã. Et q hoc ſit verũ & de intentione authoris, patet ex primo huius .q. artic. vbi dicit, q impedire gñationẽ prolis conſtituit vitiũ cõtra naturã, & ex eo q aliter non eſt contra, ſed ꝑter naturã. Alio mõ, ita q põt ex eo ſequi gñatio: & talis modus non cõprehendit ſub peccato contra naturã niſi reductiuè, eo mõ quo id qđ eſt prę ter naturã reducitur ad cõtra naturam. Talis tñ modus, licet abſolute deformitatem quãdã importet, ꝑp receſſum à naturali mõ, non tñ ita habet deformitatẽ annexã quin ex eã poſſit eſſe licitus, puta, ſi diſpoſitio corporis non patiatur aliter fieri.

Porrecta ꝑ totum.

753 Inf. q. 170 art. 1. ad 2 Et 1. 2. q. 73. artic. 7. cor. Et 4. di. 41. art. 4. queſt. 3. corp. n.

¶ Pro ſecũda aũt obiectionẽ iã põt patere ex dictis, q cõmiſſio viri cũ muliere contra naturã, & cũ puero diſtinguit̃ ſpecie, quia motiua ſunt diuerſarum rationũ. ſ. delectatio in perſona ſexus quidẽ debiti, ſed ſm̃ partẽ indebitã. Alia .n. rõe repugnat rõni & naturæ, q ipſa perſona concumbens eſt contra naturã: & alia rõe q perſona ipſa concumbens non eſt contra naturã, ſed illa pars eius. Ibi .n. extrema concubitus, quæ ſunt perſonæ, repugnantiam habent: hic aũt extrema non habent repugnantiam, ſed aliunde repugnantia oritur. ſ. ex ſola inſtr̃ali parte. Vñ inter modos quatuor vitii contra naturam in litera numeratos, ſolus quarta ſpecies ſubalterna inuenitur.

¶ Ad quintũ dubium dr̃, q tale pctm̃ ſub vitio contra naturam per abuſum inſtr̃i naturalis, ſeu per omiſſionem illius, concluditur. qm̃ inſtr̃a naturalia ad gñationem humanam ſunt duplicia. ſ. ipſa membra pudenda maris & mulieris ad concubitũ ordinata, & ſemina vtriuſque. Ac per hoc ſicut vir ſeminans extrã vas naturale mulieris, peccat contra naturam, omittendo inſtr̃m naturale mulieris: ita mulier ſeminãs ſine viri ſeminatione, peccat contra naturam, omittendo uoluntariè naturale inſtr̃m uiri ad gñationẽ. Quia .n. ad gñationẽ magis concurrũt inſtr̃a fluida. ſ. ſemina, q̃ inſtr̃a ſolida. ſ. membra pudenda, vt patet manifeſtè ex parte viri, & maxima delectatio venereorũ conſiſtit in vſu inſtrorum fluidorum emittendo ea, conſequẽs eſt q pctm̃ venereum contra naturam, ad quod delectatio venerea contra naturalẽ ordinem mouet non ſolũ penes inſtr̃a ſolida, ſed penes inſtr̃a fluida conſideretur, ita ut abuſus inſtr̃i ſiue ſolidi, ſiue fluidi tollens gñationem humanam, peccatum contra naturam ſit. Et quia in tali concubitu, abuſus eſt inſtr̃i fluidi mulieris, qm̃ contra naturalẽ ordinẽ eſt, q mulier ſeminet niſi ꝑp gñationem, ut patet cum mulier peccat peccato mollitiei, conſtat aũt ex tali concubitu non poſſe ſequi gñationem: ideo talis concubitus peccatum eſt contra naturã in quarta ſpecie peccati contra naturam, in qua ſeruata ſpecie & ſexu, K concubitus ꝑp inſtr̃alem abuſum tollit generationem humanã. Et bene nota abuſum inſtr̃alem, qm̃ ſi aliunde prouenit q alter tm̃ ſeminet, cum vterque intendat, & det quantum in ſe eſt operam conſumationi naturalis concubitus, nulla interuenit moralis deordinatio. Et ſimiliter ſi aliunde prouenit, q prius ſit ſeminatio vnius q̃ alterius, continuatio concubitus ad hoc vt reliquus ſeminet non eſt contra naturam, qm̃ ad conſumationẽ concubitus naturalis ſemi completi ordinatur, & non ad hoc q ſola vna pars ſeminet, ut accidit in caſu principali. Deberet tñ dari conſilium coniugi tardiori ad ſeminandum, vt ante concubitum aliqua prouocatione ſui uteretur tali & tanta, vt diſponeret ad ſimultaneam ſeminationem. Et quoniam hoc eſt rationabile auxilium naturæ, nullum in huiuſmodi prouocatione peccatum eſt.

¶ Ad ſextum dubiũ dr̃, q oĩa peccata venerea contra naturam, ſunt peccata mortalia ex ſuo genere, quia ſic ſunt contra naturalẽ ordinẽ actus venerei humani, q tollunt illius finẽ. ſ. gña- F tionẽ humanã, quæ eſt longe maius bonum, q̃ diuitiarũ, & aliarum rerũ exteriorum bonum. Nec obſtat q non oĩs innaturalis modus eſt peccatũ mortale, qm̃ ut iam dictũ eſt, non oĩs innaturalis modus eſt contra naturam, ſed ſolus ille qui impedit gñationem. Reliqui .n. ſunt ſolum præter naturã. Similiter nõ obſtat in caſu quinto diſcuſſo, q vir non tenet̃ conſumare inchoatum actũ venereũ cum vxore, qm̃ licet ſit verum abſolutè, tenet̃ tñ ex ſuppoſitione. ſ. ſi vxor ex concubitu ducit̃ ad ſeminandũ: tunc .n. tenetur conſeminare. Alioquin concubitus tũ ſe tollit naturalem gñationẽ ꝑp abuſum inſtrumenti fluidi mulieris, & illius concubitus conſumati ex parte mulieris.

differt à malitia, q̃ humanæ virtuti opponitur ꝑ quẽdã exceſſum circa eandẽ naturam, & iõ ad idem genus reduci poteſt.

Ad III dcđm, q luxurioſus non intendit gñationẽ humanã, ſed delectationẽ venereã, q̃ põt aliquis experiri ſine actib9, G ex qbus ſequitur humana gñatio. Et hoc eſt quod quæritur in vitio contra naturam.

ARTICVLVS XII.

Vtrum vitium contra naturam ſit maximum peccatum inter ſpecies luxuriæ.

AD DVODECIMVM ſic ꝑcedit̃. Vr̃ q vitiũ cõtra naturã non ſit maximũ pctm̃ inter ſpẽs luxuriæ. Tanto .n. aliquid pctm̃ eſt grauius,[h] quantò H magis contrariatur charitati: ſed magis vident̃ contrariari charitati proximi adulterium, ſtuprũ, & raptus, quæ vergunt in iniuriã ꝓximi, q̃ peccata cõtra naturã per quę nullus alteri iniuriatur. ergo peccatum contra naturam non eſt maximum inter ſpecies luxuriæ.

¶ 2 Pręt. Illa peccata vident̃ eſſe grauiſſima, q̃[h] contra Deũ cõmittunt̃: ſed ſacrilegiũ directè cõmittit̃ cõtra Deũ, qa vergit in iniuriã diuini cultus. ergo ſacrilegium eſt grauius pctm̃ quàm uitium contra naturam.

¶ 3 Pręt. Tantò aliqđ pctm̃ vr̃ eſſe grauius, quãtò exercet̃ in perſonã, quã magis diligere debemus: ſed ſm̃ ordinẽ charitatis magis debemus diligere ꝑſonas nobis cõiũctas, quæ pol-

SVP. Q. CLIIII. ART. XII.

IN ar. 12. eiuſdem q. 154. dubia duo occurrunt. Primum eſt, An peccata contra naturã tranſeant in deformitates vitiorum naturalium, ita q vnum & idem peccatum ſit ſub vitio contra naturam & ſub vitio naturali, puta, ſub ſodomia, & inceſtu, uel adulterio, uel ſacrilegio &c. Et eſt ratio dubii, quia hinc apparet pars affirmatiua uera. Nam ſi quis concumbat cum uxore aliena contra naturam, facit iniuriam marito illius, utpote utendo ad venereum concubitum perſona quæ eſt alterius ad concubitum venereum. Nec minus ſacrilegii reus eſt abutens moniali contra naturam, quàm abutens illa naturaliter. Nec minus raptus reus eſt, qui uiolentiam infert mulieri ad concubitum contra naturam, quàm naturalem. Pars autem negatiua apparet uera, tum ex eo q impoſſibile eſt eundem concubitum eſſe contra naturam, & naturalem ſiue bonum, ſiue malum moraliter. Ac per hoc impoſſibile eſt concubitum contra naturam habere propriam differentiam conſtitutiuam concubitus naturalis in eſſe mali moralis. E Conſtat autem q inceſtus, adulterium, & ſtuprum non ſunt accidentia communia, ſed propriè differentiæ conſtitutiuæ concubitus naturalis ſub genere moralis mali. ergo non inueniuntur extra naturalem concubitum: tum ex eo q ex concubitu contra naturam non contrahitur affinitas, quam tamen contrahere oporteret, ſi inceſtus deformitatem haberet, quia ſi eſſet inceſtus concumbere contra naturam cum ſorore vxoris propriæ, ſequeretur quòd vxor propria eſſet facta illi affinis: & ſi non eſt facta ex hoc ſibi affinis. ergo ille concubitus non fuit inceſtus.

¶ Secundum dubium eſt, quia in litera in reſponſione ad vltimum dr̃ q inter peccata contra naturam infimum locum tenet mollities. Videtur enim q minus graue peccatum in modo contra naturam concumbendi cum fœmina, ſeruato vaſe naturali, quod in litera ultimo numeratur.

¶ Ad primum dubium dr̃, q in hac q̃õne eſt aliquid clarum, & aliquod obſcurum. Duo ſiquidem ſunt hic manifeſta. Alterum eſt q peccatum luxuriæ contra naturam aggrauatur per conditiones ſignificatas ſpeciebus luxuriæ naturalis. Conſtat namque grauius eſſe abuti contra naturam muliere coniugata quàm ſoluta, & matre quàm extranea, & violenter q̃ voluntariè &c. Alterum eſt, q huiuſmodi grauitas addit circunſtantiam alterius ſpeciei in quibuſdam, ut patet, ſi addatur raptus, uel ſacrilegium ad concubitum contra naturam. Obſcura autẽ ſunt ẽt duo. Primum eſt an in aliis grauitas addita variet ſpeciem. Secundum eſt, an ſi uariet ſpeciem, coincidant illæ ſpecies cum ſpeciebus naturalis luxuriæ. Oportet autem ad veritatis intellectum cõſiderare q in ſpeciebus naturalis luxurię eſt aliquid ſpectans ad ipſum genus luxuriæ, puta, concubitus &c. & aliquid ſpectans ad aliquod aliud genus, puta, iniuſtitiæ, uel irreligioſitatis &c. Et quoniam luxuria contra naturã diſtinguitur ex oppoſito contra luxuriam naturalem, nec coincidere poſſunt: ideo nulla eſt quæſtio de concurſu

vtriuſque

utriuſque luxuriæ in eodem concubitu: ſed tota quæſtio eſt de concurſu deformitatum alterius generis, quæ determinant luxuriam naturalem. Quæ quæſtio ex hoc ipſo ſoluitur, q nihil prohibet deformitates alterius generis eſſe cões luxuriæ naturali, & cõtra naturam: ita q ſicut ſacrilegium, quod importat iniuriam rei ſacrę, & in propoſito perſonæ ſacræ, transfert concubitum naturalem viri cum ſanctimoniali in ſacrilegiũ, non minus transfert concubitum contra naturam cum eadem in ſacrilegiũ, propter eandem rationem, quia utrobique agitur contra caſtitate Deo dicatam. Et ita hoc quod eſt perſonã eſſe coniugatam, non ſolum transfert concubitum alienum cũ ipſa in ſpeciem iniuriæ maritalis: ſed etiã concubitum alienum cum eadem contra naturam trãsfert in ſpeciem maritalis iniuriæ, quia utrobiq; perſona quæ eſt alterius quo ad concubitum polluitur. Et ſimile eſt de inceſtu, & ſtupro: quia utrobique fit iniuria uel naturali reuerentiæ, puta, ſi quis cognoſcat contra naturam propriam matrem, vel paternæ cuſtodiæ, cui non ſolum uirginale ſignaculum, ſed ipſum filiæ corpus commendatum naturaliter eſt, iuxta illud. Filiæ tibi ſunt, cuſtodi corpus earum. Et ſic nõ ſolum deformitates raptus, & ſacrilegii, ſed adulterii, inceſtus, ac ſtupri, poſſunt cum concubitu contra naturam concurrere. Ac per hoc huiuſmodi circunſtantiæ ſi concurrant nõ ſolum aggrauant, ſed uariant ſpeciem. quod in prima quæſtione quæſitum eſt. Et ſi pſpicaciter intuiti fuerimus, apparebit q deformitates iſtæ ſunt eiuſdem ſpeciei cum deformitatibus ſimilibus in uitiis luxuriæ naturalis. Nam ex parte ipſarum deformitatum nulla apparet formalis differentia, ſed alicubi inuenitur ſolus quidam defectus conſũmata iniuria, puta, in concubitu contra naturam cum aliena uxore, & cum filia alterius uirgine. Nam maior iniuria fit marito ſi concubitus eſt naturalis, quia tunc non ſolum perſona uxoris, quæ eſt mariti, ſed etiam uas quod eſt mariti, polluitur. Et ſimiliter paternæ cuſtodię maior iniuria fit per concubitum naturalem, quo non ſola pſona polluitur, ſed ſignaculum uirginale aufertur. quod præcipuè cuſtodiendum erat. Et ideò concludendum uidetur, q circunſtãtiæ non ſolum uariãt ſpeciem concubitus contra naturam, ſed transferunt in eaſdem ſpecies, in quas transferunt per modum differẽtię concubitus naturalis. Quocirca concubitus contra naturam cum aliena uxore, conſanguinea, & habẽte uotum caſtitatis, non eſt proprie adulterium, nec proprie inceſtus: quia oẽs ſpecies luxuriæ naturalis ſignificant deformitatem in concubitu naturali, ſicut ſimum curuitatem in naſo. Et propterea ex huiuſmodi circunſtantiis in crimine contra naturam, non contrahitur affinitas, nec incurruntur pęnæ adulterorum, inceſtuoſorum. Eſt tamen proprie ſacrilegium, quia ſacrilegium non ſignificat deformitatem in tali materia determinate. ſ. in concubitu naturali. ſed abſolute, in quacunq; materia contra rẽ Deo dicatam agatur. Et eſt reductiue ſpectãs ad ſpeciem adulterii & inceſtus pp ſimilitudinem deformitatis iniuriæ, & irreuerentiæ naturalis quarum prima ad iniuſtitiam, ſecunda ad impietatem ſecũdũ ſe ſpectat. Et ſic ſecũdæ quæſtionis ſolutio patet.

E

¶ Ad ſecundum dubium dr, q quia author ponit peccatum in modo, eſſe cõtra naturam, & grauius mollitie, & ponit in eo latitudinem, ſeu differentiã, dicendo, Magis autem ſi non ſit debitũ uas, q̃ ſi ſit inordinatio ſm̃ aliqua alia pertinentia ad modum concumbendi: ideo ex hoc ipſo oſtendit, q per peccatum in mõ, in propoſito intendit talem unde nõ poſſit generatio ſequi, ut ſi quis ita cõcũbat, vt ad os uaſis naturalis vis attingat, vt quaſi cogatur extra ſeminare ex tali mõ, q̃uis ſm̃ vas naturale concumbat. Niſi. n. ſic exponatur, non ſaluatur ly magis proprie: nec ſaluatur q quartus modus ſit ſupra mollitiem ſm̃ ſe totum, ſed ſolum ſm̃ ſui ſupremũ, qđ tñ author ex propoſito intendit, ponens ſupra mollitiem totum, magis tñ ſm̃ ſui ſupre-

Refert 32. q. 7. c. Quęadmodũ. in fine: & ca. Adulterii.

luuntur per inceſtum, q̃ perſonas extraneas quę polluũtur p uitium contra naturam. ergo inceſtus eſt grauius peccatum quàm uitium contra naturam.

¶ 4 Præt. Si uitium contra naturam eſt grauiſſimum, vr̃ q tãto ſit grauius, quanto [b] eſt magis cõtra naturam: ſed maxime vr̃ eſſe contra naturam peccatum immunditię, ſeu mollitiei, quia hoc ur̃ eſſe maximè ſm̃ naturã ut alterum ſit agens, & alterũ ſit patiens. ergo ſm̃ hoc immũditia eſſet grauiſſimum inter uitia cõtra naturã: hoc ãt ẽ falſũ. ergo uitia cõtra naturã nõ ſunt grauiſſima inter pctã luxurię.

B

SED CONTRA eſt, qđ Aug. * dicit in lib. de adul. cõiungiis, q oium horum uitiorum. ſ. quę ad luxuriam pertinẽt, peſſimũ eſt quod contra naturam fit.

C

RESPON. Dcđm, q in quolibet gñe peſſima eſt pricipii corruptio, ex quo alia dependent. Principia aũt rõis ſunt ea quæ ſunt ſm̃ naturam. Nã rõ pręſuppoſitis his, quæ ſũt a natura determinata, diſponit alia ſm̃ q conuenit: & hoc apparet tã in ſpeculatiuis q̃ in practicis. Et ideo ſicut in ſpeculatiuis error circa ea, quorũ cognitio eſt homini naturaliter indita eſt grauiſſim9, & turpiſſim9: ita i agẽdis agere cõtra ea quæ ſunt ſm̃ naturã determinata, eſt grauiſſimũ & turpiſſimũ. [m] Quia ergo in uitiis, quę ſunt cõtra naturã

A

mum, quàm infimum. Obiectio autem procedit de modo præter naturam, qui non impedit generationem, quod diſtat à mollitie ſicut ueniale à mortali.

¶ In eodem 12. art. dubium occurrit arduum circa rõem mollitiei, & ſodomitici uitii in mulieribus, qua. ſ. rõne conſtat tales actus mulierum eſſe peccata mortalia. Et ẽ rõ dubii, quia peccatum mortale oportet q ſit cõtra bonũ diuinum, aut humanum, ſeu creaturæ intellectualis alioquin nõ eſſet cõtra charitatem. In huiuſmodi autem actibus mulierũ non agitur contra bonum diuinũ, ut patet, nec contra bonum angelicum, ut patet, nec contra bonum humanum. Probatur, quia ſi hoc eſſet, ideo eſſet, quia eſſet contra bonum generationis humanæ, ut in mollitie uiri, & ſodomia maſculorũ patet ſed hoc non eſt, quia ſeminatio mulieris non concurrit ad generationem niſi per accidẽs. Ea aũt quæ ſunt per accidens ommittunt ab arte. Et propterea hi actus mulierum non exeunt limites peccatorum, quæ ſunt circa tactus & amplexus, in quibus ſm̃ ſe cõſtat non conſiſtere peccatum aliquod contra naturam, qđ cõſtituitur ex hoc, q tollit finem ſeminationis humanæ. ſ. gñationẽ hominis. Qđ aũt fœminę ſemen non requiratur per ſe ad generationẽ, teſtatur Ariſt. in 1. de generatione animalium circa finem, quẽ ſequitur author in 3. parte q. 31. art. 5. ad 3. Et qa Galenus & Auicen. in 9. & Albertus in 15. de Aĩalib. tenent oppoſitum, reſtat vt dubium ſaltem ſit, an hi actus mulierum ſint peccata mortalia, ſicut dubium reſtat pp varietatem opinionũ, an ſemen mulieris per ſe requiratur ad generationem.

Conclu.

¶ Ad euidentiam q. huius ſciendum eſt, q licet non ſit hic qõ, an hi actus mulierum ſint peccata mortalia, qm̃ hoc p conſtãti ſupponitur, vtpote ab uniuerſa Eccleſia acceptatũ, Nullus. n. apparet catholicus contradicens: nec ſit qõ, an ſemen mulieris p ſe concurrat ad gñationẽ, quia qõ hæc ad naturalẽ ſpectat philoſophiam, ſed ſit qõ de certitudine, ſeu euidentia rõis nãlis, quare huiuſmodi actus ſunt peccata mortalia: quia tñ qõ hæc pendet ex notitia hmõi actuum in gñe naturæ, qm̃ pctm̃ cõtra naturam fundatur ſuper hoc, q actus eſt contra naturę ordinẽ, & peccatum mortale in genere eorum quæ contra natura ſunt, fundatur ſuper malo humano in his, alioquin non eſſet cõtra charitatem: ideo duo facienda ſunt. Primo, tractabitur ipſa naturalis quæſtio. Secũdo: directe quæſito reſpondebitur. Quo ad primum Ariſt. ſententia eſt, q ſemen fœminæ non eſt humor ſeminalis, ſed eſt ſuperfluitas propria uteri. Nec cõcurrit ad generationem quouis modo, quia nec ut agẽs nec ut materia. Probat autem quod dicit, rõne, & quibuſdam ſignis. Ratio eſt quia mẽſtruum eſt quod in fęmina proportionaliter reſpondet ſemini in uiro. ergo ille alius humor quod ſemen in muliere dicimus, non eſt illud quod correſpondet in fœmina proportionaliter ſemini uiri. Aſſumptum probatur ex ſenſibilibus. quia. ſ. proportionaliter incipiunt, & deſinũt ſemen uiri & menſtruũ mulieris. ſ. in pubertate & ſenectute. Vox in utroque proportionaliter tunc mutatur in utroque pili generantur tunc, & mẽbra receptiua utriuſque humoris diſtenduntur. Conſequentia probatur, quia ſi menſtruum eſt illud proportionale, ergo non ſemen. & ſi ſemen, ergo non menſtruum. Impoſſibile ſiquidẽ eſt dari ſemini uirili duo pportionalia naturalia in eodẽ. Qđ poſſet probari tum ex parte naturę, quia ſicut non deficit in neceſſariis, ita non abundat in ſuperfluis: tum ex rõne propriæ cãæ, quia ſi utrunq; eſt illud proportionale, neutrum eſt illud. Indicia autem ſunt multa. Primum eſt, q mulieres ſępe concipiũt ſine illa delectatione quæ in ſeminis emiſſione ſentitur. Secũdum eſt, q concurrente utroque ſemine ſine menſtruo non cõcipiunt mulieres. Tertium eſt, q huiuſmodi ſemen non conuenit omnibus mulieribus, ſed nitidis, & ſeminatibus ut plurimum, nõ autem fuſcis, & quæ ſunt uiragines. Quartum eſt, ex quantitate

tráſgredit̃ hō id qđ eſt ẽm naturā determinatū circa vſū venereū, inde eſt ꝙ in tali materia hoc pctm̃ eſt grauiſſimū. Poſt qđ eſt inceſtus ° q ſicut dictū ° eſt, eſt cōtra naturalē reuerētiā quam perſonis coniunctis debemus. Per alias autē luxuriæ ſpēs pterit̃ ſolum id qđ eſt ẽm rōem rectam determinatum, ex preſuppoſitione tñ naturalium principiorum. Magis aūt repugnat rōi, ꝙ aliquis venereis utatur nō ſolum contra id qđ cōuenit proli gñandę, ſed ēt cū iniuria alteri⁹: & ideò ʳ fornicatio ſimplex, q̄ cōmittitur ſine iniuria alteri⁹ pſonę, eſt minima inter ſpēs luxuriæ. ⁹ Maior āt iniuria eſt, ſi quis abutat̃ muliere alteri⁹ ptāti ſubiecta ad uſum gñationis, q̄ ad ſolā cuſtodiā. & iō ˢ adulteriū eſt grauius q̄ ſtuprum ᵗ, & utrūq; aggrauat̃ per uiolentiam: I p qđ ᵘ raptus virginis eſt graui⁹ q̄ ſtuprū, & raptus uxoris q̄ adulteriū. ˣ Et ʸ hæc oia ēt aggrauant̃ ẽm rō-

quãtitate, quia. ſ. multum excedit interdum quãtitate ſeminis & uariat̃ in plus & minus ſm̃ cibi rationem, nam quidam cibi acres ſaporis augent ipſum. Quintum eſt ex genere ſęminarū, quia. ſ. talis humor non conuenit omnibus ſęminis. Sextū eſt, quia ex contactu non emittunt ſęminæ ſemen per illas partes. Diui āt Thomę ſententia conſentit Ari. in hoc, ꝙ ſemen mulieris nō eſt neceſſarium ad gñationem. An āt ſit utile ad generationē, aut omnino extraneū, vt Ari. ſenſit, non dicit: ſed cū Ari. dixit ſemen mulieris non eſſe humorē ſeminalē, ſed eſſe ſuperfluitatē uteri, ſeu matricis: diu⁹ Tho. dicit ipſū eē imperfectū quid in genere ſeminis. Et ex hoc intulit, ꝙ nō eſt materia neceſſaria in generatione. Quia eñ ſemē ſm̃ generis ſui rōem eſt in gñe cauſæ effectiuæ, ut patet in ſeminibus vegetabiliū, & expreſſa ſcriptū eſt in 5. Metaph. & 2. Phy. c. de cauſis, conſequens eſt ut ſi ſemen mulieris ſit in gñe ſeminis, ſit quid imperfectū, ꝙ non ſit p ſe ordinatū a natura ut ſit materia gñationis. Quod. n. eſt ordinatū per ſe ut ſit ſemen, non eſt per ſe ordinatū ut ſit materia ſeminis, ac p hoc nō eſt materia neceſſaria ad gñationē: qm̃ talis eſt propria materia ſeminis. H Aui. vero in c. 3 noni de animalibus, & Alber. in fine 15. de animalibus, putãt, ſemen mulieris p ſe concurrere ad gñationem non ut ſemen niſi æquiuocè ſeminis nomine vtendo, ſed concurrere ut pximā materiā gñationis, ita, ꝙ ſanguis mẽſtruus eſt materia pura egens adhuc decoctione ad hoc, ꝙ ſit pxima materia gñationis. & ppea eſt uelut cibus illius ſeminis, ſeu ſãguinis albi, quod eſt pxima materia. Gal. āt, quē ſequit̃ Scotus in 4. diſt. 3. ſenten. opinari vr̃, ꝙ ſemen mulieris concurrat ut ſemen, ſtãs minus principale & dependēs in ſua cauſalitate a ſemine uiri. Et rō Gal. eſt quia ex quo pleſ q̃nque aſſimilatur patri, & q̃nque matri, dēt eſſe una communis rō ſimilis aſſimilationis: ſed rō aſſimilationis ad patrem eſt ſemen, igit̃ rō aſſimilationis ad matrem eſt ſemen. & confirmatur a Scoto, qa proprium agentis eſt aſſimilare ſibi effectū non materiæ. Inter has āt opiniones q̄ ſit uera, non facile apparet. Nā rō Ari. plurimū authoritatis ex ſenſibilibus hēt, & non niſi vnū ſibi obſtare video. ſ. ꝙ natura poſuit talem ſcilicet veneream & tantā delectationem in reſolutione, ſeu emiſſione ſeminis in muliere. Cum enim natura agat propter finem, ita quòd ex cauſa finali optima ſumitur ratio in naturalibus, conſequens eſt ut natura appoſuerit delectationem in tali ſeminatione propter bonum ſpeciei conſeruandæ, ſicut in ſeminatione uiri. Et quoniam manifeſte apparet, quòd eſt delectatio non ſicut in confricationibus, aut alleuiationibus naturæ, ſed uenerea, adeo ut ſenſibiliter quietet concupiſcentiam veneream in mulieribus, non eſt conſentaneum rationi, quòd huiuſmodi ſeminatio ſit excrementum vteri, ſed quòd ſit a natura ordinata ad conſeruationem ſpeciei. Delectatio enim venerea ex ppria rōne ad actus generationi deſeruientes ſpectat, & illos ſolos conſeqtur. Et hęc ratio conuincit intellectum meum. non ad dicendum quòd ſemen mulieris ſit uere ſemen: quoniam non Ariſt. confutaſſe hoc. ſ. ꝙ delectatio iſta nō eſt ſufficiens ſignum. K quòd illa emiſſio ſit ſeminatio, quia delectatio etiam conſequitur ad emiſſionem ſpiritus, ut confricatio apud impotentes adhuc ſeminare pueros manifeſtat: ſed ad dicendum quòd ſeminatio illa eſt actus naturæ ordinatus ad generationem ſiue ſit emiſſio ſeminis, ſiue alterius humoris, qui quandoque ut pluries appellatur ſemen: quoniam delectatio venerea tam vehemens, non fruſtra eſt a natura. Et licet abſq; ſeminatione accidat delectatio in pueris &c. non tamen accidit huiuſmodi delectatio niſi in actibus ordinatis ad ſeminationem, licet tunc ſequi nō poſſit. Et illa delectatio eſt & in quãtitate, & qualitate diſſimilis iſti, qm̃ delectatio illa puerorum eſt parua, & non eſt quietatiua: mulierem autem delectatio in ſeminatione & eſt magna, & eſt quietatiua concupiſcentiæ venereæ. & ſi bene aduerteris, inuenies quod delectatio confricationis in pueris atteſtatur nobis, quia appoſita eſt a natura actui, qui eſt ut uia ad ſeminationē, quæ eſt generationis principium. Niſi enim hoc obſtaret, ſententia Ariſtot. ex ſen-

P ſibilibus efficax oſtenderetur: quoniam non ſolum eſt uera illa affirmatiua. ſ. ꝙ concomitantia ſemen in maſculo ſunt illa q concomitãtur menſtrua in muliere: ſed eſt uera negatiua. ſ. ꝙ concomitantia ſemen in maſculo non concomitantur ſeminationem in muliere, quoniam mulieres longe ante pubertatem ſeminant, & longè poſt fœcunditatem, ſ. ętatem menſtruorum, ſeminant, ꝙ non eſſet ſi ſeminatio mulierū ad generationem ordinaretur. Verum qa, ut poſt apparebit, hęc non conuincunt ratio autem ex fine ſumpta multum cogens uidetur: idcirco ex hoc ſuppoſito principio ſ. quòd ſeminatio mulierum ad generationem ſecundum ſe ordinatur procedendo, apparet quòd oportet alterum duorum dicere, aut quòd ordinat̃ ad generationem ſecūdum ſe, & ut in talibus indiuiduis, ſ. mulieribus, & tunc occurrit aut Galeni, aut Auicennæ uia. Aut quòd ordinatur ad generationem ſecundum ſe tm̃, & tunc occurrit uia diui Thomæ. Diſcernendo ſiquidem, & examinando ſingulas opiniones, manifeſte apparet quòd ratio Ariſt. ſufficienter excludit illam opinionē, quam ſecutus eſt Gal. & propoſito Ariſ. impugnauit. Nā natura ſeminis, & natura ſanguinis menſtrui diuerſarum ſunt rationum. Et propterea urget ratio Ariſt. quod ſi ſemen in muliere eſt proportionale ſemini in uiro, quòd menſtruum nō eſt illud proportionale & ſi menſtruum eſt proportionale, non eſt ſemen illud proportionale. Et cum ex ſenſibilibus ſufficienter habeatur, quod menſtruum eſt illud proportionale, ſequitur ꝙ ſemen non eſt illud proportionale in muliere. & vere opinio iſta nullum habet fundamentum ſolidum, in ratione, aut in ſenſibilibus. Vnde Gal. grauiter ab Aui. reprehenditur hoc in loco. Ratio aūt Galeni facillimè ſoluitur dicendo, ꝙ rō aſſimilationis filii ad matrem, eſt quia mater effectiue facit materiam prolis non quia materia ipſa quæ a matre ſit, coefficiat ſemini uiri ut ſemen coefficeret. Ex hoc enim quòd mater efficit materiam ſequit̃ ꝙ filius: niſi materia à ſemine uiri, uel aliunde declinet a conditionibus, quas ſortitur à ſua factrice, aſſimiletur matri. & hoc intendunt phil. dicentes ꝙ ſi ſemen uiri dominatur ſuper materia filius aſſimilatur patri. & ſi non, filius aſſimilatur matri, non ꝙ negatio dominii ſeminis uirilis ſit cā affirmationis aſſimilationis ad matrem, ſed quia non dominando relinquit materiā cū diſpoſitionibus, quas à matre habet effective. & propterea patet ꝙ cōfirmatio Scoti non concludit, ꝙ materia materna coefficiat, ſed ſat eſt ꝙ effectiue ſit à matre. ut ſic omnis aſſimilatio ad cauſam ſequatur actionem illius cauſæ. & iam hoc expreſſe habes ab authore, qui ſequitur, Ariſt. in hoc, ꝙ mater ſolum miniſtrat materiam. Conferendo autem rōēm Ari. poſitioni Auic. & Alb. non apparet Ariſt. ratio efficax cōtra illam: quoniam apud iſtos humor ille qui uocatur ſemen muliebre & puritas menſtrui ſanguinis ſunt unius rationis, & pro uno computantur differentes tantum ſecundum magis & minus concoctum. & ideo ſecundum illam uiam dicendo, ꝙ mẽſtruum eſt proportionale, non excluditur, ſed includitur ille humor, qui dicitur ſemen: & econtra, dicendo ꝙ ille humor eſt proportionale in muliere, includitur ꝙ menſtruum eſt illud proportionale. Et ſecundum hāc uiam dicendum eſſet, ꝙ ſemē ſecūdum illam perfectionem, qua eſt perfecte decoctus ſanguis ſimul incipit & deſinit cum reliquo ſanguine puro, qui eſt ſuperfluum alimenti: qui ſanguis purus purgatur per menſtrua, licet imperfecte inchoet ante pubertatem, & duret poſt fœcunditatem. Ita ꝙ cum incipiunt menſtrua, incipit mulieribus ſanguis tam rubeus, qui uocatur ſanguis menſtrui, quàm albus qui uocatur ſemen: licet hic incipiat non ſimpliciter, ſed ſecundū ſuam perfectionem tunc. Signum huius eſt, ꝙ ſanguis rubeus non tranſit in proximam materiam fœtus, niſi dealbetur maiori decoctione, ut aūt qui digeſtiones huiuſmodi conſiderāt. & ſic inter iſtos & Ariſtotelem hęc eſt diſſenſio, ꝙ Ariſtoteles ſemen mulieris ex neceſſitate materiæ prouenire dixit, de genere ſuperfluitatū exiſtens: iſti uero poſuerūt ipſum eſſe de genere ſanguinis menſtrui, & eſſe non ſuperfluitatem abſolute, ſed ſuperfluitatē qua indiget natura. ſ. ſuperfluitatem alimẽti membrorū quarta digeſtione decocti. ſ. ſanguinis optimi, ſicut etiā ſemen

Marginalia: q. huius qſt. — Concl. p — Minima ſpecies: ſed non minimū peccatorū ar. 2. 6m. — Concl. ſ — Concl. u — Concl. y

nem ſacrilegij, vt ſ. dictum eſt.

Ad primum ergo dicendum, quod ſicut ordo rationis rectæ ab homine, ita ordo naturæ eſt ab ipſo Deo: & ideo in peccatis contra naturam, in quibus ipſe ordo naturæ violatur, fit iniuria ipſi Deo ordinatori naturæ. Vnde Aug.* dicit in 3. confeſſio. c.8. Flagitia quæ ſunt contra naturam, vbique ac ſemper deteſtanda, atque punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent, omnes eodem criminis reatu diuina lege tenerent, qua non ſic fecit homines, vt ſe illo vterent modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ille author eſt, libidinis peruerſitate polluitur.

Lib. 3.c.8. circa prin. tom. 1.

B

Ad II dicendum, quod etiam vitia contra naturam ſunt contra Deum, vt dictum* eſt. & tanto ſunt grauiora quam ſacrilegii corruptela, quanto ordo naturæ humanæ inditus eſt prior & ſtabilior, quam quilibet alius ordo ſuperadditus.

Ad III dicendum, quod vnicuique

A ſemen eſt hoc modo ſuperfluum. Signum autem quod ſemen muliebre ſit ſuperfluitas ſanguinis, eſt illud idem per quod Ariſtoteles indicat ſemen viri eſſe ſuperfluum ſanguinis. ſ. quod nimis prouocando ſeminationem exit ſanguis, ſeu ſanguinolentus humor: hoc enim idem in muliere contingere expertum eſt. Et quia via hæc ſatis probabilis vi & ſecundum rationem, & ſecundum apparentiam ad ſenſum ideo ad indicia Ariſtotelis ſecundum eum dicendum eſt, quod mulieres quandoque concipere ſine illa delectatione non eſt ſignum ſufficiens, quod tunc ſemen muliebre non concurrat: ſed vt Alber. dicit quod prius ille ſanguis albus peruenit ad matricem. Puto ego quod quia hoc eſt vt in paucioribus, quod hoc eſt ſignum indiſpoſitionis naturæ, quæ non delectatur in illa emiſſione, ſicut propter varietatem diſpoſitionum aliquæ parum delectantur, aliquæ conuenienter, aliquæ valde, aliquæ intantum quod extra ſe quodammodo fiunt in huiuſmodi emiſſione. Secundum autem. ſ. quod concurrente vtroque ſemine non ſequitur generatio, indicium eſt, non quod ſemen non concurrat ad generationem, ſed quia non eſt ſufficiens paſſiuum ſine ſanguine rubeo, aut quia in ſe eſt imperfectum,

C vt ante pubertatem, & poſt fœcunditatem, aut quia & ſimilis poteſt tempore fœcunditatis accidere diſpoſitio in illo albo ſanguine, vt. ſ. ſit ita imperfectum ſicut eſt ante & poſt fœcunditatis ætatem, aut quia ſicut homo ſine ſanguinis pabulo non viuit, ita ſanguis ille albus ſine ſanguinis rubei pabulo ſiue fulcimento, non eſt pro conceptione ſufficiens.

¶Ad tertium verò indicium dicitur, quod quibuſcumque mulieribus conuenit menſtruum, eiſdem credimus conuenire ſemen, niſi forte per accidens, ſicut contingit mulierem etiam menſtruoſam menſtruo priuari: ſed quibuſdam mulieribus conuenit ſeminare ſenſibiliter ab extra, & quibuſdam ſolum ad intra, ita vt non cognoſcant mulieres ſe ſeminare: ſed ſolum delectabiliter commoueri cum ſatietate, ſeu quiete carnis, completa commotione quam ſentiunt intus. Et forte neſcire hunc duplicem modum ſeminationis, cauſa eſt putandi quod non omnes ſeminant. Signum enim delectationis ſeminariæ eſt quies concupiſcentiæ carnalis, ſeu ſatie-

D tas terminans delectabilem commotionem.

¶Ad quartum indicium de quantitate dicitur, quod ſicut ſanguini rubeo, qui generationi ſeruit, tantam menſtrui ſuperfluitatem annexam videmus, ita non eſt remotum, vt ſanguini albo eidem generationi ſeruienti nonnulla iungatur humiditas impura, quæ quantitatem ſeminis metiatur maiorem quam eſſe debeat, in fœmina præſertim, quia abundat humido, crudo præſertim, & ad huiuſmodi crudi humoris multiplicationem ſpectare videtur copia ſeminis fœminei ex cibis actu ſapotis.

¶Ad quintum dicit Albertus, quod non eſt remotum quin etiam fœminis aliorum animalium conueniat huiuſmodi ſeminatio ad intra.

¶Ad ſextum autem indicium dicitur, quod falſum experientia teſte, aſſumit in mulieribus: quia ſolo contactu ſine coitu ſeminant, & etiam ſine contactu in ſomno & in vigilia imaginatione &c. In fœminis autem aliorum animalium, ſi verum aſſumitur, dicitur quod ratio varietatis in promptu eſt, quia fœminæ aliæ ſeminant ſolum in-

E tus, & propterea ex contactu non emittunt extra. Mulier autem, quia ſeminat vſque ad redundantiam ad extra, ita ex contactu emittit etiam ſicut extra. Diui autem Thomæ poſitio a Galeno, Aui. & Alb. diſſentit in hoc, quod apud ipſum, ſemen fœminæ non eſt aliquid requiſitum in fœmina ad generationem humanam: & in hoc conuenit cum Ariſt. & propterea ratio Ariſt. & illius indicia, non ſunt contra diuum Tho. ſed pro ipſo. Vnum tamen ſingulare dicit Diuus Tho. ſ. quod ſemen mulieris eſt in genere ſeminis, vt imperfectum tamen, ita quod ſecundum hanc viam ſemen mulieris eſt ſicut ſemen viri impotentis generare ex defectu naturæ non ſufficientis perfecte decoquere ſanguinem, ita vt perducat ipſum ad perfectionem ſeminis. Ac per hoc ſicut ſemen viri ſic imperfecti poteſt dupliciter conſiderari. ſ. quantum eſt ex natura ſui generis & ſpeciei, & ſic per ſe ordinatur ad generationem humanam, vt ſemen humanum: alio modo, vt eſt iſtius ſic imperfecti: & ſic per accidens non ordinatur ad generationem humanam, quia non eſt aptum generationi humanæ: ita ſemen fœminæ poteſt dupliciter conſiderari ſ. quantum eſt ex natura ſui generis, & ſuæ ſpeciei humanæ: & ſic per ſe ordinatur ad generationem humanam, vt ſemen. & ideo natura appoſuit in illius emiſſione talem ac tantam delectationem. Alio modo inquantum eſt in talibus indiuiduis. ſ. in mulieribus inutilis impotentis decoquere, & ad perfectionem ſeminis illud deducere: & ſic per accidens, ratione. ſ. talium indiuiduorum, non ordinatur ad generationem humanam nec vt ſemen nec vt materia. Non vt ſemen, quia deficit à perfectione ſeminis. Non vt materia, quia totum genus agentis ineptum eſt, vt ſit materia ex qua & hæc poſitio forte coincidit cum poſitione Ariſtotelis, ſi intelligamus Ariſtotelem, excluſiſſe ſemen mulieris a ſemine ſecundum perfectionem ſui generis, & dixiſſe illud eſſe excrementum vteri, quia conuenit mulieribus non propter generationem, ſed neceſſitate materiæ ſcilicet non propter finem per mulierem per tale ſemen aſſequendum, ſed quia eſt pars ſpeciei. Non enim tacuit ibidem Ariſtoteles huiuſmodi impotentiam mulieris ad decoctionem. Hæc de primo.

In ſolu. præced.

C ¶Quo ad ſecundum, multi occurrunt modi dicendi, quare in mulieribus ſeminatio voluntaria extra concubitum naturalem eſt peccatum mortale, ſiue ſit mollitiei, ſiue ſodomiæ vitium. Primus eſt, ratione delectationis venereæ: quia ſecundum rationem rectam non debet extra concubitum naturalem procurari. Sed huic rationi obſtat, quod delectatio in bonitate & malitia morali ſequitur operationem: & ideo oportet ſi delectatio ſit mala moraliter, quod ſeminatio illa ſit mala. Ridiculum eſt enim dicere quod delectatio ſecundum ſe eſt mala: & propterea oportet ad bonitatem, vel malitiam ſeminationis deuenire. Quare ſi ſeminatio muliebris non eſt niſi ſuperfluitatis emiſſio, non eſt magis ratio peccati procuratione huius ſeminationis, & delectatione eiuſdem, quàm ſi quis procuret egerere, aut ſudare, & delectetur in huiuſmodi. Secundus dicendi modus eſt, quod licet mulieribus ſeminatio ſecundum ſe non ſit niſi ſuperfluitatis emiſſio, quia tamen connexus eſt ſibi concurſus humoris, qui per menſtruum purgatur ad matricem, qui hu-

D mor eſt principium materiale generationis: ideo habet rationem peccati mortalis propter abuſum ſ. principii generationis concomitantem. Sed huic rationi obſtat, quia ſecundum hanc rationem ſeminatio ipſa non eſt niſi per accidens, hoc eſt, propter aliud adiunctum malum moraliter. Ac per hoc cum ante, & poſt ætatem fœcunditatis ſeminatio mulieris ſit naturaliter ſeparata, & non connexa concurſui humoris qui eſt principium generationis, ſequeretur quod talis ſeminatio procurata extra ætatem fœcunditatis, non eſſet peccatum mortale. Tertius dicendi modus eſt, quod licet ſeminatio muliebris non ſit ſecundum ſe niſi ſuperfluitatis emiſſio, quia tamen naturali ordine per ſe ad principium generationis ordinatur ſcilicet ad concubitum naturalem: ideo peccatum mortale eſt abuti ipſa ſeminatione, ſicut peccatum mortale eſt abuti concubitu, puta, coeundo cum ſtatua. Eſt enim concubitus naturalis, generationis principium, ſicut debita coniunctio actiui & paſſiui eſt inter principia ope-

E rationis, quæ ab illis exigit principiis. Et quod talis ſeminatio ordinetur ad concubitum naturalem, patet ex eo quod aliter natura non appoſuiſſet proportionaliter delectationem in muliere ſicut in viro. Sed hæc ratio manifeſte deficit, quia ad delectationem confugit, & operationem omittit. Oportet enim probare, quod ſeminatio, quæ eſt operatio illa quam ſequitur huiuſmodi delectatio, per ſe ordinetur ad concubitum: quod non probatur nec ſignificatur ex hac negatiua, quia. ſ. natura non prouidiſſet aliter de delectatione proportionali in muliere ſicut in viro: quia delectatio proportionalis in muliere debet eſſe naturaliter vt in principio generationis, quod eſt mulier, quod non dicit ſecundum hanc viam niſi miniſtrationem menſtrui, & receptionem ſeminis virilis per coitum. In omnibus autem his tribus appoſita eſt delectatio: & in concubitu & in receptione ſeminis manifeſte patet. In concurſu autem ſanguinis ad matricem dicunt delectationem quoque eſſe, minus tamen, vt apparet, perceptibilem diſcrete ab aliis delectationibus. Et ſic dicentes ſeminationem mulieris eſſe ſecundum ſe emiſſionem ſuperfluitatis ineptæ ad generationem, non videntur poſſe reddere rationem. quare talis

ſeminatio

indiuiduo magis coniuncta natura ſpeciei, q̄ quodcūq; aliud indiuiduum. & ideo peccata quæ ſunt contra naturam ſpeciei ſunt grauiora.

AD IIII dcēdm, ꝙ grauitas in peccato magis attendit̄ ex abuſu alicuius rei, q̄ ex omiſſione G debiti vſus: & iō inter vitia q̄ ſunt cōtra naturā, infimū locū tenet pc̄tm̄ immunditiæ, quod conſiſtit in ſola omiſſione concubitus ad alterū. Grauiſſimū aūt eſt peccatum beſtialitatis: quia non ſeruatur debita ſpecies. Vnde ſuper illud Gen. 37. capite, Accuſauit fratres ſuos crimine peſſimo: dicit gloſ. ꝙ cum pecoribus miſcebantur. Poſt hoc aūt eſt uitium Sodomiticum, cūm ibi non ſeruetur debitus ſexus. Poſt hoc aūt eſt peccatum ex eo, ꝙ non ſeruat̄ debitus modus cōcumbendi. Magis autem ſi non ſit debitū vas, quàm ſi ſit inordinatio ſecundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.

ſeminatio voluntaria eſt peccatum mortale: unde quartus dicendi modus eſt, ꝙ licet ſeminatio muliebris non ſit neceſſaria F ad gñationem, eſt tñ utilis ad gñationem ita ꝙ melius concipitur ſeminando, & melius generatio promouetur, cui muliebre ſemen admiſtum eſt. Et quia non ſolum abuſus principiorū neceſſariorum, ſed & ordinatorū à natura pp melius ad gñationem, eſt pc̄tm mortale: ő talis ſeminatio procurata extra concubitū naturalē, eſt pc̄tm mortale. Maior probatur authoritate Alberti, ſentiētis abſque dubio ꝙ melior conceptio ſit qñ mulier ſeminat. Minor verò manifeſtat̄ in membris officialibus duplicatis à natura pp melius, puta, in duobus oculis. Neceſſitati quippe aīalis ſufficit videre p vnū oculū, ſed natura pp melius dedit duos. Conſtat aūt ꝙ priuare hoīem vno oculo eſt peccatum mortale, q̄uis non ſit priuatio neceſſarii ſimpliciter ad videndum: ſed pp melius videre. Et ita priuare hoīem principio pp melius à natura ordinato ad gñationem, eſt peccatū mortale. Hoc aūt facit mulier ſeminans voluntariè extra naturalem concubitum. Huic rationi hoc ſolum obſtare vr̄, ꝙ ſupponit quod neſcitudum dicit ſemen muliebre concurrere ad ge H nerationem vt utile ſeu pp melius, & non dicit quō concurrit, actiue vel paſſiuè, vt eiuſdem vel diuerſæ naturæ a mēſtruo. Ad quod tñ oportet deſcendere ſcientificè loquentem. Alb. aūt dixit, & illud cōe, & ſpecificauit ꝙ concurrit paſſiuè ut res eiuſdē rōnis cum menſtruo, & ꝙ ſp ac neceſſario concurrit illud ſemen: ſed tunc melius qñ mulier delectabiliter ſeminat in ipſo concubitu ſimul cum viro. Et non vult ꝙ ſemen muliebre ſit abſolute pp melius: ſed ꝙ ipſa delectabilis ſeminatio ſimul cū viro ſit pp melius, ipſum aūt ſemen muliebre pp neceſſe eſſe. Vñ quintus modus dicendi eſt: ſequendo viā Auic. & Alb. ſatis rationabilē, ꝙ ſicut vir ſeminando voluntariè extra naturalē concubitū, peccat mortaliter, quia contra naturalem ordinem actiuæ generationis humanæ principio abutitur, in damnū humanæ vitæ: ita mulier ſeminando voluntarie extra concubitū naturalē, peccat mortaliter, quia abutitur potentia ſua actiua miniſtrando principium paſſiuum generationis humanæ con I tra naturalem ordinem in damnum humanæ vitę. Sed quid dicemus iuxta viam diui Tho. negantis muliebre ſemen eſſe materiam generationis, & aſſerentis ipſum non eſſe neceſſariū ad generationem? Fortè diceretur ꝙ quia eſt vtile ad gñationem, vel ut adiuuans ſemen uiri ex quo eſt in genere ſeminis, vel ut cū materia menſtrui, ita ꝙ declinando ex perfectione ſeminis licet non cadat in materiam neceſſario requiſitam, cadit tñ in communi: etiam vtilem ad gñationem: ideo abuſus eius eſt peccatum mortale. Vel diceretur, ꝙ quia mulier eſt ſicut mas impotens, ſeminatio mulieris poteſt dupliciter conſiderari. Vno mō ſm̄ rōnem ſuę ſpeciei, & ſic, quia ſm̄ ſe ordinatur ad gñationē, ſicut ſeminatio maſculi naturaliter impotentis generare, ideo eſt peccatum mortale abuſus talis ſeminationis. Alio modo, prout eſt à tali indiuiduo, ſ. impotente decoquere ſemen. Et ſic, quia hoceſt per accidens ſicut patet ſi maſculo ex frigida com K plexione conueniret talis impotentia, ő hinc, licet ſit ineptum ſemen ad gnationem, nō tñ excuſatur à peccato mortali illius abuſus, qm̄ actus iudicandus eſt ſm̄ ſuam ſpeciem per ſe, & non ſm̄ id ꝙ cōuenit ei per accidens. Sed huic rationi obſtant duo. Primo, quia impotentia concoctiua ſeminis in muliere non eſt per accidens ſ. ratione indiuidui, vt contingeret in uiro ex infirma complexione: ſed eſt per ſe ex naturali ſpecie ſexus fęminei. Diſtinguitur enim ſpecie fęmina à mare ſub genere ſexus, quamuis ſint eiuſdem ſpeciei in ſpecie hominis, in ſpeciei leonis &c. Et propterea non eſt eadem ratio de ſeminatione viri inſirmi ſeu orbati, & fęminæ. Iſtius enim impotentia eſt naturalis, illa infirmitatis.

¶ Ac per hoc fęminæ impotentia eſt per ſe, maris aūt impotentia eſt per accidens. Obſtat ſecundo, quia ſi ſeminatio mulieris ſecundum ſe ordinatur ad generationem oportet ꝙ ordine, ut ſecundum ſe ad generandum, aut in ſe (& ſic dit opinio Gale.) aut in alia perſona, & ſic commotus mulieris cum muliere non eſſet peccatum mortale: quia ibi ſeruatur id quod per ſe ſpectat ad ordinem illius ſeminationis. Primo ergo modo iuxta viam authoris dicendum vr̄, ꝙ ſeminatio mulieris extra naturalem concubitum, eſt abuſus eius quod eſt vt utile ſeu pp melius ad generationem naturalem ordinatum. Secundum aūt Gal. viā, quæſtio nulla eſt: quia muliebris ſeminatio eſt emiſſio ſeminis.

¶ Ego autē etſi inter tot illuſtres uiros ſilere deberem, proferā tñ ſermonē rationabilem. Puto ego ſeminationem mulieris eſſe emiſſionem ſeminis materialiter tñ ad gñationem neceſſario requiſiti, & propterea abuſum muliebris ſeminationis eſſe peccatum mortale. Quòd n. ſemē mulieris, ſit propriè ſemen, non ſolum ex cōi appellatione, qua ſemen appellatur, ſed ex duobus patet ſignis. Primo, ex eo ꝙ ꝙ eſt ſuperfluum alimenti vlti. hoc eſt ſanguinis, vt teſtatur experientia humoris ſanguinei emiſſi a muliere poſt multas ſeminationes procurante adhuc ſeminare. Secundo, ex eo quod natura non fruſtra dedit mulieri vaſa ſeminaria, hoceſt teſtes, qui pubertatis tempore diſtendi, & tumeſcere dicuntur. Quòd uero ſit materiale tantum ratione, & ſigno probatur. Ratione quidem, quia H ſemen eſt in potentia totum animatum: ac per hoc ſicut animatum componitur ex anima, & corpore, ita ſemen ex uirtute actiua formatiua &c. & primo ſubiecto. Et propterea ſicut in uegetabilibus, ubi indiſcretus eſt ſexus, ſemen continue utrumque ſcilicet principium actiuum, & primum principium paſſiuum: quòd totum & alitum ex humore admiſto, ſubiectum primum generationis eſt: ſic in animalibus ubi diſcretus eſt ſexus, non ſolum ſemen eſt quod actiuum eſt generationis: ſed etiam quod primum paſſiuum eſt generationis. Et quoniam maris conſtat eſſe agere, & fęminæ pati: conſequens eſt ꝙ principium actiuum ex parte maris ſit ſemen, & primum principium paſſiuum ex parte fęminæ ſit ſemen, ut ſic ex utroque fiat integrum ſemen: ſicut in uegetabilibus ex indiſcreto ſexu ſit integrum ſemen. Et ſicut in uegetabilibus ſemen integrum nō generaret, niſi fotum, & alitum ex admiſto ab extra humido in terra: ita ſemē integrum, viri ſcilicet & mulieris, niſi fotum & I alitum puto humore ſanguinis menſtrui, numquā generaret. Atteſtantur huic proportionali rationi ſigna: quia. ſ. naturales actus fęminarum in concubitu ſunt ſub eſſe, & recipere quę materiæ & paſſiui principii ſunt. Nec contra hanc ſententiam militat ratio Ariſt. ſ. ſi menſtrua, ergo non ſemen. Et ſi ſemen, ergo non menſtrua: quoniam ratio iſta non tenet in ſubordinatis, ſed in indiſparatis: quoniam quæ ſunt diuerſa, aut diſparata ſi vnum eſt proportionale ſemini, ergo non reliquum: quia aliter eſſent duo. Sed in his quorum unum ſubordinatur reliquo, non currit ratio: quia ambo ſunt unum ordine naturalis ſubminiſtrat onis: ac per hoc, ꝙ ſi unum ponitur proportionale ut primum, alterum oportet etiam ponere ut conſequens. Et non duo, ſed unum tantum ponitur proportionale ſemini viri, ſ. ſemen fœminæ, ut primum paſſiuum fotum, & alitū menſtruo. Conſonant quoque huic poſitioni & quæ Aui. & Alb. docuerunt, & quæ Gal. quo ad hoc quod eſt ſemen: & quæ diuus K Tho. quoad hoc ꝙ eſt in genere ſeminis, ut imperfectum quid & quæ dicit Ariſto. quo ad hoc, ꝙ menſtruum eſt ſemen impurum egens concoctione. Atteſtatur & delectatio talis, ſcilicet uenerea: & tanta a natura poſita in tali ſeminatione: huic poſitioni, & ratio moralis, ac mortalis peccati, quæ hinc manifeſte habetur, ſatis quadrat. Hinc etiam patet, quòd non excuſatur mulier ante, & poſt ætatem menſtruorum abutens tali ſeminatione: quia ſcilicet per accidens ſe habet ad ſpeciem actus ſecundum ſe ætas. Et licet imperfectum ualde ſit ſemen puellarum ante ætatem menſtruorum, quia tamen ad ſpeciem ſeminationis ſpectat actus ille, ideo a peccato mortali, quod in abuſu ſeminationis ſecundum ſe committitur non excuſatur ſicut nec uir ex infirmitate impotens generare, excuſantur ab abuſu ſeminationis, & peccato mortali, & breuiter nulla apparet in hac uia ſecundum ſe difficultas. ſed tantum apud ſequaces huius uel illius philoſophi. conſtat autem ultimum in philoſophia locum authoritatem habere.

SVPER

QVÆSTIO CLV.

De partibus potentialibus temperantiæ, in quatuor articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de partibus potentialibus temperantiæ.

¶ Et primo de continentia.

¶ Secundo, De clementia.

¶ Tertio, De modeſtia.

¶ Circa primum conſiderandũ eſt de continentia, & de incontinentia.

Circa continentiam quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrũ continentia ſit uirtus.

¶ Secũdo, Quæ ſit materia eius.

¶ Tertio, Quid ſit eiꝰ ſubiectũ.

¶ Quartò, De cõparatione eius ad temperantiam.

ARTICVLVS I.

Vtrum continentia ſit uirtus

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr ꝙ cõtinentia nõ ſit uirtus.[b] Species. n. non condiuiditur gñri: ſed cõtinẽtia cõdiuidiẽ uirtuti, ut patet* per Phil. 7. Eth. ergo cõtinẽtia ñ ẽ uirtꝰ.

¶ 2 Pręt. Nullus vtẽdo uirtute peccat, qa ẽm Aug. in li † de li. arb. Virtus eſt qua nemo male utiẽ: ſed aliqs[h] cõtinendo põt peccare, puta, ſi deſideret aliqđ bonũ facere, & ab eo ſe contineat. ergo cõtinẽtia nõ ẽ uirtꝰ

¶ Ad hoc dubium non ex aliis q̃ ex ſupradictis principiis dr̃, q error hic accidit quod non diſtinguitur quo ad rem inter habitum & diſpoſitionem, nec diſtinguitur quo ad modũ operãdi inter inclinari per modum habitus, & per modum paſſionis. Incontinentia namque non eſt habitus, ſed diſpoſitio. Vnde & in litera hac diſtinguitur incontinens ab intemperato per facile & difficile mobile, quia paſſio cito tranſit, ac per hoc circa eius pugnam proportionaliter reſpondet diſpoſitio. Habitus aũt eſt difficile mobilis, cuius ſignum eſt, quòd incontinentem ſtatim comitatur penitentia. Comparatur etiam in litera ex Ariſtotele 7. Ethicor. Incontinentia febri acceſſoriæ: intemperantia autem phtiſicæ. ſimiliter incontinens inclinatur

peratus non eſt pœnitiuus, imanet aũt electioni, incõtinẽs ãt oĩs ẽ pœnitiuus. ergo intẽperatus grauiꝰ peccat q̃ icõtinẽs.

Resp. Dicendũ, ꝙ pctm̃ ſm Aug.* ꝓcipuè in Volũtate cõſiſtit. Volũtas.n.ẽ qua peccaᷤ, & rectè viuiᷤ. Et iõ ubi eſt maior iclinatio volũtatis ad peccãdũ ibi eſt grauius pctm̃. In eo aũt q eſt intẽperatus, voluntas inclinaᷤ ad peccãdũ ex ꝓpria electione, quæ procedit ex habitu per conſuetudinẽ acquiſito. In eo ãt qui eſt incõtinẽs. volũtas inclinaᷤ ad peccãdũ ex aliqua paſſione. Et quia paſſio cito trãſit, habitus ãt ẽ qualitas difficile mobilis, inde eſt ꝙ icõtinens ſtatim pœnitet trãſeũte paſſione, ꝙ nõ accidit de intẽperato, q̃nimmo gaudet ſe peccaſſe, eo ꝙ operõ peccati ẽ ſibi facta connaturalis ſm habitũ. Vnde de his dr̃ Prou. 2. ꝙ lętantur cum male fecerint, & exultãt in rebus peſſimis Vnde patet ꝙ intẽperatus eſt multò peior q̃ incõtinẽs*, ut ẽt Philoſophus dicit in 7. Ethi.*

Ad primvm ergo dicẽdũ, q ignorãtia intellectus q̃nque quidẽ pręcedit inclinationem appetitus, & cãt eã: & ſic quanto eſt maior ignorãtia, tãto magis pctm̃ diminuit, uᷤ totaliter excuſat, inquantũ cãt in voluntariũ. Alio mõ ecõuerſo, ignorantia rõis ſequitur inclinationẽ appetitus, & talis ignorantia, quantò eſt maior, tantò peccatũ eſt grauius, q̃a oſtendiᷤ inclinatio appetitus eſſe maior. Ignorantia ãt tã incõtinẽtis q̃ intẽperati ꝓuenit ex eo, ꝙ appetitus eſt in aliq̃d inclinatus, ſiuè ꝑ paſſionẽ, ſicut in incõtinẽte: ſiue per habitũ, ſicut in intẽꝑato: ma or ãt ignorantia cãtur ex hoc in intẽperato q̃ in incontinente. Et vno q̃dẽ mõ quantũ ad durationẽ, q̃a in incontinente durat illa ignorantia ſolũ paſſione durante: ſicut acceſſio febris tertianæ durat durãte cõmotione humoris, ignorãtia ãt intẽperati durat aſſiduè ꝑp ꝑmanẽt à habituꝰ. Vnde aſſimilaᷤ phthiſicæ, vel cuicunque morbo cõtinuo, ut Philoſophus dicit in 7. Eth.* Alio mõ eſt maior ignorantia intemperati, quantum ad id q̃d ignoratur. Nã ignorãtia incõtinẽtis attendiᷤ quantũ ad aliq̃d particulare eligibile, put. ſ. æſtimat hoc nunc eẽ eligẽdũ. Sed intẽperatus hẽt ignorantiã circa ipſũ finẽ, inquantũ. ſ. iudicat hoc eſſe bonũ, ut irrefrenatè cõcupiſcentias ſequaᷤ. Vndè Phil. dicit in 7. Eth.* ꝙ incõtinẽs eſt melior intẽperato, q̃a ſaluaᷤ in eo optimum principium, ſ. recta æſtimatio de fine.

Ad II dcẽdm, ꝙ ad ſanationẽ incontinentis non ſufficit ſola cognitio, ſed reqritur interius auxilium grãæ cõcupiſcentiã mitigantis, & adhibeᷤ ẽt exterius remediũ admonitiõis et correctionis, ex q̃bus aliq̃s incipit cõcupiſcẽtijs reſiſtere, ex quo cõcupiſcentia debilitatur, vt ſupra dictũ eſt * Et iiſdẽ ẽt modis p̃t ſanari intemperatus, ſed difficilior eſt eius ſanatio, ꝑpter duo, quorum primũ eſt ex parte rõis, q̃ corrupta eſt circa æſtimationẽ vltimi finis, ꝙ ſe hẽt ſicut principiũ in demõſtratiuis. Difficilius ãt reduciᷤ ad veritatẽ ille qui errat circa principium: & ſimiliter in operatiuis ille q errat circa finẽ. Aliud ãt eſt ex parte inclinationis appetitus quę ĩ intẽperato eſt ex habitu q difficile tolliᷤ, inclinatio ãt incõtinẽtis eſt ex paſſione, quę facilius reprimi poteſt.

Ad III dcẽdm, ꝙ libido uolũtatis, quæ auget peccatũ, maior eſt in intẽperato, q̃ in incõtinente, ut ex dictis patet.* Sed libido cõcupiſcẽtiæ appetitus ſẽſitiui, q̃nq; maior eſt in incõtinẽte, q̃a incõtinẽs nõ peccat, niſi a graui cõcupiſcẽtia: ſed intemperatus ẽt ex leui cõcupiſcentia peccat, & q̃nq; eã præuenit. Et iõ Philoſophus dicit in 7. Eth.* ꝙ magis intemperatũ vituperamus: quia nõ cõcupiſcens vel quiete, i. remiſſe cõcupiſcens perſequitur delectationes. Quid enim faceret, ſi adeſſet concupiſcentia iuuenilis?

Articvlvs IIII.

Vtrum incontinens iræ ſit peior, q̃ incontinens concupiſcentiæ.

AD QVARTVM ſic proceditᷤ. Vr̃ quòd incontinens

Li. de duabus animabus, c. 10. & 11 to. 6.

& operaᷤ ꝑ modum paſſionis, ut exemplũ de febre acceſſoria manifeſtat: intemperatus autem per modum habitus, ut exẽplum de phtiſico manifeſtat.

¶ Ad primã ergo Martini obiectionẽ dr̃, ꝙ ex frequẽtatis actibꝰ incontinẽtis generaᷤ in eius volũtate ñ habitus, ſed diſpoſitio, q̃ nunq̃ tranſire põt in habitũ, ſicut nec albedo in nigredinem. Et ultra hoc ex huiuſmodi actibus habilitatur concupiſcibilis ad hoc ut in ea generetᷤ intẽperantia, ex qua voluntas intẽperati inclinatur ad turpia ꝓſequenda. Et ſic voluntas incontinentis iclinaᷤ non ex habitu, ſed ex diſpoſitione: q̃d in idẽ redit cũ eo quod dr̃ in litera, ſ. ex paſſione. Nam diſpoſitio quã paſſio cauſat eſt facile mobilis, & diſpoſitio illa nõ niſi per modum paſſionis & inſurgente paſſione inclinat, cuius locupletes teſtis eſt pœnitentia ſtatĩ ſequẽs, ceſſante paſſionis impetu. Voluntas autem intemperati inclinatur, ut in litera dicitᷤ, ex ꝓpria delectatiõe, hoc eſt. per modũ eligentis & propria principia electionis, quæ ſunt intentio finis, q̃ apud intemperatum iã eſt mala, & conſiliũ quod iam ex intẽperantia quietũ eſt. Et caueto hic Nouitiũ ne fallaris, cũ in litera dr̃, ꝙ intemperati uoluntas inclinaᷤ ad peccandũ ex ꝓpria electione, quæ procedit ex habitu ꝑ conſuetudinem acq̃ſito, Falleris namq; ſi intelligas ex habitu ꝑ conſuetudinẽ acquiſito in voluntate, ut patet ex ſupradictis de ſubiecto temperãtiæ: q̃m ipſa non in volũtate, ſed in concupiſcibili appetitu eſt ſubiectiuè. Intelliges ãt rectè, ſi intelliges ꝙ intemperati voluntas inclinatur ex electione procedente ex habitu acquiſito in appetitu concupiſcibili q̃d qualiter ſit ſuperius ſatis declaratum fuit. Cũ igitᷤ clamat moralis philoſophia, ꝙ ex frequentatis actibus generantur ha

Conclu.

Lib. 7. c. 7. parum ante mediũ tom. 5.

Lib 7. c. 8. tom. 5:

bitus, ſumiᷤ habitus pro prima ſpecie qualitatis, & non ut diſtinguitur contra diſpoſitionem. Vel intelligitur de habitu propriè, ſicut intelligitur in ſubiecto apto nato ſuſcipere talem habitum ita intelligitur in ſtatu non diſſono, ſeu oppoſito appetitus. Conſtat autem ꝙ ſtatus continentis & incontinentis eſt contrarius ſtatui habituatorum: q̃m ille eſt perturbationis, iſte quietis: ille facile, iſte difficile mobilis.

¶ Ad ſecundam obiectionẽ de experientia dr̃, ꝙ ad hoc ſufficit illa habitualis diſpoſitio.

¶ Ad tertiam ſimiliter di, ꝙ incontinentia dicit in uoluntate nõ pręciſe actum, ſed habitualem diſpoſitionem, quæ non eſt vitium, ſicut nec continentia eſt uirtus, ſed eſt imperfectum q̃d in genere uitii. Et hoc expreſſit iam Ariſtoteles i principio 7. Eth. malitię uirtutem, & continentię incontinentiam contra ponendo. Expoſitionem uero allatam ex Martino, quomodo incontinens differat ab intemperato, ſi ſane intellexeris. ſ. ꝙ in cõtinentię diſpoſitio inclinat ad non reſiſtendum, quia tũ tẽpore pugnę exercet ſe [illegible] extra ma[illegible] [illegible] pœnitentiã: intemperantia uerò ad ipſa turpia ſimpliciter ꝓſequẽda inclinat, [illegible] ãplectere, q̃a ue[illegible], & à noſtr[illegible] exi[illegible], ut patet in litera.

¶ In reſponſionibus argumentorum eiuſdem articuli multa eſſent dicenda, niſi ſuperius fuiſſent manifeſtata: quomodo. ſcilicet uitium reddit appetitum malũ reſpectu finis illius generis, ut intemperantia reſpectu delectabilis venerei &c. & per hoc parit ignorãtiam principii in agibilibus. Vide ſuperius.

li. 7. c. ante mediũ, & c. 8. in fine, to. 5.

Q. 142. ar. 2.

In cor. ar.

li. 7. c. 8. circa mediũ, & c. 7. ante mediũ, to. 5.

Perrus. pe tor.

761

SVP. QV. CLVI. ARTIC IIII

IN arti. 4. eiuſdẽ q. 157. aduerte. Nouitiæ pro clariori intellecta literæ, ꝙ prima

Infra q. 158. art. 4. cor. Et 3. di. 26. q. 1. ar. 2. co. Et veri. q. 25. at. 2. co. Et 7. Ethi. lect. 6. pri.

ſta ratio, quare incõtinens concupiſcentię eſt turpior: cõſiſtit in hoc, ꝙ motiuum ad iraſcẽdum eſt rõ, quã eſt punitio cuiuſdã paruipenſioni receptæ, Conferre.n. vnum cum altero, rõnis eſt: uel quã eſt uindictã, q̃ eſt bonũ ſm̃ rõem, quia eſt bonũ honeſtum. Sed ut in 7. Eth. dr̃, ſicut exterius uidemus ꝙ ueloces miniſtri audiunt dñm imperantem, & præcurrentes non ꝑcipiunt totum domini nortum imperium: ita q iraſcitur ex uelocitate choleræ audito obiecto rõni cõformi, non expectata rõnis forma, properat ad uindictam. Cõcupiſcens uerò à ſola boni delectabilis ſm̃ ſenſum præſentatione mouetur, nihil de conformitate ad rõnem audiẽs. & ꝑpterea dr̃, ꝙ in nullo ſequitur rõnis iudicium. Secunda autẽ de maiori naturalitate iræ cum grano ſalis in litera apposito, accipienda eſt, ſcilicet, quia naturalior eſt motus iræ ex ſuo cõplexionali principio, q̃ motus concupiſcẽtiæ ex ſuo complexionali principio. Nam ira conſequitur choleram, concupiſcentia phlegma. Naturalius autem eſt ꝙ cholera proferat iram, q̃ ꝙ phlegma concupiſcẽtiam, quia magis in promptu eſt iræ proceſſus ex cholera, q̃ concupiſcentiæ ex phlegmate, quia cholera eſt uelocioris motus. Conſtat namq; ꝙ ex ueloci magis in promptu eſt progreſſus, q̃ ex tardiori, & ſic eſt naturalior. Manifeſtatur autẽ iſta maior naturalitas motus iræ, ſigno ſatis cõſono, quia ſcilicet frequentes complexio iratorum profert et iam in prolem, ut Ariſtoteles exemplis comprobat. In tertia uero rõne ne fallaris reſpiciens ad ea quæ ſunt per accidens, puta, ſcandalum aliorũ ex manifeſta iniuria, & putes, oppoſitũ eius qđ in litera dr̃. Sed aduerte ꝙ iudicando actus ſm̃ ſe iniuriari proximo doloſè & occultè, turpius eſt, q̃

Ii.7.c.7 à medio, to. 5.

li.7. c.6. in principio, to.5.

lib.7. c.6. tom.5.

Concl. 2.

Concluſ. 1. pars.

lib. 7. c. 6. tom.5.

irę ſit peior, q̃ incontinens cõcupiſcẽtiæ. Quãtò.n. difficilius eſt reſiſtere paſſioni, tãto incõtinentia uĩ eſſe leuior. unde Phil. dic. t 7. Eth. Nõ.n. ſiquis à fortibus & ſuperexcedentibus delectationibus uincitur, uel triſtitiis eſt admirabile, ſed cõdonabile: ſed ſicut Eraclitus dixit, difficilius ẽ pugnare cõtra cõcupiſcentiã, q̃ cõtra irã. ergo leuior eſt incontinẽtia concupiſcentiæ, q̃ incontinentia irę.

A

¶ 2 Pręt. Si paſſio ꝓp ſuã uehemẽtiã totaľr auferat iudiciũ rõnis oĩno excuſatur aliquis à peccato, ſicut patet in eo q incidit ex paſſione in furiã: ſed plus remanet de iudicio rõnis in eo, q eſt incõtinẽs irę, q̃ i eo qui eſt incõtinens concupiſcẽtiæ. Iratus.n. aliqualiter audit rõnẽ, nõ aũt concupiſcens, ut patet ꝑ Philoſophũ in 7. Eth. ergo incõtinens iræ eſt peior, q̃ incontinens cõcupiſcẽtiæ.

B

¶ 3 Pręt. Tanto aliqđ peccatũ ẽ grauius, quãtò eſt periculoſius: ſed incontinentia iræ uĩ eſſe periculoſior, quia perducit hominem ad maius peccatum, ſ. ad homicidium, qđ eſt grauius q̃ adulterium, ad qđ perducit cõcupiſcentię incontinẽtia. ergo incõtinẽtia irę eſt grauior, q̃ incontinẽtia concupiſcẽtię.

C

Sed contra eſt, qđ Phil. dicit in 7. Eth. ꝙ minus turpis eſt incontinentia iræ, quàm incõtinentia concupiſcentiæ.

D

Resp. Dicendũ, ꝙ peccatum incontinentiæ põt conſiderari dupliciter. Vno mõ, ex parte paſſionis ex qua rõ ſuperatur, & ſic incontinentia concupiſcentię turpior eſt, q̃ incontinentia iræ quia motus cõcupiſcẽtię habet maiorẽ inordinationẽ, q̃ motus irę. Et hoc ꝓp quatuor, q̃ Phil. tãgit i 7. Eth. primò quidem, quia motus irę participat aliquaľr rõe, inquãtum. ſ. iratus tẽdit ad uindicandum iniuriam ſibi factam, qđ aliqualiter rõ dictat, ſed nõ ꝑfectè, quia non intendit debitũ modũ uindictæ: ſed motus cõcupiſcentię totaliter eſt ſm̃ ſẽſum, & nullo modo ſm̃ rõnẽ. Secũdò quia motus iræ magis conſequitur corporis comple

E

xionem ꝓp uelocitatẽ motus choleræ, quæ tendit ad iram. Vnde magis eſt in promptu, ꝙ ille qui eſt ſm̃ complexionem corporis diſpoſitus ad iraſcendum, iraſcaẽ, q̃ ꝙ ille qui diſpoſitus eſt ad concupiſcendũ, cõcupiſcat. Vñ ẽt frequentius ex iracundis naſcuntur iracundi, q̃ ex concupiſcentibus concupiſcentes. Qđ aũt prouenit ex naturali corporis diſpoſitiõe, reputatur magis uenia dignũ. Tertiò, quia ira quærit manifeſtè operari: ſed concupiſcentia q̃rit latebras, & doloſè ſubintrat. Quartò, qa cõcupiſcẽs delectabiliter operaẽ, ſed iratus quaſi quadã triſtitia precedẽte coactus. Alio mõ põt cõſiderari pctm̃ incõtinentiæ, quãtũ ad malũ, in qđ qs incidit à rõe diſcedẽs. Et ſic icõtinẽtia irę eſt ut plurimũ grauior qa ducit i ea, q̃ ꝑtinẽt ad ꝓximi nocumẽ.

Ad primum ergo dicẽdũ ꝙ difficilius eſt aſſiduè pugnare contra delectationem, q̃ cõtra irã, qa cõcupiſcentia eſt magis cõtinua: ſed ad horã difficilius ẽ reſiſtere irę ꝓp eius iperiũ.

Ad ii dcd̃m, ꝙ concupiſcẽtia dr̃ eſſe ſine ratione: nõ quia totaliter auferat iudicium rõnis, ſed quia in nullo procedit ſecundum iudicium rationis, & ex hoc eſt turpior.

Ad iii dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte eorũ, in quę incontinens deduciẽ.

QVÆSTIO CLVII.

De clementia, & manſuetudine, in quatuor articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de Clementia, & Manſuetudine, & uitiis oppoſitis. Circa ipſas autem uirtutes quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum clementia, & manſuetudo ſint idẽm

¶ Secundo, Vtrum utraque earum ſit virtus.

¶ Tertio, Vtrum vtraque earum ſit pars temperantiæ.

¶ Quartò, De comparatione earum alias uirtutes.

Articvlvs I.

Vtrum clementia & manſuetudo ſint penitus idem.

Ad primum ſic proceditẽ. Vĩ ꝙ clementia & mãſue

iniuriari manifeſtè: quã hoc, ſ. manifeſtè aperte aut quãſtia excellentiã ſpectat: latere ãt ad quendam defectum. Ipſa.n. latebra atteſtatur turpitudini operis iuxta Dñi ſentẽtiam. Omnis q male agit, odit lucẽ. Et per oppoſitum ipſe modus agendi, ſ. manifeſtè, atteſtatur uerę, uel apparenti rõni ex hoc ipſo, ꝙ lucem nõ refugit. Eſt ergo iuxta hanc tertiam rõnem concupiſcẽtia turpior, q̃ ira quo ad modum operãdi ꝑ ſe loquendo. In quarta demũ rõne aduerte, ꝙ concupiſcentia dr̃ turpior, qa omnino voluntaria. Ira autem etſi in fine ſit delectabilis, admiſtũ tñ habet inuoluntarium principium, ſ. triſtitiã ex paruipenſione recepta illatamq̃. Et ꝑpea quaſi coactꝰ dicitur.

Concl. 2.

SVP. QVÆ. CLVII. ART. I.

In art. 1. q. 157. dubium ex Martino occurrit, directè impugnante authorem in hoc art. circa differentiam inter mãſuetudinem & clementiam in hoc ꝙ clementia circa diminutionem exterioris pęnæ, manſuetudo vero circa diminutionem paſſionis iræ ponitur. Contra primo. Circa actum interiorem & exteriorem ſibi ſubordinatum, & ab eo imperatum non ſunt ponendę duæ uirtutes: ſed appetere uindictam, & inferre pœnam, ſe habent ſicut actus interior, & exterior ab illo imperatus, qa efficaciter appetens uindictam, ſi põt inferre pœnam. Infert. Maior probatur: quia actus interior, & exterior ead. numero prudẽtia regulanẽ. Secũdo, qa clementia oĩno ſuperflueret: cõſequens eſt falſum. ergo. Probatur ſequela quia moderata plene ira, aut eſt moderata illatio pœnæ, aut non. Si eſt moderata, ergo ſuperfluit clementia. Si nõ, dr̃ unum impoſſibile: quia illatio pœnæ in ultionem iniurię nũquàm fit ſine impul-

Porro. poſtea.

762

Infra art. 4 ad 3. & 3. diſt. 33. q. 3. ar. 2 q. 1 ad 2.

ſu irę. Tertiò, quia ſequeretur aliquem ſimul eſſe clementiſſimū, & ſimiliter crudeliſſimū, & māſuetiſſimū, quæ ſunt impoſſibilia, niſi ponendo ꝙ māſuetudo & clementia ſint circa alias, & alias pſonas. Probat̃ ſequela, ponēdo hoīem frequēter exercitatū in actibus illius uirtutis, & alterius uitii.

*lib. 4. c. 5. tom. 5.

†lib. 2. c. 3. circa prin.

¶ Ad huius euidentiā q̄ſtionis, ſcito ꝙ author eſt male intellectus ab iſtis. Intendit ſiquidē author ꝙ clementia, & manſuetudo habent diuerſas materias ꝓprias, ſicut iuſtitia & liberalitas, & non ꝙ una ſit circa actū interiorē imperātē, & alia circa actū exteriorē imperatū. Hoc.n. ridiculū eſt p ſe loquēdo. Sed quia cōtingit manſuetudinē & clemētiā coniungi in uno numero affectu, puta diminutione exterioris pęnæ cū quis ex animi lenitate, & ex iræ moderōe ad diminutionē pœnæ tendit, ſicut cōtingit iuſtitiā & liberalitatē coniungi in hoc uno effectu q eſt non furari, dū quis & ex amore alieni boni, & ex moderata cupiditate pecuniæ, furtum declinat: iō author ſimul tractās de his uirtutibus, breuitatis cā declarauit ſimul earum concurſum in unū effectū, & diuerſitate materiarū, in hoc quidē articulo inchoatiue, in ſequentibus pfectè, ut in ar. 3. patet. Sūt ergo per ſe loquēdo materiæ clementię & māſuetudinis diſparatæ, ſicut iuſtitiæ & liberalitatis, & nō ſunt ſubordinatæ, niſi qñ p accidens cōcurrūt. Clemēs.n. eſt q ex lenitate animi pœnas legales mitigat infra iuſtitię latitudinē, ubi patet ꝙ nullus de ira eſt ſermo: manſuetus aūt eſt mediū in ira tenēs, & conſequēter ſic uindicans. Vbi patet ꝙ nulla eſt ſubordinatio, aut imperii & imperati connexio, ſed ſolus quandoque cōcurſus in eūdem effectū.

*libr. 2. de inuētione in fol. 3 ante fin. libr.

‡in tertia regula quę incipit Ante oia fratres Cariſſimi, to. 1.

*Poſitā arg. 1. huius ar.

*lib. 2. ca. 5. tom. 5.

¶ Ad primā ergo obiectionē dr̃, ꝙ ſi loquamur de actibus imperante & impato p ſe

tudo ſint penitus idem. Manſuetudo enim eſt moderatiua irarum, ut Philoſophus dicit in 4. Ethicor.* Ira autem eſt appetitus vindictæ. Cum ergo clementia ſit lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pęnis, ut Seneca dicit in ſecundo de clementia,† per pęnas autem fit uindicta, videtur quòd clementia & māſuetudo ſint idem.

¶2 Præt. Tullius dicit in ſecundo Rheto.* ꝙ clementia eſt uirtus, per quam animus concitatus in odium alicuius, benignitate retinetur, & ſic vr̃ ꝙ clementia ſit a moderatiua odii: ſed odium, ut Aug.‡ dicit, cauſatur ab ira, circa quam eſt māſuetudo. ergo videtur ꝙ manſuetudo & clementia ſint idē.

¶3 Præt. Idem vitium non contrariatur diuerſis virtutibus: ſed b idem vitium opponitur manſuetudini & clementiæ, ſ. crudelitas. ergo videtur quod manſuetudo & clementia ſint penitus idem.

SED CONTRA eſt, quòd ſecundum prędictam diffinitionem Senecæ,* Clementia eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorē: manſuetudo autem non ſolum eſt ſuperioris ad inferiorem, ſed cuiuslibet ad quemlibet. ergo manſuetudo & clemētia non ſunt penitus idem.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dicitur in 2. Ethi.* virtus moralis cōſiſtit circa paſſiones & actiones. Paſſiones autem interiores ſunt exteriorū actionum principia, aut etiam impedimenta: & ideo uirtutes quę moderantur paſſiones, quodā modo concurrunt in eundem effectum cum virtutibus q̃ moderantur actiones, licet ſpecie differant. Sicut ad iuſtitiā propriè pertinet cohibere hominē à furto, ad quod aliquis inclinatur per inordinatum amorem, uel concupiſcentiam pecuniæ, quæ moderatur p liberalitatē: & ideo liberalitas concurrit cum iuſtitia in ſuo effectu, qui eſt abſtinere à furto: & hoc etiam conſiderandum eſt in propoſito. Nam ex paſſione iræ prouocatur aliquis ad

F hoc, ꝙ grauiorem inferat pęnā. Ad clementiam autem pertinet directè ꝙ ſit diminutiua pęnarum, quod quidem impediri poſſet per exceſſum irę. Et ideò m manſuetudo, inquantū refrænat impetum iræ, concurrit in eundem effectum cum clementia. Differunt tamen ab inuicem, inquantum clementia eſt moderatiua exterioris punitionis: manſuetudo autem pro-
G priè diminuit paſſionem irę n.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod manſuetudo propriè reſpicit ipſum uindictę appetitum: ſed clementia reſpicit ipſas pęnas, quæ exterius adhibentur ad uindictam.

AD II dcēm, ꝙ affectus hominis inclinatur ad minorationem eorum, quę homini per ſe non placent. Ex hoc autem ꝙ aliquis amat aliquem, proue-
H nit ꝙ non placet ei per ſe pęna eius, ſed ſolū i ordine ad aliud, puta ad iuſtitiam, uel ad correctionem eius qui punitur. Et ideò ex amore prouenit, ꝙ aliquis ſit promptus ad diminuēdū pœnas, qđ pertinet ad clementiā, & ex odio impedit̃ talis diminutio. Et pp hoc Tullius dicit,* ꝙ animus concitatus in odiū, ſcilicet ad grauius
I puniendū, per clementiā retinet̃, ne ſcilicet acriorem pęnā inferat, nō ꝙ clemētia ſit directè odii moderatiua, ſđ pęnę.

AD III dcēm, ꝙ manſuetudini, q̃ eſt directe circa iras, ꝓpriè opponit̃ uitiū iracundiæ, qđ importat exceſſum iræ: ſed crudelitas importat exceſſum in puniendo. Vñ dicit Seneca ĩ 2. de clemētia* ꝙ crudeles vo-
K cātur, qui puniēdi cām habēt, modum tñ nō habēt. Qui aūt in pœnis hoīum pp ſe delectātur ēt ſine cauſa, poſſunt dici ſęui, uel feri, quaſi affectum humanū nō habētes, ex quo naturaliter homo diligit hominē.

ARTICVLVS II.

Vtrū tam clementia quàm manſueſuetudo ſit uirtus.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ neque clementia, neq; māſuetudo ſit uirtus. Nulla enim uirtus alteri uirtuti opponitur: ſed utraque ur̃

& ut ſic, una ſola op° eſt uirtute, & uera eſt maior, ſed minor eſt falſa: quia non niſi p accidens illatio pœnę ut reſpicitur à clementia, reſpicitur a manſuetudine, & ecōtra, quia ſ. eſt q̄ſque eadem materialiter, quę ab utraq; moderamen ſuſcipit. Si aūt ſit ſermo de actibus p accidens aut qualitercunque conuenientibus, & ſubordinetur unus alteri, & imperetur un° ab altero, maior eſt falſiſſima: quia actus per accidens ſic connexi, poſſunt ſm̄ diuerſas rōnes ad diuerſas uirtutes ſpectare, ut patet de non furari reſpectu iuſtitię & liberalitatis. Vtraque ergo uirtus, ſ. clementia & manſuetudo, eſt circa actum interiorem & exteriorem, diuerſa tamen ratione. Nam māſuetudo directè eſt circa interiorem paſſionē irę, & ex conſequenti circa exteriorem uindictam non ſimpliciter, ſed ut exit à paſſione irę. Clementia verò eſt directè circa lenitatem interiorē animi ad proximū, & per illam circa moderōnē pęnę ꝓximi.

Concl.

¶ Ad ſcḋm negatur ſequela. Et cū q̄ritur, an moderata ira ſit opus clementię, dr̃ ꝙ ſic. Et cū dr̃ ꝙ inflictio pœnę non ſit niſi ex impulſu iræ, negatur. Sicut.n. pōt aliqs furari ex iniuſtitia, & non ex paſſione cupiditatis actus, ut patet cum quis furatur & proiicit illud, ita pōt quis nō ex ira, ſed ex crudelitate, uel defectu æquitatis contra clementiam agere.

Loco citato in arg.

¶ Ad tertiū unico uerbo dr̃ cū Ariſtotele & Tullio, ꝙ qui unā ſe negat habere virtutē, nullā habet. Et ideo caſus ſunt impoſſibiles de uirtutibus & vitiis, loquēdo vniuoce.

¶ In calce eiuſdem articuli vide beſtialitatis vitium in materia iſta eſſe ſæuitiam, vel feritatem: quoniam hoc humani animi limites exit, & ad beſtialē animū deiicit.

Porrec. per tot.

763

SVP. Q. CLVIII. ART. II.

IN ar. 2. eiuſd. q. dubiū occurrit circa ta-

Infra arti. 3 cor. Et 3. diſt. 26. q. 2. art. 2. ad 4.

opponi [b] ſeueritati, quæ eſt q̃dã virtus. ergo neque clementia, neque manſuetudo eſt virtus.

¶2 Præt. Virtus corrumpit̃ per ſuperfluũ & [h] diminutũ: ſed tã clemẽtia, q̃ mãſuetudo in quadã diminutione conſiſtunt, nã clementia eſt diminutiua pęnarũ, mãſuetudo aũt eſt diminutiua iræ. ergo neq; clemẽtia, neq; manſuetudo eſt virtus.

¶3 Præt. Manſuetudo, ſiue mititas ponit̃ Matt. 5. inter beatitudines, & inter fructus ad Gala. 5. ſed virtutes [b] differunt & à beatitudinibus, & à fructibus. ergo nõ continet̃ ſub virtute.

Sed contra eſt, qđ dicit Seneca in 2. de clementia.* Clementiã & manſuetudinẽ oẽs viri bõni pręſtabũt: ſed virtus eſt propriè quæ pertinet ad bonos viros. Nã virtus eſt q̃ bonũ facit habẽtem, & opus eius bonum reddit, vt dr̃ 2. Ethicor. ergo clementia & manſuetudo ſunt virtutes.

Resp. Dicendũ, q̃ ratio virtutis moralis cõſiſtit in hoc, q̃ appetitus rõni ſubdatur, vt patet per Philoſophum in 1. Eth. *Hoc aũt ſeruatur tã in clementia, q̃ in manſuetudine. Nã clementia diminuẽdo pęnas aſpicit ad rõem, vt Seneca dicit in ſecundo de clementia.* Similiter ẽt manſuetudo ſm rõnem rectam moderatur iras, vt dr̃ in 4. Ethic.† Vnde manifeſtum eſt, q̃ [m] tam clementia quàm manſuetudo eſt virtus.*

Ad primum ergo dcẽm, q̃ manſuetudo non directè opponit̃ ſeueritati. Nã manſuetudo eſt circa iras, ſeueritas aũt attẽdit̃ circa exteriorẽ inflictionẽ pœnarum: vñ ſm hoc uideret̃ magis opponi clementiæ, quæ ẽt circa exteriorẽ punitionem conſideratur, ut dictũ eſt:* non tñ opponitur, eo q̃ utrumque eſt ſm rõnem rectam. Nã ſeueritas inflexibilis eſt circa inflictionẽ pęnarum, qñ hoc recta ratio requirit. Clementia autẽ diminutiua eſt pęnarũ ẽt ſm rõem rectam, quando ſ. oportet, & in quibus oportet: & ideo non ſunt oppoſita, quia non ſunt circa idem.

Ad II dcẽm, q̃ ſm Philoſophum in 4. Ethic.* habitus qui medium tenet in ira, eſt innominatus. Et ideo uirtus nominatur a diminutione iræ, quę ſignificatur nomine manſuetudinis, eo q̃ uirtus ꝓpinquior eſt diminutioni, q̃ ſuperabundantiæ ꝑꝑ hoc, q̃ naturalius eſt hoĩ appetere uindictã iniuriarum illatarum, q̃ ab hoc deficere, quia uix alicui nimis paruæ uidentur iniuriæ ſibi illatæ, ut dicit Saluſtius.* Clemẽtia aũt eſt diminutiua pęnarũ non quidem in reſpectu ad id, quod eſt ſm rationem rectam, ſed in reſpectu ad id quod eſt ſm legem cõem, quam reſpicit iuſtitia legalis. Sed ꝑꝑ aliqua particularia conſiderata, clementia diminuit pęnas, quaſi decernens hoĩem non eſſe magis puniendum. Vnde dicit Seneca in 2. de Clementia.* Clementia hoc primum præſtat, vt quos dimittit, nihil aliud illos pati debuiſſe pronunciat: uenia uerò, debitę penæ remiſſio eſt. Ex quo patet q̃ clementia comparatur ad ſeueritatem ſicut epiicia ad iuſtitiã legalẽ, cuius pars eſt ſeueritas quantũ ad inflictionẽ pęnarum ſm legem: differt tñ clementia ab epiicia, ut infra dicetur.*

Ad III dicendum, q̃ beatitudines ſunt actus uirtutum, fructus aũt ſunt delectationes de actibus uirtutum. Et ideo nihil prohibet manſuetudinem poni & uirtutem, & beatitudinem, & fructum.

Articulus III.

Vtrum prędictę virtutes ſint partes temperantiæ.

Ad tertium ſic ꝓcedit̃. Vr̃ q̃ prędictę uirtutes nõ ſint partes tẽperantię. Clementia. n. eſt [b] diminutiua pęnarũ, ut dictum eſt.* Hoc aũt Philoſophus in 5. Ethic. † attribuit epiicia, quæ pertinet ad iuſtitiam, ut ſupra habitum eſt.* ergo uidetur q̃ clementia non ſit pars temperantiæ.

¶2 Præt. Tẽperantia eſt circa cõcupiſcentias: manſuetudo aũt & clemẽtia nõ reſpiciunt cõcupiſcentias, ſed magis iram, & uindictam. [h] non ergo debent poni partes temperantiæ.

rationẽ ad primum pro quanto redditur ratio ibi, quare ſeueritas & clementia nõ ſunt circa idẽ. Vr̃. n. hoc eſſe falſum, qm̃ vtraq; eſt circa punitiones, ſed ſeueritas inflexibiliter, clemẽtia flexibiliter. Male ergo dicitur, q̃ non ſunt circa idem.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ licet ſeueritas, & clementia ſint circa idẽ remote, nõ tñ ſicut circa idẽ proximè: qm̃ clementia directè eſt circa diminutionem pœnarum, ita q̃ proprius eius actus eſt diminutio, & propria materia eſt pœna vt diminuenda: ſeueritas verò directè eſt circa ipſam inflexionẽ integræ pœnę, ita q̃ proprius eius actus eſt infligere integrã pœnam, & propria illius materia eſt pena vt integrè infligẽda: quod author in litera ſignificauit per inflictionẽ pęnæ abſq; additione. Et ſic patet, q̃ vera reddita eſt rõ, quare nõ ſunt oppoſita, quia non ſunt circa idem. Sed reſponſio hæc nihil valet: qm̃ iſto mõ exponendo, nunq̃ virtus, & vitium eſſent circa idem: qm̃ actus uirtutis ſp eſt aliud ab actu vitii. Dicendum eſt ergo, q̃ virtus, & vitium oppoſitum ſunt circa idem ſic, q̃ actus quem uirtus informat, vitium deformat. Concupiſcentia. n. delectabilium, quam tẽperantia moderatur, extra rõnis metas ponit. & ſic de aliis. Non ſic aũt eſt in propoſito: qm̃ diminutio penarum, quam clementia ponit, non tollit̃ perſeueritatem: & ſimiliter integritas pęnarum, quàm ſeueritas ponit, per clementiã non minuit̃. Et rõ in litera aſſignatur: quia diminutio nõ qualitercumque, ſed ueſtita circunſtãtiis, ſ. quando, ubi, ſicut &c. oportet, eſt circa quã eſt clementia. Et ſimiliter integritas pęnarum qñ, ubi, ſicut &c. oportet, eſt circa quã eſt ſeueritas. Licet ergo minuere pęnam, & integre punire abſolutè opponantur, & circa idẽ ſint, minuere tñ qn, ubi &c. oportet & integre punire qñ, ubi &c. oportet, ſibi inuicem conſonant, & non opponunt̃: q̃a idẽ non eſt circa quod utrumq; eſt, qñ oportet, ſed qñ oportet minuere, non oportet integrè punire, & quando oportet integrè punire, non oportet minuere. Quia ergo non ſunt clemẽtia & ſeueritas circa idem punibile formaliter, hoc eſt, in ordine ad rõnem, ut manifeſtatũ eſt, ideò non ſunt oppoſita. Et hoc eſt quod in litera explicatur, ut patet intuenti.

¶ In eodem articulo in rñſione ad ſm nota duo. Primo, q̃ licet uirtus ſit perfectio quædam naturalis inclinationis, quę eſt ſm rõem, nomina tñ uirtutũ inuenimus pluries impoſita à contrariis ad naturales inclinationes ꝓpterea quia talibus naturalibus inclinationibus cõiter abutimur. Et ꝓpterea ſonãt quid uitioſum, ut patet de temperantia, quæ à temperamẽto naturalis cõcupiſcentiæ ad ſm tactũ delectabilia dicta eſt. Et ſimile quid accidit in propoſito. Nam ſicut concupiſcentia carnalis ſonat quid malũ, q̃uis ſit naturalis: ita ira malũ ſonat, q̃uis naturalis. Et ꝓpterea uirtus a defectu iræ nomẽ accepit non quia uirtus contra naturę ſit inclinationẽ, ſed ꝑꝑ rõnem dictam. Nota ſecundo dĩam, & ueniã, q̃ clementia non eſt remiſſiua pęnæ debitæ, ſed eſt diminuendo reductiua ad debitam ſm æquitatem, ut in litera patet ex Seneca. Venia aũt eſt donatiua pęnæ debitæ, ita q̃ nec iuſtitia cõis, nec æquitas excuſat, quin pęna ſit debita.

SVP. QVÆ. CLVII. ARTIC. III.

In ar. 3. eiuſdem. q. 157. dubium ex Martino occurrit in quæſtio. 2. de manſuetudine, arguente contra authorem in hoc, q̃ manſuetudo ponitur uirtus adiũcta temperantiæ, tñ primò,

li. 2. c. 5. in principio.
lib. 2. ca. 6. tom. 5.
li. 1. c. ult. tom. 5.
lib. 2. c. 5. parum a princi.
¶li. 4. ca. 5. tom. 5.
Concl.
Ar. præce.
lib. 4. c. 5. tom. 5.
In contra rationeCatilinæ in c. cuius titulus eſt Cæſaris oratio, ante mediũ.
li. 1. circa finẽ illius.
Arti. 5. ſequenti ad 1. argum.
764
Porrec. parte aw.
Sup. q. 141 cor. & ad 2. Et infr. q. 161. ar. 4. corp. Et 2. d. 44. q. 2. ar. 1. ad 3. diſt. 33. q. 3. art. 2.
Art. 1. & 2. præced.
th. 5. c. 10.
• Q. 120. ar. 2.

¶3 Præ. Seneca dicit ĩ 2. de Clemẽtia. † Cui voluptati ſęuitia eſt, poſſumus inſaniã vocare: hoc aũt oppon.ĩ clementiæ & mãſuetudini. C ergo * inſania opponatĩ prudẽtię, vr ꝙ clemẽtia & manſuetudo ſint partes prudẽtiæ magis ꝗ temperãtiæ.

Sed contra eſt qđ Seneca dicit in 2. de Clem.* ꝙ clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi. Tullius † ẽt ponit clemẽtiã partẽ tẽperãtię.

Resp. Dcđm, ꝙ partes aſſignanĩ uirtutibus principalib. ſm ꝙ imitantur ipſas in aliquibus materiis ſecundaris, quantum ad modum, ex quo principaliter depẽdet laus uirtutis, unũ & nomen accipit, ſicut modus & nomẽ iuſtitiæ in quadã equalitate cõſiſtit: fortitudinis aũt in quadam firmitatẽ: temperantiæ aũt in quadam refrænatione, inquantum ſ. refrenat concupiſcentias uehementiſſimas delectationũ tactus. Clemẽtia aũt & mãſuetudo ſimilr in quadã refrenatione cõſiſtũt, quia ſ. clementia eſt diminutiua pęnarũ, manſuetudo verò eſt mitigatiua iræ, ut ex dictis patet. * Et iõ tam clementia ꝗ manſuetudo adiungunĩ tẽperantiæ ſicut uirtuti principali, & ſecundum hoc ponuntur partes temperantiæ.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ in diminutione pęnarũ ſunt conſideranda duo, quorum unũ eſt, ꝙ diminutio pęnarum fiat ſm intẽtionẽ legiſlatoris, licèt nõ ſm uerba legis, & ſm hoc pertinet ad epiiciã. Aliud aũt eſt, quædam moderatio affectus, ut hõ non utatur ſua poteſtate in inflictione pęnarum, & hoc propriè pertinet ad clementiã. Propter quod Seneca dicit,* ꝙ clementia eſt tẽperantia animi in poteſtate ulciſcendi. Et hęc quidẽ moderatio animi prouenit ex quadã dulcedine affectus, qua quis abhorret oẽ illud, quod põt aliũ contriſtare. Et iõ dicit Seneca,* ꝙ clementia eſt quædam lenitas animi, nã ecõuerſo auſteritas animi uidetur eſſe in eo, qui non ueretur alios contriſtare.

Ad II dcđm, ꝙ adiunctio uirtutũ ſecundariarũ ad principales magis attendiĩ ſm modum uirtutis, qui eſt quaſi quædam forma eius, ꝗ ſm materiã. Manſuetudo aũt & clementia conueniunt cũ temperantia in modo, ut dictum eſt, *licet nõ conueniant in materia.

Ad III dcđm, ꝙ inſania dr̃ per corruptionem ſanitatis. Sicut aũt ſanitas corporalis corrumpitur per hoc ꝙ corpus recedit à debita complexione humanæ ſpeciei, ita ẽt inſania ſm aĩam accipitur per hoc, ꝙ anima humana recedit a debita diſpoſitione humanæ ſpeciei. Quod quidem contingit & ſecundum rationem, puta cum

primò, qa hæc opinio põt reprobari ex multis ſuperius dictis. Tum ſecundũ, quia per eandem rationem ſequeretur oẽm virtutem eſſe adiunctam temperantiæ, quia oĩs virtus habet actũ refrænandi paſſionẽ circa aliquã materiã. Liberalitas.n. refrænat cupiditatem pecuniæ: fortitudo paſſiones timoris & audaciæ: iuſtitia refrænat oẽm paſſionẽ, ne per eam ad alterius promptus ſit iniuriam. Tũ tertio, qa ira nõ eſt materia ſecũdaria reſpectu concupiſcẽtiæ tactus, ſed ſunt materiæ totaliter diſparatæ, nec ad ſe inuicem ordinatæ. Tũ quarto, authoritate Ariſtotelis, qui nõ ſolũ manſuetudinem à tẽperantia diſtinxit, ſed nec alterã alteri in determinando cõiunxit: quod feciſſet, ſi vna earũ eſſet alteri adiuncta.

† Li. 2. c. 4. circa me.

* lib. 2. c. 3 circa principium.

† lib. 2. de inuentione in fo. 3. ante finem libri.

Modus eſt principalis laus in uirtute: cuius dicti rat. oncm vide in ad ſecundum.

¶ Ad hoc dr, ꝙ rõnabiliter manſuetudo adiuncta eſt tẽperantiæ à S. Tho. quia ſ. conſiſtit in refrænando, vt in litera dr: & ad ſuperius obiecta, ſuperius eſt reſpõſum.

¶ Ad ſm negatĩ ſequela, quia adiunctio virtutis ad virtutem, vt partis potentialis ad totũ potẽtiale, nõ attẽditur penes modũ cuiuſcunq; actus ſecundarii, ſed penes modũ actus principalis. Et quia nõ oĩs virtutis actus principalis conſiſtit in refrænando, iõ non oĩs virtus adiungitur tẽperantiæ. Liberalitatis.n. actus principalis non in refrænãdo, ſed in emittẽdo cõſiſtit: & fortitudinis actᵘ principalis nũ in refrænãdo, ſed i firmãdo cõſiſtit: iuſtitię actᵘ principalis in reddendo alteri ſuum conſiſtit.

Concl. in Ar. 1. & 2.

¶ Ad tertiũ dr, ꝙ ira eſt materia ſecundaria reſpectu concupiſcentiæ carnalis, vt vtraque habet rationem refrænabilis: qm̃ difficilior eſt moderatio concupiſcentiæ in qua eſt continua pugna & rara victoria, vt ſuperius dictũ eſt. Vñ licet ira non ſubordinetĩ abſolutè concupiſcentiæ carnali, inquantum tñ temperabilis ſubordinatĩ illi vt minus principalis principali. Et propterea maſuetudo adiungitur temperantiæ vt virtus ſecundaria principali.

¶ Ad quartũ dr, ꝙ manifeſtè patet, Ariſt. ordinẽ non exegiſſe, vt ſimul cum uirtute principali tractaret de adiuncta, qm̃ alio pceſſit ordine, primo tractans de virtutibus circa paſſiones ad conſeruationem humanæ vitæ, ſ. fortitudine, & temperantia: deinde de aliis ad ſecundaria bona & mala ſpectãtibus, & poſt de iuſtitia quæ circa operationes ad ad alterum eſt, & demum de prudentia, ut patet in proceſſu librorum Ethicorum.

¶ In reſponſione ad primum euiſdem tertii articu. dubium ex Martino occurrit ibidem contra authorem in hac ſolutione arguente dicendo, Hæc ſolutio non placet mihi, tum quia nõ ſoluit de manſuetudine, quæ eſt etiam moderatiua pœnarum, & non ſolum irarum: tum qa clementia non ſolum facit hoiem non uti poteſtate ſua, ſed etiam non abuti illa, cum opponatur crudelitati abutenti poteſtate.

¶ Ad primum horum dr, ꝙ mirum eſt de iſto hoĩe exigente à reſponſione vnius argumenti de clementia ẽt ſolutionem alterius de manſuetudine, quod argũ ex parte manſuetudinis author non fecit: quia manſuetudo eſt principaliter circa iram, & ppea non habet difficultatem coniunctionis cum epiicia, hoc eſt, æquitate, ſicut clementia, a qua eſt directè diminutiua pœnarum.

¶ Ad ſm dr, ꝙ per ly non uti ſua poteſtate intelligitur non abuti illa: qm̃ ſi recta ratio habet, ꝙ tũc huic in hoc caſu &c. diminuenda eſt pœna, eſſet contra rectam rationem vti ſua poteſtate ad integre puniendũ, ac per hoc eſſet abuti ſua poteſtate. Et ppea in litera præcedentis articuli dictum eſt, ꝙ clementia eſt ſic diminutiua pœnę debitæ ſm iuſ cõe, ꝙ non eſt diminutiua pęnæ debitæ ſm æquitatẽ. Sequitĩ.n. clementia æquitatem, ſicut ſeueritas iuſtitiam, & vtraq; abuſum poteſtatis excludit, qui committeretĩ niſi clementia æquitatem, & ſeueritas iuſtitiam comitaretur.

li. 2. de clementia, c. 3. circa princi.

l. 2. c. 3. circa princi.

¶ In eodem ar. dubiũ occurrit de ſubiecto clemẽtiæ, in qua ſ. potentia ſit ſubiectiuè. Non determinatur ſiquidem in litera eius ſubiectum.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ clemẽtia eſt ſubiectiuè in voluntate. Et rõ eſt, quia illa pars aĩæ eſt ſubiectũ virtutis, in qua primo apparet bonitas illius, vel malitia oppoſita vt author docuit inueſtigando ſubiectum cõtinentiæ. Sed voluntas eſt quæ primo diſponitur per clementiã & illius oppoſitũ, ſ. crudelitatem: qm̃ lenitas animi ad proximum, quæ interior clementia eſt, non eſt lenitas alicuius paſſionis, vt patet diſcurrendo, ſed eſt lenitas voluntatis, qua proximum amamus. Et hoc in litera inſinuatur in reſponſione ad tertium, dum dr̃ ꝙ affectus humanus, quem ſequitur clementia, & ille ſm quem homo eſt naturaliter omni homini amicus. Conſtat enim ꝙ talis amicitia imperfecta, voluntatis eſt, non paſſionis. Inſinuatur ẽt ex actu aſſignato, qui eſt non uti ſua poteſtate: nam vti eſt actus voluntatis. Probatur ẽt idem ex hoc, ꝙ clementia directè diſpoſitiua eſt animi ad vlterius malum diminuendum. Nulla autem paſſio, ſed ſolus voluntatis motus eſt directè ad alterius bonum, vel malum: quoniam ad proprium bonum conſequendum, vel defendendum: & ſimiliter ad proprium malum vitandum, ſeu propellendum, omnes paſſiones directè ordinantur, in cuius ſignum hęc eſt poſita differentia inter virtutes circa paſſiones, & virtutes circa operationes, ꝙ illæ ſunt propter bonum habentis, iſtæ ſunt propter bonum alterius. Nec obſtat ꝙ ſuperius in quæſt. 143. author diſtinguendo partes temperantiæ, dixerit quòd tertius motus animi eſt iræ, quem refrænat manſuetudo, ſiue clementia: quoniam quod ibi indiſtinctum reliquit, hoc in loco diſtinguendo clementiam à manſuetudine declarauit, ꝙ manſuetudo iram refrænat, clementia autem non: ſed &c.

In cor. ar.

¶ Super

aliquis uſum rõis amittit: & quantum ad vim ap- A
petitiuam, puta, cũ aliquis amittit affm̃ humanũ, ẽm quem hõ eſt naturaliter oi hoi amicus, vt dr̃ in 8. Eth.* Inſania ãt q̃ excludit vſũ rõis, opponitur prudentiæ. Sed ꝙ aliquis delectet̃ in pęnis hoim, dr̃ eſſe inſania: quia per hoc vr̃ homo priuatus affectu humano, quem ſequitur clementia.

lib. 8. c. 1. a. 5

765

SVP. Q. CLVII. ART. IIII.

IN artic. 4. eiuſd. q. 157 in rñſio. ad 3. nota auream doctrinã ad diſcernendum qua quis vir tete vtatur, cum mala proximi tollit rõnabiliter. Nam ſi ex reuerentia ad parentes &c. hoc facit, non clementia, ſed pietate vtit̃, cũ cõſanguineis minuit pęnã ꝓp coniunctionem ſanguinis. Sed ſi ex ai lenitate ad ꝓximum, non pietate, ſed clementia vtit̃. & ſic de alijs, ſ. miſericordia. & manſuetudine, intellige & eorum oppoſitis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum clementia, & manſuetudo ſint potiſſimæ virtutes.

AD QVARTVM ſic ꝓcedi- B
tur. Vr̃ ꝙ clementia, & mãſuetudo ſint potiſſimæ virtutes. Laus. n. virtutis conſiſtit ꝓcipue in hoc ꝙ ordinat hoiem ad beatitudinem, q̃ in Dei cognitione conſiſtit: ſed manſuetudo maximè ordinat hoiem ad Dei cognitioné. dr̃. n. Iac. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. & Eccleſ. 5. Eſto manſuetus ad audiendum ver- C
bũ Dei. & Dion.* dicit in epiſt. ad Demophilum, Moyſen propter multam manſuetudinem Dei apparitione dignum habitum. ergo manſuetudo eſt potiſſima virtutum.

In princ. illius epiſt.

¶2 Prę. Tanto virtus aliqua vr̃ eſſe potior, quãto magis acceptatur a Deo, & ab hoibus: ſed manſuetudo maximè vr̃ acceptari a Deo. dr̃. n. Eccl. 1. ꝙ beneplacitum eſt Deo fides & manſuetudo. Vñ & ſpecialiter ad ſuę manſuetudinis imitationẽ Chr̃s nos inuitat, dicens: Diſcite a me, quia mitis ſum, D
& humilis corde. & Hil. dicit* ꝙ ꝑ mãſuetudinem mentis nr̃ę habitat Chr̃s in nobis. Eſt ẽt hoib. acceptiſſima. vñ dr̃ Eccleſ. 3. Fili, in mãſuetudine ꝑfice opa tua, & ſuꝑ hoim gloriã diligeris: ꝑp quod & Prou. 20. dr̃, ꝙ clementia thronus regius roborat̃. ergo manſuet. & clemẽtia sũt potiſſimę virtutes.

Cap. 4. in Mat. non remote a princ.

¶3 Præ. Aug.* dicit in lib. de ſer. Dñi in mon. ꝙ mites ſunt qui cedunt improbitatib. & non reſiſtunt in malo, ſed vincunt in bono malum: hoc autem vr̃ pertinere ad miſericordiam, vel pietatem, quæ vr̃ eſſe potiſſimã virtutum, quia ſuper illud 1. ad Tim. 4. Pietas ad oĩa vtilis eſt. dicit gl. Ambr.* ꝙ oĩs ſumma religionis chr̃anæ in pietate cõſiſtit. ergo mãſuetudo, & clemẽtia ſunt maximę virtutes.

lib. 1. c. 3. a med. to. 4.

Ambro. in hunc locũ Pauli, t. 5

SED CONTRA eſt, quia non ponuntur virtutes principales, ſed adiungunt̃ alteri virtuti quaſi principaliori.

RESP. Dcdm̃, ꝙ nihil prohibet aliquas virtutes non eſſe potiſsimas ſimpl̃r, nec quo ad oĩa. ſed ẽm quid, & in aliquo genere. Non ãt eſt poſsibile ꝙ clementia & manſuetudo ſint potiſſimæ virtutes ſimpl̃r: quia laus earum attendit̃ in hoc, ꝙ retrahunt a malo, inquantum. ſ. diminuunt irã, vel poenam. Perfectius ãt eſt conſequi bonũ, q̃ carere malo. Et iõ virtutes q̃ ſimpl̃r ordinant in bonũ, ſicut fides, ſpes, charitas, & ẽt prudentia, & iuſtitia, sũt ſimpl̃r maiores virtutes, q̃ clementia, & manſuetudo. Sed ẽm quid nihil prohibet clementiam, & manſuetudinem hẽre quandam excellentiã inter virtutes, q̃ reſiſtunt affectionib. prauis. Nam ira quam mitigat manſuetudo, ꝑp ſuum impetũ maxime impedit aim hois ne libere iudicet veritatẽ: & ꝑp hoc manſuetudo maxime facit hoiem eſſe cõpotem ſui. Vñ dr̃ Eccl. 10. Fili, in manſuetudine ſerua aiam tuam. Quamuis concupiſcentiæ delectationem tactus ſint turpiores, & magis continue infeſtent: ꝑp quod tẽperantia magis ponit̃ virtus principalis, vt ex dictis patet.* Clementia verò in hoc ꝙ diminuit pęnas, maxime vr̃ accedere ad charitatẽ, q̃ eſt potiſsima virtutum, per quam bona operamur ad proximos, & eorũ mala impedimus.

Concl. m

Concl. p

q. 141. a. 7. ad 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ manſuetudo ꝑparat hoiem ad Dei cognitionem remouẽdo impedimentum: & hoc dupl̃r. Primo quidẽ, faciẽdo hoiem compotem ſui ꝑ diminutionẽ iræ, ut dcm̃ eſt*. Alio mõ, qa ad manſuetudinẽ ꝑtinet ꝙ hõ nõ cõtradicat uerbis veritatis, qđ pleri q; aliq faciũt ex cõmotione irę. Et iõ Aug. dicit in 2. de do. chr.* ꝙ miteſcere ẽ ñ cõtradicere diuinæ ſcrip. ſiue intellectæ, ſi aliqua vitia nr̃a ꝑcutit, ſiue nõ intellectæ. quaſi, nos melius & verius ſaperę & ꝑcipere poſſem.

In cor. art.

lib. 2. c. 7. in prin. to.

AD II dcdm̃, ꝙ manſuetudo & clementia reddunt hoiem Deo, & hoib. acceptũ, ẽm ꝙ cõcurrũt in eundem effm̃ cum charitate, q̃ eſt maxima virtutum, ſ. in ſubtrahendo mala proximorum.

AD III dcdm̃, ꝙ mia, & pietas conueniunt qdẽ cum manſuetudine & clementia, inquantũ cõcurrunt in eundem effm̃, qui eſt ꝓhibere mala proximorum. Differunt tñ quantum ad motiuũ: nã pietas remouet mala ꝓximorũ ex reuerentia quã hẽt ad aliquem ſuperiorem, puta, Deum, vel parentẽ. Miſericordia verò remouet mala ꝓximorũ ex hoc ꝙ in eis aliq ſ. cõtriſtat̃, inquantum æſtimat eas ad ſe ꝑtinere, vt ſ. dcm̃ e*: qđ ꝓuenit ex amicitia, q̃ facit amicos de eiſdẽ gaudere, & triſtari. Mãſuetudo ãt hoc facit, inquãtũ remouet irã incitantẽ ad vindictã. Clemẽtia vero hõc facit ex ai lenitate, inq̃tũ iudicat eſſe æquũ, vt aliquis non amplius puniat̃.

q. 30. art. 2

QVÆSTIO CLVIII.

De ira, in octo art. diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de vitijs oppoſitis. Et primò de iracũdia q̃ oppon: ĩ mãſuetudinis. 1
Secundò, de crudelitate, quæ oppõnit̃ clementię.

Circa iracundiam quæruntur octo.

¶Primò, vtrum iraſci poſſit eſſe aliquando licitũ.
¶Secundò, vtrum ira ſit peccatum.
¶Tertiò, vtrum ſit peccatum mortale.
¶Quartò, vtrum ſit grauiſſimum peccatorum.
¶Quintò, de ſpeciebus iræ.
¶Sextò, Vtrum ira ſit vitium capitale.
¶Septimo, quæ ſint filiæ eius.
¶Octauò, Vtrum habeat vitium oppoſitum.

Per ſpiritet.

766

ARTICVLVS I.

Vtrum iraſci ſit licitum.

AD PRIMVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ iraſci non ſit licitũ. Hiero. ũ. exponẽs illud Mat. 5. Qui iraſcitur fratri ſuo &c. dicit, In quibuſdã codicib. addit̃,

SVP. Q. CLVIII. ART. I.

IN art. 1. q. 158 aduerte, q. mo. pafſionis irę non miniſtrat voluntati, & rõni rectæ in actu conſilij, iudicij, præcepti, aut electionis: quoniam quodli-

2. q. 51 a. 3 c. Et ... 15. q. 2. a. 2 q. 2. cor. & Mal. q. 12. ar. 1. Et 1 ... phe. 4. le. 8 Et Ioh. 17. princ.

quodlibet horum ꝑcedere naturaliter debet iræ motum, & irę turbatio his actibus non confert: ſed miniſtrat iræ motus actui executionis eius q́ electum, ꝑceptum iudicatum, cõſultũq; eſt: eo q́ iuuat ipſam executionem, utpote a natura ad hoc miniſterium ordinata. Melius.n. fit q́ ſecundum naturæ ordiné fit. Et hoc author in rñſione ad ſecũdum inſinuauit dicendo. Hæc autem ira, etſi in ipſa executione actus iudicium rõis aliqualiter impediat, &c. Et hic fit, ut hi q nõ ſunt executiui vindictæ, ſed ſolúmodo cõſiliarij, iudices, ſeu cenſores, non egeant ira. Et de iſtis uerificatur ſtoica ſententia, q́ debent eſſe ſicut leges, quæ nulla paſſione cõmouentur: ſed illi qui ſunt executiui uindictę, uerbo, ita q́ ipſa reprehẽſio ſit caſtigatio, aut facto, egent motu iræ ſubminiſtrante uoluntati uindicãti: alioquin uoluntas remiſſa eſt, ut in ultimo queſt. artic. patet.

† c.4. paulo ante fin.

* lib.7.c.6

† li.5.c.30. in fi.

* Eſt gloſ. Aug. in it. q. ſup. Leu. q.70. circa fi. to.4

ſine cauſa: cæterum in veris diffinita ſententia eſt, & ira penitus tollitur. ergo [h] iraſci nullo modo licitum eſt.

¶2 Præt. Secundum Dion. 4. c. de diu. nom. †Malum aiæ eſt ſine rõne eſſe: ſed [h] ira ſꝑ eſt ſine rõe. dicit.n. Phi. in 7. Eth.* q́ ira nõ perfectè audit rõem. & Gre. dicit 5. Mor.† q́ cum tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatam quodãmodo, ſciſſamque perturbat. Et Caſſian. dicit in lib. de Inſtit. Cœnob. Qualibet ex cauſa iracundiæ motus efferuens excęcat oculum cordis. ergo iraſci ſꝑ eſt malum.

¶3 Præt. Ira eſt appetitus uindictæ, vt Gl.* dicit ſuper Leui. 19. Non oderis frẽm tuum in corde tuo: ſed [h] appetere vltionem non vr̃ eſſe licitum, ſed hoc eſt [h] Deo reſeruandum, ẽm illud Deut. 32. Mea eſt vltio. ergo vr̃ q́ iraſci ſemper ſit malum.

¶4 Præt. Oẽ illud quod [h] abducit nos a diuina ſimilitudĩne, eſt malum: ſed iraſci ſꝑ abducit nos a diuina ſimilitudine, qa Deus cum tranquillitate iudicat, vt habetur Sap. 12. ergo iraſci ſemper eſt malum.

Bona iræ.

Homi. 11. in Matth. inter princi. & med. to.2.

Sed contra eſt, q́ Chryſoſt. dicit ſuper Mat. †Qui ſine cauſa iraſcitur, reus erit: qui verò cum cauſa non erit reus. Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur. ergo iraſci non ſemper eſt malum.

1.2. q.23

Conel. ...

Lib.2.c.6 tom.5

Concl. p

Concl. ſ

Resp. Dicendum, q́ ira propriè loquendo, eſt paſſio q̃dam appetitus ſenſitiui, a qua uis iraſcibilis denoiatur, vt ſ. habitũ eſt,* cũ de paſſionib. agereť. Eſt ãt hoc conſiderandũ circa paſſiones aię, q́ dupl'r ꝑt in eis malũ inueniri. Vno mõ, ex ipſa ſpẽ paſſionis, q̃ q̃dẽ cõſiderať ẽm obiectum paſſionis, ſicut inuidia ẽm ſuã ſpẽm importat q̃ddã malum. Eſt.n. triſtitia de bono aliorũ, q̃d ẽm ſe rõni repugnat: & ĩõ [n] inuidia mox noiata ſonat aliqd mali, vt Phil. dicit in 2. Eth.* Hoc ãt non cõpetit iræ, q̃ eſt appetit⁹ vindictę [n]. Pót.n. vindicta & bñ, & male appeti. Alio mõ, inueniť malũ in aliqua paſſione ẽm quãtitatẽ ipſius, i. ẽm ſuperabundantiã, vel defectũ ipſius: & [p] ſic ꝑt malũ in ira inueniri, qñ. ſ. aliquis iraſcitur plus, vel minus præter rõem rectam[q]. Si [r] aũt aliquis iraſcitur ſecundum rationé rectam, tunc iraſci eſt laudabile[ſ].

1.2. q. 24. art.2.

Ad primum ergo dicendũ, q́ Stoici irã, & oẽs alias paſſiones noiabãt affectus quoſdã ꝑter ordiné rõis exiẽtes: & ẽm hoc ponebãt irã & oẽs alias paſſiones eſſe malas, vt ſ. dcm̃ eſt,* cũ de paſſionib⁹ agereť. Et ſic accipit irã Hie. Loqť.n. de ira, qua qs iraſciť cõtra ꝑximũ, quaſi malũ eius intẽdẽs; ſꝫ ẽm Peripat. quorũ ſñiam magis approbat Aug. i 9. de

F ciu. Dei.* ira & alię paſſiones aiæ dr̃ motus appetitus ſenſitiui, ſiue ſint moderatæ ẽm rõnem, ſiue non: & ſecundum hoc ira non ſemper eſt mala.

Lib.9.c.4. to.5

Ad ii dcm̃, q́ ira dupl'r ſe ꝑt hẽre ad rõnem. Vno q̃dẽ mõ añter: & ſic trahit rõem a ſua rectitudine, vñ hẽt rõnem mali. Alio mõ conſequenter, prout. ſ. appetitus ſenſitiuus moueť cõtra vitia ẽm ordiné rõis: & hæc ira eſt bona, q̃ dr̃ ira ꝑ zelum. Vñ Greg. dicit in 5. Mor.* Curandum ſummopere eſt, ne ira, q̃ vt inſtrm̃ virtutis aſſumiť. menti dñeť, ne quaſi dña ꝑeat, ſed quaſi ancilla ad obſequiũ parata a rõis tergo nunq̃ recedat. Hęc ãt ira, etſi in ip

Lib.5.c.33 cir. med.

C ſa executione actus iudiciũ rõis aliqualiter impediat, non tñ rectitudiné rõis tollit. Vnde Greg. ibi. dicit * q́ ira ꝑ zelum turbat rõis oculũ, ſed ira ꝑ vitium excęcat. Non eſt ãt contra rõnem virtutis, vt intermittať deliberõ rõis in executione eius, quod eſt a rõe deliberatum: quia ẽt ars impediret in ſuo actu, ſi dum debet agere, deliberaret de agendis.

Lib.5.c.39 parum a princ.

Ad iii dcm̃, q́ appetere vindictam ꝑꝑ malũ eius qui puniendus eſt, illicitum eſt: ſed appetere vindictam ꝑꝑ vitiorum correptionem, & bonum iuſtitiæ conſeruandum, laudabile eſt: & in hoc ꝑt tẽdere appetitus ſenſitiuus, inquãtũ moueť a rõe.

H Et dum vindicta ẽm ordinem iudicij fit, a Deo fit, cuius miniſter eſt ptãs puniens, vt dr̃ Rom. 13.

Ad iiii dcm̃, q́ Deo aſsimilari poſſumus, & dẽm⁹ in appetitu boni, ſed in mõ appetẽdi ei oino aſsimilari nõ poſſumus: qa in Deo nõ eſt appetit⁹ ſenſitiuus ſicut i nobis, cuius motus dẽt rõi deſeruire. Vnde Greg. dicit in 5. Mor.* q́ tunc robuſtius rõ cõtra vitia erigiť, cũ ira ſubdita rõi famulatur.

Lib.5.c.33. cir. med.

Articvlvs II.

Vtrum ira ſit peccatum.

Porrec. per tot.

767

I Ad secundum ſic ꝑcedi tur. Vr̃ q́ ira non ſit peccatum. Peccando.n. demeremur: ſed [h] paſſionib. nõ demeremur, ſicut nec vituperamur, vt dr̃ in 2. Eth.* ergo nulla paſsio ẽ peccatum: ira ãt eſt paſſio, vt ſupra habitũ eſt, † cum de paſsionib. agereť. ergo ira non eſt pctm̃.

2.di.36.a. 1. ad 2 Et 3.d.15. q.2.a.2.q. 2.c. Et Ma. q.12.ar.2. Et Ephe.4 lect.1

* Li.2.eth. cap.5

† 1.2.q.46 art.1

¶2 Præt. In oi peccato eſt conuerſio ad aliquod bonum com

K mutabile: ſed per iram [h] non cõuertitur aliquis ad bonũ commutabile, ſed in malum alicuius. ergo ira non eſt peccatum.

¶3 Præ. Nullus peccat in eo q̃d [h] vitare non poteſt, vt Aug. dicit:* ſed iram homo vitare non poteſt, quia ſuper illud Pſal. 4. Iraſcimini & nolite peccare, dicit gl.* q́ motus irę non eſt in ptãte nr̃a. Philoſ. ẽt in 7. Eth.† q́ iratus cum triſtitia operatur: triſtitia autem eſt cõtraria voluntati. ergo ira non eſt peccatum.

* Lib.1. de lib. arb. c. 19. to.1

† Li.7. eth. c.6. cir. m.

¶4 Pręt. Peccatum eſt contra naturã, vt Damaſ.* dicit in 2. lib. ſed [h] iraſci non eſt contra naturã hoĩs, cum ſit actus naturalis potentiæ, q̃ eſt iraſcibilis.

Damaſ. li. 2.c.4. & 30

Sup. Q. CLVIII. Art. II.

Nic. de Nyſſ. tra. 3. p. 3 por. 2. q. 3.

In artic. 2. eiuſdem q. quęcunque eſſent dicenda de paſſione abſolute indifferente, & ea in indiuiduo bona, vel mala in reſponſione ad primũ; & de primis motib⁹ q́ ſinguli non euadunt rationem voluntarij, & peccati, licèt omnes non ſint in poteſtate noſtra, in reſponſione ad ſecundum: & de iis quæ ſunt contra naturã hominis, quatenus rationalis eſt, in reſponſione ad tertium, ſatis ex ſuperius dictis patere puto.

† Hiero. in epiſ. ad Salinã de ſeruãda viduitate in vlt. pag. ante finem, t. 1.

Vnde & Hier.† dicit in quadam epiſtola, ꝙ iraſci eſt homin.s. ergo iraſci non eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, qđ Apoſtolus dicit ad Eph. 4. Omnis indignatio, & ira tollatur a uobis.

* Ar. præc. & 1. 2. q. 46. art. 1.

RESP. dicẽdũ, ꝙ ira ſicut dictũ eſt,* ꝓpriè nominat quandã paſſionẽ. Paſſio aũt appetitus ſenſitiui in tm̃ eſt bona, inquantũ rõe regulatur: ſi aũt ordinẽ rõis excludat, eſt mala. Ordo aũt rõis in ira põt attendi, quantũ ad duo. Primò quidẽ, quantũ ad appetibile in quod tẽdit, quod eſt uindicta. Vñ

Concl. m

m ſi aliquis appetat ꝙ ſm ordinẽ rõis fiat uindicta, eſt laudabilis irę appetitus,n & uocaẽ ira per zelũ.

Concl. p.

p Si aũt aliquis appetat ꝙ fiat uindicta qualitercũque cõtra ordinẽ rõis, puta ſi appetat puniri eum qui non meruit, uel ultra q̃ meruit, uel ẽt nõ ſm legitimũ ordinẽ, uel non ꝓꝑ debitũ finẽ, qui eſt cõſeruatio iuſtitiæ, & correctio culpę erit appetitus iræ uitioſus, & nominatur ira per uitiũ. Alio mõ, attenditur ordo rõis circa iram, quantum ad modũ iraſcendi, ut. ſ. motus iræ non immoderatè ferueſcat nec interius, nec exterius. Quod quidẽ ſi

Concl. s

prætermittatur, non erit ira abſq; peccato, etiam ſi aliquis appetat iuſtam uindictam h.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ qa paſſio põt eſſe regulata rõe, uel nõ regulata, iõ ſm paſſionẽ abſolutè conſideratã non importaẽ rõ meriti uel demeriti, ſeu laudis uel uituperii: ſm tñ ꝙ eſt regulata rõe, põt habere rõem meritorii & laudabilis. Et econtrario ſm ꝙ non eſt regulata ratione põt habere rationem demeriti, uel uituperabilis. Vnde & Philoſophus* ibidem dicit, ꝙ laudatur, uel uituperatur qui aliqualiter iraſcitur.

* Lib. 2. c. 5. a medio, tom. 5.

AD II dicẽdũ, ꝙ iratus non appetit malũ alterius ꝓp ſe, ſed ꝓp uindictam, in quam conuertiẽ appetitus eius, ſicut in quoddam commutabile bonũ.

AD III dicẽdũ, ꝙ hõ eſt dñs ſuorũ actuũ per arbitriũ rõis. Et iõ motus qui preueniunt iudiciũ rõis, non ſunt in poteſtate hõis in generali, ut ſ. nullus eorũ inſurgat, quamuis rõ poſſit quemlibet ſingulariter impedire ne inſurgat: & ſm hoc dr̃, ꝙ motus iræ non eſt in poteſtate hõis, ita, ſ. ꝙ nullus inſurgat. Quia tñ aliqualiter eſt in hõis poteſtate, non totaliter perdit rõem pc̃ti, ſi ſit inordinatus. Qđ aũt Philoſophus* dicit iratũ cũ triſtitia operari, nõ eſt ſic intelligendũ, ꝙ triſteẽ de eo ꝙ iraſciẽ, ſed qa triſtaẽ de iniuria quã æſtimat ſibi illatam: & ex hac triſtitia moueẽ ad appetendũ uindictã.

* Li. 7. Eth. ca. 6. circa med. to. 5.

AD IIII dicẽdũ ꝙ iraſcibilis in hoĩe naturaliter ſubiiciẽ rõi. Et iõ actus eius intm̃ eſt hoĩ naturalis inquantum eſt ſm rationem: inquantum uerò eſt præter ordinem rõis, eſt contra hominis naturam.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnis ira ſit peccatum mortale.

Porrecta ſ. totum.

768 Primæ ſecundę. q. 88. ar. 5. ad primũ. Et Mal. q. 7. ar. 4. ad 1. & q. 12. ar. 3. Et Gal. 5 lect. 5

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ oĩs ira ſit pc̃tm̃ mortale. Dr̃. n. Iob. 5. Virum ſtultũ interficit iracundia: & loquiẽ de interfectione ſpũali, a qua nominatur peccatum mortale. ergo omnis ira eſt peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Nihil mereẽ dãnationẽ æternã, niſi pc̃tm̃ mortale: ſed h ira mereẽ damnationẽ æternã. dicit. n. Dñs Matth. 5. Oĩs qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, ubi dicit gloſ.* ꝙ per illa tria quę ibi tanguñẽ, ſ. iudiciũ, & cõſiliũ, & gehenna, diuerſæ manſiones in æterna damnatione pro modo peccati ſingulariter exprimuntur. ergo ira eſt peccatum mortale.

* Gloſ. ordinaria ibid.

¶ 3 Præ. h Quicqd cõtrariaẽ charitati, eſt pc̃tm̃ mortale: ſed ira de ſe cõtrariaẽ charitati, vt patet ꝑ Hier.* ſuper illud Matt. 5. Qui iraſciẽ fratri ſuo &c. vbi dicit, ꝙ hoc eſt cõtra ꝓximi dilectionẽ. ergo ira eſt pc̃tm̃ mort.

Tom. 9.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſup illud Pſ. 4. Iraſcimini, & nolite peccare dicit gloſ.* Venialis eſt ira, q̃ non perduciẽ ad effectũ.

* Eſt Caſſiodori i hoc loco ſup illud. Quæ dicitis in cordibus veſtris. Pſ. 4.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ motus iræ põt eſſe inordinatus, & pc̃tm̃ dupliciter, ſicut dictũ eſt. Vno mõ, ex parte appetibilis, vtpote cũ aliqs appetit iniuſtã vindictã: & m ſic ex gñe ſuo ira eſt pc̃tm̃ mortale, n qa cõtrariatur charitati & iuſtitię. m Põt tñ cõtingere, ꝙ talis appetitus ſit pc̃tm̃ ueniale ꝓp imperfectionẽ actus. o Quæ quidẽ imperfectio attendiẽ uel ex parte appetẽtis, puta, cũ motus iræ præuenit iudicium rõnis: uel ẽt ex parte appetibilis, puta, cũ aliqs appetit ĩ aliquo modico ſe vindicare, quod quaſi nihil eſt reputandum, ita ẽt ꝙ ſi actu inſeratur, non eſſet pc̃tm̃ mortale, puta, ſi aliquis parum trahit aliquem puerum per capillos, uel aliquid hmõi. Alio mõ, põt eſſe motus iræ inordinatus quãtũ ad modũ iraſcendi, utpote ſi nimis ardenter iraſcaẽ interius, vel ſi nimis exterius manifeſtet ſigna iræ. Et p ſic ira ſm ſe non habet de ſuo genere rationem peccati mortalis: poteſt tñ contingere ꝙ ſit peccatum mortale, puta, ſi ex uehementia iræ aliquis excidat à dilectione Dei & proximi.

Concl. m

Conclſ. 2

Concl. p

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ex illa authoritate nõ habeẽ ꝙ oĩs ira ſit peccatum mortale, ſed ꝙ ſtulti per iracundiam ſpiritualiter occiduntur, inquantum ſ. non refrænando per rationẽ motum iræ, dilabuntur in aliqua peccata mortalia, puta in blaſphemiam Dei, uel iniuriam proximi.

SVP. Q. CLVIII. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdem q. 158. dubiũ ex Martino in q. de iracũdia occurrit circa illã cõcluſionẽ: ſ. Pc̃tm̃ iræ ex parte appetibilis, ſ. iniuſtæ vindictę, eſt ex gñe ſuo pc̃tm̃ mortale. Arguit. n. tripliciter cõtra hoc. Primo, Eſt aliquis actus iracũdiæ voluntarius non mortalis, quo appetiẽ iniuſta vindicta ergo iniuſta vindicta nõ reddit ex gñe ſuo actũ mortalẽ. Añs patet de appetente vindictã in aliquo modico non multũ reputãdo, vt parum trahere puerũ ꝑ capillos. Cõſequẽtia patet, qa rõ iniuſtæ vindictæ ſaluatur ſiue parua, ſiue magna ſit iniuſta vindicta. Nã ex magnitudine & paruitate ſola quãtitas variaẽ. Secũdo. Quicquid eſt mortale ex gñe, & non habet aliqd infinitè alleuians, remanet ſimpliciter mortale: ſed paruitas vindictæ appetitæ non alleuiat infinite, qa finite diſtat à vindicta, cuius appetitus ẽ ſimpliciter mortalis ergo. Probaẽ maior, quia oẽ mortale in infinitum excedit veniale.

¶ Præt. oẽ mortale ex gñe, eſt mortale vniuerſaliter: ſed appetitus iniuſtæ vindictæ nõ eſt vniuerſaliter mortalis. ergo non mortalis ex gñe. Maior probatur, tũ quia habet in ſe ſufficientẽ cãm peccati mortalis in quocũq; reperiatur: tũ qa mortale ex vna circunſtãtia per nullã aliã circunſtantiã reddiẽ nõ mortale. ergo a fortiori mortale ex obiecto per nullã circunſtantiã fit non mortale. Minor patet.

¶ Ad huius euidentiã ſcito, ꝙ peccatũ habet in ſe duo, ſ. ſpeciẽ propriam, & mortalitatem, ſeu venialitatem. Et ſpeciem quidem ſui actus ſortiẽ ex ratione formali obiecti, eoꝙ actus ſpecificantur ex obiectis. Et hinc fit, vt omnes actus reſpectu illius obiecti ſiue ſint actus perfecte, ſiue imperfectè tendentes in illud, ſint eiuſdem ſpeciei: ita

quòd

ꝙ primus motus adulterij eſt in ſpecie adulterij, & primus motus furti eſt in ſpecie furti, & ſic de alijs. Mortalitatem aũt, vel venialitatem habet ex eſſe contra, vel præter charitatem, quæ eſt vita animæ, quæ diſtinguit inter filios Dei, & filios perditionis. Et hinc fit, vt actus circa aliquã materiam perfectus, ſit peccatum mortale, imperfectus verò ſit peccatum veniale, quia ſ. obiectum illud perfectè attinctum contrariatur charitati: imperfectè aũt attinctum non tollit charitatem, ſed præter illam eſt tollens illius feruorem. V.g. Tollere rem alienam inuito dño eſt actus cadẽs ſuper indebita materia, ſ. re aliena inuito dño. Et põt res aliena inuito dño tolli tripliciter. Primo, actu imperfecto ex parte tollentis, puta, ſi appetit rem alienã inuito domino appetitu non deliberato, ſed primo motu. Hic etiam actus non eſt perfectè actus humanus. Secundo, etiam actu imperfecto ex parte rei alienæ tollendæ, puta, quia res eſt minima, vel quia non inuito dño ſimpliciter, ſed ſm̃ quid: & ſic et̃ actus tollendi alienũ eſt imperfectus, quia nimium pro nihilo reputatur in primo caſu, & quia inuoluntariũ ſm̃ quid eſt ſimpliciter voluntariũ in ſecundo caſu. Tertio, actu perfecto vtrumque, ſ. ex parte operantis, & materiæ: & hic quidem tertius actus eſt peccatum mortale ex genere, reliqui aũt licèt ſint in eadem ſpecie, ꝓꝑ imperfectionem tñ actus non ſunt peccata mortalia, quia in illo ſaluatur ratio actus humani contra dilectionem proximi ex perfectione actus circa tale obiectum: in iſtis verò, licet circa eandem ſint materiam, quia tñ adeo imperfectè, vt non ſint contra proximi dilectionem, ideo venialia ſunt.

In corp. ar.

AD II dcđm, ꝙ dñs verbũ illud dixit de ira, quaſi ſuperaddens ad illud verbũ legis, Qui occiderit, reus erit iudicio. Vñ loquit̃ ibi dñs de motu iræ, in quo quis appetit ꝓximi occiſionẽ, aut quamcũq; grauẽ læſionẽ, cui appetitui ſi conſenſus rõnis ſuperueniat, abſque dubio erit peccatum mortale.

AD III dcđm, ꝙ in illo caſu, in quo ira contrariatur charitati, eſt peccatum mortale, ſed hoc non ſemper accidit, ut ex dictis patet*.

¶ Ad primam ergo obiectionem propriè loquendo, negatur antecedens: quĩa vindicta iniuſta tam minima non eſt iniuſta vindicta ſimpliciter, ſed ſm̃ quid. Et ideo non conſtituit peccatũ ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quale eſt veniale: ita ꝙ ſicut primus motus ad vindictam eſt actus imperfectus, quia non eſt actus humanus ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ita appetitus vindictæ minimæ eſt actus imperfectus, quia non eſt appetitus vindictæ ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Et cum contra hoc aſſeritur, ꝙ magnum & paruum non variant rationem vindictæ reſpondetur, quòd cum magnum & paruum ſupponant id, circa quod eſt diuerſimodè, iuxta diuerſitatem ſubiectorum loquendum eſt. Nam magnum & paruum circa vindictam ſimpliciter non uariant rationem uindictæ. Et propterea appetitus iniuſtæ vindictæ ſiue magnæ, ſiue paruæ, dummodo ſit iniuſta vindicta ſimpliciter, eſt peccatum mortale ſed quando paruitas non tam ſignificat quantitatem, quàm tenet locum conditionis diminuentis, ita quòd id cui additur, conſtituit ſecundum quid tale ex hoc ipſo poni talem imperfectionem, non vt tollat totaliter rationem illius, ſed ut tollat contrarietatem annexam illi ſimpliciter, ſicut tollit illud ſimpliciter. Et ſic eſt in propoſito, ꝙ tanta paruitas vindictæ eſt conditio diminuens rationem vindictæ, non quòd tollat totaliter rationem vindictæ, ſicut dicendo, Homo mortuus, ly mortuus, totaliter tollit rationem hominis: ſed quia tollit rationem vindictæ ſimpliciter, ac per hoc contrarietatem ad dilectionem ꝓximi, quę eſt coniuncta iniuſtæ vindictæ ſimpliciter. Et ſimile eſt in furto, cum tollitur alienum minimum. Nam licet ratio rei alienæ non varietur per magnum & paruum, vt dicunt quantitates rei alienæ, quando tamen ly paruum, diminuit rationem boni alieni, ita ꝙ conſtituit illud in hoc, quod eſt eſſe alienum bonum ſecundum quid tantum, tunc non remanet quòd tollatur alienum bonum ſimpliciter, ſed ſecundum quid: ac per hoc non committitur furtum niſi ſecundum quid, quod eſt peccatum veniale.

¶ Ad ſecundam obiectionem negatur minor. Dico enim ꝙ ſicut mortale & veniale diſtant in infinitum, ita uindicta iniuſta, & uindicta iniuſta minima, diſtant in infinitum: quia diſtãt ut uindicta & nõ uindicta apud mortales, quia modicũ pro nihilo hr̃. Propterea ergo paruitas, quĩa eſt conditio diminuens, ut dictum eſt, alleuiat in infinitum, quia trahit actum ab ente ad nõ ens, hoc eſt, à contrario uitæ ad non contrarium uitæ, quæ diſtant in infinitum ſicut mortale & veniale, & ab aliquo ad nihil in ordine ad reputationem humanam, quãmuis ſecundũ rem ſit quaſi nihil. Et ideo relinquitur ibi rõ peccati ſm̃ quid.

¶ Ad tertiam obiectionem dr̃, quod in maiori ad hoc vt ſit totaliter vera, oportet addere, vel ſubintelligere ꝙ ſit ſermo de actu perfecto, ita ꝙ maior ſit iſta, Omnis actus mortalis ex genere, eſt mortalis in quocumque inuenitur perfectus. Alioquin ſi cõiter vagetur, diſtinguatur ꝙ in quocumque inuenitur perfectus, eſt mortale, vbi autem imperfectus, uel ex parte actus, uel materiæ non oportet. Et ſi maior ſic modificata probata dr̃ per illas probationes, reſpondeat̃ ꝙ in actu mortali ex genere eſt ſufficiens cauſa ad hoc ꝙ ſit mortalis, ſuppoſita perfectione actus, & non aliter. Et ſimiliter actus, ex circumſtantia, & ex obiecto mortalis ſuppoſita perfectione actus, non fit aliunde non mortalis: ſed non ſuppoſita perfectione actus, neq; ſufficiẽs eſt cauſa mortalis, neque indiſtrahibilis eſt mortalitas: nec mirum, quia actus imperfectus non eſt capax mortalitatis. Et perinde eſt loqui de mortali nõ in actu perfecto, ac ſi loqueremur de lumine non in diaphano.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ ira ſit grauiſſimum peccatum.

Porrecta ſ... ferum. 769

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ ira ſit grauiſſimum peccatum. Dicit enim Chryſ.* quòd nihil eſt turpius viſu furentis, & nihil deformius ſeuero uiſu, & multò magis anima ergo ira eſt grauiſſimum peccatum.

1. 2. q. 46. artic. 6. Et Mal. q. 12. ar. 4.

**Hom. 29. ad pop. Antiochẽ. t. 5.*

¶ 2 Præt. Quãto aliquod pctm̃ eſt magis nociuum, tanto ur̃ eſſe peius, quia ſicut Aug.† dicit in Enchirid. Malum dicitur

†Enchi. c. 12. tom. 3

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli dubium ex Martino occurrit, arguente contra hanc ſolutionem, quia dominus in toto textu illo non loquitur de occiſione, niſi quantum pertinet ad legem ueterem, quam ibi recitat, & non de illo quod ad legem nouam ſpectat.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ contextus illius literæ euangelicæ manifeſtat ꝙ dñs loquitur de actibus, qui ſunt in nocumentum proximi: & ꝙ uolens dñs abundare iuſtitiam noſtram, plus q̃ Scribarum & Phariſæorum, accipit in multis generibus præcepta antiquæ legis, & ſuperaddit præcepta potiora in illo gñe, ut patet diffuſè in capitulo illo. Et inchoatus à genere iniuriæ in proximum aſſumit præceptum legis de homicidio dicendo. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides: qui aũt occiderit, reus erit iudicio. & ſtatim addens potiora in eodem genere præcepta, ſubdit. Ego aũt dico uobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio &c. ubi ex identitate pœnæ appoſitæ ab ipſo iræ, quæ fuerat impoſita homicidio, patet ꝙ de ira habẽte pro obiecto nocumentum proximi, loquitur. Quia ergo radicis uirtus ſaluatur in ramis, & fundamentum in toto ædificio inuenitur, totus ſermo hic dñi ſuperaddens præcepto de homicidio, extra homicidii genus non eſt, ad quod oĩs proximi læſio reducitur. Falſum eſt ergo ꝙ ſolum recitando legem ueterem, ſit de homicidio ſermo ibi, quĩa ſuperaddendo præcepto de homicidio, & quantæ culpæ ſit appetitus interior, & ſignum, & uerbũ iniurioſum in proximum aperiendo, quam grauiſſimum ſit homicidium, apertiſſimè manifeſtauit.

SVPER QVÆ. CLVIII. ARTIC. IIII.

IN arti. 4. eiuſdem q. 158. dubia multa ex Martino in quæſtione 2. de iracundia occurrunt circa multa in hac litera dicta. Primum dictum eſt, Ira eſt minimum peccatorum ex parte appetibilis. Contra hoc arguit. Primo, quia aliqua inuidia eſt minus peccatum quàm aliqua ira, puta, inuidia de aliquo exteriori reſpectu iræ, quæ eſt appetitus mortis proximi. Secundo, quia ſuppoſita æqualitate appetibilis, aliqua ira eſt peior, quia poteſt eſſe inæqualitas ex parte circunſtantiarum præponderantium, & quia iratus contra uitam innocentis peior eſt apud Deum & homines inuido uitæ alterius, qui mori demeruit. Tertiò, quia ſuppoſita æqualitate appetibilis, & cęteris paribus, adhuc ira non eſt minus mala quàm inuidia, ſuppoſito quod inuidia appetat malum finaliter propter uanam gloriam. Probatur aſſumptum: quia uindicta eſt magis fugibilis, quàm uana gloria, ſeclusa utrobique ratione iniuſtitiæ. ergo appetere malum alteri propter uindictam, eſt cæteris paribus peius, quam appetere malum alteri propter gloriam. Antecedens probatur. Primo, quia uindicta eſt appetibilis propter gloriam, & non econtra. Secundo, quia uindicta numquam eſt bonum

unius

aliquid, quia nocet, ita aũt maxime nocet, quia aufer homini rōem, per quã eſt dñs ſuiipſius. dicit.n. Chryſ.* ꝙ inter iram & inſaniam nihil differt, ſed breuis quidam dæmon eſt: immò quàm qui dæmonio uexantur, grauior. ergo ira eſt grauiſſimũ B peccatum.

¶ 3 Præt. Interiores motus diiudicant̃ ſm exteriores effectus: ſed effectus irę eſt homicidiũ, qđ eſt grauiſſimum peccatum. ergo ira eſt grauiſſimum pctm̃.

SED CONTRA eſt, ꝙ ira cõparatur ad odium ſicut feſtuca ad trabem. dicit.n. Aug.* in regula. Ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca. nõ ergo ira eſt grauiſſimũ peccatũ. C

RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt,* inordinatio iræ ſm duo attenditur. ſ. ſm indebitũ appetibile, & ſm ĩdebitũ modum iraſcendi.[m] Quãtum igit̃ ad appetibile, quod iratus appetit, uidetur eſſe ira minimũ peccatorum[n]. Appetit enim ira malum pœnæ alicuius ſub rõe boni quod eſt uindicta. Et ideò ex parte mali quod appetit, cõuenit peccatum irę cum illis peccatis quæ appetunt malum proximi, puta, cum inuidia, & odio. Sed odium appetit abſolutè malum alterius inquantum huiuſmodi: inuidus autẽ appetit malũ alicuius propter appetitum propriæ gloriæ. Sed iratus appetit malũ alteri* ſub

*Hom. 47. in Io. ca. ſi. to. 5.

In regu. 3. to. 1.

Art. 2 & 3. huius q.

Concluſio

A ... rius, quia ſit malum alterius: gloria autem eſt bonum unius ſine malo alterius. Tertio, quia gloria ita eſt bona, quòd non niſi per circunſtantias eſt mala uindicta autem nunquàm eſt bona niſi ratione circunſtantiæ.

¶ Secundum dictum eſt, quod iratus appetit malum proximi ſub rõe boni honeſti. ſ. iuſtæ uindictæ. Cõtra hoc arguit hoc eſſe falſum quia iratus ſcit frequenter ꝙ uindicta quã appetit, eſt iniuſta, Ex quo argui tur ſic, Peius eſt appetere malum proximi ſub rõne iniuſtæ uindictæ, q̃ ſub rõne uanæ glorię: ſed iratus appetit quandoque ſub ratione iniurię, inuidus autem ſub rõne excellentię. ergo &c.

¶ Et confirmatur, quia ubi non eſt uera offenſa etiam ſecundum æſtimationem irati, ibi non eſt appetitus ſub rõe iuſtę uindictę: ſed iratus cognoſcit ꝙ non eſt uere offenſus, puta, cum negatur ſibi obſequium ad mala perpetrãda, ergo &c.

¶ Tertium dictum eſt, quòd ira ex parte boni, ſub cuius ratione appetit malum, eſt minus malum q̃ concupiſcẽtia. Contra hoc arguit tripliciter. Primo, Delectatio in malo alterius cęteris paribus, eſt grauior quàm delectatio in proprio delectabili: ſed delectatio irati in uindicta eſt delectatio in malo alterius. quia iracundus occidens prolem uerbo, ſcit illam occiſionem eſſe omnino iniuſtã ac per hoc non appetit eam ut iuſtam, ſed ſecundum quòd uindicta & ultio, ſeu malum alterius, qui eum offenderat. Secundo quia poſito caſu, quòd unus ſolicitet uxorẽ alienam ad concubitum propter delectationẽm alius propter ultionem mariti, conſtat ꝙ ſecundus magis peccat: & tamen ſecundus propter uindictam, primus propter concupiſcentiam. Tertio, poſito caſu quòd unus concupiſcat meretricem ſolutam, & quærat delectabile ſuum per concubitum: alter iratus contra eandem quærat illius occiſionem, conſtat quòd ſecundus magis peccat. ergo delectatio irati eſt peior delectione concupiſcentis. D

¶ Quartum dictum eſt, Ira quantum ad inordinationem, quæ eſt ſecundum modum iraſcendi, habet quandam excellentiam propter uehementiam & uelocitatem ſui motus. De hoc, inqt Martinus, ſi intendit beatus Tho. ꝙ ira habet excellentiam quãtum ad nocumentum non contradico. Si quantum ad grauitatem peccati, quod ex ſerie textus uidetur intendere, quia in prima parte corporis articuli de grauitate peccati, ſemper loquitur, & titulus articuli eſt de grauitate peccati: ſi ſic, inquam, intelligitur, Contra, tum quia ira unde diminuitur non grauatur, ſed ex parte uehemẽtiæ & uelocitatis peccatum iræ diminuit̃. ergo. Probatur minor, tum primo, quia cæteris paribus, occiſor hominis ex ira ſtatim minus peccat, q̃ occiſor hominis ex ira poſt duos menſes. Excuſatur.n. a tanto primus propter uehemẽtiam & uelocitatem motus iræ exiſtentis pro tunc. Tum ſecundo, quia quicquid cauſatur naturaliter, & illud reprimere eſt laborioſum & uirtuoſum, diminuit peccatum ſi non reprimatur, ſed uehementia & uelocitas motus irę ſunt huiuſmodi. Tũ tertio, quia quęcunque naturaliter cauſata inducunt ignorãtiam & obſcurationem mentis diminuunt peccatum: ſed uehementia & uelocitas ſunt huiuſmodi, ut patet ex authoritate. Greg. in litera &c. E

¶ Ad primum dubium dr̃, ꝙ in litera non dicit, ꝙ quęlibet ira eſt minus peccatum qualibet inuidia: ſed dr̃ ꝙ comparando iram inuidiam, & odium ſm̃ ſua obiecta formalia quod eſt cõparare iſta uitia ſm̃ ſuas ſpecies abſolute ira eſt minus peccatũ, quàm inuidia & odium: quia obiectum formale irę habet rationem minus mali. Nam obiectum formale irę eſt malum proximi ſub ratione uindictę, Inuidię eſt malum proximi ut conferens proprię excellentię. Odii autem malum proximi, ut malum illius. Hęc autem tria obiecta conueniunt in male appetito. Et propterea arguere a tali, uel tali malo contra authorẽ nihil ualet: quia non tale aut tale malum, ſed malum clauditur in obiecto communi iſtorum uitiorum: ſed differunt in ratione formali qua malum appetitur. quia irato obiicitur malum, ut uindicta: inuido, ut conferens propriæ excellẽtiæ: odio autem, ut malum proximi. Et quia comparatio non penes id, in quo aliqua indiſtincta ſunt ſed penes differentes modos, ſeu rationes illius in quo conueniunt eſt, ideo penes malum ſub his rationibus comparatio eſt. Et hinc patet ꝙ apud perſpicaces non oportet adiungere, ꝙ comparatio ſit ſalua æqualitate mala appetitum: quoniam ut patet in ratione mali, indiſtincta ſunt iſta uitia. Verumtamen compatiendo imbecillitati Nouitiorum, admitti poteſt, quòd iſta comparatio, ſicut & cæterę cęteris paribus, intelligitur. Et propterea ad primum patet huiuſmodi ſolutio, quia mala non ſunt paria.

¶ Ad ſecundum poteſt etiam eodem modo dici. Nam ſicut adulterium eſt grauius ſecundum ſuam ſpeciẽ fornicatione, & tamen poteſt eſſe quòd aliqua fornicatio ex aliquã circunſtantia ſit grauior aliquo adulterio, puta, ſi adulteretur cum meretrice publica, fornicetur autem inducendo uehementiſſime &c. mulierem ſolu am infinito tempore caſtiſſimã, & optimę uitę &c. ita ira ſm̃ ſuam ſpeciem eſt minor culpa q̃ inuidia, cum quo ſtat ꝙ ex circunſtãtia aliqua ira ſit grauior. Hoc enim nihil obſtat pręſenti doctrinæ. Quod autem ſecundo loco effertur, non eſt intelligibile: quia implicat eſſe ęquale appetibile mortem innocentis, & mortem eius qui illam demeruit.

¶ Ad tertium dicitur primo, quòd ſuppoſitum non eſt uerum, ſcilicet, quod finis inuidię eſt uana gloria. Sunt enim indiſtincta uitia, inuidia, & uana gloria habentia diſtinctos fines proximos: ſed non curando pro nunc de hoc, cũ dicitur primo, ꝙ uindicta eſt magis fugibilis, abuſiua in primis locutio eſt. Nam uindicta eſt de genere bonorum: bonum autem non habet rationem fugibilis, ſed appetibilis[r]. Nam bonum eſt quod omnia appetunt, primo Eth. Reducendo deinde ad propriam locutionem, ſcilicet, Vindicta eſt minus appetibilis quàm gloria, reſpondetur quòd quia ſunt diuerſorum ordinum bona, dicendum eſt quòd uindicta eſt magis appetibilis in genere boni honeſti, gloria autem in genere boni utilis & delectabilis. Et quia honeſtum eſt ſimpliciter magis appetibile ſecundum ſe ideò eſt magis appetibilis ſecundum ſe: gloria autem eſt magis appetibilis quo ad nos.

¶ Ad primam aũt probationem in oppoſitum cõceditur, ꝙ uindicta eſt appetibilis propter gloriam ut finem quoad nos, nõ in ſe, quia honeſtum non ordinatur ad utile, aut delectabile ut finem. Et negatur quòd non econtra, hoc eſt, ꝙ gloria non eſt appetibilis propter uindictam, immò optimè gloria ordinatur ad uindictam perturbantium rempublicam, ut uerè finem.

¶ Ad ſecundam probationem negatur conſequentia, quia cum hoc quòd uindicta ſit malum pœnę alterius, ſtat quòd in ſe ſit melius quàm gloria, utpote bonum honeſtum, & gloria non.

¶ Ad tertiam probationem dicitur, ꝙ falſiſſimum eſt, ꝙ uindicta nunquàm eſt bona niſi propter circunſtantiam: quoniam ſecundum ſeipſam eſt de genere bonorum, ut nunc patebit.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ut ſuperius patet in queſt. 80. apud Tullium, Andronicum, & authorem, uindicatio pars iuſtitię eſt, ac per hoc ſecundum ſe bonum honeſtum. Conſonatq; hoc ſacro eloquio, in quo Deus uindictam ſibi reſeruat tanquàm actum bonum & excellentem. Et ſancti Martyres induntur uindictam petere à Deo, qui non niſi bonum petere poſſunt. Hinc.n. habetur, quòd ad ſignificandum honeſtum bonum non oportet ſupra uindictam apponere, ꝙ ſit iuſta, ſed ſat eſt dicere uindictam, quoniam ſecundum ſe ſignificat opus iuſtitiæ. Et ideò in litera non niſi quandoq; ut legentes a lucrtenter intelligãt, adiungit̃ ly iuſta. Cũ igit̃ dr̃, ꝙ ẽ aliquid appetitur ſub rõne uindictę, perinde eſt ac ſi diceretur, quòd appetitur ſub

ſub rōe vindictæ iuſtæ. Iniuſta namq; vindicta non eſt propriè vindicta: ſicut nec indecēs gratiarū actio eſt gratiarū actio. Eſt .n. ly iniuſta conditio diminuens vindictā, quæ opus ſignificat iuſtitiæ. Et ex his ad primā obiectione dr̄, ꝙ quantumcumq; quis ſciat punitionē quā vult facere, eſſe iniuſtam, quia tñ appetit illam vt vindictā, licet, vt debitā à ſe tali, qui eū paruipendit vel ſm̄ rē, vel ſm̄ apparentiā, ideo appetit malū ſub rōne iuſti. Scientia .n. iuſtitiæ ſtat cum ignorantia electionis: ſicut cū quis ſciens fornicationē eſſe peccatū, fornicatur, & errat appetendo malū ſub rōne boni præferendi pro tunc bono honeſto, immò Deo.

¶ Ad ſecundam dr̄, ꝙ vt patet ex rōne iræ aſſignata ab Ariſtotele, impoſſibile eſt iratū eſſe (vniuoce loquendo) niſi ꝓp̄ uerā & apparentem paruipenſionē. Et in caſu poſito manifeſtè eſt apparens paruipēſio iniuria, dū alicui negatur obſequium ad mala. Apparet .n. ꝙ minus ametur, ꝙ malus eſtimetur, ꝙ non tanti fiat, vt ꝓp̄ ſe ſit committendum malum &c. Vnde ridiculum eſt negare in huiuſmodi apparētem paruipenſionem.

Lib. 7. c. 6. to. n. 3.

¶ Ad tertium dubium dr̄, ꝙ intentio authoris eſt, ꝙ comparatio iræ concupiſcentiæ non quantū ad ſubſtrata, ſeu materialiter appetita, puta, concubitum, & malū pœnæ, ſed penes rationes formales bonorum, ad quas primo & formaliter reſpiciunt hæc uitia, ꝙ ira eſt minus mala. quia ira reſpicit formaliter bonum honeſtum, quia ſub rōe vindictæ appetit qcquid appetit, concupiſcentia reſpicit formaliter bonum delectabile, quia ſub ratione delectabilis appetit quicquid appetit.

I

¶ Ad primum ergo in oppoſitum conceditur, ꝙ delectatio in malo alterius eſt peior. ſed falſum eſt ꝙ iracundus ut reſpicit formalem rationem ſui obiecti delectetur in malo alterius: immò ut ſic, delectatur in bono iuſtitiæ apparentis ſibi tunc. Nec obſtat, ꝙ ſciat illam eſſe iniuſtam, ut patet ex dictis. Nec eſt uerum, ꝙ delectari in uindicta, ſit delectari in malo alterius: quoniam uindicta bonum ſonat, licet alterius habeat pœnale malum annexum.

¶ Ad ſm̄ dr̄, ꝙ in caſu illo, ſecundus proculdubio magis peccat, ſed non ex hoc ꝙ ira ex parte boni importati in uindictam ſit peior concupiſcentia ex parte boni delectabilis, ſed ex hoc ꝙ peccat utraque deformitate, ſcilicet adulterii, & iracundiæ: primus in ſola peccat concupiſcentia.

¶ Ad tertiū dr̄, ꝙ proculdubio homicida per iram magis peccat q̄ adulter, ſimpliciter loquendo: ſed ex hoc non habetur aliquid contra authorem, quia cum hoc ſtat, ꝙ ex parte boni, ſub cuius rōe homicida per iram appetit occidere minus peccat, q̄ adulter ex parte boni, ſub cuius rōe appetit adulterari: quia illud bonū eſt honeſtum, hoc delectabile. Et ſic delectatio irati talis eſt ſimpliciter peior, q̄ delectatio talis concupiſcentis, ſed non eſt peior ex parte formalis boni: nec eſt peior delectatio iracundi ſimpliciter & abſolutè, q̄ delectatio cōcupiſcentis ſimpliciter & abſolutè, ſed talis iracundi peior eſt q̄ talis concupiſcentis. Ac per hoc nihil contra authorem dr̄: quia non de tali aut tali iracundo, & concupiſcente, ſed de iracundo & concupiſcente in cōi abſolutè ſm̄ ſuam ſpeciem, ſeu genus, loquitur: ſicut comparauit iracundiam inuidiæ & odio ſimpliciter & abſolutè, & non tali, uel tali. Et in hoc firma pedes tuos, quia ſolido inniteris fundamento, & formalis doctrinæ ac eloquio. Et per hoc, ridiculo, ſunt omnes caſus, utpote extra propoſitum, quia ad tale, uel tale declinant caſus.

K

¶ Ad quartum dubium dicitur, ꝙ author intendit, quòd ira F quo ad inordinatū motū, eſt grauius peccatum non ſimpliciter tñ, ſed ſm̄ quid: & hoc ſignificat per illa verba: Habet quandā excellentiam, ita ꝙ ipſa vehementia & velocitate, motus augetur grauitas peccati iræ, ſm̄ quid tñ. Neutro ergo modo a Martino allato eſt præciſe exponendus author, ſed ut dictum eſt. Eſt ſiquidem ira ex vehementia & uelocitate grauior, & quo ad nocumenta, quæ facilius ex iræ impetu poſſūt ſequi, puta, contumelias, ꝑcuſſiones homicidia: & quantum ad nocumenta in propria perſona, quia aufert homini rationem, & quantum ad turpitudinem exteriorū geſtuum. Et præter hæc eſt ſecundum ſe maioris inordinationis ex hoc ipſo, ꝙ uehementia & uelocitas nata ſunt reddere actum appetitus magis exorbitantem. Et enim quæ extra fiūt, atteſtari uidentur exorbitantiæ interiori ipſius motus appetitus iraſcibilis, qui eſt actus corporis, & in corpore cum trāſmutatione corporali fit, ac per hoc ex uehementia & uelocitate magis exorbitans fieri natus eſt.

Li. 5. c. 31. parū an e medium.

In co. art.

In co. art.

¶ Ad obiectionem ergo in oppoſitum negatur minor, ſ. ꝙ ira ex uehementia & uelocitate diminuat̃. Et ad primā probationem dr̄, ꝙ peccat ſm̄ non cauſam ut cauſam. Nam ꝙ occiſor ex ira ſtatim, magis ab homine excuſetur, q̄ occiſor ex ira poſt tempus, non propterea eſt, quia modus iræ in primo ſit minus grauis aut deordinatus, ſed quia nō ex maturo conſilio & deliberatione primus occidit, ita ꝙ excuſatio & accuſatio horum conſiſtunt in negatione & affirmatione maturi & deliberati cōſilii, quę ſpectant ad modicum & magnum tempus: & non ex maiori uel minori deordinatione motus irę. Stat enim ꝙ uehementior ſit motus irę in occidente poſt duos menſes, quàm in occidente ſtatim: & tamen minus excuſatur, quia ex maturo conſilio occidente pręſumitur.

¶ Ad ſecundam probationē dr̄, ꝙ data maiore in his q̄ cauſant merè naturaliter, negat̃ minor, qa ex negligentia ſpūs cauſatur motus iræ tā uehemēs & uelox. Pōt nāq; & debet ſuperior aīæ pars reprimere hæc, & nō reprimendo auget nō minuit pctm̄.

¶ Ad tertiā ſimiliter dr̄ cōceſſa maiore de merè naturaliter cauſantibus ignorātiā & obſcuritatem, ꝙ falſa eſt minor in oppoſitū: qm̄ ignorātia & obſcuritas intra conſequuntur, non præcedunt appetitum inordinatum. Ex hoc autem iam didicimus in q. 156. art. 3. ad primum, non minus, ſed grauari peccatum.

¶ In eodem art. 4. dubia ad hoc duo occurrunt. Primum eſt, quomodo inuidia in litera ponatur iniuria reſpectu mali proximi, cum ſecundum ueritatem ſit reſpectu boni. Eſt enim triſtitia alieni boni, quaſi diminutiui propriæ excellentiæ.

¶ Secūdū eſt, Quō differūt membra diſtinctionis in litera poſitæ, ſ. Ira ex parte appetibilis, cum comparatur inuidiæ & triſtitiæ: & ex parte boni cum comparatur concupiſcentiæ. Eſt. n. idē dubii, quia utrobique appetibile ipſius iræ conſideratur ex parte ſui formalis, quod eſt bonum uindictæ, ut patet in litera.

¶ Ad primum dubium dr̄, ꝙ licèt inuidia ſit boni formaliter, eſt tñ mali uirtualiter. Nam dolor de bono alterius infert uoluntatem mali illius. Qui .n. dolet ꝙ alter ſit diues, uellet, ꝙ haberet malum oppoſitum, ſcilicet priuationem diuitiarum.

¶ Ad ſm̄ dubiū dr̄, ꝙ illa mēbra differunt abſolute & relatiue, abſolutè qdē, qa in prima cōparatione ſumit̃ iræ appetibile in integrū, ſ. cōpoſitū ex malo & bono vt includit malū pœnæ, & bonū uindictæ: in ſecūda aūt comparatione ſumit̃ uñ modo ꝓ bono relatiuè uero: qa, primo fit cōparatio, q̄ ſunt reſpectu mali proximi, dum ira refertur ad inuidiam & odium: in ſecundo aūt confertur ira concupiſcentiæ, inquantum eſt reſpectu boni.

rōne iuſtæ uindictæ. Ex quo patet ꝙ odiū eſt grauius q̄ inuidia, & inuidia q̄ ira: qa peius eſt appetere malū ſub rōe mali q̄ ſub rōe boni. Et peius eſt appetere malū ſub rōe boni exterioris, quod eſt honor, uel gloria, q̄ ſub rōne rectitudinis iuſtitię: ſed ex parte boni, ſub cuius rōe iratus appetit malū, cōuenit ira cū peccato cōcupiſcētiæ, qđ tendit in aliqđ bonū. Et quantū ad hoc ēt abſolutè loquendo, pctm̄ irę ur̄ eſſe minus q̄ concupiſcentiæ, quanto melius eſt bonū iuſtitiæ, quod appetit iratus q̄ bonum delectabile, uel utile, quod appetit cōcupiſcens. Vñ Philoſophus, dicit in 7.* Ethicor.* quòd incontinens concupiſcentiæ eſt turpior quàm incontinens iræ: ſed quātum ad ordinationem, quæ eſt ſecundum modum iraſcendi, ira habet quandam excellentiam ꝓp̄ vehementiā & velocitatem ſui motus, ſm̄ illud Proue. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erū pens furor: & impetū concitati ſpiritus ferre quis poterit? Vñ Grego. dicit 5. Moral.* Iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, ligua ſe ꝑpedit, facies igneſcit, exaſperāt oculi & nequaq̄ recognoſcūt noti. Ore quidē clamorem format, ſed ſenſus qđ loqtur, ignorat.

G

H

Ad primum ergo dcđm ꝙ Chryſ. loquitur de turpitudine quantū ad geſtus exteriores, q ꝓueniunt ex impetu irę.

Ad II dcđm, ꝙ rō illa ꝓcedit ſm̄ inordinatū motū iræ, q ꝓuenit ex ei' īpetu, vt dictū ē*.

Ad III dcđm, quòd homicidiū non minus prouenit ex odio, uel inuidia, q̄ ex ira. Ira tamē leuior eſt inquantū attēdit rōnem iuſtitiæ, ut dictum eſt*.

¶ Super

ARTICVLVS V.

Vtrũ Philoſophus cõgruenter determinet ſpẽs iracundiæ, dicẽs ꝙ iracundorũ quidam ſunt acuti, quidam amari, & quidam difficiles.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd incõuenienter determinent̃ ſpecies B iracundiæ à Philo. in 4. Ethi.* vbi dicit ꝙ iracundorũ quidã ſunt acuti, quidã amari, quidã difficiles, ſiuè graues: quia ſcḋm ipſum amari dicuntur, quorũ ira difficile ſoluitur, & multo tpe manet: ſed hoc vr̃ pertinere ad [b] circunſtantiã temporis ergo vr̃ ꝙ etiam ſecundũ alias circunſtantias poſſint accipi aliæ ſpecies iræ.

Per. per to. 770

1.2. q. 46. ar. 7. Et 4. Eth. le. 13.

*lib. 4. ca. 5. tom. 5.

C ¶ 2 Præt. Difficiles, ſiuè graues dicit eſſe, quorũ ira nõ cõmutatur ſine cruciatu, vel punitiõe: ſed hoc ẽt pertinet ad inſolubilitatem iræ. ergo videtur ꝙ [b] idem ſint difficiles & amari.

¶ 3 Præt. Dñs Matt. 5. ponit tres [b] gradus iræ cũ dicit, Qui iraſcit̃ fratri ſuo: & q dixerit fratri ſuo, Racha: & q dixerit fratri ſuo, Fatue: qui qdẽ gradus ad pdictas ſpẽs nõ referunt̃. ergo videtur quod prædicta diuiſio iræ non ſit conueniens.

SED CONTRA eſt, ꝙ Greg. Nyſſen. dicit,* ꝙ tres ſũt iraſcibilitatis ſpecies, ſ. ira, quæ vocat̃ fellea, & mania, q̃ vocatur inſania: & furor, q̃ tria vident̃ eſſe eadẽ tribus pmiſſis. Nã irã felleam dicit eſſe, quæ pricipiũ & motũ hẽt, ꝙ Philoſo.* attribuit acutis Maniam uero dicit eſſe irã quæ permanet, & in uetuſtatẽ deuenit, qnod Philoſ. attribuit amaris. †Furorem autem dicit eſſe iram, q̃ obſeruat tempus in ſupliciumquod Philo. attribuit difficilibus. Et eandẽ etiã diuiſionẽ ponit Damaſc. in 2. li. ergo pdicta diſtinctio Philoſophi nõ eſt incõueniẽs.

Li. 4. cap. virib⁹ animę. ca. 15.

Li. 4. Eth. ca. 5. to. 5.

Li. 4. Eth. ca. 5. to. 5.

Lib. 2. Ortho. fid. c. 16.

RESP. Dcẽdũ ꝙ [a] pdicta diſtinctio pt referri uel ad paſſionẽ iræ, uel ẽt ad ipsũ pctm̃ iræ. B [a] Quo ãt referat̃ ad paſſionem iræ, ſupra habitũ ẽ* cũ de paſſione iræ ageret̃, & ſic pcipuè vr̃ poni à Greg. Nyſſen. & Dama. †Nunc ãt oportet accipere diſtinctionem harũ ſpecierũ ſcḋm ꝙ pertinent ad peccatum iræ, prout ponitur a Philo. Poteſt ãt inordinatio iræ ex duobus attendi. Primò quidẽ, ex ipſa iræ origine: & hoc pertinet ad acutos qui nimis cito iraſcunt̃ C & ex qualibet leui cã. Alio modo, ex ipſa iræ duratione, eo. ſ. quod ira nimis perſeuerat: qđ quidẽ pt eſſe dupliciter. Vno mõ, quia cã iræ, ſ. iniuria illata, nimis manet in memoria hoĩs. Vñ ex hoc hõ diuturnã triſtitiã cõcipit, & iõ ſunt ſibipſis graues & amari. Alio mõ, contingit ex parte ipſius uidictæ, quã aliqs obſtinato appetitu q̃rit, & hoc pertinet ad difficiles ſi D ue graues. qui non dimittunt iram quouſque puniant.

Concl.

1.2. q. 46. art. 8.

Hoc is citatis in arg. sed cont.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd in ſpeciebus prædictis non principaliter conſideratur tempus, ſed facilitas hominis ad iram, uel firmitas in ira.

AD II dicendum, quòd vtrique, ſcilicet amari & difficiles, habent iram diuturnam, ſed propter aliam cauſam. Nã amari habent iram perma E nentem propter permanentiã iuſtitiæ, quam inter viſcera tenent clauſam. Et quia non prorumpũt ad exteriora iracũdiæ

SVPER QVÆ. CLVIII. ARTIC. V.

IN art. 5. eiuſdem 157. quæſt. dubium occurrit, quo pacto diſtinctio in litera poſita ex Ariſto. ſit diſtinctio ſpecifica peccatorum iræ. Et eſt rõ dubii, quia peccata diſtinguuntur ſpecie p obiecta formaliter diſtincta. Hæ ãt iræ non ex parte obiecti diſtinguunt̃, ſed ut in litera dr̃, prima ſpecies attenditur ex parte originis, ſecũda ex parte durationis cauſæ, tertia ex parte durationis ipſius vindictæ. Similiter nec facilitas, nec firmitas hoĩs ad iram ſe tenet ex parte obiecti, ſed ſubiecti.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ diſtinctio iſta eſt diſtinctio ſpecifica peccatorum iræ, & ex pte obiecti hẽt differentias formales, quæ etſi non ſint explicatæ poſſũt facilè explicari. Omnis. n. circumſtantia, ſeu conditio obiecti p ſeipſam ſufficiens ad mouendum appetitum ad inordinatũ motum iræ, cõſtituit vnã ſpẽ, ut ſuperius cum de ſpeciebus gulæ ageret̃, patet. Dico ãt p ſeipſam, hoc eſt, non ut pars ſubiectiua, uel integralis alterius, quia tunc nõ ipſa, ſed illud cuius eſt pars, eſſet conſtitutiuum ſpeciei, ſed ad inordinatũ motum iræ per ſe ſufficiẽter mouet in primis vindicta indiſcuſſe apprehẽſa: deinde ut ablatiua cã ingentis triſtitiæ de paruipenſione. Et demum uindicta, ut expletiua appetitus aliter inſatiabilis. Et primum conſtituit acutos, ſcḋm amaros, tertium difficiles. ergo declaro ſingula inſufficienter. Imprimis ad inordinatum iræ motum mouet indiſcuſſio ipſa propoſiti vindictæ: qm̃ ipſa indiſcuſſio propoſiti nata eſt inordinationẽ cãre. Et propterea acuti inexpectata diſcuſſione mouent̃ appetendo inordinatè vindictam. Quãtum quoq; in nobis uim habeat concepta triſtitia de paruipenſione, experimur, ac per hoc vindicta, ut amotiua talis triſtitiæ, ſpeciale motiuum eſt ad inordinatum iræ motum. Sic ãt mouẽtur amari, qui cruciantur ex triſtitia concepta donec illa duret, qm̃ illa per temporis diuturnitatem, attrita iam uindicta, non habet amplius talem appetibilis rõem. ſ. ut amotiua triſtitiæ: qm̃ triſtitia non eſt amplius. Sed & difficiles, quia inſatiabiliter appetitum habent fixum in ſola vindictæ executione, non aliunde mouent̃. Nam ex hoc ipſo mouentur ad inordinatum iræ motum. q, ſi la expletione vindictę ſatiabiler ſe exhibent, & propter hoc incurabilis omnino horum furor eſt. Et quia huiuſmodi diſtinctio ex obiectis annexã habet diſtinctionem penes facilita- A tem, & firmitatem hoĩs ad iram: ſicut diſtinctio ſpecifica inter habitum & diſpoſitionem ex obiectis, annexam quoque habet diſtinctionem penes facilem & difficilem mobilitatem in ſubiecto, ideo neutra alteri præiudicat.

¶ In rñſione ad tertium eiuſdem ar. 5. dubium occurrit ex Martino in 1. q. de iracũdia, ubi recitata hac rñſione ſubdit, Hæc dicta pulchra ſunt, ſed tñ nõnihil difficultatis habent. Primo, qa in iſtis tribus iræ gradib⁹ eſt idem perſe & adæquatè actus iterior, uel nõ. Si ſic, ſequit̃ ꝙ ſicut tertius facit reum gehẽnæ ignis, ita ſcḋus & primus. Et patet ſeqla: quia ſm̃ ſolum actum iteriorẽ attẽdit̃ meritum, uel demeritũ & illius quantitas. Si nõ, ergo nõ bñ diſtiguit̃ a Thoma: ſed debuit primo diſtinguere per actus interiores. Secundò, qa uel primus grad⁹ hẽt exterius nocumẽtũ p obiecto, uel nõ. Si ſic, ergo facit dignũ gehenna. Si nõ, ergo diſtiguit̃ ſpecie a tertio, q habet nocumẽtũ exterius p obiecto. Tertio, quia q dicit, Reus erit iudicio aut itelligit̃ de iudicio humano, uel diuino. Si đ humano, aut hoc in foro exteriori, aut iteriori. Nõ exteriori, quia ĩ primo nihil exterius apparet nec ſignũ, nec nocumentũ. Nõ interiori, quia in tali foro ñ debemus nos defendere, ſed potius accuſare. Nõ diuino, quia ibi nullus eſt defenſionis locus, cũ ibi nihil accuſetur, niſi culpabile.

¶ Ad primum horũ dr̃, ꝙ nõ eſt omnino idẽ perſe & adæquate actus iterior in iſtis tribus gradibus: quia in primis eſt actus interior ſm̃ ſe: in ſecundo actus interior & ſm̃ ſe, & ut rõ exterioris idignationis, ĩ tertio uero ut rõ exterior iniuriæ. Et cum contra arguit̃; ergo ñ bñ diſtinguit̃ a Thoma, negat̃ ſeqla. Et ad probationem, ꝙ debuit per actus interiores diſtinguere, reſpondetur ꝙ dum author diſtinxit gradus penes progreſſum humani actus, ſcilicet in corde &c. ſatis docuit diuerſitatem interiorum actuum nunc declaratam.

¶ Ad ſm̃ dr̃, quòd primus gradus habet exterius nocumentum pro obiectio: quoniam, ut author dixit, dominus loquitur de ira homicidii, ſeu grauis læſionis. Et cum contra arguitur: ergo primus gradus facit reum gehennæ ignis, negetur ſequela: quoniam non ex hoc, quòd exterius nocumentum eſt obiectum, ponitur gradus tertius, reus gehennæ, ſed ex hoc, quòd exercet exterius nocumentum, dicendo. Fatue: quod nõ fit

In primo gradu, ubi nocumentum non exercetur.

¶Ad tertiū quod eſt non tā contra authoritē, q̄ contra Aug. dr̄ ꝙ propriè formaliter loquendo non ē ibi ſermo de iudicio diuino, aut humano ſe ternitate, ſed de iudicio abſolutè, ita ꝙ ex illis tribus gradib. in proceſſu pœnæ, intendit oſtēdere progreſſum culpę ī peccato iræ. Et ꝓpterea Aug. qa poſt iudiciū remanet defenſioni locus, minimū ibi pœnæ gradū poſuit, & ſic de aliis. Ex quibus patet, ꝙ iſte hō debebat reuerenter authoritatē Auguſtini ſi ſibi non placebat, ſaltē ſilentio pertranſire, factūque eſt, ut dum ponit os in cœlū, ēt gloſſam dicentē: ꝙ hæ pœnæ ad diuerſas māſiones dānatis æternę ſpectāt, abſq; æternitate ſuſcipiat. *Concl.*

SVP. QV. CLVIII. ARTIC. VI.

IN artic. 6. eiuſdem quæſt. 158. dubium ex Martino in q. 3. de ira occurrit dicente, Non placet mihi ꝙ ait B. T. ꝙ ira ex parte ſui obiecti, ſ. vindictæ &c. hēt ꝙ multa uitia ex ea naſcuntur: qa ex ſex filiab⁹ quas enumerat, nulla naſcit̄ ex appetitu vindictæ, ſed ex impetu & vehemētia iræ. *Ar. 3. ad 2.* ¶Ad hoc breuiter dicit̄, ꝙ author in litera duas radices ī ira ponit, vn̄ ex ea oriū tur vitia, alteram ex parte obiecti: alterā ex parte modi, ſeu īpetus Et ꝑpea Martinus errauit tripliciter. *Hi. de ser. do. in mō te ca. 19. a med. to. 4.* Primo, qa filiæ iræ oriuntur ex appetitu vindictæ, ut ī ſequenti patet articulo. Secundò, quia author non dicit, quòd ex appetitu uindictæ omnia vitia ſequantur, ſed indeterminatè loquitur. *Per. per to. 771* Tertio, quia non tacuit author, quod multa oriuntur uitia ex ira ex parte impetus &c. *Supr. q. 34 artic. 5. Et ma. q. 8. ar. 1. co. & ad 21. & 22. & q. 12 ar. 5.*

¶In eodem artic. in reſponſione ad primum, dubiū ex Martino ibidem occurrit contra hanc ſolutionem dicente. Hæc ſolutio nō mihi pla-

ſigna, nō pñt ꝑſuaderi ab aliis, nec ex ſeipſis recedunt ab ira niſi prout diuturnitate tēporis aboletur triſtitia, & ſic deficit ira. Sed in difficilibus ē ira diuturna pp vehemens deſiderium uindictę, & ideo tempore non digeritur, ſed per ſolam punitionem quieſcit.

Ad III dcd̄m, ꝙ gradus irę, quos Dominus ponit, non ꝑtinent ad diuerſas irę ſpēs, ſed accipiunt̄ ſm̄ proceſſum humani actus, in quibus primo aliqd in corde concipit̄: & quātum ad hoc dicit, Qui iraſcit̄ fratri ſuo. Secundum āt eſt, cum per aliqua ſigna exteriora manifeſtatur exterius ēt anteq̄ prorūpat in effectum: & quantū ad hoc dicit, Qui dixerit fratri ſuo, Racha, q̄ eſt interiectio iraſcentis. Tertius gradus eſt, qñ pctm̄ interius conceptum ad effectum producitur. Eſt āt effectus iræ, nocumentū alterius ſub rōe uindictæ. Minimum āt nocumentorū eſt, qd̄ fit ſolo uerbo: & ideo quantū ad hoc dicit, Qui dixerit fratri ſuo, Fatue. & ſic patet, ꝙ ſm̄ addit ſupra primum, & tertium ſupra utrumque. Vnde ſi primum eſt pctm̄ mortale in caſu, in quo Dominus loquitur, ſicut dictū eſt, *multò magis alia: & ideo ſingulis eorū ponuntur correſpondentia aliqua pertinentia ad condemnationem, ſed ī primo ponitur iudicium, qd̄ minus eſt: quia ut Aug. † dicit, in iudicio, adhuc defenſionis loc⁹ datur. In ſecundo uerò ponit conſilium, in quo iudices inter ſe conferunt quo ſupplicio dānari oporteat. In tertio ponit gehennam ignis, quæ eſt certa damnatio.

Articvlvs VI.

Vtrum ira debeat poni inter uitia capitalia.

AD SEXTVM ſic procedit̄. Videtur, ꝙ ira nō debeat poni inter uitia capitalia. Ira .n. ex ᵇ triſtitia naſcitur: ſed triſtitia eſt uitium capitale, quod dicitur accidia. ergo ira non debet poni uitium capitale.

¶2 Præt. Odiū eſt ᵇgrauius peccatū q̄ ira. ergo magis debet poni uitium capitale, quàm ira.

F ¶3 Præt. Sup illud Pro. 29. Vir iracūdus prouocat rixas dicit gloſ.⁺ ᵇIanua eſt oīum uitiorū iracundia, qua clauſa, uirtutibus intrinſecus dabitur quies: aperta āt ad omne facinus armabit̄ animus: nullū āt uitium capitale eſt principiū omnium peccatorum, ſed quorundā determinate. ergo ira non debet poni inter uitia capitalia.

C Sed contra ē, ꝙ Gre. 31. mo.*ponit iram inter uitia capitalia.

Resp. Dcd̄m, ꝙ ſicut ex ꝑmiſſis patet,* uitiū capitale dicit̄ ex quo multa uitia oriunt̄. Hēt āt hoc ira, ꝙ ex ea multa uitia oriri poſſunt duplici rōne. Primò, ex parte ſui obiecti, quod multū hēt de rōe appetibilitatis, inquantū. ſ. uindicta appetitur ſub rōe iuſti, uel honeſti: qa ſua dignitate allicit, H ut ſupra *habitū eſt. Alio mō, ex ſuo impetu, quo mentē præcipitat ad inordinata quæcumque agenda: unde manifeſtū eſt, ꝙ ᵐ ira eſt uitium capitale.ⁿ

Ad primvm ergo dcd̄m, ꝙ illa triſtitia ex qua orit̄ ira, ut plurimum non eſt accidiæ uitium. ſed paſſio triſtitiæ, quæ conſequitur ex iniuria illata.

Ad II dcd̄m, ꝙ ſicut ex ſupradictis patet, *ad rōem uitii I capitalis ꝑtinet, quod habeat finē multū appetibilē, ut ſic pp appetitū eius multa peccata cōmittantur. Ira āt, quæ appetit malū ſub rōe boni, hēt finem magis appetibilem q̄ odium, qd̄ appetit malum ſub rōe mali: & ideo magis eſt uitium capitale ira, quàm odium.

Ad III dcd̄m, ꝙ ira dr̄ ianua uitiorū per accidēs, ſ. remouendo prohibens, ideſt, impediendo iudicium rōis, per quod K homo retrahitur à malis. Directe autem & per ſe eſt, aliquorum cauſa ſpecialium peccatorum, quę dicuntur filiæ eius.

Articvlvs VII.

Vtrum conuenienter aſſignētur ſex filiæ iræ, ſcilicet rixa, tumor mentis, cōtumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia.

AD SEPTIMVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ inconuenien-

cet quia triſtitia, de iniuria illata ſm̄ Ariſto. in 2. rhetoricę, ē ipſa ira. Et iō licet ex illa triſtitia oriat̄ appetitus vindictæ, non tñ ex ea oritur ira. *Gloſ. ordinaria ibi.*

¶Ad hoc breuiter dr̄, ꝙ ſalſum primo eſt, ꝙ apud Ari. triſtitia ſit ira, cum triſtitia ſit in cōcupiſcibili, & ira in iraſcibili. Implicat deinde contradictoria directe, ꝙ inde orit̄ appetitus vindictæ, & nō ira, cū ira, ut patet ex ſua definitione data ab Ariſtotele, ſit appetitus uindictę. *Li. 31. ca. 31.*

¶In reſpōſione ad ſm̄ eiuſdem articuli, dubiū ex Martino ibidē occurrit dicente, Hęc ſolutio n̄ placet mihi, tū primo, qa ſolū habet locū ubi eſt originatio ī gñe cauſæ finalis, qd̄ n̄ cōtingit de his q̄ ponit Thomas ex ira gñari: tū ſcdo, qa odītor tantū appetit finem ſuum, quātū iratus, licet nō habeat ex ſe ꝙ ſit tātū appetibilis. *1. 2. q. 84. ar. 3. & 4. D. 10a. Ar. 4.*

¶Ad hoc dr̄, ꝙ qa originatio, vn̄ ꝑcipuè vitia dñr capitalia, eſt in gñe cauſæ finalis: iō ex illa rōm reddere quare nō odiū, ſed ira ponit̄ uitium capitale, n̄ eſt ad particularia confugere, ſed ad ꝑcipuā radicem, & rōem attēdere. Falsū eſt āt, ut ſub ſequenti patet articulo. ꝙ ea q̄ author ponit ex ira oriri non oriant̄ ex ipſo genere cauſæ finalis. *Concl.* *1. 2. q. 84. ar. 3. & 4.*

¶Ad ſm̄ dr̄, ꝙ nō eſt ad propoſitū, qa non ad proportionalem ſimilitudinem, ſed abſolutè inſpiciendum eſt quid eſt magis appetibile, ut ſtatuatur uitiū capitale, alioquin nullum erit capitale uitium: quia quodlibet tantum ꝑportionaliter appetit ſuū finem quantum aliud appetit ſuum. Capitale.n. uitiū eſt, cuius obiectū eſt abſolute adeo appetibile, ut ex eo multa oriantur uitia &c.

SVP. QV. CLVIII. ARTIC. VII.

Nic. de Nyſſ. tr. 3 p. 3. part. 2. q. 5.

IN artic. 7. eiuſdem quæſtio. 158. dubia multa ex Martino ubi ſupra occurrunt. Primum circa *Per. per to. 772* *Sup. q. 37. ar. 2. ad 1. & q. 41. ar. 2. Et Mal. q. 12. ar. 5. co.*

in di-

indignationem, ꝙ non bene exponitur in litera, ſcilicet quòd A ſit reputatio indigni, ꝙ ſibi tale quid fecerit. Primo, quia ita eſt defectus in multis. Nam aliquando iratus nihil de hoc conſid erat, aliquando ſcit ſe hoc demeruiſſe, ꝙ ab eo læderetur, nihilominus iraſcitur. Secundo, quia ſic accepta indignatio non eſt filia iræ. Probatur quia non omnis talis æſtimatio eſt uitioſa. Conſtat autem omnem actum, uel habitum à Grego. aſſignatum pro filia iræ, eſſe uitioſum.

¶ Ad euidentiam huius rei aduertendum eſt, ꝙ quia nouella eſt iſta phantaſia Martini, qua humilitatem poſuit magnanimitatem eſſe reſpectu exteriorum bonorum: iõ doctores, qui de humilitate ſcripſerunt circa hanc, quæ inopinate ſuperuenit, nouitatem, non ſoliciti de hoc directe non ſcripſerunt. Et ꝑpterea oportet nunc ex doctrina ſanctorũ colligere, quid eſt humilitatis virtus: & confutare, ac exterminare a finibus Eccleſię, & philoſophiæ moralis nouitatem hanc. Et qm̃ ex propria operatione, & propria materia, ſeu obiecto, virtus maxime cognoſcitur, & diſcernitur ab aliis: ideò hic inchoando dicimus, ꝙ actus, & materia humilitatis diſtinguunt manifeſte humilitatem à magnanimitate. Nam actus humilitatis reſpectu perſonarum, eſt ſubiici oĩbus, iuxta illud Apoſtoli ad Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibiinuicem arbitrantes. Reſpectu vero officiorum adminiſtrationum, & bonorum, indignum & inutilẽ ſe habere, iuxta ſeptimum gradũ humilitatis a Beato. Benedicto poſitũ: neuter aũt actus cõuenit magnanimo. Nam magnanimus quicquid eſt minorationis vitat, vt patet in 4. Ethic. & dignificat ſe multis magnis, quibus eſt dignus, vt patet ibidẽ. Materia quoq; magnanimitatis in ſolis magnis eſt, in tñ ꝙ circa mediocria ponitur alia uirtus, vt patet in 5. Eth. Humilitatis uerò materia, oĩa bona ſunt, ſiue ſm̃ ſe ſint magna, ſiue parua: qm̃ eſt circa eadẽ, circa quæ eſt ſuperbia: conſtat aũt ſuperbiã eſſe ẽt in excellentia minimorũ, vt patet in mechanicis, & mediocribus officiis, in quibus peſſima ſuperbia inueniťur: ſunt. n. ẽt coqui ſuperbi. Falſiſſimum ergo eſt, humilitatẽ eſſe magnanimitatẽ: ſed quia obſcurior apparet diſtinctio formalis refrænationis quæ fit ab humilitate, & refrænationis quæ fit a magnanimitate, & harum diſtinctio eſt cauſa quæſtionis, ſciendum eſt, quòd cum in rationali creatura ſint quaſi duæ partes, ſcilicet id quod eſt Dei, & id quod eſt ſui: & ad id quod eſt Dei ſpectet quicquid boni eſt, & ad id quod eſt noſtrum ſpectet quicquid mali eſt, iuxta illud Oſeæ 13. perditio tua, Iſrael, ex te: ſalus autem ex me, dupliciter poteſt humana cognitio, & humanus affectus perfici, ſcilicet ſumendo regulas operum ſuorum ex eo quod eſt Dei, vel ſumendo regulas ex eo quod eſt ſui. Et ſi quidem homo conſideret donum Dei in ſe, & ſecundum illud regulet æſtimationem ſuam, puta, quia eſt doctus, æſtimat ſe dignum doctoratu, & propterea deſideret, & procuret ipſum, recte ſe habet homo ſecundum uirtutes morales, quæ ordinanť ad uitam politicam, puta, ſecundum magnanimitatem, magnificentiam, & reliquas uirtutes, quarum regulæ conferunt bonũ bono, hoceſt, donum quo quis eſt præditus, ad bonũ conſequẽdum, uel exercendum. Si uerò homo conſideret ſe ſm̃ id quod ſui tantum eſt, referendo ſic ſe ad Deum, & id quod Dei eſt, & ſecundum hoc reguleť æſtimationem, affectumque ſuum, puta, quia ſic nihil eſt, niſi defectus, culpa, oſtenſaque Dei: & ſic ſe æſtimat, & iudicat ſe omni, quod Dei eſt, ſubiici, & ſimiliter ad oĩa quæ Dei ſunt, indignum ac inutilem: & affectum ſuum format ut ſubditus ad dominum, vt indignus & inutilis ad occurrentia, rectiſſimè ſic homo ſe habet ſecundum uirtutem, quam dominus Ieſus mundo intulit dicens Diſcite a me, quia humilis ſum corde. In huiuſmodi ſiquidem cognitione nõ ſpeculatiuè, ſed practicè, tamquàm regula, & in huiuſmodi appetitu conſiſtit humilitas, vt clarius & latius patebit in quæſtionis ſequentis art. 1. & 2. unde patet quantum diſtet frænatio ſpei ne immoderatè feratur in magna, inquantum a magnanimitate, & inquantũ ab humilitate fit. Nam licet in hoc conueniãt ꝙ utraque eſt ſecundum rationem rectam, diſtinguuntur tamen in hoc, ꝙ magnanimitas tenet ſpem ne feratur ſupra condigna, & hoc quantum ad rationem ardui: & ne feratur ſupra poſſibile per proprias uires, eſt enim ſpes de arduo poſſibili. Humilitas verò tenet ſpem ne feratur in aliquid vt condignum, & ne feratur in aliquid, ut poſſibile per proprias uires, ſed tñ per potentiam eius, quod Dei eſt: ita quòd ſi unus & idem hõ magnanimus, atque humilis tendat in aliquod arduum, puta, in magnum charitatis, iuſtitiæ, aut fortitudinis actum, inquãtum magnanimus commenſurato opere uiribus propriis, ſperabit illud perficere: & ſic confidens accinget ſe ad opus. Inquantum

Nota.

ſupra,* q̃ circa motus appetitiuos, qui ſe hñt per modum impulſionis, oportet eſſe virtutẽ moralem moderãtem, & refrenantem. Circa illos ãt q̃ ſe hñt per modum retractionis, & reſilitionis ex parte appetitus, oportet eſſe virtutem moralem firmantem, & impellentem: & iõ circa appetitum boni ardui neceſſaria ẽ duplex virtus. Vna quidem, q̃ temperet & refrenet aĩm, ne immoderatè tendat in excelſa: & hoc ptinet ad virtutẽ humilitatis. Alia uerò, q̃ firmet aĩm cõtra deſperationẽ, & impellat ipſũ ad pſecutionem magnorũ ſm rõem rectã: & hec eſt magnanimitas. Et ſic patet, q̃ humilitas eſt quedã virtus. H

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ſicut Iſid.* dicit in lib. etym. humilis dr̃ quaſi humi accliuis, i. imis inhærens: qđ quidẽ contingit dupľr. Vno mõ, ex principio extrinſeco, puta, cũ aliquis ab alio deiicit: & ſic humilitas eſt pœna. Alio mõ, a principio intrinſeco: & hoc pt fieri qñq; quidem bene, puta, cũ aliquis conſiderans ſuum defectum tenet ſe in infimis ſm ſuũ modum: ſicut Abraham dixit ad Dñm Gen. 18. Loquar ad dñm meũ cum ſim puluis, & cinis: & hoc mõ humilitas ponit̃ virtus. Qñq; ãt pt fieri male, puta, cum hõ honorem ſuum nõ intelligens, cõparans ſe iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis fit illis. I

AD II dcẽm, q̃ ſicut dictũ eſt*, humilitas ſm q̃ eſt virtus, in ſui rõe importat quandam laudabilem deiectionẽ in ima. Hoc ãt qñq; fit ſolum ſm ſigna exteriora ſm fictionem: vñ hec eſt falſa humilitas, de qua Auguſ. dicit in quadam epiſt. q̃ eſt magna ſuperbia, quia. ſ. vr̃ tendere ad excellentiam gloriæ. Qñq; ãt fit ſm interiorem motum aĩæ: & ſm hoc humilitas propriè ponitur virtus, quia virtus non conſiſtit in exterioribus, ſed principaliter in interiori electione mentis, vt patet per Philoſ. in lib. Eth.* G

AD III dcẽm, q̃ humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna preter rõem rectam. Magnanimitas ãt aĩm ad magna impellit ſm rõem rectam: vnde patet, q̃ magnanimitas non opponitur humilitati, ſed conueniunt in hoc, q̃ vtraque eſt ſm rationem rectam.

AD IIII dcẽm, q̃ perfectũ dr̃ aliquid dupľr. Vno mõ ſimpľr, in quo. ſ. nullus defect' inuenitur nec ſm ſuam naturam, nec per reſpẽ ad aliqd aliud: & ſic ſolus Deus eſt perfectus, cui ſm naturam diuinam non competit humilitas, ſed ſolum ſm naturam aſſumptam. Alio mõ, pt dici aliquid perfectũ ſecundum quid, puta, ſm ſuam naturam, aut ſtatum, aut tps. Et hoc mõ homo virtuoſus eſt perfectus, cuius tñ perfectio in

quantum humilis illud met condignũ ſperat vt indignus, & ſuper id quod Dei eſt poſſibile. Quocirca humilitas ſupponit id quod magnanimi, & medioctis eſt innominati: qm̃ nõ tendit niſi ad ea, quibus ſm Dei in ipſo dona, dignus quis eſt, & ſuperaddit ſubiectionem hãc ſpei, ut ſ. ſperet illud ut ſuperes cedés, & per id quod Dei eſt acquiſibile, & conſeruabile. Magnũ namque frænum appetitui noſtro imponit, cũ ad obiectũ tendit, ut noſtram ſuperans dignitatẽ, & per alienum, gratuitumque auxilium habẽdum, aut conſeruandũ. Vñ & de ſanctis angelis hac rõne canimus, Tremunt poteſtates. Relato namque Dei dono quod habẽt, & de cuius æterna conſeruatione ſunt certi, ad id quod ex parte angelorũ ſe tenet, pro quãto ſunt ex nihilo &c. tremor inſurgere dr̃: quia ex hac parte nulla condignitas, ſed poſſibilit de ſectus patet, totumq; alieno, ac gratuito auxilio tribuit̃. Ex hoc aũt q̃ humilitas ſupponit id qđ magnanimitas eſt, apparet, q̃ ſit magnanimitas. Et quia corrumpitur non ſolũ per ſua contraria ſui præſuppoſiti, ſicut uiſus corrumpitur non ſolum per excellẽtiã uiſibilis & tenebræ, ſed etiã per contraria tactus, qui præſupponit̃ a uiſu iõ creatur, q̃ cõicet in contrariis cũ magnanimitate, cum tñ ſm ueritatẽ habeat ſua propria cõtraria, ut in ſeq. q. patebit. Hec aũt eẽ ſm doctrinã authoris patet ex litera, ſi pſpicaciter intueatur. Plures namque habes, q̃ humilitas præcipuè importat ſubiectionẽ hoĩs ad Deum: ſub qua cõprehenditur q̃ hõ id quod ſuum eſt, ei quod Dei eſt ſubiiciat tam in perſonis, quàm in quibuſcumque bonis &c.

Conclu.

Li. 10. c. 8. etius initium eſt humilis in princ.

¶ Ex his igitur ad obiecta ridetur. Et ad primum dr̃ diſtinguẽdo, q̃ refrænare ſpem ne immoderatè feratur in excelſa, contingit dupliciter. ſ. ut excedentia dignitatem: & ſic conceditur q̃ ſpectat ad magnanimitatem, ſecundario tamen: uel ut ad condigna animo ſecundum id quod ſu., & ſic ſpectat ad humilitatem. Et ſi inſtetur, ergo habetur intentum, quòd penes hunc actum, utpote communem utriuſqe ſecundum diuerſas rationes, non erat ponenda diſtinctio inter humilitatem, & magnanimitatem, ut in litera fit: Reſpondetur, quòd diſtinctio facta in litera intelligenda eſt penes actus principales, quia ſcilicet principalis actus humilitatis eſt frænare ſpem ne immoderatè feratur in excelſa: principalis autem actus magnanimitatis eſt firmare contra deſperationem, & impellere animum ad excelſa. Et hinc patet diuerſitas earum, quia penes actus principales diuerſitas virtutum attenditur, cum quibus tamen ſtat, quòd magnanimitas ſecundario actu refrænet etiam ſpem, alia tamen ratione quàm humilitas.

¶ Ad ſecundum dicitur per eandem diſtinctionem: uel aliter, F quòd uirtus quæ principali ſuo actu facit ne immoderate feramur in magna, non eſt magnanimitatis, ſed humilitatis. Nec eſt media inter puſillanimitatem, & caymonem: ſed uirtus quæ ſecundario actu huiuſmodi refrænat ſpem, talis eſt media inter dicta uitia, & eſt magnanimitas.

¶ Ad tertium dr̃, q̃ indignificare ſe quibus non eſt dignus, contingit dupliciter, ſ. per comparationẽ ad uirtutẽ, ſeu bonũ quod eſt in hoĩe, & ſic in arduis ſpectat, ſecundario tñ ad magnanimitatem. Alio mõ, referendo id quod eſt Dei ad id, quo eſt hoĩs, & ſic ſpectat ad humilitatẽ. Et ppea non oportet aliter reſpõdere ad pbationes, ex quo cõceditur añs in primo ſenſu.

In ſol. ad 1 arg. ar. pri.

¶ Ad quartũ ex oppoſitis negat̃, q̃ humilitas opponatur directè præſumptioni, q̃ opponitur magnanimitati, qm̃ diuerſarũ rõum ſunt, ut infra patebit clarius.

Li. 2. c. 5. a med. to 5.

¶ Ad alias deinde rões ſupponentes, q̃ humilitas conſiſtit in deſpicientia exteriorum bonorum. dr̃ q̃ falſum ſupponit: qm̃ actus humilitatis principalis, ſm quem iudicantur virtutes, eſt ſubiectio ſui ad id quod Dei eſt. Vt. n. ipſum nomen oſtendit humilitas non ſignificat excellentiam, qua homo ſuper aliqua feratur, vt ſuperior deſpiciens ea, ſed importat deiectionem quandam: ſimiliter nec appetitus eorum, quæ vere magna ſunt, eſt principalis humilitatis actus, ſed magis ſubiectio quędam appetitus, vt ipſum nomen monſtrat. Et ratio eſt quia humilitas magis reprimit ſpem, quàm utatur illa, cuius oppoſitum eſt in magnanimitate, quæ magis ſpe vtitur, quàm reprimat, ut ipſius nomen monſtrat ſignificans animum ad magna. K

¶ Ad demum illata ad probãdum, q̃ æquanimitas eſt proprius humilitatis actus, dicitur q̃ falſum hoc eſt: & quòd Tullius de magnanimitate loquitur, ac forti liberoque animo, non de humilitate quam theologi tractãt, quam nemo principum huius ſeculi nouit: & ſi procul odorem ipſius ſenſerint, aliquid illius mandantes.

¶ Ad ſecundam probationem negatur, quòd æquanimitas in proſperis ſit actus deliberatus &c. Nam æquanimitas non eſt nomen actus, ſed diſpoſitionis, ſeu ſtatus animi. importat enim æqualitatem animi, quæ eſt effectus non actus, uirtutis. Et quidem q̃ in proſperis non recedat aliquis a recto ſtatu animi, ex multis fit virtutibus. Quòd enim non recedat per animi tumorem, fit per humilitatem: q̃ non recedat per appetitum inordinatum vindictæ, fit per manſuetudinem: q̃ non recedat per libidinem vſurpandi aliena, fit per iuſtitiam: quòd non per cõcupiſcentiam, fit per temperantiam. Et breuiter clare patet, quòd æquanimitas non eſt actus, ſed ſtatus. Et ſi alicui virtuti ſpecialiter tribuendus eſſet effectus ille, charitati tribuendus eſt:

comparatione ad Deum deficiẽs inuenitur, ſm illud Iſa. 40. Oẽs gentes quaſi non ſint, ſic ſunt corã eo: & ſic cuilibet homini põt cõuenire humilitas.

Ad v. dicendum ꝙ Phil. intẽdebat agere de uirtutibus, ſecũdum ꝙ ordinantur ad uitam ciuilẽ, in qua ſubiectio unius hominis ad alterum, ſm legis ordinem determinatur, & iõ continentur ſub iuſtitia legali. Humilitas aũt ſecundum quòd eſt ſpecialis uirtus, præcipuè reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum propter quem etiam aliis humiliando ſe ſubiicit.

ARTICVLVS II.

Vtrum humilitas conſiſtat circa appetitum.

AD SECVNDVM ſic pcedi-tur. Videtur ꝙ humilitas non conſiſtat circa appetitum, ſed magis circa iudicium rõis. Humilitas enim ſuperbię opponit: ſed ſuperbia maximè cõſiſtit i his, quę ptinẽt ad cognitionem. dicit. n. Greg. 34. Mor. * ꝙ ſuperbia cum exterius uſq; ad corpus extenditur, prius p oculos indicat̃: unde & in Pſ. 130. dr̃. Dñe, non eſt exaltatum B cor meum, neq; elati ſunt oculi mei. Oculi aũt maximè deſeruiunt cognitioni: unde uidetur quòd humilitas maximè ſit circa cognitionem, per quam de ſe aliquis æſtimat parua.

¶ 2. Præ. Aug. dicit in lib. de vir. * ꝙ humilitas pene tota diſciplina chriſtiana ẽ. Nihil ergo ꝙd in diſciplina chriſtiana cõtinet̃ repugnat humilitati: ſed in diſciplina chr̃iana admonemur C ad appetẽdũ meliora, ſm illud 1. ad Cor. 12. Æmulamini chariſmata meliora. ergo ad humilitatẽ nõ pertinet reprimere appetitum arduorum, ſed magis æſtimationem.

A eſt, quoniam per ipſam homo erga Deum, ſeipſum, & proximum rectè ſe habet: & pax quæ tranquillitatem animi ponit, charitati attributa ſuperius eſt.

¶ In eodem art. 1. in reſponſionibus argumentorũ, nota quæ diximus authoritate firmari. Nam in reſponſione ad primum habes ꝙ humilitas eſt, cum aliquis conſiderans defectũ ſuum tenet ſe in infimis &c. Et ſimiliter in reſponſione ad quartum, ꝙ quantumcunq; perfectio, ex relatione ſuæ pfectionis ad Deũ, conuenit humilitas. Et in rñſione ad quintum, ꝙ humilitas, ſecundum qđ eſt ſpecialis uirtus pcipuè, hoc eſt, principaliter reſpicit ſubiectionem &c.

SVP. QVÆS. CLXI. ARTIC. II.

IN art. 2. eiuſdem quæſtionis dubium occurrit circa principium corporis articuli primi. ſ. Ad humilitatem propriè pertinet, vt aliquis reprimat ſeipſum ne feratur in ea, quæ ſunt ſupra ſe. Et eſt ratio dubii, tum primo quia obſcuritatem parit diuerſitas dictorum. In præcedenti namque articulo humilitas ex parte modi diffinita eſt, dicendo, ꝙ ad humilitatem pertinet refrenare animum, ne immoderatè tendat in excelſa. Hic autem ex parte obiecti dicitur, quòd ad humilitatem pertinet refrænare hominem ne tendat ad ea quæ ſunt ſupra ſe. Eſt autẽ hoc obſcuritatis cauſa, quia ex parte modi manifeſta eſt diſtinctio humilitatis à magnanimitate: ſed ex parte obiecti non, ex quo utraque frænat hominem ne tendat in ea, quæ ſunt ſupra ſe. Tum ſecundo, quia aut hic eſt ſermo de his, quæ ſunt ſupra hominem ſecundum regulam magnanimitatis: aut de his, q̃ ſunt D ſupra hominem ſecundum regulam humilitatis, aut de his quæ ſunt ſupra hominem ſimpliciter, & abſolutè. Non poteſt dici primum, quia talia ut ſic magnanimitati ſunt propria. Nec ſecundum, quia commune eſt omnibus appetibilibus ſiue excedant ſiue non, quòd ſecundum humilitatis regulam appetantur, ut ſupra hominem, quia ad omnia humilis ſe habet, ut indignus. Vnde per hoc dictum non haberetur appetibile proportionatum humili, & ſuperexcedens ipſum. Nec tertium, quia reſpectu appetibilium, quę ſimpliciter ſunt ſupra hominem, ſufficit magnanimitas, & ſic humilitas ſuperflueret. Nec poteſt ſaluari hoc dicendo, quòd humilitas non ſuperfluit: quia opus eſt vna uirtute, quæ habeat pro principali actu repreſſionem animi, ne tendat in ea, quę ſunt ſupra ſe: hęc autem eſt humilitas, non magnanimitas. Hoc enim falſum eſt, quoniam niſi habeatur alia formalis ratio uirtutis, neceſſitas iſta non ſufficit ad multiplicandas uirtutes. Alioquin oporteret ponere in mate- E ria fortitudinis duas uirtutes. ſ. fortitudinem, cuius principalis actus eſt firmare contra timorẽ: & vnam aliam, cuius principalis actus eſſet frenare audaciam, quamuis fortitudo ſecundario actu frænet illam. Sic dicitur in propoſito, quòd quamuis magnanimitas ſecundario actu frænet animum ne tendat in ea, quę ſunt ſupra ſe, oportet tamen ponere humilitatem, ut ſit uirtus actu principali refrænans hominem ne tendat in ea quę ſunt ſupra ſe. Quocirca licet uerum ſit quòd magnanimitas, & humilitas inter ſe ſic differant quod principalis actus illius eſt impellere, iſtius eſt reprimere, ſi tamen materia eſt eadem utriuſque: aliunde oportet neceſſitatem humilitatis ponere.

¶ Ad hęc ordine præpoſtero dicitur, quòd ſermo literæ eſt de his, quę ſunt ſupra ſe ſimpliciter, & abſolutè. Et conceditur, ꝙ humilis, & magnanimus conueniunt in materia pro quanto uterque tendit in magna, & reprimit ſe ab his, quę ſunt ſimpliciter, & abſolutè ſupra ſe. Reprimit enim incipientem in uia Dei à præſumptione operum perfectorum ſicut grammaticum ab orando, quod eſt actus ſuperioris facultatis, & huiuſmodi: ſed differentia conſiſtit in ratione reprimendi. Nam magnanimus reprimit ſe ab his, quę ſunt ſupra ſe ea ratione; quia collatione facta totius, quod in ſe eſt ad illud, inuenit ſe imparem illi. Humilis autem ea ratione, quia tẽdere in illa aduerſatur ſubiectioni ſui ad Deum, & id ꝙ Dei eſt: ita ꝙ tam humilis vt ſic, quàm magnanimus ut ſic, habet cognitionem & eorum, quæ ſunt ſimpliciter, & abſolutè ſupra ſe. & infra ſe, & commenſurata ſibi. Sed in regulis, & appetitu regulato eſt differentia: quia magnanimus ſumit regulas ſuas ad proſequendum, & uitandum ex ipſo bono rationis in proſequendo proportionata, & malo rationis, ſi proſequeretur quę ſupra, aut infra eſſent: humilis autem ad eadẽ tendit, & eadem uitat. Et propterea dictum eſt, quòd ſupponit non magnanimitatem, ſed id quod magnanimitatis eſt, ſcilicet ipſa commenſurata excedentia, aut exceſſa; ſed regulas ſumit ex bono diuinę reuerentiæ, hoc eſt, ex collatione eius, quod ſui eſt ad Deum, & id, quod Dei eſt. Et quia ad hoc, quòd homo in hoc exilio cœleſtis patriæ, cuius perfectus virtute huius vix ſit, maximè exigitur, quòd rectè ſe habeat tam in intellectu practico, quàm affectu, & operatione ſecundum collationem imperfecti ſui ad Deum, & id quod Dei eſt, quoniam huiuſmodi collationis ſubiectione prætermiſſa, in infinita ruit mala: ideo humilitas hinc vltra magnanimitatẽ, & alias virtutes neceſſaria eſt. Et per hæc patet ſolutio ſecundæ obiectionis.

¶ Ad primam autem dicitur, quòd diuerſitas dictorum non parit obſcuritatem, ſed auget claritatem: quoniam prius notum tantum erat humilis modus tendendi in excelſa, quia ſcilicet humilitas moderatè, hoc eſt, ut indignum, tendere facit in excelſa. Nunc verò declaratum eſt, ꝙ etiam obiectum, in qđ tendit humilis, eſt moderatum, hoc eſt, non ſupra ſe ſimpliciter & abſolute, ut ex utraq; ſimul iuncta doctrina habeas, quòd humilis ſic ad oĩa ſe habet ut indignus, qđ tamen non niſi ad cõmenſurata ſibi abſolutè tendit, & ad illa tendit ut indignus.

¶ In eodem art. 2. in reſponſione ad ſecũdum nota duo. primũ eſt, quod ſupra dixi, ꝙ quia humilitas moderatur ſpem, quę eſt boni ardui poſſibilis, oportet, ꝙ alicui potentiæ innitatur, qua mediante illud adipiſcẽdum, ſeu conſeruandum ſperet. Et quia innititur auxilio Dei, & eius quod Dei eſt: ideò contra humilitatem eſſe dicitur, ꝙ aliquis ad maiora tendat ex confidentia propriarum uirium. Secundum eſt, quòd in litera per ly maiora, non intelligas niſi illa, de qbus eſt ſermo in argumento, hoc eſt, dona Dei meliora, aliter humiles præſumptuoſos faceres ad quæque maiora. Et rurſus, quia auxilium diuinum ordinatum eſt, quia quę à Deo ſunt ordinata ſunt, ut dicitur Roman. 13. ideò humilis ad chariſmata meliora ſi tendit, innixus diuino auxilio, hoc appetat, & conetur ſperãs ordinate ſibi operam diuinam aſſuturam ad meliora dona: & non quod attentet inchoans ea quæ perfectorum ſunt, ut multi incipientes, in uia Dei ſtatim ad contemplationis quietem ſtudent uolare in quo non ſolum imprudenter, ſed ſuperbe agunt, non menſurantes ſeipſos, & uehementer errant, ac periculoſe. Debent enim ad meliora ordinate procedere, prius domando proprias paſſiones, ac operationes exteriores, & poſt frequentes uictorias in campo ſubactis hoſtibus, ad montem quietæ contemplationis aſcendere. Simile quid accidit his, qui ſeipſos non caſtigant, & ad prædicandum alios, aut ad regendum alios ſe ingerunt. Non eſt

Porret. per tot.

779 Inf. art. 6. corp. & q. 165. art. 3. ad 2.

Li. 34. Moral. c. 6. in princ.

Cap. 3. in med. to. 6.

Digiti

¶3 Præt.[h] Ad eandẽ uirtutẽ pertinet refrænare ſuperfluũ motũ, & firmare aĩum contra ſupfluã retractionem: ſicut eadem fortitudo eſt, q̃ refrænat audaciam, & quę firmat aĩum cõtra timorẽ: ſed magnanimitas firmat aĩum contra difficultates, G quæ accidunt in proſecutione magnorum. Si ergo humilitas refrę naret appetitũ magnorũ, ſequeretur, ꝙ humilitas non eſſet uirtus diſtincta à magnanimitate, quod patet eſſe falſum. non ergo humilitas conſiſtit circa appetitum magnorũ, ſed magis circa æſtimationem.

¶4 Prę t. Andronicus ponit humilitatẽ[h] circa exteriorem cultũ: dicit enim,[i] ꝙ humilitas eſt H habitus non ſuperabundãs sũptibus, & præparationibus. ergo non eſt circa motũ appetit⁹.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.* dicit in lib. de pęnitentia, ꝙ humilis eſt, qui eligit habitare in domo Dñi, magis q̃ habitare ĩ tabernaculis peccatorũ: ſed electio pertinet ad appetitũ. ergo humilitas cõſiſtit circa appetitũ magis q̃ circa æſtimationem.

In li. de pænitétię medicina, c. 1. parũ à medio, tom. 9

RESP. Dicend, ũ ꝙ ſicut ſupra I dictũ eſt,* ad humilitatem propriè ptinet, ut aliquis reprimat ſeipſum, ne feratur in ea, quæ ſunt ſupra ſe. Ad hoc autem neceſſarium eſt, ut aliquis cognoſcat id, in quo deficit à proportione eius, quod ſuam uirtutẽ excedit: & ideò[m] cognitio proprii defectus pertinet ad humilitatem, ſicut regula q̃dãm directiua appetitus[n]: ſed in ipſo K appetitu conſiſtit humilitas eſſentialiter. Et iõ dicendũ eſt, ꝙ [p]humilitas, ꝓpriè ẽ directiua, & moderatiua motus appetitus.[q]

Art. præce

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ extollẽtia oculorũ eſt quoddam ſignum ſuperbiæ, inquantum excludit reuerentiam, & timorẽ. Conſueuerunt. n. timentes, & verecũdati maximè oculos deprimere, quaſi nõ audentes ſe aliis cõparare. Non ãt ex hoc ſeq̃t, ꝙ humilitas eſſentialiter circa cognitionẽ cõſiſtat.

AD II dcd̃m, ꝙ tendere in aliqua maiora ex propriarum virium confidentia, humilitati contrariatur. Sed ꝙ aliquis ex cõfidentia diuini auxilij in maiora tendat, hoc non eſt contra humilitatem, præſertim cũ ex hoc aliquis magis apud Deum exaltet̃, ꝙ ei ſe magis ꝑ humilitatem ſubiicit. vñ Aug. dicit in lib. de pęnit. Aliud eſt leuare ſe ad Deũ, aliud eſt leuare ſe contra Deũ. Qui ante illum ſe ꝓiicit, ab illo erigit̃: qui aduerſus illum ſe erigit, ab illo proiicit̃.

AD III dcd̃m, ꝙ in fortitudine inuenit̃ eadem rõ refrænãdi audaciam, & firmandi aĩum contra timorem. Vtriuſq;. n. rõ eſt ex hoc, ꝙ hõ bonum rõis debet periculis mortis præferre, & in refrænando præſumptionem ſpei, quod pertinet ad humilitatem: & in firmando aĩm contra deſperationem, qđ pertinet ad magnanimitatem. Eſt & alia rõ. Nam rõ firmãdi aĩm contra deſperationem, eſt adeptio ꝓprij boni, ne. ſ. deſperando hõ ſe indignum reddat bono, quod ſibi competebat: ſed in reprimẽdo præſumptionem ſpei, rõ præcipua ſumitur ex reuerentia diuina, ex qua contingit vt homo non plus ſibi attribuat, q̃ ſibi competat ſ̃m gradum, quem eſt a Deo ſortitus. Vnde humilitas pręcipue vr̃ importare ſubiectionem hoĩs ad Deum: & propter hoc Aug. in libro * de ſermone Domini in monte, humilitatem, quam intelligit per paupertatem ſpiritus.

Lib. 1. c. 9. ante mediũ to. 4.

---

eſt hominum aliquid æmulari chariſmata meliora per auxilium F diuinum, ſed præſumptuoſum eſſe.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſd. art. dubium ex Martino ubi ſupra, occurrit contra hanc reſponſionem, arguente. Primò, quia aut loquitur de eadem ratione communi, aut propria. Nõ de cõi, quia ſic etiam in ꝓſumptione ſpei, & firmitate cõtra deſperationem inuenit̃ vna cõis ratio, puta bonum rationis. Nec de propria, quia ſic vnicuique eſt ſua propria ratio tam in timore, q̃ in audacia: tam in ſpe, q̃ in deſperatione; alioquin non eſſet propria alicui, ſed cõis plurib⁹. Secũdò, quia falſum eſt, ꝙ illa rõ aſſignata in fortitudine ſit cõis timori, & audacię. Nam hæc ratio, ſ. bonum rõis, eſt periculis mortis præferendum, non eſt rõ frænandi audaciam, ſed magis excitandi audaciam. Nunquã. n. quis ab audendo retrahitur ꝑ illã rõem. Tertio, quia ratio aſſignata ĩ magnanimo contra deſperatiõnem, eſt cõ vtriuſq; actui. ſ. deſperationi, & ſpei. Nam rõ iſta. Bonum incompetens, & debitum eſt adipiſcendũ, non ſolum firmat cõtra deſperationẽ, ſed refrænat ſpem ab incompetenti. Quarto, quia ẽt alia rõ aſſignata ex diuina reuerentia eſt cõis vtrique actui. Nam ſicut ex reuerentia diuina non plus ſibi q̃s attribuit, q̃ ſibi competat ſecũdum gradum ſortitũ a Deo, ita ex eodem fine homo contẽnat, & negligat, quæ hẽt a Deo, ſed eis vtatur, q̃ habet ab eo.

¶ Ad euidentiam horum ſcito, ꝙ compatiendum eſſe Martino, & aliis, qui non intellexerunt, neque penetrarunt ſententiam authoris. Acceperũt ſiquidem hinc non ſolum illam affirmatiuam, ſ. Ad eãdem virtutem, puta, fortitudinẽ, ſpectat vterque actus, ſ. firmare timorẽ. & reprimere audaciam, quia eſt eadem rõ &c. ſed ẽt iſtam negatiuã, Non ſpectat ad vnam virtutẽ, puta, magnanimitatem, firmare contra deſperationem, & reprimere ſpem. Et ꝓpea errarunt, quia in litera affirmatiua quidem illa hr̃, ſed iſta negatiua non hr̃, nec eſt intenta, nec eſt vera, vt patet ex ſupradictis: ſed in lr̃a illi affirmatiuæ quaſi contraponitur alia affirmatiua, ſ. ꝙ in reprimendo ſpem, quod pertinet ad humilitatem, & firmando aĩm contra deſperationem, quod pertinet ad magnanimitatẽ, eſt alia, & alia rõ. Hanc affirmatiuam, qui putat æquiualere illi negatiuæ, aut inferre illam, errat. & nũc errorem ſuum cognoſcet. Et vt vno verbo explicetur, ſignatur per hoc, ꝙ in materia periculorum mortis, circa quæ ponitur fortitudo, eſt vna tm̃ rõ firmandi, & frænandi: & ꝓpea ſola eſt ibi fortitudo: ſed in materia ardui boni, circa quam ponitur magnanimitas, non eſt una tm̃ rõ firmandi, & reprimendi, ſed eſt alia, & alia: & iõ non eſt ibi ſola magnanimitas: ſed oportet ibi adeſſe humilitatem. Hæc eſt vera intẽtio, hic verus ſenſus literæ, oẽs ſoluens q̃ões. Ex hoc. n. ꝙ explanauit aliam, & aliam rõem ex principalib. actib. magnanimitatis, & humilitatis, ſ. ex firmitate, & repreſſione, nõ ꝓpea excluſit, quin vtraque hẽat ſecundario reliquum actum: vtraq; namq; hẽt vtrunq; actũ ſm̃ propriã ſ̃m rõem. Sed quia in hoc differũt, vt prædictũ eſt, ꝙ magnanimitas hẽt pro principali actu firmare, & impellere cõtra deſperõem: humilitas ãt hẽt pro principali actu reprimere ſpem, ex iſtis author declarauit intentum ſuũ, tacens de ſecundario vtriuſq; actu.

Concl. …

Concl. p

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dr̃, ꝙ author loquit̃ de rõe ꝓpria non actui iſti, vel illi, ſed propria, hoc eſt, ſpecialiſſima inter rões directiuas actuum reprimentiũ, & impellẽtiũ. Hmõi. n. rõ nulli particulari actui eſt propria, ſed ipſi virtuti, quam conſtituit.

¶ Ad ſm̃ dr̃, ꝙ falſum aſſumit. Nam ad hoc fortis audaciam moderatam. & ita moderatam, ut bono rõnis expedit, aſſumit ut bonum rõis periculis mortis præferat. Cõſtat. n. ꝙ fortis potius mortem aggrediendo eliget ſuſtinere, q̃ immoderatam audaciam aſſumere. Vbi patet, ꝙ ex bono rõnis præferendo mortis periculis, modus audaciæ imponitur.

¶ Ad tertium conceditur, ꝙ ratio illa eſt utrique actui cõis, ſed non ut ſola, ſeu non ſecundum oẽm rationem, qua uterque actus eſt regulabilis in tali materia, ſed ſecundum aliquam particularem rationem: & ideo oportet ponere aliam rationẽ, ut ſic uterq; actus in tali materia ſecundum omnem rationem ſit regulatus. Et per hoc patet reſponſio ad quartũ. Eodẽ ſiquidẽ mõ reſpõdetur, ꝙ ratio diuinę reuerentię eſt cõis utriq; actui, ſed non ut ſola: ſicut rõ fortitudinis eſt cõis utrique actui ut ſola. Et ſimiliter eſt cõis utrique actui ſecundum aliquam particularem rationem illorum, & non ſecundum omnem rõnem,

qua

quia vterq; eſt regulabilis. Nam vterq; eſt duabus rōnibus, & nō vna regulabilis, ſ. ex rōe proprii, ac conuenientis boni, & ex diuina reuerētia. Licet vtraq; ſit vtriq; actui cōis, non tñ vt ſola, quia poſſunt alia rōe regulari. Et oportet, q̃ aliter regulenẽ ad perficiendum ciuem cæleſtis patriæ in via hac, qua ambulamus, quàm q̄ per magnanimitatem reguleẽ.

SVP. QVÆ. CLXI. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdē q. nō ſcribendū, ſed exequēdū eſt. Clarus eſt. Regula eſt noſtrę vitæ facilis, vt habeat ſpeculatiuæ: ſed rara practicæ, & ad operationē interiorem, p̄ſertim applicata. Eſt & in hoc art. ſpeculādum, q̃ conformiter diuo Thomæ definita ſit humilitas in ſupradictus.

tus, attribuit dono timoris, quo hō Deum reuereẽ. Et inde eſt, q̄ fortitudo aliter ſe habet ad audaciā, q̃ humilitas ad ſpē. Nam fortitudo plus vtitur audacia, q̃ reprimat: vnde ſuperabundantia eſt ei ſimilior q̃ defectus. Humilitas aūt plus reprimit ſpem de ſeipſa, q̃ ea vtaẽ vnde magis opponitur ſibi.

AD IIII dcđm, q̄ ſuperabūdātia in exteriorib. ſumptib⁹, & p̄parationibus ſolet ad quādā iactantiā fieri, quæ per humilitatē reprimitur: & quātū ad hoc ſecundario conſiſtit in exterioribus, prout ſunt ſigna interioris appetitiui motus.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo debeat ſe omnibus per humilitatem ſubiicere.

Perrec. per totum. 780 AD TERTIVM ſic p̄cediẽ. Vr̃ q̄ hō nō debeat ſe oībus per humilitatē ſubiicere. Quia ſicut dictū eſt, *humilitas Inf. a. 6. ad 1. Et Philip. 2. Art. præc. ad 3. p̄cipuè cōſiſtit in ſubiectione hoīs[h] ad Deū: ſed id[h] quod debetur Deo, non eſt hoī exhibendū, vt patet in oibus actibus latriæ. ergo homo per humilitatem non debet ſe homini ſubiicere.

Ca. 29. t. 7. ¶2 Præt. Aug. dicit in lib.* de natura & gratia. Humilitas collocanda eſt in parte veritatis, nō in parte falſitatis: ſed aliqui ſunt in ſupremo ſtatu, qui ſi ſe inferioribus[h] ſubijcerent, abſque falſitate hoc fieri non poſſet. ergo homo non debet ſe omnibus per humilitatem ſubiicere.

¶3 Præt, Nullus debet facere id[h] qđ uergat in detrimentū ſalutis alterius: ſed ſi aliqs per humilitatē ſe alteri ſubijciat, qn̄q; hoc vergeret in detrimentū illius, cui ſe ſubiicit, q̃ ex hoc ſuperbiret, vel cōtemneret. vn̄ Aug.* dicit in regula. Ne dū nimium ſeruaẽ humilitas, regendi frangaẽ authoritas. ergo hō per humilitatem non debet oībus ſe ſubiicere. In 3. regula incipit: Ante oia fratres, c. 1

SED CONTRA eſt, quod dr̃ Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.

RESP. Dcđm, q̄ in hoīe duo poſſunt cōſiderari, ſ. id quod eſt Dei, & id quod eſt hoīs. Hoīs aūt eſt, quicquid pertinet ad defectum: ſed Dei eſt quicquid pertinet ad ſalutē, & perfectionē, ſm illud Oſeæ 13. Perditio tua, Iſrael, ex te eſt: ex me tm̄ auxiliū tuū. Humilitas aūt, ſicut dictū eſt, *Propriè reſpicit reuerentiā, qua hō Deo ſubiiciẽ: & iō Ar. 1. ad 5. arg. & art. 2. ad 3. Concl. m *quilibet hō ſm id quod ſuū eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubiicere quantū ad id quod eſt Dei in ipſo. Non aūt hoc requirit humilitas, ut aliquis id quod eſt Dei in ſeipſo, ſubiiciat ei quod apparet eſſe Dei in altero. Nā illi, q̃ dona Dei participant, cognoſcunt ea ſe habere, ſm illud 1. ad Cor. 2. Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis: & iō *abſque præiudicio humilitatis poſſunt dona, q̃ ipſi acceperunt, præferre donis Dei, quæ aliis apparēt collata: *ſicut Apoſt. ad Epheſ. 3. dicit, Aliis gn̄a- Concl. p

A tionibus non eſt agnitū filiis hoim, ſicut nunc reuelatū eſt ſanctus Apoſtolis eius. Similiter ẽt nō hoc requirit humilitas, ut aliquis id qđ eſt ſuū, in ſeipſo, ſubiiciat ei, quod eſt hoīs in proximo, alioqn oporteret, vt qlibet reputaret ſe magis peccatorē quolibet alio: cū tñ Apoſtolus abſq; præiudicio humilitatis dicat Galat. 2. Nos natura iudęi, & non ex gentibus peccatores.* Pōt tñ aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo, qđ ipſe non habet, uel aliquid mali in ſe eſſe, quod in alio non eſt, ex quo ſe poteſt ei ſubiicere per humilitatem. Concl. ſ Concl. n

AD PRIMVM ergo dcđm, q̄ non debemus ſolum Deū reuereri in ſeipſo, ſed ẽt quod eſt eius debemus reuereri in quolibet, non tñ eo mō reuerētiæ, quo reueremur Deum: & ideo per humilitatē debemus nos ſubiicere omnibus proximis propter Deum, ſecundum illud 1. Pet. 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. Latriā tamen ſoli Deo debemus exhibere. B

AD II dcđm, q̄ ſi nos præferamus id quod eſt Dei in proximo, ei quod eſt propriū in nobis, non poſſumus incurrere falſitatem. Vn̄ ſuper illud Philipp. 2. Superiores ſibiinuicem arbitrantes, dicit gloſ.* Non hoc ita debemus æſtimare, vt nos æſtimare fingamus: ſed vere æſtimemus poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis ſuperior ſit ẽt ſi bonum noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum. C Eſt Aug. in li. 83. quę. q. 71. a medio, to. 4.

AD III dcđm, q̄ humilitas, ſicut & cæteræ virtutes, præcipuè interius in aīa conſiſtit: & iō pōt hō ſm interiorem actum aīæ alteri ſe ſubiicere ſine hoc, q̄ occaſionem habeat alicuius, quod pertineat ad detrimentum ſuæ ſalutis. Et hoc eſt quod Auguſtinus dicit in regula, Timore coram Deo prælatus ſubſtratus ſit pedibus veſtris: ſed in exterioribus humilitatis actibus, ſicut & in actibus cæterarum uirtutum, eſt debita moderatio adhibenda, ne poſſint vergere in detrimentum alterius. Si autem aliquis quod debet faciat, & alii ex hoc occaſionem ſumant pecati, non imputatur humiliter agenti: quia ille non ſcandalizat, quàmuis alter ſcandalizetur. In 3. regula, tom. 1. D

ARTICVLVS IIII.

Vtrum humilitas ſit pars modeſtiæ, vel temperantiæ.

E AD QVARTVM ſic p̄cediẽ. Vr̃ q̄ humilitas non ſit pars modeſtiæ, uel tēperantiæ. Humilitas. n. p̄cipue[h] reſpicit reuerentiā, qua quis ſubiicitur Deo, ut dictū eſt:* ſed ad uirtutē theologicā pertinet, q̄ habeat Deū pro obiecto. ergo humilitas magis debet poni virtus theologica, quàm pars temperantiæ, ſeu modeſtiæ.

¶2 Præt. Tēperantia eſt in concupiſcibili: humilitas aūt vr̃ eſſe i iraſcibili, ſicut & ſuperbia, quæ ei opponitur, cuius obiectum eſt arduum,[h] ergo vide-

SVP. QVÆ. CLXI. ART IIII. Per. per to. 781

IN art. 4. eiuſdem q. dubium ex Martino o currit in 1. q. de humilitate, vbi notat quatuor dicta huius literæ, & ex eis format quatuor rationes pro concluſione huius articuli: & deinde ſoluit eas. Primum dictum eſt authoritas Origenis allata in litera in oppoſitum, ex quo ratiocinatur ſic. Omnis menſuratio, uel moderatio pertinet ad modeſtiam: humilitas eſt huiuſmodi ergo. Secundum eſt. Omnes uirtutes Su. q. 160. ar. 2. corp. Et 3. di. 33 q. 3. art. 2. q. 3. cor. Art. præc.

refræ-

refrænantes, ſeu reprimentes impetus affectionũ ponuntur partes temperantiæ: ſed humilitas reprimit motũ ſpei. ergo. Hæc habentur formaliter in litera. Tertium eſt authoritas Ariſtotelis allata in litera, ꝙ tendens in parua ſm̃ modum ſuum, non eſt magnanimus, ſed temperatus: & hoc n̄ aliter formatur. Quartum eſt, ꝙ magnanimitas & humilitas licet conueniãt in materia, differũt tñ in modo &c. vt in rõne ad tertiũ litera dicit. Vnde arguit ꝙ eorũ quæ conueniunt in materia, & differunt in modo, vnũ eſt ſub altero: ſed hæc ſunt huiuſmodi. ergo. Probatur minor, quia magnanimitas eſt circa ardua impellendo, humilitas verò refrænando. Et primam quidem, & ſecundã ſoluit interimendo maiores: alioquin oẽs uirtutes pertinerent ad temperantiã quia oẽs habent actũ moderationis. Ad tertiam dicit, ꝙ non loquitur de temperãtia propriè dicta. Ad quartam negat minorẽ, quia tã magnanimitas q̃ humilitas impellit, & reprimit.

Art. 1. huius quæſt.

*q. 129. artic. 5.

Hom. 8. in Luc. a medio, to. 3.

q. 129. ar. 5 128. & 157 artic. 3. & q. 143.

¶ Ad hæc dicendum, ꝙ unico ſubintellecto verbo, oĩa dicta literę ſolida conſtant, & oppoſita ruunt, ſ. ꝙ ſemper eſt ſermo de actu principalis uirtutis, ita ꝙ nõ eſt authoris doctrina, ꝙ oĩs moderatio, ſeu ꝙ oĩs refrænatio &c. ſpectat ad temperantiam, ut ille ſomniat: ſed ꝙ oĩs virtus, cuius principalis actus conſiſtit in moderando, uel in refrænando, eſt temperantia, uel adiuncta temperantiæ. Et tunc clarè videt primum, ſm̃ & quartum, quæ in litera habentur, optimè currere: qm̃ & maiores ſic ſunt ueræ, & minor quartæ eſt uera: quia cõſtat, quòd principalis actus magnanimitatis conſiſtit in firmitate, ſeu impulſu animi ad magna. Principalis uerò actus humilitatis conſiſtit in refrænatione ad magna tendentis. De authoritate uerò Ariſt. tertio loco allata, bene di. ꝙ Ariſtoteles non accepit ibi temperantiam propriè, nec hoc author uoluit, ſed accepit temperatum ſm̃ modum. Et hoc eſt ad propoſitum, quia hinc teſtimonium habemus, ꝙ ex modo accedit quis ad temperati nomen.

Concl. re

Lib. 4. c. 5. non ten. o te a princ. tom. 5.

Concl. pars

tur ꝙ humilitas non ſit pars temperantiæ, uel modeſtiæ.

¶ 3 Præt. Humilitas, & magnanimitas circa eadẽ ſunt, vt ex ſupradictis patet:* ſꝫ magnanimitas nõ ponitᷣ pars tẽperãtię, ſed ſortitudinis, ut ſ. habitũ eſt.* ergo vᷣ ꝙ humilitas nõ ſit pars temperantiæ, uel modeſtiæ. G

Sed contra eſt, qꝺ Origenes dicit ſuper Lucã, †Si vis nomen huius audire uirtutis, quõ a philoſophis ẽt appelletur, auſculta eandẽ eſſe humilitatem, quã reſpicit Deus, quæ ab illis metriotes dr̄, ideſt, mẽſuratio, uel moderatio, quæ manifeſtè pertinet ad modeſtiam, uel tẽperantiam. ergo humilitas eſt pars modeſtiæ, uel temperãtię. H

Resp. Dcꝺm, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* in aſſignando partes uirtutibus, pręcipuè attẽditur ſimilitudo quantũ ad modum uirtutis. Modus aũt tẽperãtię, ex quo maximè habet laudem, eſt refrenatio, uel repreſſio impetus alicuius paſſionis. Et iõ oẽs uirtutes refrænantes, ſiue reprimentes impetus aliquarũ affectionũ, uel actiones moderantes, ponuntur partes temperantiæ. I Sicut aũt mãſuetudo reprimit motũ iræ: ita humilitas reprimit motũ ſpei, qui eſt motus ſpũs in magna tẽdentis: & iõ ſicut manſuetudo ponitur pars tẽperantiæ, ita ẽt & humilitas.* Vñ Philoſophus in 4. Ethic.* eũ, qui tendit in parua ſm̃ ſuum modum, dicit non eſſe magnanimum, ſed temperatum, quem nos humilem dicere poſſumus. K Et inter alias partes temperantiæ, rõne ſuperius* dicta, continetᷣ ſub modeſtia, prout Tullius† de ea loquitur, inquantum ſ. humilitas nihil eſt aliud q̃ quædam moderatio ſpiritus. vnde 1. Petr. 3. dr̄ In incorruptibilitate quieti, ac modeſti ſpiritus.

Ad primum ergo dcꝺm, ꝙ virtutes theologicæ, q̃ ſunt circa ultimum finem, qui eſt primum principium in appetibilibus, ſunt cauſæ omnium aliarum uirtutum: vnde ex hoc ꝙ humilitas cauſatur ex reuerentia diuina, non excluditur q̃n humilitas ſit pars modeſtiæ, vel temperantiæ.

Ad II dcꝺm, ꝙ partes principalibus virtutibus aſſignantᷣ non ſm̃ conuenientiã in ſubiecto, uel in materia, ſed ſm̃ conuenientiam in mõ formali, vt dictum eſt:* & iõ licet humilitas ſit in iraſcibili ſicut in ſubiecto, ponitᷣ tñ pars modeſtiæ, & temperantiæ propter modum.

Ad III dcꝺm, ꝙ licet magnanimitas & humilitas in materia conueniant, differunt tñ in modo, ratione cuius magnanimitas ponitur pars fortitudinis, humilitas autem pars temperantiæ.

Articvlvs V.

Vtrum humilitas ſit potiſſima virtutum.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd humilitas ſit potiſſima virtutum. Dicit. n. Chryſoſtomus exponens illud quod dicitur Lucæ 18. de Phariſæo, & Publicano, quòd ſi miſta delictis humilitas tam facile currit, vt iuſtitiam ſuperbiæ coniunctam tranſeat. ſi

SVPER QVÆ. CLXI. ARTIC. V.

In art. 5. eiuſdem quæ. 161. dubia multa ex Martino in 5. q. de humilitate occurrunt. Primum contra rationem literæ, ad probandum uirtutes intellectuales eſſe potiores moralibus, ſeu humilitate. Supponit, inquit, primo ratio unum falſum. ſ. Omne in quo eſt ordinatio rationis eſſentialiter, eſt potius q̃ id, in quo eſt tñ participatiuè. Et ꝙ hoc ſit falſum, probatur, Stat aliquid habere ordinationem rationis eſſentialiter, & eſſe malum culpabiliter. ergo non omne habens ordinationem rationis eſſentialiter eſt potius eo, quod habet ordinem rationis participatiuè. Probatur prima pars antecedentis, quia ſtat dictamen rectum rationis fieri ꝑꝑ uanã gloriam. Secũda pars probatur, quia actus, ſeu appetitus oĩs conformis dictamini ꝓ prudẽtiali eſt bonus moraliter. Secũdo, Illud in quo eſt eſſentialiter ordinatio rationis non eſt bonũ moraliter, niſi ſit imperatum ab habente ordinem rationis participatiuè: quia in actu intellectus non eſt bonitas moralis, niſi ratione bonitatis moralis actus uoluntatis. non eſt ergo uerum, ꝙ habens ordinationem rationis eſſentialiter eſt potius, & melius habente illã participatiue. Tertio, Velle bene agere eſt melius, q̃ ſcire, uel dictare bene agere: ſed in ipſo uelle eſt participatiue, in ipſo ſcire, uel dictare eſt eſſentialiter ordo rationis ergo habens participatiuè eſt melius habente per eſſentiam. Antecedẽs probatur: Velle bene agere, & neſcire quõ, eſt melius quàm ſcire & nõ uelle. ergo uelle eſt melius quàm ſcire. Tenet conſequentia per regulam Ariſtot. de eligibilitate, & fuga in lib. Priorum. Quarto, Actus habens ordinationem rationis eſſentialiter, eſt gratia illius qui habet eam participatiue. ergo ſecundus eſt potior primo, quia practicam ſcire, & iudicare eſt gratia operis, ut dicitur in 6. Ethic.

q. 160. ar. 2

Tullius in li. 2. de inuẽtione, in fol. 3. ante ſ. libri.

q. 48. & 158 ar. 3. ad 2. & q. 157. ar. 2. ad 1.

Porret. per totum.

782

4. di. 33. q. 3. ar. 3. ad 6

¶ Secundum dubium eſt contra eandem rationem, quia Martinus conatur ſoluere illam dicendo, ꝙ habere ordinem rationis contingit dupliciter, ſcilicet ut uerum, & ut proſecutionem, uel fugam: & ꝙ primo modo habet intellectus, ſecundo uoluntas: & ꝙ ſecundo modo eſt ſimpliciter perfectus. Et ꝙ iuxta ſecundum modum electio bona habet ordinem rationis eſſentialiter, & intellectus participatiuè, & per hoc uirtus moralis eſt ſimpliciter perfectior uirtute intellectuali.

Ho. de incomprehẽſibili Dei natura, tomo. 5.

¶ Tertium dubium eſt circa ipſam concluſionem, ſ. Virtutes intellectuales ſunt nobiliores humilitate. Probat Martinus oppoſitum dupliciter. Primo ſic, Bonitas moralis eſt excellentior q̃ bonitas intellectus. ergo. Antecedens probatur. Cum bonitate moris non ſtat culpa, quæ eſt ſummum malum: cum bonitate intellectus, quæ eſt ueritas, ſtat culpa. ergo. Secundo ſpecialiter de humilitate, Oĩs uirtus qua immediate bene beateque uiuit, eſt uirtutibus intellectualibus potior: ſed humilitas

eſt

eſt huiuſmodi. ergo. Probatur maior, quia cum omnibus intellectualibus uirtutibus, & earum actibus ſtat nec bene, nec beate uiuere.

¶ Quartum dubium eſt circa comparationem humilitatis ad iuſtitiā. Et contra tria in litera dicta directè arguitur. Primum eſt, de iuſtitia legali. Iuſtitia legalis facit ordinationē in his, q̄ ſunt ad finem. Secundū eſt, de dr̄ia inter iuſtitiā legalē, & humilitatem, q̄ iuſtitia legalis facit hm̄ôi ordinationē: humilitas aūt hoīem bene ſubiectū illi ordinationi. Tertio, ex hm̄ôi probat oppoſitū concluſionis. Arguit ergo contra primū. Primo, Iuſtitia facit ordinationē rõnis, quæ eſt circa finē. ergo falſum dr &c. Añs patet, quia ſunt aliquæ leges in iure de ipſo fine, ut q̄ Deus eſt ſummè diligēdus q̄ Deus eſt colendus ſummo cultu. Iuſtitia ſiquidē legalis facit uniuerſaliter ordinationem cuiuſcumq; legis participari ab appetitu ſubditi: vnde tranſgreſſor illius dr̄, & eſt iniuſtus. Secundo ad idem. Humilitas facit hoīem ſubiectum cuicumq; que legi ſiue diuinæ, ſiue humanæ, ſiue de his, quæ ſunt ad finē ergo & iuſtitia legalis adæquat iſtā ordinationē, alioquin humilitas faceret uniuerſaliorē ordinationē, q̄ iuſtitia: quod non concederet opinans. Deinde arguit contra ſm̄, Iuſtitia facit habentē eā uniuerſaliter eſſe ſubiectū ordinationi, ergo non differunt iuſtitia, & humilitas in hoc. Probatur añs, quia hoiem eſſe ſubiectum uniuerſaliter ordinationi rõis eſt iuſtum: ergo aliqua iuſtitia iuſtum eſt. Secundo, quia iuſtitia non inclinat ad opera legis, niſi quia tenemur, & ſubiicimur legi. ergo iuſtitia facit eſſe ſubiectum ſicut & humilitas. Demum probat oppoſitum concluſionis: quia humilitas facit appetitum participem plurium ordinationum rationis, q̄ iuſtitia. ergo eſt excellentior ipſa. Añs probatur, quia iuſtitia non extendit ſe niſi ad præcepta: humilitas uero ad præcepta & conſilia, ut patet in ſuſcipientibus religionis cõſilia obedientiæ paupertatis.

¶ Præt. Iuſtitia, & humilitas faciunt appetitum participem ordinationum rationis. Aut ergo eodem modo, aut diuerſo: ſi diuerſimode, detur uarietas, & quæcumq; dabitur, facile refutabitur. Si eodem modo, ergo iuſtitia non eſt potior humilitate.

¶ Quintum dubium eſt de excellentia iuſtitiæ particularis ſupra humilitatem. Arguit ſiquidem cõtra Martinus. Difficilius eſt uincere cupiditatem gloriæ, quàm operum, & diuitiarū: ſed illud eſt humilitatis, hoc iuſtitiæ. ergo. Maior patet. Minor probatur diſcurrendo per modos iuſtitiæ cõmutatiuę. Et ſi dicatur q̄ iuſtitia diſtributiua eſt ēt circa honores, arguitur ſecundo. Humilitas excellentius ad eadem bona impellit, & a malis retrahit, quàm iuſtitia. ergo eſt excellentior. Probatur antecedēs, tum primo, quia humilitas liberius hęc facit: quoniam non habet retractorem ab iniuria, ſicut iuſtitia habet retractorem, ſ. illam, cui heret iniuria: tum ſecundo, quia humilis in dubiis contra ſe cenſet pro alio, iuſtus autem non ſemper, ſed recurrit ad iudicem. Arguit tertio. Si omnes eſſent uere humiles, non eſſet opus iuſtitia particulari: ſed ſi omnes eſſent iuſti, adhuc eſſet opus humilitate. ergo humilitas potior eſt iuſtitia particulari. Añs pro prima parte probatur, quia non eſſet inordinata cupiditas rerum, pro qua opus eſt iuſtitia. Secunda pars probatur, quia ſtat aliquem nolle alienum, & tñ ita appretiari temporalia, ut magis pro eis, quàm pro ſpiritualibus laboret, & hoc ex defectu humilitatis, quia appretiat temporalia pluſquā in ueritate ſint. Arguit quarto, argumento ſancti Thomæ, qđ eſt primum in litera, ſcilicet. Humilitas cum iniuſtitia eſt melior, quàm ſuperbia cum iuſtitia. ergo.

Lib. 5. ca. 1. a medio. tom. 5. In ſer. 10. paulo a prin. to. 10

iuſtitiæ coniunxeris eam, quo nō ibit? Aſſiſtet ipſi tribunali diuino in medio angelorum, & ſic patet q̄ humilitas præfertur [a]iuſtitię: ſed iuſtitia eſt præclariſſima oīum virtutum, & includit in ſe oēs virtutes, vt patet p Phil.* 5. Eth. ergo humilitas eſt maxima virtutum.

B

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in libro de ver. Domini. Cogitas magnā fabricā conſtruere celſitudinis, de fundamēto prius cogita humilitatis, ex quo videtur q̄ humilitas ſit[h] fundamentū omniū virtutum. ergo videtur eſſe potior aliis virtutibus.

¶ 3 Præt. Maiori virtuti maius debetur prēmium, ſed humilitati maximum debetur præmiū, quia qui ſe humiliat, exaltabit̄, vt dicitur Luc. 14.[h] ergo humilitas eſt maxima virtutum.

C

¶ 4 Præt. Sicut Aug. dicit i libro de · e a relig.* Tota vita Chriſti in terris per hominē, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morū fuit, ſed pręcipuè[b] humilitatē ſuā imitādam propoſuit dicēs Mat. 11. Diſcite a me, q̄a mitis ſum, & humilis corde. & Gre.* dicit in paſtora. q̄ argumentū redēptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Dei. ergo humilitas videtur eſſe maxima virtutum.

Sed contra eſt quòd charitas præfertur omnibus virtutibus ſm̄ illud Colo. 3. Super oīa charitatem habete. non ergo humilitas eſt maxima virtutum.

Respon. dcdm̄, quòd bonum humanæ virtutis i ordine rõnis conſiſtit, qui quidem principaliter attenditur reſpectu finis. Vnde virtutes theologicæ, q̄ hñt vltimū finem pro obiecto, ſunt potiſſimæ. Secūdario autem attenditur, prout ſecundum ratio

A

¶ Ad euidentiam comparationis inter intellectuales virtutes, & humilitatem, ſeu morales virtutes, quia maxima vis, & difficultas conſiſtit in hoc, q̄ bonitas moralis prēfertur bono intellectus. quòd eſt veritas, ſicut malitia moralis peior eſt malo intellectus, quod eſt falſitas: ideo ſcito, q̄ bonitas moralis poteſt ſumi dupliciter. Vno modo, largè, vt comprehendit oēm in ſe bonitatem oīs appetitus rationalis: & ſic quæ comprehendit in ſe ēt bonitatē virtutum theologaliū, ſ. ſpei, & charitatis, bonitas moralis ſic accepta eſt extra propoſitum: q̄m hic eſt ſermo de virtutibus moralibus, vt diſtincta a uirtutibus theologicis, vt patet in litera. Alio modo, vt ſolum extēditur ad virtutes, quæ propriè vocantur morales: ſ. iuſtitiam, fortitudinem, temperātiam, & partes earum: & ſic ſolum ſumenda eſt in propoſito bonitas moralis. Et quemadmodum diſtinctum eſt de bonitate morali, ita diſtinguendum eſt de malitia morali, & malo culpæ: q̄m eſſe malum moraliter, ſeu culpabiliter contingit dupli. Vno mō, vt extendit ſe ad malū cõtra virtutes theologicas: & ſic nō ē ad ꝓpoſitū. Alio mō vt p̄ciſè cõtinet malum uirtutib. moralib. propriè dictus oppoſitū: & ſic ſolum eſt ad propoſitum ꝑ eandem rõem. ita q̄ ſermo pñs eſt de malo culpabiliter ſm̄ vitia moralia, ſecluſa culpabilitate, quam hēt ex eo, q̄ contrariatur charitati, q̄ eſt virtus theologica. Et quia culpæ non hñt rõem peccati mortalis directè, niſi inquantum opponuntur charitati diligenti bonum diuinum in ſeipſo, & diſtinguenti inter filios Dei, & perditionis, (licet fundamentaliter habeant in ſe vnde ſunt dignæ morte æterna culpæ nocētes proximo, vt homicidia, adulteria, & eiuſmodi) hinc videre potes quātum adimitur mali iſtis malis moralibus, vt ſunt in præſenti conſideratione & comparatione, ſecundum illud, ſ. malitiæ, & culpæ, quod directe, & ſecundum proprias rões ex ſuis propriis generibus præciſe important.

Cap. 16. nō procul a fi. to.

Par. 3. c. 18 nō procul a princ.

D

IN ar. 5. eiuſdem q. 171. no. primo cautiſſime diſtinctionẽ prophetiæ. ſ. per expreſſam diuinam reuelationem, vel per inſtinctum diuinum, & differentiam tantam inter membra huius diſtinctionis, vt prima ſit prophetia ſimpliciter: ſecunda aũt non oportet ꝙ ſit prophetia, niſi ſcd'm quid. Prima parit certitudinem in mente ꝓphetæ quo ad duo, vt in litera dr̃: videlicet & quo ad reuelata, & quo ad reuelationem, ita ꝙ propheta per expreſſam reuelationem inſtructus, clare ſcit quæ ſibi reuelãtur, & clare ſcit quòd Deus hoc ſibi reuelat. Secunda autem neutrum horum oportet ꝙ det. Prima eſt prophetia, vt dictum eſt, ſimpliciter. Secunda eſt imperfectum quid in genere prophetiæ, vt in litera dicitur. Concl. m

¶ Nota ſecundo, ꝙ horum duorum quæ in litera ponuntur, certe cognoſci a propheta primum. ſ. res reuelata, non directe ſpectat ad hunc articulum, ſed ad 4. arti. q. 173. ubi quæritur, an prophetæ cognoſcãt quę prophetant. Secundũ autem. ſ. ipſa reuelatio diuina directe p̃ſentis eſt quæſtionis. Et ad hoc tendit intentio literæ, an ſcilicet propheta ſciat, quando prophetat intus vel extra, ꝙ Deus ſibi reuelat.

¶ Nota tertio, ꝙ in litera ad partem affirmatiuam dictæ quæſtionis afferuntur tres probationes. Prima, ex authoritate Hieremiæ: ſecunda, ex certitudine noſtræ fidei: tertia, ex facto Abrahæ: quæ probationes poſt declaratum ſenſum concluſionis diſcutiendæ ſunt. Nota quarto deſcenſus gradus in diuinis inſtructionibus. Nam reuelatio diuina multiplex cum ſit, prophetia in reſponſione ad ſm̃ præcedentis articuli poſita, eſt quid imperfectum in genere diuinæ reuelationis. Hic autẽ inſtinctus propheticus ponitur imperfectum quid non in genere diuinæ reuelationis, ſed in genere prophetiæ. Vbi videre potes quantum a diuina diſtet reuelatione inſtinctus propheticus, vt non meruerit, etiam vt imperfectum quid, in illo admitti genere.

¶ In eodem articul motum ſuperius in ar. 3. ad ſecundum occurrit dubium, qualis. ſ. eſt certitudo prophetica. Ad quod procul dubio dicitur, ꝙ ſecundum authoris doctrinam eſt certitudo euidentiæ quo ad ipſum prophetam: ita ꝙ lumen propheticum non ſolum eſt in ſe certum, quia diuinum, vt etiam de lumine fidei ſuperius didicimus: ſed etiam ex parte noſtri. ſ. hominum prophetarum, eſt certiſſimum: & facit in propheta euidentiam & eorum quæ ei reuelantur, & ipſius reuelationis, ꝙ eſt a Deo. Neque. n. minus certus eſt propheta, neque minus videt ꝙ Deus tũc hoc ſibi reuelat, q̃ nos ſimus certi, & videamus nos ſcire prima principia per lumen naturale. Et ſimiliter in lumine diuinitus menti ſuæ infuſo videt ea quæ ſibi reuelantur: ſicut nos in lumine naturali videmus prima principia, & concluſiones in & ex eis. Hanc aũt ſniam tenet author & 12. arti. 3. q. 10. de veritate, & tertio contra Gentiles ca. 154. clariſſime, & hic apud perſpicaces, dum cognitionem illam tribuit prophetis, quã habent illi, qui cognoſcunt ea quæ ſunt fidei, quibus & innititur fides. Conſtat aũt ꝙ per ſe loquendo, fidem præſtans cognitis ab alio, cognitionem euidentiæ ſupponit in illo: alioquin in infinitum procederetur, dum ille crederet alteri. Dicit ẽt in reſponſione ad argumenta hic author, ꝙ patet reſponſio ad obiecta, inter quæ erat tertium de certitudine euidẽtiæ, qua ſciens ſcit ſe ſcire. Et conſtat, ꝙ non aliter patet rñſio, niſi quia cõceditur qđ lumen propheticũ non minus dat talẽ certitudinẽ. Dicet quoq; inferius in artic. 3. q. 174. ꝙ finis prophetię eſt manifeſtatio veritatis ſup. hoiem exiſtentis, ita ꝙ ad hoc ordinatur prophetica reuelatio, vt manifeſtetur prophetæ veritas reuelatorũ. Conſtat aũt ꝙ ſine euidentia non manifeſta eſt veritas. 816 Per.por tot. 3. concl. c. 154. Et ueri. q. 12. artic. 1. ad 1. & 16. Art. 3. huius quęſt.

¶ Ad obiectionẽ autẽ in oppoſitũ ſuperius allatam ex hoc, ꝙ reuelata prophetis non videntur ab illis, vt patet de myſterio Trinitatis &c. rñdetur, ꝙ reuelata prophetis quãtum ad id qđ de illis reuelatũ eſt, videntur a prophetis, non autẽ quantũ ad oĩa. Vnde Trinitas, & incarnatio & ſimilia, nõ ſunt reuelata ꝓphetis quãtũ ad quæſtionẽ quid eſt, ſed quãtũ ad quæſtionẽ an eſt, ſeu quia eſt. Et quantum ad hoc viſa ſunt a prophetis ſub lumine infuſo eiſdem, ita quòd viderunt non Trinitatem, non verbum incarnari: ſed Trinitatem eſſe, ſed verbi incarnationem futurã eſſe, & ſic de alijs. ſicut etiam naturali lumine nos videmus Deũ eſſe, & quia eſt æternus & immobilis &c. & tamen non videmus ipſum Deum nec eius æternitatem. In expoſitione fidei ad Damaſum, non procul a fine illius, tomo. 2.

K ¶ In eodem articulo contra primam & tertiam probationem, dubium occurrit ex vna & eadem radice, quòd non ſufficienter probent concluſionem intentam iam declaratam. Et in promptu inſtantia eſt: quoniam quilibet chriſtianus poteſt ex fidei certitudine abſolute dicere, In veritate miſit me dominus ad confeſſionem fidei, quando tempus eſt confitendi fidem: & tamen caret certitudine euidentiæ. Non ergo ex hoc quòd Hieremias dixit, In ueritate miſit me dominus, inferri poteſt certitudo euidentiæ in Hieremia. Et ſimiliter quilibet chriſtianus ex certitudine fidei ſola tenetur ſe præparare ad propriam mortẽ ſubeundam. Non ergo ex hoc quod Abraham ad filij necem ſe præparauit, concluditur maior certitudo quàm fidei, quæ eſt abſque euidentia.

¶ In eodem articulo contra ſecũdam probationem, occurrit dubium, quia fides noſtra innititur reuelationi diuinæ ſecundum ſe, & Eccleſiæ factæ, & non reuelationi huic, & illi ſingulari homini. Non ergo exigitur ad certitudinem fidei noſtræ, ꝙ prophetę habuerint euidentiam de reuelatis, cum non oporteat Eccleſiam certitudinem euidentiæ habere, ſed ſufficit ei certitudo adhæſionis per lumen fidei.

¶ Ad obiecta cõtra primã & tertiã probationem ſimul dr̃, ꝙ ſingularia occurrẽtia ut certa, uel incerta, ſũt diuerſarũ cõditionũ.

Nam

---

manifeſtantur, eſt ipſã ueritas prima, q̃ prophetę in ſeipſa nõ uident: & ideo non oportet ꝙ oĩa prophetabilia cognoſcãt: ſed quilibet eorũ cognoſcit ex eis aliqua ſcd'm ſpecialem reuelationem huius, uel illius rei.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Dominus omnia quæ ſunt neceſſaria ad inſtructionẽ fidelis populi, reuelat prophetis, non tamen omnia oĩbus, ſed quædam uni, quædam alij.

AD II dcđm, ꝙ prophetia eſt ſicut quiddã imperfectũ in gñe diuinę reuelationis. Vñ dicit 1. ad Corint. 13. ꝙ ꝓphetiæ euacuabunt̃: & ꝙ ex parte prophetamus. i. imperfecte. Perfectio ãt diuinę reuelationis erit in patria. vnde ſubditur: Cũ venerit qđ perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Vnde nõ oportet, ꝙ ꝓpheticæ reuelat omni nihil deſit, ſed ꝙ nihil deſit eorũ, ad q̃ prophetia ordinat̃.

AD III dcđm, ꝙ ille qui hẽt aliq̃ ſciẽtiam, cognoſcit principia illius ſciẽtiæ, ex quibus oĩa q̃ ſunt illius ſciẽtiæ depẽdent. Et iõ q imperfecte hẽt habitũ alicuius ſcientiæ, ſcit oĩa q̃ ad illã ſcientiã pertinent: ſed per prophetiã non cognoſcitur in ſeipſo principium prophetaliũ cognitionum, quod eſt Deus. Vnde non eſt ſimilis ratio.

ARTICVLVS V.

Vtrũ propheta diſcernat ſemp quid dicat per ſpiritum proprium, & quod per ſpiritum prophetiæ.

G AD QVINTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ propheta diſcernat ſemper qđ dicat p ſpiritũ propriũ, & quid per ſpiritum prophetiæ. Dicit. n. Aug. in 6. cõfeſ. ꝙ mater ſua dicebat diſcernere ſe neſcio quo ſapore, quẽ verbis explicare nõ poterat, quid intereſſet inter Deũ reuelãtẽ, & inter aĩam ſuã ſõniãtẽ: ſed prophetia eſt reuelatio diuina, vt dictũ eſt. ergo ꝓpheta ſemp diſcernit id, quod H Deus p ſpiritũ ꝓphetiæ dicit, ab eo qđ loqtur ſpiritu ꝓprio. Li. 6. c. 13. a medio, to. 1

¶ 2 Præt. Deus non præcipit aliquid impoſſibile, ſicut Hiero. dicit: præcipitur aũt prophetis Hierem. 23. Propheta qui hẽt ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum vere. ergo propheta poteſt diſcernere quid habeat p ſpiritũ prophetiæ ab eo, qđ aliter videt.

I ¶ 3 Præt. Maior eſt certitudo q̃ eſt per diuinum lumen, q̃ quæ eſt per lumẽ rationis naturalis: ille aũt qui habet ſcientiã, pro certo ſcit ſe habere. ergo ille qui habet prophetiam per lumẽ diuinum, multo magis certus eſt ſe habere.

Nam quędã ſunt quæ ſub vniuerſalibus, quæ fide tenẽtur, ſubſumuntur, certificantur, & regulantur, applicando vniuerſalia ad ſingularia, ut ꝙ nunc moriendum eſt pro fide Chriſti, certificatur & regulatur ex vniuerſali fidei documento. Qui me erubuerit corã hoĩbus &c. Ex hac .n. regula certus ſum, ꝙ nũc eſt mihi moriendũ pro cõfeſſione fidei Chriſti, & i his ſufficit certitudo fidei. Quędã vero ſunt, quę ex vniuerſalibus fidei documentis nõ certificantur, ſed ſtãte fidei certiſſima firmitate remanent ambigua, vel incerta in oppoſitũ. Et ad aſſertionẽ taliũ cũ certitudo fidei locũ non habeat, reqritur certitudo euidentiæ. Talia ãt ſunt miſſio Hieremiæ, & præparatio ad necẽ innocentis Iſaac. Ex nullo ſiquidẽ vniuerſali documento fidei cõcludebat ut tunc, ꝙ De⁹ miſiſſet Hieremiã, & ex fidei ac rõis documẽtis certũ erat oppoſitũ eius qđ diſpoſuit Abraham: qm̃ mors filii innocentis diuino ac naturali iure ꝓhibita eſt. Et iõ, qa Hierem. aſſeruit in ueritate. Miſit me Deus. & Abrahã parauit ſe ad necẽ filii, optime inferť, ꝙ vterq; habuit de his certitudinẽ euidẽtię.

Hom. 1. in Ezec. inter mediũ, & fin.

Lib. 2. cap. 17. declinãdo ad finẽ to. 3.

Concl. 1

¶ Ad ſingularia ãt q̃ obiiciendo tanguntur, ſufficit, ut patet ex dictis certitudo adhæſionis ſecundũ fidẽ.

¶ Ad obiecta ãt cõtra ſecundã probationẽ dř, ꝙ in hoc ꝙ dř fidem uřam inniti diuinæ reuelationi factæ Eccleſiæ, includiť ꝙ innitiť reuelationi factę principalib⁹ Eccleſiæ membris, ſ. ꝓphetis, apoſtolis, & euangeliſtis. Eſt ſiqdẽ ex pte humani generis neceſſariũ neceſſitate ſuauis diſpoſitionis, qua diuina ſapiẽtia cũcta ordinat, ut aliqui hoĩes reuelationem de his q̃ fidei ſũt, a Deo ſic habuerint, ut certi fuerint euidenter; ꝙ De⁹ hęc reuelat, & ab illis alii quaſi diſcipuli a magiſtris inſtruerentur. Naturale ſiqdem eſt hoĩ diſcere ab homine; & diuina ſapiẽtia infima per media gubernat. Et licet non oporteat Eccleſiã hoc certo tempore habere certitudinẽ euidentiæ de diuina reuelatione eorũ q̃ ſunt fidei, neceſſe eſt tñ ut ipſa habeat, vel habuerit hmõi euidentiã: alioquin ex parte ſui Eccleſia nõ eſſet certa de his quæ ſunt fidei, utpote nullos habens in ſe teſtes de viſu. Modo aũt dũ quædam Eccleſiæ mẽbra credunt aliis eiuſdem Eccleſię mẽbris, q̃ viderũt, vtriq; ſecuri in fide viuũt, iuxta illud. 1. Ioã. 1. Quod vidimus teſtamur, & annunciamus.

Concl. 2

Hom. 1. in Ezec.

Hom. 1. in Ezec. a medio.

SED CONTRA eſt, qđ Grego.* dicit ſuper Ezec. Sciendũ eſt, ꝙ aliqñ ꝓphetæ ſancti dũ cõſulunť, ex magno uſu ꝓphetãdi q̃dã ex ſuo ſpiritu proferunt, & eſſe hoc ex prophetiæ ſpiritu ſuſpicantur.

B RESP. Dcđm, ꝙ mens prophetæ dupliciter a Deo inſtruitur. Vno mõ, per expreſſam reuelationẽ: alio mõ per quẽdã inſtinctum, quẽ interdũ ẽt neſcientes humanæ mentes patiũtur, ut* Aug. dicit 2. ſuper Ge. ad lřam.[m] De his ergo q̃ expreſſe per ſpiritum prophetię propheta cognoſcit, maximã certitudinẽ hẽt, & pro certo hẽt, ꝙ hæc ſunt diuinitus ſibi reuelata.[o] Vñ dř Hiere. 26. In ueritate miſit me Dominus ad uos, vt loquerer in aures veſtras omnia verba hæc: alioqn ſi de hoc ipſe certitudinem nõ haberet, fides q̃ dictis prophetarum innitiť, certa nõ eſſet. Et ſignũ ꝓpheticæ certitudinis accipere poſſumus ex hoc, ꝙ Abraham admonitus in prophetica uiſione, ſe præparauit ad filiũ vnigenitum immolandũ, ꝙ nullatenus feciſſet, niſi de diuina reuelatione fuiſſet certiſſimus. Sed [p]ad ea q̃ cognoſcit ꝑ inſtinctũ, aliqñ ſic ſe habet, ut nõ plene diſcernere poſſit, vtrũ hæc cogitauerit aliquo diuino inſtinctu vel ꝑ ſpiritũ proprium[q]. Nõ ãt oĩa q̃ cognouimus diuino inſtinctu, ſub certitudine prophetica nobis manifeſtanť. Talis .n. inſtinctus eſt qđam imperfectum in gñe prophetiæ: & hoc mõ intelligendum eſt verbum* Greg. Ne tamen error ex hoc poſſit accidere, per Spiritumſãctum citius correcti, ab eo, q̃ uera ſunt, audiunt. & ſemetipſos, quia falſa dixerint, reprehẽdunt, ut ibidem* Greg. ſubdit. Primæ ãt rõnes procedũt quantũ ad ea quæ prophetico ſpiritu reuelantur. Vnde patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ea quæ prophetice cognoſcuntur, uel annuntiantur, poſſint eſſe falſa.

AD SEXTVM ſic procediť. Vř ꝙ ea quę prophetice cognoſcũtur, uel annunciant̃, poſſint eſſe falſa. Prophetia .n. eſt de futuris contingentibus, vt* dictum eſt: ſed [r] futura contingentia poſſunt nõ euenire, alioquin ex neceſſitate cõtingerent. ergo prophetiæ poteſt ſubeſſe falſum.

C ¶2 Præt. Iſaias prophetice pñũciauit Ezechię dicens, Diſpone domui tuę, quia morieris tu, & non uiues: & tñ additi ſunt vitę eius poſtea quindecim anni, ut habetur 4. Reg. 20. & Iſa. 38. Similiter & Hiere. 18. Dominus dicit. Repente loquar aduerſum gentẽ, & aduerſum regnum, ut eradicẽ, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pęnitentiã egerit gens illa a malo ſuo qđ locutus ſum aduerſus eam, D agã & ego pęnitentiã ſuꝑ malo qđ cogitaui ut facerẽ. Et hoc apparet ꝑ exemplũ Niniuitarũ ſm illud Ion. 3. Miſertus ẽ Dñs ſuper malitiã quã dixit, ut faceret eis, & nõ fecit.[h] ergo ꝓphetiæ poteſt ſubeſſe falſum.

¶3 Præt. Omnis cõditionalis, cuius antecedens eſt neceſſariũ abſolute, conſequẽs eſt neceſſariũ abſolute: qa ita ſe hẽt conſequens in conditionali ad an- E tecedẽs, ſicut cõcluſio ad pmiſſas in ſyllogiſmo. Ex neceſſariis ãt nũquã cõtigit ſyllogizare, niſi neceſſariũ, ut probať in 1.* Poſteriorũ: ſđ ſi ꝓphetiæ ñ pt ſubeẽ falsũ, oportet hãc cõditionalẽ eſſe verã. Si aliqd eſt ꝓ-

A ¶In eodem articulo circa calcem illius, circa inſtinctus ꝓphetici correctionem dubium occurrit, An hoc ſit verum, ꝙ qñ ꝓphetę ex inſtinctu errant, corrigantur a Spirituſancto, & vera audiant, ac ſemetipſos reprehendant. Et eſt rõ dubii, qa hinc authoritas Greg. partem dicit affirmatiuam, hinc experientia apparet in oppoſitũ, & rõ: qa ſi ſic eſſet, ſequereť, ꝙ ſp propheta diſcerneret inter ſuũ, ac diuinum inſtinctum uel tunc, uel poſt per aduenientẽ correctionem.

¶Ad hoc dř, ꝙ ꝓpheta per inſtinctũ dupliciter loquiť, ſ. diuinũ uel proprium. Et ſi quidem diuino inſtinctu loquiť, q̃uis nõ diſcernat ſe loqui diuino inſtinctu, attñ impoſſibile eſt, ꝙ falſum dicat: qm̃ diuinus inſtinctus ñ pt eſſe principiũ falſi, & pp ea nõ eſt tunc locus correctioni. Si ãt loquiť ex ꝓprio inſtinctu tanq̃ ex diuino, dupliciter contingere pt. Primo, ut credat ſe loq ex diuino ſpiritu, & hoc licet poſſit cõtingere alicui ꝓphetæ, nõ tñ ꝓphetis ſãctis cõtingit: qm̃ ꝓphetę ſancti, qñ incerti ſunt de inſtinctu non credunt, ſed ſuſpicantur diuinum eſſe inſtinctum, ita ꝙ in ſola ſuſpicione falluntur, ut Greg. in prima hom. ſup Ezec. dicit. & tũc eſt locus correctioni. Sed ꝓphetis ſanctis pp ſuã ſanctitatẽ citius diuina opitulať correctio, ut teſtatur correctio facta Nathã ſuꝑ ędificatione templi. Prophetis ãt non ſanctis hmõi correctionem nõ oportet aduenire, quia priuilegium ſanctitatis in ꝓphetis, hoc eſt: quin etiam ſubdit Gregorius, ꝙ iter ueros & falſos prophetas hæc eſt diſtãtia, ꝙ veri eruditi citius dictum ſuum corrigũt: falſi uero falſa prędicant, & a Spirituſancto alieni in ſua falſitate perdurant. Et ꝑ hęc patet, ꝙ de bonis prophetis vř regulariter uerum ꝙ corrigũtur citius quando ex proprio errant ſpiritu: nec experiẽtia apparet in oppoſitum, niſi forte uocando prophetas bonas perſonas, quæ reputantur ſpirituales, patientes extaſim, quæ ęquiuoce prophetæ dicuntur. Diſtant enim a prophetis, pluſquàm terra a cœlo: quoniam hæc naturalia ſunt, & ſæpiſſime infirma naturæ: prophetia autem ſupernaturalis eſt, ut infra patebit. Ratio quoque allata nihil obſtat: tum quia ex hoc quòd propheta ſanctus, qui errauit non diſcernendo ſpiritum, poſtea corrigitur, non ſequitur, quòd ſemper tunc, vel poſtea diſcer-

Porr. q. 817

Inf. q. 171 art. 1. cor. & ar. 5. ad 3. & art. 6. ad 2. Et uenti. q. 12. ar. 3. co. & ar. 10. ad 7.

* Ar. 3. huius quæſt.

Lib. 1. tex. 17. to. 1.

nat ſuũ a diuino inſtinctũ: qm̃ nõ ſp̃ ad hmõi errorẽ p̃rũpit ſed ſuſpenſo ſtat animo, & profert eloqo ſuſpenſo: tũ qa dato q̃ poſt cognoſceret ex aduen:ente correctione, ſtat ſolida differentia aſſignata q̃ abſolute in ipſo inſti ctu non cognoſcit an Deus ſit, qui det illũ.

In ꝓlogo in Pſalm. c. 1. in pri.

¶ Ex eodem articulo collige aliã ꝓphetiæ cõditionẽ, ſ. q̃ ſi ſimpliciter eſt ꝓpheta, dat ꝓphetiæ clarã uiſionem reuelationis, hoc eſt, q̃ De⁹ eſt reuelans ſibi tunc hoc, ita q̃ nõ credit ſ: mitter, ſed uidet ſic eſſe.

Ar. 1. 3. & 3. hu⁹ q̃õ.

SVP. QV. CLXXI. ARTIC. VI.

Ca 1. d. 38. q. 1. a. 2. cõ. 3

IN ar. 6. eiuſdem q̃õnis 171. nota in corpore articuli, q̃ prophetia dr̃ cognitio expreſſa ex diuina reuelatione per modũ doctrinę, nõ quantũ ad diſcurſũ, ſed quãtũ ad cõicationẽ, ita q̃ intendit author ſi q̃ Deus doceat ꝓphetam ſyllogizando, ut magiſter docet diſcipulũ ex quodam in quoddam diſcurrendo: ſed q̃ docet hominẽ cõicando illi notitiã ſuã, ſicut magiſter cõicat diſcipulo notitiã quam hẽt. Modus ãt qũo iſta cõmunicatio fit, inferius tractabitur.

q. 14. ar. 13 & 15. & q. 16. ar. 8. *Concl. in* q. 22. ar. 4.

¶ In eodem artic. in rñſione ad ſm̃ ſta ſuſpenſus in dubio illo, An prophetans, ſm̃ ordinem cãrum tantũ, ſeu meritorũ, cognoſcat tunc reuelata ſibi eſſe ſm̃ ordinẽ cauſarũ tantum. Inferius ſiquidẽ in ar. 4. q. 173. clarificabiť veritas, ubi ex ꝓpoſito tractať qd ꝓphetæ cognoſcũt de reuelatis.

¶ In eodem articulo in rñſione ad 3. nota duo. Primum eſt, q̃ author aſſerit antecedens illud, A eſt prophetatum: & ſimiliter, A eſt p̃ſcitum, eſſe impoſſibile non eſſe, hoc eſt, eſſe neceſſarium, ita q̃ concedit argumento, q̃ antecedens eſt abſolute neceſſarium. Et hoc nota contra minus eruditos in ſpeculatiuis. Secundum eſt, q̃ rñſio remittit ſe ad reſponſionem extẽ

phetatũ, erit: huius ãt cõditionalis antecedens eſt neceſſariũ abſolute, cũ ſit de præterito. ergo & conſequens erit neceſſariũ abſolute, [h] quod eſt incõueniens: qa ſic prophetia nõ eſſet cõtingẽtiũ. Falſũ eſt ergo, q̃ ꝓphetię nõ poſſit ſubeſſe falſũ.

SED CONTRA eſt, q̃ Caſſio. dicit*, q̃ ꝓphetia eſt inſpirõ, vel reuelatio diuina, rerũ euentus imobili veritate denũciãs: nõ ãt eſſet imobilis veritas ꝓphetię, ſi poſſet ei falſũ ſubeẽ. ergo nõ põt ei ſubeſſe falſum.

RESP. Dcd̃m, q̃ ſicut ex dictis patet, ꝓphetia eſt, q̃dã cognitio intellectui ꝓphetæ impreſſa ex reuelatione diuina ꝑ modũ cuiuſdã doctrinę. Veritas ãt cognitionis ẽ eadẽ in diſcipulo et in docente, qa cognitio addiſcẽtis eſt ſimilitudo cognitionis docẽtis: ſicut in reb. naturalib. forma gñati eſt ſimilitudo q̃dã formæ gñantis. Et ꝑ hũc ẽt modũ Hier. dicit, q̃ ꝓphetia eſt quoddã ſignũ diuinę p̃ſcientiæ. Oportet igiť eandẽ eſſe ueritatẽ propheticæ cognitionis & enunciationis, q̃ ẽ cognitionis diuinæ, cui impoſſibile eſt ſubeſſe falſum, ut in primo* dictum eſt. Vnde [m] ꝓphetiæ non poteſt ſubeſſe falſum.

AD PRIMVM ergo dcd̃m, q̃ ſicut i primo dictũ eſt, * certitudo diuinæ p̃ſciẽtiæ ñ excludit contingentiam ſingulariũ futurorũ: qa ferť in ea ẽm q̃ sũt p̃ſentia, & iã determinata ad vnũ. Et iõ ẽt prophetia, q̃ eſt diuinę p̃ſcientiæ ſimilitudo impreſſa, uel ſignũ ſua immobili ueritate futurorum contingẽtiam non excludit.

AD II dcd̃m, q̃ diuina præſcientia reſpicit futura ẽm duo, ſ. ẽm q̃ ſunt in ſeipſis, inquãtũ ſ. ipſa præſentialiter intueť: & ẽm q̃ ſunt in ſuis cauſis, inquãtũ ſ. uidet ordinem cãrum ãd effectus. Et quãuis cõtingẽtia futura, prout ſunt in ſeipſis, sĩt determinata ad unum, tñ ꝓut ſunt in ſuis cauſis, nõ ſunt determinata, quin poſſint aľr euenire. Et quis iſta duplex cognitio ſp̃ intellectui diuino cõiungať, non tñ cõiungitur ſp̃ in reuelatione prophetica: qa im-

F preſſio agentis non ſp̃ adequat eius virtutem. Vnde qñq; reuelatio prophetica eſt impreſſa quędã ſimilitudo diuinę præſcientiæ, prout reſpicit ipſa futura contingentia in ſeipſis: et talia ſic eueniunt ſicut prophetanť, ſm̃ illud Iſa. 7. Ecce uirgo concipiet. Qñq; uero prophetica reuelatio eſt impreſſa, ſimilitudo diuinę præſcientię,

G ꝓut ſ. cognoſcit ordinem cãrum ad effectus: & tunc qñ q; aliter euenit q̃ propheteť, nec tñ prophetiæ ſubeſt falſum. Nã ſenſus prophetiæ eſt, q̃ inferiorum cãrum diſpoſitio ſiue naturalium, ſiue humanorũ actuũ, hoc hẽt, ut talis effectus eueniat: & ẽm hoc intelligitur verbum Iſa. dicentis. Morieris, & nõ viues, i. diſpoſitio corporis tui ad mortem ordinatur. & q̃

H dr̃ Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur, id eſt, hoc merita eius exigunt, vt ſubuertatur. Dr̃ autẽ Deus pænitere metaphorice, inquantũ ad modum pænitentis ſe hẽt, prout ſcilicet mutat ſententiã, etſi non mutet conſilium.

AD III dcd̃m, q̃ quia eadẽ eſt veritas prophetię, & diuinæ præſcientię, ut dictum eſt*, hoc modo illa conditionalis ẽ

I uera. Si aliquid eſt prophetatũ, erit: ſicut iſta. Si aliquid eſt præſcitum, erit. In vtraque enim antecedens eſt impoſſibile nõ eſſe. Vnde & conſequens ẽ neceſſarium non ſecundum q̃ eſt futurum reſpectu noſtri, ſed ut cõſideratur in ſuo preſenti, prout ſubdiť præſcientiæ diuinæ, * ut in primo dictũ eſt.

q. 14. ar. 13 ad 2.

In cor. ar.

ſam in primo libro, ubi dictũ eſt, q̃ qñ in antecedẽte poniť aliquid ptinens ad actũ animæ, conſequẽs eſt intelligendũ ſm̃ q̃ ſubſtat actui animę. Conſtat ãt q̃ ſciẽtia & prophetia ad actũ animæ ſpectant: & iõ author breuiter ſummans dicit, q̃ conſequens eſt neceſſariũ ut conſiderať in ſuo præſenti, prout ſubdiť diuinæ præſcientię. Hæc ãt in q̃õ. 14. primi lib. late diſcuſſa ſunt. Nunc moralibus inſiſtentes tranſeamus hæc.

SVP. QV. CLXXII. ARTIC. I.

IN art. 1. q. 172. nota tria. Primo circa opinionem Platonis, q̃ cum duo a Platone dicerentur, ſ. q̃ animæ humanæ sũt ab æterno, & quòd ſtatim ut ſunt, habẽt ſcientiã, & hoc ſm̃ ꝑponi ſine primo, author amiſit opinionẽ Platoni conformem quoad ſm̃, ſ. q̃ animę humanæ ſtatim ut ſunt, habent ſcientiã. Hoc. n. p̃t dicere etiã qui tenet animas creari ſimul, cũ corporibus infunduntur. Et qa hæc poſitio nihil continet aduerſus fidem, aut eccleſiaſticã doctrinam, ideo author cum magna modeſtia eã refutauit, melius fore dicens ſi ſequeremur prius diſcuſſa, & conclusa in primo libro,

QVAESTIO CLXXII.

De cauſa prophetiæ, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de cauſa prophetiæ.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum prophetia ſit naturalis.

¶ Secundò, Vtrum ſit à Deo mediantibus angelis.

¶ Tertiò, Vtrum ad prophetiam requiratur diſpoſitio naturalis.

¶ Quartò, Vtrum requiratur bonitas morum.

¶ Quintò, Vtrum ſit aliqua prophetia à dæmonibus.

K

¶ Sextò, Vtrum prophetæ dæmonum aliquando dicant verum.

Porr. p. 818

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum prophetia poſſit eſſe naturalis.

Infr. ar. 3. co. Et ver. q. 12. ar. 3. & ar. 4. co. * Lib. 4. ca. 26. in prin.

AD PRIMVM ſic ꝓcedıť. Vr̃ q̃ ꝓphetia poſſit eẽ nãlis. Dicit. n. Gre.* i 4. dialogorũ, q̃ ipſa

aliqñ aïarũ uis ſua ſubtilitate A
aliqđ ꝓuidet. & Aug. †dicit in
12.ſup Gen.ad lit.ꝙ aïę huma
nę ẽm ꝙ à ſéſib. corpis abſtra
hit̃,cõpetit futura præuidere:
hoc ãt ptinet ad ꝓphetiã.ergo
aĩa nãliter pót aſſeq ꝓphetiã.
¶2 Præt. Cognitio aïæ huma-
nę magis uiget in uigilãdo,q̃
ĩ dormiẽdo:ſed in dormiẽdo
qdã nãliter præuidẽt q̃dã futu
ra,ut patet ꝑ Phi.* in li.đ ſom. &
vig. ergo multo magis pót B
hõ nãliter futura cognoſcere.
¶3 Præt. Hõ ẽm ſuã naturã eſt
perfectior aïalibus brutis:ſed
quædam aïalia bruta hñt co-
gnitioné futurorũ ad ſe ꝑtiné
tiũ,ſicut formicæ ꝑcognoſcũt
pluuias futuras, qđ patet per
hoc,ꝙ añ pluuiã incipiũt gra
na in foramé reponere:& ſĩr
piſces ꝑcognoſcunt tẽpeſtates
futuras, ut perpendit̃ ex eorũ
motu,dũ loca tẽpeſtuoſa decli C
nãt. ergo multo magis hoïes
nãliter præcognoſcere pñt fu
tura ad ſe ꝑtinẽtia,de qb.ẽ ꝓ-
phetia. eſt ergo ꝓphetia à nã.
¶4 Præt.Pro. 29.dr̃. Cũ ꝓphe-
tia defecerit, diſſipabit̃ popu-
lus, & ſic patet ꝙ ꝓphetia eſt
neceſſaria ad hominum con-
ſeruationem:ſed natura non
deficit in neceſſariis. ergo vr̃
quòd prophetia ſit à natura. D

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ 2.
Pet. 1. Non.n. uoluntate hu-
mana allata eſt aliquando pro
phetia,ſed Spiritusſãcto inſpi-
rãte locuti ſunt ſancti Dei ho
mines.ergo prophetia non eſt
à nã,ſed ex dono Spiritusſãcti.

Resp. Dcđm, ꝙ ſicut ſupra
dictũ eſt, ꝓphetica præcogni
tio pót eſſe de futuris duplici
ter. Vno modo, ẽm ꝙ ſunt in
ſeipſis. Alio modo, ẽm ꝙ ſunt E
in ſuis cauſis. Præcognoſcere
ãt futura,ẽm ꝙ ſunt in ſeipſis,
eſt ꝓpriũ diuini intelľs, cuius
æternitati ſunt oïa pręſentia,
ut in primo dictũ eſt*. Et iõ ta
lis præcognitio futurorũ non
pót eſſe à natura,ſed ſolũ ex re
uelatione diuina. Futura uero
in ſuis cauſis pñt pręcogno-
ſci nãli cognitione ẽt ab hoïe:
ſicut medicus præcognoſcit
ſanitaté, uel morté futurã in
aliqbus cauſis, quarũ ordinẽ A
ad tales effectus experimento
ꝑcognouit. Et talis cognitio
futurorũ pót intelligi eſſe in
hoïe dupľr à nã. Vno mõ ſic,
ꝙ ſtatim aïa ex eo qđ in ſe ipſa
habet, poſſit præcognoſcere
futura: & ſic ſicut* Aug.dicit,
12.ſuper Geneſ. ad lite.qdam
uoluerũt aïam humanã habe-
re quãdã uim diuinationis in
ſeipſa. Et hoc vr̃ eſſe ẽm* opi-
nioné Plat.q poſuit,ꝙ aïæ ha
bẽt oïum rerũ cognitioné ꝑ B
participationé idearũ: ſed iſta
cognitio obnubilat̃ i eis ꝑ cõ
iunctioné corpis,in quibuſdã
tñ plus,in quibuſdã uero mi-
nus ẽm corpis puritaté diuer
ſam: & ẽm hoc poſſet dici, ꝙ
hoïes habẽtes aïas non multũ
obtenebratas ex corporũ vnio
ne pñt talia futura ꝑcognoſce
re ẽm ꝓpriã ſciam. Cõtra hoc
ãt obiicit* Aug. Cur nõ ſp poſ C
ſit uim diuinationis hr̃e aïa,
cũ ſp uelit? Sđ qa ueri* eſſe vr̃,
ꝙ aïa ex ſenſibilibus cogni-
tioné acqrat ẽm ſniam Ariſto
telis,ut i primo* dictũ ẽ iõ me-
lius ẽ dcđm alio mõ,ꝙ ꝑcogni
tioné taliũ futurorũ hoïes nõ hñt,ſđ acqrere pñt
ꝑ uiã experimẽtalé, in qua iuuãtur ꝑ nãlé diſpõ-
né,ẽm ꝙ i hoïe iuenit̃ ꝑfectio uirtutis imaginati
uæ, & claritas intelligẽtię. Et tñ hęc ꝑcognitio fu
turorũ differt à prima, quę habet̃ ex reuelatione
diuina dupliciter. Primo quidé, quia prima pót D
eſſe quoruncunque euentuum, & infallibiliter.
Hæc aũt pręcognitio,quę nãliter haberi pót, eſt
circa quoſdam effectus,ad quos ſe pót extendere
experiẽtia humana. Secũdò, quia prima ꝓphetia
eſt ẽm immobilem veritaté, nó aũt ſecũda,ſed pt
ei ſubeſſe falſum. Prima aũt præcognitio proprie
ptinet ad ꝓphetiã, nõ ſecunda: quia ſicut ſ. dictũ
eſt*, ꝓphetica cognitio ẽ eorũ q̃ nãliter excedũt
humanã cognitioné. Et iõ dcđm, ꝙ ꝓphetia ſim
pľ dicta ñ pt eẽ à nã, ſđ ſolũ ex reuelatióe diuina. q. præced. art. 1. Concluſio.

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ aïa qñ abſtrahit̃ à
corpalibus, aptior reddit̃ ad ꝑcipiendũ influxũ E
ſpũalium ſubſtantiarũ, & ẽt ad percipiẽdũ ſubti
les motus, qui ex impreſſionib. nãlium cauſarũ
in imaginatione humana relinquunt̃, à qbus ꝑci
piẽdis aïa impedit̃, cũ fuerit circa ſenſibilia occu
pata. Et iõ Gre.dicit,* ꝙ aïa qñ appropinquat ad Lib.4. Dialog.ca.26.
morté, pręcognoſcit quędam futura ſubtilitate
ſuę nãę, prout ſ.ꝑcipit ẽt modicas impreſſiones,
aut ẽt cognoſcit futura reuelatione angelica, nõ
aũt ꝓpria uirtute, qa ut* Aug.dicit. 12.ſup Gẽ.ad lib. 12. c. 13. nõ longe a princ. tom. 3.
lit. Si hoc eſſet, tũc haberet qñcunq; uellet in ſua
ptãte futura pręcognoſcere, qđ patet eſſe falsũ.
Ad 2 dcđm, ꝙ cognitio futurorũ q̃ fit i sõnis, ẽ
aut ex reuelõe ſpũaliũ ſubſtãtiarũ aut ex cã corpo

Lib. 12. ca. 13. tom. 3. In libr. de diuinatione p ſomnium. c. 2.

tro, ꝙ anima colligit
ſciam ex ſenſibilib*.
Scdo, circa diſpõnes
nãlis ꝓphetiæ, qđ au
thor ex Auicenna in
6. Natura. has duas
diſpõnes approbauit
in propheta nãli, ſ. bo
nitaté imaginatiuæ,
& claritatem intelli-
gentiæ, relinquendo
tertiã, ſ. aïæ ꝓtãté: qm
chimerica eſt illa ter-
tia. In ſcda aũt cõdõ-
ne potes aduertere, ꝙ
nõ eſt ſermo de diui-
nationibus, aut ſigni-
ficationibus neſcien-
tiũ qđ dicãt, ſed clari
tatem intelligentiæ
oportet eſſe in ꝓphe-
tia vtraque, ſ. nãli, &
diuina, alioquin nul-
lius prophetiæ nomé
meret̃. Et hinc habes
quantũ a ſomniis, &
melancholicis atque
iſtiuſmodi hoïb* ple-
nis apparitionibus in
ferioribus, prophetica
cognitio, ẽt quæ ẽm
nãm eſt, diſtet. Opor-
tet.n. claritaté intelli
gentiæ adeſſe. hoc eſt,
certiſſimã uiſioné il-
lorũ q̃ ſignificantur,
alioqn nihil eſt. Ter-
tio, circa authoris ꝓ-
fectũ ex tpe quo ſcri-
pſerat qõ. 12. de veri-
tate vſque in locum
iſtũ. Hic.n. quã dixit
nãlem prophetiã, ad
prophetiam ſim quid
deiecit, & ſolam illã
q̃ ex diuina eſt reuela
tione cenſet ſimplici
ter eſſe prophetiã. Et
ita eſt, vt patet ex au-
thoritate Petri apoſto
li, & ex rõe liæ. Et ꝓp-
ea ſimpliciter negan-
dum eſt prophetiam
poſſe eſſe a natura.
¶ In rñſione ad pri-
mum, qa authoritas
Greg. trib aïæ nãlem
vim ad præueniendũ
futura aperte docet:
iõ author ſubtilitaté q. præced. ar. 6. ad 2.
nãlem aïæ ad ꝓuiden
dũ non ad vim pręui
ſiuã futurorũ, ſed ad
vim perceptiuam pñ-
tiũ reducit: ita ꝙ nec
noua, nec antiqua aïę
ſubtilitate hẽt aïa vi
futurorũ ꝓuiſiuã, cũ
morti corporis ꝓpin-
qua eſt: ſed nãli ſua 1. q. 14. ar. 13.
virtute, quã tunc hẽt
expeditioré reſpũ in-
teriorũ motuũ, vtpo-
te ab exterioribus &
corpore ꝓprio magis
remota, ꝑcipit, vel ſu-
ꝑiorũ intellectuũ ſm
naturæ ordiné reuela
tiones: vel ꝙ magis
cõſonat, percipit ſub-
tiles motus imagina-
tiue ex impreſſione
cęlorum nãlium. Ex q-
bus motibus imagina
tiue lucentibus lumi-
ne intellectus agẽtis,
& alicuius forte ſupio
ris intellectus, mouet̃
intellectus nr poſſibi-
lis ad cognoſcẽdũ fu-
turũ in pñti ſigno re-
præſẽtatũ. Et hoc mõ Li. 12. ca. 2. in prin. tom. 3.
vt ille, cui* meminit
Gre. ꝓuidiſſe ſepeliẽ
dũ ſe in ſancto X ſto.
¶ In rñſione ad quar-
tum cum legis ꝓphe- *in Dialo go. 6. de Repub. uel de iuſto, a med.
tiam neceſſariam ad
populi gubernationé,
non intelligas de pro
phetia noua, ſed tãt
eſt ſi ſit antiqua, iuxta
verbũ Abrahæ ad di-
uitem. Hñt Moyſen
& prophetas, audiant
illos. Et in ordine qui
dem ad diuinũ cultũ
eſt omnino neceſſaria
prophetia ex parte no
ſtri, vt prædictum eſt:
i ordine autem ad a-
lia, neceſſaria eſt ad
hoc, ut firmior, effica
ciorque ſit populi gu Lib. 12. in gen. ca. 13. tom. 3.
bernatio. Verbum ſi-
quidem Dei ualidum
eſt, & penetrabilius oi
gladio &c. Et ꝓpea in
ſra dr̃, Et ꝑcipue &c.
vt. ſ. vtramque neceſ-
ſitatem oſtenderet. q. 84. ar. 6. & 7.

q.95.ar.6. SVP. Q. CLXXII.

ART. II.

Parr.3.cont.c.154.

IN artic. 2. eiuſdem 172. quæſt. dubia duo occurrunt. Primum, circa illuminationem propheticã, an ſcilicet ſit ab angelo, quo ad ipſum lumẽ propheticum, an non. Et eſt ratio dubij, quia ſi lumen propheticum nõ eſſet ab angelo, fruſtra in litera diceretur, Vtrumque ſcilicet illuminationes & reuelationes. Sufficiſſet ſiquidem dicere, Reuelationes per angelos deferunt͂. In oppoſitum autẽ eſt, quia auctor in principio huius ſummæ q.6. art.1. ad primum, ponit quòd lumen fidei in intellectu noſtro eſt immediate a Deo. ergo a fortiori lumen propheticum, quod facit euidentiam eorum quæ ſunt fidei.

¶ Secundum dubium eſt circa inſpirationem propheticam, an ſit ab angelo. Dictum eſt enim in primo articulo præcedẽtis quæſtionis, quòd ad prophetiam requiritur inſpiratio. Et eſt ratio dubij, quia in reſponſione ad primum dicitur, quòd non eſt eadem ratio de ſpectantibus ad intellectum, & de ſpectantibus ad voluntatem: quoniam angelus poteſt imprimere in intellectum, nõ autem in voluntatem. Conſtat autem quòd inſpiratio prophetica ad voluntatẽ ſpectat. igitur.

Parr.o 819

1.q.111.a.1.& 3.contra, c.154. & veri.q6. 11.art.8.& Matt.2.le.3.ſi.& lect.4.& 1.Cor.14.

¶ Ad primum dubiũ de illuminatione dicitur, quòd illuminatio prophetica quoad ſupernaturale lumen quod menti prophetæ infunditur, nõ eſt ab angelo, ſed a Deo immediate: quoniam regulare eſt, quòd nullus creatus intellectus poteſt alium illuminare hoc modo, ſ. tradendo illi lumen ſiue naturæ, ſiue gratiæ, ſiue gloriæ, vt patet ab authore in primo huius operis lib. q.106.art.1.ad 2. Vnde concedendum eſt quòd tã lumen fidei, quàm lumen prophe-

* In prolo. ſup Pſalt. a.1.in prin.

† c.4. parũ a med.illi*

rali,* vt dictũ eſt, cũ de diuinationibus agereᵗ. Vtrunque aũt melius põt fieri in dormiẽtibus quàm in vigilãtibus, quia aĩa vigilantis eſt occupata circa exteriora ſenſibilia: vñ minᵘ põt pcipere ſubtiles impreſſiones vel ſpũaliũ ſubſtantiarũ, vel ẽt cauſarũ nãlium. Quantum tñ ad perfectionẽ iudicij plus viget rõ in vigilando, quam dormiendo.

AD III dicendum, quòd bruta etiã aĩalia nõ hñt præcognitionem futurorũ euentuũ, niſi ſm quòd ex ſuis cauſis præcognoſcunt, ex quibus eorũ phantaſiæ mouenᵗ, & magis quàm hoĩum; quia phãtaſiæ hominum, maximè in vigilando, diſponunᵗ magis ſm rõnem, quàm ſm impreſſionem nãlium cauſarum. Ratio autem facit in homine multo abundãtius id, quod in brutis facit impreſſio cauſarũ nãlium: & adhuc magis adiuuat hominẽ diuina gratia prophetias inſpirãs.

AD IIII dicendum, quòd lumẽ propheticũ ſe extendit ẽt ad directiones humanorum actuũ. Et ſm hoc prophetia neceſſaria eſt ad populi gubernationẽ, & præcipue in ordine ad cultum diuinũ, ad quem natura nõ ſufficit, ſed requiritur gratia.

ARTICVLVS II.

Vtrum prophetica reuelatio fiat per angelos.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr quòd prophetica reuelatio nõ fiat per angelos. Dr .n. Sap.7. quòd ſapiẽtia Dei in animas ſanctas ſe trãsfert, & amicos Dei et prophetas cõſtituit: ſed amicos Dei cõſtituit immediate.ᵇ ergo ẽt prophetas facit imediate, non mediãtibus angelis.

¶ 2 Præt. Prophetia poniᵗ inter grãs gratis datas: ſed grę gratis datæⁿ ſunt a Spũſctõ, ſm illud, Diuiſiones grãrũ ſunt, idẽ autẽ ſpiritus. non ergo prophetica reuelatio fit angelo mediante.

¶ 3 Præt.* Caſſiod. dicit, quòd prophetia eſt diuina reuelatio: ſi ãt fieret per angelos,ᵇ diceretur angelica reuelatio. nõ ergo prophetia fit per angelos.

SED CONTRA eſt, quòd † Dion. dicit 4.c.cæl.hier. Diuinas viſiones glorioſi patres nr̃i adepti ſunt per medias celeſtes virtutes

F loquiᵗ aũt ibi de viſionibus propheticis ergo reuelatio prophetica fit angelis mediantibus.

RESP. Dicendum, quòd ſicut Apoſt. dicit ad Roma.13. Quæ à Deo ſũt, ordinata ſunt. Hẽt aũt hoc diuinitatis ordo, ſicut Dion. dicit, vt infima per media diſponat. Angeli autem medij ſunt inter

G Deũ & homines, vtpote plus participãtes de perfectione diuinæ bonitatis, quàm hoĩes: & iõ illuminationes & reuelationes diuinæ a Deo ad hoĩes per angelos deferunᵗ.ᵐ Prophetica aũt cognitio per illuminationẽ & reuelationẽ diuinã: vñ manifeſtũ eſt quòd fiat per angelos.ᵃ

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas, ſm quã fit hõ amicᵘ Dei, ẽ perfectio uolũtatis in quã ſolus Deus imprimere põt: ſed

H prophetia eſt perfectio intellectᵘ, in quẽ ẽt angelus põt imprimere, vt in primo* dictũ eſt: & iõ non eſt ſimilis rõ de vtroque.

AD II dicendũ, quòd grãæ gratis datæ attribuuntur Spirituiſancto ſicut primo principio: qui tamen operatur huiuſmodi gratias in hominibus mediãte miniſterio angelorum.

AD III dicendum, quòd operatio in ſtrũ attribuiᵗ principali agenti,

I in cuius virtute inſtrũm agit. Et quia miniſter eſt ſicut inſtrũm, idcirco prophetica reuelatio, quæ fit miniſterio angelorum, dicitur eſſe diuina.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad prophetiam requiratur diſpoſitio naturalis.

AD TERTIVM ſic proceditᵗ. Vr quòd ad prophetiã reqraᵗ diſpõ nãlis.ᶜ Prophetia enim recipiᵗ in propheta ſm diſpõ-

K nẽ recipientis: quia ſuper illud Amos 1. Dñs de Siõ rugiet, dicit gl.* Hier. Naturale eſt, vt oẽs qui volunt rẽ rei comparare, ex his rebus ſumant comparationes, quas ſunt experti, & in rebᵘ quibus ſunt nutriti. V.g. Nautæ ſuos inimicos vẽtis, dãnum naufragio cõparant. Sic & Amos, qui fuit paſtor pecorũ, timorẽ Dei rugitui leonis aſſimilat: ſed quod recipiᵗ i aliquo ſm modũ recipiẽtis, reqrit nãlem diſpoſitionem. ergo prophetia requirit naturalem diſpoſitionẽ.

ticum, illud habituale, hoc per modum tranſeuntis a Deo eſt immediate. Vocatur autem angelus illuminare hominẽ vel per modum confortationis, & hoc ex parte intellectus: uel per modum docentis, diſtinguentis, proponentiſque perceptibiliter, & hoc ex parte rei reuelatæ, vt patet ab authore in locis præallegatis. Et ideo vere dictum eſt, quòd illuminant, & reuelant.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd inſpiratio prophetica cum non requirat aliquam impreſſionem in voluntatem ex parte ipſius voluntatis, ſed poſſit mediante obiecto inſtigatiuo ad eleuationem mentis fieri, ab angelo fieri poteſt. Dria namque in litera poſita non militat aduerſus hoc propter dictam rationẽ, quia ſ. inſpiratio poteſt ex parte obiecti fieri. Cõſtat enim quòd angelus poteſt ex parte obiecti voluntatem noſtram mouere perſuaſiue: & ſic forte fit cõiter prophetica inſpiratio. At ſi de inſpiratione efficaci intelligendum eſt, cũ prophetica dicitur inſpiratio, conſtat quòd cum ſolius Dei ſit efficaciter mouere voluntatem, & ex parte ipſius voluntatis, vt inſpirationis nomen ſonat, dicendum eſſet quòd non eſt ab angelo, ſed a Deo immediate non per impreſſionem alicuius formæ in voluntatem, ſed per actualem motionem interiorem, qua ſolus ipſe creator voluntatis poteſt eã cũ uult, & quo vult mouere, iuxta illud. Cor regis in manu Domini, & voluet illud quocumque vo uerit. Hæc rñſio, quia formalis eſt, amplectenda magis vr̃. Et forte propterea in iſta hac nunquàm meminit author inſpirationis propheticę, ſed reuelationis, & illuminationis.

Concl.

D.311.

q.111.ar.1

Parr.o 820

Vers.q.12.ar.4.

In princ. comm.ad 1.c.Amos. tomo.6.

SVP. Q. CLXXII.

ARTIC. III.

IN articulus tertius eiuſdem 172. quæſtionis

¶2 Pręt. ſpeculatio prophetię ẽ altior q̃ ſcientiæ acquiſitæ: ſed indiſpoſitio naturalis impedit ſpeculationem ſcientiæ acquiſitæ, multi.n. ex indiſpõne naturali ꝑtingere non pñt ad ſcias ſpeculatiuas capiendas.[b] multo ergo magis requiritur ad contẽplationem propheticam.

¶3 Præt.[b] Indiſpõ naturalis magis impedit aliquem, q̃ impm̃ accidentale:[c] ſed per aliquid accidentale ſuperueniens impeditur ſpeculatio ꝓphetiæ. dicit.n. Hieron.* ſuper Matth. ꝙ in tꝑe illo, quo coniugales actus gerũtur, pñtia Spiritusſancti non dabitur, ẽt ſi propheta eſſe videaẽ, qui officio gñationis obſequit. ergo multo magis indiſpõ naturalis impedit prophetiam: & ſic vr̃ ꝙ bona diſpõ naturalis requiratur ad prophetiam.

Sed contra eſt, qđ* Greg. dicit in hom. Penteco. Implet. ſ. Spiritusſanctus citharœdũ puerum, & pſalmiſtam facit: paſtorem armentorum ſycomoros vellicantem, & prophetam facit. Non ergo requiritur aliqua diſpõ præcedens ad prophetiã, ſed depẽdet ex ſola uoluntate. Spũſſancti, de quo dr̃ 1. ad Cor. 12. Hæc oĩa opaẽ vnus atq; idẽ Spũs diuidẽs ſingula ꝓut uult.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dcm̃ eſt*, prophetia uerè, & ſimpliciter dicta, eſt ex inſpiratione diuina, quæ ãt eſt ex cã naturali, non dr̃ prophetia niſi ẽm quid. Eſt ãt conſiderandum ꝙ ſicut Deus, qui eſt cã uniuerſalis, in agendo non præexigit mãm, nec aliquam materię diſpõnem in corporalibus effectibus, ſed ſimul põt & materiam, & diſpõnem, & formam inducere: ita ẽt[m] in effectib. ſpũalib. nõ præexigit aliquam diſpõnẽ, ſed p̃t ſimul cum effectu ſpũali inducere diſpõnem conuenientem, qualis requiritur ẽm ordinem naturę. Et ulterius poſſet ẽt ſimul per creationem producere ipſum ſubiectum, ſ. aĩam, & in ipſa ſui creatione diſponere ad prophetiam, & dare ei gratiam prophetalem.[a]

Ad primum ergo dcẽm, ꝙ indifferens eſt ad prophetiam quibuſcũq; ſimilitudinibus res A prophetica exprimatur. Et iõ hoc ex operatione diuina non immutatur circa prophetiã: remouetur autem diuina uirtute, ſi quid prophetiæ repugnat.

Ad II dicẽdũ, ꝙ ſpeculatio ſciẽtiæ fit ex cauſa naturali. Natura aũt non põt operari, niſi diſpoſitione præcedente in materia, ꝙ non eſt dicendum de Deo qui eſt prophetiæ cauſa.

Ad III dcẽm, ꝙ aliqua naturalis B indiſpoſitio, ſi non remoueretur, impedire poſſet prophetalem reuelationem, puta, ſi aliquis eſſet totaliter ſenſu naturali deſtitutus, ſicut ẽt impeditur aliquis ab actu prophetandi ꝑ aliquã uehemẽtẽ paſſionem uel iræ, uel concupiſcentiæ, qualis eſt in coitu, ut uel per quãcũq; aliã paſſionẽ: ſed talẽ indiſpoſitionem naturalem remouet uirtus diuina, quæ eſt ꝓphetię cã. C

Articulus IIII.

Vtrum bonitas morum requiratur ad prophetiam.

Ad quartum ſic proceditur. Vr̃ ꝙ bonitas morũ requiratur ad prophetiam. Dr̃. n. Sapien. 7. ꝙ ſapientia Dei per rões in[h] animas ſanctas ſe trãſfert, & amicos Dei, & ꝓphetas conſtituit, ſed ſanctitas non poteſt eſſe ſine bonitate morũ, & D ſine grã gratũ faciẽte. ergo prophetia nõ põt eſſe ſine bonitate morũ, & grã gratũ faciente.

¶3 Pręt. Secreta[c] non reuelãtur, niſi amicis, ẽm illud. Io. 15, Vos aut dixi amicos, quia omnia q̃cunque audiui à patre meo, nota feci uobis: ſed prophetis De⁹ ſua ſecreta reuelat, vt dr̃ Amos 3. ergo uñ ꝙ prophetæ ſint Dei amici, qđ nõ põt eſſe charitate. ergo uidetur ꝙ prophetia non E poſſit eſſe ſine charitate, q̃ non eſt ſine gratia gratum faciente.

¶3 Præt. Matt. 7. dr̃. Attendite à falſis ꝓphetis q ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces: ſed quicunque ſunt ſine gratia interius[s] uidentur eſſe lupi rapaces. omnes ſunt falſi prophetæ: nullus eſt ergo uerus prepheta, niſi bonus per gratiam.

¶4 Pręt. Phil. dicit in li. de ſomno & uigilia, ꝙ ſi diuinatio ſõnorũ eſt à Deo, incõuenĩẽs eſt.

nota, ꝙ prophetiam exigere naturalẽ diſpõnẽ in propheta, põt intelligi dupliciter. Primo, de ipſo dono prophetiæ ſm̃ ſe, & ſic conſtat ꝙ exigit & aliq̃ diſpõnem, & ꝙ impeditur per aliq̃ indiſpõnem. Nã exigit imaginatiuam bene præparatam ad miniſtrandum, ſeu obſequẽdum propheticæ viſioni, qm̃ diuina illuminatio circũuelata eſt ſimilitudinibus, vt Dionyſ. docuit. Et conſtat ꝙ impeditur per ebrietatem, & paſſiones vehementes, & hmõi, quæ impediunt ſpeculationem ueritatis: nec huius oppoſitum docemur in litera. Alio ergo modo intelligit de dono prophetiæ in ordine ad per ſe cãm effectiuã talis doni: & ſic dr̃, ꝙ nullã reqrit diſpõnẽ naturalem. Et dr hoc ad differẽtiã prophetiæ ſm̃ quid, hoc eſt, naturalis, quæ non ſolum ſm̃ ſe, ſed ẽt in ordine ad per ſe cãm effectiuã illius præexigit neceſſario diſpõnem naturalẽ in propheta: qm̃ cã naturalis prophetiæ eſt natura, quę nõ p̃t operari niſi i patiẽte, & diſpoſito, ut patet. Sed cã prophetiæ ſimpliciter eſt Deus, qui non p̃exigit aliquã diſpõnem, ſicut nec materiã, ſed põt ſimul totũ producere. Et hæc eſt intẽtio, hic eſt clarus ſenſus literæ, vt patet ex rõne literæ, & reſponſionibus ad argumenta. Sed inſurgit tunc aliud dubiũ, ad quid articulus iſte, & q̃ſtio iſta magis de prophetia, q̃ de quocumq; alio dono Dei, cum hæc conditio. ſ. non præexigere diſpõnem in ordine ad Deum, ſit conditio cõis oĩum quæ a Deo fiunt, & eſt cõis differẽtia inter naturalia, & diuina opa. ¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quæſtio iſta, q̃uis multis alijs cõis ſit, appropriata tñ rõnabiliter eſt prophetiæ non ſolum quia prophetia inuenitur naturalis, & ſupernaturalis, ſed vt ex huius ſolutione quæſtionis pateat, ꝙ Deus nõ diſtribuit prophetiæ donum, ſicut animas infundit corporibus. ſ. iuxta merita materiæ diſpoſitæ. Nec ideo elegit Moyſen, Dauid, Iſaiam, Hieremiam &c. in prophetas, qa ipſi habebant diſpõnem naturalẽ ad huius donum deducentem, ſed econtra, qa ipſe diſtribuit ſingulis prout vult, & dedit quoſdã prophetas. ideo iſtos diſpoſuit conuenienter ad prophetiæ donũ. Excludit.n. hinc error philoſophorum, qui prophetas oẽs ex naturali diſpõne conſtituerũt, ut Ariſtotel. in ꝓblematibus, & Auicenna i ſexto naturaliũ.

In epiſt. de Monogamia a me. co. 1. Refert ur in dec. 32. q. 2. ca. connubi.

Hom. 30. in Euang. nõ multũ remote a fin.

Ar. 3. hui⁹ quæſt.

Concluſio

SVP. QV. CLXXII. ART. IIII.

IN arti. 4. eiuſdem 172. q. nota circa bonitatem morũ quo ad paſſiones & actiones exteriores, ꝙ nõ intendit author ad prophetiã reqꝗri bonitatẽ morũ ex hac parte. ſ. quietis a paſſionibus & actionibus exterioribus, q̃uis nõ requiratur ex alia parte. ſ. ex parte radicis, ſeu charitatis. Veritas.n. ẽ & clara apud authorẽ, ꝙ prophetia ſtat cum peccato mortali, & dãnatione æterna, ut patet ex Domini authoritate allata, & Hieron. & directo proceſſu articuli huius reſpondendo ad argumenta. Sed intendit & explicat, ꝙ malitia morum impedit prophetiã, pro quanto impedit magnam mentis eleuationem ad contemplationem ſpiritualium. Quod quidem uerum eſſe conſtat, cum paſſiones ſunt uehementes, & exteriores occupationes multæ. ſub hac.n. ratione impediunt iſtius eleuationẽ. Et propterea ſi etiã ex hac parte aliqua inordinatio moralis ſine huiuſmodi magnitudine, uel multitudine occurrant, uel ẽt huiuſmodi quies a paſſionibus & occupationibus extraneis fiat, nõ ꝑꝑ bonũ morem, ſed naturam, uel ſpeculationem, ac per hoc eſſet dicta quies ſine bonitate morali, ſtaret prophetia ẽt ex hac parte ſine bonitate morali.

Per. peſta. 8 2 1

Veri. q. 12 ar. 5 Et op 3. c. 222. Et 1. Cor. 13.

Lib. de diuinatio. per ſomni c. 1. circ. princ.

¶ In reſponſione ad quartum euſdē articuli, nota diligenter gloſſam authoris ad textum Ariſt. aut nō eſſe gloſſam, ſed reſpōſionem ad eūdem Ariſt. dicendo, ꝙ rō illa non eſt vera de optimis ſimpliciter, ſed ad hoc ex diuina electione. Aut ſi eſt gloſſa, non gloſſā textus illius, inquantū eſt Ariſt. ſed inquantū eſt philoſophi, quia philoſophia nō ē nisi verorū, & cōſtat verū vero non eſſe contrariū. Ariſt. āt conſtat, ꝙ intēdit de optimis ſimpliciter: & ſcito, ꝙ author plures gloſſat Ariſt. ut philoſophum, nō vt Ariſtot. & hoc in fauorem veritatis.

eā immittere q̄buslibet, & nō optimis uiris: ſed cōſtat donū ꝓphetię eē à Deo. ergo donū ꝓphetię n̄ daꝛ niſi optimis viris.

Sed contra eſt, ꝙ Math. 7. his q̄ dixerāt, Dn̄e nonne in nomine tuo ꝓphetauimus: reſpōdetur. Nunq̄ noui uos. Nouit āt Dominus eos, q̄ ſunt eius ut dr̄ 2. ad Timoth. 2. ergo prophetia poteſt eſſe in his, qui nō ſunt Dei per gratiam.

Resp. Dcdm, ꝙ bonitas morum poteſt attēdi ſm̄ duo. Vno quidem mō, ſm̄ interiorē eius radicē, q̄ eſt gratia gratū faciēs. Alio āt mō, quantū ad interiores animæ paſſiones, & exteriores actiones. Gratia āt gratū faciens ad hoc principaliter daꝛ ut anima hominis Deo ꝑ charitatem cōiungaꝛ. Vnde Aug.* dicit in 15. de Trini. Niſi impertiaꝛ cuiq; Spiritusſanctus, ut eū Dei & proximi faciat amatorē, ille à ſiniſtra nō trāsfert ad dexterā. Vnde q̄cq̄d p̄t eſſe ſine charitate, p̄t eſſe ſine gr̄a gratū faciente, & ꝑ conſequens ſine bonitate morū. Prophetia āt p̄t eſſe ſine charitate: ꝙ apparet ex duobus. Primo q̄dē, ex actu vtriuſque nā ꝓphetia ꝑtinet ad intellectū, cuius actus p̄cedit actū volūtatis, quē ꝑficit charitas. Vnde Apo. 1. ad Cor. 13. ꝓphetiā conumerat aliis ad intellectū ꝑtinentibus, q̄ poſſunt ſine charitate haberi. Sc̄do, ex fine vtriuſq;. Datur. n. ꝓphetia ad vtilitatē Eccleſiæ, ſicut & aliæ gr̄æ gratis datæ, ſm̄ illud Apoſt. 1. ad Cor. 12. Vnicuiq; daꝛ manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatē. Nō āt ordinaꝛ directe ad hoc, ꝙ affectus ipſius ꝓphetę cōiungaꝛ Deo ad q̄d ordinaꝛ charitas: & iō ꝓphetia p̄t eſſe ſine bonitate morū quātū ad propriā radicē huius bonitatis. Si uero cōſiderēmus bonitatē morū ſm̄ paſſiones animæ & actiones exteriores, ſm̄ hoc īpediꝛ aliq̄s à ꝓphetia per morū malitiā. Nā ad ꝓphetiā req̄riꝛ maxima mentis eleuatio ad ſpiritualiū contēplationē, q̄ quidē impediꝛ per vehementiam paſſionū, & ꝑ inordinatā occupationē rerū exteriorū. Vnde & de filiis ꝓphetarū legiꝛ. 4. Regum. 4. ꝙ ſimul habitabant cum Heliſęo, quaſi ſolitariā uitam ducentes, ne mundanis occupationibus impedirentur a dono prophetię.

Ad primum ergo dcdm, ꝙ donum ꝓphetiæ aliq̄n datur hoi & ꝑp vtilitatē aliorū, & ꝑp propriæ mentis illuſtrationē. Et hi ſunt, in quorū animas ſapientia diuina per gratiā gratū facientē ſe trāferens, amicos Dei & prophetas eos cōſtituit. Quidā uero cōſequunꝛ donū prophetiæ ſolū ad utilitatē aliorū, q̄ ſunt quaſi inſtrumenta diuinæ operationis. Vnde Hier.* dicit ſuper Matth. Prophetare, uel virtutes facere, & dęmonia eiicere, interdū n̄ ē eius meriti q̄ operaꝛ, ſꝫ vel inuocatio nominis Chr̄i hoc agit, vel ob cōdēnationē eorū q̄ inuocāt, vel vtilitatē eorū q̄ vidēt et audiūt, cōcediꝛ

Lib. 15. cap. 18. circa prin. to. 3.

Concl.

Coppl. p.

In illud Mat. 7. Nōne in nomine tuo prophetauimus, to. 9.

F Ad II dcdm, ꝙ* Greg. expōnēs illud dicit. Dū audita ſuperna cæleſtia amamus, amata iam nouimus, q̄a amor ipſe notitia eſt. Oīa ergo eis nota fecerat: quia a terrenis deſideriis immutati, amoris ſummi facibus ardebant: & hoc modo, nō reuelantur ſemper ſecreta diuina prophetis.

Ad III dcdm, ꝙ nō oēs mali ſunt lupi rapaces, ſed ſolū illi qui intendunt aliis nocere. Dicit. n.* Chryſoſt. ſuper Matt. ꝙ catholici doctores etſi fuerint peccatores, ſerui quidē carnis dicuntur: non tamen lupi rapaces, quia non hēnt propoſitum ꝑdere chriſtianos. Et quia prophetia ordinatur ad

G vtilitatem aliorum, manifeſtum eſt tales eſſe falſos prophetas, quia ad hoc non mittuntur a Deo.

Ad IIII dcdm, ꝙ dona diuina non ſp̄ dantur optimis ſimpliciter, ſed quandoq; illis qui ſunt optimi, quātū ad talis doni ꝑceptionē. Et ſic De⁹ donū ꝓphetiæ illis dat, q̄b⁹ optimū iudicat dare.

Homi. 27. in euange. ante med.

Homil. 19. opere imperfecto ante med. to. 2.

Articvlvs V.

Vtrū aliqua ꝓphetia ſit a dæmonib.

Ad qvintvm ſic proceditur, Vr̄ ꝙ nulla prophetia ſit a dæmōibus.[b] Prophetia. n.

H ē diuina reuelatio, ut * Caſſiodor. dicit: ſed illud q̄d fit a demone, nō ē diuinū. ergo nulla prophetia p̄t eſſe a demone.

¶ 2 Pręt. Ad propheticā cognitionē requiriꝛ aliqua illuminatio, ut ſ. dicit eſt: ſed dęmones nō illumināt intellectū humanū vt ſ. d. ēū t̄ē, i primo ergo nulla ꝓphetia p̄t ē a dęmonibus.

¶ 3 Præt. Nō eſt efficax ſignū, q̄d ēt ad cōtraria ſe hēt: ſed ꝓ-

I phetia ē ſignū cōfirmatiōis fidei unde ſup illud Ro. 12. Siue ꝓphetiā ſm̄ rōnem fidei dicit gl.* Nota ꝙ i numeratione gr̄arū a ꝓphetia incipit, quæ eſt prima ꝓbatio ꝙ fides nr̄a ſit rōabilis, quia credentes accepto ſpiritu ꝓphetabāt: n̄ ergo ꝓphetia a dęmonib. dari p̄ōt.

Sed contra eſt, ꝙ dicit 3. Regum. 18. Congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli, & prophetas Baal trecen-

K tos quinquinta, propheta ſque lucorum quadrigentos, qui comedūt de menſa Iezabel: ſed tales erāt demonum cultores. ergo uidetur quòd etiam à dæmonibus ſit aliqua prophetia.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra* dictum eſt, prophetia importat cognitionem quādam procul exiſtentem a cognitione humana. Manifeſtum eſt autem quòd intellectus ſuperioris ordinis aliqua cognoſcere poteſt: quę ſunt remota a cognitione intellectus inferioris. Supra aūt intellectum humanum eſt non ſolum intellectus diuinus, ſed etiam intellectus angelorum bonorum & malorum ſm̄ naturę ordinem. Et ideo quędam cognoſcūt dæmones etiam ſua naturali cognitione

Reſp. Dcđm, ꝙ dignitas eorũ quę ſunt ad finẽ, præcipuè conſideratꝰ ex fine. Finis aũt prophetię eſt manifeſtatio alicuius ueritatis ſupra hoiem exiſtentis; vñ quanto hmôi manifeſtatio eſt potior tãtò prophetia eſt dignior. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ manifeſtatio diuinæ ueritatis, quæ fit per nudã contemplationẽ ipſius ueritatis, potior eſt, q̃ illa, quæ fit ſub ſimilitudine corporalium rerum: magis. n. appropinquat ad uiſionẽ patriæ, ſm quã in eſſentia Dei ueritas cõſpicitur. Et inde eſt, ꝙ [m] prophetia, per quã aliqua ſupernaturalis ueritas conſpicitur, ſm intellectualẽ ueritatẽ eſt dignior, q̃ illa in qua veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudinẽ corporaliũ rerum ſm imaginariam viſionẽ. Et ex hoc ẽt oſtẽditur mens prophetæ ſublimior, * ſicut in doctrina humana auditor oſtenditur eſſe melioris intellectus, qui veritatẽ intelligibilẽ a magiſtro nude prolatã capere põt, q̃ ille qui indiget ſenſibilibus exemplis ad hoc manuduci. Vñ in cõmendationẽ prophetiæ Dauid, dr̃ 2. Reg. 23. Mihi locutus eſt fortis Iſrael. & poſtea ſubdit: Sicut lux auroræ oriẽte Sole mane abſq; nubib. rutilat.

Concl. m

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ qñ aliqua ſupernaturalis ueritas reuelanda eſt per ſimilitudines corporales, tunc magis eſt propheta q vtrũq; habet, ſ. lumen intellectuale, & imaginariã uiſionẽ, q̃ ille qui habet alterum tñ, quia perfectior eſt prophetia: & quantum ad hoc loquitur Aug. ſed illa prophetia, in qua reuelatur nude intelligibilis ueritas, eſt omnibus potior.

Ad ii dcđm: ꝙ aliud eſt iudiciũ de his q̃ ꝑꝑ ſe quærunꝰ, & de his quæ quærunꝰ ꝑꝑ aliud. In his .n. quæ ꝑꝑ ſe quęrunꝰ, quantò uirtus agẽtis ad plura, & remotiora ſe extendit, tanto potior eſt: ſicut medicus reputaꝰ melior, qui plures põt, & magis à ſanitate diſtantes ſanare. In his aũt quæ nõ quæruntur niſi ꝑꝑ aliud, quanto agens põt ex paucioribus, & propinquioribus ad ſuum intentũ peruenire, tanto vr̃ eſſe maioris uirtutis: ſicut magis laudatur medicus, q per pauciora, & leniora põt ſanare infirmũ. Viſio aũt imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter ſe, ſed propter manifeſtationem intelligibilis ueritatis: & ideo tanto potior eſt prophetia, quanto minus ea indiget.

Ad iii dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid

F eſſe ſimpliciter melius, quod tñ minus proprie recipit alicuius prædicationem: ſicut cognitio patriæ eſt nobilior, quàm cognitio viæ, quæ tamen magis proprie dr̃ fides, propterea ꝙ nomen fidei, importat imperfectionem cognitionis. Similiter autem prophetia importat quandam obſcuritatem, & remotionem ab intelligibili veritate: & iđ magis proprie dicuntur prophetæ, qui uident per imaginariam uiſionem, quàmuis illa prophetia ſit nobilior, quæ eſt per intellectualem uiſionem, dummodo tamen ſit eadem ueritas utrobique reuelata. G Si verò lumen intellectuale alicui diuinitus infundatur non ad cognoſcendum aliqua ſupernaturalia, ſed ad iudicandum ſecundum certitudinem ueritatis diuinæ, ea quæ humana ratione cognoſci poſſunt: ſic talis prophetia intellectualis eſt infra illam, quæ eſt cum imaginaria uiſione ducente in ſupernaturalem ueritatem, cuiuſmodi prophetiã habuerunt oẽs illi, qui numerantur in ordine prophetarum, qui ẽt ex hoc ſpecialiter dicuntur prophetæ, quia prophetico officio fungebantur. Vnde & ex perſona Domini loquebantur dicentes ad populum. Hæc dicit Dominus: quod H non faciebant [d] illi, qui hagiographa conſcripſerunt, quorum plures loquebantur frequentius de his quę humana ratione cognoſci poſſunt non quaſi ex perſona Dei, ſed ex perſona propria, cum adiutorio tamen diuini luminis. D. 10.

Ad iiii dicendum, ꝙ illuſtratio diuini radii in vita pręſenti non fit ſine velaminibus phantaſmatum qualiumcumque: quia connaturale eſt [e] homini ſecundum ſtatum pręſentis uitę, ut non intelligat ſine phantaſmate. Quandoque tamen ſufficiunt phantaſmata, quę communi modo à ſenſibus abſtrahuntur, nec exigitur aliqua uiſio imaginaria diuinitus procurata. Et ſic dicitur reuelatio I prophetica fieri ſine imaginaria uiſione. D. 19.

Articvlvs iii.

Vtrũ gradus prophetiæ poſſint diſtingui ſecundum uiſionem imaginariã.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd gradus prophetię poſſint diſtingui ſecundum uiſionem imaginariã. Gradus enim alicuius rei non attenditur ſecundum id quod eſt propter aliud, ſed ſecundum id [h] quod eſt propter ſe: K in prophetia autem propter ſe quęritur viſio intellectualis, propter aliud autem viſio imaginaria, vt ſupra dictum eſt.* ergo vr̃ ꝙ gradus prophetię non diſtinguantur ſm imaginariã viſionem, ſed ſolum ſecundum intellectualem.

¶2 Pręt. Vnius propheta [h] vr̃ eſſe vnus gradus prophetię: ſed vni ꝑphetę fit reuelatio ſm diuerſas imaginarias viſiones. ergo diuerſitas imaginarię viſio

Pauſe. p. to. 830

SVP. Q. CLXXIIII. ARTIC. III.

I N artic. 3. eiuſdem quæſtio. 174. nota tria. Primo, ordinem proceſſus in litera. Nam ſtatim in principio corporis artic. enumerantur tria genera prophetię, hoc eſt, tres generales gradus prophetiæ: & tertium cum ſubdiuiſione ſpecialium graduum penes cognoſcenda, uel agenda. Et aliter ordinantur quàm enumerentur: nam numerãdo imaginaria primo nominatur, ſed ordinando in ſupremo locatur intellectualis, puta reſpectu ueritatis ſupernaturalis, & immediate poſt imaginaria illuminata: & deinde intelle-

1. q. 12. ar. 11. ad 1. Et 4. di. 49. q. 2. art. 2. ad 2. Et veri. q. 12. ar. 13 per totum & arti. 14. cor. Et 1. Corinth. 13. lect. 4.

*ar. præc. ad 2.

intellectualis, puta, reſpectu veritatis naturalis, vel reſpectu actionis. Sed in declarando retrogrado ordine author proſequitur, incipiendo ab vltimo in Samſone: vbi ét deiicit vltimū gradum vſq; ad infimū illius. ſ. ad inſtinctū, de quo dictū eſt, ꝙ eſt quidimperfectū in genere prophetiæ. Et deinde aſcendendo affert Salomonē: & deinceps imaginariam proſequitur, quatuor illi gradus tribuēdo. Et demum ad pure intellectualem reſpectu ſupernaturalis veritatis, quam Dauid habuit, deuenit. Scdo, ꝙ prophetia intellectualis abſque imaginaria viſione reſpectu veritatis ſupernaturalis, ꝗ tenet ſupremum gradum, dr̃ excedere rationē prophetiæ proprie dictæ non tamꝗ res ſuperioris ordinis, ſed ſicut ſummū in illo ordine. Supremum enim eſt in confinio altioris ordinis, & ꝓpterea excedit quæ cōiter ſunt in ſuo ordine. Tertio, ꝙ ex reſpōſione ad primum habes, ꝙ ideo ſtm̃ imaginariā viſionem diſtinguimus prophetiæ gradus: quia gradus imaginariæ viſionis ſunt ſigna graduū luminis prophetici, penes qđ graduanda eſt ꝓphetia tamꝗ primā & verā menſurā illius. Ex eo namque ꝙ gradus luminis prophetici ſunt nobis ignoti, & ſignificantur per gradus imaginariæ viſionis tanquā patentes, rōnabile eſt, vt gradus prophetiæ penes imaginariā viſionem diſtinguātur.

In gl. ord. in præfatione ſup prologum Hiero. Sumitur ex Caſſiodor. in Prologo ſuper pſal. ca. 1.

q. 173. ar. tic. 2.

nis nō diuerſificat gradus prophetiæ.

¶. Præt. Scd'm gl.* in prin. Pſalterij, ꝓphetia cōſiſtit i dictis, & i factis, ſomnio, & viſione. ẽ ergo dēnt ꝓphetię gradus magis diſtingui ſm̃ imaginariā viſionē, ad quā ꝑtinet viſio & ſomnium, ᴮ quā ſm̃ dicta, & facta.

Sed contra eſt, ꝙ mediū diuerſificat grad' cognitionis, ſicut ſciētia ꝓp q d ē altior eo ꝙ ē ꝑ nobili' mediū, ꝗ ſcientia q a ē, vel ēt ꝗ opinio: ſed viſio imaginaria ī cognitione ꝓphetica ē ſicut quoddā mediū. ergo gradus ꝓphetię diſtingui dēnt ſm̃ imaginariam viſionem.

Resp. Dcd'm, ꝙ ſicut dictū eſt,* prophetia, in qua ꝑ lumē intelligibile reuelať aliqua veritas ſupernaturalis ꝑ imaginariā uiſionē, mediū gradū tenet inter illā prophetiā, in qua reuelať ſupnaturalis veritas abſque imaginaria viſione, & illā in qua per lumen intelligibile abſq; imaginaria viſione dirigitur hō ad ea cognoſcenda, vel agenda, quæ ꝑtinent ad humanā cōuerſationē. Magis aūt eſt propriū prophetiæ cognitio, ꝗ opatio: & iō infimus gradus ꝓphetiæ eſt cū aliqs ex interiori inſtinctu moueť ad aliqua exterius faciēda, ſicut de Samſone dr̃ Iudi. 15. ꝙ irruit ſpiritus dn̄i in eū: & ſicut ſolent ad ardorē ignis ligna cōſumi, ita & vincula q bus ligatus erat, diſſipata ſūt & ſoluta. Scd'us aūt gradus prophetiæ eſt, cū aliqs ex interiori lumine illuſtratur ad cognoſcendū aliqua, ꝗ tñ non excedunt limites naturalis cognitionis, ſicut dr̃ de Salomone 3. Reg. 4. ꝙ locutus eſt parabolas, & diſputauit ſup lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſopum, ꝗ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcib': & hoc totū fuit ex diuina inſpiratione. Nā præmittitur: Dedit Deus ſapientiā Salomoni, & prudentiam multā nimis. Hi tñ duo gradus ſunt infra ꝓphetiā proprie dictā, quia non attingunt ad ſupernaturalē veritatē. Illā aūt prophetia, in qua manifeſtatur ſupernaturalis veritas per imaginariā viſionē, diuerſificatur primo ſm̃ differētiam ſomnij qđ fit in dormiendo, & viſionis quæ fit in vigilando, quæ pertinet ad altiorem gradū prophetiæ: qa maior vis prophetici luminis eſſe vr̃, quæ aliquē occupatum circa ſenſibilia in vigilando abſtrahit ad ſupernaturalia, ꝗ illa ꝗ aīam hominis abſtractā à ſenſibilibus inuenit in dormiendo. Scd'o aūt diuerſificatur gradus prophetiæ quantū ad expreſſionem ſignorū imaginabiliū, quibus veritas intelligibilis exprimiť. Et quia ſigna maxime expreſſa intelligibilis ueritatis ſunt verba, iō altior gradus prophetiæ vr̃, qñ propheta audit verba exprimentia intelligibilē veritatē ſiue in vigilādo, ſiue in dormiendo, ꝗ qñ videt aliquas res ſignificatiuas veritatis: ſicut ſeptē ſpicæ plenæ ſignificant ſeptem annos vbertatis. In q bus ēt ſignis tanto vr̃ prophetia eſſe altior, quantò ſigna ſunt magis exꝑſſa: ſicut qñ Hieremias vidit incendiū ciuitatis ſub ſimilitudine ollæ ſuccenſę, ſicut dr̃ Hier. 1. Tertio aūt oſtēditur altior eſſe gradus prophetiæ, qñ propheta nō ſolū videt ſigna verborum, vel factorum, ſed ēt videt in vigilando, vel in dormiendo aliquē ſibi colloquentē, aut aliquid demonſtrantē: quia per hoc oſtenditur, ꝙ mēs prophetę magis appropinquat ad cām reuelantē. Quarto aūt pt̃ attendi altitudo gradus prophetalis ex condōne eius qui vr̃. Nam altior gradus prophetiæ eſt, ſi ille qui loquitur, vel demonſtrat, videatur in vigilando, vel in dormiēdo in ſpecie angeli, ꝗ ſi videatur in ſpecie hōis: & adhuc altior, ſi videatur in dormiendo, vel in vigilando in ſpecie Dei, ſm̃ illud Iſa. 6. Vidi Dn̄m ſedētem. Super omnes autem hoc gradus eſt tertium genus prophetiæ, in quo intelligibilis veritas, & ſupernaturalis abſque imaginaria viſione oſtenditur, quę tñ excedit rōnē ꝓphetię ꝓprie dictę, vt dictū ē:* & iō ᵐ cōſequēs ē, ꝙ grad' prophetiæ proprie dictę diſtinguanť ſm̃ imaginariā uiſionem. ⁿ

Ar. præce. ad. 3. Concl.

Ad primum ergo dicēdum, ꝙ diſcretio luminis intelligibilis non poteſt a nobis cognoſci, niſi ſm̃ ꝙ iudicatur per aliqua ſigna imaginaria, vel ſenſibilia: & ideo ex diuerſitate imaginatorum perpenditur diuerſitas intellectualis luminis.

Ad II dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* prophetia non eſt per modum habitus immanentis: ſed magis per modum paſſionis tranſeuntis. Vnde non eſt inconueniens, quòd vni & eidem prophetæ fiat reuelatio prophetica diuerſis vicibus ſecundum diuerſos gradus.

q. 171. ar. 2.

Ad III dicendum, ꝙ dicta, & facta, de quibus ibi fit mentio, nō pertinent ad reuelationem prophetiæ, ſed ad denunciationem, quæ fit ſecundum diſpoſitionem eorū, quibus denunciatur id quod prophetæ reuelatum eſt: & hoc fit quandoque per dicta, quandoque per facta. Denūciatio autem, & operatio miraculorum conſequenter ſe habēt ad prophetiam, vt ſupra dictum eſt.*

q. 171. ar. 1 Porro. ꝑ ro. 831

Articvlvs IIII.

Vtrum Moyſes fuerit excellentior omnibus prophetis.

Veri. q. 12. ar. 9. ad 2. & ar. 14. Et Iſa. 6.

Ad quartvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Moyſes nō fuerit excellentior oibus prophetis. Dicit. n. gl.* in prin. Pſalterij, ꝙ Dauid dr̃ ᴱ propheta ꝑ excellentiā. non ergo Moyſes fuit excellentiſsimus omniū.

*Innititur in gl. ordi. in pręfatione in prologum B. Hiero, & ſumitur ex Caſſio. in prolog. in pſal. c. 1.

SVP. Q. CLXXIIII. ARTIC. IIII.

In ar. 4. eiuſdem q. dubia duo occurūt ex Nicolao de Lira ſuper principio Pſalterii. Primum eſt circa rationes in litera allatas ad probandum, quòd Moyſes fuit ſimpliciter excellentiſſimus

…tiſſimus propheta. Et contra primā rōnem obijcit dupliciter. Primo, Claritas cognitionis actum prophetandi excludens, non cōſtituit excellentiorem gradum prophetiæ: ſed viſio diuinæ eſſentiæ excludit actū prophetādi, ſicut & actū fidei, quia vterq; eſt neceſſario ænigmaticus. ergo. Præterea, Si hæc rō valeret, ſequeretur ꝙ Moyſes fuiſſet excellentior apoſtolis, excepto Paulo. Et tenet ſequela, quia Moyſes vidit diuinā eſſentiā: alij aūt Apoſtoli nō. Conſequens reprobatur in hac litera, dū miniſtri noui teſtamenti præferuntur Moyſi. Cōtra ſcđam rōnē obijcit, quia denunciatio eſt aliquid conſequēs cognitionē propheticā. nō ergo variat gradū ꝓphetiæ. Cōtra quartā rōnem literæ de cōfirmatione obijcit: quia confirmatio per ſignū conſequitur ēt prophetiā. Vñ & Ioānes Baptiſta nullū ſignū fecit, vt dr̃ Io.10. & tñ a dicto doctore præfertur Moyſi.

Art. pręce. & art. 1. q. 171.

¶ Scđm dubiū eſt circa concluſionē, cōtra quā arguit idē, volēs ꝙ Dauid ſit ſimplr̃ excellentior. Primo, quia Moyſes non habuit toties nec ita cōbiter illuſtrationes, ſ̃m viſionē puræ intellectualiū, ſicut Dauid, 2. Regum. 23. Præterea Dauid plenius & clarius cognouit & expreſſit myſteria Chriſti, q̃ Moyſes ſ̃m dictū doctorē. ergo prophetia Dauid ſortitur quādā excellentiam ex hoc, ꝙ Chriſti myſteria ſic expreſſit. Probatur ſequela: qa lex & prophetæ ordinantur ad Chriſtum ſicut finem, finis aūt nobilior eſt his quæ ſunt ad finē. Et confirmatur, quia Gregorius Hom. 4 ſuper Eze. dicit, ꝙ Dauid clariorē cognitionem quàm Moyſes habuerit.

Lib. 12. ca. 27. to. 3.

¶ Ad primū dubium dr̃ cū authore in ar. ſequenti in rñſione ad primū, ꝙ viſio diuinæ eſſentiæ rapcim per modum paſſionis nō excludit actū prophetādi, qa eſt viſio procul ex parte videntis: nec eſt ſimilis rō

¶2 Præt.[b] Maiora miracula facta ſunt ꝑ Ioſue, qui fecit ſtare Solem & Lunam, vt hr̃ Ioſue 10. & per Iſaiam, qui fecit retrocedere Solē, vt hr̃ Iſa. 38. q̃ per Moyſen, q diuiſit mare rubrum. Similiter ēt per Heliam, de quo dr̃ Eccle. 48. Quis poterit tibi ſimiliter gloriari, qui ſubſtuliſti mortuū ab inferis? non ergo Moyſes fuit excellentiſſimus prophetarum.

G ¶3 Præt. Matth. 11. dicitur, ꝙ inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta non ergo Moyſes fuit excellentior omnibus[b] prophetis.

SED CONTRA eſt, qđ dr̃ Deut. vlt. Non ſurrexit propheta vltra in Iſrael, ſicut Moyſes.

RESP. Dcđm, ꝙm licet quātū ad aliquid aliquis alius prophetarū fuerit maior Moyſe, ſimplr̃ tñ Moyſes fuit omnibus alijs maior.[a] In prophetia.n. ſicut ex dictis[*] patet, conſideratˀ & cognitio tam ſ̃m viſionem intellectualem, q̃ ſ̃m viſionem imaginariam; & denuntiatio, & confirmatio per miracula. Moyſes ergo fuit alijs excellentior. Primo quidem, quantū ad viſionem intellectualem, eo ꝙ vidit ipſam Dei eſſentiam, ſicut Paulus in raptu, ſicut * Aug. dicit 12. ſuper Gen. ad literā. Vñ dr̃ Nu. 12. ꝙ palam nō per ęnigmata Deum vidit. Secūdo quātum ad imaginariam viſionē, quā quaſi ad nutū habebat non ſolum audiens verba, ſed ēt videns loquentē ēt in ſpecie Dei non ſolū in dormiendo, ſed ēt in vigilādo. Vñ dr̃ Exod. 33. ꝙ loquebatˀ ei Dñs facie ad faciē, ſicut ſolet loq̃ hō ad amicum ſuū. Tertio, quantū ad denūciationē, quia loquebatur toti populo fidelium ex perſona Dei, quaſi de nouo legē proponēs: alij vero prophetæ loquebātur ad populū in perſona Dei, quaſi inducentes ad obſeruantiam legis Moyſi, ſ̃m illud Malac. 4. Mementote legis Moyſi ſerui mei. Quarto, quātū ad operationē miraculorum, quæ fecit toti populo infideliū. Vñ dr̃ Deut. vlt. Non ſurrexit vltra propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dñs facie ad faciem in

F oībus ſignis atque portentis, q̃ miſit per eum, vt faceret ī terra Aegypti, Pharaoni, & oībˀ ſeruis eius, vniuerſæq; terræ illiˀ.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ prophetia[d] Dauid ex ꝓpinquo attingit viſionē Moyſi, quātū ad viſionem intellectualem: quia vterq; accepit reuelationē intelligibilis & ſupernaturalis veritatis abſq; imaginaria viſione. Viſio tñ Moyſi fuit excellentior quantū ad cognitionē diuinitatis: ſed Dauid plenius cognouit, & expreſſit myſteria incarnationis Chriſti.

AD II dicendum, ꝙ illa ſigna illorum prophetarum fuerunt maiora ſecundum ſubſtantiam facti: ſed tamen miracula Moyſi fuerunt maiora ſecundum modū faciendi, quia ſunt facta toti populo.

H AD III dcđm: ꝙ Ioannes pertinet ad nouum teſtamētū, cuius miniſtri præferuntur ēt ipſi Moyſi, quaſi magis reuelate ſpeculātes, vt hr̃ 2. ad Cor. 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum aliquis gradus prophetiæ ſit etiam in beatis.

AD QVINTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ aliquis gradus prophetiæ eſt ēt in beatis. Moyſes.n. vt dictum * eſt, vidit diuinam eſſentiam, qui tñ propheta dicitur.[b] ergo pari rōne beati poſſunt dici prophetæ.

I ¶2 Pręt. Prophetia eſt diuina[b] reuelatio, ſed diuinæ reuelationes fiunt etiam angelis beatis. ergo angeli beati poſſunt dici prophetæ.

¶3 Præt. Chriſtus ab inſtāti cōceptionis fuit cōprehenſor: & tñ ipſe prophetā[b] ſe nominat. Matt. 13. vbi dicit. Non eſt propheta ſine honore, niſi ī patria ſua. ergo ēt cōprehenſores & beati poſſunt dici prophetæ.

K ¶4 Præt.[b] De Samuele dr̃ Eccleſiaſt. 46. Exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatē gentis. ergo eadē ratione[g] alij ſancti poſt mortem poſſunt prophetę dici.

SED CONTRA eſt, ꝙ 1. Pet. 1. ſermo ꝓpheticus cōparatur lucernæ lucēti in caliginoſo loco: ſed ī beatis nulla eſt caligo. ergo nō poſſunt dici ꝓphetæ.

de actu fidei, qui eſt non apparentiū. Nec eſt verū, ꝙ actus propheticus eſt neceſſario ænigmaticus, iuxta illud. Nu. 12. Palā, & non per ænigmata Deum videt.

D. 106.

¶ Ad aliā obiectionē dr̃, ꝙ conſequentia valeret ſi ſeruaretur idētitas ſtatus, ſed variato ſtatu, non valet. Nā miniſtri noui teſtamēti rōne ſtatus. i. reuelatæ gratiæ, præferuntur Moyſi, & nō ratione maioris viſionis, q̃ fuerit viſio diuinæ eſſentiæ: propterea ꝙ ratio illa valet reſpectu ſtatus aň nouum teſtm̃, ſimpliciter loquendo.

¶ Ad obiecta contra ſecundam & quartā rationes dr̃, ꝙ licet denunciatio, & cōfirmatio ſequantur eſſentiam prophetiæ, quia tñ ſpectant ad conditiones prophetarum ut ſic, ideo ad excellentiam prophetæ bene inductę ſunt, & male improbātur, quia non ad excellentiam eſſentialē prophetiæ inductę ſunt. ſed ad excellentiam prophetę ſecundū illas conditiones, ut ſic ſecundum omnes cōditiones inueniatur Moyſes ſuperior.

Perre. 3 … 832

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, ꝙ primę obiectionis aſſumptum ea facilitate poteſt negari, qua affirmatur: quia non habet ex ſcriptura authoritates. Secunda vero nobilitatem prophetiæ Dauid quoad ſecundarium oſtēdit. Nā principale eſt diuinitas, in cuius cognitiōe excellit Moyſes. Chriſtus autem utrāque naturam habet: unde ex hoc nihil concluditur. Authoritas Gregorii de cognitione myſteriorum Chriſti intelligitur, & non ſimpliciter.

Supra. q. 173. art. 2. cor. Et 3. q. 7. ar. 8. co. Et 1. Cor. 13. lect. 3.

* Ar. præc.

SVP. Q. CLXXIIII. ARTIC. V.

IN ar. 5. eiuſdē quæſtionis, hoc ſolum ſcribēdum occurrit, ꝙ uiſio Dei per eſſentiam ad prophetiam deſcendit, ut res ſuperiores ordinis: & per accidens. ſ. quia per modum paſſionis, & ſecundum quid: quia quoad hoc ꝙ uidēs, adhuc erat procul.

Et

Et hæc denotant in lra cũ ſubdit, Et pp hoc non totaliter amittit rõem ꝓphetię talis viſio. Parum eñ quid habere prophetię dr, q nõ totaliter excludit illam.

Resp. Dcẽdm, ꝙ prophetia importat uiſioné quãdã alicuius ſupernaturalis veritatis, vt procul exiſtentis: qđ quidé cõtingit eſſe dupliciter. Vno mõ, ex parte ipſius cognitionis: qa veritas ſupernaturalis non cognoſcit in ſeipſa, ſed in aliquibus ſuis effectibꝰ. Et adhuc erit magis procul, ſi hoc ſit per figuras corporaliũ rerũ, q̃ p intelligibiles effectus: & talis maxime eſt viſio ꝓphetica, q̃ fit p figuras & ſimilitudines corporaliũ rerũ. Alio mõ, viſio eſt ꝓcul ex parte ipſius videntis, q ſ. nõ eſt totaliter in vltimã pfectioné adductus, ſm illud 2. ad Co. 5. Quãdiu ĩ corpore ſumꝰ, pegrinamur à Dño. Neutro ãt mõ, beati ſũt ꝓcul: vñ nõ pñt dici prophetæ.

Concl. m

D. 486.

Ad primvm ergo dcẽdm, ꝙ viſio illa Moyſi fuit rapti p modũ paſſionis, nõ ãt pmanens p modũ beatitudinis, vñ adhuc videns erat procul: pp hoc nõ totaliter talis uiſio amittit rõem ꝓphetiæ.

Ad ii dcẽdm, ꝙ angelis fit reuelatio diuina nõ ſicut ꝓcul exiſtentibus, ſed ſicut totaliter Deo cõiunctis. Vñ talis reuelatio nõ hẽt rõem ꝓphetiæ.

D. 1068.

Ad iii dcẽdm, ꝙ Chrs ſimul erat cõphẽſor, & viator. In quãtũ ergo erat cõprehẽſor, nõ cõpetit ſibi rõ prophetiæ, ſed ſolum inquãtũ erat viator.

Ad iiii dcẽdm, ꝙ ẽt Samuel nondũ ꝑuenerat ad ſtatũ beatitudinis. Vñ (etſi voluntate Dei ipſa aĩa Samuelis Sauli euentũ belli prænũciauit, Deo ſibi hoc reuelante) ꝑtinet ad rõem ꝓphetiæ. Nõ ãt eſt eadẽ rõ de ſãctis, q ſunt mõ ĩ patria. Nec obſtat ꝙ arte dæmonum hoc dr factũ: quia etſi dæmones animam alicuius ſancti euocare nõ pñt, neque cogere ad aliquid agendum, põt tñ hoc fieri diuina virtute, ut dum dęmon conſulit, ipſe Deus per ſuum nuncium veritatem enunciet: ſicut per Heliam veritaté rñdit nunciis regis, q mittebant ad conſulendum Deũ Acharon, ut habet 4. Reg. 1.

t. Reſpon. Quàmuis ẽt dici poſſit, ꝙ non fuerit anima Samuelis, ſed dæmon ex perſona eius loquens, qué ſapiens Samuelem nominat, & eius prænunciationem propheticam, ſecundum opinionem Saulis & aſtantium, qui ita opinabantur.

Articvlvs VI.

Porre. p̃ro. 833

1. q. 52. a. 5 ad 3. Et ve 11. q. 12. ar. 14. ad 1.

*q. 173. ar 4.

†Hom. 16 in Ezec. a medio.

Vtrum gradus prophetiæ varientur ſecundum temporis proceſſum

Ad sextvm ſic proceditur. Vr ꝙ gradus prophetiæ varientur ſecundum temporis proceſſum. Prophetia enim ordinatur ad cognitionem diuinorum, ut ex dictis* patet: ſed ſicut dicit † Grego. per ſucceſſiones temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. ergo & gradus, & ꝓphetiæ ſecundum proceſſum tpis debent diſtingui.

¶2 Pręt. Reuelatio prophetica fit per modum diuinæ allocutionis ad hominem. A prophetis autem ea quæ ſunt eis reuelata, denunciantur & verbo, & ſcripto. dr enim 1. Reg. 3. ꝙ ante Samuelem ſermo Domini erat pretioſus, i deſt, rarus, qui tamen poſtea ad multos factus eſt. Similiter etiam non inueniuntur libri prophetarum eſſe conſcripti ante tempus Iſaiæ, cui dictum eſt. Sume, tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, ut patet Iſa. 8. poſt quod tempus plures prophetæ ſuas prophetias conſcripſerunt. ergo vr quòd ſecundum proceſſum temporũ pro fecerit prophetiæ gradus.

¶3 Præt. Dominus dicit Matthę. 11. Lex, & prophetę uſq; ad Ioannem prophetauerunt. Poſtmodum autem fuit donũ prophetiæ in diſcipulis Chriſti multo excellentius, quàm fuerit in antiquis prophetis ſecundum illud ad Ephe. 3. Aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſcilicet myſterium Chriſti, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu. ergo videtur q ſecundum proceſſum temporis creuerit prophetiæ gradus.

Sed contra eſt, qa Moyſes fuit excellentiſſimus prophetarum, ut dictum eſt, * qui tamen alios prophetas præceſſit. ergo gradus prophetię non profecit ſecundum temporis proceſſum.

Ar. 4 & 5. præceden.

Resp. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, *prophetia ordinatur ad cognitionem diuinæ veritatis, per cuius contemplationem non ſolum in fide inſtruimur, ſed ẽt in noſtris operibus gubernamur, ſecundũ illud Pſalm. 42. Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam: ipſa me deduxerunt. Fides ãt nr̃a ĩ duobus principaliter cõſiſtit. Primò, quidem, in vera Dei cognitione, ſecundum illud He. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt. Secũdo, in myſterio incarnationis Chriſti, ſm illud Io. 14. Creditis in Deum, & in me crédite. Si ergo de prophetia loquamur inquantũ ordinat ad fidé deitatis, ſic quidem creuit ſm tres tẽporũ diſtinctiones. ſ. ante legem, ſub lege. & ſub gr̃a. Nam ante legé, Abrahã & alii patres prophetice ſunt inſtructi de his, q pertinent ad fidem diuinitatis. Vnde & prophetę nominantur, ſecundum illud Pſ. 104. In prophetis meis nolite malignari: quod ſpecialiter dr ꝓpter Abrahã & Iſaac,

Ar. 2. 3. & 4. & q. 173. ar. 4.

Concl. m

SVP. QV. CLXXIIII. ARTIC. VI.

In ar. 6. eiuſdé q. aduerte, ꝙ adonai, ut in lr̃a dr poni tur ad denotandũ aliud Dei nomé ĩeffabile, ſignificãs Dei eſſentiã ex parte ipſius eſſentiæ, ut in li. 1. dictũ é de nomine Tetragrãmaton. Illud .n. idé ineffabile nomé, q ſupponimus, ſignificatur hic per Adonai.

¶ In eod. art. in rñſione ad ſm, aduerte authoré reddere rõem duorũ, ſ. quare ſermo Dñi erat ante Samuelé, & reges, rarus. Et hoc dicit ĩ calce rñſionis: & quare ꝓphetia cępit ſcribi tpe Iſaiæ, qa ſ. tũc erat exordiũ Romanæ vrbis, qua ĩperãte erat Chrs vẽturꝰ, & impleturus, oĩum ꝓphetarũ oracula, ac extẽſurus pmiſſã ſaluté vniuerſo orbi, Decuit ſiqdé ſimul incipere ſcripturã, & cui ſcriberet. Po pu lꝰ Iſrael ñ egebat ſcriptura, hẽns corã ꝓphetas. Gẽtiles per Chrm adunandi ſub Ro. Eccl. egebãt ſcriptura, Et iõ ſimul ſcriptura ꝓphetica & Roma cęperũt. Hanc rõné ñ auſus eſſem dicere, niſi authoritas Aug. ĩ 18. de ciu. Dei allata in litera, me foueret.

¶ In rñſione ad tertiũ eiuſdé ar. nota bñ cõtra nouos ꝓphetas, & ſpãliter quẽdã Amadæũ. q ut aiũt, librũ edidit, nouã doctrinã eorũ quæ ad fidei Chriſtianæ myſteria ſpectãt, ĩtroducere cõnãté, & ſũt ſequaces ac ſimiles. Oẽs. n. tales hic dãnant ab authore, cũ di, ñ defuerũt ſigulis tpib. prophetiæ ſpũm habẽtes, ñ qdé ad nouã doctrinã fidei depmẽdã. Nõ dicit. ñ qdem ad nouã fidé, ſd ad nouã doctrinã fidei: ita ꝙ ñ ſolũ nouã fidé depmẽtes, q ẽt ſi ãgeli d cęlo eẽnt, excõicati ſũt a Pau. Apoſt. ſd nouã doctrinã fidei afferẽtes, ꝓcul ab Eccleſia & ꝓphetis ſũt: ſicut ſi docerẽt aliũ oportere eẽ ritũ ſcioiũ ab illo, qué cõiter Eccleſia ſeruat, aut ſi alia Euãgelia, aut ſacræ ſcripturę appone rét [illegible]

HHH [illegible]

partem: aut ſi aliquis actus ſecundum fidei doctrinam illicitos, diceret eſſe licitos: aut aliquid huiuſmodi, quę fidei chriſtianæ doctrinam horret: ſiue quia directæ fidei aduerſantur, ſiue quia ex conſequenti fidei contrariantur, ut illi qui fatentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, Deo contrariantur.

¶ In eodem arti. 6. in eadem rñſione ad tertiū, circa id ꝙ ibi dr̄, ſ. ꝙ ſingulis tpib. nō defuerunt habentes ſpiritū ꝑphetiæ ad humanorū actuū directionē, dubium occurrit, an tales crediti ꝑphetæ audiēdi ſint in his q̄ dñt ſe ex ſpiritu ꝑphetię habere: Et vr ꝙ ſic, tum quia aliter inuanum daretur ꝑphetiæ ſpiritus, q̄ ad vtilitatem Eccleſię tanq̄ finem ordinat, & fieret cōtra illud Apoſtoli 1. ad The. 5. Prophetias nolite ſpnere. tum qa Iſaac obediuit pcepto Abrahæ circa mortē ſuſpſius, q̄ erat cōtra oē ius: tum qa mulier fornicaria, q̄ genuit ex Oſea ꝑpheta, excuſata eſt a fornicatione. In oppoſitū āt eſt, ꝙ daret p hoc via inobedientiis, & impudicitiis, & aliis ſingularib. exceſſib. hominum illorum, qui dicerent ſe hęc patrare ex iuſſu hmōi prophetarum.

Concl. p ¶ Ad huius euidentiā ſciēdū ē, ꝙ cū duplices ſint actus humani, quidā ſpectantes ad publica officia, & ꝑtinētes eccleſiaſtica, ut ꝑdicare, celebrare, ſentētias ferre in iudicio, & ſimilia. Et circa hæc nō verſatur pſens qō: qm̄ clara huius qōnis ſolutio habet extra de hęreticis. c. Cum ex iniūcto, ubi dicenti ſe inuiſibili miſſione a Deo miſſum, publica fides negat, niſi miraculo, uel ſpeciali ſcripturæ teſtimonio id confirmet. Hinc enim patet ꝙ quacumq; perſona prophetante de nouo, non ſunt publici actus dirigendi, ſecundum illius prophetiam: quoniam Eccleſia fidem eis publicam negat, niſi aliquod dictorum teſtimoniorum efficaciter adeſſet. Alii uero actus humani priuatarum ſunt perſonarum, & in his diſtinguendum eſt: quoniam quidam diriguntur ab huiuſmodi prophetis conformiter ad vniuerſales Eccleſiæ regulas: & in his, quia nullum periculum eſt, quilibet poteſt in ſuo ſenſu abundare, ut dirigat ſuos actus ſecundum arbitrium huiuſmodi prophetarum. Quidam uero diriguntur difformiter ad eccleſiaſticos mores ſiue communes totius Eccleſię, ſiue peculiares alicuius religionis, & huiuſmodi, & hoc ſiue in ueritate ſit iſta difformitas, ſiue habeāt ſpeciem difformitatis: & in iſtis, huiuſmodi prophetæ nec audiendi, nec fouendi ſunt aliquo modo, niſi, ut dictum eſt, fides publica ab Eccleſia eis deberetur. Manifeſtatur āt hoc rōne & authoritate. Ratione quidem, quoniam recta rō exigit, ut in directione actuum noſtrorum certum præponatur dubio quo ad bonitatem, uel malitiam. Conſtat autem ꝙ regulare actus noſtros conformiter ad diuinas eccleſiaſticaſque leges & mores, bonum ꝓculdubio eſt. Et declinare ab illis, malum ſimiliter ꝓ

P culdubio eſt. An aūt Deus in ueritate illuminauerit huiuſmodi prophetas, & poteſtatem dederit præcipiēdi oppoſitum, aut diſpenſandi in huiuſmodi, nulla euidenti certitudine cōſtat nobis, quãuis ipſi hoc dicerent, & iurarent. Et ſic hoc tanq̄ incertum & ambiguum poſtponendum eſt certæ & infallibili regulæ diuinæ, ſeu humanæ, qua irreprehenſibiliter haſtenus actus noſtros regulauimus. Authoritate uero: Nā Paulus Apoſtolus ubi ſup. cum dixiſſet. Prophetias nolite ſpernere, ſtatim ſubiunxit tria documenta ad hoc, dicens, Oīa autē probate, qđ bonū eſt tenete, ab oī ſpecie mala abſtinete uos. Vbi ſic uenerari ꝑphetias docet, ut primo probemus oīa quæ dicūt, & in hac diſcuſſione includitur aſſignatio rō, ut. ſ. certa præponātur incertis, ubi periculum imminet: deinde ad electionē bonitatis cogit: & demū non ſolū abſtinentiā mali, ſed ēt ab his q̄ habent mali ſpeciem cauendū pcipit, ac ſi aperte diceret, Nolite ſpernere prophetas, q de nouo apparent: uerumtamen eſtote prudētes, & cauti, nec ad ſpeciem mali pp eos declinetis, ſed bonū tantumodo amplectamini. Cōſtat. n. bonū & malū in actibus humanis ſm cōformitatem & deformitatem ad diuinas humanaſque, pcipue eccleſiaſticas leges attēdi. Quocirca nō excuſantur q ex iuſſu, vel licentia hmōi prophetarum, credentes eos ſpiritu afflatos diuino, aliqd cōmittūt ex ſuo genere malū, uel habens ſpeciē mali, ut faciūt hi q amplexibus, ſeu impudicitiis, propterea operam dant, delicias pōpaſq; aſſumūt, nouitates ſingulares quas neſcierūt patres eorū ſub ſpecie ſanctitatis introducūt. Nō ſūt. n. hæc niſi carnis opa, & aliena a fructib⁹ ſpirit⁹, ut patet ad Gala. 5. Et ꝑpea ſi actus ſiāt peccati mortalis ex ſuo gñe, peccāt ꝓculdubio mortaliter tales actus facientes, utpote nō excuſati: quoniam iuris diuini, quale hoc eſt ignorantia nō excuſat.

Concl. s

Concl. u

Lib. 8. cap. 27. a medio to. 5.

K ¶ Ad primum ergo in oppoſitum dr̄, ꝙ prophetia datur ad utilitatem, iuxta tñ conditionem prophetæ. Nā prophetia prophetarum receptorū ab Eccleſia, datur ad utilitatem, ut quid neceſſario amplectendū: prophetia uero prophetarum non receptorum ab Eccleſia, datur ad utilitatem, tanq̄ aliquid prius probādum & diſcutiendum, antequàm cum periculo aliquo amplectatur. Nec hoc eſt ſpernere prophetias, ſed eas probare.

¶ Ad ſm̄ dr̄ duplr̄. Primo ꝙ Iſaac non cooperabatur morti ſuę, ſed patienter tolerabat illam: ſicut martyres potentes euadere, & tamen ſponte ſuſcipientes martyrium, & ꝑpea ipſe certitudine adhæſionis ſuæ, tenens patrem ſuum inſpiratum a Deo, nullum actū fecit ex ſuo genere mortalem. Dr̄ ſecūdo, ꝙ Abraham erat iam propheta receptus in Eccleſia, ex quo iam circūciſionem acceperant a Deo, ipſo mediante. Et propterea ſicut nos credētes doctrinæ prophetarū receptorū in Eccleſia, licite talem cultū reprobamus, & talem amplecti tenemur: ita Iſaac teneba-

facta ē reuelatio ꝑphetica de his q̄ ptinent ad fidē d unitatis excellentius q̄ ante, qa iam oportebat: circa hoc inſtitui n̄ ſolū ſpālis pſonas, aut quaſdā familias, ſed totū populū. Vñ Dñs dicit Moyſi. Exod. 6. Ego Dñs qui apparuit Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meū Adonai nō indicaui eis, quia. ſ. præcedētes patres fuerunt inſtructi in fide de omnipotentia vni⁹ Dei: ſed Moyſes poſtea plenius fuit inſtructus de ſimplicitate diuinæ eſſentiæ, cum dictum eſt ei Exod. 3. Ego ſum, qui ſum, qđ quidē nomē ſignificat à Iudæis per hoc nomē Adonai, pp venerationē illius ineffabilis nominis. Poſtmodū uero tempore gratiæ ab ipſo filio Dei reuelatū eſt myſteriū Trinitatis, ſm illud Mat. vlt. Euntes docete oēs Gentes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti. [p] In ſingulis tñ ſtatib. prima reuelatio excellentior fuit. [q] Prima āt reuelatio ante legē facta eſt Abrahæ, cuius tpe cœperūt hoīes a fide unius Dei deuiare ad idolatriā declinādo: ante āt ſi erat neceſſaria talis reuelatio oīb. in cultu unius Dei perſiſtētibus. Iſaac uero facta ē inferior reuelatio, quaſi fūdata ſuper reuelatiōe facta Abrahæ. Vñ dictū ē ei Gen. 26. Ego ſū Deus Abraham patris tui. Et ſimiliter ad Iacob dictum Gene. 28. Ego ſum Deus Abrahā patris tui, & Deus Iſaac. Et ſimilite i ſtatu legis, prima reuelatio facta Moyſi excellētior fuit, ſ. quam fundat oīs alia ꝑphetarū reuelatio: ita ēt in tpe gratiæ ſuper

G reuelatione facta Apoſtolis de fide vnitatis & Trinitatis, fundatur tota fides Eccleſię, ſm illud Matth. 16. Super hanc petram. ſ. confeſſionis tuæ, ędificabo Eccleſiam meam. Quantum vero ad fidem incarnationis Chriſti, manifeſtum eſt, ꝙ quanto fuerūt Chriſto propinquiores ſiue ante, ſiue poſt, vt plurimū plenius de hoc inſtructi fuerūt. Poſt aūt plenius quā añ, vt Apoſtolus dicit ad Eph.

H 2. [r] Quantū vero ad directionē humanorū actuū prophetica reuelatio diuerſificata eſt nō ſm tpis proceſſum, ſed ſm cōditionē negotiorū: quia vt dr̄ Prouer. 2 . Cum defecerit prophetia, diſſipabitur populus. Et ideo quolibet tempore inſtructi ſunt homines diuinitus de agendis, ſecundum ꝙ erat expediens ad ſalutē electorū.

I AD PRIMVM ergo dcēdm, ꝙ dictum Greg. intelligendum eſt de tempore ante Chriſti incarnationem, quantum ad cognitionem huius myſterij.

AD II dicendum, ꝙ ſicut * Auguſti. dicit 18. de ciuitate Dei. Quemadmodum regni Aſſyriorū primo tempore extitit

Abrahã cui ꝓmiſſiones apertiſ ſime fierẽt, ita in occidẽtalis Babylonis, ideſt, Romanæ vrbis exordio, qua imperante fuerat Chr̃s vẽtur⁹, in quo implerenẽ illa ꝓmiſſa oracula prophetarũ, nõ ſolum loquentiũ, verum ẽt ſcribentiũ, in tãtæ rei futurę teſtimonium ſoluerenẽ, ſ. promiſſiones Abrahæ factæ. Cum n. prophetæ numq̃ fere defuiſſent populo Iſrael, ex quo ibi reges eẽ cęperunt, in vſum tan tummó eorũ fuere, nõ Gentiũ. Qñ ãt ſcriptura ꝓphetica maniſeſtius condebaẽ, q̃ gentibus qñque prodeſſet, tũc condebaẽ hæc ciuitas, ſ. Romana, q̃ gẽtibus imperaret. Iõ aũt maxime tpe regum oportuit prophetas in illo populo abũdare: qa tunc populus non opprimebatur ab alienigenis, ſed ꝓprium regẽ habebat: & iõ oportebat ꝑ prophetas cũ inſtrui de agẽdis, quaſi libertatem habentẽ.

Ad II dcẽm, ꝙ prophetæ p̃nunciantes Chr̃i aduentũ, nõ potuerunt durare niſi vſque ad Ioannẽ, q̃ præſentialiter Chriſtum digito demonſtrauit. Et tñ vt Hier. * ibidem dicit, non hoc dr̃, vt poſt Ioannem excludat prophetas. Legimus eñ in Actibus Apoſt. & Agabũ propheταſſe, & quatuor virgines filias Philippi. Ioannes etiã librum propheticum conſcripſit de fine Eccleſiæ, & ſingulis tpibus non defuerunt aliqui prophetiæ ſpiritum hñtes, nõ quidem ad nouam doctrinã fidei depromendam, ſed ad humanorum actuum directionẽ, ſicut * Aug. refert 5. de ciu. Dei, quòd Theodoſius Auguſtus ad Ioãnẽ in Aegypti eremo conſtitutũ, quẽ prophetandi ſpiritu p̃ditũ fama crebreſcente didicerat, miſit, & ab eo nuncium victoriæ certiſſimum accepit.

QVAESTIO CLXXV.

De raptu, in ſex articulos diuiſa.

Deinde conſiderandũ eſt de raptu.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primò, Vtrum anima hominis rapiatur ad diuina.

¶Scdõ, Vtrũ raptus pertineat ad vim cognoſcitiuam, vel appetitiuam.

A ¶Tertiò, Vtrũ Paulus in raptu viderit diuinam eſſentiam.

¶Quartò, Vtrum fuerit alienatus a ſenſibus.

¶Quintò, Vtrum fuerit totaliter anima a corpore ſeparata in ſtatu illo.

¶Sextò, Quid circa hoc ſciuerit, & quid ignorauerit.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima hominis rapiatur ad diuina.

B Ad primvm ſic proceditẽ. Vr̃ ꝙ aĩa hoĩs rapiaẽ ad diuina. Diffiniẽ. n. a quibuſdã raptus ab eo qđ eſt ẽm nãm, in id qđ eſt ſupra nãm, vi ſuperioris naturæ eleuatio: eſt aũt ẽm naturam hoĩs, vt ad diuina [b] eleuetur. dicit enim Aug. in principio confeſſ. * Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. non ergo hominis anima rapitur ad diuina. *l. 1. cap. 1. ad med. tomo 1.*

C ¶2 Præt. Dion. * dicit 8. c. de diui. nom. ꝙ iuſtitia Dei in hoc attẽditur, ꝙ oĩbus rebus diſtribuit ẽm ſuum modum & dignitatem: ſed ꝙ aliquis eleuẽ [h] ſupra id quod eſt ſecundum naturam, non pertinet ad modum hominis, vel dignitatem. ergo videtur quòd non rapiatur mens hominis a Deo in diuina. *Ca. 8. a medio illius, & c. 4. non procul a fi.*

¶3 Præt. Raptus quandam [h] violẽtiã importat: ſed Deus nõ regit nos ꝑ violẽtiã et coacte, vt Damaſ. * dicit. non ergo mens hominis rapiẽ ad diuina. *Li. 2. c. 30. circa prin.*

Sed contra eſt, quod 2. ad Corin. 12. dicit Apoſtolus. Scio hominem in Chriſto raptum uſque ad tertium cœlum. vbi dicit † Gl raptũ, ideſt, contra naturam eleuatum. *Gl. ord. ib.*

D Resp. dicẽdum, ꝙ raptus violentiã quandam importat, vt dictũ eſt. * Violentũ aũt dr̃, cui⁹ principiũ eſt extra, nil cõferente eo qđ vim patitur, vt dr̃ 3. Eth. † Cõfert aũt vnũqđque ad id in qđ tẽdit ẽm propriã inclinationẽ vel volũtariã, vel nãlẽ: & iõ oportet ꝙ ille q̃ rapiẽ ab aliquo exteriori rapiaẽ in aliqd qđ eſt diuerſum ab eo, in qđ eius inclinatio tẽdit: q̃ qdẽ diuerſitas attẽdiẽ dupliciter. Vno qdẽ mõ, q̃tum ad finẽ inclinationis, puta, ſi lapis q̃ nãliter inclinaẽ ad hoc, ꝙ feraẽ deorſum, ꝓiciaẽ ſurſum. Alio mõ, q̃tũ ad modũ tendendi, *Arg. 3. huius art. † lib. 3. c. 1. circa med. tom. 5.*

E puta, ſi lapis velocius proiciaẽ deorſum, q̃ ſit motus eius nãlis. Sic igiẽ & aĩa hoĩs dr̃ rapi in id qđ eſt præter nãm. Vno mõ, quantũ ad terminum raptus, puta, qñ rapiẽ ad pęnas, ẽm illud Pſal. 49. Ne qñ rapiat, & non ſit q̃ eripiat. Alio mõ, quantum ad modum hoĩ connaturalẽ, q̃ eſt vt ꝑ ſenſibilia intelligat veritatẽ: & iõ m qñ abſtrahiẽ a ſenſibiliũ apprehenſione dr̃ rapi, ẽt ſi eleueẽ ad ea, ad q̃ nãliter ordinaẽ: dum tñ hoc non fiat ex propria intẽtione, ſicut accidit in ſomno, q̃ eſt ẽm nãm: vñ nõ põt proprie raptus dici. Hmõi aũt abſtractio, ad quemcumque fiat, põt ex triplici cã contingere. Vno mõ, ex cã corporali: ſicut accidit in his q̃ ꝑ *Concl. m*

---

tenebaẽ credere reuelationi factæ pr̃i ſuo. Non eſt autem ſimile de iſtis prophetis de quibus loquimur, qui diuerſis apparẽt tpibus, qñ eis non tenemur credere.

¶Ad vltimum de muliere fornicãte Oſeæ dr̃ ꝙ ſi, vt multi putãt, vere cõcubit⁹ fornicatius ex ſuo gñe ille fuit, cũ mulier illa peccatrix eſſet, non oportet laborare ad excuſandum ipſam a pctõ. Conſtat. n. ꝙ ſi aliud nõ iterfuit, non latens, excuſata non fuit a pctõ mortali: ſicut nec hodie excuſaretur quæcumque mulier permittens ſe cognoſci a quocumque ſanctiſſimo homine, & propheta reputato, qui non eſſet ſuus maritus.

SVP. QV. CLXXV. ARTIC. I.

In art. 1. & 2. ſimul q. 175. dubium occurrit, cur abſtractionis a ſenſibus in 1. ar. author tres tm̃ aſſignauerit cauſaẽ, ſ. ægritudinẽ, dæmonẽ, & Deum, cũ conſtet quartã inueniri cauſã ab ipſo expreſſam in 2. art. & alibi, ſ. vehemẽtiã amoris, ſeu intẽtionis aĩæ. Et auget dubium; qñ inueniẽ Socrates apud Aulũ Gell. de noctib⁹ actic. 1. lib. 2. ꝙ pdius atq; pnox, immobilis abſtract⁹ manebat. Ipſe ẽt author, vt in geſtis eiuſdẽ legiẽ, tã familiarem habebat hmõi obſeruationẽ, vt ẽt ad nutũ illã habuiſſe videaẽ. Ad hoc di, ꝙ reuera abſtractio a ſenſibus, præter illã q̃ fit in ſomnio, a quatuor oriẽ cauſis iã dictis. Sed tres earum in 1. ar. numeratę ſũt cauſæ extrinſecæ, & ꝑpea ipſæ ſolæ ibidẽ numeratæ ſunt. Et de Deo quidẽ, & dæmone clarum eſt, ꝙ ſunt extrinſecæ cauſæ. De corpore aũt manifeſtaẽ ex hoc, ꝙ licet ſit intrinſecum hoĩ, eſt tñ extrinſecũ aĩæ, q̃ alienaẽ & abſtrahiẽ a ſenſibus. Quarta vero intrinſeca eſt, qñ eſt ipſa intentio, ſeu affectio aĩæ, & ꝑpea non eſt computata cum alijs. Ad id aũt qđ de Socrate dr̃, poſſet dici, ꝙ ex vehementia intẽtionis aĩæ abſtrahebaẽ. Veruntñ Ariſtoteles in problemate magno de viris excellentibus, corporali cauſæ vr̃ tribuere. exiſtimauit ſiqdem illũ maniacũ. De authore aũt particulariter qdẽ dici põt, ꝙ extrĩ ſeca cã alienabatur a ſenſibus, ſ. ex nimia intentione ad ſpeculabilia, vel affectione ad fruibilia. Vniuerſaliter aũt in nullam põt reduci corporis, vel aĩæ cauſam illius raptus: qñ corporaliter eleuatus a terra ſuſpẽdebaẽ, qđ & corporis & aĩæ uires excedit. Et ꝑpea cum ſanctus Dei eſſet, proculdubio diuina rapiebatur virtute.

Matth. 11. ſup illud, ꝓphetę vſque ad Io. tomo 9.

Lib. 5. c. 11 nõ procul a prin. t. 5.

Parte 834 Veri. q. 13. art. 1. & 2. ad 9. & ar. Cor. 12.

aliquã infirmitatẽ, alienationẽ patiunť. Sc̃do mõ, ex virtute dæmonũ, ſicut patet in arreptitijs. Tertio mõ, ex virtute diuina: & ſic loquimur nunc de raptu, prout. ſ. aliqs ſpũ diuino eleuať ad aliqua ſupernaturalia cum abſtractione a ſenſibus, ſm illud Ezech. 8. Spũs eleuauit me inter cęlum, & terram, & adduxit me in Hieruſalem in viſione Dei. Concl. p Sciendum tñ ꝗ a rapi qñque dr̃ aliquis nõ ſolum propter alienationem a ſenſibus, ſed ẽt propter alienationem ab his quibus intendebat, ſicut cũ aliquis patitur euagationem mentis præter propoſitum: ſed hoc non ita proprie dicitur.

Ad primum ergo dcẽm, ꝗ naturale eſt hoĩ, vt in diuina tendat per ſenſibilium apprehenſionem, ſm illud Roma. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur: ſed iſte modus, ꝗ aliquis eleuetur ad diuina cum abſtractione a ſenſibus, non eſt homini naturalis.

Ad II dcẽm, ꝗ ad modũ & dignitatẽ hoĩs ꝑtinet, ꝗ ad diuina eleueť ex hoc ipſo, ꝗ hõ fact⁹ eſt ad imaginẽ Dei. Et q̃a bonũ diuinũ in infinitũ excedit humanam facultatem, indiget hõ, vt ſupernaturaliter ad illud bonum capeſcendum adiuuetur, qđ fit per quodcumque beneficium grãæ. Vnde ꝗ ſic eleuetur mens a Deo per raptum, non eſt cõtra naturam: ſed ſupra facultatem naturæ.

Ad III dcẽm, ꝗ verbũ Damaſceni eſt intelligẽdum q̃tum ad ea q̃ ſunt per hoĩem facienda. Quãtum verò ad ea q̃ excedunt liberi arbitrij facultatẽ, neceſſe eſt ꝗ homo quadam fortiori oꝑatione eleueť: quæ quidem, quantum ad aliquid, põt dici coactio, ſi. ſ. attendať modus operationis: non aũt ſi attendatur terminus operationis, in quẽ natura hominis, & eius intentio ordinatur.

ARTICVLVS II.

Pars. 835

Vtrum raptus magis pertineat ad vim cognoſcitiuam, quàm ad vim appetitiuam.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝗ raptus magis ꝑtineat ad vim appetitiuã, q̃ ad vim cognoſcitiuã. Dicit. n. a Dion. 4. de diui. no. Eſt autẽ b ecſtaſin faciens diuinus amor: ſed amor ꝑtinet ad vim appetitiuam. ergo & ecſtaſis, ſiue b raptus.

Ca. 4. de diuino par. 1. non remote a fi. † lib. 1. c. 3. ar. med.

¶ 2 Præt. Greg. dicit i 2. Dialog. ꝗ ille q̃ porcos pauit, euagatione mẽtis & immũditię ſub ſemetipſo cecidit. Petr⁹ vero, quẽ angelus ſoluit, eiuſq; mẽtẽ in ecſtaſi rapuit, non extra ſe quidem, ſed ſupra ſemetipſum fuit: ſed ille filius prodigus per affectũ in inferiora dilapſus eſt. ergo etiam & illi qui rapiuntur in ſuperiora, b per affectum hoc patiunť.

¶ 3 Præt. Super illud Pſ. 30. In te Dñe ſperaui, non cõfundar in æternum, dicit Gl. a in expoſitione tituli. Ecſtaſis græcè, latinè dr̃ exceſſus mentis, qui fit duobus modis uel pauore terrenorum, uel mẽte rapta ad ſuperna, & inferiorum oblita: ſed pauor terrenorum ad effectum pertinet. ergo etiam raptus mentis ad ſuperna, qui ex oppoſito poniť, pertinet b ad affectum.

a Et Augu. pſal. 30. in prin. illius to. 8. ἔκστασις.

Sed contra eſt ꝗ ſuper illud Pſ. 115. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax, dicit Gl. a Dicitur hic ecſtaſis, cum mens non pauore alienatur, ſed aliqua inſpiratione reuelationis ſurſũ F aſſumitur: ſed reuelatio pertinet ad uim intellectiuam. ergo & ecſtaſis, ſiue raptus.

a Et gl. Auguſt. in pſ. 115. nõ ꝑ ꝗla pe. t. 8

Resp. Dicẽdũ, ꝗ de raptu dupl r loq̃ poſſumus. Vno modo, quãtum ad id in quod aliquis rapiť: Et ſic a proprie loquendo, raptus nõ põt pertinere ad uim appetitiuam, ſed ſolum ad cognoſcitiuam b. Dictum eſt enim ꝗ raptus eſt pręter propriam inclinationem eius quod rapitur: ipſe autẽ motus appetitiuæ uirtutis eſt quędam inclinatio ad bonum appetibile. Vnde proprie loquendo, ex G hoc, ꝗ homo appetit aliquid, non rapitur: ſed per ſe mouetur. Alio modo, poteſt conſiderari raptus quantum ad ſuã cauſam: & c ſic poteſt habere cauſam ex parte appetitiuę uirtutis. Ex hoc. n. ipſo ꝗ appetitus ad aliquid vehementer afficitur, põt contingere, ꝗ ex violentia affectus homo ab omnibus aliis alienetur. d Habet etiam effectum in appetitiua virtute, cum. ſ. aliquis delectatur in his ad quę rapitur e: Vnde & Apoſtolus dixit ſe raptum non ſolum ad tertium cœlum, quod pertinet ad contemplationem intellectus: ſed etiam in paradiſum, quod pertinet ad affectum.

Concl. a — Art. præc. — Concl. p — Concl. ſ

H Ad primum ergo dicẽdum, ꝗ raptus addit aliquid ſupra ecſtaſin. Nam ecſtaſis importat ſimpliciter exceſſum a ſeipſo, ſm quẽ. ſ. aliquis extra ſuã ordinationem ponitur: ſed raptus ſuper hoc addit violentiam quandam. Poteſt igitur ecſtaſis ad vim appetitiuam pertinere, puta, cum alicuius appetitus tendit in ea quę extra ipſum ſunt: & ſm hoc Dion. a dicit, ꝗ diuinus amor facit ecſtaſin, in quantum. ſ. facit appetitum hominis tendere ad res amatas. Vnde poſtea a ſubdit, ꝗ etiã ipſe Deus, qui eſt omnium cauſa, per abũdantiam amatoriæ I bonitatis extra ſeipſum fit per prouidentiam ad omnia exiſtentiã: quàmuis etiam ſi expreſſe hoc diceretur de raptu, non deſignaretur, niſi ꝗ amor eſſet cauſa raptus.

Loco ci. in argum. — Eod. loco

Ad II dicendum, ꝗ in homine eſt duplex appetitus, ſ. intellectiuus, qui dr̃ voluntas, & ſenſitiuus, qui dicitur ſenſualitas. Eſt autem propriũ homini, vt appetitus inferior ſubdatur appetitui ſuperiori, & ſuperior moueat inferiorem. Dupliciter ergo homo ſecundum appetitum poteſt fieri extra ſeipſum. Vno modo, qñ appetitus intellectiuus totaliter in diuina tendit, prætermiſſis his, in K quæ inclinat appetitus ſenſitiuus. Et ſic Dion. dicit in 4. de diu. nom. ꝗ Paulus ex virtute diuini amoris ecſtaſin faciente, dicit. Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Chr̃s. Alio modo, qñ prętermiſſo appetitu ſuperiori, homo totaliter fertur in ea, quæ pertinent ad appetitum inferiorem: & ſic ille qui porcos pauit, ſub ſemetipſo cecidit. Et iſte exceſſus, vel ecſtaſis, plus appropinquat ad rationem raptus, quàm primus, quia. ſ. appetitus ſuperior eſt magis homini proprius. Vnde qñ homo ex violentia appetitus inferioris abſtrahitur a motu appetitus ſuperioris, magis abſtrahitur ab eo, quod eſt ſibi proprium: quia tamen nõ eſt ibi uiolentia, eo ꝗ voluntas d poteſt reſiſtere paſſioni, deficit a vera ratione raptus, niſi fortè tam vehemẽs paſſio ſit, ꝗ vſum rationis totaliter tollat: ſicut cõtingit

D. 98 in

tingit in his propter uehementiã iræ,uel amoris inſaniunt.Conſiderandũ tñ ꝙ uterq; exceſſus ſm appetitum exiſtens,pôt cãre exceſſum cognoſciti uæ uirtutis,uel q̃a mẽs ad q̃dã intelligibilia rapiatur alienata à ſenſibus,uel q̃a rapiaẽ ad aliquã imaginariã uiſionem,ſeu phantaſticam appetitionẽ.

Ad III dicẽdũ,ꝙ ſicut amor eſt motus appetitus reſpectu boni,ita timor eſt motus appetit⁹ reſpectu mali,Vnde eadem rõe ex utroque pôt cauſari exceſſus mentis,præſertim cum timor ex amore cauſetur,ſicut Aug.dicit* 14.de ciuit. Dei, (Li. 14. c. 7. & 8. to. 5.)

ARTICVLVS III.

Vtrum Paulus in raptu uiderit Dei eſſentiam.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ Paulus in raptu nõ viderit Dei eſſentiã. Sicut eñ de Paulo legiẽ ꝙ eſt rapt⁹ vſq; ad tertiũ cęlũ, ita & de Petro legiẽ act. 10. ꝙ cecidit ſuper eũ mẽtis exceſſus:ſed Petrus ĩ ſuo exceſſu nõ vidit Dei eſſentiã, ſed quandam imaginariam uiſionem.ᵇergo vr̃ quòd nec Paulus Dei eſſentiam uiderit.

¶2 Præt. Viſio Dei facit hoĩem beatũ:ſed Paulus ĩ illo raptu nõ fuit beatus,alioq̃n nunq̃ ad vitæ huius miſeriã rediiſſet,ſed corpus eius fuiſſet ꝓ redundãtiã ab aĩa glorificatum, ſicut erit ĩ ſanctis poſt reſurrectionẽ, q̃d patet eſſe falſum.ergo Paulus in raptu ñ vidit Dei eſſẽtiã.

¶3 Præt. ᵇ Fides, & ſpes eſſe nõ pñt ſimul cũ viſione diuinę eſſentiæ,ut habeẽ 1.ad Cor.13. ſ̃d Paulus ĩ ſtatu illo habuit fidẽ, & ſpẽ.ergo ñ vidit Dei eſſẽtiã.

¶4 Præt. Sicut Augu. *dicit 12. ſup Ge.ad lr̃am. Secundũ viſionẽ imaginariã q̃dã ſimilitudines corporũ videntur:ſed Paulus in raptu dr̃ quaſdã ſimilitudines vidiſſe,puta,tertii cęli,et & paradiſi,ut habeẽ 2. ad Cor. 12.ergo videtur eſſe raptus ad imaginariam viſionem, magis q̃ ad viſionem diuinæ eſſentię. (Li. 12. c. 6. 7. & ſeq. to. 3.)

SED CONTRA eſt,ꝙ Aug.* determinat in libro de vidẽdo Deum ad Paulinã, ꝙ ipſa Dei ſubſtãtia à q̃buſdã videri potuit ĩ hac uita poſitis,ſicut a Moyſe, & Paulo,q̃ rapt⁹ audiuit ineffabilia verba,q̃ ñ licet hoĩ loq̃. (Epiſt. 112. a. 13. to. 2.)

RESP. Dcẽdũ,ꝙ quidam dixerunt Paulum in raptu nõ uidiſſe ipſam Dei eſſentiam, ſed quandã refulgentiã claritatis ipſius.Sed contrariũ manifeſte

A Aug.determinat nõ ſolũ in libro de videndo Deũ,ſed ẽt 12. ſup Gen.ad lr̃am, & habetur in gl. 2.ad Cor.12.Et hoc ẽt ipſa verba Apoſtoli deſignant Dicit.n. ſe audiſſe ineffabilia uerba,q̃ ñ licet homini loq. (Lib. 12. cap. 13. & 28. to. 3. Et epi. 112 c. 13. to. 2.) Hmõi ãt videnẽ ea,quę pertinent ad viſionem beatorum,quæ excedit ſtatũ viæ,ſm illud Iſ.64. Oculus nõ vidit,Deus,abſq; te,q̃ ꝑparaſti diligẽtibus te.& iõ cõuenientius dr̃,ꝙ Deũ ꝑ eſſẽtiã vidit.ᵃ (Conclu.)

Ad primvm ergo dicendum,quòd mens hu-
B mana diuinitus rapitur ad contemplandum veritatem diuinam tripliciter. Vno modo,ut contempletur eam per ſimilitudines quaſdam imaginarias:& talis fuit exceſſus mentis, qui cecidit ſupra Petrum. (D. 1086.) Alio modo,ut contempletur veritatem diuinam per intelligibiles effectus, ſicut fuit exceſſus Dauid,dicentis,Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. (Pſal. 115.) Tertio modo, ut contempletur eam in ſua eſſentia:& talis fuit raptus Pauli,& etiam Moyſi,& ſatis congruenter. Nam ſicut Moyſes fuit primus doctor Iudæorũ. ita Paulus fuit primus doctor Gentium.

¶ In rñſione ad ſm̄ eiuſdem articuli circa ambiguitatem ab Auguſtino tactam de mēdacio ſignorū, & prodigiorum Antichriſti, aduerte ꝙ rationabile eſt utroq; mō fore mēdacia, ſ. & formaliter, & cauſaliter. Cauſaliter qdē oīa, qm̄ ad fallendum oīa tendit: formaliter aūt non oīa, qm̄ rōnabile eſt ut multa uera fiant, ut ſi fieri poſſit ēt electi inducātur in errorē.

¶ In rñſione ad quartū & quintū eiuſdē Li. 2.c.30. a medio ad finē vſq;. articuli aduerte, ꝙ author ſummarie pſtringit duas gratias gratis datas gratiā ſanitatū, & fidē. Ad primā quidē nihil oportet addere. Ad ſecundā verò oportet meminiſſe ex q.4.ar.5. ad quartū ſuperius, fidem non connumerari inter gratias gratis datas abſolute qa fides abſolute cōis eſt oībus mēbris Eccleſiæ, ut eſt aūt gratia gratis data, non eſt cōis oībus membris Eccleſię, ſed fidei excellentia, puta, conſtantia, ut gloſſa dicit, inter gratias gratis datas cōputātur. Et qm̄ fidei conſtantia ad fidē ſpectat, iō author loquens de fide, hinc ſibi attribuit operationem miraculorum.

dendorum hō inducitur: & iō operatio miraculorum pertinet ad gratiam gratis datam.

Ad primvm ergo dcēm, ꝙ ſicut prophetia ſe extendit ad oīa q̃ ſupernaturaliter cognoſci poſſunt, ita operatio virtutū ſe extēdit ad oīa quæ ſupernaturaliter fieri poſſunt quorū quidē cauſa eſt diuina oīpotentia, quæ nulli creaturæ cōicari pōt: & iō impoſſibile eſt, B ꝙ principiū operandi miracula ſit aliqua qualitas habitualiter manens in aīa: ſed tñ hoc pōt contingere, ꝙ ſicut mens prophetæ mouet̃ ex inſpiratione diuina ad aliquid ſupernaturaliter cognoſcendū: ita ēt mens miracula facientis moueat̃ ad faciendū aliquid, ad quod ſeq̄tur effectus miraculi, qd Deus ſua uirtute facit. Quod qñque C quidē fit p̄cedente orōne, ſicut cū Petrus Tabitam mortuā ſuſcitauit, vt hr̃ Act.9. qñq; ēt nō p̄cedente manifeſta orōne, ſed Deo ad nutum hoīs operante, ſicut Petrus Ananiā & Sapphiram mentientes, morti increpando tradidit, ut dr̃ Act.5. Vñ Gregorius dicit in 2. dialogorū, ꝙ ſancti aliqñ ex poteſtate miracula exhibent, aliqñ ex poſtulatione. Vtrolibet tñ modo D Deus principaliter operat̃, qui utitur inſtrūaliter vel interiori motu hoīs, uel eius locutione, vel ēt aliquo exteriori actu, ſeu ēt aliquo contactu corporali corporis ēt mortui. Vñ Ioſue 10. cū Ioſue dixiſſet quaſi ex poteſtate, Sol cōtra Gabaon non mouearis, ſubdit̃ poſtea. Non fuit ante, & poſtea tam longa dies, obediēte Deo uoci hoīs.

Ad ii dcēm, ꝙ ibi loquitur E Dñs de miraculis, quæ fienda ſunt tp̄e Antichriſti: de quibus Apoſt. dicit 2. ad Theſ. 2. ꝙ aduentus Antichriſti erit ſm̄ operationē ſathanę in oī uirtute, & ſignis, & prodigiis mēdacibus. Et ſicut Aug. dicit 20. de ciui. Dei. Ambiguū Li.20.c.19 declinando ad finem, to.5. eſſe ſolet, utrum ppea dicta ſint ſigna, & prodigia mendacia: qm̄ mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt, vt qd̃ non facit, facere videat̃: aut quia illa ēt ſi erunt uera prodigia, ad mendacium pertrahent Vera aūt dicuntur, quia ipſæ res ueræ erunt, ſicut magi Pharaonis fecerunt ueras, & veros ſerpentes. Non tū habebunt ueram rationem miraculi, quia fient virtute naturalium cauſarum, ſicut in prima parte dictum eſt: ſed operatio miraculorum quæ attribuitur gratiæ gratis datæ, fit uirtute diuina ad hominum utilitatem. q.114.ar.4.

Ad iii dcēm, ꝙ in miraculis duo poſſunt attēdi. Vnū quidē eſt id quod fit, quod quidē eſt aliqd excedens facultatē naturæ: & ſm̄ hoc miracula dicunt̃ uirtutes. Aliud eſt ad pp quod miracula fiūt, ſ. ad manifeſtandū aliqd ſupernaturale: & ſm̄ hoc cōiter dñr ſigna. Propter excellentiā aūt dñr portēta, uel prodigia, quaſi procul aliquid oſtendentia.

Ad iiii dicendū, ꝙ gratia ſanitatum commemoratur ſeorſum: quia per eam confert hoī aliqđ beneficiū, ſ. corporalis ſanitatis, præter beneficiū cōe quod exhibetur in omnibus miraculis, ut ſcilicet homines adducantur in Dei notitiam.

Ad v dicendum, ꝙ operatio miraculorū attribuit̃ fidei pp duo. Primò quidem, quia ordinatur ad fidei confirmationem. Secundò, quia procedit ex Dei omnipotentia, cui fides innititur. Et tñ, ſicut præter gratiam fidei neceſſaria eſt gratia ſermonis ad fidei inſtructionem: ita ēt neceſſaria eſt operatio miraculorum ad fidei confirmationem.

Articvlvs ii.

Vtrū mali poſſint miracula facere.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ mali nō poſſint miracula facere. Miracula .n. impetrantur per orationē, ſicut dictū eſt: ſed oratio peccatoris non eſt exaudibilis, ſm̄ illud Ioannis 9. Scimus qa peccatores Deus non audit. & Pro.28. dr̃. Qui declinat aures ſuas ne audiat legē, oratio ſua D erit execrabilis. ergo vr̃ ꝙ mali miracula facere non poſſint.

¶ 2 Præt. Miracula attribuuntur fidei, ſm̄ illud Matth.17. Si habueritis fidem ſicut granū ſinapis, dicetis monti huic, Tranſi hinc, & trāſibit: fides aūt ſine operibus mortua eſt, vt dr̃ Iac. 2. & ſic non vr̃ ꝙ habeat propriam operationem. ergo vr̃ ꝙ mali qui non ſunt bonorum operum, miracula facere non E poſſint

¶ 3 Præt. Miracula ſunt quædam diuina teſtimonia, ſm̄ illud ad Heb.2 Conteſtante Deo ſignis. & portentis, & variis uirtutibus. Vñ & in Eccleſia aliqui canonizant̃ per teſtimonia miraculorum: ſed Deus nō pōt eſſe teſtis falſitatis. ergo uidetur ꝙ mali homines non poſſint miracula facere.

¶ 4 Præt. Boni ſunt Deo coniunctiores, quàm mali: ſed non omnes boni faciunt miracula. ergo multò minus mali faciunt.

Sed contra eſt, quod dicit Apoſtolus 1. ad Cor.13. Si habuero oēm fidem, ita ut montes trāſferā, charitatem aūt non habuero, nihil ſum: ſed quicumq; non habet charitatem, eſt malus, quia

hoc

SVPER. QVÆST. CLXXVIII. ART. II.

In artic. 2. eiuſdem queſt. duo notanda ſunt. Primum, ex rñſione ad tertium, ſ. ꝙ numquàm fiunt uera miracula ad cōfirmationem falſæ doctrinæ. Secūdum, ex rñſione ad quintum ab Auguſtino, ꝙ pernicioſiſſimus eſt error æſtimantium in miraculoſis operibus maiora eſſe dona Dei, quam in operibus iuſtitiæ. Et hoc contra uulgares, & communem errorem humani generis putantium homines miracula facientes, ſanctos, & quodammodo Deos: ſimplices aūt iuſtos, quaſi pro nihilo habentes Totum .n. oppoſitum haberet æſtimari, ſicut in ueritate eſt. Et hæc de gratiis gratis datis.

Petr.a 845
1.q.110.ar.4.ad 2. Et 3.q.43.ar.1.& 4.cor. Et pot.c.6.art.5.ad 9. & art.9.ad 7. Et quol.2.artic.6.ad 4.
*ar.præc. ad 1.

hoc ſolum donum Spiritusſancti eſt, quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis, ut dicit Auguſtinus 15.* de Trinitate. ergo uidetur ꝙ etiam mali poſſint miracula facere.

Lib. 15. ca. 18. in prin. to. 3.

RESP. Dcd̃m, ꝙ miraculorũ aliqua q̃dé ſunt nõ uera, ſed phãtaſtica facta, quibus. ſ. ludificat̃ hõ, ut uideat̃ ei aliquid quod nõ eſt. Quędã uerò ſunt vera facta, ſed nõ uere habent rõem miraculi, q̃ fiunt uirtute naturaliũ cauſarũ. Et hęc duo poſſunt fieri per dęmones, ut ſ. dictũ eſt:* ſed[m] uera miracula nõ poſſunt fieri niſi uirtute diuina, [a] operat̃.n.ea Deus ad hoim utilitaté, & hoc dupliciter. Vno q̃dé mõ, ad ueritatis prædicatæ cõfirmationé. Alio mõ, ad demonſtrationé ſanctitatis alicuius, quam Deus hoibus uult proponere in exẽplũ uirtutis. Primo aũt mõ miracula poſſunt fieri per quécumque qui verã fidem prædicat, & nomen Chriſti inuocat, quod ẽt interdũ per malos fit: & [p]ſm hunc modũ ẽt mali poſſunt miracula facere. ¶ Vñ ſuper illud* Matt. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus &c. dicit Hiero. Prophetare, uel uirtutes facere, & dæmonia eiicere, interdũ non eſt eius meriti qui operat̃: ſed inuocatio nominis Chr̃i hoc agit, ut hoies Deũ honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. [l] Secundo aũt mõ non fiunt miracula niſi a ſanctis, ad quorum ſanctitatem denunciandam miracula fiunt uel in uita eorum, uel ẽt poſt mortem ſiue per eos, ſiue per alios. Legitur .n. Act. 9. ꝙ Deus faciebat uirtutes per manus Pauli: & ẽt deſuper languidos deferebant̃ à corpore eius ſudaria, & recedebant ab eis languores. Et [n] ſic ẽt nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri ad inuocationé alicuius ſancti, quæ tñ miracula non dr̃ facere ille, ſed ille ad cuius ſanctitatem denunciandam hæc fierent.

Ar. præce. & 2. Concl. m — Concl. p — Matt. 7. to. 9. — Concl. ſ — Concl. n

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ ſicut ſ. dictũ ẽ* cũ de oratione agerẽt, oratio in impetrãdo non innitit̃ merito ſed diuinæ miſericordiæ, quæ ẽt ad malos ſe extendit: & iõ ẽt qñq; peccatorũ oratio à Deo exaudit̃. Vnde Auguſ. dicit ſuper Ioan.* ꝙ illud uerbũ cæcus locutus eſt, quaſi adhuc inunctus, i. nondũ perfectè illuminatus: nã peccatores exaudit Deus. Quòd aũt dr̃, ꝙ oratio non audientis legé, eſt execrabilis, intelligẽdũ eſt quãtũ eſt ex merito peccatoris: ſed interdum impetrat ex miſericordia Dei, uel propter ſalutem eius qui orat, ſicut auditus eſt publicanus, ut dicitur Lucæ 18. uel etiam propter ſalutem aliorum, & gloriam Dei.

q. 83. ar. 16 — Tra. 44. in Io. a med. illius, to. 9.

AD II dicendum, ꝙ fides ſine operibus dr̃ eſſe mortua quantũ ad ipſum credenté, qui per eã non uiuit vita gratię. Nihil autem prohibet, ꝙ res uiua operetur per inſtrum mortuum, ſicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris inſtrumentaliter.

AD III dicendũ, ꝙ ſemper miracula ſunt vera teſtimonia eius, ad quod inducuntur. Vñ a malis q̃ falſam doctrinã enunciant, nunq̃ fiunt uera miracula ad confirmationé ſuæ doctrinæ, q̃uis qñq; fieri poſſint ad cõmendationé nominis Chriſti quod inuocãt, & uirtute ſacrorũ quę exhibẽt. Ab

F his aũt qui ueram doctrinã enunciant, fiunt qñq; vera miracula ad confirmationé doctrinæ, nõ aũt ad teſtificationé ſanctitatis. Vñ Aug.* dicit in lib. 83. q. Aliter magi faciũt miracula, aliter boni chriſtiani, aliter mali. Magi per priuatos contractus cũ demonibus: boni chriſtiani per publicam iuſtitiã: mali chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ.

Aug. in lib. 83. q. 79. a medio to. 4.

AD IIII dcd̃m, ꝙ ſicut Aug. dicit in li. 83. q.* Admonet nos Dñs, ut intelligamus quędam miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia ſancti facere non poſſunt. G

In lib. 83. q. 79. in medio, to. mo. 4.

AD V dcd̃m, ꝙ ſicut ibidẽ* Aug. dicit, iõ non oĩbus ſanctis iſta attribuuntur, ne pernicioſiſſimo errore decipiantur infirmi, æſtimantes in talibus factis eſſe maiora dona, quam in operibus iuſtitię, quibus vita æterna comparatur.

*In li. 83. queſt. q. 79 parum a med. to. 4.

QVAEST. CLXXIX.

De uita actiua, & contemplatiua, in duos articulos diuiſa.

CONSEQVENTER conſiderãdũ eſt de uita actiua, & contemplatiua, ubi quadruplex cõſideratio occurrit. Quarum prima eſt, de diuiſione vitæ per actiuam, & contemplatiuam. Secunda, de uita contẽplatiua. Tertia, de uita actiua. Quarta, de cõparatione uitæ actiuę ad contemplatiuam. H

Circa primum quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum uita conuenienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

¶ Secundò, Vtrum diuiſio ſit ſufficiens. I

ARTICVLVS I.

Vtrum uita conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

AD PRIMVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ vita non conuenienter diuidatur per actiuam & cõtẽplatiuã. Aia.n. [b] eſt principium uitæ per ſuam eſſentiam. dicit.n. Philoſophus* in 2. de anima. ꝙ uiuere, uiuentibus eſt eſſe, actionis autem & contemplationis principium eſt anima per ſuas potentias. ergo vr̃ quòd uita non conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam. K

SVP. Q. CLXXIX. ART. I.

Hic incipit 9. pars præſentis libri, in qua agitur de uita actiua & contemplatiua, q̃, vt infra patebit, diſtinguuntur penes ſtudia opationũ, de q̃bus ſcripſit Apoſtolus. Diuiſiones operationũ ſunt, idẽ uerò Deus. In primo autẽ huius q. ar. tria notãda ſunt. Primũ, in quo cõſiſtit vtraq; vita. Nã contẽplatiua non conſiſtit in hoc, ꝙ ſolũ uacet contemplationi veritatis, ſed ꝙ ſtudiũ hoĩs ſit principaliter ad contẽplationé ueritatis. Et ſimiliter vita actiua ſtudet actionibus exterioribus nõ ſolũ, ſed principaliter.

¶ Secũdũ eſt, ꝙ in rñſione ad primũ habes ſpecialẽ gloſſam illi[9] tritæ ꝓpoſitionis, Viuere, uiuẽtibus eſt eſſe, q̃d intelligit̃ cauſaliter, quia ſ. viuere cauſatur ab eſſe.

¶ Tertiũ eſt, ꝙ diuiſio à Diony. poſita circa tres motus aĩæ, ſ. per rectum, circularẽ, & obliquum tractata in rñſione ad tertiũ, in art. 6 q. ſequentis diſcutietur.

Porr. per to. — 846 — 3. di. 35. q. 1. ar. 1. Et 1. Eth. le. 5. — *li. 2. text. 37. tom. 2.

¶ 2 Præt. Inconuenienter diuiditur prius per differentias poſterioris: actiuum autem & contemplatiuum, ſiue ſpeculatiuum & practicum, ſunt differentiæ intellectus, ut patet in 3. de anima.* Viuere autem eſt prius quàm intelligere: nam uiuere ineſt uiuentibus primò ſecundum animam uegetabilem, ut patet per Philoſoph.* in 2. de anima. [h] ergo inconuenienter diuiditur uita per actiuam & contemplatiuam.

Li. 3. text. 46. & 49. — Li. 2. text. 24. & 59.

¶ 4 Præt. Nomen uitæ importat[i] motũ, ut patet p Dionyſium 4. capite* de diui. no. ſed contempla-

Ca. 14. par. 1. iter principium & me.

tio

tio conſiſtit magis in quiete, ſecundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam conquieſcam cum il l . ergo uidetur ꝙ u ta non conuenienter diuidaṫ per actiuam & contem.platiuam.

Homi. 14. nõ multũ procul ante mediũ.

Sed contra eſt qđ Gre.* ſuꝑ Ezec. dicit. Duæ ſunt uitæ, in quibus nos Deus oĩpotens ꝑ ſacrũ eloquiũ erudit, actiua uidelicet & contemplatiua.

Resp. Dicendum, ꝙ illa propriè dñr uiuentia, quæ ex ſeipſis mouentur, ſeu operantur. Illud aũt maxime conuenit alicui per ſeipſum, qđ eſt proprium ei, & ad quod maxime inclinatur: & iõ vnũ quodque uiuẽs oſtenditur uiuere ex operatione ſibi maxime propria, ad quam maxime inclinatur. Sicut plantarum uita dr̃ in hoc cõſiſtere, ꝙ nutriũtur, & generantur: animalium uero in hoc, ꝙ ſentiunt, & mouentur: hominum uero in hoc ꝙ intelligunt, & ſm rõem agunt. Vnde ẽt & in hominibus uita uniuſcuiuſque hominis uidetur eſſe id, in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit, & in hoc præcipue uult quilibet conuiuere amico, ut dr̃* in 9. Ethic. Quia ergo quidam homines præcipue intendunt contemplationi ueritatis, quidam intendunt principaliter exteriorib. actionibus, inde eſt ꝙ[m] uita hominis conuenienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam[c].

Li. 9. ca. 4. ante med. & c. 8. circa mediũ, to. 2.

Concl.

Ad primum ergo dcđm, ꝙ propria forma vniuſcuiuſque faciens ipſum eſſe in actu, eſt principiũ operationis propriȩ ipſius: & ideo uiuere dicitur eſſe uiuentium ex eo, ꝙ uiuentia per hoc quòd habent eſſe per ſuam formam, tali modo operantur.

Ad II dcđm, ꝙ uita uniuerſaliter ſumpta nõ diuiditur per actiuã & contemplatiuã, ſed uita hoĩs, qui ſpeciem ſortitur ex hoc, ꝙ habet intellectũ. & ideo eadem eſt diuiſio intellectus, & uitȩ humanȩ.

Ad III dcđm, ꝙ cõtẽplatio habet quidẽ quietẽ ab exterioribus motibus: nihilominus tñ ipſũ cõtẽplari eſt quidã motus intellect[9], prout quælibet operatio dr̃ motus, ſm ꝙ dicit* Philoſ 3. de aĩa, ꝙ ſentire & intelligere ſunt motus quidam, prout motus dr̃ actus perfecti. Et hoc modo † Dion. 4. ca. de diui. nomi. ponit tres motus animæ contemplantis, ſcilicet, rectum, circularem, & obliquum.

Li. 3. text. 28. tom. 2. † c. 4. par. 7. parum a medio.

Per. per tot.

847

SVP. Q. CLXXIX. ARTIC. II.

Supra art. 1. & locis ibi notatis. Et contra c. 92. para. 4. *lib. 1. c. 5.

Ferr. 3. cont. c. 92.

IN ar. 2. eiuſdem q. tria nota primum, in corpore art. ꝙ cognitio ueritatis habet duplicẽ finẽ, ſ. ueritate & opus. Et hoc eſſet diſcutiẽdũ, niſi ſuperius fuiſſet declaratũ. ¶ Secundum eſt in rñſione ad ſecundum, ꝙ in quodlibet miſto ꝑdominatur aliqđ ſimpliciũ. Et hoc ad philoſophiam diſcutere ſpectat, an poſſit dari miſtio ex æqualibus extremis. Sat ẽ hic notaſſe, ꝙ ſm doctrinã authoris ñ ꝑt inueniri tale miſtũ, qđ intelligo in eſſe ꝑmanẽti.

Li. 19. cap. 19. & c. 2. tom. 5.

¶ Tertium eſt, in reſponſione ad tertiũ, vbi author humana ſtudia ad tria ſ. reducit ex parte triplicis finis, ſ. cõtẽplationis, actiõis, & voluptatis. Et hoc tertiũ ab vera que vita excludit ea rõe, qa de humanis ſtudiis ſm rectã rõem eſt ſermo. Nõ ꝑmittit ãt recta rõ hominem ſtudere voluptati tamquàm fini, ſed uel ĩ ordine ad actiones, uel ad cõtemplationes. Et hæc ratio ẽ vniuerſalis, hoc eſt, reſpectu omnium voluptatum. Illa autem quæ ex communitate delectationis nobis & brutis animalibus ſumpta eſt ab Ariſtote. particularis eſt, reſpectu ſcilicet delectationũ guſtus, & tactus.

Articvlvs II.

Vtrum uita ſufficienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

AD secvndvm ſic proceditṫ. Vr̃ ꝙ uita nõ ſufficienter diuidaṫ per actiuã & contẽplatiuã. Phil. n. in 1.* Eth. dicit, ꝙ tres ſunt[h] uitæ maxime excellentes, ſ. uoluptuoſa, ciuilis (quæ ur̃ eſſe eadem actiuæ,) & contemplatiua. inſufficienter ergo uidetur diuidi uita per actiuam & contemplatiuam.

¶ 2 Præt. Augu. 19.* de ciuitate Dei ponit tria uitæ genera, ſcilicet otioſum, qđ pertinet ad cõtẽplationem: actuoſum, qđ ꝑtinet ad uitam actiuam: & addit tertium ex vtroque compoſitum.[b] ergo videtur ꝙ inſufficienter diuidatur vita per actiuam & contemplatiuam.

¶ 3 Præt. Vita hoĩs diuerſificaṫ, ſm ꝙ hoĩes diuerſis[b] actionib. agũt: ſed plura q̃ duo ſũt humanarũ actionũ ſtudia. ergo vr̃ ꝙ uita debeat in plura mẽbra diuidi, q̃ in actiuũ & cõtẽplatiuũ.

Sed contra eſt, ꝙ iſtæ duæ uitȩ ſignificãtur per duas vxores Iacob: actiua qdẽ ꝑ Liã cõtẽplatiua uero ꝑ Rachelẽ. Et ꝑ duas mulieres q̃ Dñm hoſpitio receperũt, cõtẽplatiua qdẽ ꝑ Mariã, actiua uero ꝑ Marthã, ut Greg.* dicit 6. mora. nõ ãt eſſet hæc congrua ſignificatio, ſi eſſent plures, q̃ duæ uitæ. ergo ſufficienter diuiditur uita per actiuam & contemplatiuam.

Li. 6. c. 18. a med. & Homi. 14. in Ezec. a medio.

Resp. Dcđm, ꝙ ſicut dictum *eſt, diuiſio iſta datur de uita humana, quæ quidẽ attenditur ſecundum intellectum. Intellectus autem diuiditur per actiuum & contemplatiuum, quia finis intellectiuæ cognitionis uel eſt ipſa cognitio ueritatis; quod pertinet ad intellectum cõtemplatiuum: uel eſt aliqua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum, ſiue actiuum. & ideo[m] uita etiam ſufficienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

Art. præc. ad 2.

Concl.

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ uita voluptuoſa ponit finem in delectatione corporali, quæ communis eſt nobis, & brutis. Vñ ſicut Phil.* ibidem dicit, eſt uita beſtialis. Propter quod nõ comprehenditur ſub præſenti diuiſione, prout uita humana diuiditur in actiuam & contemplatiuam.

Lib. 1. ca. 5. & 5.

Ad II dcđm, ꝙ media conficiunṫ ex extremis: & iõ uirtute continenṫ in eis, ſicut tepidũ in calido & frigido, & pallidũ in albo & nigro. Et ſimiliter ſub actiuo & cõtẽplatiuo cõprehendiṫ id, qđ eſt ex vtroq; cõpoſitũ. Et tñ ſicut in quolibet miſto ꝑdominatur aliquid ſimpliciũ, ita ẽt in medio gñe uitæ ſuperabundat quandoque quidem contemplatiuum, quandoque uero actiuum.

Ad III dcđm, ꝙ omnia ſtudia humanarũ actionum, ſi ordinentur ad neceſſitatem præſentis uitæ ſm rationem rectam, pertinent ad vitam actiuam, quæ per ordinatas actiones conſulit neceſſitati uitæ præſentis. Si autem deſeruiant concupiſcentiæ cuicunq;, pertinent ad uitam voluptuoſam, quæ nõ continetur ſub uita actiua. Humana uero ſtudia, quæ ordinantur ad conſiderationem ueritatis, pertinent ad uitam contemplatiuam.

QVÆSTIO CLXXX.

De vita contemplatiua, in octo art. diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de uita contemplatiua.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum vita contemplatiua pertineat tantum

tum

ſpecioſa eſt in aĩo, unde ſignificaƭ per Rachelem, de qua dr̃ Gen.27. ꝙ erat pulchra facie: ſed pulchritudo animi attenditur ſm uirtutes morales, & præcipue ſecundum temperantiam, ut Ambroſius dicit in 1.* de offi. ergo uidetur quòd virtutes morales pertineant ad uitam contemplatiuam.

Li.1.ca.8. Et cap.43. to.1.

Sed contra eſt, ꝙ uirtutes morales ordinã tur ad exteriores actiones: ſed Gregorius* dicit in 6. moral. ꝙ ad contemplatiuam uitam pertinet ab exteriori actione quieſcere. ergo uirtutes morales non pertinent ad uitam contemplatiuam.

Li.6.c.28. circa me.

Resp. Dcd̃m, ꝙ ad uitã contemplatiuã p̃t aliq̃d pertinere dupliciter: uno mõ, eſſentialiter: alio mõ, diſpoſitiue. m Eſſentialiter quidẽ virtutes morales nõ pertinent ad vitã cõtẽplatiuã n quia finis cõtẽplatiuæ uitę eſt cõſideratio veritatis. Ad virtutes ãt morales, ſcire quidem, ꝙ pertinet ad cõſideaationem veritatis, paruã ꝑtãtẽ hẽt, ut Philoſophus dicit* in 2. Ethic. Vnde & ipſe in 10.† Ethicorũ, uirtutes morales dicit pertinere ad felicitatem actiuam, non ãt ad contemplatiuam. p Diſpoſitiue ãt uirtutes morales pertinent ad vitã contemplatiuã q impeditur enim actus cõtemplationis, ĩ quo eſſentialiter conſiſtit uita contemplatiua, & ꝑ vehementiam paſſionum, per quam abſtrahitur intẽctio animæ ab intelligibilibus ad ſenſibilia, & per tumultus exteriores. Virtutes ãt morales impediunt vehementiam paſſionum, & ſedant exteriorũ occupationũ tumultus: ideo virtutes morales diſpoſitiue ad vitam contemplatiuam pertinent.

Concl. m — Lib.2.c.4. in p tin.& li.10.c.vl. — Concl. p — †Li.10. ca 7.& 8.to.5

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ ſicut ſupra dictũ * eſt, vita cõtẽplatiua hẽt motiuũ ex parte affectus & ſm hoc dilectio Dei & proximi requiriƭ ad uitam contemplatiuã. Cauſæ ãt mouentes nõ intrãt eſſentiam rei, ſed diſponunt, & perficiunt rẽ. Vnde non ſequiƭ, quòd virtutes morales eſſentialiter pertineant ad vitam contemplatiuam.

Ar. præce. D.1189.

Ad II dcd̃m, ꝙ ſanctimonia, idest, mũditia, cãtur ex virtutibus, quæ ſunt circa paſſiones ĩpediẽtes puritatẽ rõis. Pax ãt cauſaƭ ex iuſtitia, q̃ eſt circa operationes, ſm illud Iſ. 32. Opus iuſtitiæ pax, inquantum ſ. ille, qui ab iniuriis aliorum abſtinet, ſubtrahit litigiorum & tumultuum occaſiones: & ſic virtutes morales diſponunt ad vitã contẽplatiuã, inquantũ cauſant pacem, & munditiam.

Ad III dcd̃m, ꝙ pulchritudo, ſicut s̃. dictum* eſt, conſiſtit in quadã claritate, & debita ꝓportione. Vtrumq; ãt horum radicaliter in rõe inueniƭ, ad quam pertinet & lumen manifeſtans, & ꝓportionem debitã in aliis ordinare: & iõ in vita cõtẽplatiua, q̃ conſiſtit in actu rõnis, per ſe & eſſentialiter inueniƭ pulchritudo. Vnde Sap. 8 de contemplatione ſapientiæ dr̃, Amator factus ſum formæ illius. In uirtutibus ãt moralibus inueniƭ pulchritudo participatiue, inquantum ſ. participant ordinem rõis, & præcipue in temperantia, quę reprimit concupiſentias maxime lumen rõis obſcurãtes. Et inde eſt, ꝙ uirtus caſtitatis maxime reddit hoiem aptum ad contemplationẽ, inquantũ delectationes venereæ maxime deprimunt mentẽ ad ſenſibilia, ut Auguſt. dicit* in lib. ſoliloquiorum.

Q.145.a.2 — Li.1.c.10. ante me. to.1.

Articvlvs III.

Vtrum ad vitam contemplatiuam pertineant diuerſi actus.

Ad tertivm ſic ꝓcediƭ. Vr̃ ꝙ ad vitam contemplatiuam pertineãt diuerſi actus. Ricar.n.* de S. Vic. diſtinguit inter contemplationem, meditationem, & cogitationem: ſꝺ oĩa iſta vr̃r ad vitã cõtemplatiuã pertinere. ergo vr̃ ꝙ vitæ cõtemplatiuæ ſint b diuerſi actus.

B ¶ 2 Præ. Apoſ. 2. ad Cor. 3. dicit. Nos verò reuelata facie gl̃am Dñi ſpeculantes, transformamur in eandem claritatem: ſed hoc pertinet ad vitam contemplatiuam. b ergo præter tria prędicta, etiam ſpeculatio ad uitã contemplatiuam pertinet.

¶ 3 Præt. Bern. dicit in lib. de cõſider.* ꝙ prima, & maxima cõtemplatio eſt admiratio maieſtatis: ſed admiratio ſm Damaſ.† ponitur b ſpẽs timoris. ergo vr̃ ꝙ plures actus ad vitam contemplatiuam requirantur.

Lib. 5. de Cõſider. a. in fin. illius. — Li.2. de F. c.15

¶ 4 Pręt. Ad uitam contemplatiuam b pertinere dñr oratio, electio, & meditatio, pertinet ẽt ad uitam contemplatiuam auditus: nam de Maria, per quã uita cõtẽplatiua ſignificaƭ, dr̃ Lucæ 10. ꝙ ſedens ſecus pedes Dñi audiebat verba illius. ergo vr̃ ꝙ plures actus ad uitam contemplatiuam requirantur.

Sed contra eſt, ꝙ uita hic dicitur operatio, cui homo principaƭr intendit. ergo ſi plures ſunt operationes uitę contemplatiuæ, non erit vna uita contemplatiua, ſed plures.

Resp. Dcd̃m, ꝙ de uita contemplatiua nunc loquimur ſm ꝙ ad hominem pertinet. Hęc aũt drĩa eſt inter hoiem, & angelum, ut patet per Dionyſ. 7. c. de diu. nom.* ꝙ angelus ſimplici apprehenſione ueritatem intuetur. Homo autem quodam ꝓceſſu ex multis pertingit ad intuitũ ſimplicis ueritatis. m Sic ergo cõtemplatiua vita unum quidem actum habet, in quo finaliter perficiƭ, ſ. cõtẽplationem ueritatis, a quo habet unitatem. Habet autem multos actus, quibus peruenit ad hũc actum finalem n, quorum quidam pertinent ad acceptionem principiorum, ex quibus procedit ad contẽplationem ueritatis: alii autem pertinent ad deductionem principiorum in ueritatẽ eius, cuius cognitio inquiritur. Vltimus autem completiuus actus, eſt ipſa contemplatio ueritatis.

Ca.17. in ter princ. & med. — Concl. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ cogitatio ſm Ricardũ de ſancto Victore,* ur̃ pertinere ad multorum inſpectionem, ex quibus aliquis colligere intendit unam ſimpliceƭ ueritatẽ. Vnde ſub cogitatione comprehendi pn̄t & perceptiones ſenſuum ad cognoſcẽdũ aliquos effectus & imaginationes & diſcurſus rõis circa diuerſa ſigna, uel quæcũq; perducẽtia i ncognitionẽ uer̃tatis intentæ. Quãuis ſm Aug. 14. de Trin.† cognitio dici poſſit omnis actualis operatio intellectus. Meditatio uero

Li.1. de cõtempl. c.4 cir. princ. — Li.14. c.7. a med. to. 3.

SVP. QV. CLXXX. ART. III.

In art. 3. eiuſdẽ q. collige diſtinctẽ nouẽ ad uitã cõtemplatiuã pertinentia, quæ recitantur in litera, & diſtincte applica ad tria membra progreſſus in contẽplatione in corpore articuli poſita, ſ. acceptionem principiorum, deductionẽ ex principiis acceptis, & contẽplationem ipſam. Et ſic diuide ac diſtribue, ut auditio, lectio, & oro ad acceptionẽ ſpectent: meditatio uero ſpeculatio, conſideratio, & cogitatio, ad deductionẽ: contemplatio demum cũ ſubſequente admiratione, ad ipſam conſummationem contemplationis.

Parr. 850 — 3. diſt. 35. q. 1. art. 1. Et di. 5. q. 4. ar. 2. q. 1. ad 1. — *In lib de contẽplatione ca. 1.

ptinere vr̃ ad ꝓceſſũ rõis ex principiis aliq̃b. pertingentib. ad veritatis alicuius cõteplationẽ: & ad idẽ ptinet conſiderõ ſm̃ Bernardũ.* Quàmuis ſm̃ Philoſophũ in 3. de aĩa, oĩs operõ intellectus, cõſiderõ dicat: ſed cõteplatio ptinet ad ipſum ſimplicem intuitũ veritatis. Vñ idẽ Ricar dicit,† ꝙ cõtemplatio eſt perſpicax, & liber cõtuitus animi ĩ res perſpiciendas. Meditatio ãt eſt intuitus animi in veritatis inquiſitione occupatus. Cogitatio autem eſt animi reſpectus ad euagationem pronus.

Loco citato I arg. 3.

Loco citato in arg. 1

Ad II dcdm̃, ꝙ ſpeculatio, ut gloſſa Aug. dicit ibidem, dr̃ a ſpeculo, nõ a ſpecula. Videre ãt aliq̃d per ſpeculum, eſt videre cauſam per effectum, in quo eius ſimilitudo relucet: unde ſpeculatio ad meditationem reduci uidetur.

Eſt Aug. ſ lib. 15. de Trin. c. 8. to. 3.

Ad III dcdm̃, ꝙ admiratio eſt ſpecies timoris cõſequens apprehenſionẽ alicuius rei excedentis nr̃am facultatẽ. Vñ admiratio eſt actus conſequẽs contemplationem ſublimis veritatis. Dictum eſt .n.* quòd contemplatio in affectu terminatur.

Ar. 1. huiꝰ queſt.

Ad IIII dcdm̃, ꝙ hõ ad cognitionẽ veritatis ptingit dupliciter. Vno mõ, ꝑ ea q̃ ab alio accipit: & ſic q̃dẽ quantũ ad ea q̃ hõ a Deo accipit, neceſſaria eſt orõ, ſm̃ illud Sapi. 7. Inuocaui, & uenit in me ſpiritus ſapiẽtię. Quantũ vero ad ea q̃ accipit ab hoie, neceſſarius ẽ audit⁹, ſm̃ ꝙ accipit ex uoce loquẽtis: & lectio, ſm̃ ꝙ accipit ex eo ꝙ ꝑ ſcripturam eſt traditũ. Alio mõ, neceſſariũ eſt ꝙ adhibeat proprium ſtudium, & ſic requiritur meditatio.

SVP. QV. CLXXX. ARTIC. IIII.

Pom. 851

In ar. 4. eiuſdem q. hoc ſolũ notandũ occurrit, ꝙ vita cõtẽplatiua pt̃ dupliciter determinari, ſ. ſm̃ ſe, uel ex parte cõtẽplantis. Secundũ ſe quidẽ tractat̃ in lr̃a, & cõſtituit̃ in contẽplatione Dei principaliter ea rõe, q̃ cõtemplatio Dei finis eſt cõtẽplationis creaturarũ ſimſe. Nã ĩperfecta nãliter ordinant̃ ad ꝑfecta ut ad finẽ. Ex parte uero cõtẽplationis cõtẽplatiua uita cõſiſtit ĩ illorũ cõtemplatione, q̃b. cõtẽplãdis hõ ſtudiũ ſuũ principaliter adhibet. Et iõ philoſophi, q̃ aſtrorũ uel nãrũ cõtẽplationi, omiſſis oib⁹, ſtudebant, cõtẽplatiuę uitę participes erant, ẽt ſi nihil de Dei cõtemplatione curaſſent: ad quam tñ multi eorũ principaliter tendere uidebant̃, illi ſ. q̃ ad rerũ cauſas inueſtigandas incũbebant: & hoc pacto uita contẽplatiua apud Gentiles diſtinguebatur contra actiuam.

Inf. art. 7. cor. & q. 181. ar. 4. ad 2. & q. 182. art. 2. co. Et 3. d. 35. q. 1. ar. 2. q. 3.

In li. 5. de cõſi. in fine illius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uita contemplatiua ſolum conſiſtat in contemplatione Dei, an etiam in conſideratione cuiuſcumque ueritatis.

Ad QVARTVM ſic procedi tur. Vr̃, ꝙ vita cõtẽplatiua nõ ſolũ cõſiſtat in cõtẽplatione Dei, ſed ẽt in cõſiderõne cuiuſcũq; veritatis. Dr̃. n. ĩ Pſa. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea[h] cognoſcet nimis: ſed cognitio diuinorũ operũ fit ꝑ aliquã cõtẽplationẽ veritatis. ergo vr̃ ꝙ ad uitã cõtẽplatiuã ptineat, ñ ſolũ diuinã veritatẽ ſed ẽt quãlibet aliã contẽplari. I

¶2 Præt. Bernardus in li. de cõſiderat.* dicit, ꝙ prima cõtẽplatio eſt admiratio maieſtatis: ſecunda eſt iudiciorũ Dei: tertia eſt bñficiorũ ipſius: quarta ẽ ꝓmiſſorũ. Sed inter hęc quatuor ſolũ primũ pertinet ad diuinã veritatem, alia uero tria ptinẽt ad effectus ipſius. ergo uita cõtemplatiua non ſolum cõſiſtit in cõſideratione diuinæ veritatis, ſed ẽt in conſideratione veritatis[h] circa diuinos effectus.

¶3 Præt. Ricardus de ſancto Victore* diſtinguit[h] ſex ſpecies contẽplationũ, quarum prima eſt ſm̃ F ſolã imaginationẽ, dũ attẽdimus res corporales. Secunda ãt eſt in imaginatione ſm̃ rõem, put. ſ. ſẽſibiliũ ordinẽ & diſpoſitionẽ cõſideramus. Tertia, eſt in rõe ſm̃ imaginationẽ, qñ ſ. per inſpectionẽ rerũ viſibiliũ ad inuiſibilia ſubleuamur. Quarta ãt eſt in rõe ſm̃ rõem, qñ ſ. animus intendit inuiſibilibus, quæ imaginatio non nouit. Quinta ãt eſt ſupra rõem, qñ ex diuina reuelatione cognoſcimus ea, quę humana rõe comprehendi non pñt. Sexta ãt eſt ſupra rõem, & præter rõem, quando ſcilicet ex diuina illuminatione cognoſcimus ea quæ humanæ rationi repugnare videñt: ſicut ea q̃ dicuntur de myſterio Trinitatis. Sed ſolum vltimum vr̃ G ad diuinam veritatem pertinere. ergo contemplatio non ſolum reſpicit diuinam veritatem, ſed ẽt eam, quę in creaturis conſideratur.

Li. 1. de Cõtempl. c. 6.

¶4 Pręt. In uita contemplatiua quæritur contemplatio ueritatis, inquantum eſt perfectio hominis: ſed quælibet veritas eſt perfectio humani intellectus. ergo in qualibet contemplatione veritatis conſiſtit uita contemplatiua.

SED CONTRA eſt, quòd Greg. dicit in 6. moral.* quòd in contemplatione principium, quod eſt Deus quęritur. H

Li. 6. c. 18. in medio.

RESP. Dcdm̃, ꝙ ſicut iam dictum eſt,* ad uitã contemplatiuam pertinet aliquid dupliciter. Vno modo, principaliter: alio modo, ſecundario, uel diſpoſitiue.[m] Principaliter quidem ad uitam contemplatiuã pertinet contemplatio diuinę veritatis:[n] quia hmõi contemplatio eſt finis totius humanæ uitæ. Vñ Aug. dicit in 1. de Trini.* quòd cõtemplatio Dei promittitur nobis actionũ oĩum finis, atq; æterna perfectio gaudiorũ, quæ quidem in futura uita erit perfecta, qñ uidebimus eum facie ad faciem: unde & ꝑfectos beatos faciet. Núc ãt contemplatio diuinę ueritatis competit nobis imperfecte, videlicet per ſpeculum, & in ænigmate: vnde per eam fit nobis quędam inchoatio beatitudinis, quę hic incipit ut in futuro continuet̃. Vnde & Philoſophus 10. Eth.* in contemplatione optimi intelligibilis ponit vltimam felicitatẽ hominis. Sed quia per diuinos effectus in Dei cõtemplationem manuducimur, ſm̃ illud ad Ro. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciunt̃: inde eſt ꝙ ẽt[p] contemplatio diuinorũ effectuum ſecundario ad vitam contemplatiuã pertinet, prout ſ. ex hoc manuducitur hõ in Dei cognitionem.[q] Vnde Aug. dicit in libro de uera religio.* ꝙ in creaturarũ conſideratione non vana & peritura curioſitas eſt exercẽda, ſed gradus ad immortalia & ſp manentia faciendus. Sic ergo ex præmiſſis patet, † ꝙ ordine quodam quatuor ad vitã cõtẽplatiuã ptinẽt. Primo quidẽ uirtutes morales: ſecũdo ãt alii actus, p̃ter cõtẽplationẽ: tertio uero cõtẽplatio diuinorũ effectuũ: quartũ uero cõtẽplatiuũ ẽ ipſa cõtẽplatio diuinę veritatis. K

Ar. 2. huiꝰ queſt.

Concluſ.

Lib. 1. de Trin. ca. 8. circa me. to. 3.

Li. 10. ca. 6. 7. & 8. to. 5

Concl. p

Ca. 29. parũ a prin. to. 1.

Art. 1. 2. & 3.

AD PRIMVM ergo dcdm̃, ꝙ Dauid cognitionem operũ Dei q̃rebat, ut ex hoc manuduceretur in Deũ. Vñ alibi dicit Pſa. 142. Meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuũ tuarũ meditabar: expandi manus meas ad te.

Ad II dicendum, ꝙ ex conſiderōe diuinorum iudiciorum manuducitur hō in contemplatione diuinæ iuſtitiæ. Ex conſiderōe autem diuinorum beneficiorum, & promiſſorum manuducitur hō in cognitionem diuinæ miſericordiæ, ſeu bonitatis, quaſi per effectus exhibitos, vel exhibendos.

Ad III dcđm, ꝙ per illa, ſex deſignant̄ gradus, ꝗbus per creaturas in Dei cōtēplationē aſcendit̄. Nā in primo gradu ponit̄ perceptio ipſorū ſenſibiliū. In ſcđo uero gradu ponit̄ ꝓgreſſus a ſenſibilibus ad intelligibilia. In tertio uero gradu ponit̄ diiudicatio ſenſibilium ſm̄ intelligibilia. In quarto uero gradu ponit̄ abſoluta conſiderō intelligibilium, in q̄ per ſenſibilia peruenit̄. In quinto uero gradu ponit̄ contemplatio intelligibiliū, q̄ per ſenſibilia inueniri non pn̄t: ſed per rōem capi poſſunt. In ſexto gradu ponit̄ conſiderō intelligibilium, quæ rō nec inuenire, nec capere pōt, quæ. ſ. pertinent ad ſublimem contemplationem diuinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur.

Ad IIII dicendū, ꝙ vltima perfectio intellectus eſt veritas diuina: aliæ autem ueritates perficiunt intellectum in ordine ad veritatem diuinam.

Porr. 852 — SVP. QV. CLXXX. ART. V.

1. q. 12. ar. 11. & 1. 2. q. 9 3. ar. 2. & 3. d. 35. q. 2. art. 2. & 4. di. 49. q. 2. art. 7. & 3. con. c. 47. & uer. q6. 10. art. 11. & quol. 1. art. 1.

In art. 5. eiuſd. q6. aduerte circa titulū, ꝙ non eſt hic q6 de diuina oipotētia, cum dr̄, An poſſit uita contēplatiua pertingere ad diuiná uiſionē &c. Sed ly poſſit, denotat potentiā ordinariā ſm̄ inditum naturæ modum. Et ſimiliter in rñſione ad primum, cū Dionyſius dicit, Si aliqs uidens Deum, intellexit qđ uidit, nō ipſum uidit, intelligit̄ de cōi uſu ſcripturæ, quo multi dn̄t uidiſſe Deum, ſiue imaginarie, ſiue intellectualiter. Et hæc dico pp Moyſem, & Paulū.

ARTICVLVS V.

Vtrum vita contemplatiua ſecundū ſtatum huius vitæ poſſit pertingere ad viſionem diuinæ eſſentiæ.

Ad qvintvm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ vita contemplatiua ſm̄ ſtatū huius vitæ poſſit pertingere ad uiſionem diuinæ eſſentiæ: quia vt hr̄ Geneſ. 32. Iacob dixit, Vidi[h] Deū facie ad faciē, & ſalua facta eſt aīa mea: ſed[h] viſio faciei Dei eſt viſio diuinæ eſſentiæ. ergo vr̄ ꝙ aliqs per contemplationem in pn̄ti vita poſſit ſe extendere ad uidendum Deum per eſſentiam.

Li. 6. c. 27. circa finē. ¶ 2 Præt. Greg. dicit in 6. mor.* ꝙ viri contemplatiui ad ſemet ipſos introrſus redeūt in eo ꝙ ſpūalia rimant̄, & [h] nequaquā ſecū rerum corporalíū umbras trahunt, vel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigunt. Sed incircunſcriptum lumē uidere cupiētes, cunctas circūſcriptionis ſuæ imagines deprimūt, & in eo ꝙ ſi ꝑ ſe cōtingere appetūt, uincūt q ſūt: ſed hō nō impedit̄ a uiſione diuinæ eſſentiæ, q̄ eſt lumē incircūſcriptū niſi ꝑ hoc, ꝙ neceſſe hēt itēdere corporalib. phātaſmatibus. ergo vr̄ ꝙ contemplatio pn̄tis uitæ poteſt ſe extendere ad uidendū incircunſcriptum lumē per eſſentiā.

Li. 2. c. 35. a medio. ¶ 3 Præt. Greg. in 2. de Dial. dicit.* Aīæ uidēti creatorē anguſta eſt oīs creatura. Vir ergo Dei, ſ. beatus Bn̄dictus, ꝗ intra globū igneū angelos quoq; ad celos redeūtes uidebat, hoc ꝓculdubio cernere nō niſi in Dei lumine poterat: ſed beatus Bn̄dict* adhuc pn̄ti vita viuebat.[h] ergo cōtēplatio pn̄tis vitæ pōt ſe extendere ad uidendam Dei eſſentiam.

Hom. 14. iter med. & finem. Sed contra eſt, qđ Greg. dicit ſuper Ezech.* Quamdiu in hac mortali carne viuit̄, nullus ita in contemplationis uirtute proficit, ut in ipſo incircunſcripti luminis radio mentis oculos infigat.

Resp. Dcđm, ꝙ ſicut Aug. dicit 12. ſuper Geneſ. ad lr̄am,* Nemo[d] videns Deū, uiuit iſta vita, qua mortalr̄ uiuit̄ in iſtis ſenſibus corporis. Sed niſi ab hac uita quiſq; quodāmō moriat̄ ſiue oīno exiens de corpore, ſiue alienatus a carnalibus ſēſibus, in illā nō ſubuehit̄ uiſionē, q̄ ſ diligentius pertractata ſunt,* ubi dictū eſt de raptu: & in primo, vbi dictū eſt de Dei uiſione.* Sic ergo dcđm eſt, ꝙ in hac vita pōt eē aliqs dupl̄r. Vno mō, ſm̄ actū, inq̄tum ſ. actualr̄ utit̄ ſenſibus corporis. Et sic nullo[d] mō contemplatio pn̄tis uitæ pōt pertingere ad uidendum Dei eſſentiā.* Alio mō, pōt eſſe aliquis in hac uita potentialr̄, & non ſm̄ actum, inquantum aīa eius eſt corpori mortali coniūcta ut forma, ita tñ ut nō utat̄ corporis ſenſibus, aut ēt imaginatione, ſicut accidit in raptu: & ſic[p] pōt contēplatio huius uitæ pertingere ad uiſionē diuinæ eſſentiæ.[q] Vñ ſupremus gradus contēplationis pn̄tis uitæ ē, qualem habuit Paulus in raptu, ſm̄ quē fuit medio modo ſe hn̄s iter ſtatū pſ̄entis uitæ, et futuræ. (Li. 12. c. 27 circa fin. tom. 3. D. 48. — q. 175. art. 4. & 5. — 1 p. p. q. 12 ar. 11. — Concl. D. 10. — Concl. p.)

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ ſicut Dion.* in epiſ. ad Caium monachum dicit. Si aliquis uidēs Deū, intellexit quod uidit, non ipſum uidit, ſed aliquid eorum quæ ſunt eius. Et Greg. dicit ſuper Ezech.* ꝙ nequaq̄ oīpotens Deus iam in ſua claritate conſpicit̄, ſed quiddam ſub illa ſpeculat̄ aīa, uñ recte proficiat, & poſt ad uiſionis eius gloriam pertingat. Per hoc ergo ꝙ Iacob dixit. Vidi Deum facie ad faciem, non eſt intelligendum, ꝙ Dei eſſentiā uiderit, ſed quòd formam, ſ. imaginariam uidit, in qua Deus locutus eſt ei: uel quia per faciē quemlibet cognoſcimus, cognitionem Dei faciem eius uocauit, ſicut gl. Greg. ibidem dicit.* (In epiſ. 4 incipit. Tenebræ, in med. illi*. — Hom. 14. iter med. & finem. — 2. reſponſio — Gl. ord. ſuꝑ hunc locum ex Greg. D. 150.)

Ad II dicēdum, ꝙ contemplatio humana ſm̄ ſtatum præſentis uitæ, non pōt eſſe abſque phantaſmatibus: quia connaturale[d] eſt homini, ut ſpecies intelligibiles in phantaſmatibus uideat, ſicut Phil. dicit in 3. de anima. Tamen intellectualis cognitio non ſiſtit in ipſis phātaſmatibus, ſed in eis cōtemplatur puritatem intelligibilis ueritatis: & hoc non ſolum in cognitione naturali, ſed etiam in eis, quæ per reuelationem cognoſcimus. Dicit enim Dion. 2. c. celeſt. hierarc.* q angelorum hierarchias manifeſtat nobis diuina claritas in quibuſdam ſymbolis figuratis, in cuius uirtute reſtituimur in ſimplum radium, i. in ſimplicem cognitionem intelligibilis ueritatis. Et ſic intelligendū eſt quod Greg.* dicit, ꝙ contemplantes corporalium rerum umbras non ſecum trahunt, quia uidelicet in eis non ſiſtit eorū contemplatio, ſed potius in conſideratione intelligibilis ueritatis. (Ex c. 2. celeſ. hierar. a medio colligitur. — Loco citato in arg.)

Ad III dicendum, quòd ex uerbis Greg. non dat̄ intelligi, quòd beatus Bn̄dictus Deum in illa uiſione per eſſentiā uiderit, ſed uult oñdere, quòd quia uidenti Creatorē anguſta eſt oīs creatura, cōſequens eſt, quòd per illuſtrationē diuini luminis de facili poſſint quæcumque uideri: unde ſubdit. Quantumlibet. n. parum de luce creatoris aſpexerit, breue ei fit omne quod creatum eſt.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ operatio cõtẽplationis cõuenienter diſtinguatur per tres motus circularẽ, rectũ, & obliquũ.

F

ADSEXTVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ inconuenienter operatio contẽplationis diſtinguatᷓ ꝑ tres motus, circularẽ, rectũ, &obliquum. 4. c. de Diu. nom. * Contemplatio. n. tm̃ ad quietem pertinet, ſm̃ illud Sap. 8. Intrãs in domũ meã, cõquieſcã cũ illa: ſꝫ ᵇ mot⁹ qeti opponiẽ. ſi ergo oꝑationes cõtẽplatiuæ uitæ ꝑ motus deſignari debẽt.

G

¶2 Præt. Actio cõtẽplatiuę uitę ad intellectũ ꝑtinet, ᵇ ſm̃ quẽ hõ cũ angelis cõuenit: ſꝫ ĩ angelis aliř aſſignat Dionyſ. † hos motus, q̃ in aĩa. Dicit. n. motũ circularẽ angeli eſſe ſm̃ illuminatiões pulchri & boni. Motũ ãt circularẽ aĩæ ſm̃ plura dᷓterminat, quorũ primũ eſt introitus aĩæ ab exterioribus ad ſeipſam. Sm̃ eſt quædã conuolutio virtutũ ipſius, per quã aĩa liberaĩ ab errore, & ab exteriori occupatione. Tertiũ ãt eſt vnio ad ea q̃ ſupra ſe ſunt. Sĩř ẽt differẽter deſcribit motũ rectum utriuſq;. Nã rectũ motũ angeli dicit eſſe, ſm̃ ꝙ procedit ad ſubiectorũ ꝓuidẽtiã: motũ ãt rectũ aĩæ ponit ĩ duobus. Primo qdẽ in hoc, ꝙ progrediẽ ad ea q̃ ſunt circa ipſam. Scđo aũt in hoc, ꝙ ab exteriorib. ad ſimplices cõtẽplationes eleuaẽ. Sꝫ et motũ obliquũ diuerſimode in vtriſq; dᷓterminat. Nã obliquũ motũ ĩ angelis aſſignat in hoc, ꝙ prouidẽdo minus hñt ᵇ. manẽt ĩ idẽtitate circa Deũ. Obliquũ ãt motũ aĩę aſsignat ex eo ꝙ aĩa illuminaẽ diuinis cogitationib. rõaliter & diffuſe. Nõ ergo uidentur conuenienter aſsignari operationes contẽplationis per modos ꝑdictos. ¶3 Præt. Ricard. de Sãcto Vict. in lib. de cõtempl. * ponit multas alias dr̃ias motuũ ad ſimilitudinẽ uolatiliũ cęli, quorũ q̃dã nũc ad altiora ſe extollũt, nũc ãt in inferiora demerguñ & hoc ſæpius repetere vñr. Alia uero dextrorſũ, uł ſiniſtrorſum diuertunt multoties. Quædã vero mouenẽ in anteriora, uel poſteriora frequenter. Alia uero quaſi in gyrũ uertunẽ ſm̃ latiores, uel contractiores circuitus. Quædã uero quaſi imobiliter ſuſpẽſe in uno loco manẽt. ᵇ ergo vr̃ ꝙ nõ ſint ſolum tres motus contemplationis.

IN CONTRARIVM eſt authoritas Dionyſij. *

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt ſ̃, * operatio intellectus, ĩ qua cõtẽplatio eſſentialiter conſiſtit, motus dr̃, ſm̃ ꝙ motus eſt actus ꝑfecti, ut Phil. dicit in 3. de anima. * Quia uero per ſenſibilia in cognitionẽ intelligibilium deuenimus, operationes aũt ſenſibiles ſine motu non fiunt, inde eſt ꝙ ẽt oꝑationes intelligibiles quaſi motus quidam deſcribuntur, & ſm̃ ſimilitudinem diuerſorum motuũ earũ differentia aſſignatur. In motibus ãt corporalibus perfectiores & primi ſunt locales, ut probaẽ ĩ 8. phyſi. † & iõ ᵐ ſub eorũ ſimilitudine potiſſimæ operationes intelligibiles deſcribunẽ, quorum quidem ſunt tres differẽtię ⁿ. Nã qdã eſt circularis, ſm̃ quẽ aliquid mouetur uniformiter circa idẽ centrum. Alius ãt eſt rectus, ſm̃ quem aliquid procedit ab uno in aliud. Tertius ãt eſt obliquus, quaſi compoſitus ex utroq;: & iõ in operationibus intelligibilib⁹ idꝙ ſimpłr hẽt uniformitatẽ, attribuitur motui circulari. Operatio ãt intelligibilis, ſm̃ quã ꝓceditur de uno in aliud, attribuiẽ motui recto. Operatio ãt intelligibilis hñs aliqd uniformitatis ſimul cũ ꝓceſſu ad diuerſa, attribuiẽ motui aliquo.

H

I

K

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ motus corporales exteriores opponuntur quieti cõtemplationis, quæ intelligitur eſſe ab exterioribus occupationibus: ſed motus intelligibilium operationum ad ipſam quietẽ cõtemplationis pertinent.

AD II dcđm, ꝙ hõ conuenit in intellectu cũ angelis in gñe, ſed uis intellectiua eſt multo altior in angelo, q̃ ĩ hoĩe: & iõ alio mõ oportet hos motus ĩ hoĩb. & ĩ angelis aſſignare, ſm̃ ꝙ diuerſimodẽ ſe hñt ad uniformitatẽ. Intelľs. n. angeli habet cognitionẽ uniformẽ ſm̃ duo. Primo qdẽ, q̃ a ñ acqrit intelligibilẽ ueritatẽ ex uarietate rerũ cõpoſitarũ. Scđo, ᵈ q a ñ ĩtelligit ueritatẽ ĩtelligibilẽ diſcurſiuẽ, ſꝫ ſimplici ĩtuitu. Intelľs vero aĩę à ſẽſi- D. 4 [illegible]

SVP. QV. CLXXX. ARTIC. VI.

IN art. 6. eiuſd. q. circa diſtinctionẽ motuum contemplationis per circularẽ, rectum, & obliquum, aduerte primo, qđ quia hæc diſtinctio cõis eſt angelis & hoĩbus, & rurſus comprehenſoribus & viatoribus: iõ non põt unico exemplo quodlibet membrum declarari. Sed ex lrã facile põt quid colligi põt, ut motus circularis ſit ipſa ſimplex Dei cõtemplatio. Rectus uero in nobis quidẽ diſcurſus nãlis, in angelis uero illuminatio, qua ſuperiores illuminant inferiores quaſi nãliter. Obliquus autem diuinis utitur ut principiis, & diſcurſu in nobis, vel illuminatione in angelis ut: actu, ſeu effectu, ut ſic ſit compoſitus ex recto & circulari. Et ſcias ꝙ iſte ſermo eſt parabolic⁹ ad ſimilitudinẽ motus circularis, qui proprius eſt cęlo, & motus recti, ſ. a medio, vel ad medium, qui proprius eſt elementis: & motus obliquus, quem experimur cõtinue in agitatione uentorum, & ꝓprius eſt miſtis. Vnde non oportet omnimodã ſimilitudinẽ in metaphora hac quærere, ſed ſat eſt intelligere quod dicitur.

¶ In eodẽ art. in rñſione ad ſm̃, dubiũ occurrit circa illa uerba, ꝙ angeli indefinẽter abſque principio & fine intuenẽ Deũ. Nam cum angeli nõ fuerint creati ab æterno, nec ẽt fuerint beati ab æterno, conſtat quòd nõ abſque principio cęperint uidere Deum.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ viſio beata, de qua eſt ſermo, qua angeli uidẽt Deum, põt iudicari, ſeu conſiderari dupliciter. Vno mõ, ſm̃ ſe, hoc eſt, ſm̃ rõem ſui ordinis, & ſuę ꝓpriæ menſuræ. Alio mõ, ex parte uidentis. Et ſi conſidereẽ ſm̃ ſe, ſic cum conſtet ꝙ eſt diuini ordinis, & propria eius menſura eſt non tp̃s qdcumque, nec æuum, ſed æternitas, participata tñ, vt in q. 10. primi libri huius operis patet, & æternitati participatæ accidat hře principium durationis (põt namque coæterna eſſe æternitati per eſſentiam, ut patet ſi Deus creaſſet unum angelum beatum ab æterno) iõ [illegible] ſio beata angeli uere ſm̃ ſe dr̃ abſque principio & fine: qm̃ ut dictum eſt, accidit ſibi habere principiũ ex parte uidentis, qđ eſt ſm̃ membrũ, qđ eſt conſiderare viſionem beatam ſecũdo mõ. ſic. n. conſiderata, principium habet durationis. Sicut [illegible] diceremus, ꝙ motus circularis caret principio & fine ſm̃ ſe. Per accidens tamen, ſi qñque inchoauit, diceref habere principium.

¶ In eadem rñſione circa motum circularem aĩę ni x nota ꝓgreſſum literę. ſic talem, ut primo anima aciem intellectionis a compoſitis ad ſimplicia reducat, hoc eſt, a ſenſibilibus quæ conſtat eſſe compoſita ad ſeipſam unius contemplandã, q̃ eſt ſimplex, ꝑueniat. Et hic eſt prim⁹ grad⁹. Deinde a ſeipſa aſcẽdat diſcurrendo ad cõtẽplationẽ quidditatis ſimplicis, ita ꝙ hoc fiet in termino diſcurſus abſque diſcurſu aliquo, tamẽ ſi contẽpleẽ unã ſubſtantiã ſeparatam. Et hic modus videẽ eſſe progreſſus ille, quem poſuit. Auempace in aſcenſu ad ſubſtãtias ſeparatas expoliãdo quidditatẽ a quidditate. Et in hac ſpeculatione non eſt error, ſed aut totum, aut nihil attingitur, ut dicif in nono metaphiſic. Et quoniam in

Petr. p to. 853

Sup. q. 179 art. 1. ad 3. Et uer. q. 8 at. 15. ad 3 & q. 10. ar. 8. ad. 10. Et Dion. 4. le 7. cor. 21. Et op. 20. li. 3. c. 2. & 3.

* C. 4. par. 1, à med.

† Cap. 4. de diui. nom. par. 1. a medio.

Rich. l. c. 5

Loco cita. in arg. 2.

* q. 179. artic. 1. ad 3.

Lib. 3. tex. 28. tom. 2.

Lib. 8. tex. 55. & 57. to. 2.

Concl.

in hoc gradu, quantū ad propoſitū ſpectat, principaliter conſideratur excluſio diſcurſus: nō autē hoc exemplariter declarauit hunc gradum in cognitione complexa primorū principiorum in qua eſt clara euidentia ſine diſcurſu. Poſt hos āt duos grad⁹, tertius ponitur, in quo ipſa contemplatio diuinæ Veritatis conſiſtit ſcd̄m aſſimilationē ad viſionē, qua angeli uident Deum.

¶ Sed ſtatī accidit hic dubiū, quo pacto tertius hic gradus attribuat vitæ cōtēplatiuę hoīs in vita, cum nō poſſimus vltra aſcēdere, q̄ ſecundus grad⁹ donet. Conſtat .n. q̄ ſūmum in cōtēplatione nr̄a gradū obtinet, cū aīa expoliādo qdditatē a qdditate ad ſimplicē qdditatē inuiolātā puenit. Quoniā nec per hoc pertingere pōſſit ad quidditatiue intelligēdū aliquā ſubſtantiā ſeparatā, ut diffuſe habes l. 3. cōtra Ge. c. 45.

Loco citato in arg.

¶ Ad hoc dr̄, q̄ doctrina iſta theologica eſt nec ſiſtit in puris nālibus: ſed de natura nr̄a ut pſicit̄ gra diuinæ illuminationis, tractat. Et ppt̄a licet nāliter nō poſſimus cōtemplando ſupra ſcd̄m gradū aſcendere, ſim tn̄ diuini luminis participationē alt⁹ mēs humana conſcendit: non ſine phātaſmatibus tn̄. Et ſic mot⁹ circularis, hoceſt, vniformis Dei contēplatio, cū cōtēplatiōe nr̄a ſaluat̄. Pōt & aliter dici, q̄ ſcd̄s gradus differt a tertio i hoc, q̄ obiectū ſecundi ē qdcumq; ſimplex intelligibile, ad q̄ intuēdum figit̄ ſine diſcurſu aliquo: obiectū āt tertii eſt non quodcunique ſimplex intelligibile, ſed ſolus Deus. Naturalis autem progreſſus eſt aſcendere a quocumque intelligibili ſimplici ad Deum ipſum. Et ſic tertius gradus ponitur ſuperior ſecundo, ſicut hābens obiectum determinatum ſimpliciſſimum & exter. reſpectu habentis obiectū indeterminate. Et hæc reſponſio ſubtilior, & magis conſona literæ videtur: quoniam in ſecundo gradu indeterminate ponitur obiectum, in tertio uero determinate. Oportet tamen huiuſmodi contemplationem Dei diuina illuminatione

¶ 2 Præt. Vita cõtẽplatiua eſt q̃dã ĩchoatio futuræ felicitatis. vñ ſuper illud Io. vlt. Sic eũ volo manere donec veniã, dicit Aug. Hoc apertius dici p̃t. Perfecta me ſequatᷣ actio informata meæ paſſionis exẽplo: ĩchoata vero contẽplatio manet donec venio, perficienda cũ venero. & Greg.* dicit ſup Ezech. ꝙ cõtẽplatiua vita hic incipit, vt i cęleſti patria ꝑficiatᷣ: ſed in illa futura uita n̄ erit ſtat⁹ merendi, ſed recipiendi pro meritis. ergo vita contemplatiua minus videtur habere de ratione meriti q̃ uita actiua, ſed plus hẽt de rõne præmij.

¶ 3 Præt. Greg. dicit ſup Ezec.* ꝙ nullũ ſacrificiũ eſt Deo magis acceptũ, q̃ zelus aĩarũ: ſed p zelũ aĩarũ aliqs ſe conuertit ad ſtudia vitæ actiuæ. ergo vr̃ ꝙ vita ptẽplatiua n̄ ſit maioris meriti q̃ actiua.

H SED CONTRA eſt, q̃d * Greg. dicit in 6. moralũ. Magna ſunt actiuæ vitę merita, ſed contemplatiuæ potiora.

RESP. Dcẽdm, ꝙ radix merendi eſt charitas, ſicut * ſ. habitũ eſt. Cũ aũt charitas conſiſtat in dilectione Dei & proximi, ſicut * ſup. habitũ eſt, Deũ diligere ſm̃ ſe eſt magis meritoriũ, q̃ diligere ꝑximũ, vt ex † ſ. dictis patet: & iõ illud q̃d directius ꝑtinet ad dilectionẽ Dei, magis eſt meritoriũ ex ſuo gñe, q̃ id q̃d directe pertinet ad dilectionẽ ꝑximi pp Deũ. Vita aũt cõtẽplatiua directe & immediate pertinet ad dilectionẽ Dei. Dicit. n.* Aug. 19. de
I ciui. Dei, ꝙ otiũ ſanctũ. ſ. cõtẽplatiuæ vitæ, quærit charitas veritatis. ſ. diuinæ, cui potiſſime vita cõtẽplatiua inſiſtit, ſicut* dictũ eſt. Vita aũt actiua directi⁹ ordinatᷣ ad dilectionẽ proximi: qa ſatagit circa frequẽs miniſteriũ, vt dr̃ Luc. 10. Et iõ ex ſuo gñe cõtẽplatiua vita eſt maioris meriti q̃ actiua & hoc eſt q̃d * Greg. in 3. Hom. ſup Ezechie dicit, Contẽplatiua eſt maior merito q̃ actiua, qa hęc in vſu p̃ſentis operis laborat, in quo neceſſe eſt proximis ſubuenire: illa vero ſapore intimo vẽturã iã requiẽ deguſtat. ſ. in cõtẽplatione Dei. Pot tñ cõtingere, ꝙ aliqs in operibus vitæ actiuæ plus me-
K reatᷣ q̃ alius in operibus uitæ contẽplatiuę, puta, ſi pp abundantiã diuini amoris, ut eius volũtas impleatᷣ pp ipſius gloriã, interdũ ſuſtinet a dulcedine diuinæ cõtemplationis ad tp̃s ſeparari ſicut Apoſt. dicebat ad Ro. 9. Optabã ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis: q̃d exponẽs * Chryſ. in li. de cõpunctione dicit. Ita totã mentẽ eius demerſerat amor Chriſti, vt ẽt hoc quod ei p̃ ceteris oĩbus amabilius erat, eſſe cũ Chriſto, rurſus idipſum, qa ita placeret Chriſto, cõtemneret.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, ꝙ labor exterior operatur ad augmentum p̃mij accidẽtalis. Sed augmẽtum meriti reſpectu præmij eſſentialis conſiſtit principaliter in charitate, cuius quoddã ſignũ eſt labor

charitate proximi: q̃uis ex parte agentis, maioris q̃nque meriti ſit uita actiua q̃ contemplatiua.

¶ Ad ſecundam vero dr̃, ꝙ maior. ſ. illud ẽ ſimpliciter melius, quod eſt melius bñ diſpoſitis, eſt uera de bene diſpoſitis ſm̃ cõditiones naturales, q̃ ad ſpeciem corporis, uel animę ſpectant ſimpliciter: non aũt de bene diſpoſitis ad hoc, uel illud particulare, & ſic ea nõ Philoſ. Arguens aũt applicat eã ad bñ diſpoſitos ad aliqđ particulare puta, ad ſuſcipiendũ regimen aliarum in caſu coactionis &c. Vñ propoſitio dicens, ꝙ melius hoĩ diſpoſito ad regimen aliarum & coacto, eſt melius ſimpliciter, implicat in adiecto: nã aſſumit ſubiectum ſm̃ quid conditionatũ, & prędicatũ ponit ſimpliciter.

Ad tertiam dr̃, ꝙ minor propoſitio eſt falſa: quia ſtatui prelatorum nõ ſunt propria opera uitę actiuę: ſed ſtatui eorum conueniunt & opera uitę actiuę, & opera uitę contemplatiuę, ut Auguſt. & Gre. expreſſe dicunt. Et ꝑpea ſicut ſtatus prelatorum neque actiuus, neque cõtemplatiuus eſt, ſed ex utroque mixtus (eſt. n. tertium uiuendi genus, ut Aug. dicit) ita proculdubio opus mixtũ, q̃d eſt propriũ prelatis. ſ. contẽplari, & agere ꝑfectius eſt, q̃ opus contemplatiuũ, & q̃ opus actiuũ. Vñ & dñs non dixit de Maria, ꝙ optimũ ſibi elegit, ſed ꝙ elegit ſibi optimã partẽ. Melior eſt. n. pars cõtemplatiua, q̃ pars actiua. Vtraq; tñ parte melius eſt ipſum totum, q̃d propriũ eſt ſtatui prelatorum: uñ hoc gratis concedendum eſt. Et hæc ſufficiant & quo ad ſin. & reliquos huius queſtionis articulos. Notent tñ qui alios i uia Dei inſtruunt ad profectum ſpiritualem, & diligenter efficiãt, ut prius in uita actiua exerceri faciant quos edocent, q̃ inſtruũt, q̃ ad cõtemplationis faſtigium ſuadeant. Oportet ſiquidẽ prius paſſiones domare habitib⁹ mãſuetudinis, patiẽtię &c. liberalitatis, humilitatis, &c. & ſedare, q̃ ad contẽplatiuam uitam aſcẽdere. Et ob defectum huius, multi non ambulãtes, ſed ſaltantes in uia Dei, poſtq̃ multum tp̃is uitæ ſuę cõtẽplationi dederunt, uacui uirtutibus, inueniuntur impatientes, iracundi, ſuperbi, ſi in huiuſmodi tanguntur. Et propterea tales nec actiuã, nec contemplatiuã, nec ex utroque compoſitã habuerũt, ſed ſup arenam fabricarũt. Et utinam nõ ſit frequens defectus iſte.

Homil. 5. a medio illius.
Li. 5. proſa 2. cir. me.
Li. 19. c. 19 ar. ſi. to. 5.
Porre. ꝓ to.
861
3. diſt. 35. q. 1. art. 4. q. 2.
Hom. 14. a medio.
Hom. 14. a med.
Homi. 12. aliquantulum ante finem.
Li. 6. c. 28. nõ procul a fi. & Homil. 14. in Ezec. a medio.
1. 2. q. 114. ar. 4.
Q. 25. ar. 1.
Q. 27. ar. 8
Li. 19. c. 19 cir. fi. to. 5.
Q. preced ar. 4. ad 2.
D. 1185. & 1187.
Concl.
Hom. 3. ſ procul ante med.
Concl.
Lib. 1. aliquãtulũ. med. to. 5.

labor exterior toleratus ꝓp Chriſtum: ſed multo expreſſius eius ſignum eſt, ꝙ aliquis prætermiſſis omnibus quę ad hanc vitam pertinent, ſoli diuinę contemplationi vacare delectetur. A

D.889. Ad II dicẽdum, ꝙ in ſtatu fęlicitatis futurę hõ peruenit ad perfectum: & iõ non relinquitur locus perficiendi per meritum. Si tñ relinqueretur, eſſet efficacius meritum ꝓp maiorem charitatem. Sed contemplatio præſentis vitæ cũ quadam imperfectione eſt, & adhuc habet quo proficiat: & iõ non tollit rõem merendi, ſed augmentum meriti facit propter maius exercitiũ charitatis diuinæ.

Ad III dcdm, ꝙ ſacrificiũ ſpũaliter Deo offerẽ, cũ aliqd ei exhibet. Inter oia aũt bona hois Deus maxime acceptat bonũ humanæ aię, vt hoc ſibi in ſacrificiũ offerañ. Offerre aũt debet aliqs Deo, primo quidẽ aĩam ſuã, ſm illud Eccl. 30. Miſerere aiæ tuæ placens Deo. Secũdò aũt, aias aliorũ, ſm illud Apoc. vlt. Qui audit, dicat veni. Quanto autẽ hõ aĩam ſuã, vel alterius propinquius Deo coniũgit, tanto ſacrificiũ eſt Deo magis acceptũ. Vñ magis acceptũ eſt Deo, ꝙ aliquis aĩam ſuã, & aliorũ applicet cõtẽplationi q̃ actioni. Per hoc ergo qđ dr̃, ꝙ nullũ ſacrificiũ eſt Deo magis acceptũ, q̃ zelus aiarum, non præferẽ meritum vitæ actiuæ merito vitæ contẽplatiuæ: ſed oſtendiẽ magis eſſe meritorium, ſi quis offerat Deo animam ſuam, & aliorũ, quàm quæcumque alia exteriora dona. (D.1188.)

ARTICVLVS III.

Pern.a 862

Vtrum vita contemplatiua impediatur per vitam actiuã.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vĩ ꝙ vita contẽplatiua impediatur per vitã actiuã. Ad uitam .n. contẽplatiuã neceſſaria eſt quædã vacatio mentis, ſm illud Pſal. Vacate, & uidete qm̃ ego ſum Deus: ſed uita actiua habet inquietudinẽ ſm illud Lucæ 10. Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. ergo vita actiua cõtẽplatiuã impedit.

¶ 2 Prę. Ad uitã contemplatiuã requiritur claritas viſionis: ſed vita actiua impedit viſionis claritatẽ. dicit .n. Gre. ſuper Ezechielem, ꝙ lippa eſt fœcunda, quia dum occupatur in opere, minus videt. ergo vita actiua contemplatiuam impedit. (Homi. 14. poſt med. illius.)

¶ 3 Prę. Vnũ cõtrariorũ impediẽ per aliud: ſed vita actiua & contẽplatiua vñr contrarietatẽ habere adinuicẽ, quia uita actiua occupañ circa plurima: uita aũt contẽplatiua inſiſtit ad cõtẽplandum vnum, unde ex oppoſito diuiduntur. ergo uidetur ꝙ vita contemplatiua impediatur per actiuam. E

Li.6.c.27. poſt med. SED CONTRA eſt qđ Gre. dicit in 6. moralium. Qui contẽplationis arcem tenere deſiderãt, prius ſe in campo per exercitium operis probent.

RESP. Dđm, ꝙ vita actiua põt conſiderari quãtum ad duo. Vno mõ, quãrum ad ipſum ſtudium, & exercitiũ exteriorũ actionum, & ſic manifeſtũ eſt ꝙ vita actiua impedit contemplatiuã, inquantũ impoſſibile eſt ꝙ aliquis ſimul occupeẽ circa exteriores actiones, & diuinæ contẽplationi vacet. (Conclu.) Alio mõ, põt cõſiderari vita actiua quantũ ad hoc, ꝙ interiores aiæ paſſiones cõponit & ordinat: & quantũ ad hoc uita actiua adiuuat ad cõtẽplationẽ, q̃ impediẽ per inordinationẽ interiorũ paſſionũ. (Concl.p) A Vñ Gre. dicit in 6. moraliũ. Cũ contẽplationis arcẽ aliqui tenere deſiderant, prius ſe in cãpo per exercitiũ operis probent, vt ſolicite ſciant ſi nulla iã mala ꝓximis irrogãt, ſi irrogata à ꝓximis ęquanimiter portant, ſi oblatis bonis tpalibus nequaq̃ mens lætitia ſoluiẽ, ſi ſubtractis nõ nimio mœrore ſaucianẽ. Ac deinde perpendant, ſi cũ ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo ꝙ ſpũalia rimanẽ, nequaquã ſecũ rerum corporaliũ vmbras trahant, uel ſortaſſe tractas manu diſcretionis abigant. Ex hoc ergo exercitiũ uitæ actiuæ cõfert ad cõtẽplatiuã, ꝙ quietat interiores paſſiones, ex quibus phantaſmata proueniunt, per quæ contemplatio impeditur. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. Nam rationes illæ procedunt quantum ad ipſam occupationem exteriorum actuum, non autem quantũ ad effectum, qui eſt moderatio paſſionum. (Li.6.c.27. poſt med.) B

ARTICVLVS IIII.

Pern.a 863

Vtrum vita actiua ſit prior quàm contemplatiua.

AD QVARTVM ſic procediẽ. Vĩ ꝙ vita actiua non ſit prior q̃ contẽplatiua. Vita .n. cõtemplatiua directe pertinet ad dilectionẽ Dei, uita ãt actiua ad dilectionẽ proximi: ſed dilectio Dei ꝑcedit dilectionẽ proximi, inquantum proximus propter Deum diligitur. ergo videtur ꝙ etiam uita contemplatiua ſit prior quàm actiua. C

¶ 2 Præt. Gre. dicit ſuper Ezechielẽ. Sciendũ eſt, ꝙ ſicut bonus ordo uiuendi eſt ut ab actiua in contẽplatiuã tendañ, ita plerumq; vtiliter a contẽplatiua animus ad actiuam reflectitur. Non ergo ſimpliciter uita actiua eſt prior quàm contemplatiua. (Homi. 14. a medio.)

¶ 3 Præt. Ea quæ diuerſis cõpetunt, non vñr ex neceſſitate ordinẽ habere: ſed uita actiua & cõtẽplatiua diuerſis cõpetunt. dicit .n. Gre. in 6. Mor. Sæpe qui contẽplari Deũ quiete poterant, occupationibus preſſi ceciderũt: & ſępe q occupati bene vſibus humanis uiuerẽt, gladio ſuæ quietis extincti ſunt. nõ ergo uita actiua prior eſt q̃ contẽplatiua. (Li.6. mor. ca.26. parũ ã prius.) D

SED CONTRA eſt, qđ Gre. dicit in 3. homi. ſuper Ezec. Actiua vita prior eſt tpe q̃ contẽplatiua: qa ex bono opere tenditur ad contemplationem. (Ho. 3. non multũ procul ante medium.)

RESP. Dcdm, ꝙ aliquid dr̃ eſſe prius dupliciter. Vno mõ, ſm ſuã naturã. Et hoc mõ uita contemplatiua eſt prior q̃ actiua, inquantũ prioribus & melioribus inſiſtit: vñ & actiuã uitã mouet & dirigit. Ratio .n. ſuperior q̃ cõtẽplationi deputañ, cõparañ ad inferiorẽ q̃ deputañ actioni, ſicut uir ad mulierem, quæ eſt per uirum regenda, ut Aug. dicit 12 de Tri. Alio modo, eſt aliquid prius quo ad nos, quod .ſ. eſt prius in uia generationis: & hoc mõ uita actiua eſt prior q̃ contemplatiua, quia diſponit ad contẽplatiuã, ut ex ſupra dictis patet. Diſpoſitio .n. in uia generationis præcedit formã, quæ ſimpliciter & ſm ſuam naturam eſt prior. (Conclu.) (Li. 14. c. 7. & 12. c. 10. tom. 3.) (Concl.p) (Q. 181 art. 1 ad 3.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ uita cõtemplatiua non ordinatur ad qualemcumque dilectionem Dei, ſed ad perfectam: ſed uita actiua eſt neceſſaria ad dilectionem proximi qualemcumque. Vnde Greg. dicit in 3. homi. ſuper Ezechielem. Sine contemplatiua uita intrare poſſunt ad cęleſtem patriam, qui bona quæ poſſunt operari, non (Hom. 5. parum ante medium.)

dut in

SVP. Q. CLXXXIII.

Hic incipit decima & vlt. pars huius operis, tractans de officiis ac ſtatibus hominũ: in qua q̃õne ſtatim occurrit dubium circa ſignificationẽ ſtatus, pro quãto in lra dr̃, q̃ reſpicit obligationẽ perſonæ hois, prout ſ. aliquid eſt ſui, uel alieni iuris, & hoc ex cauſa permanẽte. Eſt ſiquidem de hoc q̃õ, & cũ extraneis aliã ſignificationẽ tribuentibus ſtatui, ut patet de Hẽrico de Gandauo in 12. quolibeto. Et n. bilominus eſt quæſtio abſoluta de ueritate huius ſignificationis. Vñ nos primam q̃õnẽ relinquemus, q̃m eſſet certare de vocibus. Secunda aũt an. ſ. aſſignata ab authore ſignificatio ſit ſolida, tractanda eſt: hẽt .n. multas obiectiones. Cũ .n. in litera dicat, q̃ ſtatus tã in ciuilibus, q̃ in ſpũalib. ſpectet ad libertatẽ, uel ſeruitutẽ, ſtatim apparet contradictio in ipſo progreſſu literæ. Nã libertas nomẽ eſt ſtatus, & nullã obligationem dicit. Amplius. Seruitus & libertas ſpũalis, ut in 8. ar. dr̃, penes habitũ iuſtitiæ, uel peccati attenduntur: & tñ in neutro eſt obligatio, ſed ſola permanentia, qualẽ habitus cauſare nata eſt. Falſum eſt igit̃, q̃ ſtatus ſpũalis ſeruitutis, uel libertatis reſpiciat obligationem. Præt. Status diſtinguitur in ſtatũ incipientiũ, proficientiũ, & pfectorum, ut patet in art. 4. Et cõſtat q̃ nec ſtatus incipientium, nec ſtatus proficientiũ obligationem habet. Diſtinguit̃ quoq; ſtatus coniugatorum contra ſtatũ virginalẽ, & uidualẽ: & tñ ſolus ſtatus coniugatorum obligatione habet. Clericalis denũ ſtatus, inquit Henricus, diſtinguitur contra laicalẽ: & tñ neuter obligationem habet, quoniam clericus po eſt libere ducere uxorem uiduã. Aſſeritur quoque ab eodẽ authore ex Anſelmi, in lib. de ſimilitudinibus ca. 46. dicentis. Quatuor ſunt ſtatus humanæ natu

Ca. 1. 2. & 4. co. 5.

Li. 6. c. 26. circa prin.

Li. 6. ca. 26 in prin.

Li. 6. ca. 27 in prin.

negligunt: ſine actiua autẽ intrare poſſunt, ſi negligũt bona operari quę poſſunt. Ex uno ẽt patet q̃ vita actiua p̃cedit cõtẽplatiuã, ſicut, idq̃d eſt cõe oim, pręcedit in uia gñationis id q̃d eſt proprium perfectorum.

Ad II dcẽm, q̃ a uita actiua pcedit ad vitã cõtẽplatiuã ẽm ordinẽ gñationis: à uita aũt cõtẽplatiua redit ad uitã actiuam p uiã directionis, ut. ſ. vita actiua per cõtemplationẽ dirigat̃: ſicut ẽt per operationes acquiritur habitus, & per habitũ acquiſitum perfectius aliquis operatur, vt dicitur in 2.* ethi.

Ad III dcẽm, q̃ illi qui ſunt proni ad paſſiones pp eorum impetũ ad agendũ, ſunt ſimpr̃ magis apti ad uitã actiuam pp ſpiritus inquietudinẽ. Vñ dicit *Greg. in 6. mora. q̃ nonnulli ita inquieti sũt, vt ſi uacationẽ laboris habuerint graui* laborent, qa tãto deteriores cordis tumultus tolerãt, quãto eis licẽtius ad cogitationes vacant. Quidã uerò habẽt naturaliter ai puritatẽ & quietẽ, p quã ad cõtẽplationẽ ſunt apti, q̃ ſi totaliter actionib. deputent̃, detrimẽtũ ſuſtinebũt. Vñ *Gregorius dicit in 6. moral. q̃ quorũdã hoim ita otioſę mẽtes ſunt, vt ſi eos labor occupationis excipiat, ĩ ipſa opationis inchoatione ſuccũbant: ſed ſicut ipſe* poſtea ſubdit, ſępe & pigras mẽtes amor ad op* excitat, & ĩ quietas in cõtẽplatione timor refrenat. Vñ & illi q̃ ſunt magis apti ad actiuã uitã, poſſunt per exercitiũ actiuę ad contẽplatiuam p̃parari: & illi nihilo minus q̃ sũt magis ad contẽplatiuã apti, poſſunt exercitia vitę actiuę ſubire, vt p hoc ad cõtẽplationẽ paratiores reddant̃.

QVAESTIO CLXXXIII.

De officijs & ſtatibus hominum, in quatuor articulos diuiſa.

Conseqventer cõſiderãdũ eſt de diuerſitate ſtatuũ, & officiorũ humanorũ. Et primò cõſiderãdũ eſt de officiis, & ſtatibus hoim in gñali. Secũdò, ſpãliter de ſtatu perfectorũ. Circa primũ quærunt̃ quatuor. Primò, Quid faciat in hominibus ſtatum.

F ¶Secundo, Vtrum in hoibus debeant eſſe diuerſi ſtatus, ſiue diuerſa officia.

¶Tertiò, De dr̃ia officiorum.

¶Quartò, De differẽtia ſtatuũ.

Articvlvs I.

Vtrum ſtatus in ſui ratione importet conditionem libertatis uel ſeruitutis.

Ad primvm ſic procedit̃. Vr̃ q̃ ſtatus in ſui rõe non importet conditionẽ libertatis, vel ſeruitutis. Status .n. a ſtãdo dr̃: ſed ſtare dr̃ aliqs rõe* rectitudinis. unde dr̃ Ezec. 2. Fili hois, ſta ſuper pedes tuos. & Greg. dicit in 6. mor. Ab oĩ ſtatu rectitudinis diſpereũt, q̃ per noxia uerba dilabunt̃: ſed rectitudinẽ ſpũalẽ acquirit hõ per hoc, q̃ ſubiicit ſuã uoluntatem Deo. uñ ſuper illud Pſal. 32. Rectos decet collaudatio, dicit gl. *Recti ſunt q̃ dirigunt cor ſuũ ẽm uolũtatẽ Dei. ergo ur̃ q̃ ſola obedictia diuinorũ mãdatorũ ſufficiat ad rationẽ ſtatus.

G

H ¶2 Pręt. Nomẽ ſtatus ur̃ importare* immobilitatẽ, ẽm illud 1. ad Cor. 15. ſtabiles eſtote & immobiles. uñ* Greg. dicit ſuper Eze. Lapis quadrus eſt, & quaſi ex oĩ omni latere ſtatum habet, q̃ caſum in aliqua permutatione nõ habet: ſed uirtus eſt quæ immobiliter facit operari, ut dr̃ in 2. ethi.* ergo ur̃ q̃ ex omni operatione uirtuſa aliquis ſtatum adipiſcatur.

I ¶2 Præt. Nomen ſtatus* ur̃ ad quandã altitudinẽ pertinere. Nã ex hoc aliqs ſtat, q̃ in altetũ erigit̃: ſed per diuerſa officia aliquis fit altior altero. Similiter ẽt per gradus, uel ordines diuerſos diuerſimode hoies in quadã altitudine conſtituunt̃. ergo ſola diuerſitas graduum, uel ordinũ, uel officiorũ ſufficit ad diuerſificandum ſtatum.

K Sed contra eſt, q̃ in* Decret. 2. q. 5. dr̃. Si q̃n in cauſa capitali, uel cauſa ſtatus interpellatum fuerit, non per exploratores, ſed per ſeipſos eſt agendum: ubi cauſa ſtatus appellat̃ pertinens ad libertatem, uel ſeruitutem. ergo uidetur q̃ nõ uariet ſtatum hominis niſi id, quod *pertinet ad libertatem, uel ſeruitutem.

turæ, quibus pro diuerſis meritis beata uel magis beata, miſera uel minus miſera reddit̃. ſ. in ſtatu innocentiæ, in ſtatu patriæ, in ſtatu uię, & in ſtatu damnationis. Conſtat aũt q̃ neque in innocentia, neque in uia, ſtatus dr̃ ſm obligationem.

¶Ad horum euidentiam ſciendum eſt, q̃ author nunquam dicit, q̃ ſtatus exigat obligationem in quolibet ſtatu: ſed dicit, q̃ quilibet ſtatus reſpicit obligationẽ, quæ duo diſtant ſicut cęlum, & terra. Nam ad primum requiritur quemlibet ſtatum habere obligationẽ ad id quod ſui ſtatus eſt.

¶Ad ſecundum uerò ſufficit quòd obligationem reſpiciat, ita quòd penes obligationem diſtinguãtur affirmatiuè, uel negatiue, hoc eſt, penes habere obligationem, & penes nõ habere illam. Et hoc modo diſtinguitur ſtatus liberi à ſeruo: quia ſeruitus reſpicit obligationem affirmatiue, libertas uero negatiue. Hoc etiam modo diſtinguitur ſtatus ſæcularis à regulari, quia ſcilicet regularis habet uinculum quo caret ſecularis. Similiter ſtatus peccatoris, & ſtatus iuſti diſtinguunt̃: quia peccator obligatus eſt ad peccandum, quantum eſt ex ſeipſo: quia non poteſt ex ſeipſo reſurgere, & ut *Gregorius dicit, Peccatum quod per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit: iuſtus autem ab huiuſmodi uinculo abſolutus eſt. Incipientium aũt, & proficiẽtium ſtatus, obligationem in genere claudunt, non in ſpecie: quoniam cõe genus ſtatus exiſtentiũ in charitate per negationem uinculi, quo peccator alligatur, dicitur. Species autẽ huiuſmodi ſtatus ſecundum proprias differentias non omnes, ſed perfectorũ tãtum, dicit obligationem. Et hoc ſufficere author ipſe teſtatur in

literа

Porro 864

Infr. art. 4 cor. & q. 184. art. 4 cor. & q. 186. ar. 6. co. Et quo. 3. a. 19. co.

Eſt Aug. in cõcione 2. in Pſ. 32. non longe a prin. t. 8.

Hom. 21. a princ.

Li. 2. c. 1. 2. & 4. tom. 5

2. q. 5. (uel 6. ut aliqui codices habent) ca. Si quando.

litera quarti articu- li in reſponſione ad ſm, dũ loquẽs de huiuſmodi diſtinctione dicit, q per hoc hi diuerſi ſtatus diſtinguũtur, q diuerſa ſtudia adhibent ad ea quæ ſpectant ad ſpiritualem libertatem.

¶Sed contra hoc põt inſtari, q nõ cõſonat hmõi reſponſio ſermonibus p ſe: qm ſi ſtatus de rõne ſua reſpicit obligationẽ, cõſequẽs eſt, vt per ſe loquẽdo, oĩs ſpecifica diuerſitas ſtatuũ p ſe reſpiciat obligationẽ, & non ſufficit q genus eorum penes obligationẽ attẽdat. Oportet. n. differentias p ſe diuerſificatiuas gñis, & cõſtitutiuas ſpecierũ, p ſe diuerſificare id, qđ ſpectat ad rõnẽ gñis, qđ in propoſito eſt reſpicere obligationem. Hoc aũt hic nõ ſaluatur: qm ſtatus incipiẽtiũ, & proficientiũ, ñ diuerſificantur penes reſpicere obligationem aliquam.

¶Ad hoc dr̃, q ſtatus tã incipientiũ, q̃ proficientiũ, nõ niſi imperfecte hẽt rõnẽ ſtatus: & ppea nõ ẽ mirũ, ſi vterq; deficiat a ppria rõne ſtatus. Sunt. n. hi ſtatus in gñe ſtatus; ſicut formæ in embryonẽ ſuccedentes, ſunt in gñe viuentiũ. Non. n. ſũt velut ſpecies de p ſe, ſed vt viæ ad aliud. Et ſimiliter ſtatus incipientiũ & proficiẽtiũ, vt ipſa eorũ noĩa oſtẽdũt, viã ad aliud hoceſt, ad pfectionẽ, ſeu perfectionis ſtatũ ſignificãt. Vñ autho in principio ſequẽtis q̃ſtionis dicit. Deinde cõſiderãdũ eſt de his q ptinẽt ad ſtatũ pfectionis, ad quem alij ſtatus ordinant. De ſtatu aũt cõiugatorũ, virginũ &c. dupliciter dici põt. Primo, q in iure nec virginitas, nec viduitas cõſtituit ſtatum, niſi vinculo firmet: vñ ſtatuta ſunt diſtincta viduarũ & virginũ. Secundo põt dici, ut dictũ eſt de incipientibus & pficiẽtib. q. ſ. ſine vinculo impfecte habent rõnẽ ſtat rõne ſui gñis, quo libertatẽ hñt a vinculo cõiugali. Ad id qđ additur de ſtatu cleri

Concil. in (margin)

Parm. § 10. (margin)

865 (margin)

Resp. Dcẽdm, q ſtatus, pprie loquẽdo, ſignificat quandã poſitionis differentiã ſm modũ ſuæ naturæ, quaſi in quadã immobilitate. Eſt. n. naturale homini, ut caput eius in ſuperiora tẽdat, & pedes i terra firmẽtur &c. mẽbra media cõueniẽti ordine diſponantur: qđ quidẽ non accidit, ſi hõ iaceat, uel ſedeat, uel accũbat, ſed ſolum qñ erectus ſtat. Nec rurſus ſtare dr̃ ſi moueatur, ſed qñ quieſcit: & inde ẽ q ẽt i ipſis actionibus humanis dr̃ negotiũ aliquẽ ſtatũ hẽre ſm ordinẽ propriæ diſpõnis cũ quadã immobilitate, ſeu quiete. Vñ & circa hoies ea q̃ de facili circa eos variant, & extrinſeca ſunt, nõ cõſtitunnt ſtatũ, puta, q aliqs ſit diues uel paup, in dignitate cõſtitutus uel plebeius, uel ſi quid aliud ẽ hmõi. Vñ & in iure ciuili dr̃, q ei q a ſenatu amouet, magis dignitas, q̃ ſtat aufert: ſed ſolũ id ur̃ ad ſtatũ hominis ptinere, qđ reſpicit oblõnẽ perſonæ hois, put. ſ. aliquis eſt ſui iuris, uel alieni, & hoc ñ ex aliqua cã leui, uel de facili mutabili, ſed ex aliquo pmanẽte: & hoc eſt qđ ptinet ad rõnẽ libertatis, uel ſeruitutis. Vñ ſtatus pertinet pprie ad libertatẽ, uel ſeruitutem, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in ciuilibus.

Ad primvm ergo dcẽdm, q rectitudo inquãtum hmõi, nõ pertinet ad rõnẽ ſtatus, ſed ſolum inquãtum eſt connaturalis hoi, ſimul addita quadã q̃e te. Vñ in alijs aialibus nõ reqrit rectitudo ad hoc, q ſtare dicãt: nec ẽt hoies ſtare dñr, quãtũcũq; ſint recti, niſi quieſcãt.

Ad II dicendum, q immobilitas non ſufficit ad rationẽ ſtatus, Nam ẽt ſedens, vel iacẽs quieſcit, qui tamẽ nõ dr̃ ſtare.

Ad III dcẽdm, q offm dr̃ p cõparationẽ ad actũ: grad aũt dr̃ ſm ordinẽ ſuperioritatis, & inferioritatis: ſed ad ſtatum reqrit immobilitas in eo, qđ pertinet ad condõnem pſonæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Eccleſia debeat eſſe diuerſitas officiorum ſeu ſtatuum

Ad secvndvm ſic pcedi tur. Vr̃ q in Eccleſia nõ A dẽat eſſe diuerſitas offõrũ, uel ſtatuũ. Diuerſitas. n. vnitati repugnat: ſed fideles Chriſti ad unitatẽ uocant, ſm illud Io. 17. Vt ſint unũ in nobis, ſicut & nos unũ ſum. ergo in Eccleſia non debet eſſe diuerſitas officiorum, ſi ue ſtatuum.

¶2 Præt. Natura ñ facit p multa qđ põt facere p unũ: ſed opatio grẽ eſt multo ordinatior, quã opatio naturæ. ergo cõueniẽ B tius eẽt, q ea q̃ pertinẽt ad act grẽ, per eoſdem hoies adminiſtrarent, ita q ñ eſſet in Eccła diuerſitas offõrũ, & ſtatuum.

¶3 Præt. Bonũ Ecclæ maxime ur̃ in pace conſiſtere, ſm illud pſal. 147. Qui poſuit fines tuos pacẽ. & 2. ad Cor. vlti. dr̃. Pacẽ hẽte, & Deus pacis erit vobiſcũ: ſed diuerſitas eſt ipeditiua pacis, quã ſiſitudo cãre vr̃, ſm illud Eccle. 13. Oẽ animal C diligit ſiſe ſibi. & Phil. dicit in 7. politic. q modica differẽtia facit in ciuitate diſſidiũ. ergo vr̃ q nõ oporteat in Eccła eſſe diuerſitatẽ ſtatuũ, & offõrum.

Sed contra eſt, q i Pſal. 44. ad laudẽ Ecclæ dr̃, q eſt circumamicta varietate. vbi gl. dicit, q doctrina apoſtolorũ, & cõfeſſione martyrũ, & puritate virginũ, & lamẽto penitẽtiũ ornatur Regina. i. Eccleſia.

D Resp. Dcẽdm, q diuerſitas ſtatuũ, & offõrum in Eccła ad tria pertinet. Primo quidem, ad perfectionẽ ipſius Ecclæ. Sicut. n. in rerũ naturaliũ ordine perfectio, quæ in Deo ſimpliciter & uniformiter inuenit, in uniuerſitate creaturarũ inueniri nõ poterit, niſi diſſormiter & multipliciter: ita ẽt plenitudo grẽ. q̃ in Chriſto ſicut E i capite adunat, ad mẽbra eius diuerſimode redundat, ad hoc q corpus Ecclæ ſit perfectum. Et hoc ẽ quod Apoſt. dicit ad Epheſ. 4. Ipſe dedit quoſdã quidẽ Apoſtolos, quoſdã aũt prophetas, alios aũt Euangeliſtas, alios aũt paſtores & doctores ad cõſummationẽ ſanctorum. Scđo aũt pertinet ad neceſsitatẽ actionum, q̃ ſunt in Eccła neceſſariæ Oportet aũt ad diuerſas actiones diuerſos hoies deputari ad hoc quòd expedi-

calis, rñdet, q cũ prima tõſura cõſtituat clericatũ, & pſtma tõſura ad offm ſpectet, ſicut & ordo oĩs. ſ. acolytatus &c. cõſequẽs eſt q clericatus ñ ſtatum, ſed offm conſtituat, cui ſignũ eſt q clericos in duos ſtat diſtinguimus. ſ. regulares, & ſæculares. Eſſet autem implicatio quodã mõ in adiecto dicere clericos ſæculares, ſi clericus eſſet nomen ſtatus. Sed offic adiungit nomẽ ſtatus, cõprobaturq; id ex eo q prima tõſura inchoatio quædã ordinis eſt, quẽ cõſtat ad offm ſpectare. Ad authoritatem dñi Anſelmi, & ſimiles, q forſan multæ adduci poſſent, vnico uerbo rñderi põt, q nõ ita ſtricte & pprie ſtatus noĩe uſi ſunt: ſed p ſtatũ itel lexerũt condõnem, quaſi dicerent. Quatuor ſunt condões hominũ &c. in qua ſignificatione frequẽs uidetur uſus eſſe.

SVP. Q. CLXXXIII. ARTIC. I.

In ar. 1. eiuſdem q. in reſponſio ac ad tertiũ collige, & inde retine differentiã inter offm, gradũ, & ſtatũ eccleſiaſticũ, ut intelligas ſequentia.

Glo. ord. ex Caſſiodoro. (margin)

SVP. Q. CLXXXIII. ARTIC. II.

In ar. 2. & 3. aduerte q diuerſitas officiorũ, graduũ, & ſtatuũ in eccleſia non ita ordinatur ad hæc tria. ſ. perfectionem, actionẽ, & decorẽ, q ſingula ſingulis propria ſint, puta, perfectio ſtatui, actio offõ, & decor gradui: ſed in quolibet horũ oĩa inueniunt. In ſtatib. nãque inuenit nõ ſolũ pfectio, ſed etiã & decor, ſeu ordo. Et ſimiliter in officijs eadẽ tria inueniuntur, & ſimiliter in gradibus, ut de ſe patet: ſed pfectio appropriatur ſtatui, ut rõ diuerſitatis ſm ſtatũ. Actio uero appropriatur offõ, ut rõ diuerſitatis ſm offm. Decor uero ordinis appropriat gradui, ut ratio diuerſitatis ſecundũ gradum.

Concil. in (margin)

¶In eodem articulo tertio in reſpõſione ad ſm, dubium occurrit circa illud, Diuerſitas ſtatuum accipitur

pit ſecūdū diuerſos actus, qui cōueniunt hoī ſm̄ ſeipſū. Officia aūt distinguunt ſm̄ actus, qui referūtur ad alios. Vt enim hoc eſſe falſum, eo q̃ uita actiua manifeſte attenditur ſecundū actum, qui refertur ad alium. ſ. ad proximum, ut patet ex ſupradictis de uita actiua.

¶Ad hoc dr̄, q̃ ipſe actus actiuæ uitæ poteſt cōſiderari dupliciter. Primo, ut eſt exercitiū hoīs ſtudētis tali uitę, ſeu actui. Eſt nāque actus uirtutis, q bonū reddit habentem, & ſic conſtituit uitam actiuam: q̃ſi, ut in litera dr̄, uita dr̄ abſolute, hoc ē, uiuere dr̄ quis ſm̄ ſeipſum, & non relatiue ad aliud. Et ꝓpea actus, inquantū ſunt differentiæ uitæ, conſiderantur ut conueniunt homini ſm̄ ſe ipſum, hoc eſt, ſecundum quod uiuentem in ſuiipſius uiuere bene diſponunt. Alio modo conſiderantur ut referūtur ad alios: ſicut docere, ad eum qui docetur, & iudicare, ad eum qui iudicari ordinatur. Et ſic ſumpti actus diſtinguunt officia: & hæc ſufficiant etiam pro quarto articulo. Diſcuſſa ſunt ſiquidē q̃ in illo ſunt, in principio huius q̃ſtionis.

tius, & ſine confuſione omnia peragantur. Et hoc eſt quod Apoſt. dicit ad Ro. 12. Sicut in vno corpore multa mēbra habemus, oīa autē membra non eundem actum hn̄t: ita multi vnū corpus ſumus in Chriſto. Tertio hoc ꝑtinet ad dignitatem, & pulchritudinē Eccl'æ, quæ in quodā ordine cōſiſtit. Vñ dr̄ 3. Reg. 10. vidēs Regina Saba omnem ſapiētiā Salomonis, & habitacula ſeruorū, & ordines miniſtrantiū, nō habebat vltra ſpiritū. Vñ & Apoſt. dicit 2. ad Timo. 2. q̃ in magna domo n̄ ſolū ſūt vaſa aurea. & argētea: ſđ & lignea, & fictilia.

Ad primvm ergo dcđm, q̃ diuerſitas ſtatuū, & officiorū non impedit Eccl'æ unitatem, quæ perficiť per unitatē fidei & charitatis, & mutuæ ſubminiſtrationis, ſm̄ illud Apoſ. ad Eph. 4. Ex quo totū corpus eſt compactum. ſ. per fidē, & cōnexum. ſ. per charitatē, ꝑ omnem iuncturam ſubminiſtrationis, dum ſcilicet unus alij ſeruit.

Ad ii dcđm, q̃ ſicut natura non facit ꝑ multa, quod poteſt facere per unum: ita etiam nō coarctat in unum id, ad qđ multa requiruntur ſm̄ illud. Apoſt, 1. ad Cor. 12. Si totum corp⁹ oculus, ubi auditus? Vñ I & in Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, oportuit membra diuerſificari ſm̄ diuerſa officia, ſtatus, & gradus.

Ad iii dcđm, q̃ ſicut in corpore naturali, mēbra diuerſa cōtineť in unitate ꝑ uirtutē ſpiritus uiuificantis, quo abſcedente mēbra corporis ſeparanť: ita ēt in corpore Eccl'æ cōſeruatur pax diuerſorū mēbrorū uirtute Spiritusſancti, qui corpus Eccl'e viuificat, ut hr̄ Io. 6. Vñ Apoſ. dicit ad Eph. 4. Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in uinculo pacis. Diſcedit aūt aliquis ab hac unitate ſpiritus, dū quærit quę ſibi ſunt propria: ſicut ēt in terrena ciuitate pax tollitur ex hoc, q̃ ciues ſinguli quę ſua ſunt, q̃runt. Alioqn per offōrum, & ſtatuū diſtinctionē tā mentis, q̃ in ciuitate terrena magis pax cōſeruatur, inquantū per hæc plures ſunt, qui cōmunicant actibus publicis. Vñ & Apoſt. dicit 1. ad Cor. 12. q̃ Deus tēperauit nos, ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed ꝓ inuicē ſolicita ſint mēbra.

ARTICVLVS III.

Vtrum officia diſtinguantur per actus.

Per. per. 10. 866

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̄ q̃ officia, nō diſtinguantur per actus. Sunt. n. infinitę diuerſitates humanorū actuum tā in ſp̄ualibus, quàm temporalibus: ſed infinitorum nō pōt eſſe certa diſtinctio. ergo per diuerſitates actuum nō poteſt eſſe humanorum officiorū certa diſtinctio.

¶2 Præ. Vita actiua, & cōtēplatiua ſm̄ actus diſtinguuntur, ut* dictum eſt: ſed alia ur̄ eſſe diſtinctio officiorum a diſtinctione uitarum. non ergo officia diſtinguuntur[h] per actus. q. 179. art. 1.

¶3 Præt. Ordines ēt eccleſiaſtici, & ſtatus, & gradus per actus diſtingui[h] vīr. Si ergo officia diſtinguanť per actus, vr̄ ſequi, q̃ eadem ſit diſtō officiorum, graduum, & ſtatuum: hoc āt eſt falſum, quia diuerſimode in ſuas partes diuiduntur. non ergo uidetur q̃ officia diſtinguantur per actus.

G Sed contra eſt, q̃* Iſid. in lib. Etym. dicit, q̃ offm̄ ab efficiendo eſt dictum, quaſi efficium, propter decorē ſermonis vna mutata lr̄a: ſed efficere ꝑtinet ad actionē. ergo officia ꝑ actus diſtiguunť. Li. 6. c. 19. in ꝑnci.

Resp. dicendum, q̃ ſicut* dcm̄ eſt, diuerſitas in mēbris Eccleſiæ, ad tria ordinať. ſ. ad perfectionē, actionem, & decorem: &[m] ſm̄ hoc triplex diſtō diuerſitatis fidelium accipi pt̄*. Vna quidem, per reſpectum ad perfectionem, & ſm̄ hoc accipiť dr̄ia ſtatuum, prout quidā ſunt aliis perfectiores. Alia vero diſtō accipitur ꝑ reſpectū ad actionē, et hæc diſtō dr̄ offōrū. Dn̄r. n. ī diuerſis officiis eſſe, q ſūt ad diuerſas actiones deputati. Alia aūt ꝑ reſpectū ad ordinē pulchritudinis eccl'aſticæ: & ſm̄ hoc accipitur dr̄ia graduū, prout. ſ. in eodē ſtatu, vel officio vnus eſt alio ſuperior. Vnde & in Pſ. 47. dr̄ ſm̄ aliam literā. Deus in gradibus eius cognoſcetur. Ar. ꝑcedē. Concl. 20

H

Ad primvm ergo dicendum, q̃ materialis diuerſitas humanorum actuum eſt infinita: & ſm̄ hanc non diſtinguuntur officia, ſed ſm̄ formalem diuerſitatem, quæ accipiť ſm̄ diuerſas ſpēs actuū, ſm̄ quam actus hominis non ſunt infiniti.

I

Ad ii dcđm, q̃ vita dr̄ abſolute, & ideo diuerſitas uitarum accipiť ſm̄ diuerſos actus, qui cōueniunt hoī ſm̄ ſeipſum. Sed efficientia, a qua ſumiť nomen officij, ut* dcm̄ eſt, importat actionē tēdētē in aliud, vt dr̄ in 9. Met. Et iō officia diſtinguunť ꝓprie ſm̄ act⁹, q referunť ad alios: ſicut dr̄ doctor habere offm̄, vel iudex, et ſic de aliis: & ideo† Iſid. dicit, q̃ officium eſt ut quiſque illa agat, quæ nulli officiant, i. noceant, ſed proſint omnibus. In arg. ad oppoſitū. Lib. 9. tex. 16. Li. 6. ety. c. 19. circa ꝑnc.

Ad iii dcđm, q̃ diuerſitas ſtatuum, officiorū, & graduum ſm̄ diuerſa ſumiť, vt* dcm̄ eſt. Contingit tn̄ q̃ iſta tria in eodem concurrant, puta, cum aliquis deputať ad aliquem actum altiorē, ſimul K ex hoc hēt & offm̄, & gradum, & vlterius quendā perfectionis ſtatum ꝓꝑ actus ſublimitatem, ſicut patet de ep̄o. Ordines āt eccleſiaſtici ſpecialiter diſtinguuntur ſm̄ diuerſa officia. Dicit. n.* Iſid. in li. Etym. Officiorum plurima gn̄a ſunt, ſed ꝑcipuum illud eſt, quod in ſacris, diuiniſq; rebus habetur. Arti. 1. ad 3. Li. 6. c. 19 in ꝑnc.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum differentia ſtatuum attendatur ſecundum incipientes, proficientes, & perfectos

Porr. 3. 10 867

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̄ q̃ dr̄ia ſtatuū nō attendať ſm̄ incipientes, ꝓficiētes, & ꝑfectos.[h] Diuerſorū. n. diuerſæ ſunt ſpē dr̄iæ: ſed ſm̄ hanc dr̄iam inchoationis, ꝓfectus, & ꝑfectionis, diuiduntur gradus charitatis, vt* ſ. habitum eſt, Sup. q. 24. ar. 7. Et pſ. 24. Et Iſa. 11. q. 24. ar.

cum de charitate ageretur. ergo videtur ꝙ ſecundum hoc non ſit accipienda differentia ſtatuum.

Ar. 1. huꝰ quæſt.

¶2 Præt. Status, ſicut* dictum ē reſpicit cōditionē ſeruitutis, uel libertatis, ad quam non vr̄ ptinere prædicta differentia incipientiū, proficientū, & pfectorū.[b] ergo incōuenienter ſtatus p iſta diuidiť.

¶3 Præt. Incipiētes, pficientes, & pfecti diſtingui videnť ſm magis & minus, qđ vr̄ magis ptinere ad rōem gradus: ſed alia eſt diuiſio[b] graduū & ſtatuū, ut* s. dictum eſt. Non ergo conuenienter diuidiť ſtatus ſm incipientes, pficientes, & perfectos.

Ar. 2. & 3.

De pœnité. di. 2. c. Cū ſácta. &c. Charitas. *Hom. 15 In Eze, nō multū remote apri.

Sᴇᴅ ᴄᴏɴᴛʀᴀ eſt, quod *Greg. dicit in moral. Tres ſunt modi cōuerſorū, inchoatio, medietas, atque pfectio. Et ſuper* Eze. dicit, ꝙ alia ſunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio.

Ar. 1. huꝰ quæſt.

Rᴇsᴘ. Dcđm, ꝙ ſicut s.† dictū eſt ſtatus libertaté reſpicit, uel ſeruitutē. Inueniť āt in reb. ſpiritualibus duplex ſeruitus, & duplex libertas. Vna qdē eſt ſeruitus pcti: altera vero eſt ſeruitus iuſtitiæ. Similiter ēt eſt duplex libertas. Vna qdē a pctō: alia uero a iuſtitia, ut patet p Apo. q dicit ad Ro. 6. Cū ſerui eſſetis pcti, liberi fuiſtis iuſtitiæ: nūc vero liberati à pctō, ſerui eſtis facti Deo. Eſt āt ſeruitus pcti, uel iuſtitiæ, cū aliqs ex habitu pcti ad malum inclinať, uel ex habitu iuſtitię inclinať ad bonum. Siľr ēt libertas à pctō eſt, cū aliquis ab inclinatione pcti nō ſuperať. Libertas āt à iuſtitia eſt, cū aliquis pp amorē iuſtitię nō retardaťa malo. Verun tñ quia hō ſm naturalē rōem ad iuſtitiā inclinať, pctm āt eſt contra naturalē rōem, conſequēs eſt ꝙ libertas a pctō ſit uera libertas, q̄ cōiungiť ſeruituti iuſtitiæ, qa p vtrūq; tēdit hō ī id qđ ē cōueniēs ſibi. Et ſiľr vera ſeruitus ē ſeruitus pcti, cui cōiūgitur libertas a iuſtitia, qa. ſ. per hoc hō impediť ab eo qđ eſt ppriū ſibi. Hoc āt ꝙ hō efficiať ſeruus iuſtitiæ, uel pcti, contingit per humanū ſtudiū, ſicut Apoſt. dicit ibidem. Cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eius eſtis cui obediſtis ſiue peccati ad mortē, ſiue obeditionis ad iuſtitiā. In omni āt humano ſtudio eſt accipere principiū, mediū & terminum. Et ideo[m] cōſequens eſt ꝙ ſtatus ſpiritualis ſeruitutis, & libertatis ſm tria diſtinguať. ſ. ſm principiū, ad ꝙ pertinet ſtatus incipientium: & medium, ad q ī pertinet ſtatus proficientium: & terminum, ad quē pertinet ſtatus perfectorū.

Concluſio

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ergo dcđm, ꝙ libertas a pctō fit p charitatē, q̄ diffundiť in cordib. nr̄is p Spiritūſanctū, qui datus eſt nobis, ut dr̄ ad Ro. 5. Et inde eſt quod dr̄ 2. ad Cor. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas: & ideo eadē eſt diuiſio charitatis, & ſtatuum pertinentium ad ſpiritualem libertatem.

Aᴅ ɪɪ dcđm, ꝙ incipientes, pficientes, & perfecti, ſm ꝙ per hoc ſtatus diuerſi diſtinguunť, dicuntur homines non ſm quodcumque ſtudium, ſed ſecundum ſtudium eorum quæ pertinēt ad ſpiritualem libertatem, uel ſeruitutē, ut *dictum eſt.

In cor. ar. & ar. 1. huius quæſt. Ar. præce. ad 3.

Aᴅ ɪɪɪ dcđm, ꝙ ſicut prius* dictū eſt, nihil prohibet in idē concurrere gradum, & ſtatum. Nā & in reb. mundanis illi qui ſunt liberi non ſolū sūt alterius ſtatus quàm ſerui, ſed etiam ſunt altioris gradus.

A QVÆST. CLXXXIIII.

De his quæ pertinent ad ſtatum perfectionis in communi in octo articulos diuiſa.

Dᴇɪɴᴅᴇ conſiderandum eſt de his quæ pertinent ad ſtatum perfectionis, ad quē alii ſtatus ordinātur. Nam conſideratio officiorum, quantum quidē ad alios actus, pertinet ad legiſpoſitores: quantū āt ad ſacra miniſteria, pertinet ad cōſiderationem ordinum, de quibus in tertia parte agetur.*

B

¶Circa ſtatum āt perfectorū triplex conſideratio occurriť. Primo quidē, de ſtatu perfectiōis in cōi. Secundo, de his quę pertinent ad perfectionem epōrū. Tertio, de his quæ pertinēt ad perfectionem religioſorum. Circa primū quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum perfectio attēdatur ſecūdum charitatem.

C

¶Secundò, Vtrum aliquis poſſit eſſe perfectus in hac vita.

¶Tertiò, Vtrum pfectio huius vitæ conſiſtat principaliter in conſiliis, uel in pręceptis.

¶Quartò, Vtrum quicūq; eſt pfectus, ſit in ſtatu pfectionis.

¶Quintò, Vtrum prælati, & religioſi ſpecialiter ſint in ſtatu perfectionis.

¶Sextò, Vtrum omnes prælati ſint in ſtatu perfectionis.

D

¶Septimò, Quis ſtatus ſit perfectior, vtrum religioſorū, uel epiſcoporum.

¶Octauò, De comparatione religioſorum ad plebanos, & archidiaconos.

Aʀᴛɪᴄᴠʟᴠs ɪ.

Vtrum perfectio Chriſti ane uitæ attendatur ſpecialiter ſecundum charitatem.

E

Aᴅ ᴘʀɪᴍᴠᴍ ſic proceditur Videtur ꝙ perfectio chriſtianæ vitæ non attendiť ſpecialiter ſm charitatem. Dicit. enim Apoſt. 1. ad Corin. 14. Malitia paruuli eſtote ſenſibus āt perfecti: ſed charitas[h] non pertinet ad ſenſum, ſed magis ad affectum. ergo vr̄ ꝙ perfectio chriſtianæ uitæ nō conſiſtat principaliter in charitate.

¶2 Præt. Ad Eph. vlt. dr̄. Accipite armaturā Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo & ī oīb. pfecti ſtare. q̄ armatura āt Dei ſubiūgit dicens. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, et induti loricam iuſtitię in omnibus ſumentes ſcutum fidei.[h] ergo perfectio chriſtianæ vitæ non ſolum attenditur

SV. Q. CLXXXIIII. ARTIC. I.

In ar. 1. q. 184. pluries reſplicatur ly ſpecialiter, dicēdo in charitate ſpecialiter cōſiſtere pfectionē. ſeu vitā chriſtianā, & ſm veritatē deberet dici ſubſtantialiter, qm̄ hoc manifeſtē intēdit author, & ppea corrigendi videntur codices. Apparet aūt hoc ex rñſiōe ad ſm. ubi manifeſte diſtinguit natura cōtra accidētia. Natura aūt, eſſentia, & ſubſtantia idē ſūt ī ppoſito. Apparet quoq; ex articulo tertio, ubi clare diſtinguiť pfectio eſſe t. aliter contra accidētaliter, & expreſſe ſubſtanti, q̄ eſſentia'iter cōſiſtit in charitate.

Morte pénetus non complectit

¶In eod. art. in rñſio ne ad primū, ubi dr ꝙ pfectio humanorū ſenſuū in vnitate veritatis conſiſtit, aduerte ꝙ licet prima frōte rñſio hec v. ł. atur loq de pfectiōe ſenſuū in diuerſis hominib. pp illa verba. Hoc āt fit per charitatē, q̄ conſenſū in hoībus operatur. ſi tñ diligentius inſpexerimꝰ, de perfectione ſenſuum loquitur & in eodem, & in diuerſis. In eodem quidē, qm̄ charitas eſt quæ unit ſenſus ad ueram diſcretionem boni & mali, ita ꝙ in una veritate conueniāt, nec alter alteri contradicat. Operatur enim adunationem & quietem ſenſuum ī uno, quod eſt Deus, iuxta illud Apoſtoli ad Hebr. 4 ca. Perfectorum ſolidus eſt cibus eorū, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. In diuerſis vero ex eadem radice. quoniam conſenſum operando diuerſorū, unanimes habitare facit &c.

Porro

868

3. pa. q. 46. ar. 3. co. Et 3. co. c. 135 Et quol. 3. arti. 17. Et op. 17. c. 6. & opu. 18. ca. 2. & 3. Et Philip. 3. lect. 2.

ſecūdum charitatem, ſed etiam ſm alias uirtutes. ¶3 Præ. Virtutes ſpecificanť pet actus, ſicut & alii habitus: ſed Iac. 1. dr̄, q̀ patientia opus perfectū habet. ergo uidetur quòd ſtatus perfectionis attenditur magis ſecundum patientiam.

SED CONTRA eſt, q̀ dr̄ ad Col. 3. Super oīa charitaté habere, q̄ eſt uicuľū perfectionis, q. a. ſ. oēs alias uirtutes quodāmō ligat in un tité perfectā.

RESP. Dcd̄m, q̀ vnumquodque dr̄ eſſe perfectū inquantum attingit proprium finem, qui eſt vltima rei perfectio. Charitas auté eſt quæ vnit nos Deo, qui eſt vltimus finis humanæ mentis: q a qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur 1. Ioa. 4. & ideo [m] ſecundum charitaté ſpecialiter attenditur perfectio chriſtianæ uitæ[n]. *Conclu.*

AD PRIMVM ergo dcd̄m, q̀ perfectio humanorum ſenſuum præcipue in hoc vr̄ conſiſtere, ut in vnitatem veritatis conueniant, ſm illud 1. Ad Cori. 1. Sitis perfecti in eodem ſenſu: & in eadé ſcientia. Hoc āt fit per charitatem, quæ conſenſum i hominibus operatur: & ideo etiam perfectio ſenſuū radicaliter in perfectione charitatis conſiſtit.

AD II dcd̄m, q̀ dupliciter p̄t dicr aliqs pfectus. Vno mō ſimpliciter, q̄ quidem perfectio attendiť ſm id, q̀ pertinet ad ipsā rei naturā, puta, ſi dicať aīal perfectum, q̄ñ nihil ei deficit ex diſpoſitione membrorū, & aliis hmōi, quæ requiruntr ad uitā aīalis. Alio mō dr̄ aliquid perfectum ſm quid, quę quidem perfectio attenditur ſm aliquid exterius adiacens, puta, in albedine, uel nigredine, vel i aliquo hmōi. Vita āt chriſtiana ſpecialiter in charitate conſiſtit, per quam anima Deo coniungitur. Vñ dr̄ 2. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: & iō ſm charitatem attenditur ſimpliciter perfectio chriſtianæ vitæ, ſed ſm alias virtutes ſm quid. Et quia id quod eſt ſimpliciter, eſt principaliſſimū, & maximum reſpectu aliorum: inde eſt, q̀ perfectio charitatis eſt principaliſſimū reſpectu perfectionis, quæ attenditur ſecundum alias virtutes.

AD III dicendū, q̀ patientia dr̄ habere opus pfectum in ordine ad charitatem, inquantum ſ. ex abundantia charitatis pueniīt, q̀ aliquis patienter tolerat aduerſa, ſm illud ad Rom. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Dei? tribulatio, an anguſtia?

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquis in hac uita poſſit eſſe perfectus.

AD SECVNDVM ſic pcediť. Vr̄ q̀ nullus in hac uita poſſit eē pfectus. Dicit. n. Apo. 1. ad Co. 13. Cū venerit q̀ pfectū ē, euacuabiť q̀ ex parte eſt: ſed in hac uita ñ euacuať q̀ ex parte eſt. manet. n. in hac uita fides & ſpes, q̄ ſūt ex parte. ergo nullus in hac vita ē[h] perfectus. ¶2 Præt. Perfectū ē cui nihil deeſt, ut dr̄ in 3. *phyſ. ſed nullus eſt in hac uita, cui[k] ñ deſit aliqd. dr̄. n. Iac. 3. In multis offendimus oēs. & in pſ. 138. dr̄, Imp F fectū meū viderūt oculi tui. ergo nullus ē in hac vita pfect⁹.

¶3 Præt. Perfectio vitę chr̄anę, ſicut dcm̄ eſt, attendiť ſm charitatem, q̄ ſub ſe comprehēdit dilectioné Dei, & proximi: ſed [b] quantum ad dilectioné Dei ñ pōt aliqs perfectam charitaté in hac vita hr̄e, q a vt Gre. dicit ſuper *Ezec. Amoris ignis qui hic ardere inchoat, cum ipſum quem amat, viderit, amplius in G amorem ipſius igneſcit.[l] Neq; quātū ad dilectioné proximi, quia non poſſumus in hac vita oēs proximos actualr̄ diligere, etſi habitualiter eos diligamus: dilectio āt habitualis imperfecta eſt. ergo vr̄, q̀ nullus i hac vita poſsit eſſe perfectus.

SED CONTRA eſt, quia lex diuina non inducit ad impľe: inducit autem ad perfectioné, H ſm illud Matt. 5. Eſtote pfecti, ſicut & Pater veſter cęleſtis perfectus eſt. ergo vr̄ q̀ aliquis in hac uita poſſit eſſe perfectus.

RESP. Dcd̄m, q̀ ſicut *dcm̄ eſt, perfectio vitę chr̄anæ i charitate cōſiſtit. Importat āt perfectio quādam vlitatem: quia, vt dr̄ in 3. *Phyſ. Perfectum eſt cui nihil deeſt. Poteſt ergo triplex perfectio cōſiderari. Vna I quidem abſoluta, q̄ attenditur nō ſolum ſm totalitaté ex parte diligentis, ſed ēt ex parte diligibilis, prout. ſ. Deus tm̄ diligitur, quantum diligibilis eſt: &[m] talis perfectio non eſt poſſibilis alicui creaturæ, ſed cōpetit ſoli Deo, in quo bonū integraliter, & eſſentialr̄ inueniť[n]. Alia āt eſt perfectio q̄ attendiť ſm totalitatem abſolutam ex parte diligentis, put. ſ. affectus ſm totū ſuum poſſe, ſp actualr̄ K tēdit in Deū: &[p] talis perfectio non eſt poſs in via, ſed erit in pr̄ia[q]. Tertia āt eſt perfectio, q̄ neq; attendiť ſm totalitaté ex parte diligibilis, neq; ſm totalitaté ex parte diligentis quātum ad hoc, q̀ ſp actu ferať in Deum, ſed quantū ad hoc q̀ excludanť ea, q̄ repugnāt motui dilectionis in Deū, ſicut *Aug. dicit in lib. 83. q. q̀ venenū charitatis eſt cupiditas, perfectio nulla cupiditas: & [r] talis perfectio pōt in hac vita hr̄i, & hoc

Art. præc.

Homi. 14. parum a med.

Art. præc.

Lib. 3. tex. 64. to. 2.

Concl. m

Concl. p

In li. 83. q. q. 36. non longe a pr. to. 4

Concl. ſ

SV. Q. CLXXXIIII.

ARTIC. II.

Porre. p ro. & 69

Sup. q. 24. ar. 8. 3. ſ. d. 29. q. 1. ar. 8. q. 1. Et Ve. q. 2. ar. 1. Et Ep. 6. le. 4. Et Phil. lec. 2 & lect. 3. princi. Et corin. 1. fi.

IN art. 2. in reſponſione ad 3. nota illam diſiunctiuam de amore proximi, Sufficit q̀ feratur cōiter in omnes in vniuerſali, uel in ſingulos habitualiter. & ſm aīæ pparationé: Quod ideo notandum duxi, ne rudiores p eodem accipiant diligere oēs in vniuerſali, & diligere ſingulos ſm operōné animi. Hæc enim multum inter ſe diſtant, & ſecundum longe melius eſt primo, tanq̄ ſe habens ex additione ad primū. Nam diligere omnes in uniuerſali eſt diligere hoies inquātum ſūt hoies, uel inquantū ordinantur ad beatitudinem, & huiuſmodi. Diligere āt ſingulos ſm animi præparationem, eſt habere aīm paratum ad ſingillatim benefaciendum ſingulis, qñ occurret. Et quia probatio dilectionis, exhibitio eſt operis, diligés oēs in uniuerſali, bñficiū cōfert in uniuerſali, puta, orādo p oībus pro oībus. Diligés āt ſingulos ſm pparationé animi, parat⁹ ē bñfacere ſingulis ſingillatim, qñ occurrit. ¶ In eodem reſponſione notanda eſt primo differentia inter mēbra dilectionis proximi ſupererogatoriæ. Tria namque, mēbra in litera ponuntur. ſ. extenſionis, intenſionis, hoc eſt, intenſiuū, & quoad effectū. Et inter primum quidé & ſm clara eſt differétia: ſicut uniuerſaliter in aliis differt quātitas extenſiua à quātitate intenſiua. Inter ſm aūt & tertium obſcura apparet differétia: qm̄ intenſiue diligens proximū, oīa p ipſo exponit quod ad tertium membrū ſpectat. Si quis tamen cōſideret membra cūque concurrere, & qñque ſeparari, differétiam comperiet clarā. Concurrunt ſiquidem, qñ uehementer proximum diligens pro ipſo etiā aīam ponit tunc enim uehemens dilectio ſm mēbrum, & exterior expoſitio uitæ pro proximo tertium membrum affert. Separanť aūt cum uehementer diligens proximum paratus quidem eſt omnia pro ipſo contemnere, ſeque etiā ipſum impendere, ab exteriori tamen effectu abſtinet quia uīc non expedit. Tunc n. ſm membrum abſque tertio inuenitur ſ. intenſiua dilectio abſque effectu. Nota ſecundo, primum mēbrum continere, g. diligere extraneos, & ulterius inimicos, perfectionis eſt extenſiue in charitate, quod ſuperius etiam declaratum in tractatu de charitate fuit, & intelli-

Li. 3. tex. 64. to. 2.

lige

lige de extraneis, & inimicis ut ſingulares ſunt perſonæ: ita ꝙ intendit Aug. perfectorum filiorũ Dei eſſe diligere inimicos, quatenus ſunt ſingulares perſonæ & ſimiliter benefacere eiſdem ut ſingularibus perſonis. Diligere ãt eos in cõi, hoc eſt, inquantum Chriſtiani inquantum cõciues, inquãtũ hoies, neceſſitatis eſt. Qđ nihil aliud eſt dicere, q̃ ꝙ ab amore quod ꝓſequimur hoies in cõi, Chriſtianos in cõi, cõciues in cõi, & hmõi, non excludamus eos: ſed amor qui ad uniuerſale termĩnat᷑, ut ſua uniuerſalitate relinquatur, abſq; inimicorũ .ſ. exceptiõe.

dupl'r. Vno mõ, inquantũ ab affectu hois excludit᷑ oẽ illud, qđ cõtrariat᷑ charitati, ſicut eſt pectm̃ mortale: et ſine tali perfectione charitas eſſe non põt, vñ ẽ de neceſſitate ſalutis. Alio mõ, inquãtũ ab affectu hois excludit᷑ non ſolum illud, qđ eſt charitati ↄtrariũ: ſed ẽt oẽ illđ qđ impedit ne affectus mentis totał'r dirigat᷑ ad Deũ, ſine qua perfectione charitas eſſe p̃t, puta, in incipientib. & ꝓficiẽtib.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ Apoſt. ibi loq̃᷑ de perfectione p̃riæ, q̃ nõ eſt in via poſſibilis.

AD II dcđm ꝙ illi qui ſũt ĩ hac vita perfecti, ĩ multis dñr offendere ẽm peccata venialia, q̃ ꝓſequunt᷑ ex iſirmitate p̃ntis vitę: et q̃tũ ad hoc ẽt hñt aliqđ imperfm̃ per comparõnem ad perfectionem p̃riæ.

AD III dicendum, ꝙ ſicut ſtatus p̃ntis vitæ nõ patit᷑, vt hõ ſemper actu feratur in Deum, ita ẽt nõ patit᷑, ꝙ actu ferat᷑ in oẽs proximos ſingillatim: ſed ſufficit ꝙ ferat᷑ cõiter in oẽs in vñi, vel in ſingulos habitualiter, & ẽm animi præparõnem. Põt ãt ẽt circa dilectionem proximi duplex perfectio attendi, ſicut & circa dilectionem Dei. Vna quidem, ſine qua charitas eſſe nõ põt, ut .ſ. hõ nihil hẽat in affectu, quod ſit cõtrariũ dilectioni proximi. Alia ãt, ſine qua charitas inueniri poteſt, q̃ quidem attendit᷑ tripl'r. Primo quidem ẽm extenſionem dilectionis, vt .ſ. aliquis non ſolum diligat amicos, & notos, ſed ẽt extraneos, & vlterius inimicos. Hoc .n. vt dicit* Aug. in Enchi. eſt perfectorũ filiorum Dei. *Ench. c. 73 to. 3* Secundò, ẽm intentionem q̃ oñdi᷑ ex his, quę hõ propter proximum contemnit, ut .ſ. hõ contẽnat non ſolum exteriora bona propter proximũ, ſed ẽt afflictiones corporales, & ulterius mortẽ, ẽm illud Io. 15. Maiorem dilectionem nemo hẽt, q̃ vt aiam ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Tertio, quantum ad effectum dilectionis, vt .ſ. hõ pro proximis impendat non ſolũ temporalia bñficia, ſed ẽt ſpũalia, & vlterius ſeipſum, ẽm illud Apoſt. 2. ad Cõr. 12. Ego autem libent ſſime intendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris.

ARTICVLVS III.

Vtrum perfectio conſiſtat in præceptis, an in conſiliis.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit᷑. Vr̃ ꝙ perfectio non conſiſtat in præceptis, ſed in conſiliis. Dicit .n. Dñs Mat. 19. Si vis perfectus eſſe vade, et vẽde oia q̃ hẽs, & da pauperib. & veni, & ſequere me: ſed[h] iſtud eſt cõſilium. ergo perfectio attendit᷑ ẽm cõſilia, & nõ ẽm præcepta.

¶ 2 Prę. Ad[h] obſeruantiam preceptorum oẽs tñr, cum ſint de A neceſſitate ſalutis. Si ergo perfectio chr̃anæ vitæ conſiſtat in præceptis, ſeq̃᷑ ꝙ ꝑfectio ſit de neceſſitate ſalutis, & ꝙ oẽs ad eã teneant᷑: qđ patet eſſe falsũ.

¶ Secunda, An talis infidelis dispensator teneatur ad restõnẽ. Est autem primi dubii rõ, qa ex quo bona epi dispensationi cõmissa, sunt distincta a portionib. debitis pauperibus, & fabricę, cõsequẽs vr, φ fidei epi relicta est distinctio reliquarum portionum, ac p hoc teneatur ad istas distinctiones. In oppositum aũt est, quia hmõi redditus vr principaliter ordinatus ad sustentationem epi. Et sicut præbendæ clericorũ successerunt portioni clericis debitæ, ita hospitalia successerunt portioni pauperibus debitæ &c.

Secũdi vero dubii rõ est, quia author in lra qñ bona commissa fidei epi sunt indistincta, nihil dicit de restitutione: immo in quolib. 6. art. 12. dicit φ qñ redditus principaliter ordinatur ad sustentationem ministrorum, vt sunt præbendæ clericorũ, non teneĩ abutens ad restitutionem. Constat autem φ redditus episcopi est sicut præbenda illius. In oppositũ autem est, φ sequeretur, φ meretrices, & consanguinei ditati ab epis prodige cõsumentib⁹ reddit⁹ suos, non possent cogi ad restituẽdum ecclesiæ, quod ualde absurdum est.

Porre. q. 10. 88 2
Quol. 6. ar. 12.
In ser. 81. declinãdo ad finem. to. 3.
Eodẽ loco nũc dicto.

¶ Ad primũ harũ qõnum dicitur distinguendo, φ redditus epales aut sũt tenues, ita φ non sufficiant pro subsidio epi: aut sunt mediocres, ita φ sufficiunt, & parum abundant: aut sunt abũdantes notabiliter supra id qd necessarium est ad sustentationem epi. Et si primo aut secundo mõ se habent, cum constet φ principaliter ordinã- E tur ad epi sustentationem, idem vr de redditibus istis iudiciũ, quod de præbendis clericorum, ita φ quia quod parum superabundat, pro nihilo a iure computatur: iõ iura de destributione in tot reliquas partes, s. pauperum, & fabricæ, non hñt hĩc locum in istis: & ppea non obligantur tales epi ad hmõi distributionem. Si autem redditus sunt pingues, & abundantes, ita ut in sapientis animum cadere non possit, φ sint epi, assignati pro eius sustentatione, tunc tenetur eps duas quartas ad minus distribuere iuxta dictos canones in pauperes, & ecclesiæ fabricam, seu supellectilem &c. Et rõ est, quia ex hoc, φ clerici hñt seorsum suam portionem, non est subtracta a iure pauperibus portio illis debita ex iure: & similiter non est fabricæ subtracta a iure portio illi ex iure debita, sed bona episcopalia remanent affecta tali iuris dispositione antiqua & sancta, ita φ quemadmodum qñ erant cõia ecclesiastica bona his quatuor. s. episcopo, clero, pauperibus, & fabricæ, commissa erant episcopo cum uinculo & debito talis distributionis: ita excluso uno membro s. clero a tali communitate, quia iam habens proprias præben-

dat loco ſuæ portionis, remanent bona epiſcopalia cõia reliquis tribus, ita q̃ pauperibus remaneat debita quarta portio, q̃ prius eis debebat, & eccleſiæ fabricæ ſimiliter ſua quarta portio. Videtur tamen quòd in caſu neceſsitatis pauperum, poſſet portio eccleſiæ fabricæ non multum indigentis debita p̃ pauperibus diſpenſari. Et hoc uĩ Aug. ſeruaſſe, qui fabricis uacare horrebat, & principalis intentio iuris ad fabricas uiuas refertur. Nec obſtat, ſi dicatur quod iura illa ſunt per contrariam conſuetudinem abrogata, ſciente tanto tempore Romano pontifice, & nõ reprehendente, quoniam non conſuetudo, ſed abuſus eſt. Et ſimiliter multa per patientiam tolerantur, quæ ſi ad iudicium deducerentur, arguerētur. Rurſus, dato quòd iura illa abrogata eſſent quo ad id quod iuris eſt poſitiui, hoc eſt, quo ad quotã portionem, puta, quartam, non tamen poſſunt abrogari quo ad id quod eſt iuris diuini, hoc eſt, quòd ſint epiſcopi patres pauperũ, & tẽplorum ſuorum reparatores quo ad fabricam, & ſuppellectilem. Et ꝓpterea nulla ratione a fideli diſtributione pro ſubuentione utrorumque excuſantur, dato quòd excuſentur a quota. Quod & ſuſtineri poſſe uidetur, & crediderim ego eſſe uerum: quia iura illa ad ſtatum antiquum eccleſiæ, in qua uiuebant clerici in communi, directe reſpiciunt. Et per hęc reſponſio ad obiecta patet.

¶Ad ſecundam quõnẽ dr̃, q̃ redditus decimæ &c. epiſcopalia bona, dupliciter poſſunt iudicari uel ut propria, uel ut communia. Si iudicantur quaſi propria ut præbendę clericorum, ſic quantumcumque pinguia ſint, non tenetur ad reſtitutionem epiſcopus qualitercumque illa conſumens, & conſequenter nec illi quibus prodige data ſunt. Sicut homo

In hoc loco Eſai. 3. p. 5.

11. q. 2. c. Clericos & 16. q. 1. c. quoniã.

Concl. an

Ep. 50. inter mediũ & fi. to. 2.

cãt, ſi ea quæ eis ſuperſunt, pauperibus non largiuntur.

¶2 Præt. Super illud Iſa. 3. Rapina pauperũ in domo vr̃a, dicit gl.* Hier. q̃ bona eccl'aſtica sũt [g] pauperũ: ſed quicũque id qđ eſt alterius, ſibi reſeruat, aut aliis dat, peccat mortaliter, & teneť ad reſtõnẽ. ergo ſi ep̃i bona eccl'aſtica, q̃ eis ſuperfluũt, [h] ſibi retineãt, vel conſanguineis, vel amicis largiantur, vr̃ q̃ teneantur ad reſtitutionem.

¶3 Præt. Multo magis aliq̃s põt de rebus eccl'æ ea q̃ ſibi ſunt neceſſaria, accipere, q̃ ſupflua cõgregare: ſed Hier. dicit in epiſt. ad Damaſum Papã.* Clericos illos conuenit ſtipendiis eccl'æ ſuſtentari, quibus parentum & propinquorũ bona nulli ſuffragant. Qui aũt bonis parentũ, & ꝓpriis ſuſtẽtari pñt, ſi qđ pauperũ eſt [h] accipiunt, ſacrilegiũ committũt & incurrũt. Vñ & Apoſt. dicit 1. ad Ti. 5. Si q̃s fidelis hẽt viduas, ſubminiſtret illis, & non grauetur eccl'a, vt his q̃ vere viduæ ſunt ſufficiat. ergo multo magis ep̃i mortaliter peccant, ſi ea q̃ eis ſuperfluunt de bonis eccleſiaſticis, pauperib. nõ largiantur.

Sed contra eſt, q̃ plures ep̃i ea quæ ſuperſunt, non largiuntur pauperibus, ſed expendere vidẽtur [h] laudabiliter ad redditus eccleſiæ ampliandos.

Resp. Dcđm, q̃ aliter eſt dcđm de propriis bonis, q̃ ep̃i poſſidere poſſunt, & de bonis eccl'aſticis: nam propriorum bonorum dñium hñt. Vnde [m] ex ipſa rerum cõdõne non obligantur, vt eas aliis conferant: ſed pñt eas vel ſibi retinere, vel ẽt aliis pro libito elargiri. Poſsũt tñ in earũ diſpenſatione peccare vel ꝓp inordinationem affectus, per quam contingit, vel q̃ ſibi plura cõferant q̃ oporteat: vel aliis ẽt non ſubueniãt, ſm q̃ requirit debitum charitatis. Non tamen teneñ ad reſtõnẽ, [n] quia hmõi res ſunt eorũ dominio deputatæ, ſed eccl'aſticorum bonorum ſunt diſpenſatores, vel procuratores. Dicit eñ Aug. ad Bonifacium.* Si priuatũ poſſidemus quod nobis ſufficiat, non illa bona nr̃a ſunt,

F ſed illorum quorum procurationem gerimus, non proprietate nobis vſurpatione dãnabili uendicemus. Ad diſpenſatorem aũt requirit̃ bona fides, ſm illud 1. ad Cor. 4. Hic iã q̃rit̃ inter diſpenſatores, ut fidelis q̃s inueniatur. Sunt aũt bona eccleſiaſtica nõ ſolum in uſus pauperum, ſed ẽt ad cultum diuinũ & neceſsitates miniſtrorum expendenda. Vnde dr̃ 12. q.* 2. De redditibus eccl'æ, vel

G oblatione fidelium, ſola ep̃o ex his vna portio mittitur, duę eccleſiaſticis fabricis, & erogationi pauperum profuturæ a preſbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur, vltima clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. [p] Si ergo diſtincta ſint bona q̃ debent in uſum ep̃i cedere, ab his q̃ ſunt pauperibus, & miniſtris, & cultui eccleſiæ

H eroganda, & aliq̃d ſibi retinuerit ep̃s de his q̃ ſunt pauperibus eroganda, vel ẽt in uſũ miniſtrorũ, aut in cultũ diuinum expẽdẽda, nõ eſt dubiũ q̃ cõtra fidẽ diſpẽſatiõis agit, & mortaliter peccat, & ad reſtõnẽ tenetur. [q] De his aũt q̃ ſunt ſpãliter ſuo vſui deputata, vr̃ eſſe eadẽ rõ q̃ eſt de propriis bonis, vt. ſ. ꝓp immoderatũ affectũ et uſũ

I peccet q̃dẽ, ſi immoderata ſibi retineat, & aliis nõ ſubueniat, ſicut req̃rit debitũ charitatis. [s] Si uero nõ sũt ꝓdicta bona diſtincta, eorum diſtributio fidei eius cõmittit̃ & ſi q̃d ẽ i modico deficiat, vel ſupabundet. põt hoc fieri abſq; bonę fidei detrimẽto [t] q̃a nõ põt hõ i talib. pũctualiter accipe illud qđ fieri oportet. [u] Si uero ſit mult' exceſſus, nõ põt latere, uñ vr̃ bonę

K fidei repugnare, & iõ non eſt abſq; pctõ mortali. [x] Dr̃. n. Matt. 24. q̃ ſi dixerit malus ſeruus in corde ſuo, Moram facit dominus meus uenire, quod ꝑtinet ad diuini iudicij contẽptũ: & cęperit ꝑcutere cõſeruos ſuos, qđ pertinet ad ſupbiã: manducet' ãt & bibat cũ ebrioſis, qđ ꝑtinet ad luxuriam, ueniet dñs ſerui illius in die qua non ſperat, & diuidet eũ. ſ. a ſocietate bonorum, & partẽ eius ponet cum hypocritis, ſ. in inferno.

ualde dites & abundans ſupra ſtatũ ſuũ, ſi non dat ſuperflua quæ ex neceſſitate præcepti tenetur pie exponere, ſed prodige conſumit, non tenetur ad reſtõnem. Si aũt iudicantur vt oĩa ep̃o, pauperibus, & eccleſiaſtico cultui, ſic ep̃s diſſipans id quod debetur pauperibus, & eccleſiaſtico cultui, tenetur ad reſtitutionem ſicut diſtributor communis boni in ciuitate, tenetur ad reſtituendum illis, quibus non dat ſibi debita bona. Differentia igitur quo ad reſtitutionis vinculum, ex natura proprij, vel communis boni pendet. Natura ſiquidem proprij boni a reſtitutionis vinculo præſeruat non diſpenſantem ſuperflua, vt tenetur diſpenſare. Natura autem cõis boni reſtitutionis uinculo ſtringit non diſtribuentem commune bonum quibus debet. Et propterea ſubtiliter perſpiciendum eſt, ſi redditus epiſcopi ſe habent ad ipſum quaſi proprium bonum, vel vt commune, & vt dictum eſt, ſi redditus epiſcopi tantus eſt, ut rationabiliter appareat, q̃ quaſi pro ſua præbenda ſit ſuæ commoditati reddita, tunc quaſi propria bona cenſenda videntur, & conſequenter non tenetur epiſcopus diſpenſator ad reſtitutionem: & eadem ratione nec meretrices, nec alij quibus donarentur reſtituere tenerentur eccleſiæ de neceſſitate præcepti. Si autem redditus epiſcopi tantus eſt, vt rationabiliter appareat, quòd non quaſi præbenda ſibi reſpondeat, ſed quia pater eſt pauperum, igitur tanta bona ſuæ ſunt fidei commiſſa vt diſtribuenda, tunc vt communia bona cenſenda uidentur: ita quòd epiſcopus talis male diſpenſans & illi ad quos hæc perueniunt, tenentur ad reſtitutionem omnium illorum quę pauperibus, uel eccleſiæ debentur. Rationabile autem uidetur, quòd ſi abundantes

12. q. 2. c. de redditibus eccleſiæ.

Concl. ſ.

Concl. ſ.

Concl. 1

Concl. prima pars.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ uerbũ illud Ambroſij nõ ſolũ eſt referẽdũ ad diſpẽſationẽ rerũ eccleſiaſticarũ, ſed quorũcũque bonorũ, quibus tenet̃ aliquis debito charitatis ꝓuidere neceſſitatẽ patientib. Nõ aũt põt determinari, qñ ſit iſta neceſſitas, ꝙ pctm̃ mortale obliget, ſicut nec cætera particularia, q̃ in humanis actib. cõſideranẽ. Horum.n.determinatio relinquitur humanæ prudentiæ.

Ad II dicendum, ꝙ bona eccl'a rũ non ſunt ſolũ expendenda in uſus pauperũ, ſed ẽt in alios vſus, ut dictũ eſt. † Et iõ ſi de eo qđ uſui epi, uel alicuius clerici eſt deputatũ, uelit aliquis ſibi ſubtrahere, & conſanguineis, uel aliis dare, non peccat, C dummõ illud faciat moderatè, i.ut non indigeant, non aũt ditiores inde fiãt. Vñ Amb. dicit in li. de offi.* Hæc eſt approbãda libertas, ut proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere coguoſcas, non tñ ut illos ditiores fieri uelis ex eo, ꝙ tu potes conferre inopibus.

Ad III dicẽdũ, ꝙ nõ oĩa bona eccleſiarũ ſunt pauperibus largiẽda, niſi fortè ĩ articulo neceſſitatis, in quo ẽt ꝓ redẽptione captiuorũ, & alijs neceſſitatib. pauperũ, uaſa cultui diuino dicata diſtrahunt̃, ut Amb.* dicit. Et ĩ tali neceſſitate peccaret clericꝰ, ſi uellet rebus eccl'iæ viuere, dũmõ hr̃et patrimonialia bona, de quibus uiuere poſſit.

Ad IIII dicendum, ꝙ bona eccleſiarũ uſib. pauperũ deſeruire dẽnt. Et iõ ſi quis neceſſitate nõ imminente prouidendi pauperibus, de his q̃ ſuperfluũt ex ꝓuentib. eccleſiæ, B poſſeſſiones emat, uel in theſauro reponat ĩ futurũ utilitati eccl'iæ & neceſſitatib. pauperũ, laudabiliter facit. Si uerò neceſſitas immineat pauperib. erogãdi, ſuperflua cura eſt & inordinata, vt aliquis in futurũ conſeruat: qđ Dñs prohibet Matth. 6. dicens, Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ.

Articvlvs VIII.

Vtrum religioſi qui promouentur in C epiſcopos, teneantur ad obſeruantias regulares.

Ad octavvm ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ religioſi, q promouẽtur in epos, non teneant̃ ad obſeruantias regulares. Dr̃. n. 18. q.* prima, ꝙ monachũ canonica electio à iugo regulæ monaſticæ profeſſionis abſoluit, & ſacra ordinatio de monacho epm̃ facit: ſed obſeruãtię regulares pertinẽt ad iugũ regulę. D ergo religioſi, qui in epiſcopos aſſumuntur, non tenentur ad obſeruantias regulares.

¶ 2. Præterea, ille qui ab inferiori ad ſuperiorẽ gradũ aſcendit, non vr̃ teneri ad ea, quæ ſunt inferio

---

dantes redditus ex eccleſiaſticis decimis, aut poſſeſſionibus, & huiuſmõi conſtant, cõmiſſa ſint epis vt patribus pauperũ. Et de decimis quidẽ probatum eſt ſuperius, ꝙ iniqua eſſet lex decimarum in nouo teſtõ, ſi ultra honorabile ſtipendium miniſtrorũ Dei habentis vniuerſale dñium, tanta rerum affluentia vni deputaretur cum danno totius populi, niſi vt patri pauperũ. Poſſeſſiones aũt legatæ, aut donatæ eccleſiæ cathedrali in tanta abũdantia, procul dubio credendum eſt ꝙ ut patri pauperum epo creditę ſint. Iõ.n. epis datæ ſunt, quia occulta fide perſpiciebat̃ eos eſſe patres pauperũ: & hæc vr̃ fuiſſe rõ tacita argumenti. Si uerò redditus magni debent̃ epo ex tpali dñio: quia ſ. epus in eo ꝙ epus eſt dñs in tpalibus aliciuius ciuitatis & oppidorũ, & ex dñii tpalis redditibus diues eſt, alia vr̃ rõ: quia oportet ꝙ nõ ſolum ut epus, ſed vt dñs expendat, tenendo exercitum pro defenſione patriæ, & habẽdo theſaurum, ne impugnet̃ patria, ita ꝙ tunc dexter oculus ad cõe bonum patrię ſibi debitæ, reſpicere debeat: ſiniſter aũt ad pauperes, quoniam tpale dñium datum eſt eccleſiæ principaliter ad eccleſiæ honorem ſimul & authoritatẽ, & poſt honorẽ Dei, ꝓp bonum cõe ipſius dñii, ſicut datũ erat dño ſeculari, & ſecundario, vt exinde eleemoſynę fiant pauperibus. Quocirca tales epiſcopi in illis ſolis caſibus tenentur, in quibus dñi ſeculares tenerentur ad reſtitutionem.

¶ Ad obiecta ergo in oppoſitũ dr̃, ꝙ locus ab authoritate negatiue infirmus eſt. Et fortè iõ author tacuit de reſtitutione, quia non eſt vna & eadẽ ſp ratio, qñ bona ſunt in diſtincta, quia quãq; ſe habent vt ꝓpria, & quãq; ut cõia ut patet ex dictis. Ad id uerò ꝙ in quolibetis dr̃, rñdetur ꝙ intelligitur qñ redditus epi ſe habent ad ipſum ut præbenda ẽt pinguis, non autem quando tam notabilis eſt exceſſus, ut non cadat inę animo ſapientis ꝙ non pro honorabili ſtatu epiſcopi ſint datę diuitię tantę. Ad id uerò quod de exactione a meretricibus &c. obiicitur, patet reſponſio ex dictis.

¶ In eodem ar. 7. in rñſione ad primum, dubium occurrit circa illud, Non poteſt determinari qñ ſit iſta neceſſitas, quę obliget ad mortale pctm̃: quia cõſtat ex ſuperius in q. 31. dictis, ꝙ iſta neceſſitas eſt determinata, ſ. qñ eſt extrema. Si ergo neceſſitas extrema eſt, quę obligat ad peccatum mortale, quomodo nunc dicitur, ꝙ non poteſt determinari quando eſt iſta neceſſitas?

¶ Ad hoc dr̃ dupliciter. Primò, ꝙ verba literę iſtius intelligẽda ſunt de neceſſitate extrema in particularibus. Vñ ſubdit. Sicut nec cętera particularia, quę in humanis actibus conſiderantur. Superius aũt neceſſitas determinata eſt in cõi, ꝙ eſt extrema. Secundo dr̃, & magis ad mentẽ authoritatis Ambroſii, ꝙ verba literæ iſtius intelliguntur in caſu, quo quis habet de ſuperfluo naturę & perſonę, hoc eſt, ſtatus. Vñ illud, Cum poſſis & abundas, in quo caſu, vt patet ex ſupradictis, tenetur ex charitatis debito indigentibus illud erogare. Sed quanta tunc indigentia alicu-A ius occurrere debeat, vt obliget habentem ſuperfluum ad dandum iſti, non ſubeſt ſcientificę determinationi, ſed relinquit̃ prudentię, ad quam ſingularum iudicium ſpectat.

¶ In rñſione ad 2m eiuſdem articuli, nota alterã conditionem appoſitã reſpectu conſanguineorum, vel aliorum, ſ. moderamen: & exponitur penes quid attenditur huiuſmõi moderatio, ſ. penes excluſionẽ indigentię, & non penes appoſitionem diuitiarũ. Da ergo e pe conſanguineis, vt nõ idigeãt, nõ ut diuites fiãt. Dixi alterã cõditionem, quia altera iã dicta erat, ſ. ꝙ non de debitis aliis, ſed de deputatis uſui epi. Nam de debitis eccleſię, aut pauperibus non põt niſi ſicut vni alteri pauperi diſtribuendo dare, ſed de ſuo deputatis vſui põt ꝓ ſuolibito dare.

¶ In rñſione ad tertium, vide ꝙ clericꝰ, ſeu eps quãtumcumque habeat patrimonialia, poteſt de eccleſiaſtica prębenda viuere, niſi in articulo neceſſitatis &c. In quo tñ ẽt ſi peccaret viuendo de ſua prębenda, non tenet̃ tñ ad reſtitutionem: quia pctm̃ cõſiſteret ĩ abuſu, quo non ſubueniret aliis, qñ ſubueniẽdum eſt, Libertas autem à reſtitutione cõſurgeret ex eo, ꝙ prębenda ſe habet ut ꝓprium clerici, vel epi bonum.

¶ In rñſione ad quartum uidere, qui augendis eccleſiarum prouentibus tam laudabiliter creditis vos uacare, tabeſcentibus pauperibus, & tamẽ non attendentes* quã peccatis iuxta authoris ſnĩam, tot pauperes puellas nobiles, tot pauperes ciues, pupillos, orphanos, uiduaſq; poſt habendo.

SVP. QV. CLXXXV. ARTIC. VIII.

In art. 8. eiuſdem q. dubia duo occurrunt de epiſcopis religioſis. Alterum, de quibuſdam regularibus actibus in ſpeciali: alterũ modo uinculi. Eſt igitur primo dubium, An religioſus factus epiſcopus teneatur ad habendum ſocium ſui ordinis, & E bibendum cum duabus manibus, & ſimilibus. Et eſt ratio dubii, quia hæc impediunt officium pontificale: & propterea videntur ad hoc teneri. In oppoſitum autem eſt, quia hæc diſſonare uidentur ab epiſcopali dignitate.

¶ Dubium deinde eſt, An ſubdat̃ uinculo pręcepti, uel cenſuræ eccleſiaſticę in inſtitutis regulæ poſito. V.g. Si in regula ieiunium feriæ ſextæ ſtatuitur ſub præcepti, aut cenſurę eccleſiaſticæ uinculo, an factus epiſcopus ſubiectus ſit uinculo præcepti, uel cenſuræ illius, ita ꝙ ſi transgrediatur, pęccet mortaliter, vel ſit excõmunicatus. Et eſt ratio dubii, quia hinc apparet ꝙ ſubdatur huiuſmodi uinculis, quia ex quo ſubdit̃ ſtatuto, ſubditur etiam uinculo ſtatuti. Eiuſdem ſiquidem rationis eſt, ꝙ aliquis ſubdat̃ ſtatuto, & uinculo ſtatuti. In oppoſitum autem eſt & quia non ſubdit̃ pęnis in ſtatuto appoſitis, puta, grauis, uel grauioris culpę, & ſimilium: & quia huiuſmodi uincula derogare uidentur epiſcopali dignitati ac perfectioni &c.

¶ Ad

Margin notes: In eod. ar. — Li. 1. c. 30. parum ante med. to. 1. Et habetur in Decreto di. 86. c. eſt probanda. — Lib. 2. de off. ca. 28. tom. 1. Et habet̃ 12. q. 2. ca. Aurum. — Porr. 883 — Sup. q. 88. ar. 12. ad 4. Et 4. di. 38 q. 1. art. 4. q. 1. ad 5. — * 18. q. 1. c. ſtatutum.

¶ Ad euidentiā horū ſciendum eſt, ꝙ diſtinctio tri membris regulariū obſeruantiarū in litera poſita, ſ. ꝙ quędā ſunt promouentes, ſeu cuſtodientes perfectionē pontificiā, quędā impediētes, quędam neutræ, ſic accipienda eſt, ꝙ aliquæ manifeſte vtilitatem afferunt perfectioni pontificali, ut caſtitas, paupertas, abſtinētia, ieiunia, moderata abdicatio linteorū, & hmōi. Quędā manifeſte impediunt officiū pontificale, vt ſilētiū ſolitudo, & uniuerſaliter quęm cūq; in cōpoſſibilia ſunt cū pontificali officio, dignitate, & authoritate. Nec ſolū hæc, ſed q̄cūq; cōiter diſſonēt a pōtificali dignitate & appellatione impedientiū intelliguntᷣ. Quędā verò nō cōiter, ſed i caſu aliquo inueniunᷣ diſſona ratione vel loci, vel officii, vel ſocietatis &c. & ab impedientibus qdē, & cōiter diſſoluiᷣ ipſo iure. Et quia de horū numero eſt obligatio ad habendū ſociū collateralē, ideo non teneᷣ ad ſocium habendum ſecum ex ſuo ordine. Derogaret .n. epāli dignitati fratrem illi appropinquare vt ſocium, & derogat ſocietatis rōi, q ſequatᷣ vt famulus. Societas .n. eſt relatio ęquiparātiæ. Accedit ad hæc ꝙ epūs ſicut ad aliā eccleſiam, & ad aliud officiū eccleſiaſticū perſoluendū trāſfertur: ita ad alterius gnīs ſocietatē ipſo facto trāſlatus intelligitur, ac ꝑ hoc abſolutꝰ à priori ſocietate. Nō .n. duplici ſocietate grauari dēt, ſicut nec duplici grauatur officio. Et qm̄ quęcumq; ad ſocialis uitę vniformitatē, aut depreſſionem actuū, ſeu geſtuum in pſona religionis ſpectāt, diſſonare vnᷣ ab epāli cōuerſatione, ſeu dignitate, ſeu authoritate, vel libertate: ideo ad nullū taliū remanet obligatus. Et de eorū numero vnᷣ hmōi obſeruātiæ, ſ. bibere ſedēdo, aut cum duabus manibus, & ſimilia. Sicut .n. religioſus factus epūs reuiuiſcit quodāmodo ad uitā ciuilem, dum à iugo monaſticę regulę abſolutus adire pōt hęreditatem, ut patet 18. q. prima capit. Statutum: ita a depreſſione actuum ſpectantium ad priorem ſtatum abſolutus vr, vt abſolutio à iugo monaſticę regulę dicta in canone, non ſit quaſi fruſtra dicta, ſed aliquid operatᷣ vltra executionem ab incompoſſibilibus, ad q̄ oīno conſtabat, vtpote incompoſſibilia, epūm non teneri. Ab impedientibus verò in caſu nō abſolui vr epūs ipſo iure, ſed in caſu tn̄, ſi quæ ſint talia. Vnᷣ namq; hæc eſſe illa, de qbus in litera dr, ꝙ poſſunt epi ſecum

Q. 88. art. 12. ad 1.

Q. 184. ar. 7.

Arg. 1. huius artic.

16. q. 1. c. de monachis.

Q. pręce. ar. 7.

ris gradus, ſicut ſ. dictū eſt,* ꝙ religioſus nō teneᷣ ad obſeruāda vota q̄ in ſęculo fecit: ſed religioſus q aſſumiᷣ ad epatum, aſcēdit ad aliqd maius, vt ſ. habitū eſt.* ergo vr ꝙ nō obligeᷣ epus ad ea quæ tenebatur obſeruare in ſtatu religionis.

¶ 3 Præt. Maxime religioſi obligari vnᷣ ad obedientiam, & ad hoc ꝙ abſq; ꝓprio uiuāt: ſed religioſi q aſſumunᷣ ad epatū, nō tenenᷣ[h] obedire prælatis ſuarū religionū, qa ſunt eis ſuperiores:[h] nec ēt vnᷣ teneri ad paupertatē, qa ſicut in Decreto ſ.* inducto dr, Quē ſacra ordinatio de monacho epum facit ue lut legitimus hæres, paternam ſibi hrēditatē iure uendicādi poteſtatē habeat. Interdū ēt concedit eis teſtamenta conficere. ergo multo minus tenentur ad alias obſeruantias regulares.

SED CONTRA eſt, qđ dr in Decretis 16.* q. 1. de monachis diu morātib. in monaſterijs. Si poſtea ad clericatus ordines ꝑuenerint, ſtatuimus nō debere eos à priori ꝓpoſito diſcedere.

G

RESP. Dcđm, ꝙ ſicut ſ. dictū eſt,* ſtatus religionis ad perfectionē ptinet, quaſi quædā via in perfectionē tendēdi. Status aūt epālis ad ꝑfectionē pertinet, tanquā quoddā ꝑfectionis magiſteriū. Vn̄ ſtatus religionis cōparaᷣ ad ſtatū epālē, ſicut diſciplina ad magiſterium, & diſpoſitio ad perfectionē. Diſpoſitio aūt non tollitur perfectione adueniente, niſi forte quantū ad id, in quo perfectioni repugnat. Quantum aūt ad id qđ perfectioni congruit, magiſ cōfirmatur: ſicut diſcipulo, cum ad magiſteriū peruenerit, non cōgruit ꝙ ſit auditor, congruit tn̄ ſibi ꝙ legat,[l] & meditetur ēt magis q̄ ante. Sic ergo dicēdū eſt, ꝙ[m] ſi qua ſunt in regularib. obſeruātiis q̄ non ſunt impediāt pontificale officiū, ſed magis ualeant ad ꝑfectionis cuſtodiā, ſicut eſt cōtinentia, paupertas, & alia hmōi, ad hæc remanet religioſus, ēt factus epus, obligatus, & per pn̄s ad portādū habitū ſuæ religionis,[o] qui eſt obligationis ſignū.[p] Si qua verò ſunt in obſeruantiis regularibus, q̄ officio pontificali repugnant, ſicut eſt ſolitudo, ſilētiū, & aliquæ abſtinētiæ, vel vigiliæ graues, ex qbus impotēs corpore redderetᷣ ad exequendū pontificale officiū, ad hmōi obſeruanda nō teneᷣ.[q] In aliis tn̄ pōt diſpēſatione vti, ſm̄ ꝙ requirit neceſſitas perſonę, vel officii, uel conditio hoīm cum quibus uiuit per modum, quo etiam prælati religionum in talibus ſecum diſpenſant.[r]

H

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ ille q fit de monacho epus abſoluitᷣ à iugo monaſticæ ꝓfeſſionis, nō quantū ad oīa, ſed quantu ad illa, quæ officio pōtificali repugnant, ut dictū eſt.*

I

AD II dcđm, ꝙ uota ſęcularis uitę ſe habent ad uota religionis ſicut particulare ad uniuerſale, vt ſ. habitū eſt.* Sed uota religionis ſe habent ad pōtificalem dignitatē, ſicut diſpoſitio ad perfectionem. Particulare autem ſuperfluit habito vniuerſali, ſed diſpoſitio adhuc neceſſaria eſt perfectione obtenta.

K

AD III dcđm, ꝙ hoc eſt ꝑ accidens, ꝙ epi religioſi obedire prælatis ſuarū religionū nō tenentur: qa ſ. ſubditi eſſe deſierunt, ſicut & ipſi prælati religionū: manet tn̄ adhuc obligatio voti uirtualiter, ita ſ. ꝙ ſi

F

diſpenſare ſicut prælati religionum: & hę ſunt abſtinentia a carnibus, & ieiunia, & hmōi, ad quæ conſtat Epum remanere obligatum, vtpote fouentia pfectionem eius. Et iō religioſus cui ſtū regularia inſtituta inhibeᷣ eſus carniū, factus epus, non pōt feria ſexta in die Natalis Dn̄i veſci carnibꝰ, ſed peccat mortaliter hoc faciendo, q a bñficium canonis cōcedentis eſum carniū in natali Dn̄i, nō cōprehendit ipſum, qa excipit eos qui regulari obſeruātia nō ſunt aſtricti ad abſtinentiam a carnibus.

Concl.

¶ Ad ſm̄ vero dubiū dr, ſaluo meliori iudicio, ꝙ vincula pręceptorū, & cenſurarum vnᷣ inter diſſona cōputāda, ita ꝙ ipſi actꝰ q pręcipiunt, aut ſub cenſuris poſiti ſunt, licet nō diſſonant, ſed conſonent epāli perfectioni ac dignitati &c. vt ieiunare feria ſexta, & in aduentu, & hmōi: uinculum tn̄ præcepti, aut cenſuræ ſuperadditum, ab epāli ſtatu diſſonat. Et ratio eſt, quia epālis ſtatus ſe habet ad ſtatū religioſorum, vt in litera dr, ſicut magiſtri ſtatus ad ſtatum diſcipuli. Conſtat aūt ꝙ frequentia ſtudii ad meditādū, & lectioni vacādum ita conuenit diſcipulo, ꝙ non minus conuenit magiſtro. Sed quo ad hmōi aſſiduitatē ad meditādum & legendum ſub pręceptis, aut pęnis, ſi aliquis aſtringatᷣ, ſtatū diſcipulorum conuenit, non ſtatui magiſtrorū. Et ideo ſicut religioſus factꝰ epus, abſolutus eſt a uinculo pręceptorum religionis, q ſunt quaſi pędagogi religioſorū in diſciplina perfectionis: ita ſunt abſoluti a uinculo pręceptorū, & cenſurarum regulę, & ſtatutorū: qm̄ regula eſt tanq̄ prælatus inanimatꝰ, ſicut econtra prælatus eſt ſicut lex aīata. Secus aūt eſt de uinculo votorum caſtitatis &c. qm̄ illa non ex ſuperioris regulę, aut hoīs uinculo, ſed ex propria promiſſione Deo facta nim ſuam retinent.

Concl. 2

Concl. 3

In cor. ar.

Q. 88. art. 12. ad 1.

¶ Ad obiectorum ergo primum dicitur, ꝙ mutatio ſtatus efficit, vt non ſit reſpectu huius tranſeuntis de ſtatu in ſtatum eadem ratio de ſubiectione ad ſtatutum, & ad uinculum ſtatuti.

¶ Et hęc ratio patet: qa quātum ad vinculum ſuſpenſionis, conſtat ex iure cōi, ꝙ epus non ſubiacet vinculo ſuſpenſionis, niſi de epo fiat mentio. Mutatio ergo ſtatꝰ efficit, ꝙ reſpectu hmōi n eſt eadē rō de ſubiectione ad ſtatutū, & ad uinculum ſuperadditū i ſtatuto. Quocirca ſicut de ſuſpēſionis uinculo ex iure ſcripto habemꝰ caſum decifum, ita de aliis uinculis ex iure natura

lis

ſis rationis, vt ſimili mō caſus decidēdus ꝑ rationē allatam.
¶Ad ſecundū obiectū dr, q̄ ratio nō valet: quia vincula ſunt duplicia, quędam ſententia feriū, & ipſo facto, vt ſunt ex ipſis præceptorum, & cenſurarum, quædã vero nō niſi mediante iudice habētia executionē, ut ſunt uincula ad alias pœnas ligantia.

18.q.1.ca. Statutum in fine.

Et ad hæc conſtat clariſſime epm nō obligari, quia non ſubiacet amplius prælatis religionum, per quos exequēdę ſunt hmōi pœnæ: & ſi aliqua etiā vincula ad tales pœnas eſſent deferentia ſecū executionē, non ꝑpea ligarent epiſcopū: quia concernūt, uel ſupponunt ſocialem conuictū, a quo abſolutum conſtat eſſe epm, ac per hoc ab oībus ſpectantibus & conſequentibus ad illum. Et forte uincola oīum præceptorū & cenſurarum in regula & ſtatutis religioſorum interpretanda ſunt, ſuppoſito cōſortio perſonarū, a quo epus eſt exemptus, ut patet. Nec maiorem habeo certitudinem quàm dixerim.

SVP. Q. CLXXXVI. ARTIC. I.

In ar. 1. q. 186. dupliciter dubiū occurrit circa rōnem & concluſionem principalem. Primū eſt, qa concluſio principalis ē, Religio pfectionis ſtatū noiat. Rō aūt literæ nihil aliud probat, niſi q̄ religio eſt antonomaſice nomē pfectionis: & nō probat q̄ ſit nomen ſtatus, ut clare patet ī litera. Scdm eſt, qa nec ēt pbat ī litera, q̄ religio ſit nomen pfectionis, ſed uariatur termini. Nā aliud eſt coniunctio ad Deū p holocauſtū ſui, qđ ta cit uirtus religionis: & aliud eſt cōiunctio ad Deū p amorem, quem facit charitas. Et ex ſupradictis conſtat, q̄ pfectio in hac ſcđa non in prima cōiunctione cōſiſtit. Et tñ in hac litera aſſumpto q̄ prima cōiunctio cōuenit antonomaſice religioſis, ſubſumit ſcđa cōiunctio. Et ſic concludit ex quatuor terminis,

eis legitime aliquis ꝑficiatur, obedire tenentur, inquantum tenentur obedire ſtatutis regulę per modum prædictum, & ſuis ſuperioribus, ſi quos hēnt. Propriū aūt nullo mō habere poſſunt. Non.n. paternā hęditatē vēdicāt ſuā propriā, ſed quaſi eccleſiæ debitā. Vñ ibidē ſubdit, q̄ poſtq̄ epus ordinat̃ ad altare, ad qđ ſanctificat̃, qđ acquirere potuit, reſtituat. Teſtamentū aūt nullo mō facere pōt, qa ſola ei diſpēſatio cōmittitur rerū eccl'aſticarū, q̄ morte finit̃, ex qua incipit teſtm valere, vt Apoſtolus dicit ad Hebr. 9. Si tñ ex cōceſſione Papæ teſtamentū faciat, nō itelligitur ex ꝓprio facere teſtm, ſed apoſtolica authoritate intelligitur eſſe ampliata ptās ſuæ diſpenſationis, vt eius diſpenſatio poſſit valere poſt mortem.

QVÆST. CLXXXVI.

De his quæ pertinent ad ſtatum religionis, in decem articulos diuiſa.

Deinde cōſiderandū eſt de his, q̄ ptinēt ad ſtatū religionis. Circa quod occurrit quadruplex conſideratio. Quarū prima eſt de his, in quibus principal'r cōſiſtit religionis ſtat⁹. Scđa, de his q̄ religioſis licite cōuenire poſſunt. Tertia, de diſtinctione religionū. Quarta, de religionis igreſſu. Circa primū quæruntur decē.

¶Primò, Vtrum religioſorum ſtatus ſit perfectus.

¶Secundò, Vtrum religioſi teneantur ad omnia conſilia.

¶Tertiò, Vtrū paupertas volūtaria requiratur ad religionē.

¶Quartò, Vtrum requiratur continentia.

¶Quintò, Vtrum requiratur obedientia.

¶Sextò, Vtrum requiratur q̄ hæc cadant ſub voto.

¶Septimò, De ſufficiētia horū votorum.

¶Octauò, De cōparatione eorum adinuicem.

¶Nonò, Vtrum religioſus ſp mortaliter peccet, qñ tranſgreditur ſtatutū ſuę regulæ.

¶Decimo, Vtrū cæteris parib. in eodem genere peccati plus peccet religioſus, quā ſæcularis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum religio importet ſtatum perfectionis.

Ad PRIMVM. ſic proceditur Vr̃ q̄ religio nō importet ſtatū pfectionis. Illud n. qđ eſt de neceſſitate ſalutis, nō vr̃ ad ſtatū pfectionis ptinere: ſed religio eſt de neceſſitate ſalutis, qa per eā vni vero Deo religamur, ſicut Aug. dicit in li. đ uera religione. Vel religio dr̃ ex eo q̄ Deū religim⁹, quē amiſeramus negligētes, vt Auguſt. dicit in 10. de ciu. Dei. ergo vr̃ q̄ religio non nominet perfectionis ſtatum.

¶2 Præt. Religio ſm Tulliū eſt, q̄ naē diuinę cultū & cęremoniā affert: ſed afferre Deo cultū et cęremoniā magis vr̃ ptinere ad myſteria ſacrorū ordinū, q̄ ad diuerſitatem ſtatuū vt ex ſupradictis patet. ergo vr̃ q̄ religio nō noiet pfectionis ſtatū.

¶3 Præt. Status perfectionis diuiditur cōtra ſtatū icipiētiū, & ꝓficientiū: ſed ēt in religione ſunt aliq̄ incipiētes, & aliqui proficientes. ergo religio nonnominat pfectionis ſtatum.

¶4 Pręt. Religio vr̃ eſſe penitētię locus. dr̃. n. in Decretis 7. q. 1. Pręcipit ſancta ſynodus, vt quicūq; de pontificali dignitate ad monachorū vitā, & penitentiæ deſcenderit locū, nūquā ad pontificatū reſurgat: ſed locus penitētię opponit̃ ſtatui pfectionis. Vñ Dionyſ. 6. c. Eccl. Hierarchię ponit pęnitētes in infimo loco. ſ. inter purgandos. ergo uidetur q̄ religio nō ſit ſtatus perfectionis.

SED CONTRA eſt, q̄ in collationib. patrum dicit Abbas Moyſes, de religioſis loquēs. Ieiuniorū inediā, vigilias, labores corporis, nuditatem, lectionē, cęteraſq; virtutes dēre nos ſuſcipere nouerimus, vt ad perfectionē charitatis iſtis gradib⁹ poſſimus aſcēdere: ſed ea q̄ ad humanos actus ptinent, ab intētione finis ſpeciē & nomē recipiūt. ergo religioſi ptinēt ad ſtatū pfectionis. Dion. ēt 6. c. Eccle. Hierarchiæ dicit eos qui nominātur Dei famuli, ex Dei puro ſeruitio, & famulatu uniri ad amabilē perfectionē.

q̄ religio eſt nomen perfectionis.

Ad primū dubiū dr̃, q̄ qa pſens articulus nō quærit, an religio ſit ſtat⁹, qm̄ hoc ex ſupradictis de ſtatu manifeſtū eſt. ſed qrit, an ſtatus religionis, ſeu religioſorū ſit ſtatus pfectionis, ut patet ex titulo, & clari⁹ liqt. ex diſtinctione articulorū hui⁹ quęſtionis, cum dr̃, Circa primū q̄runtur decē. Primo, utrū religioſorum ſtatus ſit pfectus. & rō ad cōcluſionē nihil dicit de ſtatu, ſed de pfectione. Nec ꝑpea reprehenſione dignum eſt, q̄ in cōcluſione fiat mētio de ſtatu: qa nō apponit̃ ibi ta ſtat⁹ tanq̄ ſubſtātiuum pfectionis, de qua formaliter qō eſt, & cōcluſio.

¶Ad ſm dubium dr̃, q̄ tā ſtatus q̄ nomen pfectionis nō dr̃ uno mō tantum, puta, formaliter, ſeu elicitiue, ſed multis modis dr̃, ſicut noīa ad unum: ita q̄ quēadmodum ſanū dr̃ de aīali, medicina, & urina diuerſimode, ita aliqđ pfectionis nomen dr̃, qa ipſū formaliter ſignificat & elicit, ut charitas Dei & pximi. Et ſimiliter ſtatus charitatis eſt actus pfectionis formaliter & elicitiue, dum actū dilectionis, ī quo formaliter pfectio cōſiſtit, eligit. Aliqđ vero pfectionis nomē eſt, qa factiuum pfectionis ſignificat, ut epatus. Et ſimiliter aliqs pfectionis ſtatus eſt, qa pfectus eſt, ut ſtatus epalis. Aliqđ aūt pfectionis nomē eſt, qa exercitium & diſciplinā ad pfectionē ſignificat, ut religio antonomaſice ſumpta. Et ſimiliter aliqs pfectionis ſtatus eſt, qa in exercitio ad pfectionem cōſiſtit, ut ſtatus religioſorum antonomaſice nuncupatorum. Et qm̄ a ꝓximitate hmōi exercitii ad ipſā pfectionē ex ſui intētione, quod eſt holocauſtū hōis, pcipue appare⁹, quia hmōi holocauſtū maxime unit hōis Deo, qđ in pfeſſione religionem ichoāte fit, maxime proximum eſt unioni charitatis ad Deum; idcirco auchor

Porre. 3 ſu.
884

Qrol. 5. ar t. 21. cōt. Et opuſ. 18 ca. 16.
Paulo ante ſi. c. 12. tomo 1.
Li. 10. c. 4. ante med. tomo. 5.
Li. 2. de inuentione, ī fol. 2. ante fin. lib.
7. q. 1. cap. Hoc nequaquam.
Ca. 6. non lōge a pr.
In collatione 1 ca. 7. circa prin.
Ca. 6. par. 1. non procul a fin.

Reſp. Dcēm, ꝙ ſicut ex ſ. dictis * patet, id qđ cōiter multis ꝯuenit, antonomaſice attribuitur ei, cui ꝑ excellētiā cōuenit: ſicut nomē fortitudinis, vendicat ſibi illa virtus, q̄ circa difficillima firmitatē animi ſeruat, & tēperātiæ nomē vēdicat ſibi illa virtus, q̄ tēperat maximas delectationes. Religio āt, vt ſ. habitū ē, * eſt q̄dā virt⁹, ꝑ quā aliqs ad Dei ſeruitium & cultū aliqd exhibet. Et iō antonomaſice religioſi dñr illi, q ſe totalr mācipāt diuino ſeruitio, quaſi holocauſtū Deo offerētes. Vñ Greg. * dicit ſup Ezechielē. Sūt qdā, q nihil ſibimet ipſis reſeruāt: ſed ſēſū, linguā, vitā, atq; ſubſtātiā, quā pcepe- H rūt, oīpotenti Deo imolāt. In hoc aūt pfectio hois cōſiſtit, ꝙ totalr Deo ihæreat, ſicut ex ſupradictis * patet: & ſm hoc religio perfectionis ſtatū noīat.

Ad primvm ergo dcēm, ꝙ exhibere aliqua ad cultū Dei ē đ neceſſitate ſalutis: ſed ꝙ aliqs ſe totalr, & ſua diuino cultui deputet, ad pfectionē ptinet.

Ad II dcēm, ꝙ ſicut ſupradictū ē, * cū de virtute religio- I nis agerē, ad religionē ptinēt ñ ſolū oblationes ſacrificiorū, & alia hmōi, q̄ ſunt religioni ꝓpria, ſed ēt actus oium virtutū ſm ꝙ referūtur ad Dei ſeruitiū, & honorē, efficiunt act⁹ religionis. Et ſm hoc, ſi aliqs totā vitā ſuā diuino ſeruitio đputet, tota vita ſua ad religionē ptinebit: & ſm hoc, ex vita religioſa, q̄ ducunt, religioſi dñr qui ſunt in ſtatu perfectionis. K

Ad III dcēm, ꝙ ſicut dictū ē, * religio noīat ſtatū pfectionis ex intētione finis. Vñ non oportet, ꝙ qcūq; ē i religione, F iā, ſit pfectus: ſed ꝙ ad pfectionē tēdat. Vñ ſup illud Mat. 19. Si vis pfectus eē &c. dicit * Origenes, ꝙ ille q mutauit ꝓ diuitijs paupertate vt fiat pfectus, nō in ipſo tpe, quo tradidit bona ſua pauperibus, fiet oīno pfectus, ſed ex illa die icipiet ſpe- G culatio Dei adducere eū ad oēs virtutes. Et hoc mō i religione nō oēs ſunt pfecti, ſed qdā incipientes, quidā proficientes.

Ad IIII dcēm, ꝙ religionis ſtatus principalr eſt inſtitutus ad perfectionem adipiſcendā per quædam exercitia, quibus tolluntur impedimenta perfectæ charitatis. Sublatis aūt impedimentis perfectæ charitatis, multo magis excidūtur occaſiones peccati, per qđ totalr tollitur charitas. Vñ cum ad pęnitentem pertineat cās peccatorū excidere, ex cōſequēti ſtatus religionis eſt cōuenientiſſimus pęnitētiæ locus. Vñ in Decretis 33. † q. 2. ca. Admonere, conſulitur cuidam, qui vxorē occiderat, vt potius monaſteriū igrediatur, qđ dicit eſſe meli⁹ & leuius, q̄ ꝙ pęnitētiā publicā agat remanēdo i ſęculo.

Articvlvs II.

Vtrum quilibet religioſus teneatur ad omnia conſilia.

Ad secvndvm ſic ꝓcedi tur. Vr ꝙ qlibet religioſus teneatur ad oia cōſilia. Quicumq; n. profitetur ſtatum aliquē, tenē ad ea quæ illi ſtatui cōueniūt: ſed qlibet religioſus profitetur ſtatū perfectionis. ergo quilibet religioſus tenē ad omnia conſilia, quæ ad perfectionis ſtatum pertinent.

¶ Præt. Gre. * dicit ſuper Ezech. ꝙ ille qui præſens ſæculū deſerit, & agit omnia bona q̄ va-

Q. 141. ar. 2. & 1. 2. q. 61. ar. 5.
Q. 81. ar. 2.
Hom. 20. inter me. & finem.
Q. 184. ar. 2.
Concl. m
Q. 81. ar. 1. ad 1. & ar. 4. ad. 1. & 2
Q. 184. ar. 5.

...thor in litera ex illa vnione concluſit non iſtā, vt argūm obiicit, ſed approximationē ad iſtā. Et per hoc infert religionē noīare ſtatum perfectionis, non formaliter, ſed acceſſiue.

¶ In eodē articulo prio in reſpōſione ad tertiū, duo nota. Prio, cū legis ꝙ religio noīat ſtatū pfectionis ex intentione finis, nō ꝓpterea cōcipias intentionē perfectionis vt finis, ſufficere ad ſtatū perfectionis, quaſi oēs tendentes ad pfectionē vt finē ſint in ſtatu pfectionis: hoc n. falſiſſimū eſt. Plus n. ad perfectionis ſtatū requirit, vt patet ex ſupradictis de ſtatibus. Sed author hoc in loco modū docet, quo ſtatus religionis dr̄ pfectionis, quia. ſ. eſt perfectionis, vt finis ad quē tendit, & nō eſt perfectionis vt formæ, aut vt effect⁹. Scdo, cū ibidē legis, In religione quoſdā incipiētes, & quoſdā proficiētes, diſtingue ꝙ dupliciter hi gradus ſumi poſſunt vel ſimpliciter, vel i gñe tali. Et diſtinctio horū graduum ſimpliciter in incipientes, ꝓficientes, & pfectos, attenditur ſm charitatis progreſſum, vt ſuperius patet. Et ſic i eccleſia Dei qdā dicuntur ſimpliciter incipientes. quidā proficientes, quidā perfecti. Diſtinctio vero horū graduū in gñe, intelligitur ſm illius gñis latitudinem: & nō dicūtur tales ſimpliciter, ſed in tali genere, puta, in religione incipiētes, vel in tali religione, puta, ſolitaria, incipiētes, aut proficientes, aut pfecti. Et cū hac diſtinctione omnia; clare conſonant.

¶ In eodē articulo in reſponſione ad quartū aduerte, ꝙ religio eſt pęnitentiæ locus eminenter: qm̄, vt in litera dr̄, excluſio impedimentorū perfectæ charitatis, eminēter cōtinet excluſionē occaſionū peccandi, in qua cōſiſtit vera pęnitentia. Nō. n. ſufficit peccata deteſtari, ſed oportet occaſionē peccandi præcidere, ſi veræ pęnitentiæ opa datur. Ablatis aūt peccatis, & occaſionibus peccādi, etſi ablata ſint ipedimēta charitatis, nō ꝓpterea ablata ſunt ipedimēta pfectæ charitatis. Sed ecōtra ablatis ipedimētis pfectæ charitatis, ſublata sūt ipedimēta charitatis, q̄ ſut peccata, & occaſiones peccādi. Et qa religio tollēdis ipedimētis pfectæ charitatis vacat, iō religio eminēter eſt pęnitentiæ locus, nō ſicut Sol eſt eminēter calul⁹: ſed ſicut hō eſt excellenter hēns uitā, & ſenſū,

Hom. 8. in Matth. ali quātulum a me. to. 3.
33. q. 2. c. Admonere in med.
Porr. o
885
4. di. 1. q. 2. ar. 6. q. 2 ad 3.
Homi. 20. a medio.

F q̄d ſpectat ad pfectionem. ſ. formaliter, vel conſequenter, vel diſpoſitiue, ſeu inſtralıter: & poſt declarata oīa diſtinctionis membra, ponendo iuxta ſingula mēbra concluſiones. Et iuxta primum ponit duas, negatiuā, & affirmatiuā. Negatiua eſt, Nō tenet religioſus hēre charitatē. Affirmatiua eſt, Tenet religioſus tendere, & opam dare ut hēat pfectionē. Prob. ō utriuſq; : qa religionis ſtatus uia eſt ad pfectionē. Iuxta ſcdm uero duas ſimiles concluſiones ponit, cū corollario. Negatiua eſt, Non tenetur religioſus ad conſilia, quæ conſequuntur perfectā charitatem. Affirmatiua eſt, Tenetur religioſus ut ad hmōi conſilia implenda intendat. Probatio utriuſque: quia eadem eſt ratio obligationis ad iſta conſilia conſequētia perfectā charitatem, & obligationis ad pfectā charitatē. Sicut eadē eſt iō generandi ſubſtantiā, puta, leonē, & ꝓprietates cōſequentes ad illā naturā. Corollarium eſt, Non peccat religioſus, ſi ꝓ? ter mittat hmōi cōſilia, ſed ſi ea contemnat. Probatio: quia ſolus contemnens facit cōtra hmōi obligationem. Iuxta tertiū ſimiliter membrum duas concluſiones ponit. Negatiua eſt, Non tenet religioſus ad oīa conſilia diſponentia ad perfectionē. Affirmatiua eſt, Tenetur religioſus ad illa duntaxat cōſilia, q̄ determinate ſūt ei taxata ſm̄ regulā ſuæ profeſſionis. Probātur utraq; ex ꝓpoſitis eſt: qa diuerſæ ſunt uiæ conſiliorū ad perfectionē. Eſt āt circa hæc dicta dubiū unū, an cū in hac litera dr̄, Tenet religioſus, ſeu peccat, ſi ea contemnat, intelligat de vinculo & peccato culpæ mortalis: an de uinculo & peccato indeterminate: Et ē rō dubii, qm̄ cōtēptus mortale peccatū importare uī: obligatio aūt ad conſilia in regula taxata, non importat peccatum mortale.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ præſens litera loquitur de uinculo & peccato in cōi, & non determinate ad mortale, uel ueniale. Vñ nihil obſtat litera, ſi gratia materiæ modo uerificatur de mortali, modo de ueniali. Inferius autem diſtinguitur in uenialem & mortalem tranſgreſſionem, uel omiſſionem religioſorum.

¶ In eodem art. 2. in reſponſione ad ſm̄, dubium occurrit circa id qđ in litera dr̄, tam de perfecta dilectione Dei, q̄ de ꝓfecta in opando omne bonum, qđ quis poteſt operari, ꝓ quanto ibi dr̄, ꝙ omnes ad utrumq; perfectum ſic tenentur, ꝙ prætermittere ſine peccato aliquo mō illū poſſunt, dūmō deſit cōtēptus.

SVP. QVÆST. CLXXXVI.

In ar. 2. eiuſdem q. 186. pſpice q̄ ordinate & breuiter litera ꝓcedat ꝓponendo trimēbrem diſtinctionē de mō quo ali

let, quaſi iã Aegypto derelicto ſacrificiũ pbet i eremo: ſed deſerere ſeculũ, ſpãliter ptinet ad religioſos. ergo ẽt eorũ ẽ agere oia bona q̃ valent: & ita vr̃ ꝙ quilibet eorum teneatur ad omnia conſilia implenda.

¶3 Præt. Si nõ requirit̃ ad ſtatũ B perfectionis, ꝙ aliquis oia cõſilia impleat, ſufficiẽs eſſe vr̃, ſi [h] quedã cõſilia impleat: ſed hoc falſum eſt, qa multi in ſæculari vita exiſtẽtes aliqua cõſilia implent, vt patet de his q continẽtiã ſeruant. ergo vr̃ ꝙ quilibet religioſus, q eſt in ſtatu perfectionis, teneatur ad oia, quæ ſunt perfectionis: huiuſmodi autem autem ſunt oia conſilia.

SED CONTRA C Ad ea q̃ ſunt ſupererogationis, nõ tenet̃ aliqs niſi ex ꝓpria obligatione: ſed nõ qlibet religioſ⁹ obligat ſe ad oia, ſed ad aliqua determinata, qdã ad hæc, qdã ad illa. non ergo oẽs tenentur ad oia.

RESP. Dcẽm, ꝙ ad perfectionem aliquid ptinet tripliciter. Vno mõ, eſſentialiter: & ſic, ſicut ſ. dictũ eſt,* ad pfectionem ptinet perfecta obſeruãtia pceptorũ charitatis. D Alio mõ, ad pfectionẽ pertinet aliqd põſt: ſicut illa q̃ conſequunt̃ ex perfectione charitatis, puta, ꝙ aliqs maledicenti benedicat, & alia hmõi impleat, q̃ etſi ſm pparationẽ aĩ ſint in pcepto, vt ſ. impleant̃ qñ neceſſitas requirit, tñ ex ſuperabundantia charitatis procedit, ꝙ ẽt præter neceſſitatẽ qñq; talia impleant. Tertio modo, pertinet aliquid ad E perfectionẽ inſtr̃aliter & diſpoſitiuè, ſicut paupertas, continẽtia, abſtinẽtia, & alia hmõi. Dictũ eſt aũt* ꝙ ipſa perfectio charitatis eſt finis ſtatus religionis. Status ãt religionis eſt q̃dã diſciplina, vel exercitiũ ad perfectionem perueniendi, ad quã quidem aliqui peruenire nituntur exercitiis diuerſis: ſicut ẽt medicus ad ſanandum vti põt diuerſis medicamentis. Manifeſtum eſt ãt, ꝙ ille qui operatur ad finem, non ex neceſſitate cõuenit, ꝙ iam aſſecutus ſit finẽ, ſed requiritur ꝙ per aliquã viã tendat ad finẽ. Et ideo [m] ille qui ſtatum religionis aſſumit, non tenetur hr̃e perfectam charitatem, ſed tenetur ad hoc tẽdere, & operam dare vt hẽat charitatem perfectam. Et eadem rõe non tenet̃ ad hoc, ꝙ illa ſipleat, q̃ ad perfectionẽ charitatis conſequuntur. Tenet̃ ãt vt ad ea implenda intendat, cõtra quod facit contemnens, unde non peccat ſi ea prætermittat, ſed ſi ea contemnat. Siľr ẽt non tenetur ad oia exercitia, quib. ad perfectionẽ peruenit̃: ſed ad illa quę determinate ſunt ei taxata ſm regulam, quam profeſſus eſt [a].

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ ille qui tranſit ad religionẽ, nõ profitet̃ ſe eſſe perfectum, ſed profitet̃ ſe adhibere ſtudium ad perfectionem conſequendam: ſicut ẽt qui intrat ſcholas, non profitet̃ ſe ſciẽtem, ſed profitet̃ ſe ſtudẽtem ad ſciam acquirendam. Vnde ſicut Aug. dicit 8.* de ciu. Dei. Pythagoras noluit ſe ſapientem profiteri, ſed ſpię amatorẽ. Et ideo religioſus nõ eſt tranſgreſſor profeſſionis, ſi non ſit perfectus, ſed ſolum ſi cõtẽnat ad perfectionẽ tẽdere.

AD II dicendum, ꝙ ſicut diligere Deum ex toto corde tñr oẽs, eſt tñ aliqua totalitas perfectionis, q̃ ſine peccato pṫermitti non põt: alia ãt q̃ ſine pec

Eſt ſiquidẽ hic duplex dubiũ. Primũ, An oẽs teneant̃ habere in A tentionẽ proficiẽdi in charitate vſq; ad perfectã charitatẽ, & ſimul habere intentionẽ faciẽdi oẽ opus bonũ ſibi poſſibile. Secundũ eſt, An cõtẽnens hmõi intentiones, & executiones, peccet mortaliter. Eſt aũt primi dubii rõ, qa pro parte affirmatiua ſonat litera præſens, dũ dicit, ꝙ oẽs aliqualiter ad hoc tenent̃, & ꝙ ſine peccato vitatur executio vtriuſq; profectus, dummodo deſit contemptus. Ex hoc.n. ꝙ excipit contẽptũ, ponit requiri intentionẽ. Contemptus.n. intẽtionẽ tollit, & econtra omiſſio intentionis contẽptũ ponit. Pro parte aũt negatiua eſt, quia ex hoc nouus laqueus inijcit̃ aĩabus. Multi .n. ſunt boni viri, qui nõ intendunt operã dare ut perfectã habeãt charitatem, ſed ſufficit eis ſi intendãt ſeruare pcepta obligãtia ad mortale, iuxta verbum Dñi. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata. Et ſimiliter non intendunt oẽ qđ poſſunt, ẽt iuxta ſui conditionẽ ſtatus, bonũ facere. Secũdi autẽ dubii rõ eſt. Nam pro parte affirmatiua eſt, qa contẽptus ex ſuo gñe eſt pctm̃ mortale. Pro negatiua verò, qa hmõi cõtemptus pro tanto in lr̃a ponit̃ pctm̃, pro quanto per ipſum firmat̃ aĩus contra ſpũalem profectũ. Sed firmare aĩum contra ſpũalẽ profectũ non eſt peccatũ mortale, vt patet de illo qui iurat ſe nõ mutuaturũ aut fideiuſſurũ amplius. Talis.n. firmat aĩum cõtra ſpũalẽ profectũ, & tñ nõ peccat mortaliter, vt ſu. dictũ fuit.

Q.184.ar.3

¶Ad euidẽtiã horum cõſideranda ſunt hic tria interuenientia. Primũ eſt, executio: ſcdm, intentio: tertium cõtemptus. Et de executione quidẽ tã interioris, q̃ exterioris profectus in hoc; uel illo ſingulari actu, ſeu opere occurente, conſtat ꝙ ſi omittat̃, nõ ppea pctm̃ à quolibet omittẽte incurritur, vt clare in litera dr. Vñ non peccat, ẽt venialiter, potens dare eleemoſynam, ſi occurrenti huic pauperi non dat, & ſic de aliis: quia ad ſingulare hoc nulla lege aſtringitur. De intentione verò, qua quis intendit non proficere in charitate, aut bonis operibus, ſed ſolum præcepta diuina ſeruare cõi modo, dicendũ eſt, ꝙ hmõi intentio peccatum eſt: quia firmando quis aĩum contra ſpiritualem profectum, ponit inquantum in ſe eſt, obicem directe Spirituiſancto. Non eſt tñ peccatum mortale: quia infra limites præceptorum cõi mõ ſeruandorum ſiſtendo, ſaluatur dilectio Dei ſuper omnia, & intentio progreſſus ad uitam æternam, ac per hoc & perfectiſſime charitatis tamq̃ finis. Charitas.n. viæ maxime perficitur in ingreſſu patriæ, & multorum bonorum operum tamquàm mediorum neceſſariorum ad conſeruandam charitatem, & eundum ad patriã. De contemptu aũt ſcito, ꝙ ut author in queſt. de veritate q.15.ar.5.ad 1ũ, dicit. Non oĩs contemptus facit pctm̃ mortale, ſed ſolũ contemptus Dei. Et ppea ſi in propoſito contẽptus interuenit non pceptorũ, ſed cõſiliorũ Dei, qñ in ipſis contemnit̃ Deus conſilians, ſicut contẽnendo pcepta cõtemnit̃ Deus præcipiens: iõ pctm̃ mortale eſſet ex cõtẽptu cõſiliorũ, cõſilia aut profectũ charitatis omittere. Interuenit aũt talis contemptus, qñ hõ refugit ſubiici cõſiliis diuinis vt conſiliis, & profectui charitatis vt perfectioni viæ. Contemptus.n. Dei eſt nolle ſubiici diuinæ regulæ, quod hic manifeſte accideret. Si quis aũt ſpũalem profectũ & diuina conſilia vt poſtea à Deo ordinata, reueret̃, ſed qa non obligat̃ ad illa, & non ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, non vult, ib la amplecti, & nihil curat de illis. pro ſe, talis non contemnit Deũ, potius operum executionem: ac per hoc non peccat mortaliter ex hmõi incuria deliberata, quæ nonnullis contẽptus eſt, omittendo intentionẽ & executionẽ profectus ſpũalis, & operũ bonorũ q̃ poſſet facere. Et per hoc patet ſolutio vtriuſq; dubii.

Concl.

¶Ad obiecta aũt primi dubii rñdẽdo dr̃, ꝙ ex hoc, ꝙ in litera non excipit̃ contemptus, nõ hr̃ ꝙ omiſſio intẽtionis ſit pctm̃: quia omiſſio intentionis põt ex alia cauſa q̃ ex contemptu procedere. Similiter ex hoc ꝙ tenent̃ oẽs aliquo mõ habere intentionem proficiendi, ſ. non ponendo obicem Spirituiſancto, nõ iacitur nouus laqueus animabus, vt patet.

Li.8.cap.2. non multũ a prin.

¶Ad obiecta verò ſecundi dubii dr̃ ꝙ licet contemptus Dei ſit ex ſuo genere pctm̃ mortale, & hic ſolus apud theologos vr̃ appellari ſimpliciter contemptus, cum diſtinguit̃ peccare ex contemptu contra peccare ex infirmitate, aut ignorantia: cõtemptus tñ ſm quid (qualis eſt contemptus operationis exercendæ) non eſt ex ſuo gñe pctm̃ mortale. Et quia contemptus Dei importat non ſolum contemptũ Dei in ſeipſo, ſed in ſuis præceptis ac conſiliis, legibuſq; ac regulis miniſtrorũ ſuorũ, qui ſunt Eccleſiæ prælati: iõ iuxta hmõi contemptus præſentiã, vel abſentiã, peccatum mortale ex contemptu iudicandum vel excuſandum eſt... Ex.

Ar. præce.

Q.184. ar. 2.ad 3.

eo aût ꝙ in litera vni cus effectus contemptus appoſitꝰ, ſ. firmitas ai cotra ſpũalem profectum, non hĩ ꝙ in hoc effectu conſiſtat contemptus, aut contemptus culpa: ſed ſolum ꝙ hmõi. firmitas comitat̃ contéptum. Cum hoc aût ſtat & ꝙ contemptus ſit pctm mortale, & quod hmõi firmitas, ſi aliunde q̃ ex contéptu proueniat, nõ eſt peccatũ mortale, q̃uis ſp ſit peccatum.

SVP. Q. CLXXXVI. ARTIC. III.

IN art. 3. eiuſdẽ. q. in rñſione ad quartũ dubiũ occurrit circa illud, Bona tpalia impedimẽta ſunt ad ſpeculationem. Nam bona tpalia moderata, neceſſaria ſunt ad fęlicitatem ſpeculatiuã. Paupert.n. impeditur à contéplatione, dum oportet eum ſolicitũ eſſe circa oportuna ad victum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd conſilium obedientię includitur in ipſa Chriſti ſequela. Qui enim obedit ſequitur alterius uoluntatem: & ideò magis pertinet ad perfectionem

& ſubditi iuri, uel iudici plenitudo poteſtatis Papalis: ſed quis non debeat, poteſt tamen de plenitudine pŧãtis, ius, & iudicem reuocare. ſicut & priuilegia quæcumque conceſſa tollere, ita q̃ ſi tollat, ſeu reuocet ius, aut iudicem, aut priuilegium, etiam ſi peccet Papa reuocando, effectum tamen intentum efficit ſua poteſtas, ita q̃ remaneret ius illud nullũ, & iudex nõ eſſet amplius iudex, & priuilegiũ nihil amplius valeret. Multa.n.fieri ꝓhibentur, quæ tamen facta tenent.

q̃ uotum paupertatis: quia ut Hie. dicit ſuper Matt.* id quod perfectionis eſt addidit Petrus cum dixit. Et ſecuti ſumus te.

Ad II dcđm, q̃ ex uerbo illo nõ habet̃ q̃ cõtinẽtia præferat̃ oib. aliis act b. virtuoſis· ſđ coniugali caſtitati, uel ẽt exteriob. diuitiis auri & argenti, q̃ pondere menſurat̃:ᶠ uel per cõtinentiam intelligitur vniuerſaliter abſtinentia ab omni malo, ut* ſupra habitum eſt.

Ad III dcđm, q̃ Papaᵈ i voto obediẽtiæ nõ põt ſic cũ religioſo diſpẽſare, ut nulli prelato teneat̃ obedire i his q̃ ad pfectionẽ uitæ ptinẽt. Nõ.n.põt eũ a ſua obediẽtia eximere. Põt tñ eũ eximere ab inferioris prelati ſubiectione, quod non eſt i voto obedientiæ diſpenſare.

Matth. 19. c. 9.

SVP. Q. CLXXXVI. ARTIC. IX.

In ar. 9. eiuſdem q. collige expoſitionem regularũ, & ſtatutorum religionis cuiuſcumque. Diſtinguuntur ſiquidem ſ iſta quatuor gña cõtentorum in regula. In primo ſunt actus virtutum, qui cõiter ſunt in præcepto, ut diligere Deum & ꝓximum. In ſecundo ſunt actus virtutum qui cõiter ſunt de cõſilio, ut diligere inimicos in particulari. In tertio ſunt exteriores obſeruãtiæ, q̃ ſunt prima materia trium votorum, ut caſtum eſſe, & nihil proprium habere &c. In quarto ſunt reliquæ exteriores obſeruantię regulares ut abſtinere a carnibus, uti laneis ad carnem, & huiuſmodi. De primo genere dr̃, & manifeſtum eſt, q̃ trãſgreſſio eſt mortalis. De ſecundo vero, q̃ non eſt mortalis trãſgreſſio: quia hęc ſpectant ad perfectionem charitatis, quæ eſt finis religionis: religioſus autem non tenetur eſſe perfectus. Apponitur tamen in litera exceptio, cum ſubditur, Niſi propter contemptum. Et ratio exceptionis aſſignatur, quia religioſus tenetur tendere ad perfectionem charitatis: huic autem tentioni contrariatur perfectionis contemptus. De tertio genere dr̃, & patet, quod tranſgreſſio eſt mortalis. De quarto autem, q̃ non eſt mortalis niſi propter contemptum regulæ: quia hic directe contrariatur profeſſioni, qua ſe obligat ad vitam ſecundum regulam, uel propter præceptũ a regula, uel a prælato factum, quia hoc eſſet contra obedientiæ uotum. Ex quib. habes, quòd religioſi omnes vltra communia uincula omnium chriſtianorum, & tria religionis vota, & præcepta facta a regula uel prælato, quę tamen ſub uoto obedientiæ comprehendunt̃, habent duplex uinculum peccati mortalis propter contemptum, ſcilicet contemptum perfectionis, & contemptũ regulæ: vtrumque enim in litera habes. Primum, reſpectu actuum uirtuoſorum, qui ſunt in conſilio: ſecundum, reſpectu regularium obſeruantiarum ultra tria uota. Et quoniam contemptus regulæ eſt nolle ſubiici regulę, quod directe contrariatur profeſſioni ipſius regulæ: ideo nulla de hoc quæſtio eſt. Patet enim contemni Deum in ipſa regula, qui eam per ſuos miniſtros conſtituit. & cui promiſſio facta eſt de ſubiectione ad illam, ac per hoc cauſare peccatum mortale. Sed de contemptu perfectionis non ita apparet: quoniam a doctoribus quaſi appoſitum uidetur religioſis, quòd tendere ad perfectionem tenentur ſub vinculo peccati mortalis. Et propterea ſcito, quòd religioſus non aliter tenetur ad perfectionem tendere, q̃ ſeruando regulam ſuã. Et ideo hi duo contemptus ſe inuicem comitantur, ita quòd impoſſibile eſt ut quis contemnat regulam ſuam, & contemnat perfectionem: quia ſi non contemnit regulam, iam permanet in profeſſione tendendi ad perfectionem, ac per hoc non contemnit perfectionem. Et ſimiliter ſi non contemnit perfectionem, conſequens eſt, ut uelit ſubiici regulæ, per quam tenetur ad perfectionem tendere. Vnde Dionyſius, & alii doctores non appoſuerunt, ſed expoſuerunt id quod conuenit religioſis ex authoritate Domini dicentis adoleſcenti, Si uis perfectus eſſe &c. ubi apparet, q̃ uolũtas tendendi in perfectionem, principium eſſe debet voluntatiæ paupertatis, ac per hoc reliquarum partium religioſorum.

¶ Dubium circa hanc literam remanet unum, An religioſus transgrediens præceptum Dei contentũ in regula, plus peccet quàm transgrediens præceptum Dei non contentum in regula cæteris paribus. Et eſt ratio dubii, quia hæc non ponuntur in regulis, & humanis iuribus ut pręcepta, ſed ut manifeſta. In oppoſitum autem eſt, quia ſicut ad conſilia contenta in regula obligatur religioſus, & ad alia non: ita ad diuina præcepta contenta in regula magis obligatur quàm ad alia.

Q. 155. ar. 4. ad. 1. D. 799. & 1208.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ quemadmodum id quod cadit ſub iure poſitiuo communi, ſi in regula ſtatuat̃, obligatur illius ꝓfeſſor duplici uinculo, ſcilicet iuris canonici, & propriæ regulæ ad id ſeruandum, uerbi gratia, ſi in regula indicuntur inter alia ieiunia, etiam illa ieiunia, quæ ſunt ab Eccleſia inſtituta, tenet̃ religioſus illa ieiunare non ſolum ex Eccleſię ſtatuto, ſed ex ſuæ regulę mandato: ita ſi pręcepta Dei, uel naturalis iuris in regula ſtatuantur ſeruanda, tenetur ꝓfeſſor illius regulæ ex duplici capite ad illa præcepta ſeruanda, ſcilicet ex diuino iure, & ex ſua regula. Non enim inconuenit præceptum a iure iterum præcipi ab alio iure, uel iudice, ut patet. Nec propterea putes me dicere, quòd omnia præcepta diuina contenta in regula cadant etiam ſub præcepto regulæ, quia ſtat quod cadant ſub ſimplici ſtatuto regulæ, ita quòd ex regula non haberent uim præcepti, ſi ceſſaret vinculum diuini, aut eccleſiaſtici præcepti. Sed etſi caderent etiam ſub præcepto regulæ, non propterea eſſet duplex peccatum, aut alterius ſpeciei circunſtantiam habens, ſed eſſet grauius peccatum: quoniam peccati ſpecies tantum ex parte præceptorum attenditur, q̃uis ex authoritate præcipientium, & magis præcipientium aggrauetur.

Petr. 892 Sup. q. 88. ar. 11. ad 4 & q. 185. a. 8. Et 4. cap. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. ad 5 Et quol. 1. ar. 10.

ARTICVLVS IX.

Vtrum religioſus ſemper peccet mortaliter tranſgrediendo ea, quæ ſunt in regula.

Ad nonum ſic procedit̃. Vr̃ q̃ religioſus ſp peccet mortaliter tranſgrediẽdo ea q̃ ſunt in regula. Facere.n. contra uotũ eſt pcťm dãnabile, ut patet per id q̃ Apo. dicit 1. ad Ti. 5. q̃ uiduę q̃ volũt nubere, dãnationẽ hñt, q̃a, primã fidẽ irritam fecerũt: ſed religioſi uoto ꝓfeſſionisʰ ad regulã aſtringuntur. ergo peccant mortaliter tranſgrediendo ea q̃ i rľa cõtinent̃.

¶ 2 Prę. Regula imponit̃ religioſo ſicut lex quædã: ſed ille qui tranſgrediturʰ præceptũ legis, peccat mortaliter. ergo videtur q̃ monachus trãſgrediens ea q̃ ſũt i regula, peccet mortaliter.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum circa illud, q̃ non obligat ad culpam neque mortalem, neque uenialem, ſed ſolum ad pœnam taxatam ſuſtinendam &c. dubium hic occurrit dupliciter. Primo, quia abſolute uidetur implicare, quòd ſit obligatio in propriis actibus uoluntariis ad pœnam, & non culpam, cum pœna ſoli culpæ debeatur. Secundo, quia in ſtatutis religionis ordinis Prædicatorum, in qua dicuntur obligari ad pœnam, & non culpam, contrarium exprimitur, dum plurties dicitur, Leuis culpa eſt, Grauis culpa eſt, & tamen eſt ibi ſermo de huiuſmodi obſeruantiis.

¶ Dubium ſecundo occurrit, An obligatio ad pœnam intelligatur, ſi imponatur a prælato, uel etiam ſi non imponatur.

¶ Dubium tertio occurrit, An ſi non ſuſtineatur pœna, incurratur culpa.

¶ Dubium quarto occurrit, quia vltima uerba aduerſantur primis, dum dicitur quòd ex negligentia, libidine, uel contemptu, poſſunt tales religioſi peccare in iſtis venialiter, uel mortaliter. Nam ubi uoluntaria tranſgreſſio non eſt culpa, ibi negligentia multo minus eſt culpa, cum negligentia ideo ſit peccatum, quia eſt uoluntaria.

¶ Ad primum dubium dr̃, q̃ in particularibus legibus oportet particulariter loqui. Et ideo quia tota ratio legis obligantis ſi ad culpam, ſed ad pœnam eſt, ut in litera dicitur, quia tali modo placuit obligari, oportet conſequenter dicere ad efficaciam legis tuendam, quod pœna hoc in loco non ſumitur ut diſtinguitur contra pœnalitatem, ſed ut diſtinguitur contra culpã, prout malum pœnę diſtinguitur contra malum culpæ, & continet ſub ſe non ſolum pœnam proprie dictam, ſed etiam pœnalitates. Afflictiones namque quæ non pro culpa infliguntur, etſi non ſint propriæ pœnæ, ſunt tñ pœnalitates quędam, quę cõi nomine pœnæ uocantur: quia conſiſtunt in pati, & priuatione boni aliqualiter debiti, & ſunt contra nõlem uoluntatẽ.

¶3 Præt. Cōtēptus inducit peccatū mortale: ſed quicūq; frequenter aliqͦd iterat ꝙ nō dēt facere, uī ex cōtēptu peccare. ergo uī ꝙ ſi religioſus frequēter tranſgrediatur id quod eſt in regula, peccet mortaliter.

Sed contra eſt, ꝙ ſtatus religionis eſt ſecurior q̄ ſtatus ſæcularis uitæ. uñ Gre.* 1. mor. cōparat uitā ſæcularē mari fluctuāti, uitā āt religionis portui tranqllo: ſed ſi qlibet trangreſſio eorū q̄ in regula continenī, religioſum obligaret ad pctm̄ mortale, ſtatus religiōis eēt periculoſiſſimus, ꝑpter multitudinē obſeruātiarum. Nō ergo qlibet trāſgreſſio eorū q̄ in regula cōtinētur, eſt pctm̄ mortale.

Li. 1. c. 1.

H Resp. Dicēdū, ꝙ in regula cōtinet aliqͦd dupliciter, ſicut ex dictis patet.* Vno mō, ſicut finis regulę, puta, ea q̄ ꝑtinent ad actus virtutū. Et* horū trāſgreſſio, quātū ad ea q̄ cadūt cōmuniter ſub ꝑcepto, obligat ad mortale: quātū uero ad ea q̄ excedunt cōiter neceſſitatē ꝑcepti, nō obligat ad mortale, niſi ꝑp cōtēptū*: quia, ſicut ſupra dictū* eſt, religioſus nō tenet eſſe ꝑfectus, ſed ad perfectionem tendere, cui cōtrariat ꝑfectiōis contēptus. Alio mō continet aliquid in regula pertinens ad exterius exercitiū, ſicut ſūt omnes exteriores obſeruantię, inter quas ſūt q̄dā, ad quas obligat religioſus ex voto ꝓfeſſionis. Votū āt profeſſionis reſpicit principaliter tria ꝑdicta. ſ. paupertatē, cōtinentiā, & obedientiā: alia vero omnia ad hęc ordināt: & iō *trāſgreſſio horū triū obligat ad mortale. Aliorū āt trāſgreſſio nō obligat ad mortale, niſi ꝓpter cōtemptū regu-

Ar. 7. ad 1. & 2.

¶Ad ſecundam uero obiectionem dī, ꝙ ſtatuta illa de culpis F fuerunt edita in ordinem Prædicatorum anteq̄ fuerit factum ſtatutum iſtud, de non obligando ad culpam: qm̄ hoc ſtatutū non a principio ordinis, ſed fuit editum in 2. ca. generaliſſimo anno Domini 1237. poſt editas conſtitutiones dicti ordinis: iō per accidens remāſerunt illa nomina grauis & leuis culpæ. Et iō obiectio nulla eſt. ¶Ad ſcḿ dubiū dī, ꝙ tripliciter pœna huiuſmodi inuenit quādoq; non taxata, ſed taxāda, ac imponēda a prælato, ut cōtingit ꝓfeſſionib. dicti ordinis de pęna leuis culpæ: & ad talē nō obligant, niſi imponatur. Qñq; taxata, ſed imponenda, ut contingit eiſdem de pœna grauis culpæ, q̄ quidē taxata eſt, ſed imponēda reſtat: qm̄ in capitulo illo dī. Pro huiuſmod. veniā petentibus, & nō ꝓclamatis dent &c. In hoc. n. ꝙ dicit dent, imponenda dicit a plato. Et ad hmōi ēt nō tenentur iſti, niſi imponant. Et vtriuſque libertatis ē rō, quia non tenet religioſus ad plꝰ, q̄ ſua lex ordinat: & iō ex quo lex non ordinat abſolute, ꝙ faciāt pœnitentiam talem, ſed ꝙ detur taliter errantibus talis & tanta pęnitentia, non eſt reus violatæ legis, qui a nō data ſibi pœnitentia abſtinet. Quandoq; autem pœna inuenitur taxata, & impoſita ab ipſa lege, ut contingit eiſdem circa pœnam fracti ſepties ſilentii inter duo capitula. Nō. n. dicit lex ꝙ imponatur, aut detur: ſed quod q fregerit toties ſilentium, ſedeat in vno prandio in terra. Et ad huiuſmodi pœnitentias teneantur, etiā ſi nullus prælatus imponat. ¶Ad tertium dubium, ꝙ, ut patet ex ſolutione præcedentis dubii, ſolum habet locum qñ pœnitentia peruenit ad vtrāq; con- I ditionem. ſ. ꝙ eſt taxata & impoſita ſiue a iure ſcripto, ſiue a iure animato, quod eſt prælatus. Reſpondetur, ꝙ licet quidā dicant, ꝙ pctm̄ incurritur ſi pœnitentia non fit, quia ſic obligant ad euitandam culpam ne ſubeant pœnam, quia tamen ſine rōne hoc dicitur, & legis vniuerſalitati derogat: ideo dicendum eſt, ꝙ ſicut non peccat frangēdo ſilentium, ita non peccat omittendo pœnam taxatam & impoſitam. Et ratio eſt, quia lex vniuerſalis & non particularis eſt, cum dicimus. Nolumus quòd ſtatuta noſtra obligent ad culpam, ſed ſolum ad pęnam. Cōſtat autem quòd ſi tranſgreſſio in operando excuſatur a culpa, & omiſſio pœnitentiæ non excuſaretur a culpa, iam particularis eſſet lex iſta, & reſpectu agendorum, & non reſpectu patiendorum. Et conſequenter cum religioſi non aliter teneantur ad huiuſmodi pœnitentias, niſi ex vigore ſtatutorum ſuorum, ſequeretur quòd ſtatuta obligarent ad culpam ſine contemptu & ꝑcepto, cuius oppoſitum in eis habetur. Et licet ſpeciale exem- K plum allatum ſit in ordine fratrum Prædicatorum, dicta ſunt tamen hæc ad declarandum cætera ſimilia in quibuſcunq; religionibus, ſicut etiam reliqua intelligenda ſunt tam ſequētia, quàm antecedentia: quoniam de ſimilibus idem eſt* iudicium. ¶Ad quartum dubium reſpondendo, oportet diligēter notare verbum authoris in litera hac dicentis, quòd huiuſmodi trāſgreſſiones non ſunt culpæ ex ſuo genere ita ꝙ ſenſus legis obligantis ad pœnam, & non ad culpam, eſt ꝙ ſtatuit actum illū eſſe extra genus culpę non qualitercumque, ſed ex ſuo genere, hoceſt, non ex parte operantis, ſed ſm̄ ſuam naturam. Et propterea trifariam poteſt ex parte operantis ingredi genus culpæ actus qui ſm̄ ſe extra genus culpæ a lege poſitus eſt. Numerantur autem in litera tres modi, quibus ex parte operantis actus huiuſmodi fit culpa. Primus, qui manifeſtus eſt, dicitur ex contemptu. Patet. n. quòd ſi quis ex contemptu frangat ſilentium, peccat, & hoc etiam erat in lege cautum: ſed connumeratus eſt ab authore iſte modus inter alios, quia ex parte operantis ſe tenet. Secundus eſt ex cupiditate, & hic manifeſtatur per locum a maiori. Comedere enim actus extra genus culpæ, ē neceſſarius, ac ſub pręcepto naturali cadens: & tamen ſi cupiditas exceſſiua adſit, peccatum fit. Multo ergo magis actus nō præcepti, ſed excuſatus ſecūdum ſe a culpa, puta, comedere carnes, ſi ex concupiſcentia fiat, pctm̄ erit. Tertius eſt negligentia, quæ pt̄ dupliciter intelligi. Primo, ut qñcunque omiſſioni actus adiungit negligētia ut cā illius, tūc iſti religioſi peccant, ſicut cum cupiditas ē cā actus, ēt peccare dicunt. Et hęc quidem G expoſitio uera eſt pro cui dubio: qm̄ ſi uere interuenit ibi negligentia ut cā, non euaditur culpa. Sed quia in dubiū verti ꝑt argumentū, an incuria actus regularis, puta, eundi ad lectionem hora debita, ſit uere negligentia, an non, oportet dicere ad hoc, & reſpondet affirmatiue, ꝙ eſt vere negligentia, quæ eſt culpa. Ad cuius euidentiam ſcito, quòd non minus inuenit culpa volendo indebite, q̄ operando indebite, cū culpa principaliter ſit in volūtate. In operationib. autem hoc inuenitur, quòd licet aliquis ſine culpa poſſit volūtarie opus aliquod, puta orationem, uel lectionem omittere, ſi tamen orat, uel legit, peccat negligenter orando, aut legendo. Vnde ſimiliter in volitionibus dicendum eſt, quòd licet aliquis poſſit ſine culpa aliquid nolle, ſi tamen vult, peccat niſi recte velit. Inter religioſum autem abſolute omittentem, uoluntarie ire ad lectionem hora debita, & eundem negligenter omittentem ire ad lectionem hora debita, hæc eſt differentia, quòd ille abſolute non vult ire, ſed vult non ire ad lectionem: iſte autem uellet ire, ſed negligentia detinetur ne eat. Et propterea in illo nulla ratio culpæ inuenitur, niſi ex genere actus, quæ culpæ ratio ex eorum lege ſublata eſt. In iſto autem culpæ ratio aliunde ingreditur, ſcilicet ex hoc quòd vult, & ſegniter vult. Tenetur enim, ex quo vult, ſine vlla mala conditione velle: & hæc eſt ſecunda expoſitio: Et ſic religioſi iſti dupliciter poſſunt in regularibus obſeruantiis ex negligentia deficere culpabiliter, ſcilicet ex negligentia extrinſeca, iuxta primam expoſitionem, puta, cum ex mentis torpore omittit ire ad lectionem: vel ex negligentia intrinſeca iuxta ſecundam expoſitionem, puta, cum ex affectus tepiditate omittit ire ad lectionem. Et per hæc patet ſolutio obiectionis in oppoſitum. Falſū namque aſſumitur, cum dicitur, quòd ubi uoluntaria tranſgreſſio non eſt culpa, ibi nec negligentia eſt culpa: quoniā ſtat voluntariam trangreſſionem non eſſe culpam ex ſuo genere, & negligentiam eſſe culpam ex parte operantis &c. Probatio autem nihil valet: quia voluntarium culpabile non ſolum inuenitur ex genere actus, ſed etiam ex parte operantis, ex qua parte negligentia religioſi ad regulares obſeruantias excuſatas culpa, ex ſuo genere a religionis ſuæ vinculo voluntaria a culpa eſt ex ſpecialibus.

Concl. p

Art. 2.

Concl.

¶In eodem articu. 9. in reſponſione ad ſecundum, dubium magnum occurrit, penes quid diſcernitur iuris poſitiui pręceptū obligans ad peccatum mortale à non præcepto, an penes materiam, an penes pœnam, an penes modum, an penes uerbum. Quod enim materia non ſufficit ad diſcernendum præceptum poſitiui iuris a non præcepto, ex eo habetur, quod ius poſitiuum, maiori uinculo ſupponit quandoque minorem materiam. Excommunicationis ſiquidem vinculo ligat percutientem clericum, quo non ligat blaſphemantem Deum. Similiter nec pœna aliqua vniuerſaliter adæquat præceptum. Nam licet pęna aliqua, ſcilicet excōmunicationis, præceptum contineat, non tñ contra omne pręceptū ponitur

ſub

leę: ꝗ ꝗa hoc directè cõtrariaret̃ ꝓfeſſioni, ꝑ quã aliquis vouit regularẽ vitã: ' vel ꝑꝑ ꝓcep ũ ſiue oretenus à prelato factũ, ſi ue i regula expreſſum ', ꝗa hoc eẽt facere ꝯtra obediẽtię votũ.

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ ille ꝗ profitet̃ regulã, nõ vouet ſeruare oĩa q̃ ſunt in regula, ſed vouet regularẽ vitã, q̃ eſſentialiter conſiſtit in tribus ꝓdictis. Vñ & in quibuſdã religionib. cautius aliqui profitent̃ nõ quidẽ regulã, ſed, uiuere ẽm regulã, i. tendere adhoc, vt aliqs mores ſuos informet ẽm regulã, ſicut ẽm quoddã exẽplar: & hoc tollit̃ per contẽptũ. In quibuſdã aũt religionibus adhuc cautius profitentur obedientiam ẽm regulam, ita ꝙ profeſſioni non contrariatur niſi id quod eſt contra præceptum regulæ: tranſgreſſio verò, uel omiſſio aliorum obligat ſolum ad peccatũ ueniale: quia, ſicut dictum eſt, * hmõi diſpoſitiones ſunt ad principalia uota. Peccatum autẽ veniale eſt diſpoſitio ad mortale, vt ſ. dictũ eſt, * inquãtum impedit ea, quibus aliquis diſponitur ad obſeruanda principalia præcepta legis Chri, q̃ ſunt præcepta charitatis. In aliqua tñ religione. ſ. ordinis fratrum Prædicatorũ, trãſgreſſio talis, vel omiſſio ex ſuo gñe nõ obligat ad culpã neq. mortalẽ, neq; venialẽ, ſed ſolũ ad penã taxatã ſuſtinendã: ꝗa per hunc modũ ad talia obſeruãda obligantur, ꝗ tñ poſſent venialiter vel mortalr̃ peccare ex negligẽtia, vel libidine, ſeu contẽptu.

B Ad II dcd̃m, ꝙ non oĩa quę continentur in lege traduntur per modum præcepti, ſed quædam proponunt̃ ꝑ modũ ordinationis cuiuſdam, vel ſtatuti obligantis ad certam pœnam. Sicut in lege ciuili nõ facit ſp dignum pęna mortis corporalis tranſgreſſio legalis ſtatuti: ita nec in lege Eccleſiæ omnes ordinationes, vel publica ſtatuta obligant ad mortale, & ſilr̃

C nec omnia ſtatuta regulæ.

Ad III dcd̃m, ꝙ tunc cõmittit aliquis vel trãſgredit̃ ex cõtẽptu, qñ voluntas eius renuit ſubiici ordinõni legis, vel rł̃æ: & ex hoc procedit ad faciẽdũ contra legem, vel rł̃am. Qñ ãt econuerſo ꝑꝑ aliquam particularem cãm, puta, cõcupiſcẽtiã, vel iram inducit̃ ad aliquid faciẽdũ cõtra ſtatuta legis, vel regulæ nõ peccat ex cõtẽptu, ſed

D ex aliqua alia cã, ẽt, ſi frequẽter ex eadẽ cã, uel alia ſimili peccatum iteret. Sicut & Aug. dicit in lib. * de nat. & grat. ꝙ nõ om

---

ſub pœna excõicationis. Reliquæ verò eccleſiaſticæ pœnæ aut ſine culpa, vt interdictum, & irregularitas: aut cum veniali culpa, vt ſuſpenſio incurri poſſunt. Cões quoq; pęnæ vt oratio, ieiunia, & hmõi, conſtat ꝙ ſine mortali culpa infliguntur. De mõ verò loquendi, puta, quia lex vtit̃ imperatiuo mõ, clare liquet, ꝙ non inducit vinculũ ꝓcepti: modus. n. hmõi, imperiũ grammatice denotat, non iuridice. Quòd nullũ deniq; ſimplex verbũ inueniat̃ inducẽs vniuerſaliter vim pręcepti, patet diſcurrẽdo per ſingula, quæ afferunt̃ ad propoſitũ. Inhibent̃ ſiquidẽ, & prohibent̃ mendacia oĩ iure. Et ſimiliter debent, & teneritur oẽs hoĩes omni iure non mentiri: & tñ mendaciũ conſtat non cadere ſub præcepto. Statuuntur, decernunt̃, ac mandant̃ proculdubio multa ſine præcepti vinculo. Cõia quidẽ eſſe ſtatuti, & decreti nomina quotidie experimur: mãdati verò nomen teſtatur Hiero. à præcepto deficere. Et ꝙ demum ipſum verbũ, Præcipio, non vniuerſaliter inducat præcepti vim, patet primo ex Euangelio, vbi dr̃ Dñm præcepiſſe curatis, ne cui dicerent. Et conſtat, ꝙ non peccabant, ſed bene agebãt publicando Chri miracula curati. Secundo, ex Aug. in regulæ principio dicẽte. Hęc ſunt, quæ vt obſeruetis, pręcipimus in monaſterio conſtituti. Et tñ conſtat non oĩa ſubiũcta eſſe ſub ꝓcepto. Tertio, ex Ariſt. 6. Eth. diffiniente ꝙ præcipere ſignificat proprium prudentiæ actum, quem conſtat communem eſſe bonis operibus ſiue ſint contraria venialibus, ſiue mortalibus. Pręcipimus enim & tacere, & nõ adulterari: illud veniali, hoc mortali opponitur. Quia igitur ambigua valde eſt diſcretio iſta vniuerſalis, dicendũ eſt id quod particulariter conſtat, aut rationabile vr̃. Conſtat in primis, vt tactum eſt, ꝙ quædam pęna. ſ. excommunicationis maioris, vim continet præcepti: ita ꝙ qñcũque imponitur, aut inhibetur aliquid ſub pęna excommunicationis ſiue latæ, ſiue non latæ ſñiæ, obligatur quis obedire, ſi uult peccatum mortale euadere: quia excommunicationis pęna tantæ indignationis eſt, ut non niſi propter mortale incurrat, aut demereatur quis illam. Conſtat ſecundo, ꝙ cum præcipitur aliquid in uirtute ſanctæ obedientiæ, obligatio eſt ad mortale: quia compoſitio horum verborum ſolita eſt ſemper præcepti vim importare ex cõi Eccleſiæ vſu. Conſtat tertio, ꝙ ſiue in cõi, ſiue in municipali iure vocabulum aliquod ſm̃ communem ſenſum conſueuit firmiter reputari obligatiuum ad mortale, proculdubio vbicumque ibidem ponitur, habet vim hmõi præcepti, ut in regula fratrum Minorum patet de uocabulo teneantur, ut habetur in Clem. de uerb. ſig. Exiui de paradiſo. Et per oppoſitum conſtat quarto, ꝙ quocumq; lex utatur uerbo, ſi communis ſenſus intellexit, non propterea datam obligationem ad mortale, non eſt tale præceptum. Nec hoc alia eget probatione, quia per eandem rationem clarum eſt. Rationabile autem uidetur, ꝙ ubi in iure inuenitur uocabulum pręcepti, ibi ſit obligatio ad mortale: quia in dicta Clemen. Exiui de paradiſo, præſupponitur præcepti uocabulum obli-

A gatorium eſſe ad tale præceptum: ita ꝙ hoc non continetur ibi tanq̃ aliquid peculiare illius regulæ. ſ. Minorum quæ ibi exponitur: ſed tanq̃ cõe quid omnibus ſupponitur, ut patet intuenti. Dixi aũt hoc eſſe rationabile ꝑꝑ dictam authoritatem iuris canonici: & non dixi eſſe conſtans, aut neceſſarium, tum quia ex ui uocabuli, præcipere, ſeu præceptum licet importet uim obligatiuam, nõ tñ ad mortale. Inter obligationẽ namque ad mortale, & libertatem ad opera conſiliorum mediat obligatio ad ueniale. Itaque ſub ꝓcepto cadit oĩs obligatio ſiue ad mortale, ſiue ad ueniale, qñ tenemur euitare uenialia. Vñ ꝗa pręcepta, vt diſtinguũtur cõtra conſilia, nõ obligãt neceſſario ad mortale, ſed ad mortale, uel ueniale, cõſequens eſt, ut ex ignorãtia procedat, ex affirmatione præceptũ inferre peccatũ mortale determinate, uel ex negatione præcepti ad mortale inferre qđ eſt đ cõſilio. Et quia hoc multos ſcriptores latere uidetur, ideo non eſt mirum ſi minus quandoque ſcribitur. Et ne putes nouam me ingerere doctrinã, lege diuum Thomã ſuperius in multis quęſtionibus, ſ. qñ tractat de pręceptis fidei, ſpei, charitatis prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, & tẽperantię, & uidebis multa ſub pręcepto comprehendi, ac uenialem tñ culpam obligantia: tum quia Aug. ſ regula ſic uſus eſt pręcepti nomine, cum dixit. Hęc ſunt q̃ ut obſeruetis præcipimus in monaſterio conſtituti. Ex illo enim præcepto obligantur profeſſores illius regulæ ad obſeruandum omnia ibidem mandata, ſed non mortaliter propterea peccant, tranſgrediendo: quoniam uerbũ ꝓcipimus, habet uim obligatiuam, ſđ nõ determinate ad mortale: & iõ nõ licet ex illo talẽ obligationẽ inferre. De aliis ãt allatis uocabulis, nihil uniuerſaliter uideo determinabile, niſi ꝙ ex ui uerborũ uera apparẽt oĩa, q̃ dubitãdo allata ſunt. Ex oĩ moda certitudo huius q̃õnis, quo ad ius cõe, diffinitionẽ authoritatiuam apoſtolicæ ſedis exigere ui.

¶ In eodem art. 9. q. 186. ad tertiũ, nota ex hoc litera, ꝙ peccare

E ex cõtẽptu importat duo. ſ. actũ pctĩ, & cãm peccati. V. g. Nolle ire ad chorũ, uel frãgere ſilentiũ ex contẽptu, dicit duo. Primo ipſum actũ frangendi ſilentiũ, ſeu ipſam omiſſionẽ eundi ad chorũ: & hoc uocatur actus peccati. Secundo, ipſam cãm peccati. ſ. ex cõtẽptu. & hoc ſignificat actũ uoluntatis refutãtis ſubiici, legi, ſeu regulę: Ita ꝙ ad peccare ex contemptu nõ ſufficit, etſi eſſet perpetua & millies reuoluta & deliberata cõſuetudo peccãdi in tali cõmiſſione, uel omiſſione: ſed exigitur, ꝙ peccet qs ex tali cã. ſ. ex hoc, ꝙ non uult ſubiici legi ſeu regulę, uel prælato: nã prælatus lex eſt animata. Vnde quãdiu quis ſubiectionem ad regulã in ſua uoluntate retinet: qđ ſemper eſt quãdiu uult ut ſubditus ſuæ regulæ uiuere, q̃uis ex minus bona & indeuota uoluntate intẽdat trãſgredi eãdẽ regulã, nunq̃ peccat ex cõtẽptu. Caueat tñ ne frequẽtia peccãdi diſponat ipſũ paulatim, & tãdẽ deducat ipſũ ad uoluntatẽ nõ ſubiiciẽdi ſe regulę: qm̃, ut in lr̃a dr̃, frequẽtia pctĩ diſpoſitiuẽ inducit ad cõtẽptũ, ſicut cõſuetũ ueniale nõ correptũ diſpoſitiuẽ inducit ad mortale.

Stat. l. ſ

Ar. 7. ad 2.

2. 2. q. 88. art. 3.

Cap. 29. in medio, to. 7.

nia peccata committunẽ ex cõtẽptu ſuperbiæ. Frequentia tamẽ peccati diſpoſitiue inducit ad contẽptum ſecundum illud Prouerb. 18. Impius cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit.

Perre. 3to.

ARTICVLVS X.

Vtrum religioſus eodem genere peccati plus peccet, quàm ſæcularis.

AD DECIMVM ſic procedi tur. Vr̃ ꝙ religioſus eodẽ gñe peccati nõ grauius peccet, q̃ ſęcularis. Dr̃ n. 2. Par. 30. Dñs bonus propiciabitur cunctis, q in toto corde requirunt dñm Deum patrum ſuorum, & non imputab.t eis, q.ʰ minus ſanctificati ſunt: ſed magis vñr religioſi ex toto corde dñm Deũ patrum ſuorum ſequi, q̃ ſæculares, qui ex parte ſe, & ſua Deo dant, & ex parte ſibi reſeruant, vt* Greg. dicit ſuper Ezec. ergo vr̃ ꝙ minus imputet eis, ſi in aliquo a ſctĩficatione defic.ãt.

¶2 Pręt. Ex hoc ꝙ aliquis bona opera facit, minus contra peccata eius Deus iraſcitur. Dr̃. n. 2. Para. 19. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dñm amicitia iũgeris: & idcirco irã quidem Dñi merebar.s, ſed bona opera inuenta ſunt in te: religioſi ãt plura bona opera faciũt, q̃ ſęculares. ergo ſi aliqua peccata faciunt, minus contra eos Deus iraſcitur.

¶3 Præt. Pñs vita ſine peccato non tranſigitur, ſm illud Iac. 3. In multis offendimus oẽs. Si ʰ ergo peccata religioſorũ eẽt grauiora pctã ſclariũ, ſequereẽ ꝙ religioſi eſſent peioris condõnis, q̃ ſęculares: & ſic non eſſet ſanũ conſilium ad religionẽ tranſire.

SED CONTRA eſt, ꝙ de maiori malo magis vr̃ eſſe dolendum: ſed de peccatis eorum, qui ſunt in ſtatu ſanctitatis, & religionis maximè vr̃ eſſe dolẽdũ. Dr̃. n. Hier. 23. Contritum eſt cor meum in medio mei. & poſtea ſubdit. Prophetia namque, & ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malũ eorum. ergo religioſi, & alij, qui ſunt in ſtatu perfectionis, cæteris paribus, grauius peccant.

Concl.

RESP. D.cẽdum, ꝙ ʰ peccatum quod a religioſis committ.tur, põt eſſe grauius peccato ſæcularium eiuſdem ſpẽi tripl̃r. Vno mõ, ſi ſit contra votum religionis, puta, ſi religioſus fornicetur, vel fureẽ: quia fornicando facit contra votum continentię, & furando facit contra votum paupertatis, & nõ ſolum contra præceptum diuinæ legis. Secundò, ſi ex contemptu peccet: quia ex hoc vr̃ eſſe magis ingratus diuinis bñficiis, quib. eſt ſublimatus ad ſtatum perfectionis. Sicut Apoſt. dicit ad Heb. x. ꝙ fidelis grauiora mereẽ ſupplicia ex hoc, ꝙ peccando filium Dei conculcat per contemptum. Vñ &

893 S p.q.184 c & cor.h. I t4. di.24 q.1. a.5. q.3. ad 3

SVP. Q. CLXXXVI. ART. X.

IN ar. 10. eiuſdem 186. qõ. nota primo, tu, qui uota religionis, ad ſuperogationis bona putas excedere, liæ uerba in principio corporis articuli, & uel inde deprehende errorẽ tuũ, dũ legis, ꝙ religios* fornicãdo, cõtra caſtitatis uotum: & furãdo, cõtra paupertatis uotũ agit, & nõ ſolũ cõtra diuinũ p̃ceptũ. Conſtat. n. furtum, & fornicationẽ uitare, nõ eſſe bonum ſuperero gationis, ſed neceſſitatis.

Hom. 20. a med.

¶ Nota ſcdõ in rñſione ad tertiũ tu fauẽs religioſis, prælatos ſuos cõtẽnentibus, & a ſuis regularibus obſeruãtiis recedẽtibus, quantũ criminis incurras, cum tales experientia Aug. & iudicio D. Th. & authoritate Hieremiæ, ſint peſſimi, & correptionis incapaces. Nã ſicut fauorẽ p̃ſtans religioſis, particeps es bonorum q̃ ab ipſis fiunt: ita fautor malorum, particeps eſt criminum eorum.

F Dñs conqueriẽ Hier. 11. Quid eſt ꝙ dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Tertio mõ, pctm̃ religioſi p̃t eſſe maius pp ſcandalum, quia ad vitã eius plures reſpiciunt. Vñ dr̃ Hier. 23. In Prophetis Hierl̃m vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſq; a malitia ſua. Si vero religioſus non ex contemptu, ſed ex infirmitate, vel ignorantia aliquod pctm̃, quod nõ eſt contra votum ſuæ profeſsionis, cõmittit abſq; ſcandalo, puta in occulto, leuius peccat eodem genere peccati, q̃ ſæcularis ʰ: quia pctm̃ eius, ſi ſit leue, quaſi abſorbeẽ ex multis operib. bonis q̃ facit: & ſi ſit mortale, facilius ab eo reſurgit. Primo quidem, pp intentionem quã hẽt rectã ad Deũ, q̃ etſi ad horam intercipiaẽ, de facili ad priſtina reparaẽ. Vñ ſuper illud Pſ. 36. Cum ceciderit, non collideẽ, dicit* Orig. Iniuſtus ſi peccauerit, non pœnitet, & pctm̃ ſuum emẽdare neſcit: iuſtus ãt ſcit emẽdare, ſcit corrigere. Sicut ille q dixerat, Neſcio hoiem: paulo poſt cũ reſpectus fuiſſet a Dño, flere cœpit amariſsime. Et ille qui de tecto mulierem viderat, & cõcupierat eã, dicere voluit, Peccaui, & malum corã te feci. Iuuaẽ ẽt a ſocis ad reſurgẽdũ, ſm illud Eccl. 4 Si vnus ceciderit, ab altero fulc eẽ. Vę ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.

Concl. G

Hom. 4. in pſ. 36. inter pr. & med. to. 2.

H AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ authoritas illa loquitur de his, quę per infirmitatem, uel ignorantiam committuntur: non autem de his, quæ committuntur per contemptum.

AD II dicendum, ꝙ Ioſaphat etiam cui illa uerba dicuntur, non ex malitia, ſed ex quadam infirmitate humanę affectionis peccauit.

AD III dicendum, ꝙ iſti non de facili peccant ex contemptu: ſed quandoque labunẽ in aliquod

I pctm̃ ex ignorantia, vel infirmitate, a quo de facili releuantur. Si ãt perueniant ad hoc, ꝙ ex cõtẽptu peccent, efficiunẽ peſſimi, & maximè incorrigibiles, ſm illud Hiere. 2 Confregiſti iugum, dirupiſti vincula, dixiſti, Non ſeruiam. In oĩ colle ſublimi, & ſub oĩ ligno frondoſo tu proſternabaris meretrix. Vnde* Aug. dicit in epiſt. ad plebem Hippon. Ex quo Deo ſeruire cępi, quõ difficile ſum expertus meliores, q̃ q in monaſteriis p̃fecerunt, ita nõ ſum expertus peiorẽ, q̃ q in monaſteriis ceciderũt.

Epiſt. 137. parũ ante fi. to. 2

QVÆST. CLXXXVII.

K *De his quæ competunt Religioſis, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de his, quæ competunt religioſis.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primò, Vtrum liceat eis docere, prædicare, & alia huiuſmodi facere.

¶Secũdò, Vtrũ liceat eis de negotiis ſclarib. ſe itromittere.

¶Tertiò, Vtrum teneantur manibus operari.

¶Quartò, Vtrum liceat eis de

SV. Q. CLXXXVII. ARTIC. I.

IN ar. 1. q. 187. dubium occurrit, An prædicando quis in peccato mortali, peccet mortaliter. Et eſt ratio dubii, quia ex hac litera apparet, quòd peccat mortaliter: quoniam expreſſe dicitur, quòd peccatum reddit illicitum prædicationis actum. Conſtat autẽ quòd non eſt ſermo de peccato ueniali, quoniam prædicando in ueniali nõ peccat: alioquin omnes

fere

ſere p̃dicãdo ſp̃ pec carent. igiĩ ſermo eſt de mortali. Pręt. Ratio ſcripturæ allegatæ, cũ dr̃, Peccatori ãt dixit Deus &c eſt iſta. Exiſtimaſti inique, q̃ ero tui ſimilis vt patet inuenti contextũ pſalmi: ſed hęc exiſtimatio eſt peccatum mortale. ergo.

Part. 8 34
Opuſ. 18. c. vlt. & opu. 19. c. 2.
7. q. 1. cap. Hoc nequaquã, a me. illius.

¶ In oppoſitũ aũt eſt, quia iuxta authoris doctrinã inferius in tertia parte, ſoli act⁹ ad quos hõ ſanctificatur exercendos, ſunt prohibiti vt nõ fiant in pctõ mortali. Ad prædicationem aũt nõ non ſanctificatur p aliquem ordinem, aut Eccleſiæ ſacim, vt patet ex eo, q̃ in vetere teſtã cuilibet licitũ erat prædicare.

Hiero. contra Vigilãtium, non procul a fine incipit Multa in or. q. refertur 16. q. 1. 3. c. Monachus.
16. q. 1. ca. Adiicimus
16. q. 1. ca.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ licet p̃dicare tñ ſe non ſit actus alicui⁹ ordinis, qa tñ eccleſiaſtica lege fact⁹ eſt act⁹ ordinis ſacri: nã ſolis diaconib⁹, & ſuperiorib. licet p̃dicare: iõ p̃dicationis actus iã eſt ſãctus vtrũq; .ſ. & ſm ſe, vt patet: & ſm ſanctificationẽ miniſtri ad hũc actũ, q̃uis nõ primo, ſed ſcdario. Et ppea ſicut ſacrilegii crimen incurrit exercẽs actus ſacrorũ ordinũ i pctõ mortali ita ſacrileg⁹ ẽ exercẽs p̃dicationis actũ in pctõ mortali: qđ in quolibeto noſtro primo ſub dubia opinione dimiſſum eſt: qa conſideratus fuit actus prædicandi ſm ſuã naturã tm̃. Obiectio tñ in oppoſitum ex litera, non conuincit pctm̃ mortale eſſe p̃dicare in mortali peccato: qm̃ conceſſo q̃ litera loquaĩ de mortali in verbo, pctm̃, non tñ ſequiĩ q̃ loquaĩ de mortali in uerbo, illicitũ, dũ dicit q̃ pctm̃ reddit illicitũ prædicationis actũ. Nã ſm ſe loquendo, ex mortali redditur prædicationis actus illicitus, ſed non mortaliter. Illicitus quidem, quia monſtruoſa eſt prædicatio peccatoris, dum vita repugnat p̃dicationi. Nõ mortalr ãt qa interpretatiuè tm̃ infert in malo prędicare ęſtimatioẽ, q̃ Deus ſit ſibi ſimilis. ſ. docens, & nõ faciens: ſiõe cuius

ca. placuit omnibus, in fi.

De laude vitæ ſolitariæ, a med. illius, io. 1.

Lib. 4. in prin. & hr̃ 16. q. 1. ca. Nemo poteſt.

16. q. 1. c. ex authoritate huius.

eleemoſynis viuere.

¶ Quintò, Vtrum liceat eis mẽdicare.

Sextò, Vtrum liceat eis veſtimẽta cęteris viliora deferre.

ARTICVLVS I.

Vtrum religioſis liceat docere prædicare & alia huiuſmodi facere.

AD PRIMVM ſic proceditĩ. Vr̃ q̃ religioſis non liceat docere, prædicare, & alia hmõi facere.* Dr̃. n. 7. q. 1. in quodam ſtatuto cõſtantinopolitanæ ſynodi. Vita monachorũ ſubiectionis habet, verbũ & diſciplinatus, non docendi, uel p̃ſidendi, uel paſcendi alios. † Hiero. ẽt dicit ad Riparius & Deſideriũ: Monachus non doctoris, ſed plangentis habet officium. Leo ẽt Papa dicit, vt * hr̃ 16. q. 1. Pręter Dñi ſacerdotes nullus audeat p̃dicare ſiue monachus, ſiue laicus ille ſit, q̃ cuiuslibet ſciæ noie gloriatur: ſed non licet tranſgredi propriũ officiũ & ſtatutũ eccleſiæ. ergo vr̃ q̃ non liceat[h] religioſis docere, p̃dicare, & alia hmõi facere[i]. ¶ 2 Prę. In ſtatuto Nicenę ſynodi, qđ poniĩ. 16. † q. ſic dr̃. Firmiter, & indiſſolubiliter oibus p̃cipimus, vt aliquis monachus pęnitentiã memini tribuat niſi inuicẽ ſibi, ut iuſtũ eſt. Mortuũ non ſepeliat, niſi monachũ ſecũ in monaſterio cõmorantẽ, vel ſi fortuito quẽcumq. aduenientiũ fratrũ ibi mori cõtingat: ſed ſicut iſta p̃tinẽt ad officiũ clericorũ, ita ẽt prædicare, & docere. ergo cũ alia ſit cauſa monachi, & alia cleri, vt * Hier. dicit ad Heliodorũ, vr̃ q̃[k] non liceat religioſis prædicare, docere, & alia huiuſmodi facere. ¶ 3 Præt. * Greg dicit i regiſtro. Nemo p̃t eccl'aſticis obſequiis [l] deſeruire, & in monaſtica regula ordinate p̃ſiſtere, & hoc hr̃ 16. q. 1. ſed monachi teneñ in monaſtica regula ordinate p̃ſiſtere. ergo vr̃ q̃ non poſſint eccl'aſticis obſequiis deſeruire. Docere aũt, & prædicare pertinent ad eccleſiaſtica obſequia. ergo videtur q̃ non liceat eis prædicare, aut docere, aut aliquid huiuſmodi facere.

SED CONTRA eſt, qđ * Gre. dicit, & hr̃ 16. q. 1. Eadẽ. Ex authoritate. n. hmõi decreti, qđ apoſtolico moderamine, & pietatis officio à nobis eſt conſtitutum, ſacerdotibus monachis apoſtolorum figuram tenentibus, liceat prędicare, baptizare, cõionem dare, pro peccatorib. orare, pœnitentiam imponere, atq; pctã abſoluere.

RESP. Dcdm, q̃ aliquid dr̃ alicui nõ licere dupliciter. Vno modo, quia habet in ſe quod contrariatur ei, quod diciĩ nõ licere, ſicut nulli homini licet peccare: quia habet in ſe quilibet homo rationem & obligationem ad legem Dei, quibus cõtrariatur peccatum. Et hoc modo dicitur alicui non licere prædicare, uel docere, uel aliquid huiuſmodi facere: quia habet in ſe aliquid qđ his repugnat uel ratione pręcepti, ſicut his qui ſunt irregulares ex ſtatuto Eccleſiæ non licet aſcendere ad ſacros ordines uel pp peccatum, ſecundum illud Pſ. 49. Peccatori autem dixit De⁹. Quare tu enarras iuſtitias meas.[m] Hoc aũt modo eſt illicitum religioſis prædicare, docere, & huiuſmodi facere[n], tũ qa ex uoto & pręcepto regulę nõ obligantur ad hoc, q̃ ab his abſtineant: tum ẽt quia non redduntur ad hoc minus idonei ex aliquo peccato commiſſo, ſed magis idonei exercitio ſanctitatis, qđ aſſumpſerunt. Stultum ãt eſt dicere, ut p hoc q̃ aliqs in ſanctitate p̃mouetur, efficiaĩ minus idoneus ad ſpũalia officia exercẽda: & iõ ſtulta eſt

reprehendiĩ à Deo malus prædicator allata auctoritate pſalmi. Prędicatores. n. cũ ſint miſſi a Deo, iuxta illud, Quõ p̃dicabũt niſi mittant: ſi p̃dicãdo diuina ſũt mali, præ ſe ferũt quòd Chrs q̃ mittit illos, fuerit illis ſimilis, ſ. recta docẽs, ſed nõ recte uiuẽs ſicut ſũt ipſi, q ſũt illius nuntii. ¶ In rñſione ad tertiũ eiuſdem articuli primi, aduerte quòd author dupliciter tractat de cura eccleſiaſticorum officiorũ, ſ. ut ordinaria, uel ut delegata. Et de ordinaria qdem cõcedit q̃ nõ cõpatitur ſecũ monaſticã obſeruantiã: & pertranſit, quia iã ſuperius declaratũ eſt, q̃ abſoluuntur à monaſticis obſeruantiis impedientibus aĩarum curã ordinariã cũ ad illã aſſumũtur. De delegata uerò nihil aliud dicit, niſi q̃ nõ ppea ſequitur q̃ religioſis non poſſint committi interdum eccl'aſiaſtica officia, Et intendit q̃ delegata interdum cura alicuius officii, puta prædicandi, uel confeſſiones audiendi, ſtat cum regulari obſeruãtia: & propterea Greg. authoritas non eſt cõtra hoc. Et tu adde, q̃ ſi etiam quo ad aliquid impediret regularem obſeruantiam, non obſtaret: quia pp maius bonum diſpenſari põt ſuperioris authoritate, ut omittaĩ interdũ aliqd obſeruãtiarum regularũ.

quorũdã opinio dicẽtiũ, q̃ ipſe ſtatus religionis impedimentũ affert talia exequendi, quorum errorem * Bonifacius Papa rationibus ſupra dictis excludit dicens, ut habetur 16. q. 9. Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audaciſſimo quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, aſſerentes monachos, quia mundo mortui ſũt, & Deo uiuunt, ſacerdotalis officii poteſtate indignos: ſed omnino labuntur, quod oſtendit, primo quidem, quia contrariatur regulæ. * Subdit. n. Neque. n. beatus Bñdictus monachorũ præceptor almificus hmõi rei aliquo mõ fuit interdictor: & ſiĩ nec in aliis rñis hoc p̃hibeĩ, Scđo, improbat p̃dictũ errorẽ ex idoneitate monachorũ, cũ i fine cap. ſubdit. Quãto q̃ſq; eſt excellẽtior, tãto & in illis ſpũalib. ſ. opib. potẽtior. Alio mõ, dr̃ aliqd ñ licere alicui, ñ pp p̃riũ qđ hĩat, ſp pp hoc q̃ deficit ei, vñ illud poſſit: ſicut diacono ñ licet Miſſã celebrare,

16. q. 1. ca. Sũt nõnulli.

10. c. parũ a prin.

16. q. 1. ca. Sunt nonnulli, declinando ad finem.

quia

qa nō hēt ordinē ſacerdotalē: & præsbytero non licet ſniam ferre, qa nō hēt epalem authoritatē. In quibus tñ eſt diſtinguēdum, quia[d] ea quæ ſunt ordinis, cōmitti non pñt niſi ei q ordinē hēt: ſicut dyacono non pōt cōmitti, q celebret miſſā, niſi fiat ſacerdos. Ea uero quæ ſunt iuriſdictionis, cōmitti pñt eis qui non hēnt ordinariā iuriſdictionē: ſicut prolatio ſententiæ cōmittit̄ ab epo ſimplici ſacerdoti. Et[e] hoc mō dr̄ nō licere monachis, & aliis religioſis p̄dicare, docere, & alia hmōi facere: quia ſtatu religionis ñ dat eis ptāte hmōi faciendi. [f]Pñt tñ iſta facere ſi ordinē recipiāt, uel ordinariā iuriſdictionē: aut ēt ſi eis cōmittant̄ ea, q̄ ſunt iuriſdictionis [g].

AD PRIMVM ergo dcd̄m, q ex uerbis illis habetur, q monachi, ex hoc q ſunt monachi, nō nanciſcūtur ptātem talia faciendi: nō aūt q ex hoc q ſunt monachi, habeant aliquid contrariū executioni taliū actuū.

AD II dcd̄m, q illud ēt ſtatutū Niceni concilii præcipit, ut monachi ñ uſurpēt ſibi ex hoc q ſunt monachi, ptātem hmōi actus exercendi: non aūt p̄hibet, q̄n iſta poſſint eis cōmitti.

AD III dcd̄m, q iſta duo ſe nō cōpatiuntur. ſ. q aliquis ordinariā curā eccl̄iaſticorū officiorū habeat, & monaſticā regulā in monaſterio ſeruet. Per hoc tñ nō excludit̄, quin monachi, & alii religioſi poſſint interdū circa eccl̄iaſtica officia occupari ex cōmiſſiōe p̄latorū q ordinariā curā hēnt, & præcipue illi, quorum religiones ad hoc sūt ſpecialiter inſtitutę, vt infra * dicetur.

ARTICVLVS II.

Vtrum religioſis liceat ſæcularia negotia tractare.

AD SECVNDVM ſic p̄cedit ur. Vr̄ q religioſis non liceat ſecularia negotia tractare. Dr̄. n. in * prędicto drecreto Bonafacij Papę, q beatus B̄ndictus eos ſæculariū negotiorū dixit expertes fore. qd̄ quidem Apoſtolicis documētis, & omniū ſāctorū Patrū inſtitutis nō ſolū monachis: ſed ēt canoni-

F cis oībus magnopere imperat̄, ſm̄ illud 2. ad Tim. 2. Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotijs: ſed oib. religioſis imminet, q militent Deo. ergo non licet eis ſæcularia negotia [h]exercere.

¶ 2 Præt. 1. ad Theſ. 4. dicit Apoſ. Operā detis ut q̄eti ſitis, et ut negotium ueſtrū agatis. * gl. [h]Dimiſsis alienis, qd̄ uobis utile eſt in emēdatione uitæ: ſd̄ re-
G ligioſi ſp̄aliter aſſumunt ſtudiū emēdationis uitæ. ergo ñ dēnt ſæcularia negotia exercere.

¶ 3 Præt. Super illud Mat. 1. Ecce qui mollibus ueſtiunt̄, in domibus regū sūt, dicit * Hier. Ex hoc oſtendit rigidā uitā, & auſterā p̄dicationē uitare debere aulas regū, & nobiliū hoīum [h]palatia declinare: ſd̄ neceſſitas ſeculariū negotiorū īgerit hoH minē ad frequētādū regū palatia. ergo ñ licet religioſis aliqua negotia ſęcularia ptractare.

SED CONTRA eſt, qd̄ Apoſt. dicit ad Rom. ult. Cōmēdo uobis Pheben ſororē nr̄am. & poſtea ſubdit: Et aſſiſtatis ei, i quocūq; negotio ueſtri idiguerit.

RESP. Dicendum, q ſicut s̄. [m]dictū eſt, ſtatus religionis eſt ordinatus ad perfectionē charitatis conſequēdā. Ad quā q̄dē principaliter ptinet Dei di-
I lectio: ſecundario aūt dilectio p̄ximi. Et iō [m] religioſi p̄cipue & pp ſe dēnt intēdere ad hoc, q Deo uacēt. Si aūt neceſſitas p̄ximis immineat, eorū negotia ex charitate agere dēnt [n] ſm̄ illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic ad adimplebitis legē Chri: quia hoc ipſo q p̄ximis ſeruiunt pp Deū, dilectioni diuinæ obſequunt̄.
K Vnde dr̄ Iac. 1. Religio mūda, et immaculata apud Deū, & Patrē hæc eſt, uiſitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorū. * gl. 1. Succurrere eis, q carent præſidio in tpe neceſſitatis. Eſt ergo dicēdū, q p̄ cā cupiditatis ſæcularia negotia gerere nec monachis, nec clericis licet [q]. Cauſa[d] uero charitatis ſe negotiis ſæcularibus cum debita moderatione ingerere pñt, ſm̄ ſuperioris licentiam in miniſtrādo, & dirigendo. Vñ dr̄ * in Decr. d. ſt. 88. Decreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſæcularibus ſupermiſcere, niſi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut uiduarum,

SVP. Q. CLXXXVII. ART. II.

IN art. 2. eiuſd. q. 187. dubium primo occurrit circa titulum, & concluſionem reſponſiuam ſimul, An per ſæcularia negotia hoc in loco intelligantur omnia ſæcularia negotia, an quædam. Et eſt rō dubii: quia ſi intelliguntur omnia, ſequitur primo q cā charitatis licitū erit religioſis negotiationes exercere, ut faciūt mercatores. Si uerò intelligunt̄ quædam, oportuiſſet illa determinari, quod in litera non fit.

¶ Dubium ſecūdo occurrit circa diſtinctionem, quę in litera fit pro deciſione qōnis, Sed ex charitate vel cupiditate, tum quia diſtinctio hæc non ad ipſa negotia, ſed ad cauſas ſpectat. Et propterea ex hac diſtinctione & deciſione non habetur q negotium eis liceat, aut q non: tum quia nō ſolum ſæcularia, ſed ēt eccleſiaſtica & religioſa negotia sūt eiſdem ex cupiditate prohibita: ac per hoc non eſt doctrina dignū dicere, q ex cupiditate ſunt religioſis ſæcularia negotia interdicta.

¶ Ad horū euidentiā ſciendū eſt, q hic eſt ſermo de negotiis ſæcularibus quodammodo uniuerſaliter, & quodammodo nō uniuerſaliter. Si. n. ad ſubſtantiā negotiorum ſæcularium ſpectatur, ſermo eſt uniuerſaliter de negotiis ſæcularibus. Si aūt ad actus, quos ſæcularia negotia exigunt, ſpectatur, ſermo non eſt de negotiis ſæcularibus uniuerſaliter, ſed particulariter de actu intromittēdi ſe aliquo mō in negotiis ſęcularibus. Qd̄ in litera tripliciter palam fit. Primo, in diuiſione quæſtionis, in ſuos articulos: ubi dr. Secundo, utrum liceat eis negotiis ſæcularibus ſe intromittere. Secūdo, in tit. ar. huius, ubi dr, Vtrum liceat religioſis negotia ſæcularia tractare, & nō dicit exercere. Tertio, in concluſione reſponſiua principali: ubi duos actus circa ſæcularia negotia licitos dicit religioſis. ſ. dirigere, & miniſtrare. Negotia ergo ſæcularia, vt diſtinguunt̄ cōtra eccleſiaſtica, quæcumq; ſint, & quantumcumque p̄hibita ſint clericis quoad ipſorum exercitium, conceſſa dicit author religioſis quoad aliquē actū. Sed diligēter aduerte ad actus licitos, cōditiones quatuor in litera appoſitas. Prima cōditio eſt, q non ex cupiditate, hoc eſt, pp lucrū aut emolumentū aliqd̄ tpale p ſe, uel alio hoc fiat. Et rō huius eſt, quia ſic sūt p̄hibita clericis. Secūda eſt, q ex charitate, hoc eſt, pp amorē quo p̄ximus in Deo diligitur, hoc fiat. Et rō huius eſt, quia ſic ſpectat hmōi opus ad finē religionis, qui eſt perfectio charitatis. Tertia ē, q de licētia ſuperioris hoc fiat. Et eſt rō, quia religioſus nō hēt uelle, neque nolle; & ſic inuenitur ſtatutum ab Eccleſia quo ad actū miniſtrādi, ut patet in canone in litera allata. Quarta eſt, q cū debita moderatione hoc fiat, Non. n. oīs modus miniſtrādi decet religioſos. Nō. n. decet religioſum ſic dirigere proximorū negotia, aut eis inſeruire, vt perſonaliter ſint exactores, & quaſi negotiorum geſtores ſæcularib. tumultibus ſe immiſceāt; ſed ita oportet, dū neceſſitas charitatis urget, ſe exhibere, ut & ipſi ſe non implicēt ſæcularibus negotiis, q̄uis tractēt illa, & nomē Dñi in religioſis nō blaſphemet̄. Hoc n. mō beat * Leodegari * de regni Frācię regimine

D. 963.
Concl. q
Conc. ſ
q. 183. art. 4.
Perr. o. 895
Inf. q. 188. art. 2. ad 2. Et opu. 19. c. 11. & Ro. 16. c. fin. Et 2. Ti. 2.
* Ac. præc. 16. q. 1. ca. Sunt nonnulli.
Glo. interlinearis ib.
In hoc loco ** to. 9.
q. præced. ar. 1. & 7.
Concl. m
Gl. interlinearis ibi.
Concl. p
D. 1033.
In dec. diſ. 88. c. Decreui. eſt c. 2. in ordine.

gimine ſe intromiſſit. Et multi probi religioſi dirigunt & adiuuāt uiduas, aliaſq; miſerabiles perſonas in ſuis negotiis. Et licet directio & moderata eſſe debeat, præcipue tñ circa actum miniſterii, ſeu adiutorii, moderatione op⁹ eſt. Nā non oīs ſeruitii, aut auxilii act⁹ cōuenit religioſo. Dedecere.n. cōſtat religioſos perſonaliter ſæcularibus uenditionib. emptionibus, mutuis cuſtodiis &c. deſeruire. Sed opē ferre eundo ad locū aliquem, uel ad conferendum cum aliquo, & hmōdi, nō dedecet. Vñ & de Didaco Epō beati Dominici patris noſtri legitur, q cū conficiendi coniugiū inter filiū regis Hiſpaniæ, & quādā puellā, in Gallias iuit. Ex quibus patet ſolutio utriuſque dubii. Primi quidem, quia iā patet q de oibus & non de oibus negotiis ſecularibus quodāmodo eſt ſermo, & q in litera determinať explicite qui actus ſm̄ genus ſuū ſint religioſis liciti circa ſecularia negotia. ſ. dirigere, & miniſtrare. Scdi aūt, quia author non ſolū cās agendi, ſed actus ipſos circa negotia ſecularia diſcernit, dicēs illos duos ſm̄ ſuū genus licitos religioſis, ſeruatis illis quatuor condōnibus expoſitis. Et ſic q̄uis hic non habeatur, qđ negotiū eſt eis licitū & qđ non quia hoc nō eſt hic q̄ſitum: hř tñ q religioſi poſſunt ſe intromittere de negotiis ſecularibus, & quibus actibus, & qualiter, quod ſub p̄ſenti quæſtione cadebat. Hęc ēt deciſio nō eſt cōis ſecularibus & eccleſiaſticis negotiis, ut ſecūa obiectio ingerit qm̄ exercere ipſa eccleſiaſtica negotia, religioſis licet, & non ſolum dirigere alios, aut miniſtrare aliis in illis.

In cor. ar.

Perr. o 896 3.di. 17.q. 3 ar.1.q.4. Et quo'l.9. art.4. Et opu. 19. c.4 & c.17. ad 1.

Ca. 30. parū à prin. tom. 3.

Eſt Aug. in li. de ope. monach. ca. 1. & 2. tom. 3. * Eod. li. c. 2. in fi.

¶ In reſponſione ad tertium, memento illius documenti, Oīa mihi licent, ſed non omnia expediunt. Et rurſus, Oīa mihi licent, ſed non oīa ędificant, ad hęc curias, & palatia pp pias cās, li

Cap. 3. in prin.

& conſilia ex altera parte. Et attenditur ſm tria. Primō i hoc, ꝙ ſe hēnt ut cō: & ꝓprium, ſeu quaſi ſuperius & inferius, ita ꝙ obſeruantia cōi mō utrorumque pceptorū eſt ut cōe, obſeruatio conſiliorū ut proprium: quia illa poteſt eſſe ſine iſta, ſed non ecōtra. Scdō in hoc, ꝙ illa eſt prior iſta ordine naturæ: & patet quia prius eſt, a quo non conuertitur conſequentia. Tertio in ordine tpis, & dī ꝙ non oportet ꝙ illa ſit ēt prior tpe, ſicut non oportet ꝙ aīal ſit prius tpe quacumque ſua ſpecie. Poteſt .n. eſſe ſimul tpe cū quacumque ſua ſpecie, nec pōt inueniri extra omnem ſuam ſpeciem. Vñ licet obſeruantia præceptorum ſit prior natura, utpote tanq̄ gñis natura, non oportet tñ ꝙ ſit prior tpe iſta ſua ſpecie. ſ. obſeruatione præceptorū cū conſilijs: quia nō eſt ſm exiſtentiam tpis prius aliquid in gñe, q ſit in aliqua ſpecierum ſuarum: qm genus nō eſt præter ſpecies ſuas. Pōt ergo & prius tpe, & pōt non prius, ſed ſimul tpe eſſe obſeruantia præceptorum cum conſilijs. Prius quidem, ſi prius præcepta ſine conſilijs ſeruarentur. Non prius autem, ſi ſimul utraque ſeruātur. Non oportet ergo ꝙ ſit prius tpe huiuſmodi pceptorum obſeruantia. Quarta comparatio ibi, Obſeruantia uero pceptorū ſine conſilijs, eſt inter obſeruantiā pceptorum ſine conſilijs, & obſeruantiā eorundē cum conſilijs, & attenditur ſm tria. Primo in hoc, ꝙ ambo ſunt ſpecies unius gñis. ſ. obſeruātiæ pceptorū, abſtrahendo ab hoc, uel illo mō: ſed prima eſt ut ſpecies īperfecta: ſcda ut ſpecies perfecta, ꝓpria, ſicut irrationale & rationale reſpectu animalis. Scdo, quo ad ordinem naturę: & dī ꝙ ſcda eſt prius natura, qa perfectū eſt prius natura imperfecto. Tertio, quo ad ordinem tpis: & dī ꝙ non eſt

Q. præc. ar.

patris in principio apud Deū. & poſtea ſubdit, Quia nuꝑ baptizati ī ſabbatho ſancto quaſi manib' eccłæ geſtanť, & lacte nutriunť vſq; ad Pētecoſtē, quo tpe nulla difficilia īducūtur, ñ ieiunanť, nō media nocte ſurgiť. Poſtea. Spiritu paraclito cōfirmati quaſi ablactati icipiūt ieiunare, & alia difficilia ſeruare. Multi vero hūc ordinē puerterūt, vt hrtici & ſchiſmatici, ſe añ tps a lacte ſeparātes, vñ extinguunť. ᵇ ſed hūc ordinē puertere vñr illi q religionē itrāt, vel alios ad itrādū inducūt, añquā ſint ī faciliori obſeruantia pceptorū exerciti. ergo vr ꝙ ſint hrtici, vł ſchiſmatici. ¶ 5 Præ. ʰ A priorib. ad poſteriora eſt trāſeūdū: ſed pcepta ſūt priora cōſilijs, qa ſunt cōiora, vtpote a q̄bus nō cōuertiť exiſtēdi cōſequētia. Quicumq;.n. ſeruat conſilia, ſeruat pcepta, ſed non cōuertitur: congruus aūt ordo eſt vt a prioribus ad poſteriora tranſeať. ergo non dēt aliqs tranſire ad obſeruantiā conſiliorū in religione, niſi prius ſit exercitatus ī pceptis.

Sed contra eſt, ꝙ Dñs Matth. publicanū, qui in obſeruātia pceptorū exercitatus nō erat, aduocauit ad cōſiliorum obſeruantiā. dr.n. Lucæ 5. ꝙ relictis oib. ſecutus eſt eū. nō ergo eſt neceſſariū ꝙ añ aliquis exerceatur in obſeruantia præceptorum, quàm tranſeat ad perfectionem conſiliorum.

Reſp. Dcēm, ꝙ ſicut ex ſupradictis patet,* ſtatus religionis eſt quoddā ſpirituale exercitiū ad cōſequendā charitatis perfectionē, qđ qdē fit inquantū per religionis obſeruantiā auferunť impedimenta perfectæ charitatis. Hæc aūt ſunt q̄ implicant affectum hoīs ad terrena. Per hoc āt ꝙ affectus hominis implicať ad terrena, nō ſolū impediť perfectio charitatis, ſed interdum ēt ipſa charitas perdiť, dū per inordinatā cōuerſionē ad bona tēporalia homo auertitur ab incōmutabili bono mortaliter peccādo. Vñ patet ꝙ religionis obſeruātiæ ſicut tollūt impedimēta pfectæ charitatis, ita ēt tollūt oc-

A caſiones peccandi: ſicut patet ꝙ per ieiunium, & vigilias, & obedientiam, & alia hmōi retrahitur homo a peccatis gulæ, & luxuriæ, & quibuſcunq; alijs peccatis. Et ideo ᵐ religionē ingredi nō ſolū expedit his q ſunt exercitati in pceptis, vt ad maiorē pfectionē pueniāt: ſed ēt his qui non ſunt exercitati, vt facilius peccata vitent, & perfectionem aſſequātur. ⁿ

B Ad primum ergo dcēm, ꝙ Hieronymus dicit ſuꝑ Matth. *Mentitus eſt adoleſcēs dicēs, Hæc oīa ſeruaui a iuuentute mea. Si n. qđ poſitū eſt in mandatis, Diliges proximum tuū ſicut teipſum, opere cōpleſſet, quō poſtea audiens, Vade, & vende oīa q̄ habes, & da pauperibus, triſtis receſsiſſet? Sed intelligendum eſt eum mentitum eſſe quantum ad perfectā C obſeruantiam huius præcepti. Vñ Origenes ſuper Matth.† dicit. Qđ ſcriptum eſt in Euāgelio ſm Hæbræos, ꝙ cū Dñs dixiſſet ei, Vade, & vēde oīa q̄ hēs, cępit diues ſcalpere caput ſuū, & dixit ad eū Dñs. Quō dicis, feci legē & pphetas, cū ſcriptū ſit in lege, Diliges pximū tuū ſicut teipſum? & ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti ſunt ſtercore, morietes fame, & dom' tua plena eſt multis bonis, & nō egrediť aliqd oīno ex ea ad eos. Itaq; Dñs redarguēs eum dicit. Si uis pfectus eſſe, uade &c. Impoſſibile eſt.n. D īplere mandatū qđ dicit, Diliges pximū tuū ſicut teipſū, & eē diuitē, & maxime tātas poſſeſsiones hēre, qđ eſt intelligēdū de pfecta impletione huius pcepti. Imperfecte aūt & cōi mō uerū eſt eū obſeruaſſe pcepta. Perfectio.n. principlr in obſeruātia pceptorū charitatis cōſiſtit, vt ſ. habitū eſt.* Vt ergo Dñs oſtēderet pfectionē cōſiliorū utilē eſſe & innocētibus, & peccatoribus, nō ſolū uocauit adoleſcētē innocentē: ſed ēt Matthæū peccatorē. Sed tñ Matt. ſecutus ē uocātē ñ aūt adoleſcēs: qa facili cōuertunť ad religionē pctōres, q̄ illi q de E ſua īnocētia pſumūt, qbus dicit Dñs Matt. 21. Publicani, & meretrices pcedunt uos in regno Dei.

Ad ii dicendum, ꝙ ſummum & infimum tripliciter accipi poſſunt. Vno modo in eodem ſtatu, & in eodem homine, & ſic manifeſtum eſt, ꝙ nemo repente fit ſummus: quia unuſquiſque recte uiuens toto tempore uitæ ſuæ proficit ut ad ſummum perueniat. Alio modo, per comparationem ad diuerſos ſtatus: & ſic non oportet ꝙ quicumque vult ad ſuperiorem ſtatum peruenire, a minori incipiat, ſicut non oportet ꝙ qui vult eſſe clericus, prius in laicali uita exerceatur. Tertio modo, quātum ad diuerſas perſonas: & ſic manifeſtū eſt ꝙ unus ſtatim incipit nō ſolū ab altiori ſtatu

neceſſario inter illa ordo tpis, ſed pōt qlibet earum eſſe altera non pexiſtente. Non .n. oportet prius eſſe in ſtatu coniugii q̄ in ſtatu uirginali. Ibi pceptum eſt ſine conſilio, hic conſilium ēt ſeruatur. Et p hæc rñdet directe argumento, cōcludēs, ꝙ oportet prius aliquem eſſe bonum ſecularem ad hoc, ꝙ ſit religioſus. Cum his tñ oīb' caue, ne ſubito ad religionē recipias eos qui diuturna ſunt cōſuetudine aſtricti enormibus uitiis, quales ſunt lenones, latrones, & hmōi: qm etſi ſcriptum ſit, ꝙ publicani & meretrices pcedē: uos in regno cęlorum ſcriptum eſt ēt. Videte quō caute ambuletis. Nō eſt tutum tales criminoſos repente in ſocietatē innocentum quodāmodo, iuuenum itroducere. Timēdū ē ne doceāt alios mala, ne corrumpāt alios &c.

Concl.

Sup illud Matth. 19. Hæc omnia ſeruaui. to. 9.

Hom. 8. in Matt. non multū remote ante me. to. 3.

Q. 184. ar. 5.

ſtatu,ſed ẽt ab altiori gradu ſanctitatis,q̃ fit ſũmũ ad qđ alius peruenit per totã uitam ſuã. Vñ Greg. dicit in 2.dial.Oẽs cognoſcãt,à quãta Benedictus puer conuerſationis gr̃a & perfectione cœpiſſet.

Elicitur ex q.184.art.6.

Ad III dcđm,ꝙ ſicut ſ.dictum eſt,* ordines ſacri prçexigũt ſãctitatẽ:ſed ſtatus religionis ẽ exercitium quoddã ad ſanctitatẽ aſſequendã.Vñ pondus ordinũ imponendum eſt parietibus iam ꝑ sãctitatem deſiccatis:ſed pondus religionis deſiccat parietes,ideſt,homines ab humorem uitiorum.

Ad IIII dcđm,ꝙ ſicut manifeſte ex uerbis illius gl. apparet, principal̃r loquit̃ de ordine doctrinę, ꝓut trãſeundũ eſt à facilioribus ad difficiliora.Vñ qđ dicit,hæreticos,& ſchiſmaticos hũc ordinẽ ꝑuertere,manifeſtũ eſt ex ſequẽtib.ad ordinẽ doctrinę ꝑtinere.*Sequit̃.n.Hic uero ſe ſeruaſſe.ſ.ꝑdictũ ordinẽ dicit cõſtringẽs ſe maledicto.Si quaſi ñ mõ in aliis fui humilis,ſed ẽt i ſciẽtia,q̃a humiliter ſẽtiebã,q̃a pri⁹ nutritus lacte qđ ẽ Verbũ caro factũ ẽ, ut ſic creſcerẽ ad panẽ angelorũ.i.ad Verbũ,qđ ẽ i principio apud Deũ. Exẽplũ ãt,qđ ĩ medio interponit̃, ꝙ nouiter baptizatis nõ idr̃ ieiuniũ vſq; ad Pẽtecoſtẽ,oſtẽdit ꝙ nõ ſũt ex neceſſitate ad difficilia cogẽdi antequã ꝑ ſpũm ſanctũ interius ad hoc inſtigent̃,ut difficilia ꝓpria uolũtate aſſumãt. Vñ & poſt Pẽtecoſtẽ poſt receptionẽ Spũſſãcti,ieiuniũ celebrat Eccl̃a.Spũs ãt ſanctus ſicut Amb.† dicit ſuper Lucã,nõ arcet̃ ætatibus,nõ finit̃ morte,nõ excludit̃ aluo. Et Gre.dicit Homilia* Pentecoſtes. Implet citharœdũ puerũ, & Pſalmiſtã facit,implet puerũ abſtinẽtẽ,& iudicẽ ſenũm facit. & poſtea ſubdit:Nulla ad diſcẽdũ mora agit̃, i oẽ qđ uoluerit mox ut tetigerit mentẽ docet.& ſicut dr̃ Eccl.8.Nõ ẽ i hoĩs ditione prohibere ſpũm. & Apoſt.1.ad Theſ.5.monet,Spũm nolite extinguere,et Act.7.ꝑ quoſdã dr̃,Vos ſꝑ ſpũiſctõ reſtitiſtis.

Gl.citata I arg.

Li.1.in Lucã in tit. de turbat. Zach. confirm.to.5. *Hom.30 in Euang. nõ remote à fin.

Ad V dcđm,ꝙ ꝑceptorũ quædã ſũt principalia, quæ ſunt quaſi fines ꝑceptorũ & cõſiliorũ.ſ.prçcepta charitatis,ad q̃ cõſilia ordinant̃,ñ ita ꝙ ſine cõſiliis ſeruari ñ poſſint,ſed ut ꝑ cõſilia ꝑfectius obſeruent̃. Alia uero ſunt præcepta ſecũdaria q̃ ordinant̃ ad ꝑcepta charitatis,ut ſine q̃bus ꝑcepta charitatis ſeruari nõ pñt oĩno.Sic ergo perfecta obſeruãtia ꝑceptorũ charitatis ꝑcedit intentione cõſilia,ſed iterdũ tꝑe ſequit̃.Hic ẽ.n.ordo finis reſpectu eorũ q̃ ſunt ad finẽ.Obſeruãtia uero prçceptorũ charitatis ſcḋm cõem modũ,& ſil̃r alia ꝑcepta cõparant̃ ad conſilia ſicut cõe ad ꝓpriũ: q̃a obſeruãtia ꝑceptorũ ꝑt eſſe ſine cõſiliis,ſed ñ cõuertit̃. Sic ergo obſeruãtia ꝑceptorũ cõiter ſumpta,ꝑcedit ordinæ nãæ cõſilia,nõ tñ oportet ꝙ tꝑe:q̃a nõ eſt aliq̃d prius ĩ gñe,q̃ ſit ĩ aliqua ſpecierũ. Obſeruãtia uero ꝑceptorũ ſine cõſiliis ordinat̃ ad obſeruãtiã ꝑceptorũ cũ cõſiliis.ſicut ſpẽs impfecta ad ꝑfectã, ſicut aĩal irrõale ad rõale.Perfectũ ãt nãliter prius ẽ impfecto. Natura.n.ut Boetius dicit,à ꝑfectis ſumit initiũ. Nec tñ oportet ꝙ prius obſeruent̃ prçcepta ſine cõſiliis,& poſtea cũ conſiliis:ſicut non oportet,ꝙ aliq̃s prius ſit aſinus q̃ hõ, uel ꝙ prius ſit coniugatus q̃ ſit uirgo:& ſil̃r nõ oportet ꝙ aliq̃s prius ſeruet prçcepta in ſæculo,q̃ trãſeat ad re-

F ligionẽ,ꝑſertim quia conuerſatio ſæcularis nõ diſponit ad ꝑfectionẽ religionis,ſđ magis impedit.

ARTICVLVS II.

Vtrùm debeant aliqui uoto obligari ad religionis ingreſſum.

Ad ſecundum ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ non debeant aliqui uoto obligari ad religionis ingreſſum.Per profeſſionẽ.n.aliq̃s* uoto religiõis aſtringit̃:ſđ ãñ ꝓfeſſionem concedit ann⁹ ꝓbationis,ſcḋm regulã Beati Be-

G nedicti,& ſcḋm ſtatutum*Inno. 4.q̃ ẽt prohibuit ãñ annũ probationis completũ eos ꝑ profeſſionem religioni aſtringi. ergo ur̃ ꝙ multo minus adhuc in ſæculo exiſtentes debeãt uoto ad religionem obligari.

*In Decre. li.3. de regul.& tranſeũti ad religi.c.1.

¶2 Præ.Gre. i regiſt.dicit,& hr̃ *i Dec.di.45.ꝙ Iudei ñ ui,ſđ libera uolũtate ut cõuertant̃ ſuadẽdi ſũt:ſđ ĩplere id qđ uouet̃

In Decret. diſt.45.ca. De Iudæis,

H neceſſitatis ẽ.ergo ñ ſũt aliqui obligãdi ad religiõis igreſſũ.

¶3 Præt.Null⁹ dẽt alteri ĩ bere occaſionẽ ruinę.Vñ Exo.21.dr̃. Si q̃s aperuerit ciſternã,cecideritq; bos uel aſinus in eã, dñs ciſternæ reddet pretiũ iumẽtorũ:ſed ex hoc q̃ obligant̃ ad religionẽ ꝑ uotũ, frequẽter aliq̃ ruũt ĩ diſpationẽ, & ĩ diuerſa pctã.ergo ur̃ ꝙ ñ ſit aliq̃ ad religiõis ingreſſũ uoto obligãdi.

Sed contra ẽ,qđ in Pſ.75

I dr̃.Vouete,& reddite Dño deo ueſtro, ubi dicit gl.* ꝙ quædã ſunt uota propria ſingulorum,ut caſtitas,uirginitas,& hmõi.ad hæc ergo uouenda inuitat nos ſacra ſcriptura,quæ non inuitat niſi ad id qđ eſt melius.ergo melius eſt,quòd aliquis uoto ſe obliget ad religionis ingreſſum.

Eſt gl. Augu. hoc loco to.8.

Res.Dicđm,ꝙ ſicut ſ.dictũ eſt, *cum de uoto ageret̃,unũ & idẽ opus ex uoto factum eſt laudabilius q̃ ſi ſine uoto fiat,tum q̃a uouere eſt actus religionis,quæ hẽt quandam excellentiã inter uirtutes:tum quia ꝑ uotũ firmat̃ uolũtas hoĩs ad bonum faciendum. Et ſicut peccatum eſt grauius ex hoc ꝙ ꝓcedit ex uoluntate obſtinata in malũ:ita

Q.88.ar.6.

K bonũ opus eſt laudabilius ex hoc,ꝙ ꝓcedit ex uolũtate cõfirmata in bonũ ꝑ uotũ: & iõ [m] obligari uoto ad religionis ingreſſum,ẽ ſcḋm ſe laudabile*.

Ad primum ergo dcđm,ꝙ duplex ẽ religionis uotum.Vnum ſolemne,qđ hoĩem facit monachũ, uel alterius religionis fratrẽ,qđ uocat̃ profeſſio: & tale uotũ dẽt præcedere annus probationis,vt probat obiectio.Aliud ãt ẽ uotũ ſimplex,ex quo aliquis non fit monachus,uel religioſus,ſed ſolũ obligatus ad religionis ingreſſum: & ante tale uotũ non oportet præcedere probationis annũ.

Ad

SV. Q. CLXXXIX. ART. II.

IN ar.2.eiuſdẽ vlt. q.hoc ſolum ſcribendum occurrit, ꝙ licet uouere religionis ingreſſum ſit laudabile,non tamẽ laudo ꝙ facilis ſit pſona ad uouendum talem ingreſſum: quoniã et ſi oẽ uotũ exigit tria. ſ.deliberationem, ꝓpoſitũ,& ꝓmiſſionẽ, præcipue tale uotum cũ matura & diſcuſſa animi libertate agendum eſt multo magis q̃ uouere dare magnã pecunię ſummã, aut facere maximã peregrinationẽ,quanto maius eſt ingredi religionem q̃ qđcumque aliud, cũ in hoc cætera uota cõmutari poſſint. Quocirca q̃uis laudabile ſit inducere,ut infra di,aliquem ad religionẽ, nõ laudo tñ inducentem ad uouendum religionis ingreſſum: quia qđ ex inductione alterius fit uotum, ñ oĩno ſpõte fit,nõ iõ liberè fieri vr̃. Teſtatur aũt magiſtra rerũ experientia,ꝙ minus læte tota uita agitur, cũ recoluit ſe quis non ſpõte,non ex proprio affectu,ſed aliena inductione maximum talem acceptaſſe:& quãto magis uitã in carne præter carnẽ agere in pauꝑtate &c.

Port.a 999

Sup.q.88. artic.9. Et quol.3. ar. 11.Et opu. 17.c.11.12 & 13.

AD II dcēm, ꝙ authoritas illa Gregorij intelligiť de violentia abſoluta. Neceſſitas aūt quæ ex obligatione uoti requiritur, non eſt neceſſitas abſoluta: ſed neceſſitas ex fine, quia. ſ. poſt uotum non pōt aliquis finē ſalutis cōſequi, niſi impleat uotū. Talis autē neceſſitas non eſt uitāda, quinimmo, ut Aug. dicit* ad Armentarium & Paulinam, Fœlix eſt neceſſitas, quæ ad meliora tranſmittit.

AD III dcēm, ꝙ uouere religionis ingreſſum, eſt quædā cōfirmatio uoluntatis ad meliora. & iō quantum eſt de ſe, non dat hoī occaſionem ruinę, ſed magis ſubtrahit. Sed ſi aliquis C uoti tranſgreſſor grauius ruat, hoc non derogat bonitati uoti: ſicut nec derogat bonitati baptiſmi, ꝙ aliq poſt baptiſmū grauius peccant.

ARTICVLVS III.

Vtrum ille qui obligatus eſt uoto ad religionis ingreſſum, teneatur intrare religionem.

AD TERTIVM ſic ꝓcediť. Vr̃ ꝙ ille q obligat⁹ eſt uoto ad religionis ingreſſum, nō D teneať intrare religionē. Dr̃. n. Dec.* 17. q. 2. Cōſaldus p̄sbyter quondā infirmitatis paſſione preſſus, monachū ſe fieri ꝓmiſit: ñ tñ monaſterio, aut abbati ſe tradidit, nec ꝓmiſſionē ſcripſit, ſed bñficiū ecclæ in manū aduocati refutauit: ac poſtq̄ cōualuit, monachū ſe negauit fieri & poſtea ſubdiť, Iudicamus vt p̄fatus p̄sbyter bñficiū, & altaria recipiat, & qete retineat: hoc āt non eſſet, ſi ħ teneretur B religionem intrare. ergo vr̃ ꝙ non teneatur aliquis implere votum quo ſe ad religionis ingreſſum obligauit.

¶2 Præt. Nullus teneť facere id ꝙ nõ eſt in ptāte ipſius: ſed ꝙ aliqs religionē ingrediať, ñ eſt ī ptāte ipſius, ſed reqriť ad hoc aſſenſus eorū, ad quos dēt trāſire. ergo vr̃ ꝙ nō teneať aliqs implere uotū quo quis ſe ad religionis ingreſſum obligauit.

C ¶3 Præt. Per votū minus utile nō ṗt derogari voto magis vtili: ſed p impletionē uoti religionis ipediri poſſet ipletio voti crucis ī ſubſidiū terræ ſanctę, quod vr̃ eſſe vtilius, qa p hoc votū conſequitur hō remiſſionem pctõrum, ergo vr̃ ꝙ uotū, quo quis ſe obligauit ad religionis ingreſſum, non ſit ex neceſſitate implendum.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃, Ec- D cleſiaſt. 5. Si qd vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet. n. ei infidelis & ſtulta promiſſio. & ſuper illud Pſal. 75. Vouete, & reddite dño Deo ueſtro, dicit glo.* Vouere voluntati conſulitur, ſed poſt uoti promiſſionē redditio neceſſario exigiť.

SVP. Q. CLXXXIX. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdem ult. q. rſiſione ad primum, dubiū occurrit, tum quia uotum non minus ligat q̄ iuramentum, ac p hoc ſicut pōt cogi quis ad ſeruandum iuramentum, ita poteſt cogi ad ſeruandum uotum, ut ēt patet in capitulo, ex parte extra, de cenſibus. Tum qa ex eo q iſte presbyter uouendo ſignificauit beneficio, cenſeť uoluiſſe totaliter mutare uoluntatem ſuam, iuxta. c. Beneficiū, de regularibus in ſexto, ubi dicitur ꝙ poteſt alteri conferri beneficiū nouitii, ſi conſtet ꝙ uoluerit abſolutè uitā mutare tum qa minus conſonam paſtorali officio reſponſionem dediſſe ut, Pōtifex ille. ſ. Alexan. ſecundus 17. q. 2. capitu. Conſaldus.

Epi. 45. nō multū procul à fine. to. 2.

¶In eadem reſponſione ad primū, dubiū occurrit de uinculo epiſcopi habentis uotum religionis, quia male uideť papa conſulere illi epiſcopo, tum quia maius uinculum tollit minus. Conſtat aūt uinculū epiſcopi eſſe maius q̄ ſimpliciter uotū, qd prius fecerat ad religionē, cum ſit adeo obligatorium, ut nō liceat ad religionem tranſire, & ſit epiſcopus ſponſus eccleſiæ, ita ꝙ ē ſpirituale matrimonium cōtractū inter ipſum & eccleſiam. Et confirmatur, quia habēs uotū ſimpliciter religionis arctioris, ſi profitetur de facto laxiorem, nō tenetur ad arctiorem ut patet in capitulo. Qui poſt, de regulari in ſexto. Multo ergo magis qui tenetur voto ſimplici ad ſtatum imperfectiorem, ſi de facto profitetur ſtatū perfectioerm, non teneri debet ad imperfectiorem. Sed ut patet ex ſupradictis, ſtatus religionis eſt imperfectior, ſtatu epiſcopali. Si igitur profeſſus eſt de facto quis epiſcopalē ſtatū, nō teneť ad implēdū uotū de ſtatu imperfectiori. ſ. de religione.

Porr. 6. 910 Sup. q. 88. a. 3. ad 2. Et quol. 3. ar. 12.

17. q. 2. c. 1 & incipit Cōſaldus.

¶In eadē reſponſione ad primū, dubiū occurrit, quia author uotum epiſcopi æquiparat uoto præsbyteri, ex illo arguēdo ad iſtud. Et tamen in dicto c. Per literas, dicitur expreſſe, ꝙ epiſcopus uouerat ſolemniter, ut fieret monachus Et de presbytero non dicitur quòd uouerit, aut promiſerit Deo: ſed quòd promiſerit abſolutè. Votum autem nō eſt quælibet promiſſio, ſed promiſſio facta Deo, ut patet ex ſupradictis.

¶Ad primum dubium dicitur, quòd litera non dicit presbyterum illum ligatum uoto ſimplici non poſſe de iure cogi ad religionis ingreſſum, ut obiectio interpretatur: ſed dicit ꝙ nō debeat de iure cogi ut monachus ad remanendum in monaſterio. Vbi duo puncta tanguntur. Primum, ꝙ non debet cogi ut monachus, qd conſtat eſſe uerum. Et hoc expreſſè intendit etiá papa in illa reſponſione ut patet in ratione ibi ſubiuncta. ſ. qa non erat monachus. Secundum, ꝙ non debet cogi ad remanēdum in monaſterio: quoniam, ut infra patebit, aſtrictus uoto ſimplici non tenetur remanere in monaſterio, ſed poteſt infra probationis annum exire. Cum utroque autem horum ſtat, ꝙ potuiſſet de iure cogi ad ingreſſum religionis, ut experiretur nouitius illam, qui ad hoc obligatus erat ex uoto ſimplici.

A ¶Ad ſecundam obiectionem dr̃, ꝙ iſte presbyter non aſſumpſerat habitum monachalem, et iſt nouitius. Et propterea in ipſo non habet locum theorica illa de uolēte uitā mutare: cum p̄ſupponit hominem talem eſſe nouitium, ut patet extra de regularibus, capit. Conſulti, & Statuimus.

¶Ad tertiam obiectionem di, ꝙ ꝗuiſſet Alexā. ſcđs ſcribū gere illud ꝙ author ſubdidit, ꝙ Innocentius tertius conſulit epō Garopolitano in capitulo Per tuas. & fuiſſet melior rñſio. Illa tñ q̄ data eſt, nō fuit miꝰ bona hoceſt, mala, quia nihil iniuſtitię cōtinet, ut patet ex ſupradicta declaratione, q̄uis fuerit minus bona, hoceſt, nō tā bona, q̄ fuiſſet ſi ſubiūctū fuiſſet quid Deo deberet preſbyter ille.

¶Ad ſm̄ dubium pp eius difficultatē, ut opinionū uarietas circa hoc oſtendit, ut habes in dicto capitulo Per tuas, a Panormitano, ſciendū eſt, ꝙ tō difficultatis in hac qōne conſiſtit in diſcernendo, an ille epſ eſſet ſine illa Decretali obligatus ad relinquendū eccleſia & profitendum religionem ꝓmiſſā: an pp iſtā Decretalem ſtatutū fuerit ius nouum, ut teneať ī foro conſcientiæ relinqre eccleſiam, & reddere Altiſſimo uota ſua. Nā ſi dicatur ꝙ ille poterat & tenebať ī conſcientiæ adire religionem, inſurgunt allatæ difficultates de maioritate uinculi, & matrimonio ſpirituali, Si uero nō tenebatur, ſed ex hoc iure nouo tenentur modo epiſcopi, non debebat papa conſulere ſub tali conditione, ſi uis ſaluare animā tuam: cum ille ante conditum hoc ius inciderit in caſum hunc Videtur autem mihi ex natura uinculi epiſcopalis ſoluenda hæc quæſtio.

Hoc habetur in ſen. in Decre. li. 3. ti. 34. c. 6. & 7.

¶Ad cuius euidentiam ſcito, ꝙ uinculū uoti ſimplicis habet uī E ꝓmiſſionis, & ſpectat ad fidelitatem hominis ad Deū. Vinculū uero matrimonii conſummati habet ui alienatæ poſſeſſionis, & ſpectat ad iuſtitiā: ita ꝙ oppoſitū rapina eſſet alienæ rei. Viculū āt matrimonii ſpūalis inter epm̄ & eccleſiā mediū quodāmō eſt inter iſta. & ſpectat ad fidelitatem quā hō debet eccleſiæ. Habet. n. uim alienatæ poſſeſſionis, inquantum hō ſe dedit eccleſiæ ad ſuperintendendum, & alligatus eſt illi. In hoc excedit uim uoti ſimplicis. Et ꝓpea non pōt epſ tranſire ad religionem, & conſequenter non poteſt uouere ingreſſum religionis. Quia tamen uinculum iſtud diſſolubile eſt de conſenſu eccleſię, hoceſt, ſummi Pontificis, qui ſolus plenarie curam habet eccleſiæ, diſſolubile dico non ſolum quoad cohabitationē, ſed quo ad uinculum: ideo minus eſt quàm uinculum matrimonii carnaliter conſumati, quod ſola morte quo ad uinculū diſſoluitur. Et propterea poteſt epiſcopus de apoſtolico conſenſu Eccleſiam deſerere, & religionem ingredi. Quia igitur epiſcopale uinculum quodammodo maius, & quodammodo minus eſt uoto religionis ſimplici. Nam minus eſt quo ad hoc, quia illud ad fidelitatem, quam homo Deo debet: iſtud ad iuſtitiam inter hominem & Eccleſiam ſpe-

ſtat. Maius uero eſt, quia illud ſolam hẽt promiſſionem ſuæ pſonę: iſtud uero alienationem hẽt ſuæ perſonæ, ideò abſolute loquendo, utriuſq; rõ in huiuſmodi uoto & uinculo habenda eſt. Et ille epiſcopus non tenebatur adire religionem de iuris rigore, ſed pęnitentiam agere uiolati uoti coram Deo. Tamẽ ex quo rationabilẽ habebat cauſam petendi licẽtiã cedẽdi, debebat conſulere ſedem apoſtolicam, ut fecit. Et ſi negata fuiſſet licentia tutus, in epiſcopatu remanſiſſet. Si aũt conceſſa, vt de facto accidit ſibi, & pp ipſum cæteris i ſimili caſu, debebat implere uota ſua, & religionem adire. Eſt igit nouo illius Decr. iure, conſulendo ſtatutum, ut epiſcopus, qui iã fecerat publicũ uotum religionis abſque alia licẽtia, ſi uult aiam ſuã ſaluare, religionem ingrediatur, eccleſiã deſerẽdo, ita q; ſine hoc nouo iure non poterat ſine licẽtia apoſtolicę ſedis epiſcopus uotũ ſuum implere. Sed quia debebat petere, iõ petẽti papa annuens cõſulit, q; ſi uult ſaluare ſe, religionem adeat. Ex hoc. n. ipſo q; papa non retinet ipſum incurrit neceſſitatem implendi uotum. Et iõ præſuppoſito ſedis apoſtolicæ in hoc caſu cõſenſu, q per iſtã decretalem promulgatus eſt, neceſſitas in foro conſcientię adeũdi religionẽ ſub illa conditionali exprimitur.

q. 88. ar. 1. — Epiſt. 50. — q. 186. ar. 1. concl. 1.

¶ Ad obiectiões ergo in oppoſitũ, pro quãto concernunt maioritatem uinculi, iam dictũ eſt. Pro quãto uero concernunt maioritatem perfectionis, reſtat dicendum. Pro utroque tamen ſcito, q; maioritas uinculi non abſoluit à uoti ſimplicis uinculo ſimpliciter, ſed ſolum durante illo maiori uinculo, ut patet de habente uotum ſimplex religionis, & tñ contrahente, & cõſumãte matrimonium. Talis. n. non eſt abſolutus propter matrimonii uinculum à uoto, ſed durante matrimonio n. n tenet illud implere: coniugeã t defuncta, tenet implere ſuum uotũ. Sed maioritas uinculi in ſtatu perfectionis abſoluit ſimpliciter à uoto minoris boni, ut patet de eo qui uouit ingredi religionem laxiorem, & profitetur arctiorem. Talis ex maioritate vinculi excuſatur ab implẽdo uoto, & ex perfectionis religionis ſtatu totaliter abſoluitur à priori uoto, utpote melius conſumato &c. Hoc tamen habet locum ubi ſtatus, ſm perfectum & imperfectum ita diſtinguũtur, q; in maiori clauditur minus: ſicut ſe habent diuerſæ religiones, quæ omnes ſunt eiuſdẽ generis in perfectionis ſtatu &c. Sed ubi ſtatus perfectionis genere diſtinguuntur: ita, q; in maiori non clauditur minus, locũ non habet abſolutio hęc. Et quia ſic ſe habent ſtatus religioſus & ſtatus epiſcopalis: qm̃ ille eſt ſtatus perfectionis propriæ, iſte alienæ formaliter loquendo, ut ipſum epiſcopi nomen ſonat: ideò ex uinculo epiſcopali, niſi ius concederet, impediret epiſcopus ab implendo uoto religionis, quod fecerat: ſed nõ eſſet propterea uotum conſumatum ex perfectiori ſtatu epiſcopali, quia in hoc maiori non clauditur tale minus. Et per hæc patet ſolutio omnium obiectorum.

¶ Ad dubium tertium dicitur, quòd proprie loquendo, uotum ſolemne eſt ſolam illud quod impedit matrimonium cõtrahẽdum, & dirimit cõtractum: & ſic diſtinguitur contra uotũ ſimplex. Et quia nõ ſolemnizat votum, niſi per profeſſionẽ approbatæ religionis, vel ſacrum ordinem, ut patet in ca. Quod votũ in ſexto de voto. Ideo conſtat q. votũ epi Gebeſi. non fuit ſolẽne, ſed ſimplex quia, ut in lr̃a illa dr̃, uouit ut fieret monachus. Vouit ergo futurum, non præſentem monachatum. Et rurſus, ſi fuiſſet ſolemne uotũ religionis, iã fuiſſet religioſus, & non fuiſſet ſibi dicendum ut dimitteret eccleſiã ſed ut ſeruaret religionẽ, ſicut epiſcopi religioſi tenet. ſeruare. Qđ ãt in illa lr̃a dr̃, q; ſolẽniter vouit, large uſus eſt Põtifex ibi ſolẽnitatis nomine: q a cũ quadã ſolẽnitate cęremonialia vouerat. Presbyter quoq; ille qui pmiſit ſe dr̃ ſe futurũ monachũ, non niſi Deo intelligit pmiſiſſe, cui cõiter hmõi pmiſſiones ſolent fieri: & iõ uotum ſimplex dicitur habuiſſe &c.

In Decre. li. 3. ti. 34. c. 10. in ſi. — Q. 88. a. 3. ad 2.

RESP. Dcđm, q; ſicut ſupra dictũ eſt,* cum de uoto agereť, uotũ ẽ promiſſio Deo facta de his quæ ad Deũ pertinẽt. Vt ãt Aug. dicit in epiſtola ad Bonifaciũ. Si inter hoies bonæ fidei ſolent contractus nulla rõe diſſolui, quãto magis iſta pollicitatio, quã cũ Deo pepigit, ſolui ſine uindicta non poterit? Et iõ adimplẽdũ id qđ hõ uouit, ex neceſſitate tenetur, dummodo ſit aliqd qđ ad Deũ pertineat. Manifeſtum eſt ãt q; ingreſſus religionis maxime ad Deũ ptinet: q a per hoc hõ totalr̃ ſe mãcipat diuinis obſeqjs, ut ex ſupradictis patet.* Vñ relinquiť q; ille q ſe obligat ad religionis ingreſſum, teneať religionẽ ingredi, ſm q; ſe uoto obligare intẽdit*, ita. ſ. q; ſi intẽdit ſe abſolutè obligare, teneť q̃ citius poterit ingredi, legitimo ipedimẽto ceſſãte. Si ãt ad certũ tp̃s, uel ſub certa conditione, teneť religionem ingredi tp̃e aduenientẽ, uel conditione exiſtente.

AD PRIMVM ergo dcđm, q; ille presbyter ñ fecerat uotũ ſolẽne, ſđ ſimplex. Vñ nõ erat monachus effect* ut cogi deberet de iure in monaſterio remanere, & eccleſiã dimittere. Tñ in foro cõſciẽtiæ eẽt ſibi conſulẽdũ, q; oĩb. dimiſſis religionẽ intraret, Vñ extra, de uoto* & uoti redẽptiõe, capitulo, Pertuas; cõſuliť epõ. Garopolitano, qui poſt uotũ religionis epiſcopatu aſſumpſerat, uoto nõ ipleto ut ſi ſuã ſaluare deſideraret conſciẽtiã, regimẽ eccl'ę reſignaret, et redderet Altiſſimo uota ſua.

AD II dcđm, q; ſicut ſ. dictũ eſt,* cũ de uoto agereť, ille q ſe uoto obligauit ad certæ religionis ingreſſum, teneť facere quãtũ in ſe eſt, ut in illa religione recipiať. Et ſi q dẽ intendit ſe ſimpl'r ad religionẽ obligare, ſi non recipiť in una religione, teneť ire ad aliã. Si uero ſe intendit ſpecialiter obligare ad unã ſolum, non teneť niſi ſecundũ modum obligationis ſuæ.

AD III dcđm, q; uotũ religionis cũ ſit ppetuũ, eſt maius q̃ uotũ pegrinationis terrę ſãctæ, q; eſt tp̃ale. Et ſicut Alexa. 3.* dicit, & hr̃ extra, de uoto, et uoti redẽptione ca. Scripturæ: reus facti uoti aliquatenus nõ habeť, q tp̃ale obſequm in perpetuã noſciť religionis obſeruantiã cõmutare. Rõabiliter ãt dici poteſt, q; etiam per ingreſſum religionis aliquis conſe-

¶ In rñſione ad ſcđm eiuſdẽ articuli tertii, dubiu, occurrit, ad quid teneť aſtrictus uoto ingrediendi religionẽ, ſi nullã inuenit volentẽ eũ recipere. ¶ Ad hoc dr̃, q; Innocentius quartus in c. Porrectũ, extra, de re [illegible]. & tranſeuntibus reli. dixit, q; teneť fieri religioſus in manib. epi, & manere religioſus in domo ſua Et ratio huius eſt, q a ſic implet uotũ ſuũ quantum pt̃. Et licet hoc tutius videať, nõ tñ aſtringendus ad hoc etiam in foro cõſcientiæ ur̃: quia ita ſe habet aſtrictus ad religionem aliquam in communi ad omnem religionem, ſicut ſe habet aſtrictus ad unam tantum ad illam unam. Sed aſtrictus ad unam tantum, non tenetur ſub epiſcopo illam profiteri, ſi religio illa non uult eum Ergo aſtrictus ad quamcunque, ſi ab omni refutatur, non tenetur ſub epiſcopo religionem aliquam profiteri. Minor patet. Et maior probatur: quia implicite in uoto religionis clauditur aſſenſus religionis acceptaturę: ſicut explicite clauditur in uoto huius tantum religionis aſſenſus illius, ita quòd intendit uouens, q; ſi illa tenuit, non uult ad aliam teneri. Et ſimiliter ſi omnes renuunt, non uult ad aliud teneri, pręcipue cum uouens intendat religionem aſſumere ut religioſus, & non in domo manſurus propria. Et proculdubio ſi hoc occurriſſet, nullus uouiſſet niſi cum exceptione hac: qm̃, ut dictum eſt, intendunt uitam & conuerſationem mutare, & non ſolum profiteri &c. Refutatus igitur ab omnibus, abſolutus remanet a religionis uoto, ac per hoc liber eſt ut antea &c.

In Decre. li. 3. ti. 34. c. 4.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem tertii articuli dubium occurrit. An quis propria authoritate poſſit uotũ peregrinatiõis terræ ſanctæ commutare in uotum religionis: uel requirať ſuperioris arbitrium. Et eſt ratio dubii, quia, Innocentius quem Panormita. ſequitur in allegato in litera capitulo, dicit ſe credere quòd non requiritur ſuperioris authoritas: tutius tamen eſt petere illam. Et ſic quaſi ambigua remanet hæc quęſtio.

¶ Ad hoc dr̃, q; ſecundum authoris doctrinam, nullum dubiũ eſt in hac quæſt. quoniam põt quilibet quodlibet ſuum uotum in uotũ religionis ppria authoritate cõmutare: ita q; nõ peccat ſi ingreſſurus religionem habens multa uota, uotũ religionis loco oĩum emittat. Et ſic omiſſis uotis aliis religionẽ ingreditur.

ditur profeſſurus poſt annum illũ: ita q; commutatio in profeſſione, quod propriè eſt votũ religionis, commutari intelligat. Et rõ eſt, qa profeſſio ſine vlla cõmutatione extinguit, oĩa pcedentia uota: ergo à fortiori, cum ex intentione quis illam cõmutat ſua vota &c. & hoc manifeſtè ſonant uerba Decretalis dicentis. Qui tpale obſequiũ in ppetuã religionis obſeruantiã noſcit cõmutare. Ex eo.n. q; cõmutare actiuè attribuit illi q fecit votũ, manifeſtatur q; propria authoritate hoc facere põt. Et cõfirmat, qm̃ alioquin nihil dixiſſet illa Decretalis. Nã conſtat ſi tpale obſequium in aliud tpale authoritate ſuperioris cõmutetur, nõ eſt reus fracti voti ſic exequens. Vt ergo aliqd tpale dicat, oportet fateri q; docet, q; oẽ ſuũ votũ tpale in religionis profeſſionem poteſt quis commutare licitè &c.

33.q.2.ca. Admonere.

Hom.10.a medio.

¶ In eadẽ rñſione ad tertiũ, dubium occurrit, An faciens profeſſionem religionis in peccato mortali, conſequatur poſt, qñ ad cor redierit contritus plenariã remiſſionẽ. Et eſt rõ dubij, quia hinc apparet q; non, tũ quia profeſſio nihil relinquit in aĩa, ſicut baptiſmus charactereni, quo medio ſuum poſtmodum conſequatur effectum; tum quia gratia Dei promiſſa in profeſſione nullibi conſtat: quòd danda ſit extra profeſſionem &c.

¶ In oppoſitum aũt eſt, quia gratia iſta in profeſſione conceditur omni nõ ponenti obicem. Remoto ergo obice habetur gratia. Præterea. Gratia iſta conceditur tradenti ſe ex corde totaliter diuinis obſequijs: ſed hoc facit religioſus cum contritus eſt poſt profeſſionem, tunc.n. coram Deo in ueritate profitetur. ergo tunc datur ei plena remiſſio.

¶ Ad hoc dr̃, q; cum profeſſio ſit totaliter opus hoĩs, ita q; non eſt ibi diſtinctum ab ope operante opus opatũ, qd̃ ſit opus Dei qm̃ eſſe religioſum, qd̃ eſt effectus religionis, eſt tunc opus humanum mortuũ, ſicut ipſa profeſſio mortua eſt, conſequẽs eſt q; in peccato mortali facta eſt opus mortuũ totaliter, ac p hoc nunq ſortiet poſtmodũ ſuũ effectũ. Et ppea qui diuinę gratię deeſt in actu profeſſionis ſuę, priuatur beneficio diuinę largitatis, quod credit profitentibus dari. Vndè conſequentis contritionis tpe ſolũm id aſſequitur, quod per pręſentis contritionis propoſitum, ac ſacramenti gratiam obtinere continget. Et confirmatur hoc ex B. Antonij viſione illa, in qua dæmones impedire ipſius conſcenſum in cęlum conantes, obiecerunt peccata in ſæculari vita commiſſa. & confutati ſunt à ſanctis angelis dicentibus, Non debetis illa obijcere, quæ Chriſti iam ſunt pietate deleta. ſed ſi qua ſciatis ex quo factus eſt monachus, illa proferte. Vnde patet, quòd incipit liber nouus de actibus religioſorum ex parte profeſſionis, quando, ſ. ſit, & factus eſt religioſus: & non expectatur tempus futuræ poſtmodum contritionis ad plenè caſſandum præteritorum librum, & inchoandum quaſi futurę innocentiæ librum. Scribuntur enim in ſecundo libro omnia ex quo facti ſumus religioſi ſtylo ferreo &c.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppoſitum dicitur, quòd tunc remoto obice ſequitur effectus prioris cauſæ, quando cauſa prior remanſit in aliquo relicto effectu, ut baptiſmus in charactere, & generans graue in forma illi data. Quando aũt cauſa prior nec in ſe, nec in ſuo manſit effectu, remoto impedimẽto nihil ſit. Sic autem eſt in propoſito, quoniam nihil in anima relinquit profeſſio mortua.

¶ Ad ſecundam uero dicitur, quòd falſum eſt, q; quando conteritur primo poſt profeſſionem, tunc profiteatur corã Deo, qm̃ coram Deo eſt profeſſus: ſed tunc in gratia Dei ſe eſſe religioſum approbat, quod non eſt profiteri.

quatur remiſsionẽ omniũ peccatorũ. Si.n. aliquib. eleemoſynis factis hõ põt ſtatim ſatisfacere de peccatis ſuis, ſm illud Daniel. 4. Peccata tua eleemoſynis redime, multo magis in ſatisfactione, p omnib. peccatis ſufficit, q; aliqs ſe totaliter diuinis obſequijs mãcipet per religionis ingreſſum, q̃ excedit oẽ genus ſatisfactionis ẽt publicæ pænitẽtiæ, ut hr̃ in Decretis 33.* q. 2. c. Admonere. Sicut ẽt holocauſtũ excedit ſacrificium, ut Greg. dicit ſuper Ezech.* vñ legit̃ in uitis patrum, q; eandẽ grãm conſequuntur religionẽ intrantes, quã cõſequunt̃ baptizati. Si tñ nõ abſoluerentur per hoc ab omni reatu pęnę, nihilomin⁹ ingreſſus religionis utilior eſt, q̃ peregrinatio terrę ſanctę quantum ad promotionẽ in bonum, q̃ præponderat abſolutioni à pœna.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ille qui uouet religionem ingredi, teneatur perpetuò in religione permanere.

AD QVARTVM ſic proceditur. vr̃ q; ille qui uouet religionẽ ingredi, teneatur perpetuò in religione permanere. Melius eſt.n. religionem non ingredi, q̃ poſt ingreſſum exire, ſecundùm illud 2. Pet. 2. Melius erat illis veritatem nõ cognoſcere, q̃ poſt agnitã retroire. & Luc. 9. dicitur. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei: ſed ille qui voto ſe obligauit ad religionis ingreſſum, tenetur ingredi, ut dictũ eſt.* b ergo etiam tenetur perpetuò remanere.

SVP. QVÆST. CLXXXIX. ART. IIII.

IN art. 4. eiuſdem ult. q. dubium occurrit, An ſit dĩa aliqua inter uotum ſimplex religionis, quando quis uouet ingredi religionem, & quando quis uouet fieri, uel eſſe religioſus: ita q; in neutro ſit cogitatio de perſeuerando, aut nõ perſeuerãdo. Et eſt ratio dubij, qa uotũ de ingreſſu nõ importat obligationem niſi ad ingreſſũ ſecundum iuris formam, ut in litera dicitur. Sed uotum de hoc quod eſt fieri, aut eſſe religioſum, plus importat q̃ ingreſſũ: qm̃ eſſe religioſum importat eſſe profeſſum, & fieri religioſum importat profiteri &c. In oppoſitũ autem eſt, quia indiſtinctè pro uno & eodem religionis uoto in litera computatur, ſi ſufficienter determinatur de uoti huius uinculo, ut patet intuenti.

Porr.o. 911

¶ In eod. art. 4. dubiũ ſecundo occurrit de concluſione principali, An ſ. uouens religionis ingreſſum poſſit licitè exire. Et rõ dubij eſt; quia non dicitur ueniſſe qui non ſtetit, ac per hoc non dicitur ueniſſe ad religionẽ qui nõ ſtetit in illa, ſed exuit ante illius profeſſionẽ. In oppoſitum eſt litra.

Art. prec.

¶ In eodem art. 4. dubium tertio eſt. An talis uoto ſimpl. obligatus, exiens ſine cã rõnabili, hoc eſt, ex ſola libertate cõceſſa à iure nouitijs, ſatisfecerit uoto &c. Et eſt ratio dubij, quia annus probationis a iure conceditur cum libertate exeundi abſque alia cã, ut patet: ac per hoc obligatus ſecundùm formam iuris põt ex ſola libertate licitè exire. in oppoſitum autem eſt tũ infidelitas, quia ſicut nõ facit ſatis promittẽs ire Romã, ſi ſine rõnabili cã accepto itinere deſiſtat: ita non ſatisfacit q pmiſit ire ad religionẽ, ſi accepto nouitiatus itinere ad religionẽ ſine rõnabili cã retrocedit, cũ iter nõ quæratur, niſi ut fideliter arripiat & proſequatur &c. Tum diſparitas: nã ſi hoc licitũ eſt, ſequtur q; par eſſet cõditio nouitij cũ uoto religionis, & ſine uoto, ut patet: diſparitatem tamen magnam eſſe conſtat inter obligatum uoto ad religionem, & nullo uoto aſtrictum ad illam.

¶ Ad primum dubium dr̃, q; uotum de ingreſſu religionis, & uotum de fieri religioſum æquiualent; quoniam ingredi religionem, & fieri religioſum idẽ ſunt. Nouitiatus.n. nihil aliud eſt, q̃ motus ad religionem. Verum ſicut in gñatione naturali inuenitur dupliciter fieri. ſ. fieri in termino generationis, qd̃ eſt idẽ qd̃ factum eſſe, & fieri in uia, quod in alteratione prçuia cõſiſtit, & diſtinguit à facto eſſe: ita in religione inuenitur dupliciter fieri religioſum, unũ qd̃ eſt idẽ quod factũ eſſe religioſum, & hoc cõſiſtit in profeſſione. (Nã pfeſſione aliqs ſit: & factus eſt religioſus: ipſa.n. profeſſione cõſtituitur aliquis in eſſe religioſo, & ſit primo religioſus) Alterũ qd̃ ẽ uia ad religioſum eſſe, & diſtinguitur à factũ eſſe, & cõſiſtit in nouitiatu. Cõſtat aũt q; uouens. ſ. fieri religioſum in facto eſſe, uouet perpetuã pſeuerantiam, ac p hoc intendit illã, quã uouendo pmittit. Vouẽs aũt ſe fieri ut in uia, põt nõ intendere, aut promittere pſeuerantiã ppetuã abſolute. Et iõ cũ in caſu poſito ſupponat̃ neutrũ fuiſſe de cogitatione, & intentione uouẽtis. ſ. nec perſeuerare, nec nõ perſeuerare: iõ ſimpliciter dicendum eſt, q; uouet ſe fieri religioſum ut in uia, qd̃ eſt idem quod ingredi religionem ut nouitius: qm̃ nouitiatus nihil aliud eſt, quàm uia ad religionem. De uouente autem q; erit religioſus, ſecus eſt. Nam quantum eſt ex natura uoti tenetur ad hoc, q; ſit religioſus. Et cum non ſit aliquis religioſus, niſi profeſſus fuerit religionem, quoniam nouitij non ſunt niſi ſecundum quid religioſi, ſcilicet in uia, tenetur ad profitendam religionem. Poteſt tamen per accidens, ſcilicet ex parte intentionis uouentis largo uocabulo intendentis eſſe religioſum, ut

ſcilicet commune eſt nouitijs & profeſſis æquiualere hos votũ F voto de ingreſſu, & de fieri religioſum.

¶ Ad ſecundum dubiũ dicitur, ꝙ uerum eſt nõ ueniſſe eũ, q nõ ſtetit ad id pro quo uenit. Et ideo ingrediens religionẽ, cum ueniat ad religionis probationem, non diceret̃ ueniſſe, ſi ingreſſus abſq; ꝓbatione retrocederet. Sed ſi ꝓbationi operã dat, dr̃ ueniſſe ad religionẽ ꝓbandam, quia ſtat in religionis ꝓbatione. Quo circa ſicut ſpõtè ingrediens religionẽ, & in probatione illius ſe exercens, & poſt modũ exiẽs, dr̃ ueniſſe & ſtetiſſe, quia uenit ad religionẽ probandã, & ĩ probatione ſtetit: ita ex voto ingrediens religionẽ, & ꝓbando illam, tandẽ exiens dr̃ & ueniſſe, & ſtetiſſe eadem ratione. Vñ nihil obſtat dicta regula cõcluſioni hui⁹ articuli.

Art. præce. ad 3. & q. 88. art. 12. ad 1.

¶ Ad tertiũ dubiũ di, ꝙ iſte tenetur ad ingreſſum religionis ſecundùm formã iuris, & ingreſſus ſecũdum formam iuris ex natura actus ordinatur ad probationem: cũ̃ n. ĩ ingreditur q̃s religionem, vt probet eã, alioquin uan⁹ eſſet ingreſſus. Vanitas aũt à more, & lege aliena eſt. Probatio aũt religionis, ſicut & cuiuſq; rei probatio, ſi bona fide fit, ordinatur ad acceptationem, ſi inuentæ fuerint conditiones illius gratæ ꝓbanti. Recta namq; ratio nõ admitit, ut aliquid probandũ detur: & inuentis oĩbus ꝓbatæ rei cõditionibus gratis refutetur. Fruſtra n. eẽt ꝓbatio, ſi tã gratis q̃ nõ gratis inuentis conditionibus eſſet parata eundẽ effectum. Eſt igitur ingreſſus finis ꝓbatio: ꝓbationis autẽ finis gratarũ, uel ĩgratarũ conditionum inuentio, ita quòd inuentionis gratarum finis eſt acceptio religionis: ingratarum autem refutatio. Et patet ordo iſte ex natura actuum, & ex communi ingredientium religionem intentione. Communiter enim intendunt experiri: & ſi conditiones religionis inuenient gratas totaliter, hoc eſt, & ſecundum ſe, & in ordine ad ſuas uires & ſuum affectum, perſeuerare profitendo illam, ſin autem, redire. Quia igitur inter ingredientem ſpontè, & ingredientem ex uoto hæc eſt differentia, quòd ingrediens ex uoto, obligatur ex uoti uinculo ad id quod ſpontè inchoat bona fide, ingrediens ſine uoto, & ingrediens ſine uoto debet probare religionem, & ſi omnia totaliter grata inueniet, perſeuerare (alioquin bonæ fidei ratio non ſaluatur) oportet ut ingrediens ex uoto teneatur ad probandum. Et ſi omnia totaliter, vt declaratum eſt, grata inueniet, tenetur ex uinculo ſui primi uoti perſeuerare profitendo religionem, ita quòd non poteſt ex ſola ratione libertatis in iure ſcriptæ retrocedere: ſed oporteret aliquam adeſſe conditionem non gratam, ſaltem iſtam, ſcilicet, quòd probata religio parit ſibi minorem fortitudinem, robutque minus animi ad ipſius perſeuerantiam. Et propterea timet ne in profeſſu tepidus inueniatur, ac per hoc minus bene ſit pro anima ſua. Nec hoc eſt cõtra libertatem à iure conceſſam: quoniam libertas illa in foro ec- F clesiaſtico nullã exigit rõnem, ſed ſufficit ꝙ nouitius dicat, Nolo amplius eſſe vobiſcum. Sed in foro conſcientiæ, quæ eſt ſm̃ rectam rõnem, aliqua exigit̃ rõ alicuius in probata religione conditionis minus gratæ, vt probatũ eſt. Et cõfirmatur, quia annus probationis cõis eſt nouitio & religioni. Conſtat aũt ꝙ ſi poſt probatũ nouitiũ nulla ingrata religioni cõditio occurrit, ſi religio ex ſola libertate refutaret nouitiũ, ab oĩ ſapiente reprehenderet̃, & nõ bona fide agere cũ nouitio diceret̃. Pari ergo rõne nouitius malæ fidei reus eſt corã Deo, ſi ex ſola libertate retrocedit, q̃uis in eccleſiaſtico foro nihil ſibi dici poſſit. Peccat ergo uterq; ingreſſus religionẽ, ſi ex ſola libertate retrocedat. Sed ingreſſus ſine uoto, venialiter tñ peccat: ingreſſus aũt ex voto peccat mortaliter: q̃a ex voto intelligitur ſe obligaſſe ad bona fide probandũ, qđ non ſeruat. Et per hæc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Et ſi adhuc obijciat̃ ex lr̃a, q̃a in rñſione ad ſm̃ dr̃, Ille q religionẽ ingredit̃, ſi exeat, pſertim ex aliqua rõnabili cã, non gñat ſcandalũ &c. Ex eo. n. ꝙ interpoſuit ly pſertim, denotat, ꝙ ẽt ſine rõnabili cã exiens nõ ſcãdalizat, quia facit qđ ſibi licet. Præterea in rñſione ad tertium dr̃, Tenetur ut ſaltẽ velit experiri, an ei expediat in religione remanere, non aũt tenetur ad perpetuo remanendũ. Ex hac. n. litera hr̃, ꝙ ſufficit hũi tale uotum, ꝙ uelit experiri, q̃uis non remaneat. Sed hæc facile monſtrant̃ nihil obſtare. Et primũ quidẽ nihil obſtat, quia ꝓ quãto de ſcandalo loquntur, conſtat ꝙ de actu K exteriori eſt ſermo. Iſte autem actus exterior, ſcilicet probatam religionem refutare, non eſt ex ſuo genere malus: & propterea non eſt actiuus ſcandali, & eſt omnino licitus, ut in litera ſubditur, ſi ex cauſa rationabili fiat. Ly ergo præſertim, interponitur quo ad cauſalitatem ſcãdali, ita ꝙ ſenſus eſt, ꝙ refutare probatam religionem non eſt actus generatiuus ſcãdali, & præſertim ſi fiat ex cauſa rationabili. Et ratio dicti huius eſt, quia actus ille ex ſuo genere non eſt actiuus ſcandali, & ex parte agentis totaliter caret cauſalitate ſcandali, ſi ex cauſa rationabili fiat. Secundum autem non ſolum non obſtat, ſed confirmat quod diximus. Nam ſi tenetur ad uelle experiri, cum non debeat eſſe uelle fictum, & inſtet experiendi tempus, tenetur experiri, & non niſi bona fide. ergo tenetur ad experientiam bonæ fidei, ut nos diximus: & non tenetur ad perpetuo remanendum niſi per accidens, ſeu in euentu, hoc eſt, niſi experientia bonæ fidei exigat perpetuam remanſionem, puta, quia omnia grata totaliter in probando inueniuntur. In tali enim caſu tenetur profiteri, & perpetuò remanere qui primò uouerat, quãuis abſolutè non teneatur ad perpetuò remanendum, ut in litera dicitur, quæ ſimpliciter, & abſolutè loquitur, & non in caſu talis experientiæ, in quo nos locuti ſumus.

¶ 2 Præt. Quilibet dẽt uitare id, ex quo[h] ſcãdalũ ſequit̃, & alijs dat̃ malũ exemplũ: ſed ex hoc ꝙ aliq̃s poſt religionis igreſſũ egredit̃, & ad ſeculũ redit, malũ exemplũ & ſcãdalũ alijs generat̃, q retrahunt̃ ab ingreſſu & prouocant̃ ad exitũ. ergo vr̃ ꝙ ille qui ingredit̃ religionem, vt votũ impleat qđ prius fecit, teneat̃ ibi perpetuò remanere.

¶ 3 Præt. Votũ religiõis reputatur votũ ꝑpetuũ, & ideò tp̃alibus votis pfertur, vt dictũ eſt:* hoc aũt nõ eſſet, ſi aliquis voto religionis emiſſo ingrederetur cũ ꝓpoſito exeũdi. videtur ergo ꝙ ille qui vouet religionis ingreſſum, teneatur in [h] religione ẽt perpetuò remanere.

SED CONTRA eſt, ꝙ votũ profeſſionis ꝑꝑ hoc ꝙ obligat hominẽ ad hoc, ꝙ perpetuò in religione remaneat, pexigit annũ probationis, q non pexigit̃ ad votum ſimplex, quo aliquis ſe obligat ad religionis ingreſſum. ergo vr̃ ꝙ ille qui vouet religionẽ intrare, ꝓpter hoc nõ teneatur ꝑpetuo ibi remanere.

RESPON. Dcđm, ꝙ obligatio uoti ex uolũtate ꝓcedit. Nã uouere volũtatis ẽ, ut Aug.* dicit. In tãtũ ergo fert̃ obligatio uoti, ĩ quãtũ ſe extẽdit uolũtas & intẽtio uouẽtis. Si ꝰ ergo vouẽs intẽdit ſe obligare nõ ſolũ ad ingreſſũ religionis, ſed ẽt ad ꝑpetuò remanendũ, tenetur perpetuo remanere. Si aũt intendit ſe obligare ad ingreſſũ religionis cã experiẽdi cũ libertate remanẽdi, vel nõ remanẽdi, manifeſtũ eſt ꝙ remanere nõ tenet̃. Si G verò in vouendo, ſimpliciter de igreſſu religionis cogitauit abſque hoc ꝙ cogitaret de libertate exit⁹, uel de ꝑpetuitate remanẽdi, vr̃ obligari ad ingreſſũ religionis ſm̃ formã iuris cõis, q̃ eſt ut ingredientibus det̃ annus probationis: vnde non tenetur ꝑpetuò in religione ꝑmanere.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ melius eſt intrare religionẽ aĩo H ꝓbandi, q̃ penitus non intrare: q̃a ꝑ hoc diſponit̃ ad ꝑpetuo remanendũ. Nec tñ intelligit̃ aliquis retroire, uel aſpicere, niſi qñ prętermittit id ad qđ ſe obligauit. Alioquin quicunq; ꝑ aliqđ tp̃s facit aliqđ bonũ opus, ſi nõ ſemper id faciat, eẽt ineptus regno Dei, qđ patet eſſe falsũ.

AD II. dcđm, ꝙ ille q religionẽ ingredit̃, ſi exeat, præſertim ex aliqua rõnabili cã, non gñat I ſcandalũ, nec dat malũ exemplũ & ſi alius ſcãdalizat̃, erit ſcandalũ paſſiuũ ex eius parte, non aũt actiuũ ex parte exeuntis: q̃a fecit qđ licitũ erat ei facere, & qđ expediebat ei ꝑ rõnabilem cauſam, puta, infirmitatem, aut debilitatem, aut aliquid huiuſmodi.

AD III dcđm, ꝙ ille q intrat vt ſtatim exeat, nõ vr̃ ſatisfacere

De uoto & uoti redẽptione ca. Mag. & c. Licet habetur in ſententia.

SVP-

voto ſuo, qa ipſe in uouendo hoc nō itēdit: & iō tenet mutare propoſitū, ut ſaltē uelit experiri, an ei expediat in religione remanere: non aūt tenentur ad perpetuo remanendum.

ARTICVLVS V.

Vtrum pueri ſint recipiendi in religione.

